HISTORIA ABBATIÆ CASSINENSIS PER SÆCULORUM SERIEM DISTRIBUTA,

Qua Leonis Chronicon a Petro Diacono ad annum MCXXXVIII. continuatum in plerisque suppletur, & ad hæc usque nostra tempora ex probatissimis, authenticisque documentis producitur, insertis operis initio, Monasterii descriptione, & ad calcem pro laudati Chronici authoribus apologia,

STUDIO ET LABORE

D. ERASMI GATTULA

Cajetani, Abbatis sancti Matthæi Servorum Dei, & celeberrimi Cassinensis Archivi Custodis.

PARS SECUNDA

Ab octavo constructi Monasterii sæculo, nempe ab anno Christi MCC. ad sæculi XIII. annum vicesimum quintum, seu ad annum Christi MDCCXXV.



VENETIIS, MDCCXXXIII.

APUD SEBASTIANUM COLETI.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

SUPPLEMENTI CHRONICI SACRI MONASTERII CASSINENSIS PARS SECUNDA.

SÆCULUM OCTAVUM A CONSTRUCTIONE SAC. MONASTERII CASSINENSIS.

AB ANNO CHRISTI MCC. AD ANNUM MCCC.

I.

ABBATUM CASSINENSIUM SERIES.

ROffridus de Insula ab VIII. Idus Julii A. 1188. ad 30. Maii 1209.

Petrus dictus Comes a die 24. Junii 1209. ad 28. Januarii 1211.

Adenulphus cognomento Casertanus a die 28. Januarii 1211. ad mensem circiter Octobris 1215.

Stephanus cognomento de Marsia a Mense Octobris 1215. ad 21. Julii 1227.

Landenulphus Senebaldus a mense Decembris 1227. ad 28. Julii 1236.

A qua die ad octavam Januarii 1237. vacavit Abbatialis sedes. Factus deinde Abbas.

Pandulphus de sancto Stephano a die 8. Januarii 1237., ad mensem Januarium 1239.

Stephanus de Curvario a mense Februario 1239. ad 1250. aut ad initium Anni 1251.

Nicolaus electus initio A. 1251. præerat.

Richardus Romanus, cujus & electionis, & obitus annus ignoratur.

Theodinus, cujus eadem sors fuit.

Bernardus I. Gallus a die 29. Martii 1263. ad 4. Aprilis 1282.

Thomas I. a Rocca Quinque-millium cujus regiminis initium ac finis ignoratur.

Puntius a Carana præerat A. 1293.

Angelarius inâuguratus est Abbas A. 1294.

Bernardus II. cujus regiminis initium, & finis ignoratur.

Bernardus III. præerat A. 1296.

Galardus præerat A. 1298.

Bernardus IV. Sacchettus, cujus regiminis initium & finis ignoratur.

II.

NOTÆ AD ABBATUM SERIEM.

Examinantur Anni regiminis Abbatum.

ANnos regiminis gestaque Abbatum Cassinensium ad Stephanum de Curvario a Leone Marsicano, Petro Diacono, Anonymis Cassinensibus, & Richardo a S. Germano eruimus, cujus cum Chronicon A. 1243. desinat, densissimæ nobis deinceps tenebræ offunduntur, quas unica scripturarum face discutere conabimur. Incerta tamen ad Abbatum electionem, finemque cognoscendum via, cum potissimum nec omnes scripturæ supersint Abbatum singulorum temporibus factæ, neque singulas in archivo nostro evolvere datum, per temporis angustias, vel ætatem licuit. Utcumque sit, expiscari certiora conabimur, potissimum ex Abbatum serie in cod. biblioth. nostræ MS. signato nu. 199. quæ a S. patre Benedicto exorditur, atque in Isnardo desinit. Ibi tamen regiminis quidem cujuslibet Abbatis anni adnotati, sed non annus Domini, neque eorum electionis, vel mortis dies. Hoc elencho plurimum usus est Camillus Peregrinus in serie Abbatum Cassinensium usque ad Seniorectum concinnanda.

Stephani

Hujus itaque seriei author Stephano de Corvario novem solidos annos tribuit, quare ejus præfectura desinere debuit mense Februario A. 1248., nam electum dicit Richardus a S. Germano mense Februario 1239.

Nicolai

Ex hoc documento cujus autographum extat in archivo nostro, & apographum in regesto Thomæ Decani p. 57. colligitur, Nicolaum electum Abbatem cœnobium Cassinense rexisse A. 1251., sed quando electus, vel quousque rexerit incertum, cum potissimum illius ne quidem mentio in memorato indice ex cod. 199.

† *In nomine domini nostri Jesu Christi anno incarnationis ejus millesimo ducentesimo quinquagesimo primo regnante domino nostro Corrado dei gratia in Romanorum regem electo semper augusto, Jherusalem, & Sicilia rege magnifico, regni ejus in Sicilia anno primo, mense Marcii, undecima die ejusdem mensis indictione nona. Cum controversia dudum fuisset inter venerabilem Conventum, & Cellerarium Cassinensem ex parte una, & Abbatem Jacobum filium qm. Mag. Petri domni Theodini de S. Germano ex altera, super ecclesiis S. Benedicti de Venafro, & S. Benedicti in Villa Venafri quas idem Conventus, & Cellar. dicebant ad Cassinensem Cellerarium pertinere. Tandem super ipsa controver-*

sta talis compositio intervenit, quod ecclesiæ ipsa dimissa sunt tenenda ab ipso Abbate Jacobo in vita sua, de quibus censum annuum, videlicet uncias auri duas in festo dedicationis S. Benedicti solvere debebat idem Jacobus Cellarario Cassinensi. Verum quia ad plenum non constitit quod ecclesiæ ipsa semper fuissent Cellarii Cassinensis in hoc dubio. Nos Frater Andreas Cellararius Cassinensis de voluntate, & consensu domini Nicolai dei gratia venerabilis Cassinensis electi, & Fratrum omnium suorum ejusdem monasterii, nobiscum habendo magistrum Raynaldum judicem, & advocatum Cassinensem, abdicamus a prædicto Cellario censum prædictum, & damus, offerimus, & concedimus in perpetuum ipsum censum duarum unciarum prædicto Conventui Cassinensi. Ita quod idem census devolvatur ad ipsum Conventum ad usum, & utilitatem Conventus ejusdem convertendam & ipsas duas uncias auri Conventus ipse exigat & recipiat ab eodem Abbate Jacobo in festo dedicationis prædictæ, quemadmodum nos exigere, & recipere deberemus, non obstante eo, quod in prædicta conventione habita inter prædictum Conventum nos, & Abbatem Jacobum memoratum, ordinatum fuerit, quod ipsarum duarum unciarum solatio fieri deberet Cellarario Cassinensi. Obligantes nos, & posteros nostros Cellerarios Cassinenses contra prædicta vel eorum aliqua non venire, set ipsa illibata perpetuo conservare. Et taliter nos Frater Andreas Cellararius Cassinensis de voluntate, & consensu domini Nicolai venerabilis, Dei gratia, Cassinensis electi, & Fratrum suorum nobiscum habendo suprascriptum judicem, qualiter nobis congruum fuit fecimus & tibi Oddoni publico monasterii Cassinensis, & S. Germani Notario hoc exinde publicum instrumentum scribere præcepimus, tam ejusdem domini Electi, quam Fratrum suorum, & nostra subscriptionibus roboratum. Quod scripsi ego idem Oddo publicus monasterii Cassinensis, & S. Germani notarius, qui prædictis interfui, & mea signo signavi. Actum in civitate S. Germani. Locus † Signi Notarii. † Ego qui supra Nicolaus dei gratia Cassinensis Electus. † Ego Fr. Johannes Vice Decanus Cassinensis. † Ego qui supra Fr. Andreas Cellararius Cassinensis. † Ego Frater Johannes Vestararius Cassinensis. † Ego Frater Alexius Sacrista Cassinensis &c. † Ego Frater Amicus Camerarius Cassinensis † Ego Fr. Oddo Hospitalarius Cassinensis &c.

Nicolaus Electus Cassinensis.

Richardi. Richardo index tribuit annos sex, menses octo, diesque quindecim. Primum, quod invenerimus Richardi tempore factum instrumentum est die 17. Augusti 1255., ultimum die 17. Novembris 1258. ut fusius, cum de ejus Cardinalatu.

Theodini. In bulla Urbani IV. sub: *Datum apud Urbem veterem IV. Kalend. Aprilis Pontificatus nostri Anno II.* hæc de Theodino nostro leguntur. *Sane dicto monasterio pastoris regimine destituto, major pars Conventus ipsius monasterii de mandato Manfredi quondam principis Tarentin. persecutoris ecclesiæ manifesti Theodinum, qui se gerebat pro electo in episcopum Acerrarum olim ipsius monasterii Monachum, & infirmarium spreta generali prohibitione facta per sedem apostolicam, quod nullum Capitulum, vel Conventus absque mandato sedis ejusdem in regno Siciliæ procederet ad electionem aliquam celebrandam, in Abbatem præfati Monasterii nominavit, cujus nominationis prætextu memoratus Theodinus ad eundem Manfredum accedens fidelitatis sibi præstito juramento administrationi dicti monasterii se irreverenter ingessit, recipiendo inter alia fidelitatem a vassallis ejusdem, & illis imponendo collectas, & alia exercendo quæ ad Abbatis administrationem pertinere noscuntur publice in dictæ sedis contemptum, & animæ suæ periculum exercendo. Nos autem videntes dicti monasterii per hoc obfuscari decorem, & nequeuntes tantum ipsius dispendium, & ignominiam tolerare, nominationem hujusmodi non sine multiplici nominantium temeritate præsumptam cassavimus, cassam, & irritam nunciavimus, ac decrevimus nullius existere firmitatis, & quia dicebatur quod venerabilis Frater noster episcopus Trojan. personaliter ad eundem Theodinum accesserit confirmationis, & benedictionis munus auctoritate nostra impensurus eidem. Nos si quid per eundem episcopum factum erat in hac parte, vel alterius fieri contingeret, cassavimus similiter, & decrevimus aliquatinus non valere &c.* De Theodino agit Ughell. To. VI. col. 217.

Bernardi I. Index noster Bernardo tribuit annos 17. menses 3. dies 22. Constat autem Bernardum creatum ab Urbano IV. Abbatem Cassinensem die 29. Martii 1263. obiisse die 4. Aprilis 1282. ut infra ostendemus. Quare præfuit annos integros decem, & novem, diesque aliquot.

Thomæ I. Thomæ I. index quatuor solidos annos tantum tribuit. Prima in ejus primo regesto scriptura facta est mense Novembris A. 1285. ultima A. 1288. An ulterius præfuerit, vel quinam cœnobium Cassinense rexerit a die 4. Aprilis A. 1282. ad 1285. divinare non possumus.

Pontii. Pontio index septem tantum menses tribuit. Instrumentum vidimus die 2. Novembris 1293. stipulatum a notario imperiali Raynerio Possani a Sassari in Sardinia, quo Landulphus Abbas S. Mariæ de Thergo Pontii legatus in Sardinia fatetur solvisse ejusdem jussu quadraginta auri uncias Bartholomæo de Altriburtio debitas.

Angelarii. Angelario index tribuit menses quatuor. Nicolaus de Fractura in Commentario ad cap. 55. Regulæ S. Benedicti de adventu ad Cassinense cœnobium agens S. Cœlestini V. Mense Octobris A. 1294. hæc de Monachis Cassinensibus, qui Cœlestinorum habitum recipere noluerunt, testis oculatus ait: *Alios vero, quos ad susceptionem habitus sui prædicti nequivit inducere de monasterio Cassinensi per Fratrem Angelarium Monachum Murronensem, quem ibi Abbatem instituit, expelli voluit, mandavit &c.* ut fusius infra. Hinc corrigendi viri eruditissimi Henschenius, & Papebrochius cum hujus rei contrarium asserunt To. V. Maji die 19. decepti authoritate Marci Antonii Scipionis, qui in Elogiis Abbatum Cassinensium scripserat Thomam I. ad annum 1295. præfuisse, cui successerit Pontius a Bonifacio VIII. creatus, atque huic Angelarius A. 1297.

Corriguntur Bollandiani.

Bernardi II. Scipio post Angelarium numerat Bernardum II. cujus vel in indice, vel in documento aliquo nulla mentio est.

Bernardi tertii. Index post Angelarium numerat Bernardum, eique sex menses tribuit. Hic præerat mense Februario A. 1296., ut ex hac bulla Bonifacii VIII. constat: *Bonifacius episcopus servus servorum Dei. Venerabili Fratri episcopo Tripolitan. administratori monasterii Cassinen. ad Romanam ecclesiam nullo medio*

dio

dio pertinentis Ordinis S. Benedicti, salutem, & apostolicam benedictionem. Lecta coram Nobis dilectorum filiorum Decani, & Conventus monasterii Cassinensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Ordinis S. Benedicti, petitio continebat, quod licet ecclesia S. Mariæ de Cingulis Alifan. dioc. eidem monasterio immediate subjecta cum omnibus bonis, & juribus, ac pertinentiis suis a longis retro temporibus fuerit, & existat pro Monachorum claustralium ipsius monasterii vestibus deputata, & per ejusdem monasterii Monachos gubernari semper consueverit, & nunc etiam gubernetur. Tu tamen ex facti ignorantia circumventus, prædictam ecclesiam dilecto filio Petro de Guarano clerico familiari dilecti filii nobilis viri Roffredi Gajetani Fratris nostri Comitis Casertan. ad aliquorum instantiam contulisti in prædictorum Decani, & Conventus non modicum præjudicium, & gravamen. Quare pro parte ipsorum nobis extitit humiliter supplicatum, ut providere super hoc eis de benignitate sedis apostolicæ dignaremur. Cum igitur ad conservationem bonorum, & jurium Decani, & Conventus ipsorum paternis studiis intendamus, & eorum propterea gravamina nobis quamplurimum sint molesta, volumus, & Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatinus si summarie, de plano, & sine strepitu, ac figura judicii diligentius inquisito tibi constiterit, quod prædicta ecclesia S. Mariæ ab antiquo, usque ad hæc tempora fuerit deputata pro Monachorum vestibus eorundem, quodque per ipsius monasterii Monachos semper gubernari consueverit, & nunc gubernetur etiam per eosdem, collationem hujusmodi de jamdicta ecclesia per te factam, sublato cujuslibet difficultatis obstaculo, auctoritate nostra revocare procures; Et si forte per eundem Petrum, aut alium, seu alios ejus nomine super eadem ecclesia, sive bonis ejus, & juribus quibuscumque in Decani, & Conventus præjudicium prædictorum aliquid innovatum fore dinoscitur, seu quomodolibet attemptatum illud auctoritate prædicta in statum pristinum studeas revocare, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstante si aliquibus a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras dictæ sedis non facientes plenam, & expressam de indulto hujusmodi mentionem. Datum Romæ apud S. Petrum XV. Kal. Martii Pontificatus nostri anno secundo. V. N. Ver. p. debi.

nota.

Galardi.

Bernardo index noster substituit Galardum, eique quinque annos tribuit. Primum monumentum sub Galardo est die 12. Augusti 1298. quo Rogerio de Judecta Citrariensi pistrinum concedit, quod ab inimicorum manibus Patriam liberasset. Extat in regesto II. Citrarii p. 186. 188. Ex bulla vero Bonifacii VIII. data: *Trebis II. Non. Septembris Pontificatus nostri Anno quinto.* Quæ incipit: *Bonifacius &c. Dilecto Filio Galhardo Abbati monasterii Cassinensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, salutem, & apostolicam benedictionem, &c.* constat Galardum adhuc præfuisse mense Septembri anno 1299.

Fr. Bernardi IV.

An Bernardus Sacchettus a pluribus Monachis electus Abbas Cassinensis cœnobium rexerit, nobis incompertum. Hæc enim dumtaxat de eo scribit Nicolaus de Fractura in expositione ad cap. 64. Regulæ S. Benedicti: *De istu collocatione in Sedem*

Suppl. Hist. Cassin. Pars II.

habetur Extravag. in elect. Ecclesia vestra idest ibi, quamvis deportationis solemnitas &c. Ego tamen judicio meo consulerem, quod ad talem deportationis sollemnitatem procedi non debeat, tum quia Electores in messem alienam videntur ponere falcem suam, cum ad officium ulterius ponere Abbates, & Abbatissas in sede spectare noscatur. Extravag. de Offic. Archidiac. ut nostrum. Tum quia electus præsumeretur ambitiosus, & sic repellendus 8. qu. 1. in scripturis & Extravag. de Elect. officii, & tempore meo vidi de facto in Monasterio Cassinensi deportationem hujusmodi mirabiliter reprehendi per virum sapientissimum dominum Riccardum de Senis V. J. D. S. R. ecclesiæ Cardinalem, qui cuidam electioni celebratæ in discordia de Fratre Bernardo Sachetto Decano Cassinensi, demum episcopo Fanensi, interfuit, quam Electores ipsius ad sedem Capituli duxerant, & etiam installarant.

nota.

De Richardo Petroni Cardinali S. Eustachii, & S. R. E. Vicecancellario; ejusque gestis agit Ciacconius To. II. nu. 13. col. 332. Illud hic monendum censemus, pluries in Chronologia Abbatum Cassinensium, eorumque regiminis annis assignandis oscitare, Wionem lib. II. ligni Vitæ, & Marcum Antonium Scipionem in Elogiis Abbatum Cassinensium.

Emendantur Vvion, & Scipio.

III.

DISCIPLINA MONASTICA

COENOBII CASSINENSIS.

Innocentius III. insigne illud privilegium Cassinatibus olim a Callisto II., & Alexandro III. concessum, confirmavit hoc diplomate.

Probum monachorum Cassinensium vitam commendat Innocentius III.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, episcopis, & dilectis filiis Abbatibus, & aliis ecclesiarum prelatis in quorum parochiis monasterium Cassinense ecclesias, vel possessiones alias habere dinoscitur, salutem, & apostolicam benedictionem. Commissa nobis licet insufficientibus meritis ecclesiarum omnium, sollicitudo requirit, ut ad tuitionem earum contra malignorum incursus nostra considerationis aciem extendamus. Specialiter autem monasterio Cassinensi quod nobis est nullo medio subiectum adesse volumus, & prodesse, ne personæ sedentes ibidem secus pedes domini, cum Maria nocte, ac die in lege domini meditantes a religionis sua proposito revocentur, molestationibus aliquorum indebitis, & eis pars optima, quam elegerant auferatur. Inde est, quod cum dilectus filius noster R. tituli sanctorum Marcellini, & Petri presbyter Cardinalis Cassinensis Abbas in malefactores suos, si qui forte, timore dei postposito, ad diripienda bona monasterii Cassinensis violenter extenderint manus suas si diocesani malefactorum ipsorum episcopi ad monitionem ejus, vel Fratrum suorum eidem de ipsis noluerint, aut malitiose distulerint exhibere justitiæ complementum, de auctoritate nostra & felicis memoriæ prædecessorum nostrorum Calixti, & Alexandri PP. excommunicationis sententiam promulgandi liberam habeant facultatem. Universitati vestræ per Apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus si qui parochianorum vestrorum possessiones, vel bona monasterii memorati abstulerint, vel inva-

Ex originali in Archivo.

nota.

serint violenter audita exinde querimonia per Abbatem, vel Fratres Cassinenses de ipsis nullius contradictione, vel appellatione obstante districtam justitiam facere minime differatis, alioquin sententiam excommunicationis, quam prædictus Abbas in eos juxta tenorem privilegiorum suorum, quæ ecclesiæ Cassinensi Apostolica Sedes indulsit, propter hoc duxerit promulgandam, omni occasione, & contradictione cessante, firmiter observetis, & per episcopatus vestros vos Fratres archiepiscopi, & episcopi faciatis tamdiu inviolabiliter observari, donec per eundem Abbatem, & Fratres suos vobis constiterit, eis esse super hiis satisfactum, pro quibus vinculo fuerant excommunicationis astricti. Datum Anagniæ XVIII. Kalendas Januarii Pontificatus nostri Anno sexto. Adest Sigillum plumbeum.

Ubi hæc ad rem nostram advertenda: *Ne personæ sedentes ibidem secus pedes domini cum Maria, nocte ac die in lege domini meditantes, a religionis suæ proposito revocentur, molestationibus aliquorum indebitis, & eis pars optima quam elegerant auferatur.* Atque anno 1208. VIII. Kal. Augusti aliud amplissimum privilegium Cassinatibus concessit idem Innocentius III. ex quo hæc adnotanda: *Omnipotenti deo, cujus melior est misericordia super vitas, gratias agimus copiosas, quoniam gloriosus in sanctis suis, atque mirabilis est, & virtutes suas ubicumque vult, ineffabili bonitate demonstrat. Ipse quippe dignationis suæ potentia beatissimum Benedictum patrem constituit Monachorum ipsum monasticæ legis latorem, & operatorem esse disponens, ut merito Cassinense Monasterium, in quo & sanctissime vixit, & gloriosissime obiit omnibus per Occidentem monasteris dignitatis privilegio antecellat. Quoniam* [nota.] *igitur dignum est, ut tam celebre ac solemne monasterium apostolica sedes specialius amplectatur, monasterium ipsum ad exemplar felicis memoriæ Clementis papæ, ac prædecessoris nostri sub beati Petri, & nostri protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus &c.* Integrum hoc diploma dabimus Sæculo XV. quo illud Sixtus IV. confirmavit. Pluraque alia omittimus a munificentissimo pontifice nobis concessa, ne tædium lectoribus ingeramus.

Honorius III.

Plura quoque ejus successor Honorius III. amplissima privilegia concessit, quorum hic aliqua dumtaxat referemus, quibus Cassinatium monasticam Observantiam, morumque probitatem testatam facit. En ergo unum amplissimum.

Ex originali in Archivo.

Honorius episcopus servus servorum Dei. Dilectis Filiis Stephano Abbati monasterii S. Benedicti Cassinensis, ejusque Fratribus tam præsentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Omnipotenti deo, cujus melior est misericordia super vitas, gratias agimus copiosas, quoniam gloriosus in sanctis suis, atque mirabilis est, & virtutes suas ubicumque vult ineffabili bonitate demonstrat. Ipse quippe dignationis suæ potentia beatissimum Benedictum patrem constituit monachorum, ipsum monasticæ legis latorem, & operatorem esse disponens, ut merito Cassinense monasterium in quo & sanctissime vixit, & gloriosissime obiit, omnibus per occidentem monasteriis dignitatis privilegio antecellat. Quoniam igitur dignum est, ut tam celebre, ac solemne monaste-[nota.]*rium apostolica sedes specialius amplectatur monasterium ipsum, ad exemplar felicis memoriæ Clementis, & Innocentii Romanorum pontificum Prædecessorum nostrorum sub beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut idem monasterium, & omnia, quæ ad ipsum pertinent pleno jure quieta semper, & ab omni jugo mortalium libera sub solius S. Romanæ ecclesiæ jure, ac perpetua defensione consistant. Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona idem Monasterium in presentiarum juste, ac canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante domino poterit adipisci firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. In primis monasterium domini Salvatoris positum ad pedem Casini montis, monasterium S. genitricis dei Virginis Mariæ quod vocatur Plumbarola, monasterium S. Mariæ in Cingla, cellam S. Benedicti in Capua cum cellis, & pertinentiis suis, S. Angeli ad Formam cum cellis, & pertinentiis suis. S. Johannis Puellarum, S. Rufi, S. Benedicti Pizoli, S. Angeli ad Odaldiscos, S. Agathæ in Aversa, S. Ceciliæ, & S. Dimitrii in Neapoli. In civitate Beneventana ecclesiam S. Benedicti ad Portam Rufini, S. Nicolas in civitate nova, S. Benedicti in Pantana, S. Nicolai in Petra Pulecina, S. Georgii in Fenuclo, S. Joannis in Turlecuso, S. Petri in Rossano. S. Angeli in Capraria, S. Januarii prope Beneventum, S. Martini ibidem, S. Dionysii in Ponte S. Anastasii, S. Mariæ in Canneto juxta Fluvium Trinium. S. Laurentii in Salerno. S. Liberatoris in Marchia cum omnibus suis pertinentiis, S. Benedicti in Marsi, S. Mariæ in Luco, S. Cosmatis in Civitella, S. Angeli in Barejo cum omnibus pertinentiis suis, S. Mariæ Ancillarum dei in civitate Cosentina, S. Petri de Lacu, S. Petri de Avellana cum cellis, & pertinentiis suis, S. Erasmi, & S. Benedicti, & S. Scholasticæ in Gajeta S. Manni in Fundis cum cellis, & pertinentiis suis. S. Agathæ, & S. Benedicti, & S. Stephani in Terracina, S. Petri in Foresta cum cellis, & pertinentiis suis. S. Heliæ in Ambrisia. S. Pauli in Foresta S. Mariæ, & S. Vincentii in Pontecurvo cum cellis, & pertinentiis suis. S. Benedicti in Bagnarola, S. Mariæ, & S. Luciæ in Rivo Matricio. S. Nicolai, & S. Petri in Castello. S. Joannis in Carrica. S. Angeli, & S. Nicandri, & S. Thomæ in Troja, S. Eustasii in Pantasia, S. Benedicti in Alarino. S. Benedicti in Pectinari. S. Mariæ in Casali Plano, S. Illuminatæ in castello Lemusano, S. Trinitatis, & S. Georgii in Termole. S. Focati in Lesina, cum fauce, & Piscaria, S. Benedicti in Asculo. S. Eustachii in Petrahabundanti. S. Eustachii in Vipera, S. Mariæ in Barruttano, S. Scholasticæ in Pinnis, S. Salvatoris in Tave, S. Nicolai juxta Fluvium Trutinum in Aprutio cum pertinentiis suis, S. Johannis ad Scursonem, S. Benedicti in Trunto, S. Benedicti in Tisino Fluvio S. Apolinaris in Firmo, qui dicitur ad Oplanis. S. Mariæ in Arboscla, S. Marini* in Salino, S. Angeli in Marano, & SS. Septem Fratrum, & S. Laurentii, S. Benedicti in Ripaursa. In Comitatu Aqminensi cellam S. Gregorii, & S. Mauritii, & S. Pauli, S. Constantii, S. Christophori, S. Nicolai, & S. Mariæ in Albaneto, S. Nicolai in Ciconia, S. Benedicti in Clia, S. Nazarii*

* Martini.

in

in Comino, & S. Valentini, & S. Martini, S. Urbani, S. Angeli, S. Pauli, S. Felicis, & S. Salvatoris, S. Angeli in Valleluci, S. Michaelis in Oliveto, S. Nicolai in Pica cum cappellis suis, S. Honuphrii, & S. Mariæ de Ægipti, S. Angeli in Cannutio, S. Joannis de Pesclo, S. Mariæ in Verule. S. Petri in Escleta, S. Luciæ, & S. Petri in Curulis; & S. Nicolai de Francavilla, S. Joannis de Pantano, S. Silvestri, & S. Martini, & S. Luciæ in Arpino. S. Mariæ de Castello Zupponis, S. Benedicti in colle de Insula, S. Mariæ in Babuco. S. Nicolai in Turrice, S. Juliani in Frisilone, S. Valentini in Ferentino. In Anagna S. Cesarii, S. Angeli in Algido. S. Marci in Ceccano, S. Agathæ in Tusculano, & S. Hierusalem, S. Benedicti in Albano: In Roma Monasterium S. Sebastiani, quod dicitur Palladia. In Lucano cellam S. Georgii. S. Salvatoris in Civitella. In Ducatu Spoletino S. Germani in Sora, S. Benedicti in Peschesana, S. Petri in Morinis, s. Angeli in Pesco Canali. s. Patris in Formis, s. Angeli in Albe, s. Erasmi in Pomperano, s. Mariæ in Cellis. In Benafro s. Benedicti, & s. Nazarii, & s. Martini in ipsa Furca, & Curtem s. Mariæ in Sala, & s. Benedicti Piczuli. Ibidem s. Benedicti in Cesima, s. Jacobi de Pace, s. Benedicti, & s. Leonis in Suessa, & curtem, quæ dicitur Lauriana, & Phandum, quod fuit Pandulfi de Patricio, s. Joannis in currenti, S. Benedicti in Teano, s. Mariæ in Calvo, & s. Agapiti in Territorio Calvi s. Nazarii in Anglona, S. Adjutoris, & s. Benedicti in Aliphas, s. Dommini in Telesia, s. Martini in Vulturno. s. Petri in Sexto. In Amalphi, s. Crucis, & s. Nicolai. s. Crucis in Sernia, s. Marci in Carpinone s. Mariæ in Calena, s. Benedicti in Trani, s. Benedicti in Bari, s. Petri Imperialis in Tarento. In Calabria cellam s. Anastasiæ, castellum Fella, & ecclesias Sellettani s. Mariæ in Tropes. s. Euphemiæ in Marchia. Item civitatem, quæ dicitur s. Germani positam ad pedem ipsius Montis, Pontemcurvum, & castellum s. Petri, quod ab antiquis dictum est castrum Casini, castellum s. Angeli, Pinnatarium, Terami, Plumbarola, Pesdemonte, & Villam de Pedemontis, castellum s. Stephani, castellum s. Georgii, castellum s. Apollinaris, castellum s. Ambrosii, castellum s. Andreæ, Vallisfrigida, castellum novum, Fratta, & ecclesiam s. Martini. Mirtula cum ipsa curte, quæ dicitur Casa Fortina, Roccam de Bantra cum omnibus pertinentiis suis, sugium, turrem ad mare, juxta fluvium Garilianum s. Salvatoris, qui vocatur Cucuruzzo. Bantra Comitalis, Vantra Monastica. Caminum, Junctaram, Torocclum, Cervarium s. Victorem, s. Petrum in fine, s. Heliam. Vallemrotundam, Saracinifcam, castrum Atini cum omnibus pertinentiis suis, Cardetum. Aquamfundatam. Vitigosum. Ecclesiam s. Martini in Pede Arcis, castrum Cetraria, cum omnibus ecclesiis, & pertinentiis suis. In marchia Theatina castellum Lastinianam Montem Alberici, Mucclam, s. Quiricum cum portu Frisani, s. Justam. In comitatu Esculano castellum, quod dicitur Octavum, & post montem Cinianum, Trivilianum, & Cavinum. In Principatu castellum Ripaursa, Montembellum, Petrafracida. In Comino Vicumalbum. In territorio Carseolano castellum Mauricula. Piretum. Roccam Incameratam. Fossam cecam, & Capriatam. In Amalfi Fundicum. In territorio Trojano Castellionem de Baroncello. s. Justam, villam s. Nicolai, quæ de Galliciano dicitur. In monte s. Angeli Hospitale. In territorio Capuano Gualdum de Liburia. In Comitatu Theanen. curtem S. Felicis cum ecclesia s. Hippolyti. In Comitatu Aretino monasterium s. Benedicti. In territorio Pisanæ civitatis s. Silvestri, & s. Benedicti de Crema. In regno Francorum ecclesiam s. Mauri in Floriaco cum cellis, & pertinentiis suis. In Sardinia insula Ecclesiam s. Mariæ in Tergo, s. Heliæ in Monte, & s. Helisæi cum omnibus earum pertinentibus. s. Mariæ de Sabucclo, S. Mariæ de Torabo, s. Mariæ de Tanedo. s. Petri de Trecinglo, s. Nicolai, & s. Mariæ in Solio, cum pertinentiis earum. s. Nicolai de Talasi. s. Michaelis in Ferucisi. s. Georgii in Ticillo, s. Petri de Simbrano. s. Petri in Nurchi, s. Nicolai de Ugulfuli, s. Johannis, & s. Heliæ de Suin, Præterea Patrum nostrorum beatæ memoriæ Urbani, & Calixti, & dictorum Clementis, & Innocentii Romanorum pontificum vestigia subseqaentes, vestrum cœnobium cæteris per Occidentem cœnobiis præferendum asserimus, & tam Te, quam successores tuos in omni conventu episcoporum, seu principum superiores omnibus Abbatibus consedere, atque in judiciis priorem cæteris vestri Ordinis juris sententiam proferre sancimus. Usum quoque compagorum, chirothecarum, tunicæ, dalmaticæ, ac mitræ, virgam pastoralem, & quotidianam usum annuli tam tibi fili Abbas, quam successoribus tuis authoritate apostolica indulgemus. Sane tam in ipso venerabili monasterio, quam & in cellis ejus cujuslibet ecclesiæ episcopum vel sacerdotem præter Romanum pontificem ditionem quamlibet, aut excommunicandi, aut interdicendi atque ad Synodum provocandi præsumere prohibemus. Ita ut nisi ab Abbate, vel Priore loci fuerit invitatus, nec missarum solemnia inibi audeat celebrare, liceatque ipsius monasterii, & cellarum ejus Fratribus clericos cujuscumque ordinis, vel laicos de quocumque episcopatu e sæculo fugientes liberos, & absolutos ad conversionem venientes absque alicujus contradictione suscipere. Liceat quoque absque cujuslibet secularis, vel ecclesiasticæ potestatis inhibitione subjectos monasteriis suis, tam monachos, quam sanctimoniales fœminas judicare. Liceat etiam Fratribus per cellas in civitatibus constitutas ad divina officia quandocumque voluerint signa pulsare, populum dei tam in ipsum cœnobium, quam & in cellas ejus ad dei verbum audiendum ingredi, nullus episcopus, excepto pro communi totius civitatis, vel parochiæ interdicto prohibeat. Chrisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium sive basilicarum, ordinationes monachorum, seu clericorum, a quocumque malueritis catholico accipiatis episcopo. Baptismum vero, & infirmorum visitationes in oppidis vestris, aut Villis ad vos pertinentibus pleno jure per clericos vestros agetis. Ad perpetuum etiam hospitium tibi fili Abbas, tuisque successoribus Palladii cellam concedimus, ut de vestra illic congregatione quem volueritis ordinetis, quem si forte Romano pontifici in Abbatem promovere placuerit, omnino tamen tamquam vestræ congregationis Monachum sub vestra decernimus dispositione persistere, redditum quoque, qui ab officialibus nostris apud Ostiam, vel portum de navibus exigi solet, navi vestra, si qua eo venerit relaxamus. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet*


nota. oppidos cœnobii Cassinatis.

* Auricola.

nota.

libet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem Fratres communi consensu, vel Fratrum pars consilii sanioris de collegio vestro, vel alieno si ibidem idoneus repertus non fuerit secundum dei timorem, & beati Benedicti regulam providerint eligendum. Electus vero ad Romanum pontificem benedicendus accedat. Ad hæc tam præsentium, quam futurorum avaritiæ, ac nequitiæ obviantes omnes omnino seditiones, quas levas dicunt, seu direptiones in cujuscumque Abbatis morte, aut electione fieri authoritate apostolica interdicimus. Sepulturam sane loci vestri, & monasteriorum vestrorum liberam omnino esse censemus, ut eorum, qui illic sepelliri deliberaverint, devotioni, & extremæ voluntati, nisi forte excommunicati, vel interdicti sint, nullus obsistat, salva justitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumantur. Præterea cum vobis tam in capite, quam in membris ab apostolica sede sit concessa libera sepultura, eorundem prædecessorum nostrorum Clementis, & Innocentii vestigiis inhærentes, vobis duximus indulgendum, ut quotiens pro corporibus mortuorum in processione vos exire contigerit, crucem, incensum, & aquam benedictam portandi, juxta morem terræ liberam, nullius contradictione, vel appellatione obstante, habeatis de nostra licentia facultatem. Ad exemplar quoque dictorum prædecessorum nostrorum Clementis, & Innocentii licentiam concedimus tibi, ac legitimis successoribus tuis, ut si quis ejusdem monasterii vestri, & cellarum ejus possessiones, aut res violenter abstulerit postquam ipsorum episcopi a vobis tertio invitati justitiam de eis facere omnino noluerint, vos super eosdem raptores secundo, tertiove commonitos canonicam excommunicationis sententiam proferatis; ea vero quæ monasterium vestrum a quadraginta retro annis bona fide noscitur pacifice possedisse, vobis & eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus. Ita quidem quod super his nullo unquam tempore impediri debeatis, vel quomodolibet molestari. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia, & integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione, ac substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonita, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore, ac sanguine dei & domini nostri redemptoris Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini Nostri Jesu Christi, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. ✠ *EGO HONORIUS CATHOLICÆ ECCLESIÆ EPISCOPUS SS.*





Ego Honorius catholicæ ecclesiæ episc. ss.

Ego Nicolaus Tusculanus episcopus ss. Ego Ugo Hostiensis, & Veltren. episcopus ss. Ego Pelagius Albanen. episcopus ss. Ego Cinthius S. Laurentii in Lucina presbyter Cardinalis ss. Ego Leo tituli S. Crucis in Hierusalem presbyter Cardinalis ss. Ego Robertus tituli S. Stephani in monte Celio presbyter Cardinalis ss. Ego Stephanus basilicæ duodecim Apostolorum Pr. Cardinalis ss. Ego Petrus tituli S. Laurentii in Damaso presb. Card. ss. Ego Thomas tituli S. Sabinæ presbyter Card. ss. Ego Guidus S. Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Card. ss. Ego Octavianus SS. Sergii, & Bacchi Diac. Cardinalis ss. Ego Gregorius S. Theodori Diaconus Cardinalis ss. Ego Rainerius S. Mariæ in Cosmedin Diac. Cardinalis ss. Ego Romanus S. Angeli Diac. Cardinalis ss. Ego Stephanus S. Adriani Diac. Cardinalis ss.

Datum Perusii per manum Vulli. S. R. ecclesiæ notarii II. idus Augusti inditione quarta, incarnationis dominicæ anno MCCXVI. pontificatus vero domni Honorii Papæ tertii anno primo. Adest sigillum plumbeum.

Labitur Spondanus cum hæc de Honorio III. profert an. 1217. nu. 6. *Scribens quoque idem pontifex VIII. Kal. Septembris Ferentini ad Abbatem, & conventum Cassinensem dolet vehementer, quod Monasterium illud a quo principium religionis esset exortum, deberetque semper omnibus lucere, nihilominus quasi sentina effecta esset omnium vitiorum, ac propterea juxta decretum concilii generalis mittere se eo Reinerium Pœnitentiarium, & O. cappellanum suum ad monasterium, & Monachos vice Pontificis visitandum, & reformandum tam in capite, quam in membris.* Et in Indice littera C. hæc habet: *Cassinense monasterium tempore papæ Honorii factum sentina vitiorum 1217. VI.* Erat hoc anno 1217.

Cujus mentem prave interpretatur Spondanus.

Abbas

Abbas Sac. monasterii Cassinensis Stephanus cognomento de Marsia ab Innocentio III. creatus, teste Richardo a S. Germano in hæc verba: *Interea jussu apostolico de substitutione Abbatis tractatur in monasterio, sed quia non poterant Conventus in unius electione inveniri concordes, hoc ipsi papæ per octo de Fratribus, quos ad ipsum mittunt denunciant. Inter quos cum unus esset eorum notus Pontifici, Stephanus, cognomento de Marsia, cujus superius feci memoriam, illum, postquam per eos sibi constitit de electione divisa de gratia, prout placuit in Abbatem concessit eisdem. Hic ad monasterium rediens a Fratribus & populo cum honore receptus est.* Probatis itaque moribus esse debebat Stephanus tanto pontifici notus, ab eoque electus Abbas. Anno 1216. concesserat amplissimum illud privilegium Honorius III., cui antequam etiam Romanus pontifex evaderet, perspecti erant Cassinatium mores, cum illis sexcentos Fiscatos mutuum dederit, ut ex ejus bulla constat, quam mox dabimus. Plura pro Cassinatium reformatione edidit Capitula Innocentius tertius bulla data, *Anagniæ XII. Kal. Octobris Pontificatus nostri anno XVIII.* quæ in hac Honorii III. bulla in eandem ob rem facta continentur.

Ex originali in Archivo.

Honorius episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis,. Abbati, & Conventui Cassinensi salutem, & apostolicam benedictionem. Cum bonæ memoriæ Innocentius papa prædecessor noster ad reformationem monasterii vestri curam, & sollicitudinem debitam adhibens capitula quædam statuerit, per quæ fideliter observata monasterium ipsum, auctore deo, & temporalibus commodis, & spiritualibus proficiet incrementis, Nos ad profectum ipsius non minori desiderio aspirantes, eadem ipsius inhærendo vestigiis quibusdam tamen adjectis duximus innovanda. In primis igitur, ut membra capite sano facilius convalescant, & ad prælati exemplum subditi componantur, statuimus, quatinus Cassinensis Abbas utatur calciamentis, & vestibus secundum beati Benedicti regulam, pannis videlicet, quibus bonæ memoriæ Raynaldus, & Petrus de Insula, aliique religiosi ipsius loci Abbates usi esse noscuntur, & abstineat prorsus a carnibus, nisi, cum minutus, vel medicinatus, aut infirmus, seu valde debilis fuerit, & in capitulo quando superius in monasterio moram fecerit, nisi evidens causa præpediat, singulis diebus intersit, ac semper cum illis hospitibus comedat, quos oportet, & decet sui præsentia honorari, & tunc nichilominus ipse, ac Monachi comedentes cum eo carnibus non vescantur, nec ibi, aut in aliis locis, ubi Abbas reficitur admittantur nullatenus histriones, qui si quando se forsan ingesserint importune, detur eis cibus extra mensam Abbatis, solummodo propter deum, quo contenti a gesticulationum, seu verborum ineptiis abstinere penitus compellantur; nec Abbas, vel monachus aves, aut canes venaticos habeat nec azolum, sive aurum in sellis habere præsumat, aut frenis utatur nullatenus deauratis. Nec ullus obedientialis monasterii numerum duarum equitaturarum, & totidem servientium excedat. Porro Abbas, cum pro emergentibus negotiis equitabit, ducat moderatam familiam, & honestam, & tam apud S. Germanum, quam apud alia monasterii castra, in quibus ipsum manere continget, tres, aut duo de senioribus monachis viri probatæ religionis, & famæ semper in una camera jaceant cum eodem, aliis monachis, qui secum fuerint in uno loco commedentibus, & jacentibus, ita quod nullus cameram habeat specialem, ut sic melius Sathanæ obvietur astutiis, & ora iniqua loquentium facilius obstruantur. Monachi vero in monasterio consistentes tam obedientiales, quam alii in communi dormitorio jaceant, & in communi commedant refectorio, nec quisquam illorum obedientialium, aut alius superius monasterio servientes habeat speciales, nec specialia sibi faciat fercula præparari, sed omnes pulmentis utantur communibus, infirmis dumtaxat exceptis, qui & ipsi omnes simul in infirmitorio commedant, nisi forsan qui tanta debilitate laborant, ut a lectis discedere sine difficultate non possint. Sub infirmario autem alius statuatur monachus bonæ conversationis, vel laicus, qui assiduam in infirmitorio faciens residentiam, die, ac nocte infirmorum singulorum, & omnium curam gerat. Hospitale quoque, restitutis sibi omnibus subtractis, eidem taliter reformetur, ut infirmi, & pauperes confugientes ad illud solacia ibi recipiant consueta, sub hospitalario nihilominus alio monacho, vel religioso laico constituto, qui de die in hospitali permanens, & de nocte fideliter pauperibus amministret. Monachis vero aliorum Monasteriorum cum ad ipsum monasterium declinaverint, benigne sicut ipsius loci fratribus ministretur. In superiori etiam Sacristia constituatur aliquis monachus providus, & honestus, qui res sacras custodiat diligenter, nec a ministerio removeatur hujusmodi, quamdiu bene ac laudabiliter ministrabit. Sacerdotes ordinentur de senioribus ad hoc officium exequendum idoneis, ut non sit in monasterio penuria, sed copia sacerdotum; Symon de Colle alto, Johannes de Colimento, & illi etiam monachi, qui præsumserunt cum Adenulfo quondam Abbate conjurare, vel rebellare contra Romanam ecclesiam, seu monasterium Cassinense semper in conventu morentur, ita quod nulla obedientia committatur eisdem, donec emendaverint in melius vitam suam. Quia vero quidam ex vobis in animarum suarum perniciem habere proprium non verentur, statuimus, ut illud resignare in usus monasterii convertendum sub religione juramenti, si necesse fueris compellantur; & si de cætero aliquis ipsius loci monachus proprium habere fuerit deprehensus sine spe restitutionis a Monasterio expellatur, cum nos omnes hujusmodi proprietarios decreverimus excommunicationis sententiæ subjacere, si vero apud aliquos in morte proprium contingerit inveniri, ecclesiastica careat sepultura. Cæterum si alicui Monachorum aliquid a quocumque specialiter datum fuerit, illud Abbati, vel Decano resignet, sed ipse Abbas, vel Decanus necessitatibus ejus inde faciat provideri, sicut viderit expedire, nec ea, quæ sunt ad refectiones, aut vestes, seu aliis Monachorum necessitatibus deputata inter eos de cætero dividantur, sed conserventur per illos, quibus fuerit hæc sollicitudo commissa, & pro ipsorum monachorum, necessitatibus utiliter expendantur. Nec claustralium aliquis præbendas, vel redditus habeat extra claustrum, & eis, qui noscuntur habere penitus auferantur. Decanus quoque habere duplicia vestimenta, & specialia cibaria non præsumat, & monachus vetera reddat quandocumque nova receperit indumenta. Et quoniam apud vos jam quasi pro consuetudine dicitur obtinere, ut cum monachum aliquem litigiosum, aut garrulum,

ino-

inobedientem, aut etiam impudicum in vestro contingit collegio inveniri, Abbas ejus seditiones evitans, obedientius, Ecclesias, & alia bona monasterii det eisdem, unde mali quasi de sua malitia commodum reportantes prolabuntur sepius ad pejora, & alii quoque ad dissensiones, & scandala incitantur. Volumus, & mandamus, ut Abbas viros honestos, obedientes, religiosos, & graves sincera tractare studeat caritate, inhonestos vero, ac inobedientes; dissolutos, & leves cum Decani, & seniorum consilio juxta monastica puniat instituta, ut sic boni de bono provocentur ad melius, & mali a sua malitia revocentur. Claustralibus autem absque manifesta, & necessaria causa exeundi a claustro licentia nullatenus tribuatur, cum periculosum sit talibus secularium cetibus admisceri, nec sub consanguinitatis praetextu infra monasterii ambitum colloquium habere cum mulieribus juniores monachi permittantur, nisi presentibus ad minus duobus Monachis senibus, & honestis. Ad imitationem quoque felicis memoriae Lucii papae predecessoris nostri statuimus, ut Abbas possessiones, demanias Monasterii alienare, vel infeodare non possit adjicientes, ut idem tum molendina, quae bonae memoria Abbas Roffredus in gravem alienavit monasterii lesionem, quam alia, quae de ipsius monasterii demanio alienata sunt illicite, vel distracta, seu male concessa ad opus ejusdem studeat legitime revocare, Praepositurass vero ecclesiarum suarum conferat monachis prudentibus, & honestis, quos faciat juramento firmare, quod non alienabunt ipsarum possessiones, & jura; quod si forte praesumpserint, ipsos perpetuo a monasterio sine spe restitutionis decernimus amovendos, alias graviter puniendos. Dicti autem praepositi singuli certos, modestos, & consuetos redditus reddant monasterio annuatim secundum Ecclesiarum, quibus praeferuntur facultates: & ut sicut mali de malitia poenam, ita boni de bonitate premia consequantur. Abbas praepositos ipsos a praepositurís, in quibus eos bene amministrasse constiterit, non amoveat absque necessitate, vel utilitate monasterii manifesta. Monachos vero de castris, & villis ad claustrum praecipimus revocari, nisi forte ad custodiam illarum munitionum, quae sunt in finibus Abbatiae sint aliqui necessarii, quos ibi pro tempore toleramus, quibus Abbas injungat in virtute sanctae obedientiae, ut quantum poterunt religiose viventes personam in judicio non accipiant, sed equaliter justitiam faciant pauperi, ac diviti, debili, ac potenti; eos vero, qui declinabunt ad dexteram, vel sinistram, debita severitate puniat ipse Abbas, in quorum poena si negligens fuerit, aut remissus apostolicae correctionis experiatur sententiam in se ipso. Ipse vero nullum invitum agere, vel accusare compellat, nec praeponat judiciis venditores justitiae, sed viros timentes deum, & peritos in jure, qui sine acceptione personarum exhibeant justitiam conquarentibus interdicto penitus, ne aliquod fiat pactum, ut aliquid curia Monasterii serviatur pro justitia facienda. Clericos autem Abbatiae in spiritualibus, & temporalibus trahi ad forum non faciat seculare, sed ad ecclesiasticum potius, nec patiatur, sacristam ab eis exigere ultra duas procurationes in anno, sicut olim fieri consuevit. Praeterea cum consilio Conventus, vel majoris, & sanioris partis, eligat duos de ipso, qui jurati proventus obedientiarum, quae consueverant teneri per Monachos a balivis diligenter recipiant, & de mandato Abbatis cum consilio Conventus, vel majoris partis ipsius, eos in debitorum solutione convertant, reddituri coram Abbate, ac conventu balivis presentibus de receptis, & expensis singulis, mensibus rationem, & tum Monachi, quibus castra, quam illi quibus ecclesiae committuntur, personaliter ad claustrum in festo dedicationis Monasterii annuatim accedant, rationem villicationis suae coram Abbate, Decano, & aliis reddituri, quod observandum statuimus etiam circa ipsius Monasterii Thesaurarium, Cellararium, Infirmarium, Hospitalarium, & Sacristam, ut qui laudabiliter egerunt debita Fratrum commendatione letentur, qui vero male, confusione, ac ignominia perfundantur. Ad hac Thesaurarius, Cellararius, & Infirmarius singulis diebus sabbati ad monasterium secundum consuetudinem antiquam, & approbatam accedant in claustro cum Fratribus usque ad secundam feriam moraturi, quod & Abbas facere studeat cum poterit competenter. Supradicta ergo capitula praecipimus inviolabiliter observari, & ne quis se per ignorantiam valeat excusare, volumus, & mandamus, ut ea singulis mensibus in Abbatis, & Fratrum praesentia recitentur; Quod si in observantia praedictorum inventi fueritis tepidi, vel remissi, cum fructum ex vinea vobis commissa faciemus requiri perditis male malis vineam ipsam aliis agricolis profecto locabimus, qui reddant Domino temporibus fructum, cum jam non restet aliud vinea faciendum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis dei, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Laterani II. Nonas Aprilis: Pontificatus nostri anno tertio. Al. Sept. Regist.
Adest sigillum plumbeum.

Haud tamen hinc colligas, Monasterium Cassinense sentinam vitiorum fuisse; nec enim quod leges moribus corrigendis conduntur, statim deducere est, omnia simul ea vitia in regno uno, una provincia, multoque minus, uno monasterio contineri. Quod adeo in re nostra perspectum, ut Innocentius III., & Honorius III. haud jusserint monachis abstinendum a carnium esu, quotidie eundum ad Capitulum, haud admittendos coram ipsis Scurros, Circulatores &c. sed Abbatibus. Quod ut minus rectos Abbatum quorundam mores arguit, ita Monachorum omnium pietatem sanctimoniamque a dicteriis vindicat. Plura reliqua capitula observantiæ monasticæ integritatem continent, quæ tamen omissa haud grave vitium referunt, puta monachis in communi dormitorio habitandum, dormiendumve. Gravissimum certe, ablegandumque in ultimas terras proprietatis scelus aliquos dumtaxat deturpabat, ut hisce pontificum verbis liquet. *Quia vero quidam ex vobis in animarum suarum perniciem habere proprium non verentur &c.* sique aliud ibidem invaluerat vitium, in aliquibus dumtaxat proculdubio erat, & hisce verbis colligere est: *Simon de Colle alto, Johannes de Colimento, & illi etiam Monachi, qui praesumpserunt cum Adenulfo quondam Abbate conjurare, vel rebellare contra Romanam ecclesiam, seu monasterium Cassinense, semper in Conventu morentur, &c.* Neque tamen perduellio hæc sacrosanctæ catholicæ ecclesiæ dogma ullum respiciebat, sed o-

Nam ejus Capitula Abbatem potius qui Monachos percellunt.

bedien-

bedientiam Romano pontifici debitam, ut refert Richardus a S. Germano testis oculatus an. 1215. hisce verbis. *Innocentius Papa Urbem exiens venit Ferentinum in Campania. Idem Papa mense Augusto inquisitionem de persona Abbatis Cassinensis Adenulfi præfati fieri mandat per Nicolaum Cappellanum suum, qui in Tusculanum assumptus & per Magistrum Rainerium tunc notarium, qui in Cardinalem postea est promotus. Qui de statu Monasterii, & de persona dicti Abbatis per Monachos sub juramento veritatem certius inquirentes, & quæ didicerunt redigentes in scriptis, ipsi Summo pontifici retulerunt. Illis autem abeuntibus, idem Abbas pravo usus consilio Monasterium munire curavit militibus, & servientibus, suis consanguineis, & propinquis. Similiter & roccam Janulæ, Atinum, roccam Bantra, & castrum Fractarum, qui tandem a papa vocatus apud Anagniam vadit ad ipsum. Qui præstito Sacramento quod monasterium decastellaret, & roccas prædictas, easque in manus eorum traderet quibus ipse mandabat, correptus ab eo dimissus est, & rediens ad monasterium, illud tantum decastellavit reliquus sibi castellis retentis, & propterea vocatus a papa iterum inconsulte vadit ad ipsum, a quo redargutus de fide mentita, cum in eum publice vellet ferre depositionis sententiam persuadentibus sibi nonnullis renunciavit, & cessit invitus. Quem ipse papa apud Larianum mandat custodiri donec roccas prædictas resignari faciat ad mandatum suum. Hoc itaque cum innotesceret in terra monasterii Miraddo nepos dicti Abbatis consulens vita sua cum esset in S. Germano, & multas nonnullis intulisset offensas nocte fugiens, relictis uxore, & filiis in rocca Bantra, in qua quidam erat Monachus consobrinus suus, se recepit, cum quo postmodum facti ecclesiæ rebelles Terram ipsius hostiliter infestabant.* Carcere tandem liberatus est Adanulphus, teste Richardo an. 1216. in hæc verba. *Adenulphus quondam Abbas a Papa dimittitur, cui ab ipso pro vita conceditur ecclesia S. Benedicti in Capua; & de gratia ecclesia S. Angeli in Formis additur illi.* Ex quibus Richardi verbis liquet Innocentium III. Cassinum misisse Nicolaum capellanum, & Raynerium notarium, qui examen de statu monasterii, moribusque Adenulphi instituerent. Hi monachorum attestationes in scriptis redactas Innocentio attulerunt, quibus visis mox recensita capitula edidit die 20. Septembris an. 1215. pro Cassinensis cœnobii reformatione; lapsus itaque præterea est Spondanus cum Visitationem hanc Honorii III. jussu institutam scribit. Illudque insuper liquet, Visitationis hujusce causam haud fuisse perditos monachorum mores, sed Adenulphi: Clemens etiam VIII. die 25. Junii an. 1599. plura atque adeo gravioris momenti Capitula edidit pro regularum omnium reformatione; haud tamen cordatus ullus, prudensque dixerit perditos fuisse Regularium omnium mores, sed ea condita, ut regularis disciplina insons servaretur, eaque verarentur, quæ descripta erant, vel quod defectus hi in aliquibus religiosis vigerent, & haud quidem omnes simul, sed in diversa tempora.

& ipse Honorius honorifice de eis loquitur.

Haud certe semper de Cassinensibus ita sentit Honorius, qui probos eorum mores magnis laudibus effert, potissimum cum ait. *Quorum religio sancta est, & de regulari observantia nobis constat.*

Ex originali in Archivo.

En integram Honorii III. bullam. *Honorius episcopus servus servorum dei Dilectis Filiis . . . . Abbati, & Conventui Cassinensi salutem, & apostolicam benedictionem. Si sedes apostolica pia mater ad ignotos interdum ubera Caritatis extendit, hos convenit potius hiis nutrire, quorum religio sancta est, & de regulari observantia nobis constat. Ex devotione igitur, quam ad monasterium Cassinense hactenus habuimus, & habemus tria milia obulorum aureorum, qui cameræ nostræ a tempore felicis memoriæ I. papæ prædecessoris nostri a monasterio præfato debentur, ac Sexcentos fiscatos, quos dum in minori essemus officio constitusi, a nobis mutuo recepistis, vobis, & monasterio vestro remittimus de gratia speciali. Datum Laterani III. nonas Novembris pontificatus nostri anno VII.* Adest sigillum &c. In hisce duabus aliis bullis eadem rata habet Honorius. En primam.

nota verba Honorii.

Honorius episcopus servus servorum dei dilectis Filiis, Abbati, & conventui monasterii Cassinensis salutem, & apostolicam benedictionem. Multa devotio, quam habemus ad vestram venerandam ecclesiam nos inducit, ut ejus, tanquam vera domus dei decorem intime diligamus, & satagamus, ut non solum nostris, sed futuris quoque temporibus decoretur ornatu ecclesia tanta digno, & eo maxime quem illi noscimus contulisse, quatinus & divini nominis Cultus celebretur colerius in eadem, & hoc nostræ devotionis indutio ibi perpetuo permanente, ibidem nostri memoria in benedictione jugiter habeatur. Hinc est, quod auctoritate presentium inhibemus expresse, ne quis ea, quæ ipsi ecclesiæ in auro, argento, pannis sericis, & quibuscumque aliis ecclesiasticis ornamentis usque ad hanc diem contulimus, vel etiam imposterum conferemus, ullo tempore donare, vendere, obligare, ad alium locum transferre, seu quomodolibet alienare, vel ab ipsa ecclesia sequestrare præsumat, sed conserventur ibidem ad exornandum divina servitia temporibus opportunis. Si quis autem huic nostræ exhibitioni præsumpserit contraire, sententia excommunicationis, & anathematizationis se noverit innodatum, quam ex nunc in ejus inhibitionis transgressores quoslibet promulgamus. Datum Laterani VII. Kal. Novembris. Pontificatus nostri anno sexto. Adest sigillum Plumbeum &c. En alteram.

Ex originali in Archivo.

Honorius episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis Conventui Casinensi salutem, & apostolicam benedictionem. Cum Monasterium Casinense, in quo divinis estis obsequiis dediti, specialis caritatis brachiis amplectamur, & ad ejus commodum velimus semper attentius sicut debemus, intendere, de ipsius vobis profectibus non immerito congaudemus, & ad conservandum quod est pro ejus bono rationabili consideratione statutum, sollicitam volumus operam adhibere. Inde est utique, quod si quando postulatis a nobis quæ ad commodum universitatis vestræ pertineant, petitionibus vestris tanto facilius favorem Apostolicum impertimur, quanto præscriptum monasterium specialius ad provisionem nostram respicit, & tutelam. Sane cum claustrales Fratres ipsius monasterii in vestimentis defectum aliquando sustinerent, bonæ memoriæ Gentilis de Pallearia qui apud idem Monasterium sepulturam elegerat pietatis intuitu, & propriæ salutis optentu vobis sicus accepimus ad investituram filtrorum, & ad stricta pellicea biennio comparanda, sedecim millia taronorum salubri consideratione donavit. Cum autem bonæ memoriæ Petrus quondam Abbas vester pecuniam prætaxatam in aliam utilitatem

nota.

Mo-

Monasterii convertisset in recompensationem ejus viginti unciat auri de Castellone, & quinque de ecclesia de Cinglis in usus, quos prædiximus concessit perpetuo Fratribus erogandas. Unde quia nobis imminet ex injuncto officio providendum, ne quod provide sit temeritate quorumlibet dissolvatur. Nos vestris postulationibus clementer inducti, præscriptas viginti uncias auri de Castellone, & quinque alias de ecclesia de Cinglis Fratrum usibus, quibus a præfato Abbate deputata sunt, sicut in instrumento publico continetur, ad instar felicis recordationis Alexandri, & Clementis prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Laterani XV. Kalendas Januarii Pontificatus nostri anno nono Sym. Adest sigillum plumbeum.

& Gregorius IX.

Honorio suffectus est Gregorius IX. qui plura, eaque amplissima Cassinatibus privilegia concessit, veteraque confirmavit omnia, potissimum illa Zachariæ Pontificis hoc diplomate. *Gregorius episcopus servus servorum dei dilectis filiis Abbati, & Conventui monasterii Cassinen. salutem, & apostolicam Benedictionem. Cum multa precum instantia devote, ac humiliter nuper postulasti a nobis, ut bonæ memoriæ Zachariæ papæ prædecessoris nostri privilegium monasterio vestro concessum propter vetustatem ipsius, maxime cum filum cui Bulla adherebat pro majori esset parte confractum, & alterius forma foret ejusdem litteræ, quam moderna, mandaremus sub bulla nostra litteris annotari.*

nota.

Nos igitur eodem privilegio diligenter inspecto, ne jus posset ejusdem monasterii deperire, privilegium illud presentibus de verbo ad verbum annotari fecimus ad cautelam apostolici favoris ei præsidium impendendo ita quod per hoc nihil plus juris accrescat eidem monasterio quam ei per dictum privilegium fuisset indultum, cum per id conservare jus antiquum, non novum ei concedere intendamus &c. Datum Laterani IV. Idus Aprilis pontificatus nostri anno V. Suum erga Cassinates amorem testatum etiam voluit idem Pontifex hac bulla, qua illis ad quinquennium fructus, & redditus illis subditarum ecclesiarum attribuit, quæ tamen conventuales non essent.

Ex originali in Archivo.

Gregorius episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis. . . . Abbati, & Conventui Cassinensi salutem, & apostolicam benedictionem. Pro reverentia sanctissimi Benedicti, cujus corporis pretiosus thesaurus quiescit in monasterio Cassinensi, exuberante ad illud nostræ dilectionis affectu, nobisque ad ipsum devotionem habentibus specialem, libenter idem monasterium apostolicæ sedis communimus præsidiis, quibus ea, quæ deputata sunt usibus Fratrum deservientium in eodem, & aliis operibus caritatis maneant inconcussa, & a multis defectibus, quos ex temporis retroacti malitia patitur, valeat relevari,

nota.

ut sic per quietam vitam servis dei necessariam ibi deo tranquillius adoleatur orationis incensum, & offerantur vituli labiorum. Ea propter dilecti in domino filii devotis vestris supplicationibus inclinati, ea quæ per te fili Abbas, & prædecessores tuos ab olim sunt Monachorum usibus, & mensæ . . . . . . infirmorum necessitatibus, & receptioni hospitum deputata, vobis & ipsi monasterio ad opus hujusmodi sicut pie, ac provide sunt concessa auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, auctoritate vobis presentium nichilominus indulgentes, ut proventus ecclesiarum ad vos pleno jure spectantium, exceptis conventualibus per quinquennium, cum vacaverint, salva congrua sustentatione deservientium in eisdem, ita quod debito servitio non fraudentur in relevationem dicti monasterii libere convertere valeatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, & concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis dei, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Laterani XV. Kalendas Aprilis Pontificatus nostri anno quarto. Adest sigillum plumbeum &c.

Inde pietas Abbatum elucet, qui plura pro infirmis atque hospitibus bona destinarunt. Quo vero ecclesiæ, bonaque cœnobii nostri tuta conservarentur, hac Gregorius bulla id sanxit.

Gregorius episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis Abbati, & Conventui monasterii Cassinensis salutem, & apostolicam benedictionem. Etsi ecclesiarum omnium, quarum nobis cura, & sollicitudo incumbit profectibus intendere teneamur, de vestri tamen monasterii statu, & utilitate eo magis cogitare nos convenit, quo ipsum specialius ad nos noscitur pertinere. Cum igitur, sicut vestra petitio nobis exhibita continebat, idem Monasterium per collationes ecclesiarum vestrarum illicitas grave sustinuerit hactenus, & adhuc sustineat detrimentum, nos vestris supplicationibus inclinati, volentes indempnitati ejusdem Monasterii paterna sollicitudine præcavere, auctoritate præsentium districtius inhibemus, ut ecclesiæ ad vestrum monasterium pleno jure spectantes, in quibus consueverunt Monachi regulariter commorari, decedentibus hiis, qui eas nunc possident, nulli de cætero sæculari clerico concedantur, sed sicut olim consuetum est, per monachos gubernentur, auctoritate sedis apostolicæ in omnibus semper salva. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginã nostræ inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis dei, & beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Laterani XII. Kalend. Martis, Pontificatus nostri anno VIII. Cal. Adest sigillum plumbeum &c. Alia in bulla data *Viterbii nono Septembris Pontificatus nostri anno X.* hæc leguntur. *Gregorius episcopus servus servorum Dei Dilectis filiis conventui monasteris Cassinensis salutem, & apostolicam benedictionem. Pro confessoris reverentia gloriosi gratia, & nomine Benedicti, cujus merita facimus, ut monasterium vestrum universitati fidelium honorabile habeatur, votis vestris super hiis libenter annuimus, quæ vobis fructum productura multiplicem probabiliter æstimamus &c.* vetatque ne bona pro Sacrario, Xenodochio, & ministeriis Cellerariæ, rei vestiariæ, & valetudinario alios in usus distrahantur, nisi majoris Monachorum partis consensu. Aliam hanc bullam deinde pro cœnobio nostro edidit: *Gregorius episcopus servus servorum dei. Venerabili Fratri . . . . episcopo Albanen., & dilecto filio T. tituli S. Praxedis presbytero*

Ex originali in Archivo.

Car-

Ex originali in Archivo.

Cardinali apostolicæ sedis legatis salutem, & apostolicam benedictionem. Cum loca religiosa specialiter diligamus, & ad relevationem ecclesiarum regni toto intendamus affectu, nimis videretur indignum si monasterium Cassinense, ad quod pro beati Benedicti reverentia majorem devotionem habemus, & cui tenemur, quo specialius ad nos pertinet, jura sua diligentius conservare deterioris conditionis sub dominio ecclesiæ, quam præteritis temporibus haberetur. Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatinus, quæ ablata sunt de domaniis ejusdem monasterii, etiam occasione muniendi castra, vel arces cum ab aliis requiramus auxilium ad dictum monasterium muniendum cum integritate restitui faciatis, idem monasterium molestari a quoquam minime patientes. Datum Perusii X. Kal. Augusti, Pontificatus nostri anno tertio. Alia quædam ejusdem Gregorii diplomata in Diss. I. dabimus. Pluribus etiam Elogiis cœnobium Cassinense prosequitur Urbanus IV. in bulla, quam mox de Bernardo Abbate acturi dabimus.

Refriguit certe quadantenus apud Cassinates observantia Regularis, & quare.

A. 1189. regis Guillelmi II. emortuali, ad 1267. innumeris propemodum malis regnum Neapolitanum, cum eoque monasterium Cassinense quassatum est, utraque adversa parte semper in id unum intenta, ut quæ una occupasset, altera repeteret. Hinc multoties bonis omnibus, oppidisque expoliatum, expoliatumque cœnobium est, indeque Monachi abacti. Id certe sæpius evenit initis prœliis inter Henricum VI. & Tancredum, inter Marqualdum, & Constantiam, ejusque Filium Federicum, interque Otthonem IV., & Gregorium IX., & Federicum ipsum, a cujus ministris innumera irrogata mala Cassinatibus, bona oppidaque publicata, monasterium expilatum, Monachi omnes abacti. Id autem potissimum A. 1239. teste Richardo a S. Germano hisce verbis: *Mense Aprilis monasterium Cassinense Imperatore mandante, servientibus, & aliis ad custodiam necessariis communitur quibusdam Monachis ex eo exclusis &c. Eodem mense Junii, iterum alii, qui remanserant Monachi de monasterio excluduntur, quibus simul cum primis exclusis, morari apud Vallemluci provisum est, paucis admodum in Monasterio remanentibus &c. Eodem Julio mense tertia fit exclusio Monachorum de monasterio Cassinensi, quorum quidam apud Vallemluci, quidam apud S. Petrum monasterii, & quidam moram facere in parentum domibus elegerunt, & in ipso monasterio non nisi octo tantum Monachi ad celebrandum in eo divina officia remanserunt, quorum nomina sunt hæc: &c.* Et Authör Vitæ Gregorii IX. de malis differens a Federico II. cœnobio nostro impactis ait: *Ipsum monasterium inter monasteria cætera dignitate, ac immunitate venerabilius venerando monachorum depulso collegio, prædonum contagiis deputavit &c.* cum reliquis, quæ Dissert. I. A. 1239. dabimus. Nihilo tamen melior Cassinatium sub Federici successoribus Conrado, & Maufredo conditio, ut merito de tribus hisce regibus dixerit Bernardus Abbas in sententia adversus Oppidanos S. Eliæ A. 1273. lata. *Quod Federicus qm. Romanorum Imperator, & post eum duo filii ejus, Conradus videlicet, & Manfredus sub certis juribus de rebus nostri monasterii Cassinensis &c. Speluncam latronum de templo domini facientes viginti, & sex fere annis &c. in arcem damnabiliter tenuerunt &c.* Ut bella omittamus inter Carolum Andegavensem, & Maufredum. Nil itaque mirum, si enervis aliquandiu fuerit tot inter tumultus, & ærumnas monastica disciplina, quæ quiete, paceque indiget, ut illibata servetur; res est clarior, quam ut probatione indigeat, nil esse magis quod literas, pietatemque inficiat, quam bellorum vicissitudines, invasionesque. Hinc Innocentius, & Honorius collapsam quadantenus diciplinam monasticam instaurare aggressi sunt in cœnobio Cassinensi capitulis mox allatis, multoque magis Abbas, & Monachi ipsi Cassinates quibusdam editis statutis, quibus capitula memoratorum Pontificum inseruere, partemque majorem, rigorosioremque addidere ipsi per semet. Quo vero lector aptius hæc inter sese comparare possit, en statuta ipsa.

nota.

nota.

nota.

Ipsique Monachi ad eam instaurandam cum primis insudarunt.

Istæ sunt constitutiones, sive statuta ad reformationem Sacri Cassinensis cœnobii edita de communi consilio, ac pari voluntate . . . . . . reverendi Cassinensis Abbatis, ac S. Romanæ ecclesiæ Cardinalis, & Sacri Cassinensis Conventus, per quæ fideliter observata ipsum Cassinense cœnobium, auctore deo, & temporalibus commodis, & spiritualibus, proficiat incrementis.

In primis igitur ut membra capite sano facilius convalescant, & ad prælati exemplum subditi componantur; statuitur. Ut Cassinensis Abbas utatur calciamentis; & vestibus secundum B. Benedicti regulam, & infra septa monasterii portet cucullam. Ut Abbas abstineat prorsus a carnibus nisi medicinatus, aut infirmus, seu valde debilis fuerit. Ut Abbas cum illis hospitibus comedat, quos oportet, & decet sui presentia honorari, & tunc nichilominus ipse, aut Monachi comedentes cum eo carnibus non vescatur. Ut ubicumque Abbas reficitur, legatur continue aliquid, quod edificet audientes. Istriones, aut ibi, aut in aliis locis in sui presentia nullatenus admittantur. Ut Abbas canes, seu aves venaticos non teneat, nec venationi presentiam exibeat personalem. Ut Abbas cum pro emergentibus causis equitabit ducat moderatam familiam, & honestam tam apud S. Germanum, quam apud alia monasterii castra, in quibus ipsum manere contingerit. Ut Abbas mox ad monasterium remeaverit, regulam per singulas sententias discutiens pleniter legat, & intelligens, domino opitulante, efficaciter cum Monachis suis implere studeat. Ut Abbas nihil extra voluntatem dei præcipiat, vel dicat, seu imperet, Monachorum autem vitia cum caritate amputet. Ut Abbas in capitulo quando superius in Monasterio moram fecerit nisi evidens causa præpedias singulis diebus intersit. Ut abbas statim quod de capitulo exierit vadat visitare infirmos, Fratres autem tribus diebus in ebdomada visitandi infirmos habeant potestatem. Ut duo, vel tres de senioribus Monachis viri probatæ religionis, & famæ semper in una camera jaceant cum Abbate, ut melius Sathanæ astuciis obvietur, & ora iniqua loquentium facilius obstruantur. Ut Abbas, qui amplius debet forma vitæ pollere, quo magis status præfulget honore, die quolibet rationabili causa cessante, missam celebret, vel audiat, & in festis solempnibus missas conventuales majores studeat celebrare. Ut Abbas Cassinensis Abbatias, Præposituras, Prioratus, seu Decanatus Officia monachis conferat viris prudentibus, & honestis quos faciat juramento firmare,

re, quod possessiones, & jura ipsarum nullatenus alienabunt, quod si forte præsumpserint ipsi, perpetne a monasterio sine spe restitutionis amoveantur, & graviter puniantur. Ut Abbas Cassinensis ipsos Abbates, Præpositos, & alios beneficia, aut officia Monasterii obtinentes, ab Abbatiis, Præpositnris, & beneficiis, aut officiis, in qnibus eos beno ministrasse constiterit, non amoveat absque necessitate, vel utilitate monastorii manifesta. Ut Abbas aliquam Abbatiam, Præpositnram, Prioratus, vel Decanatus officia sive administrationem alicni Monacho comittere, vel conferre non possit, nisi expresse professus fuerit in Monasterio Casinensi, sive cœnobio ordinem Monachalem. Ut Abbas nullum in Abbatem Præpositum Priorem, vel Decanum seu administratorem rerum monasterii alterius religionis, vel habitus possit eligero, quod si secus actum oxstiterit, sit eo ipso irritum, & inane. Ut Abbas bono ad usus erogata Conventus sine assensu majoris, vel sanioris partis in alios usus non transferat, nec litoras sigillo conventus sine assensu supradictorum aliquas minime faciat sigillari. Si vero secus egerit, eo ipso sententinm excommunicacionis incurrat. Ut Abbas omnia illa, quæ ad Jus, & proprietatem Cassinensis monasterii, & membrorum ejus sunt revocata, vel aquisita, nullo umquam tempore alienare debeat sive infeudare per se, vel per aliam interpositam personam, nec alienanti cuilibes consentire, nec instrumentum super alienacione subscribere, imo pro posse suo impedire. Ut instrumenta de possessionibus Cassinensis monasterii distractis, & alienatis per Abbatem, sive alios quocumque presidatus titulo censeantur, si non fuerint a toto Conventu, vel majori parte subscripta nullam retineant roboris firmitatem. Ut Abbas de rebus stabilibus monasterii, & Juribus exigendis a Vassallis de quinquennio in quinquennium faciat registra consimilia duplicata, & facta clare, & integraliter in Capitulo legantur eorum fratribus ad hoc specialiter congregatis, quibus lectis, unum ponatur in Archa communi, ubi commune sigillum est solitum custodiri, & reliquum remaneat penes Abbatem, vel alium administratorem rerum monasterii. Ut Abbas & cæteri Administratores monasterii, privilegia, litteras, Instrumenta, quibus libertates, possessiones, res, jura monasterii firmantur, vasa aurea, argentea, ornamenta ecclesiastica, libros, & alias nobiles, & preciosas res ad ecclesiam monasterii spectantia extra monasterium nullatenus tenere præsumant. Ut Abbas in Cassinensi cœnobio singulis annis generale Capitulum faciat celebrare, videlicet secunda die mensis Octobris post dedicationem majoris ecclesiæ monasterii, in quo Abbates, Præpositi, Priores, Decani, & Administratores immediate eidem subjecti studeant convenire ad tractandum de reformacione ordinis, seu religionis, & observancia regulari, necnon corrigantur, & reformentur ibidem tam in spiritualibus, quam in temporalibus, quæ corrigenda fuerint, aut reformanda. Ut in supradicto Capitulo Abbates, Præpositi, Priores, Decani, & alii Administratores subjecti de administrationibus cujuscumque ipsorum reddant in scriptis racionem fidelem, summas scilicet rerum principalium, quo ad receptas, & expensas annuas veraciter exprimendo, & quanta, & qualia supersint, & eciam debeant, & ex qua causa, & a quibus personis, aut dicta desint etiam veraciter exprimendo. Ut Cellararii, Camerarii, Hospitalarii, Infirmararii, & alii Officiales quicumque quocumque nomine censeantur, Victum, seu Vestitum Conventui ministrantes rationem plenam, & explicitam de receptis, & expensis ratione administracionum, vel officiorum hujusmodi ter annuatim in fine scilicet cujuslibet quarti mensis, fratribus, qui ad rationem ipsam audiendam fuerint deputati, roddere teneantur. Ut omnes Monachi administratores, quibus Castrorum, & Massariarum Cassinensis cœnobii gubernatio est commissa, in omnibus præcipuis festivitatibus, capitequadragesimæ, & singulis diebus sabbati ad Monasterium secundum consuetudinem antiquam, & approbatam redeant in claustro cum Fratribus, usque ad secundam feriam moraturi, exceptis hiis, qui infirmitati detenti sunt, quod & Abbas facere studeat cum poterit competenter. Ut omnia, quæ sunt ad refecciones, seu vestes, aut Monachorum necessitatibus deputata, inter eos de cetero non dividantur, & conserventur in communi, per illos videlicet, quibus fuerit hæc sollicitudo commissa, & pro ipsorum Monachorum necessitatibus expendantur. Ut Cassinensi Abbate defuncto, ex sese ipsa Congregacio Cassinensis secundum sanius Consilium Sapientum, & Seniorum Fratrum sibi Abbatem eligat, & Apostolicæ sedis pontifici confirmandum, & consecrandum exhibeat, nec aliter ibi Abbas constituatur, aut aliunde illuc intromittatur, nisi forte ex se aliquem tanto regimini ydoneum non habuerint, & ob id Saniori consilio extraneum sibi elegerint. Ut Congregacio ipsa personam talem eligat in Abbatem, qui vita, & moribus commendetur, sitque ætatis legittimæ videlicet XXV. annorum, de legittimo matrimonio natus, in sacris ordinibus constitutus, & expresse professus, & convenientis scientiæ, licet non eminentis. Ut qui non sunt in Cassinensi monasterio expresse Professi, non debeant cum professis, vel conversi laici cum clericis in electione Abbatis interesse. Ut postquam Abbas electus per Sedem Apostolicam fuerit firmatus, & consecratus, antequam ascendat Cathedram pastoralem, & ad recepcionem promissionis obediencia Fratrum in ipsius manibus procedatur super Altare S. Benedicti positis sacrosanctis Evangeliis, jurabit coram Fratribus per sancta dei evangelia, & Corpus beati Benedicti, quod Thesaurum, possessiones, ecclesias, & omnes substancias monasterii Cassinensis ubique terrarum non alienabit, sive infeudabit, nec aliquem vassallum a prestacione serviciorum, sive angariarum liberabit, sed omnia quæ alienata sunt illicite vel distracta, seu male concessa ad opus ejusdem Monasterii studebit legittime revocare. Jurabit eciam, se observaturum suis pro viribus, ac pro suo scire regulam, & nullum Monachum nisi clarescentibus culpis de monasterio projecturum, vel degradaturum. Ut Monachi vestimenta habeant, quæ nec multum vilia, nec multum preciosa sint, per circuitum sint ipsa rotunda, non fissa, nec longitudine nimia vel brevitate notanda, usque ad pugnum protensas, non consuticias, vel quomodolibet botonatas. Ut Monachi Almutiis de panno nigro fixis super humeros uti possint, & estivalibus largis, ac botis altis pro calciamentis utantur. Ut Monachi a Venacionibus, & aucupacionibus abstineant, nec eisdem interesse, aut canes, seu aves venaticos per se, vel per alios tenere præsumant, si quis autem præmissorum temerarius violator extiterit regulari subjaceat disciplina. Ut Monachi in Mona-

sterio

sterio existentes tam obediencialet quam alii in communi dormitorio jaceant, & in commuui comedant refectorio. Ut nullus obediencialium Monachorum, aut alius superius in Monasterio servitores habeat speciales, nec specialia fercula sibi faciat praparari, sed omnes pulmentis ntantur communibus, Infirmis dumtaxat exceptis. Ut Monachus nichil habeat preter ea, qua in regala precepta sunt, nec quidquam accipiat, nec aliquid in commendacionem sine Abbatis licentia. Ut nullus Monachus dicat aliquid suum, sed semper nostram, hoc solummodo oportet dicere proprium, idest mea culpa, vel meum peccatnm, sive vicium. Omnia, qaa deus tribuit communia esse nobis debent, peccata exinde ex nostra fragilitate oriuntur. Ut claustralis Monachus prabendam, vel reditus nullatenas habeat extra Claustrum, & qui noscitur habere, peaitus auferatur ab eo. Ut si alicui Monacho aliqnid a qnocumque specialiter datum fuerit, illud Abbati, vel Praposito monasterii resignet sed ipse Abbas, vel Propositus necessitatibus ejus faciat provideri, sicut videbitur expedire. Ut si aliquis Monachus in Monasterio proprium habere fuerit deprahensus sine spe restitutionis, de Monasterio expellatur. Ut si apud aliqnem Monachum in morte proprium contingerit inveniri, Ecclesiastica careat sepultura. Ut in monasterio die quolibet Capitulam fiat, in qno Fratrum excessus, transgressiones, & negligencia corrigantur, ac de disciplina, & reformacione regulari agatur in illo, ubi anllus Frater clamose aut inreverenter alterum defendere, aut substinere prasumat. Ut quoties regula in Capitulo proanneiata fuerit a Lectore per presidentem ipsi capitulo, vel alium, cui hoc ipse jasserit ejusdem regula lecta ibidem sententia vulgariter exponatur. Ut Monachus qaociescumque in Capitulo, vel quolibet loco iacrepatur, vel reprehenditur, aut corripitur ab Abbate, vel Praposito, aut decano, vel certe a quocumque Sno Priore, statim cum summa velocitate in faciem cadens veniam postulet, & primum omnium dicat mea culpa Domine ita, ut indutus est & tunc jubente Priore surgat, & unde interrogatus fuerit rationem reddat. Ut in Capitulo singulis diebus Veneris omnes Monachi pro negligenciis & excessibus infra septimanam per eos commissis veniam postalent a prasidente ipsi Capitulo, a quo secundum modum culpa judicium recipiant. Ut si aliquis in cellario, in refectorio, in Coqaiaa, vel ubicamque aeglexerit Frater, perdiderit, fuderit, fregerit, vel aliad dampnum intulerit, statim festinet ad veniam postulandum, & si talis est res quam neglexit, in manu teneat, & Terra prostratus veaiam postalet ostendens dampnum qaod fecit. Ut moaachi certis horis opera manuum non negligant, qua virtus est anima, & eorporis, certis iterum horis lectioni pleniter vacent, illi tamen, qui possunt. Ut si fieri potest, monachi in uno loco sedeant tempore leccionis, ut se invicem videntes, se inviccem cohortentur, & sub silentio legant, nec unus ad alium jungatur, nisi necessitas discendi exposcerit, ipsum tamen sine inquietudine alterius fiat. Ut astivo tempore post prandium unusquisque Monachus ad proprium lectulum vadat cum summa cautela, & sine alicujus perturbatione, aut legat sub silentio, aut dormiat. Ut si necessitas fuerit monachos occupari in frugibus colligendis, constitutus legendi, & meridie pausandi tempus pratermittatur, & operantes non murmurent. Ut Monachi in coquina, pistrino, & in caterarum arcium officinis propriis operentur manibus, & vestimeata sua oportuno tempore ipsi lavent. Ut cum signam datum fuerit, ut monachi egrediantur foras ad laborem simul omnes stantes, dicant tribus vicibus Priore tunc incipiente, Deus in adiutorium meum intende, & Gloria, & post Oracionem Domiaicam dicat Prior: Adjutorium nostrum in nomine Domini, qui respondeant omaes. Qui fecit &c. Tunc vadant simul, aut separatim ad opus suum injunctum, custodientes silencium decaatantes psalmor suos, aut pariter, aut bini, aut singuli, juxta quod congruum est, & secundum qualitatem operis, nihil aatem loquentes, nisi forte de opere necesse faerit aliquid dicere, aut movere caute, aut modeste. Ut eum ad opus divinum horis canonicis auditum fuerit signum, sicut in regula continetur, relinquentes statim quicquid Fratres in manibus habuerint, sic taaen ut non per aegligenciam pereat, tunc conveniant ad introitum oratorii, aut eerte sicut separati fuerint ad obedienciam, dicant versus, Benedictus es Domine Deus, qui adjuvasti me, & consolatus es me tribas vicibus, uno subiungeate Gloria Patri flectentes genaa orent, & oratione completa surgentes dicat Prior Misereatur vestri omnipotens Deus &c. Respondentibus cateris Amen, Sed a Calendis Octobris usque in Pascha, hora aona hoc faciant; a Pascha vero usque Calendas Octobris hora tercia, & undecima. Ut nullum opus eciam si sibi bonam videatur, sine permissione, vel benediccione Prioris aliquis ex Fratribus agere prasumat. Ut nullum opus aliqais ex Fratribus agere incboet, nisi prius oracione pramissa, qua peracta qaando incboat illud etiam si solus sit, dicat Benedicite, quia Deus ubique prasens est. Expleto autem opere, iterum oratio celebretur. Us cum Abbas, aut Prapositus, vel alius ex senioribus alicui ex Fratribus aliqaid opus facere pracipit, suscipiat junior cum summa humilitate jubentis imperium, & expleto sermone jubentis, hamiliato capite dicat: Benedicite: & accepta benediccione obediat, peracta vero obediencia, rediens cum humilitate, similiter dicat: benedicite: & semper junior cum a seniore se separaverit, dicat Benedicite; similiter cum se ei iterum junxerit faciat, & egrediens de conventu Fratrum humiliato capite dicat: Benedicite. Veniens iterum in conventu Fratrum similiter faciat. Vt ubicumque sibi obviant fratres, junior priori inclinato capite dicat Benedicito. & si junior sedet transeunte seniore surgat, & si senior voluerit sidere, junior nisi jussus non sedeat juxta regalam. Vt nullus ex fratribus alterum puro nomine appellet, sicut regula jubet, seniores suos Juniores fratres nomineat, juniores priores suos Nonnos vocent, quod intelligitur pateraa reverentia, Abbatem vero dominum, & patrem vocent. Vt Prapositus monasterii sit potens in opere, & sermone prout in Congregacione aptior poterit inveniri, sitque talis, qui continue in Capitalo, seu Conventu resideat, claustrique curam, & regimen exercere assidue teneatur. Vt Prapositus monasterii infra & extra monasterium post Abbatem majorem reliquis Abbatibus subditis habeat potestatem. Vt in Monasterio habeatur magister, qui Monachos doceat in scientiis primitiis, proviso attencius, ut seculares instruendi cum ipsis monachis docendis in eodem monasterio nullatenus admittantur. Vt Monachi audito signo ad horam divini officii festinaater ad oratorium cur-

currant cum honestate, & gravitate, & ingredientes locum, primum ante Altare genua flectent, dicentes salutationem beatæ Virginis, sive orationem dominicam, officio autem divino expleto oratorium exeuntes similiter faciant. Vt in nocturnis vigiliis si quis ex Monachis post Gloriam Psalmi nonagesimi quarti occurrerit, non stet in ordine suo in Choro sed ultimus omnium stet, & similiter qui in diurnis horis ad divinum officium post versum, & gloriam primi psalmi occurrerit, in ultimo stet, nisi forte Abbas licenciam dederit. Vt qui in oratorio lectionem sive responsorium dixerit inclinet se humiliter ante altare, & in circuitu Abbati, & omnibus Fratribus, & sic vadat ad sedendum. Vt post explecionem vigiliæ nocturnæ silencium fiat tam in voce, quam in a:tn, vel incessu seu sono alicujus rei, ut liceat unicuique absque inquietudine peccata sua cum gemitn, & suspirio, vel lacrimis confiteri, veniam, vel remissionem pro ipsis ab omnipotenti Deo flendo postulare. Vt monachi nullo umquam tempore post Vigilias causa dormiendi ad lectulos suos redeant, nisi contingerit eos ante horam statutam surgere. Vt si in choro alicui monacho frequens tussis, aut flegma ex pectore, vel naribus excrescit, post dorsum proiiciat, aut juxta latus, caute tamen, & curiose, ut infirmis mentibus non vertatur in nauseam, & semper quod prohicitur pede conculcetur, ut cum ad orationem monachi corruantur, vestimenta non sordidentur, & infra ecclesiam, vel in omni Conventu hoc observandum est, ut quod expuitur, pede conculcetur semper. Vt monachi maneant capite inclinati in tantum, ut manus possint ad genua ponere quociens Gloria Patri pronunciatur, & oratio similiter dicitur. Vt Monachi in Sacerdotio constituti, bis, vel ter saltem in septimana, salva honestate, & debita devotione, missas studeant celebrare. Vt Monachi non sacerdotes singulis septimanis tam in Monasterio, quam extra sublata occasione quacumque, saltim semel ad confessionem accedant, & in prima dominica cujuslibet mensis communicent, nisi abstineant ex causa rationabili, & de licentia superioris, aut confessorum suorum, quod si negligenter obmiserint, per superiorem graviter arguantur, & nihilominus debite puniantur. Vt Monachi Sacerdotes pro anima cujuslibet Monachi morientis septem missas studeant celebrare, & non sacerdotes septem Psalteria devote debeant recitare. Vt pro anima cujuslibet Monachi morientis, a die mortis suæ usque ad centum dies justitiam panis, & vini, & coquinam, & de ovis, sive piscibus partem unam omni die pauperibus Cellararius debeat dare, quod si neglexerit, in pane, & aqua pœniteat. Vt omni sexta feria per annum completa missa ad primam, sive ad Tertiam omnes fratres communiter procedant ad Cimiterium Fratrum incipiente Primicerio antifonam, requiem eternam cum psalmis quotquot suffecerint quousque ibidem conveniant, & iterata priori antifona Kyrie, Christe, Kyrie, Pater noster, A porta inferi, & oratione a Sacerdote, omnes pariter flexis genibus, ita ad Capitulum pergant, & silencium solvant, psalmi autem ubi primo dimittuntur, ibi vice altera repetantur, quousque psalterium ex integro finiatur. Item a capite repetatur, si vero talis festivitas in sexta feria venerit, ut Fratres processionem debeant facere, sequenti sabbato omnia ut supra dictum est fiant. Vt Monachi certum Flebotomię non observent tempus, sed unicuique secundum quod necessitas expostulat concedatur, & specialo in cibo, & potu solacium præbeatur. Vt Monachi æstivo tempore per xii. dies, yemis vero per xv. dies radantur, in quadragesima autem non nisi in Sabbato sancto. Vt Monachi in quadragesima vicissim sibi sicut in alio tempore lavent pedes, & antiphonas huic officio congruentes decantent. Vt in cœna Domini pedes Monachorum si Abbas lavet, in Parasceve nihil aliud nisi panis, & aqua sumatur. Vt in processionibus ultimus in Congregacione professus alba indutus ante Congregacionem crucem deferat reverenter. Vt quando Abbas, aut Præpositus, vel aliut ex senioribus benedicit cibum, vel potum, vel aliquid aliud, aut lectori benediccionem postulanti dat, non sedendo, sed stando benedicat. Vt quando Monachi dirigendi sunt in via, in oratorii solo flectentes genua, ab Abbate aut Præposito, vel a quocumque Priore benediccionis officium percipiant, & semper ad orationem ultimam operis dei addatur, & famulos tuos ab omni adversitate custodi, propter ipsorum absentiam. Vt quando Monachi de via ad monasterium revertuntur per omnes canonicas horas divino Officio expleto, oratorii solo prostrati propter transgressiones lapsus, benediccionem recipiant, illis tamen diebus, quibus in choro flectunt genua fratres, alias facta supplicacione ante, & retro stent inclinati, quousque ipsorum fratrum benediccio sit completa. Vt Monachi ad horam refeccionis post explecionem divini Officii expectent in ecclesia in choro tacite psallentes, cum autem audierint signum, cito, & ordinate, sine ullo strepitu festinent lotis manibus introire in refectorium salutantes crucem versis vultibus ad orientem, & cum secundo signum sonuerit ad mensam omnes congregati simul dicant versum, & orationem dominicam humiliato corpore, & data benediccione a Priore sedeant singuli ordine suo ad mensam cum summo silentio. Vt semel per singulos dies dum in refectorio Fratres reficiunt, servitores ab Abbate primo, deinde a singulis Fratribus, excommunicatis dumtaxat exceptis, singulos recolligant panes per Hospitalarium distribuendos pauperibus, & peregrinis pro anima Tertulli patricii, pro cujus anima, & consanguineorum suorum Fratres plenariam, ac solempnem Commemoracionem unoquoque anno persolvant xiiii. die mensis Julii. Vt nullus ad mensam præsumat prius quidquam cibi accipere, ac potus, quam Abbas ipse, tamen in percipiendo non faciat moram. Vt lector antequam Monachi incipiant cibum sumere, petat benediccionem, & incipiat legere, & sicut docet regula, nullius vox ibi audiatur nisi solius legentis, nisi forte per hedificationem aliquid de ipsa leccione breviter dicatur a Priore. Vt Fratrum refeccione expleta servitores inclinent se pariter, & ordinate Abbati, & in circuitu omnibus Fratribus & post mensam facto signo ab Abbate finiatur leccio, qua finita, lector surgat, & similiter faciat. Vt Monachi ante horam, vel post horam nihil cibi, aut potus accipiant, infirmis, & infantulis dumtaxat exceptis, quorum imbecillitas ab Abbate consideranda est. Vt nullus ad mensam præsumat portare aliquid ad vescendum absque hiis, quæ a Cellerario acceperit, quod si secus egerit, portio vini auferatur ab eo. Vt nullus in refectorio audeat aliquid querere nisi cum signo, si quis autem impetuose fecerit sonum, vel aliud quid excesserit, statim surgat prosternens se ante priorem, a quo veniam petat, & annuente Priore statim surgat.

Vt

Vt servitores post refeccionem Fratrum reficiant, quibus eadem leccio, quæ fratribus recitata est legatur, nec aliquid ad vescendum sibi audeant praparore, nisi ea, quæ in communi præparata sunt. Vt edomadario lectori, & servitoribus coquinæ nihil aliud ad comedendum, & bibendum promisto detur nisi quod regula jubet. Vt layci causa comedendi, ac bibendi in refectorium non ducantur, sed in domo Hospitum reficiantur, ubi eis omnis caritas exhibeatur. Vt in solempnitatibus, & præcipuis festivitatibus bis reficiatur, festivitatibus quæ in adventu, & quadragesima evenerint dumtaxat exceptis. Vt quociens Monachi in infirmitorio carnes comedunt, versus oratio in principio mensæ, ac post refeccionem ympnus. ℣. dicantur, et continuum discumbendo silencium observetur, ibique legatur sicut in refectorio continuo ad quod hedific. audientes, nullaque persona secularis ad comedendum ibi aliquatenus invitetur. Vt sub infirmarario alius statuatur monachus bonæ conversationis, vel laycus, qui assiduam in infirmitorio faciens residentiam, die ac nocte infirmorum singulorum omnem curam gerat. Vt unusquisque in cibo, & in potu, vel calciamentis, & vestimentis habundet quantum regula ministrare præcipit, nisi forte, aut infirmitas, aut senectus, aut aliqua necessitas existat, & hac tantum secundum permissionem regulæ Abbas diligenter consideret. Vt in diebus jejunii parvum fiat intervallum post vesperam, in diebus vero Prandii, & cœna parvissimum, & mox Fratres ad leccionem accedant, legantur quæ edificent audientes quantum hora permittit, & omnes, quibuscumque necessariis obedienciis occupati fuerint, infra spacium hujus leccionis occurrant, finita autem leccione omnes pariter surgant, & dent confessiones suas alternatim, & incipiant Completorium clara luce diei, expleto eodem officio cum summo silentio exeant. Vt nullus plebeus, aut Clericus secularis in Monasterio recipiatur ad habitandum, nisi monachus fieri voluerit. Vt nullus pro muneribus recipiatur in monasterio, nisi quem bona voluntas, aut merita commendant. Vt ad conversionem noviter venienti non facile in monasterio tribuatur ingressus, & in Cella hospitum paucis diebus probationis cum hospitibus serviat. Res si quis habet, parentibus suis, aut amicis commendet, & expleto probacionis anno secundum quod Regula præcipit inde faciat de rebus suis, ipse vero non tondeatur nec vestimenta pristina mutet prinsquam obedienciam promittat. Vt novitiis fidelis imputetur instructor, tam in divinis officiis quam in observantia regulari. Vt Abbas nec ante annum probacionis elapsum quod est maxime in subsidium fragilitatis humanæ regulariter institutum, nec ante decimum octavum annum aliquem ad professionem, seu renunciacionem seculi faciendam recipiat. Vt in congregacione pacis tranquillitas vigeat, fervor charitatis exestuet, invalescat concordiæ unitas, & animorum ydempititas perseveret, sine communi consilio, & pari voluntate tocius congregacionis, vel sanioris partis, post annum probacionis elapsum, nullum ad professionem Abbas recipiat, quod si secus actum extiterit, sit eo ipso irritum, & inane. Vt monachorum, discordiarum, & scismatum productiva ambicio reprimatur, mendicantes Fratres, sive professores cujusvis paupertatis ordinis nullatenus Abbas ad professionem recipiat, cum rationi non congruat, ut homines dispares professionis, vel habitus, simul in eodem monasterio socientur quod si secus ab ipso fuerit attemptatum, professio ipsa careat omni robore firmitatis, ipseque excommunicationis sit sententia innodatus. Vt Spurius sive de dampnato coitu natus, nec ad probationem nec ad professionem Abbas in Monasterio penitus admittat cum filii soleant esse imitatores paterni vicii, juxta illud. Sæpe solet filius similis esse patri; Si vero contrafecerit, excommunicationis laqueo innodetur. Vt novicii antequam professionem emittant super altare beati Benedicti faciant Juramentum, quod nullo umquam tempore bona monasterii Cassinensis, & membrorum ejus alienabunt, nec alienanti consentient, nec Instrumentum super alienacione conscribent, imo pro posse impedient. Vt non audeat Monachus infra monasterium licenter ire quo voluerit nisi obedienciam uniuscujusque sibi injuncta exigit, vel imperat. Vt de monasterio monachus exire non audeat, nisi petita, & obtenta licencia primitus ab ejus superiore, qui eam valeat indulgere. Vt Monachi juniores sub consanguinitatis pretestu infra, vel extra Monasterium colloquium cum mulieribus nullatenus permittatur, nisi præsentibus ad minus duobus Monachis senibus, vel honestis. Vt Monachus solus non mittatur foras monasterium ad aliquod negocium absque altero Fratre, & pernottaturus extra monasterium non permittatur abire sine cuculla regulari, & breviario, in quo Servitutis suæ pensum possit exsolvere creatori. Vt Monachus qui proprio vicio egreditur, aut proicitur de monasterio, si reverti voluerit ad communicacionem aliorum, satisfaccionem hujusmodi fecerit, nullatenus admittatur, quæ dicitur talis vid. Quod a porta sancta Agatha cum magistro Novitiorum, vel alio deputato ad Capitulum veniat nudus femoralia, & Caligas sive pedalibus tantum habens, cucullam, seu scapulare in brachiis, ac flagellum in manibus ferens, cum quo sibi prius venia recepta, & sua recognita culpa primo ab Abbate postmodum ab omnibus Fratribus publice verberetur, demum vero per Abbatem, vel Præpositum monasterii penitentia seu pœna levis, vel gravis culpæ sibi pro qualitate demerita imponatur proviso attencius quod modum peccati modus correccionis nequaquam excedat. Vt supradicta statuta quolibet anno ad perpetuam memoriam in Capitulo generali, & singulis mensibus in Abbatis & Conventus præsencia recitentur, ne quis per ignoranciam se valeat excusare. Qui supradictorum statutorum pio intuitu observator extiterit, benediccionis gratiam a misericordissimo domino deo nostro per intercessionem patris Benedicti consequatur, & vita eterna premia mereatur.

Incipiunt Canones de Ordine Monachorum Cassinensium. In primis videlicet ut sequitur.

Qui cum alio iracundiam tenuerit, & noluerit ad pacem redire, ut homicida judicetur, donec unus alteri ex corde dimittat, & postea septem diebus peniteat. Qui non custodierit ad mensam benediccionem, non responderit Amen, sex percussionibus flagelletur, aut duodecim psalmos cum venia cantet. Qui locutus fuerit non necessitate coactus, vel in Sompno locutus fuerit, & non leviter, aut dixerit aliquid meum & non nostrum, similiter peniteat. Qui dum sibi cura

est coquinandi, aut ministrandi aliquid fregerit, vel versaverit, aut perdiderit, si veniam coram omnibus non petierit similiter peniteat. Qui dum fallit cum psallit in ecclesia, & si non se ibidem coram omnibus humiliaverit, vel so non inclinaverit ad Gloria uniuscujusque psalmi ob reverenciam SS. Trinitatis pœniteat. Qui in quovis labore, aut ubicumque aliquid perdiderit, aut fregerit, tam in liquidis, quam in aridis prostratus omni corpore in Ecclesia duodecim psalmos cantet, vel certe si multum quid offenderit addatur ei pœnitentia Jejunii. Qui super mensam, aut extra mensam aliquid fuderit, pro sola venia super terram se prosternat. Qui dum in via dirigitur, aut quando revertitur non pecierit benediccionem ab omnibus, aut decem percussionibus flagelletur, aut viginti psalmos cum venia cantet. Qui oblitus fuerit recipere benediccionem ante opus, vel post opus, aut comederit sine benediccione similiter pœniteat. Qui non custodierit ordinem suum ad pacem ad communionem, ad Psallendum, in choro standum vii. percussionibus flagelletur, aut xiiii. psalmos cantet, & similiter pœniteat si quis in choro subridens psallit. Qui fabulas ociosas profert, venia tantum sanetur, si se statim reprehenderit, si autem non se reprehenderit, correptus semel, atque iterum centum psalmos canet. Qui a suo seniore correctus defendere se voluerit, & statim veniam pecierit, similiter pœniteat. Qui detrahit alicui, aut libenter audit detrahentem non corrigens eum, a Conventu Fratrum separetur, & per septem dies in pane, & aqua pœniteat. Qui abscondit aliquid crimen de fratre, & non dicit antea nisi quando corripitur ab Abbate similiter pœniteat. Qui alium ad contencionem, & tristiciam provocat, vel facit aliquid sine interrogacione, vel contradicit, vel murmurat, per vii. dies pœniteat. Qui verbum contra verbum dicit xx. percussionibus flagelletur, aut quadraginta psalmos canet. Qui ex contencione uno die sine locutione fuerit, vel usque ad rixam pervenerit, per septem dies in pane & aqua pœniteat. Qui saltum, vel cursum fecerit, si puer est, vapulet, si autem major xiiii. psalmos cum venia concinat. Qui contenciosus, vel murmurans extiterit, alienus sit a Fratrum unitate, & opus ejus abiciatur. Qui lascivus in lingua fuerit, triduana pœnitentia expietur. Qui discors, & litigans, & per odium dissidens extiterit, quoadusque ad concordiam redeat a Conventu, & societate Ecclesia alienus existat. Qui odio habet aliquem, ita ut ad pacem reverti noluerit excommunicetur, & ab ecclesia separetur donec reconcilietur. Qui contra Fratrem falsum testimonium dixerit xxix. verbera accipiens ponatur in ultimo loco. Qui iracundus, & furiosus extiterit, si se non emendaverit ponatur in ultimo loco. Qui falsum judicium proferens personam acceperit degradetur de solio suo, injuste judicans juste dampnetur. Qui aliquid furatus fuerit xxxix. verbera accipiens cinere, & cilicio operiatur, & panem, & aquam comedat. Qui aliquid invenerit per tres dies ante dormitorium suspensum retineat, alias si non fecerit viginti verbera accipiet. Qui se ab altero uno cubito non elongaverit dum ambulaverit, vel sederit, aut steterit xxx. psalmos canet. Qui in uno stratu cum alio dormierit xxxix. verbera accipiat, & septem diebus panem, & aquam comedat. Qui murmuraverit obediencia labore dampnetur, superbus vero carcere claudatur, gulosus autem jejuniis maceretur, verbosus quoque taciturnitate refrenetur.

Celebre valde est, quod statuitur ab Abbate quotannis die secunda Octobris celebrandum esse Capitulum generale, in quo cum Abbatibus, Præpositis, aliisque sibi subjectis ministris in subditis monasteriis degentibus de observantiæ monasticæ instauratione, Reformationeque ageret. De habendo capitulo generali mentio est in instrumento anni 1273. mox adducendo, quo Monachi statuunt cœnobii bona haud esse alienanda, in eoque primum de morum reformatione, deque augendo divino cultu actum. Jubetur ut Rectores seu Administratores oppidorum singulis majoribus festis cœnobium adeant, in eoque ad feriam II. permanerent, quod idem singulis Sabbatis, & initio Quadragesimæ præstarent, quibusdam diei horis operi manuum darent operam, præceptorem monachis ad scientias comparandas destinandum, post Matutinum non eundum cubitum, aliaque plura, quæ ne tędium ingeramus omittenda, cum facile a curioso lectore videri possint. Extant hæc statuta in regesto Bernardi Abbatis a p. 149. ad 154.

Sub utraque specie a Cassinatibus communicatum.

Sub utraque adhuc specie hoc Sæculo communicabant Cassinates, ut aperte testatur Bernardus in expositione ad illa cap. 63. regulæ S. Benedicti verba: *Ergo secundum ordines quos constituerit, vel quos habuerint ipsi Fratres sic accedant ad pacem, ad Communionem, ad Psalmum imponendum, in Choro standum &c.* cum ait: *Hic quadam specificat de gradibus ordinum servandis, quasi exempli causa ad pacem dicit, quod manifestius apparere potest. Apud nos in Natali domini, Resurrectione, & Pentecoste, quoniam singuli post Agnus Dei ante Communionem ab Abbate pacem assumunt; & qui Prior assumpsit, secundum est in ordine stat, & accedit secundus ab Abbate pacem sumpturus, qua percepta, a Priore stante pacis osculum sumit, & stat juxta Priorem. Accedit tercius, ad Abbatem, & sumpta pace ab Abbate, & primo, & secundo stantibus, stat & ipse. Sic omnes ordinatim accedunt ad pacem, & singuli a singulis pacem sumunt. Communionem sicut sunt in ordine unus post alium percipere debent de corpore, & sanguine Salvatoris; quod dicit ad psalmum imponendum intelligitur de antiphona, qua psalmum pracedit &c.* Et in Repertorio supellectilium sacrarii Cassinensis ab Abbate Roffrido die 25. Aug. a. 1188. facto hæc habentur: *Fistulas argenteas tres.* Alium certe in usum hæ fistulæ impendi non poterant, nisi ad sacrosanctum Christi sanguinem absorbendum, ut infra explicabimus.

Parcus eorum, & frugalis cibus.

Quibusnam eo tempore vescerentur cibis Cassinates, explicat idem Bernardus Abbas in expositione ad illa cap. 1. regulæ S. Benedicti verba: *Ternis, aut quaternis diebus per diversorum cellas hospitantur, &c.* cum scribit: *Est enim consuetudo apud nos tribus, vel quatuor diebus charitate hospites honorare, & honorifice tractare, & specialia eis, charitatem ultra consuetam dari fratribus, ministrare, quibus transactis, ut residentibus Fratribus communiter providetur specialitate cessante; ideo dum tales girovagi venientes ad Monasteria honorantur, & bene pascuntur, hospites esse volunt, sed hoc cessante recedunt, quia communibus oleribus, & fabis, & vino debili, vel corrupto nullatenus essent contenti: &c.* Quotidie ab Idibus Septembris ad initium Quadra-

dragesimæ jejunabant Cassinates ex regulæ præscripto cap. 41. illis verbis: *Ab Idibus autem Septembris, usque ad caput Quadragesima ad Nonam semper reficiant*; quem in locum sic commentatur Bernardus noster. *Igitur ipso die Idus Septembris ad nonam Fratres reficiant, quia tunc incipiunt jejunare, concordandum est istud Capitulum cum quadragesimo octavo, in quo sic legitur: A Kalendis autem Octubribus usque caput Quadragesima usque in horam secundam plenam lectioni vacent hora secunda agatur tercia, & usque nonam omnes in opus suum laborem, quod eis injungitur, unde videtur quarendum quid in illis decem, & octo diebus, qui sunt ab Idibus septembris usque Kalendas Octubris erit agendum utrum dimittetur totaliter consuetudo, qua est a Pascha usque idus Septembris de quiescendo in lectis post refectionem usque ad nonam an aliter fieri oportebit, & certe quando jejunia occurrunt a Pascha, usque ad idus Septembris, ita servamus, quod dicta sexta, imus ad dormitorium postea hora congrua tangitur signum missa, qua cantata est quasi media octava, & cantata nona post missam imus ad comedendum, & iste modus servatur illis decem, & octo diebus sunt in diebus jejuniorum pradictis, & sic etiam secundum regulam esset agendum a Pentecoste usque ad idus Septembris quarta feria, & sexta quando Fratres jejunarent, nec poma manducarent in sere.* Martene ad illud caput post relata Ildemarii haud dissimilia Bernardo nostro verba, subdit p. 565. *Atque eam fuisse Cassinensium praxim suo tempore testatur Bernardus Cassinensis &c.* Summum in mensa silentium ex cap. 38. S. Regulæ, ubi S. Pater subdit: *Si quid tamen opus fuerit sonitu cujuscumque signi potius petatur, quam voce*: quæ verba Bernardus sic exponit. *Debent enim Novicii juxta consuetudinem addiscere signa, que eciam penes nos scripta ad memoriam retinentur, & illa nullus debet Monachorum ignorare &c.* Carnium esu abstinebant ex S. regulæ præscripto cap. 39. quod nedum ex laudatis Bernardi verbis liquet, verum & his aliis ad cap. 53. S. regulæ. *Et post hec omnis exhibeatur humanitas; quod vero ait* (Sanctus Pater Benedictus) *omnis exhibeatur humanitas & ad cibum, & ad potum, & ad lectum, & ad qualitates rerum administrandarum hospitibus intelligi debere videtur, & puto, quod in* omni humanitate, *carnium eciam comprehendatur usus. Male quidem serviretur regi, vel principi, aut episcopo, si ad carnium abstinentiam adstringatur. Sentiat aliter qui vult, ego tamen in hoc signo universali* omnis *hoc comprehendi puto, habita consideratione distinctionis ad hospites religiosos sanos, quibus uti carnibus non licet.* Si apud Cassinates carnium esus tunc temporis receptus, incassum hæc explicaret Bernardus, atque hospitibus communem sibi esum obtulissent. Hinc per transcursum adnotanda, quæ Bernardus ait ad illa S. Benedicti verba. *In ipsa autem salutatione omnis exhibeatur humilitas omnibus venientibus sive discedentibus hospitibus, inclinato capite vel prostrato omni corpore in terra. Christus in eis adoretur, qui & suscipitur. Congruitatem exhibendi honoris magis ostendit cum dicit* inclinato capite, vel prostrato omni corpore in terra, *nam reges, & episcopi genuum flexione, alii mediocres, Comites Abbates, & cœteri capitis inclinatione sunt honorandi.* Hinc magna Monachorum erga episcopos reverentia constat. Longe fusius explicat Bernardus mores, regularemque observantiam Monachorum Cassinensium in producendo morose Psalmorum cantu, recitando beatissimæ Virginis, & pro defunctis officio cum cantu, asperrimis pœnitentiis in Capitulo datis, rigido silentio, continua solitudine, leguminum, piscium, & ovorum esu, ad illa S. Patris verba cap. 61. *Si quis Monachus peregrinus de longinquis provinciis supervenerit si pro hospite voluerit habitare in monasterio, & contentus est consuetudine loci, quam invenerit, & non forte superfluitate sua perturbat monasterium, sed simpliciter contentus est, quod invenerit, suscipiatur quanto tempore cupit, &c.* cum hæc scribit. *Sunt enim nonnulli, & pracipue de novis religionibus ad monasteria declinantes, qui dicunt; quare faciunt isti Monachi tam prolixum officium,* nota; *quare dicunt tot psalmos, quare protrahunt tantum psalmodiam, quare fiunt ita prolixa lectiones quare dicunt de Beata Virgine, & mortuis* (subintellige officium) *cum nota, quare faciunt tot supplicationes; quis est iste ritus de serviendo Altari; quare dant tam asperas in Capitulo disciplinas; tenentur semper Monachi ita clausi, fecit deus linguam Monacho, ut non loquatur? isti Monachi loquuntur manibus lingua tacente, monstruosum est quod digitus faciat opus lingua. Isti non sunt contenti consuetudine loci quam inveniunt, modo etiam subjungit innuendo aliud inconveniens quod in talibus invenitur, cum dicit*: & non superfluitate sua perturbat Monasterium. *Superfluitas ista ad cibum, & potum, & lectum, & somnum, & laborem attinere potest; dicunt enim isti superflui: Ego non possum comedere istas fabas, ista cicera, istas lenticulas, istud malum caseum, ista ova putrida, istos pisces de stagnis, & corruptos, istud vinum desipit mihi, iste est panis canum, non hominum. Tales superfluitates monasterium perturbant, quia inde scandalizantur fratres, & nonnulli minus perfecti horum verborum corrumpuntur exemplo &c.* Nocturnæ, diurnæque prolixæ psalmodiæ & parcitatis cibi meminit idem Bernardus in hac concessione Conventui Cassinensi facta.

In Nomine Domini nostri Jesu Christi anno incarnationis ejus millesimo ducentesimo septuagesimo octave regnante Domino nostro Karolo dei gratia magnifico rege Jerusalem, Sicilia, Ducatus Apulia, Principatus Capua alma urbis Senatores, Andegavia, Provincia, Forcalqueriï, & Tornodorum Comite, & Romani imperii per sanctam Romanam Ecclesiam in Tuscia Vicario generali, regnorum ejus Jerusalem anno primo, Sicilia vero tertio decimo, mense Junii, decimo die ejusdem mensis indictione sexta.

Nos Bernardus dei gratia Cassinensis Abbas. Attendentes graves labores, & nimias angustias, quas noster Cassinensis Conventus, die, noctuque sustinet nota; *in divinis officiis peragendis. Volentes & consolationem ei aliquam impertiri, & ejus Justitias augumentare, maxime cum idem Conventus annuatim recipere debeat in subscripta Ecclesia S. Magni de Funpis uncias auri sex, deliberatione prahabita nobiscum habendo magistrum Laurentium Bisa de S. Germano judicem, & advocatum Cassinensem damus, atque conferimus tibi dilecto in Christo Fratri Thomasio Decano Casinensi recipienti pro parte, & vice nostri Cassinensis Conventus, omnia jura, redditus, & proventus ecclesiarum nostrarum S. Magni sita in* ter-

territorio civitatis Fundanæ, & S. Pauli de Foresta sita in territorio Pontis Curvi Aquinatis diœcesis in augmentum justitiarum ejusdem Conventus, damus etiam, & tradimus tibi prædicto Decano pro parte, & vice ejusdem Cassinensis Conventus domum nostram in S. Germano juxta murum ecclesiæ S. Germani prope Campanile ipsius ecclesiæ, cum duabus apothecis existentibus sub domo ipsa. Ipsa utique jura omnia redditus, & proventus prædictarum ecclesiarum S. Magni, & S. Pauli de Foresta in quibuscumque consistant cum honoribus, rationibus, pertinentiis, & oneribus suis, & domum prædictam inferius, & superius damus, conferimus, & tradimus tibi prædicto Decano Cassinensi recipienti pro parte, & vice ejusdem Cassinensis Conventus in augmentum justiciarum ejusdem Conventus &c. Quam pii essent in recipiendis hospitibus Cassinates explicat Bernardus Abbas ad illa S. regulæ verba cap. 53. *Pedes hospitibus omnibus tam Abbas, quam cuncta congregatio lavet, quibus lotis hunc versum dicant &c.* cum ait, *Hoc statutum hodie propter frequentiam hospitum diversis horis supervenientium servari non potest ad unguem propterea in nostro, & in multis aliis monasteriis certus pauperum numerus habetur, quibus hæc quotidie exhibentur, & tota congregatio hæc observat, quia dividitur per certos dies nunc isti, nunc illi sicut sunt inscripti mandatum hoc adimplent, nam alias in sola pedum ablutione per totam diem congregationem contingeret occupari.* Pium hunc usum longe antea explicaverat Stephanus Abbas hac concessione an. 1224. facta.

Eorum in decipiendis hospitibus pietas.

In nomine domini nostri Jesu Christi Anno incarnationis ejus millesimo ducentesimo vigesimo quarto regnante domino nostro Federico dei gratia Romanorum imperatore semper augusto, & Siciliæ rege mense Martii, tertiodecimo die ejusdem mensis indictione duodecima. Præter generale vinculum charitatis, quo astricti sunt omnes, qui christiana professione censentur, specialem curam pauperum habere debent viri religiosi, qui non tantum superflua largiri tenentur in usus pauperum, sed etiam de necessariis, aliquid sibi detrahere, unde necessitas sublevetur aliorum. Sane cum in monasterio Cassinensi Patres nostri, qui bonis pluribus abbundabant, larga manu subvenire consueverint egenis refugium habentibus ad ipsos, postmodum pro temporis malitia bonis imminutis, pariter oportuit imminui liberalitates pristinas, & provisiones pauperum antiquitus observatas. Super quo nos Stephanus dei gratia Cassinensis Abbas diu nobiscum deliberantes, & cum fratribus nostris sani, & pii consilii tractantes, qui nobiscum pariter affectant honestati loci consulere, & animarum saluti providere, statuimus aliqua de his, quæ nostro tempore, deo propitio, de novo ad manus nostras devenerunt, vel studio nostro recuperata sunt de his, quæ fuerant amissa, pietatis operibus deputare pro ampliandis halemosinis, quæ in monasterio nostro fieri solent pauperibus in mandato pro ablutione pedum eorum quotidiano usu observando, in quem usum damus, & concedimus ad præsens in perpetuum omnes redditus provenientes de ecclesia S. Salvatoris, & de tribus limatis, quas Jonatas de S. Angelo nobis in sua ultima voluntate reliquit, & decimas molendinorum, & pannitgiorum Mirardo militis, statuentes, ut tam suprascripti redditus, quam alii quicumque ad eandem causam a nobis deputati fuerint, vel a quibuslibet fidelibus pia devotione collati in perpetuo, & irrevocabiliter ad solas pauperum elemosinas suprascripto modo proficiant, excommunicationis pœna imminente omnibus, qui vel nostro, vel successorum nostrorum tempore ipsos redditus imminuere, seu in alios usus transferre procuraverit eosdem &c. Alia pietatis opera hoc Sæculo a Cassinatibus, vel instituta, vel adimpleta numerabimus, cum de cœnobiorum fundatione.

nota.

Alibi dictum, iterumque Diss. I. repetendum septem fuisse in cœnobio Cassinensi ministros, qui officinas omnes curarent privatis, specialibusque redditibus, nempe Camerarius, Hospitalarius, Decanus, Sactista, Vestaratius, Infirmarius, & Cellerarius. Quibus cum redditus jam imminuti satis ad expensas non essent, pietate Abbatum nova latifundia addita. Roffridus, Landulphus, Stephanus II., & Richardus infirmis, & sanis opem tulere hisce concessionibus.

In nomine domini nostri Jesu Christi. Anno incarnationis ejus, millesimo centesimo nonagesimo septimo mense Augusti quinto die ejusdem mensis, indictione quinta decima. Pro gubernandis in pace subditis, debet cujus cujusque pastoris diligentia vigilare, & ad exhibenda eis, quæ juste competunt, & sollicitare quotidie, & ubi opus est, quæque expediunt prompta benevolentia laborare, hac igitur nos Roffridus dei gratia Cardinalis, & Cassinensis Abbas considerantes, quam attentam nobis curam imponat magister noster beatissimus Benedictus pro infirmis Fratribus nostris, quantumcumque nobis expediat usibus, eorum commoda providere videntes etiam, & dolentes modis omnibus terram monasterii nostri multis vexationibus perturbatam, & nostri, & Fratribus nostris infirmis imminuti sunt redditus proprii, nec possunt eis commoda necessaria ministrari, nec debeant diu conqueri, & contra nos rationabiliter murmurare, de Fratrum nostrorum consensu, nobiscum habendo magistrum Bartholomæum judicem, & advocatum Cassinensem per hoc præsens scriptum damus a præsenti, & deinceps in perpetuum, infirmario nostro pro infirmis Fratribus nostris, & necessitatibus eorum, ecclesiam nostram S. Michaelis de Oliveto cum integritate rerum suarum, & castellum Cerbarium, cum omnibus justitiis, & rationibus suis statuentes, & authoritate, qua fungimur, sub anathemate prohibentes, ne vel nos, vel successores nostri audeant, hanc donationem, & constitutionem infringere, vel ausu temerario irritare. Ad futuri ergo temporis memoriam hanc nostræ donationis, & constitutionis cartam tibi Nicolao nostro, & civitatis S. Germani publico notario scribere jussimus, nostra, & Fratrum nostrorum subscriptione roboratam &c.

nota.

Ex originali in Archivo

In nomine domini nostri Jesu Christi anno incarnationis ejus millesimo ducentesimo trigesimo primo regnante domino nostro Federico dei gratia Romanorum imperatore semper augusto Jerusalem, & Siciliæ rege mense Madii, tertio die ejusdem mensis, indictione quarta. Nos Landulfus dei gratia Cassinensis Abbas. Attendentes, quod propter frequentes, & diversas undique turbationes plurimas necessitates Fratres nostri, qui deo, & beato Benedicto in nostro Monasterio serviunt patiuntur pro pietate, & fraterna caritate providimus, ad quem dedimus conventui Cassinensi duo molendina nostra, quæ sunt ad

pon-

pontem de linulo reparanda propriis sumptibus ipsius Conventus, ita quod omnes proventus, qui haberi poterunt de ipsis molendinis sint omni tempore pro refeccionibus Frutrum nostrorum in eodem Monasterio servientium, set quia Vir. nobilis domnus Landulfus de Aquino dedit pro anima sua monasterio nostro uncias auri viginti, quas expendimus pro edificandis domibus curia nostru, & reparandis molendinis Monasterii nostri, volumus, quod omni anno habeant predicti fratres nostri unam refeccionem de proventibus suprascriptorum duorum molendinorum pro remissione peccatorum predicti domni Landulfi, postmortem vero ipsius domni Landulfi eandem refectionem habebunt iu anniversario ejus, & reliquum similiter prout est superius prætaxatum &c.

Legatum Comitis Aquini.

Ex originali in Archivo.

In nomine dñi nostri Jesu Christi anno incarnationis ejus 1232. &c. mense Januarii vigesimo quarto die ejusdem mensis indictione V. Præsenti publico instrumento declaramus nos Landulphus dei gratia Cassinensis Abbas illustr. virum dñum Diobuldum Ducem Austria dum apud S, Germanum gravi corporis infirmitate detineretur, de qua infirmitate mortuus fuit, in ultima sua voluntate reliquisse conventui Cassinensi pro redemptione peccatorum suorum Marchas argenti trecentas, ut ex ipsis redimerentur possessiones Monasterii Cassinensis necessariu quarum proventus proficerent in communes utilitates Fratrum monasterii Cassinensis, de quo legato recepimus per manus Abbatis Casamarii de mundato ven. viri fratris Hermunni mugistri domus Thoutonicorum manchas aureas de pulloza, quo recepto, & posito in vestiario Cassinensi habita cum Conventu Cassinensi deliberatione, quia domnus Roffridus Cassinensis Abbas prædecessor noster receptis pro utilitatibus Monasterii Cassinensis a nobili viro domno Landulfo de Montenigro unceis aureis quatringentis dedit eidem castrum S. Stephuni tenendum ab ipso, & heredibus suis. Ita quod singulis annis excomputarent sibi de proventibus ipsius castri in sortem uncias aureas duas, & debebat unus filiorum suorum esse inde Vassallus Monasterii Cassinensis, & servire de uno milite Abbuti Cassinensi in expensis ipsius Abbatis, & tamdiu debebaut ipsum castrum tenero, donec per annuam excomputationem duarum unciarum aurearum esset eis de toto debito satisfactum, quod usique prad. dominus Landulfus, & post ipsius mortem filii tenuerant per viginti, & novem annos, quia castrum ipsum secundum formam conventionis tenere debebant annis ducentis, quo tempore elapso deleri propter temporis longinquitatem conventionis prædicta memoria poterat deperire, & sic durum esse probare propter tanti temporis decursum, quod Castrum ipsum fuerit monasterii Cassinensis, de sano consilio prædictas uncias solvimus in vestario Cassinensi nobilibus viris domno Gregorio de montenigro pro se, & domno Riccardo Imperiali Justitiario fratribus, & filiis qm. suprascripti domni Landulfi de montenigro pro se, & domno Thomasio fratre ipsorum, & etium Matre pro ducentis, & quatuor unciis aureis minus tertia de auro scilicet, & pro centum, & sexdecim unciis aureis dedimus eis fidejussores in Pontecurvo, solvendis usque ad quatuor annos itu, ut singulis annis solvamus eidem uncias aureas viginti novem, predicti vero fratres assignaverunt nobis supradictum castrum S. Stephani, & instrumentum incisum factum patri ipsorum de prædicto castro ab Abbate Ruffrido secundum formam prædictam, quo castro recepto, nos qui supra Landulfus dei gratia Cassinensis Abbas sigillatim habita cum Fratribus nostris deliberatione volentes sicut tenebamur, & expediebat voluntati prædicti Ducis Austria adimplere de pluru nostra voluntate, nobiscum habendo Magistrum Rainaldum Judicem, & Advocatum Cassinensem damus, & concedimus Conventui Cassinensi prædictum Castrum S. Stephani redemptum a nobis de prædicta pecunia eidem conventui relicta, itaut omnes proventus ipsius Castri perpetuo habeat & percipiat Conventus ipse pro cupertoriis lectorum Fratruũ singulorum ipsius Conventus. Sane cum bona memoria domnus Pandulfus Noriven. episcopus & dominus Egidius Verracclus fruter ejus domni PP. capellanus dederit olim octuaginta Marcas argenti pro redempcione peccatorum suorum Conventui Cassinensi, quas nos habuimus, volumus, ut idem Conventus propter hoc recipiat annuatim de proventibus possessionum ecclesia S. Magni de Fundis uncias auri sex pro copertoriis antedictis &c.

Legatum Ducis Austriæ factum monachis Cassinatibus.

In nomine domini nostri Jesu Christi. Anno incarnationis ejus millesimo ducentesimo quadragesimo septimo &c. mense Julii undecimo die ejusdem mensis indictionis quinta.

Nos Stephanus dei gratia Cassinensis Abbas utilitatibus Fratrum nostrorum consideratione debita providentes, utpote qui tenemur sic eorum necessitatibus paterna compati charitate, ut eorum defectus per subventionis nostra beneficium suppleantur. Igitur cum dicti Fratres nostri maxime videantur in calceamentis æstivo tempore pati defectum. In supplementum hujusmodi ecclesias nostras S. Nicolai de Turre Pagana sitam in Benevento, & S. Angeli de Pesclo Masculino in Comino, quas multis laboribus, & expensis recuperavimus, bonu, & spontanea voluntate nobiscum habendo Magistrum Petrum de Otu judicem, & advocatum Cassinensem &c. Cassinensi Conventui in perpetuum damus, tradimus, & concedimus cum omnibus possessionibus, juribus, & pertinentiis suis, ut de ipsarum ecclesiarum proventibus Fratribus nostris tum præsentibus, quam futuris in perpetuum cuilibet eorum, qui in Conventu fueris annis singulis in uno pari de subtelaribus sive subalis in Kalendis madii pro æstivo tempore recipiendis utiliter sit provisum &c.

In nomine domini nostri Jesu Christi anno incarnationis ejus 1256. regnante domino nostro Corrado II. dei gratia Jerusalem, & Sicilia rege inclito, mense Junii, nonodecimo die ejusdem mensis, indictione quartadecima Officium pii patris exequimur cum filiorum comoda procuramus. Igitur nos Richardus dei gratia tituli sancti Ciriaci presbyter Cardinalis, & Cassinensis Abbas circa utilitatem, & augumentum dilectorum filiorum Conventus Cassinensis sollicitudine provida, & provisione sollicita intendentes de pura, & libera nostru voluntate erga nos habendo magistrum Petrum de Ota judicem, & advocatum monasterii Cassinensis damus, concedimus, & confirmamus vobis dilectis filiis Fratri Stephano, & Fr. Petro recipientibus pro jamdicto Conventu castrum S. Stephani cum omnibus possessionibus, & pertinentiis suis secundum quod ipsum castrum hactenus Conventus predictus tenuit, & possedit. Damus etiam, concedimus, & confirmamus vobis pro jam dicto Conventu duo molendina, quæ sunt in aqua fluminis prope ipsum castrum, & ud idem Castrum im-

Ex originali in Archivo.

Confirmatio Castri S. Stephani & molendinorum Cœnobio Cassinati.

immediate pertinentium ex antiquo, licet ipsa actenus reparavit quondam dominus Riccardus de Montenigro tunc Magister justitiarius ea qua supra propter sui potentiam tenuit, & possedit. Confirmamus propterea vobis pro jamdicto Conventu molendinum unum in ponte fluminis S. Angeli, quod idem Conventus ab antiquo tenuit, & possedit, & nunc etiam tenet ipsum. Prædicta utique castrum, & molendina concedimus, & confirmamus vobis pro jamdicto Conventu ad proprietatem, & possessionem ipsius perpetuam ad habendum &c. confirmationem firmam, & illibatam perpetuo conservare, & nullo tempore contravenire, & ut ne de prædictis possit imposterum dubitari hoc exinde publicum instrumentum fieri fecimus &c.

Ex originali in Archivo.

In nomine domini nostri Jesu Christi anno incarnationis ejus millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto &c. mense Octobris, quintodecimo ejusdem mensis, indictione quintadecima. Gloriosum in patre opus exequimur, si filiorum necessitatibus sollicite providemus. Cum igitur dilecti in Christo filii, & fratres nostri Conventus Cassinensis ob malitiam, & variam temporum qualitatem in vestimentis necessitatem non modicam hactenus, & defectum sint sustinere coacti, deputatos sibi proventus, & redditus vestaris ab antiquo percipere juxta solitum non valentes. Nos Riccardus dei gratia tituli S. Ciriaci presbyter Cardinalis, & Cassinensis Abbas de ipsorum filiorum necessitatibus paterna sollicitudine cogitantes de pura, & libera voluntate nostra concedimus, damus, tradimus, adque confirmamus jam dicto Conventui ecclesiam S. Angeli sitam in loco Fortunula cum omnibus vaxallis, ac possessionibus suis, & cum integritate quarumlibet pertinentiarum ipsius tam in montibus, quam in planis ipsius Conventus usibus, & necessitatibus vestium perpetuo deputantes eandem statuentes, ut nec nobis, nec successoribus nostris liceat ipsam ecclesiam, proventus, aut possessiones ipsius a jamdicti Conventus potestate, ac dominio subtrahere aliqua ratione. Ut hæc autem nostra concessio illibata perpetuo permaneat, & intacta hoc exinde publicum instrumentum fieri fecimus &c.

Hedditus pro vestibus.

Ex originali in Archivo.

In nomine domini nostri Jesu Christi anno incarnationis ejus 1258. &c. mense Junii, quinto die ejusdem mensis, indictione prima. Cum nostra intersse noscatur subditorum nostrorum curam gerere diligentem, necnon sibi affectione paterna in suis necessitatibus providere. Nos Riccardus dei gratia Cardinalis, & Cassinensis Abbas attendentes merita vestra Dilecti in Christo Filii Conventus Monasterii nostri Vallislucis, ac vestra devotionis, & animi puritatem, & quia vobis actenus non fuit aliquid pro tercio misso provisum, vestris in hac parte necessitatibus consulere cupiendo de Fratrum nostrorum consensu, erga nos habendam magistrum Petrum de Ota judicem, & advocatum Cassinensem damus, & concedimus vobis suprascripto Conventui ejusdem monasterii Vallislucis quamdam terram ipsius monasterii sitam in territorio castri nostri &c., & concedimus vobis suprascripto Conventui, & vestris posteris in perpetuum ad habendum, tenendum, & possidendum pro tercio misso prædicto &c. Eadem pietas adhibita erga Conventum Cassinensem a Pandulpho Norvicensi episcopo, ejusque fratre Ægidio, & nepote Pandulpho hac concessione.

Redditus monasterii S. Angeli pro victu.

In nomine domini nostri Jesu Christi, anno incarnationis ejus millesimo aucentesimo tricesimo secundo Regnante domino nostro Frederico dei gratia Romanorum imperatore semper augusto Jerusalem, & Siciliæ rege, mense martii primo die ejusdem mensis indictione quinta. Presenti publico instrumento declaramus nos Egidius domini Papa cappellanus, & subdiaconus, quod cum olim bona memoria Norviceñ. episcopus Fr. noster dominus Pandulfus, & Pandulfus Thesaurarius Cisterceñ. noster nepos ac nos recoleremus plurima beneficia recepisse a monasterio Cassinensi, volebamus aliquid facere quod in ejusdem Monasterii perpetuam utilitatem redundaret inducti itaque consilio, ac suasione recolenda memoria qm. Domni Stephani venerabilis Cassinensis Abbatis, ac domini Vitalis Cassinensis Decani, & conventus ejusdem loci disposuimus facere domos in curia sancti Germani, in solo scilicet monasterii suprascripti, de quarum proventibus statutis temporibus emi deberent vestimenta pro Fratribus ejusdem loci, reservata nobis in vita nostra medietate proventuum ipsarum. Nunc autem mortuis jam prædicto domno Pandulfo Norviceñ: episcopo, & Thesaurario prædicto, domibus ipsis pro majore parte jam constructis, ne forte tam laudabilis voti memoria possit aliquatenus deperire, ac mentis nostra propositum imposterum valeat immutari, vel exinde aliqua possit dubietas oriri constituti apud S. Germanum de pura nostra voluntate damus, & tradimus Deo & Beato Benedicto in perpetuum per manus venerabilis Patris domni Landulfi Cassinensis Abbatis in presentia Magistri Raynaldi judicis, & advocati Cassinensis, & subscriptorum testium pro parte, & vice monasterii Cassinensis, & conventus ejusdem, astantibus quibusdam fratribus ejusdem conventus, proventus prædictarum domorum, & apothecarum, & Judaca, quam Judacam postea fieri fecimus, ita scilicet, ut de proventibus ipsarum emantur panni pro gunnellis Monachorum ejusdem conventus singulis annis ad utilitatem ipsorum. Reservamus tamen in vita nostra tantum nobis medietatem proventus ipsarum domorum, & apothecarum, sine cujuslibet contradictione a nobis percipienda &c. Actum in civitate S. Germani. Ego qui supra Magister Raynaldus judex, & advocatus Cassinensis. Ego Egidius domini Papa subdiaconus, & cappellanus huic instrumento subscripsi. Ego Bartholomaus de S. Germano domini Papa cappellanus. Ego presbyter Matthaus Prior S. Maria de Babuco testis fui rogatus. Et ego Johannes de Babuco prædicti domni Egidii clericus testis fui rogatus. Ego Riccardus domni Cassinensis Abbatis notarius interfui, & rogatus subscripsi. Locus ✠ signi notarii. Confirmata est hæc donatio a Gregorio IX. bulla data *Laterani XV. Kal. Martii pontificatus nostri anno VII.* Cujus erat Ægidius subdiaconus, & capellanus, ut in eadem bulla legitur. Est Norvicum, seu Nordovicum civitas episcopalis sub Archiepiscopo Cantuariensi in Anglia, caput Comitatus, seu provinciæ Norfolciensis.

Norvicensis.

Ex originali in Archivo.

Quo vero aptius, & monasteria Cassinatibus subdita, & presbyteri diœcesis Cassinensis regerentur, Bernardus Abbas Fratrem suum Aiglerium Archiepiscopum Neapolitanum constituit Vicarium suum generalem, quo ille munere fungi pro pietate, benignitateque sua, haud est dedignatus. Hujus rei testes plures in medium scripturæ proferri possent ex regesto I. Bernardi Abba-

Archiepiscopus Neapolitanus Abbatis Cassinensis Vicarius Generalis.

tis

tis pagg. 64. 65. 65. a t. 66. 68. 68. a t. 69. a t. &c. ſed una dumtaxat contenti erimus p. 68. a t. ibidem, ex qua plura in Sardinia nobis ſubdita fuiſſe monaſteria conſtat.

In nomine domini dei eterni Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Anno ab incarnatione ejuſdem milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo regnante domino noſtro Carolo dei gratia Siciliæ Sereniſſimo rege, Ducatus Apuleæ, Principatus Capuæ, Almæ Urbis Senatore, Andegaviæ, Provinciæ, & Folcharquerii magnifico Comite, ac Romani imperii per S. Romanam eccleſiam Vicarius generalis, Regni vero ejus anno quinto feliciter amen, die Mercurii, quartodecimo menſis Martii, tertiadecima indictionis apud Neapolim. Nos Ayglerius divina miſeratione Neapolitanus Archiepiſcopus reverend. Patris, ac Fratris domini Bernardi Abbatis Caſſinenſis in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarius generalis in præſentia domini Gregorii Boccatorcii judicis Neapolitani, Henrici cognomine Regis publici ejuſdem civitatis notarii, & teſtium ſubſcriptorum litteratorum, ad hoc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum injungimus, & mandamus tibi fratri Theodino de Capiſtrello Monacho Caſſinenſi ſub debito Juramento, quod nobis de parendo mandatis noſtris exhibuiſti, & ſub pœna excommunicationis, in quam te ex nunc reducimus ſi contrafeceris, nec non & ſub pœna centum unciarum auri, ad quam ſolvendam fidejuſſores nobis poſuiſti pro parte, & nomine dicti Domini Fratris noſtri, ſi mandatis noſtris parere contempſeris, ſicut in inſtrumentis publicis exinde factis plenius continetur, quatenus infra feſtum Reſurrectionis dominicæ proximæ futuræ, qualibet occaſione, ſeu dilatione remotis te in Sardiniam transferas ibidem in aliquo uno quod tibi magis placuerit de Monaſteriis, quæ ibidem habet monaſterium Caſſinenſe, pro Monacho moraturus, uſque ad noſtra, vel dicti Fratris noſtri beneplacitum voluntatis, quod ſi forte iis mandatis noſtris parere contempſeris, prædictos fidejuſſores, quos nobis pro parte, & nomine dicti Abbatis Fratris noſtri ex nunc pro parte, & nomine tuo in centum unciis aureis prædictis ſententialiter condemnamus, te in priſtinæ excommunicationis ſententiam reducentes, cujus effectum ſuſpendimus, donec contra hujuſmodi mandata noſtra duxeris venienda. Inhibemus, & tibi ſub pœnis prædictis, ut non procures nuntio, verbo, vel litteris, nec facias procurari per quaſcumque perſonas, quominus dictum mandatum noſtrum humiliter, & efficaciter exequaris. Unde ad majorem cautelam fieri fecimus duo publica conſimilia Inſtrumenta per manus Notarii ſupraſcripti ſuo ſigno ſignata, ſubſcriptione prædicti judicis, & ſubſcriptorum teſtium ſubſcriptionibus roborata, quæ ſcripſi ego prædictus Henricus cognomine regis publicus Notarius Neapolitanus, qui prædictis rogatus interfui, & meo ſigno ſignavi. ✠ Ego Gregorius Boccatorcius judex Neapolit. ſubſcripſi. ✠ Ego presbyter Leonardus eccleſiæ Neapolitanæ interfui, & ſubſcripſi &c.

Alium dedimus in deſcriptione monaſterii S. Euphemiæ apud Pharam. Cl. Bernardus Montfaucon Diarii Italici p. 325. duo alia refert monumenta, in quibus ſeſe Ayglerius Vicarium generalem in temporalibus, ac ſpiritualibus Abbatis Caſſinenſis inſcribit, duoque alia affert Chioccarellus libro inſcripto, *Antiſtitum præclariſſimæ Neapolitanæ Eccleſiæ Catalogus p. 179.* pauloque ante glorioſa Ayglerii pro defendendis eccleſiæ ſuæ juribus geſta, conſtantiamque deſcripſerat p. 173., & ſeqq. atque p. 178. aſſerit mortuum A. 1282. quo Bernardus etiam Abbas obiit, atque in eccleſia cathedrali ſepultum, ubi nobile ejus memoriæ ſepulchrum erexit A. 1315. Archiepiſcopus Humbertus hac appoſita inſcriptione.

Ayglerius Præſul Parthenopenſis, & exul
A mundi pœna Paradiſi guſtat amœna
Natio Burgunda generoſa ſanguinis unda
Genuit ecce virum virtutum munere mirum.
Clauditur hac tumba nitens velut alba columba
Quem tumulavit ita Humbertus Metropolita
Anno milleno tercentum ter quoque quino.
Præteritis membris bis ter de menſe Novembris.

Pluries hoc ſepulchrum loco mutatum, modoque extat in minori eccleſiæ portici ad cornu evangelii inter aram Pietatis familiæ Seripandæ, minoremque portam, quæ ad atrium carcerum, & oſtium archiepiſcopalis palatii vergit. Componitur hoc ſepulchrum urna marmorea duobus leonibus ſuſtentata, quamquam & muro adfixa eſt quæ circum coronatum quadratumque opus ducitur tribus quadris totidemque rotundis ſpatiis diſtributum, in quibus pix viſitur, ut nempe appareat marmora ibi quoque aut muſivum opus interſertum. In urnæ lateribus parvæ duæ columnæ extant, atque utrinque eadem partitio proſequitur cum clypeis Emblatum, utrumque ad latus, & in clypeo quolibet Aquila marmorea expanſis alis conſpicitur. Urna marmore cooperitur cum quinque cælatis frondibus utroque in latere, circumque coronatum opus memorata carmina leguntur. In medio marmoris, ejuſque lateribus pictura viſitur, quæ diſcerni haud amplius poteſt. Ayglerius hic Monachus fuit, nam in emortualibus noſtris ſignatis nu. 47. & 75. hæc leguntur. *VIII. idus Novembris obiit Ayglerius Neapolitanus Archiepiſcopus, & Monachus.* Et antequam Archiepiſcopus evaderet, Abbas monaſterii Athanaſienſis in diœceſi Lugdunenſi. Vid. Ugbellius T. VI. in deſcriptione Archiepiſcopatus Neapolit. col. 114. nu. 18.

Juſſum ne Cœnobii bona alienarentur.

Quo vero grave illud eliminaretur a cœnobio noſtro incommodum alienandi ejus bona, vel acquiſita, vel acquirenda, ſine quibus monaſtica obſervantia, vitaque ſaltem communis vigere haud ſatis poteſt, hoc ſtatuto cautum eſt a Bernardo Abbate, omnibuſque monachis, ex cujus tamen initio ſatis liquet, primum ab illis quæſitum juxta monitum evangelii Matth. 6. Regnum Dei.

Ex originali in Archivo.

In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti anno incarnationis ejus milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo tertio. Regnante domino noſtro Karolo dei gratia Siciliæ rege magnifico regni ejus anno nono menſe Octobris ſecundo die ejuſdem menſis indictione ſecunda. In eccleſia militante Chriſtus, ut ſapiens architectus duas partes neceſſarias ordinavit, unam, quæ ſpiritualibus intenta patriæ cœleſtis dulcedinem attenta contemplatione deguſtat fruendo in quantum prævalet ſponſi amplexibus glorioſis; Aliam quæ licet longe ſit ab amplexibus, neceſſaria tamen temporalis vitæ ſuſtentamenta miniſtrat; illa quidem ſuperior majoris habet delectationis fruitionem; Hæc autem inferior ampliorem habet in miniſteriis deſudando ſollicitudinem, & laborem; Utraque tamen corpori eccleſiæ neceſſa-

ria

tia esse dignoscitur; dum una omnino divinis intendens a terrenis extranea, & a periculis exempta, precibus juvat assidue laborantes, ac altera dum est temporalibus impedita fructificare tamen in quo potest. Cupiens refici corporalibus subsidiis, orationibus intendentes, ut de his duabus intelligi possit, quod habetur in canticis canticorum: leva ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. In quo clare patet unam in substentationibus laborare, alteram in amplexibus gratulari, ideoque dum nos Bernardus dei gratia Cassinensis humilis Abbas, & Conventus Cassinensis in anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo tertio, mense Octubris secundo die ejusdem mensis, indictione secunda, congregati essemus, ut moris est in Capitulo generali, & de iis, quæ ad reformationem morum, & correctionem regularem spectare noscuntur, nec non & ad cultum divinæ laudis devotissime peragendum tractatum dinsinum habueremus eisdem, ut potuimus in suis terminis collocatis. Nos convertimus ad temporalia modis debitis ordinanda. In quo tractatu sermo incidit de passione damnorum ex alienationibus de rebus nostri Cassinensis monasterii, quondam factis, & qualiter in alienatorum revocatione, ac nonnullarum nova rerum aquisitione per nos præfatum Abbatem, & Fratres nostros fuerat diversis laboribus desudatum, & quia non minor est virtus, quam quærere parta tueri, agebatur, ut futuris aliqua imprimeretur cum debita deliberatione forma qualiter recuperata, & acquisita, possent ejusdem Monasterii nostri usibus taliter præservari, quod de cætero ad tale non veniretur dispendium, malivolis alienare cupientibus alienationis præclusa in omnibus potestate. Omnium ergo nostrorum necnon & Abbatum, ac Propositorum, & Monachorum, qui convenerant ad capitulum supradictum, concurrente, ad hoc concordi, ac unanimi voluntate, nobiscum habendo magistrum Riccardum de Berlenger. judicem, & advocatum Cassinen. presbyteri, & ministri sacris vestibus induti a loco, ubi eucharistia conservatur, ipsum corpus dominicum cum reverentia suscipientes in pissyde collocatum, ad Fratrum capitulum deportarunt, ac ipsum in analogio ad id præparato, super librum evangeliorum honestissime deponere curaverunt, & de licentia nostri qui supra Abbatis primus Frater Joannes Decanus, secundus Frater Thomas Vicedecanus, demum reliqui per ordinem a Senioribus incipientes super ipsum corpus dominicum, & eadem dei sancta evangelia manum tremebundi ponentes juraverunt quilibet per se, nullo penitus excepto, quod illa omnia, & singula, quæ diebus nostris qui supra Abbatis ad jus, & proprietatem monasterii Cassinensis, & membrorum ejus sunt revocata, vel acquisita, nullo unquam tempore alienabunt per se, vel per aliquam interpositam personam, nec alienanti cuilibet, sive sit Abbas, vel alia qualibet persona consentient, nec Instrumento super alienatione facta subscribent, imo pro posse suo impedient, quod de prædictis nihil alienetur, vel subtrahatur in toto, vel in parte. Itaque statutum fuit communi voluntate ac consensu omnium nostrum, ut de cætero omnes illi novitii, qui professionem erunt facturi sub prædicta forma, super altare beati Benedicti antequam professionem emittant, simile faciant juramentum. Addito statuto facto in eodem juramento de rebus hospitali Cassinensi unitis nullatenus subtrahendis: statutum etiam fuit, ut hæc omnia, & instrumentum de rebus ejusdem hospitalis in libro regula scribentur, & quolibet anno ad perpetuam memoriam in generali capitulo legi debeant distincte, ne aliquis possit de ignorantia excusari. Fuit insuper ordinatum, ut tam nos præfatus Abbas, quam omnes Fratres scriptura de hoc statuto facta subscriptiones nostras addamus, & Bulla nostra qui sup. Abbatis plumbea, & sigillo nostro qui supra Conventus cereo appensis roboretur ad perpetuam firmitatem. Huic statuto nihilominus adjungentes, quod illi, quos deus huic loco providebit nobis qui supra Abbati, Abbates, & successores prædicta omnia Jura se jurent servaturos antequam ascendant cathedram pastoralem, & ad receptionem promissionis obedientiæ Fratrum in ipsorum manibus procedatur. Si justi judicis dei, & B. Patris nostri Benedicti perpetuam indignationem, & iram voluerint evitare, & partem cum sanctis prædecessoribus nostris & illis quorum reliquiæ hic habentur in cœlesti Patria cupiant obtinere, quibus hæc observantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, & dictus eorum sub manibus ipsorum onere, & utilitas hujus sacri cœnobii, & personarum salus ipsorum temporalibus, & spiritualibus commodis amplietur. Ad horum sane perpetuam memoriam, & monasterii nostri Cassinensis cautelam præsens publicum instrumentum manu Benedicti nostri publici notarii Cassinensis, & civitatis S. Germani Notarii fieri fecimus. Nostri qui supra Abbatis bulla plumbea, & subscriptione manus nostræ, nostrique qui supra Conventus sigillo cereo, & singulorum de ipso Conventu subscriptionibus roboratum. Actum in monasterio Cassinensi. Ego qui supra Bernardus beati Benedicti successor indignus. Ego Frater Joannes Decanus Cassinensis. Ego Fr. Thomas Vice Decanus Cassinensis. Ego Fra Cay. Sacerd., & mon. Ego Fr. Joannes de S. Germano Sacerdos, & Monachus. Ego Fr. Jacobus de Atino Subdiac., & Mon. Ego Fr. Benedictus Diac. & Monachus. Ego Fr. Abel Sac. & Mon. Ego Fr. Joannes de Curcumello Sac., & Mon. Ego Fr. Johannes de Isello Sacerdos, & Mon. Ego Fr. Jacobus de Insula Diac., & Mon. Ego Fr. Philippus de S. Elia Sacerd., & Mon. Ego Fr. Thomas subdiac., & Monachus. Ego Fr. Leonardus de Picœno Diaconus, & Monachus. Ego Fr. Pandulfus de Aquino Diac., & Mon., Ego Fr. Jacobus Sacerd., & Monachus. Ego Fr. Benedictus Diac. & Mon. Ego Fr. Jacobus Diaconus, & Monachus. Ego Fr. Johannes Diaconus, & Monachus. Ego Fr. Bartholomæus de Monreo Sacerdos, & Mon. Ego Fr. Landulphus de Pontecurvo Sac., & Monachus. Ego Frater Girardus de Pignatario Sacerdos, & Monachus. Ego Fr. Petrus de Pignatario Diaconus, & Monachus. Ego Fr. Johannes subdiaconus & monachus. Ego Fr. Petrus de S. Germano Sacerdos, & Mon. Ego Fr. Riccardus Sacerd., & Mon. Ego Fr. Angelus Sacerdos, & Monachus. Ego Fr. Joannes Subdiaconus, & Monachus. Ego Fr. Bartholomæus Diac., & Mon. Ego Fr. Bartholomæus Sacerdos, & Monachus. Ego Fr. Johannes Sacerdos, & Monachus. Ego Fr. Fredericus Diaconus, & Monachus. Ego Fr. Jacobus Abbas S. Matthæi de servis Dei. Ego Fr. Robertus Subdiaconus & Monachus. Ego Fr. Maurus Sacerdos, & Monachus Hospitalarius Cassinensis & Domini Abbatis Cappellanus. Ego Fr. Nicolaus Sacerdos, & Monachus. Ego Fr. Nicolaus de sancto Germano Diaconus, & Mona-

Capitulum generale pro reformatione disciplinæ regularis.

Eucharistiæ Sacramentum allatum a Sacerdotibus in Capitulo, & coram ipso jurãt monachi de non alienando bona monasterii.

Et de rebus Xenodochii Cassinatis non subtrahẽdis.

Sigilla Abbatis, & Conventus.

chus

chus. Ego Fr. Gulielmus de S. Andrea Diaconus, & Mon. Ego Fr. Nicolaus Diaconus, & Monachus, Ego Fr. Gentilis Subdiaconus, & Monachus. Ego Fr. Guilielmus Subdiaconus, & Monachus. Ego Fr. Jacobus Acolytus, & Monachus. Ego Fr. Franciscus Subdiaconus, & Monachus. Ego Fr. Johannes Sacerdos, & Monachus. Ego Frater Petrus subdiac., & Mon. Ego Fr. Germanus Sacerdos, & Mon. Ego Fr. Jacobus subdiaconus, & Monachus. Ego Fr. Jacobus Diaconus & Monachus. Ego Fr. Plenerius Sacerdos, & Mon. Ego Frater G. mādi Sacerdos & Mon. Ego Fr. Andreas Monach. Ego Fr. Petrus Acolytus, & Monachus. Ego Fr. Petrus Diaconus, & Monachus. Ego Fr. Roffridus Sacerdos, & Monachus. Ego Fr. Joannes Sac., & Mon. Ego Fr. Petrus de Burgerto Rector de Fractis, & Domini Abbatis Cappellanus subscripsi. Ego Fr. Rainaldus de Morer. Acolytus, & Mon. Ego Fr. Berardus Acolytus, & Monachus. Ego Fr. Joannes Acolytus, & Monachus. Ego Fr. Rogerius de Aquino Acolytus, & Monach. Ego Fr. Bartholomæus de Pontecurvo Mon. Ego Fr. Stephanus Acolitus & Monachus. Ego Fr. Jacobus Acolytus, & Monachus. Ego Fr. Aminadabus Acolytus, & Mon. Ego Fr. Johannes Acolytus, & Monachus. Ego Fr. Aymo Acolytus, & Monachus. Ego Frater Matthæus Acolytus, & Monachus. Ego Fr. Placidus Acolytus, & Monachus. Ego Fr. Aymo Acolytus, & Monachus. Ego Fr. Johannes de Atino Monachus. Adest sigillum plumbeum, in una parte habens imaginem S. Benedicti cum Epigraphe: *Sanctus Pater Benedictus*: ab alia parte *Bernardus Abbas Cassinensis*.

Monachi pedes sibi met abluebant.

Quod jusserat S. Pater cap. 35. de Monacho coquinæ per hebdomadam præfecto, ut *egressurus de septimana Sabbato munditias faciat. Lintea cum quibus sibi Fratres manus aut pedes tergunt, lavet. Pedes vero tam ipse qui egreditur, quam ille qui intraturus est omnibus lavent*; adamussim in cœnobio nostro hoc Sæculo observabatur teste Bernardo Abbate in expositione ad ea verba cum ait: *Munditia ista sunt vasorum, scopacio domorum, ablucio lintheorum, cum quibus tergunt manus, vel pedes, nam juxta consuetudinem Sabbato Fratres lavant pedes, & manus, & ille qui exit debet lavare, & qui intrat debet tergere: linthea ergo cum quibus per totam hebdomadam manus terguntur, & Sabbato manus, & pedes scilicet terguntur debet lavare qui egreditur de septimana, Propterea sequitur linthea cum quibus Fratres sibi manus aut pedes tergunt, lavet, pedes vero tam ipse qui egreditur, quam ille, qui ingreditur omnibus lavent &c.* Boerius in ejusdem loci expositione asserit, lotionem hanc pedum in monasteriis Cassinensi, & sacri specus ante vesperam factas præterquam tempore Quadragesimæ. In codice bibliothecæ nostræ signato nu. 599. inter alia extat Breviarium Monasticum, in quo post pedum lotionem Feriæ V. majoris hebdomadæ hæc rubrica legitur: *Item officium ad mandatum per totius anni circulum in diebus sabbatorum*. Atque psalmi, responsoria, versus, & orationes præscribuntur. Ejusdem generis rubrica in aliis nostris codicibus extat. Vid. Martene in Comment. p. 448.

Professionis Monasticæ Ritus.

Nobis tandem Bernardus in expositione ad cap. 58. regulæ, professionis monasticæ ritum hisce verbis describit: *Hic attende, quod ad istud observandum ut orent pro eo quando Novicius debet profiteri, Abbas induitur missam celebraturus & post offertorium, & evangelium, Novicius facit professionem secundum modum, qui hic positus est, & dicto versu: Suscipe me &c. fiunt letania novicio prostrato toto corpore in terram, alii autem omnes sunt genibus flexis. Dictis vero letaniis, & oracione dominica, sequuntur oraciones valde devota a Patribus instituta, deinde exuitur veste non benedicta, dicente Abbate: Exuat te Dominus veterem hominem &c. & dato osculo ab Abbate omnes per ordinem dant sibi osculum pacis, & per tres dies continuo silentio perseverans recipit communionem ad missam &c.*

Abbatum cura pro augendo in Diœcesi Cassinensi Divino cultu.

Neque minor fuit Abbatum Cassinensium pro augendo in diœcesi sua divino cultu pietas, ac Zelus, nam pro presbyteris optimas hasce leges sanxit Thomas Abbas, in quibus cavetur potissimum, ne ullus Presbyter missam celebret inconfessus, quive Matutinum atque Laudes non recitaverit; pulsandum Matutinum hora ante diem, signumque recitandæ Ave Mariæ mane, & sero. Quibuslibet Ferialibus diebus recitandum officium pro defunctis, illudque beatissimæ Virginis quotidie, præterquam in solemnioribus festis juxta Cassinensium morem, atque officium Monasticum a Clericis diœcesis recitandum, quod mirum esse non debet. Necdum enim jussu Romani pontificis præscriptum Romanum officium erat, cum plures ecclesiæ peculiarem sibi ritum per ea tempora usurparent. Superstitio etiam hisce temporibus vigens dignoscitur, qua credebatur per panni lotionem affinitatem spiritualem contractam, quæ nonnisi Baptismatis, & confirmationis Sacramentis inducitur.

Ex Reg. Bernardi Abbatis p. 29.

Quibus ritibus Cassinensis Abbas celebrabat Synodum.

Ordo qualiter synodus agatur. Feria tertia post Dominicam qua cantatur: Ego sum Pastor bonus: conveniant omnes Archipresbyteri, Presbyteri, Rectores ecclesiarum, Diaconi, & Subdiaconi totius diocesis, & eodem die, hora prima sint omnes in ecclesia presentes rasi, cottis, seu superpelliceis lineis induti. Presbyteri vero universi stolas desuper habeant, quibus omnibus paratis agatur, missa ritu sollempni per Abbatem, vel eum cui jusserit ipse, qua nisi magna festivitas sit, sicut S. Marci, Inventio S. Crucis, dicatur de Spiritu Sancto, qua expleta sic indutus Abbas sollempniter pluviali, & mitra cum baculo Pastorali, & parati Ministri, vid. duo Diaconi, duo Subdiaconi, sex Acoliti, Diaconus unus testum Evangelii portat, Acolitus Crucem, alius Aquam Sanctam, duo turribula, & duo candelabra cum lumine; cum Abbate sint induti pluvialibus Sacrista Cassinensis, Arrhipresbyter S. Germani, & Archidiaconus ejusdem ecclesia, tunc duo Primicerii pluvialibus similiter indusi incipiunt letanias, & recitato nomine Virginis gloriosa, procedit crux, aqua benedicta, cerei cum turibulis ordinate, post quos exeunt Subdiaconi, post eos diaconi universi, post eos presbyteri, post ipsos Archipresbyteri, postremo duo Subdiaconi, inde Diaconi, ultimo Abbas cum concomitantibus eum Sacrista, Archidiacono, & Archipresbytero pradictis: interim primicerii medium in processione tenentes peragunt letanias, & sic proceditur ad atrium ecclesia ubi parata sunt sedes, remanentibus Subdiaconis, qui primo processerant ad illam partem Atrii, quae est a parte chori, & Diaconis post Subdiaconos, & presbyteris in parte secreno-

ri versus sedes paratas, & Archipresbyteris petentibus Sedes suas, subdiaconis, Diaconis præfatis cum illis qui remanserunt cum Abbate cum eodem procedentibus ad sedem, Primiceriis vero in medio atrio, versis vultibus ad Abbatem astantes & letanias perficiunt, ut est dictum, quibus expletis, dicit Archidiaconus alta voce: orate: tunc omnes prosternunt se orantes in silentio, quibus adhuc in terra jacentibus, quando sibi videtur, surgit Abbas, cum solo capellano librum tenente, fundens orationem ad dominum in modum lectionis dicens. Adsumus Domine Sancte Spiritus; & aliam, Nostrorum tibi Domine, quibus finitis, & respondentibus omnibus amen: dicit Archidiaconus voce qua prius: erigite vos, Tunc accedit Diaconus, & petit benedictionem, & legit evangelium: Designavit Jesus, quo perlecto defertur incensum Abbati, & evangelium ad deosculandum, quo facto incipit Abbas voce mediocri hymnum: Veni Creator Spiritus, qui a dextero Coro per Primicerium assumitur, & secunda instantia a sinistro, & sic totus sollempniter decantatur hymnus. Hiis expletis vocantur Archipresbyteri sicut sunt in registro Casinensi scripti, ut sic sedeant ordinati in sedibus suis, ac universis consedentibus, praponitur verbum dei, & si alicui injungitur sermo, idem prædicator debet tenere baculum pastoralem Abbatis, quo se stando sustentat. Abbas vero si prædicat, sedens erit, tunc finito sermone alloquitur Abbas universos exhortatione, quæ sic incipit; Ecce dilectissimi, & cantatur universis stantibus incipiente Abbate; Credo in unum Deum, quibus completis residentibus, tractatur quæ Sinodalis indagatio requirit. Postremo jubente Abbate, surgunt omnes de sedibus suis, & Archidiaconus alta voce dicit; humiliate vos ad benedictionem, omnesque respondent, Deo gratias, tunc incipit Abbas benedictionem: Qui dispersos Israel congregat, & sic exeunt, & finit Synodus prima diei.

Post sermonem dicitur Credo &c.

Secundo die universa fiant ut prima, excepto quod missa agitur de Dominica, nisi festum superveniens impediat, vel nisi prima die missa potuerit dici de Spiritu Sancto, quo impedimento superveniente dici debebit, si poterit die sequenti, preter quam quod loco hymni: Veni Creator Spiritus, dicitur alleluja, Veni Sancte Spiritus, & preterquamquod loco illius Orationis Adsumus, & alterius, Nostrorum tibi Domine, dicitur illa Oratio brevis; ad te Domine interim clamorit, & alleluya, alleluya, alleluya, & item loco illius exhortationis, Ecce dilectissimi fratres, dicitur illa exortatio, Esterno die Carissimi; & alia: Estote filii pacifici, & loco illius benedictionis, qui dispersos Israhel congregat, dicitur illa Benedictio: Omnipotens Dei filius, quo die, completa sinodo, & benedictione, subjungit Primicerius: Te Deum laudamus, qui hymnus percompletur ab omnibus, & finito: in te Domine speravi non confundar in eternum, dicit Archidiaconus alta voce. In nomine Domini nostri Jhesu Christi eamus cum pace, & sic pariter recedentes vadunt ad propria.

Ista sunt Constitutiones ad reformationem clericorum abbatialium facta per reverendissimum in Christo patrem, & dominum, dominum Thomam Casinensem Abbatem adita, per quas fideliter observate ipsi Clerici, authore domino, temporalibus comodis, & spiritualibus proficiant incrementis. Statuitur, & constituitur, ut Clerici audito signo ad horam divini officii festinanter ad ecclesiam eant cum honestate, & gravitate, & ingredientes ecclesiam primum ante altare genua flectant dicentes salutationem beata Mariæ virginis, officio autem divino explete, ecclesiam exeuntes similiter faciant. Item ut in nocturnis vigiliis, si quis ex Clericis post Gloriam Psalmi nonagesimi quarti occurrerint; vel in diurnis horis ad divinum officium post versum, & gloriam primi psalmi venerit unum persolvat tornensem. Item ut in nocturnis vigiliis lectiones ordinate dicantur ut in prima, & secunda vigilia a junioribus incipiant, & in tertia a Senioribus, & qui lectionem, sive responsorium dixerit inclinet se humiliter ante altare, & sic vadat ad sedendum. Item ut in laudibus, & Vesperis oratio dominica dicatur omnibus audientibus ab Ebdomodario Sacerdote propter scandalorum spinas, cæteris vero horis ultima pars ejusdem Orationis dicatur, ut ab omnibus respondeatur; Sed libera nos a malo. Item ut non prætermittatur simbolum minus in officio primæ horæ, & completorii, justa ordinarii statutum & post completorium per superiorem fiat aqua benedicta super clerum semper aspersio. Item ut in ecclesiis dum divina officia, & missarum solemnia celebrantur, tam Clerici, quam Laici cessent a confabulationibus, & ineptis colloquiis, & post expletionem officii silentium similiter fiat tam in voce, quam in actu in ecclesiis supradictis. Item ut qui in ecclesiis Magistratus fulget honore in festis sollemnibus missas sollemnes studeat celebrare. Item ut Clerici in sacerdotio constitutibis, vel ter saltim in septimana salva honestate, & debita devotione missas studeat celebrare. Item ut Clerici non sacerdotes, & si non sapius saltim confiteantur in Nativitate domini in Resurrectione ejusdem, & pentecoste similiter, & communicent, nisi abstineant ex rationabili causa, & licentia suorum Confessorum. Item ut in ecclesiis, in quibus multitudo clericorum existit, quolibet die missæ duæ celebrentur, una legendo de mane tempestive, & alia cantando in tertiis, ita quod fiant duæ hebdomadæ, & qui neglexerit in sua hebdomada solvat vice qualibet unum tarenum nisi per alium fecerit celebrari. Item ut missa major inchoetur post tertiam sine intervallo, ita quod dum dicitur tertia, hebdomadarius cum ministris paret se in sacrestia, & post missam statim clerici dicant sextam, & nonam, & qui defecerit in missa solvat tornensem unum, in cæteris autem horis unum denarium. Item ut Subdiaconi, & Diaconi dicant epistolam, & evangelium per ordinem, & qui defecerit, nisi per alium suppleri faciat, solvat vice qualibet grana duo, & deficientibus Subdiaconis, & Diaconibus, ultimo ordinati ad sacerdotium suppleant vices illorum. Item ut Ebdomodarius majoris missæ incipiat omnes horas, & præveniat cæteros in veniendo ad ecclesiam, & ubi supradictus abesset primæ missæ hebdomodarius suppleat vice ipsius, si vero ambo abessent, antiquior in ordine incipiat. Item ut hebdomadæ fiant per ordinem sicut sunt in choro, attenta prioritate, & quod nullus audeat celebrare, nisi prius dixerit Matutinum, & Primam, & postea confexus sub excommunicationis, & unius augustalis pœna. Item ut Hebdomadarius Majoris Missæ post sumptionem Sacramentorum, & profusionem lavet digitos manus, & ipsa ablutio in Sacrarium deiciatur, qui autem hoc facere neglexerit, pœnam unius grani incurrat. Item ut nullus officium nocturnum atque diurnum præsumat dimittere nisi necessitas manifesta & approbata eum excuset,

Ex 2. Reg. Bernardi Abbatis p. 133. & seqq.

In Ecclesiis ubi plures sunt Clerici debent quotidie cantare missam.

qui

qui autem hoc neglexerit pro qualibet hora pœnam unius Augustalis incurrat, nisi eadem die resumserit quod omisit. Item ut divinum officium in ecclesia ita morose, & distincte, ac puntatim dicatur, quod non fiat sincopatie, nec una pars Chori, antequam alia finiat, incipiat quoquomodo. Item ut medietas clericorum sit ab uno latere chori, & alia ab alio secundum ordinem prioratus, ita quod in principio utriusque Chori sit unus ex prælatis ecclesiæ. Item ut in Ecclesia dum missarum sollemnia celebrantur, clerici recti, honesti, & cum silentio stent, sedeant autem dum epistola dicitur, quando vero evangelium dicitur, recti stent, & detecta Capite, & nunquam sedeant, sed ab hora consecrationis Corporis, & Sanguinis Christi, usque ad Pax Domini stent genuflexi. Item ut diebus Dominicis, & festis sollemnibus in ecclesia dum missarum sollemnia celebrantur per unum ex Prælatis Evangelium exponatur, & fiat Confessio populo ante præfationem. Item ut hebdomadarius majoris missæ diebus dominicis, antequam officium tertiarum incipiat, ante altare aquam benedicat, qua benedicta primo super altaria, deinde super clerum, postmodum super populum aspersionem faciat, aspersione autem facta ante altare, officium incipiat tertiarum. Item ut nullus ab officia, nec ante finem missæ recedat, nisi causa necessitatis eveniat, & tunc cum licentia majoris prælati in ecclesia præsidentis. Item ut sacrista pulset tempore debito ad omnes horas, ad matutinum vero per horam ante diem, & paret luminaria, & altaria, ut tenetur, & ad Ave Maria sera, & mane, & si neglexerit, vice qualibet puniatur in uno grano. Item ut hora competenti vesperæ dicantur, quibus omnes intersint, & spesialiter diebus dominicis, & festivis, & in secundis vesperis, aliis vero diebus, si non possunt omnes interesse propter inopiam, saltim ex eis conveniant vicissim, & qui defuerint, & per substitutum non servierit incidat in pœnam unius tornensis, & si omnes defecerint similiter puniantur omnes in uno grano, & similiter fiat de Campletorio. Item ut Subdiaconi, & Diaconi responsoria brevia, & versus, & Benedicamus Domino dicant, & ad votivas missas pueri presbyteros adjuvent, & non sacerdotes: si autem pueri defuerint, unus presbyter adjuvet alium, vel Sacrista, si non fuerit in aliis occupatus. Item ut in conventuali missa tres collectæ dicantur cotidie, exceptis diebus dominicis, festis duplicibus, in quibus una sola collecta dicatur, qui autem supradictum ordinem observare contempserit, vice qualibet grana tria persolvat. Item ut in diebus processionalibus, & quando ad funeralia Clerici conveniunt, albas induant bini, & bini semper incedant, ante refectionem benedictionem faciant, & postea Deo gratias referant. Item ut officium mortuorum feriatis diebus semper in ecclesia dicatur, & recitetur, officium vero Virginis nunquam prætermittatur, sollemnibus festis dumtaxat exceptis, qui autem prædicta officia dicere neglexerit, penam trium granorum semper incurrat. Item ut omnes Clerici ad Benedictus, Magnificat, Nunc dimittis, Te Deum laudamus, & ad omnes collectas, quæ in Ecclesia dicuntur, recti stent semper humiliter, & devoti. Item Rectores ecclesiarum Sacramentum corporis Christi ad opus, & salutem infirmorum reservatum semel in mense debeant renovare. Item ut Rectores ecclesiarum in Calicibus, in quibus ministrantur Sacramenta divina, purificatorium debeant retinere, & illud semel in mense abluere, & ablutionem illam in Sacrarium eicere. Item ut Clerici, & potissime ecclesiarum Rectores infra mensem a die repræsentationis prædictorum Statutorum scire debeant, quot sunt articuli fidei, Legis mandata, ecclesiæ Sacramenta, operæ misericordiæ, dona Spiritus Sancti, virtutes Cardinales, atque Theologales, & criminalia peccata, beatitudines, & gradus militantis ecclesiæ. Item ut supradicti infra præfatum tempus discant, quot sunt Casus Prælato servati, a quibus obnoxios, & criminosos absolvere non possunt sine Prelati beneplacita, & Mandata. Item ut Clerici vinum ad opus Sacrificii receptum in una ampulla cum aqua non misceant sub excommunicationis pena, quam ipso facto incurrant, sed vinum in una ampulla, & aquam in alia retineant. Item ut diebus Dominicis unus ex Prælatis populum moneat, ut concubinas habentes dimictant, & ab illicitis abstineant, festa custodiant, decimas solvant, pacem habeant, aliena bona non rapiant, & vicissim rancores, & offensiones dimistant. Item ut Sacerdotes in audienda Confessiones stent devoti, cauti, & advisati, ita quod secundum morbum præbeant medicinam, movendo populum, ut ad confessionem recurrant, & recipiant Eucarestiam temporibus ordinatis. Item ut Clerici in diebus dominicis, & festivis in persolvendis canonicis horis, vid. primis, & secundis vesperis matutinis, & missarum sollemniis ante ingressum cori semper Albas induant. Item ut clerici Abbatiæ Cassinensis monasticum officium dicere debeant, si quis contra hoc præsumpserit, pœnam excommunicationis incurrat. Item ut omnes Clerici cujuscumque status, conditionis, vel religionis existant debeant infra decem dies concubinas, quas publice tenent dimictere, & illas, vel alias ulterius non admictere, sub excommunicationis, & duarum untiarum pœna, quam incurrere ipsos volumus ipso facto, si secus fecerint in præmissis. Item ut Clerici eorum superioribus, & prelatis sint obedientes, reverentes, & humiles, quibus irato animo non respondeant, & si contrafecerint, dictorum prelatorum arbitrio puniantur, si neglexerint puniantur tam prælati negligentes, quam delinquentes arbitrio Vicarii Casinensis. Item ut si ex Clericis aliquando aliqui fuerint discordes, alii de Capitulo infra biduum eos revocent ad concordiam, & si discordes ad pacem, & unitatem venire noluerint Vicario Casinensi indicetur, per quem præfati discordes asperrime corrigantur. Item ut Clerici ad taxillos, vel aleas non ludant. Nocturni viatores, & armorum portatores, dei, & Sanctarum blasphematores non existant, in Coreis non saltent, in habitu, & tonsura semper incedant, sub unius Augustalis pena, quam ipso facto incurrant, si secus actum extiterit in præmissis. Item ut quocumque tempore, & quacumque hora diei, vel noctis sacerdos pro baptismo, vel pœnitentia fuerit requisitus, omni occasione, & mora postposita ad conferendum ea exhibeat liberaliter se paratum, sub pœna excommunicationis officii, & beneficii præcipimus, & mandamus. Item ut clerici macellariorum, & tabernariorum officium non exerceant, negotia, vel commertia secularia non faciant, nec talibus se immisceant. Item ut Clerici, canes, vel aves venaticos non teneant, nec venationi præsentiam exhibeant corporalem. Item ut Clerici possessiones, & jura ecclesiarum nullatenus alienent, & si forte præsumpserint ipsi

perpetuo ab ecclesiis amoveantur, & graviter puniantur: Item ut supradicta statuta ad perpetuam rei memoriam quolibet anno continue recitentur, in die V. Circumcisionis Domini in presentia Archipresbyteri, & capituli cujuslibet castri Abbatiæ Cassinensis, ne quis de ignorantia se valeat excusare, & hoc sub excommunicationis pœna præcipimus & mandamus. Item ut presbyteri in dationo sacri baptismi, unum hominem, & unam solam Mulierem ad compaternitatem, admittant, & non plures juxta sacrorum canonum instituta, sine superioris licentia, & mandato. Item ut Rectores ecclesiarum monere debeant semper populum, & presertim parrocchianos, quod per lavationem panni, vel fasciatorii compaternitatem non debeant contrahere, sed solum per baptismi, & confirmationis Sacramentum. Si quis autem deinceps scienter talem compaternitatem contraxerit, pœnam excommunicationis incurrat. Item ut fontes baptismi cohoperti mundi teneantur, & quod Crisma, & oleum Sacrum sub fideli custodia, clavibus adhibitis teneantur, districte præcipimus, & mandamus. Item ut Rectores ecclesiarum bis in anno, vid. in Nativitate Domini, & in resurrectione ejusdem debeant populum admonere, ut bona, & jura monasterii Cassinensis, non debeant occupare, & occupata tam mobilia, quam stabilia restituere & scientes ipsa bona occupata per aliquem revelare debeat cum ipsi occupatores, & usurpatores dictorum bonorum sint vinculo excommunicationis astricti per Bullas Apostolicas vid. Alexandri papæ secundi. Qui supradictorum statutorum pro intuitu extiterit observator benedictionis gratiam a misericordissimo Deo, & veniam consequatur, vita eterna mereatur præmia adipisci. Amen.

Synodus habita a Bernardo Abbate.

Bernardus etiam Thomæ decessor Synodum in majori ecclesia S. Germani celebraverat, ut hoc instrumento constat, in cujus fine ante subscriptiones hæc habentur: *Actum in civitate S. Germani in majori ecclesia S. Germani in S. Synodo in eadẽ ecclesia celebrata.* Plures in hac Synodo controversiæ diremtæ, quæ in curia Romana inter Bernardum Abbatem, & Archipresbyterum ecclesiæ S. Germani jamdiu agitatæ fuerant; illis enim vale dixerunt ipse Archipresbyter, Archidiaconus, totumque Capitulum S. Germani, atq; sese judicio Bernardi submisere. Adnotanda potissimum, quæ ipsi fatentur in Instrumento die 29. Aprilis an. 1279. stipulato a Notario Benedicto Sangermanensi: *Confessi sunt, & recognoverunt, quod ecclesia, & Capitulum S. Germani pleno jure subest tam in spiritualibus, quam in temporalibus eidem domino Abbati, & monasterio Cassinensi, & recognoverunt Cassinensem ecclesiam matrem, & dominam eorundem.* Et quidem merito, nam eam ecclesiam a Gisulpho Abbate constructam per plura sæcula Monachi incoluerunt, ut diximus sæc. nono, quæ deinde Abbatum, & Monachorum Cassinensium beneficentia presbyteris cessit.

Ecclesia Cassinensis mater, & domina ecclesiæ matricis S. Germani.

Jurisdictio spiritualis ejusdem ecclesiæ, aliarumque omnium diœcesis Cassinensis penes Abbates, ut modo quoque, vel eo mortuo, penes monachos erat. Quod constat hisce instrumenti verbis: *Ut ejusdem ecclesia Archipresbyteratu vacante secundum antiquam, & approbatam ejus consuetudinem petatur a nobis, & successoribus nostris, vel Cassinensi Conventu, sede vacante per Archidiaconum, & capitulum ejusdem ecclesia licentia eligendi. Electione igitur ab eodem capitulo celebrata, ut moris est, præsentetur Abbati, aut Conventu confirmanda vel etiam infirmanda. Electo vero in Archipresbyterum confirmato, Abbas, vel Conventus mittat aliquos, qui eum debeant installare, & hiis peractis Archipresbyter ipse ad Abbatem, vel ad Conventum vacante sede accedat, & ligium homagium sibi faciat, & fidelitatem sibi juret, & obedientiam repromittat & si Abbas presens non esset in monasterio Cassinensi, prædictum fidelitatis juramentum coram eodem Conventu in capitulo recognoscere debeat, & etiam innovare. Hæc autem omnia, quæ de Archipresbytero dicta sunt in electione Archidiaconi decernimus observanda &c.* De his fusius infra. Facultatem concedit Bernardus Archipresbytero creandi Psalmistam, seu Cantorem, de quo hæc habentur in concilio Carthaginensi IV. Can. 10. *Psalmista idest cantor potest absque scientia episcopi, sola jussione presbyteri officium suscipere cantandi, dicente sibi presbytero:* Vide ut quod ore cantas, corde credas, & quod corde credis, operibus comprobes. Vid. Martene P. II. de antiquis Ecclesiæ Ritibus lib. I. p. 305., 357., 426., 430., & alibi. Inter graves vero clericorum culpas, quæ nonnisi ab Abbate ejusque Vicario puniri possent, recensentur nocturnæ deambulationes sine caussa, delationes armorum, publicæ compotationes in cauponis, tesserarum lusus, & alia. Abbatem præterea, vel Vicarium debebat Archidiaconus de causis Matrimonialibus certiorem facere, antequam sententia definitiva ferretur, quæ nonnisi consensu, consilioque Archipresbyteri, & Archidiaconi danda erat. Ex quo liquet, distinctum jam tum Abbatis Vicarium ab Archipresbytero, & Archidiacono. En vero totum instrumentum, haud injucundum futurum lectoribus.

In nomine domini nostri Jesu Christi. Anno incarnationis ejus millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, regnante domino nostro Carolo Dei gratia Sicilia rege magnifico, Regni ejus anno decimo, mense Madii primo die ejusdem mensis Indictione tertia. Exigit filialis devotio, & lex suadet naturalis, ut qui obsequiis parentes ad beneficium provocant, quique obsequiose deserviunt, ac reverentiam parentibus debitam impendunt, benignitatis paterna letentur compendiis, & claris honoribus recompensatione congrua adornentur; Ex hoc enim de gratis constat effici gratiores. Nec enim dignitati patris detrahi creditur quicquid honori adicit filiorum. Ea insuper præminentibus inesse debet clementia, ut humiliatos corde quos olim forte tumor elationis erexerat, benigne suscipiant, & nolit litis præterita maledicta referre, aut antiqua discordia penitus reminisci. Cum igitur dilecti in Christo Filii Magister Nicolaus Archipresbyter, Magister Stephanus Archidiaconus, & Capitulum S. Germani multa erga nos, & Cassinense Monasterium ferveant devotione, amore, ac etiam charitate, prout indiciis didicimus manifestis. Nos velud eorum patrem, & dominum, & nostram Cassinensem ecclesiam devote colunt, & nobis voluntate promptissima obsequuntur, & sic se profunde humiliaverunt coram nobis, & confitentes, & recognoscentes se, ac præfatam ecclesiam S. Germani subesse pleno jure tam in Spiritualibus, quam in temporalibus nobis, & monasterio suprascripto expresse

presse renuntiaverint, adque cesserint liti, & quæstioni, quæ super quibusdam juribus, quæ ad eandem pertinere ecclesiam idem Archipresbyter contendebat, inter nos, & eundem Archipresbyterum extitit in Romana curia agitata, necnon appellationibus, supplicationibus, & adhæsionibus ab eo factis, aut proinde faciendis, & quicquid juris competit, seu competere posset eisdem, aut ecclesiæ præfatæ, in eisdem juribus vid. super faciendis primis tonsuris, & repræsentatione clericorum ad ordines, cognitione causarum Matrimonialium, injungendis pœnitentiis de oppressis, necnon clericorum correptione, & Jurisdictione qualibet posuerint omnes insimul, & idem Archipresbyter per se ipsum in dispositione, arbitrio, ordinatione, diffinitione, seu mandato nostro promittentes stare, parere, ac etiam obedire alte, & basse dispositioni, ordinationi, arbitrio, diffinitioni, seu mandato nostro, in toto, vel in parte, tam super præmissis, quam super quibuscumque aliis, quæ statum, dispositionem, & ordinationem ejusdem ecclesiæ respiciant, prout de nostra processit voluntate, prout de præmissis omnibus patet per infrascripta duo publica documenta, quæ duximus inferius annotanda. Nos Bernardus dei gratia Cassinensis humilis Abbas attendentes fidem, devotionem, & humilitatem Archipresbyteri, Archidiaconi, & Capituli prædictorum, volentes insuper inter nos, & dictum monasterium nostrum, & prædictam ecclesiam S. Germani omnem in futurum tollere materiam jurgiorum, & ut de ipsius ecclesiæ, ac personarum ejus statu de cætero minime dubitetur, ut & res eorum ponatur in tuto, habito, & deliberato cum Fratribus nostris consilio, de ipsorum voluntate, adque consensu, nec non de peritorum virorum consilio nobiscum habendo magistrum Riccardum de Berengerio judicem, & advocatum Cassinensem super subjectione ac statu prædictæ ecclesiæ S. Germani, & personarum ipsius, secundum infrascriptum modum conditiones, & formam, declarationes, ordinationes & dispositiones nostras duximus faciendas. Declaramus itaque, disponimus, ordinamus, mandamus, statuimus, ac etiam diffinimus, ut ejusdem ecclesiæ Archipresbyteratu vacante, secundum antiquam, & approbatam ejus consuetudinem, petatur a nobis, & successoribus nostris, vel Cassinensi Conventu, sede vacante, per Archidiaconum, & Capitulum ejusdem Ecclesiæ, licentia eligendi. Electione igitur ab eodem capitulo celebrata, ut moris est, præsentetur Abbati, aut Conventui confirmanda, vel etiam infirmanda. Electo vero in Archipresbyterum confirmato, Abbas, vel Conventus mittat aliquos, qui eum debeant installare, & hiis peractis Archipresbyter ipse ad Abbatem, vel ad Conventum, vacante sede, accedat, & ligium homagium sibi faciat, & fidelitatem sibi juret, & obedientiam repromittat & si Abbas præsens non esset in Monasterio Cassinensi, prædictum fidelitatis juramentum coram eodem Conventu in capitulo recognoscere debeat, & etiam innovare. Hæc autem omnia, quæ de Archipresbytero dicta sunt in electione Archidiaconi decernimus observanda. De Primiceriis vero in eadem ecclesia faciendis id fiat, sicut extitit hactenus consuetum, ita tamen, quod non prius suo fungantur officio quam nostram confirmationem obtineant, & de mandato nostro, & successorum nostrorum extiterint installati. Statuimus etiam, & ordinamus quod liceat Archipresbytero ejusdem ecclesiæ S. Germani venienti ad militiam, seu consortium clericale, dare clericatum, & facere ipsum Psalmistam in hunc modum; Accipiat Psalterium, & det eidem clericando, dicens: Vide, ut quod ore cantas, opere compleas, & sic installet eundem, ac deinde ipsum repræsentet Abbati, ut per eum, vel per aliquem episcopum de mandato suo fiat sibi prima tonsura, & ordo clericatus sibi conferatur, clericorum deinde consortio sociandus. Statuimus insuper, ordinamus, & etiam declaramus, quod clericorum correptio in minoribus excessibus, & delictis ad Archipresbyterum debeat pertinere, & cum consensu Archidiaconi eos corrigat, & indicat pœnitentias, & præter Archidiaconum, & Primicerios eosdem clericos ad tempus ab officio, beneficioque suspendat, interdicat, & excommunicet, prout eorum saluti viderit expedire, ita tamen quod idem Archipresbyter nullum clericum de persona capere valeat, aut incarcerare, officio, beneficioque privare perpetuo, graviores autem excessus nostro, seu successorum nostrorum, aut Vicarii nostri examini reservamus, quorum gravium excessuum aliquos exempli gratia nominamus, vid. quando clericus esset publicus concubinarius, aut usurarius, aut ambulator nocturnus absque causa rationabili, aut portator armorum, aut publice biberet in tabernis in S. Germano, ejusque adjacentiis, vel si percusserit clericum, vel laicum, cum livore, vel plaga, aut etiam cum cultello, aut si ludat publice ad taxillos. Cognitione vero causarum earum ex contractu, vel quasi tam in realibus, quam in personalibus actionibus, quas clerici movent, aut suscipiunt Abbati, vel ejus Vicario reservata. Indulgemus etiam eidem ecclesiæ S. Germani, quod Archipresbyter perpetuo sit Pœnitentiarius Abbatis in Pœnitentiis de oppressionibus puerorum in tota parochia S. Germani, & ecclesiarum ejus tantum, tam infra muros, quam extra muros civitatis S. Germani, & non in aliis locis. Indulgemus etiam ecclesiæ supra scriptæ, ut clerici per Abbatem, vel aliquem Episcopum de mandato ipsius, ad minores Ordines jam promoti, si fuerint ad sacros ordines promovendi, Archipresbyter ejusdem ecclesiæ S. Germani, vices Abbatis gerens in hac parte, clericos ipsos de scientia, natalibus, ætate, ac vita examinet, & quos utiles viderit, præsentet Abbati, ut eos per suas litteras ab aliquo episcopo faciat ordinari, nec aliam examinationem Abbas faciat, nisi manifestum esset, repræsentatum fore angararium, illegitimum, irregularem, aut publice criminosum. Examinatio autem clericorum ipsorum sit in anima, & conscientia Archipresbyteri suprascripti. Item ordinamus, statuimus concedimus, & etiam indulgemus præfatæ ecclesiæ S. Germani, quod Archidiaconus S. Germani sit perpetuo Officialis Abbatis Cassinensis in tota parrochia ejusdem ecclesiæ S. Germani, & ecclesiarum ad eam spectantium, tam infra muros, quam extra muros civitatis ejusdem, & non in aliis locis ad audiendas omnes causas matrimoniales, & cum fuerit diffinitiva sententia proferenda, faciat relationem Abbati, vel ejus Vicario, & de ipsorum consilio conscripta, & ordinata diffinitiva sententia per eundem Archidiaconum in ecclesia S. Germani, aut in ecclesia S. Mariæ, ubi magis elegerit, proferatur, & si causa tam in hoc casu, quam in aliquo prædictorum fuerit appellandum ad Abbatem appellabitur, vel ad Papam.

Licentiæ pro electione Archipresbyteri, & Archidiaconi.

Confirmatio ipsorum.

Archipresbyter est Pœnitentiarius, & examinator vice Abbatis.

Correptionem autem Archipresbyteri, Archidiaconi, & Primiceriorum nobis, & nostris posteris reservamus, ita tamen quod ipse Archidiaconus Archipresbytero honorem impendat, & ipse Archipresbyter honorem impendat eidem Archidiacono, & Primicerii debitam reverentiam, & honorem exhibeant Archipresbytero suprascripto, & Archidiacono, & eis in hiis, quæ ad officium pertinent Ecclesiasticum, obediant, & intendant, & quilibet agat in Ecclesia suum officium, sicut extitit hactenus consuetum. Verum quotiescumque Abbati videbitur, intrabit capitulum, visitabit, corriget, & reformabit ut Ordinarius, quæ corrigenda viderit, & etiam reformanda. Sane privilegia, & indulgentias a nobis eidem ecclesiæ S. Germani concessa tam super sancta Synodo celebranda in eadem ecclesia, quam etiam de confectione sancti Chrismatis, & distributione ipsius, corroboramus, & innovamus, ac decernimus in suo robore permanere, reservantes nobis potestatem in omnibus suprascriptis, & singulis prædictorum declarandi, & interpretandi, si quod dubium emerserit in eisdem, ac iterum ordinandi si quid utile, necessarium, vel honestum est in statu Ecclesiæ prætermissum. Statuimus etiam, ut in eadem ecclesia statuatur certus numerus clericorum, & Archipresbyter beneficia ipsis clericis conferat, quæ communitati ejusdem Ecclesiæ non fuerint deputata, decernentes, ut beneficia quondam communitati clericorum annexa & eorum Juramento firmata ad usus communitatis ex nunc, & in perpetuum teneantur, & nemini concedantur, nisi essent aliquæ res steriles, aut minus fructuosæ, quæ per studium, & laborem alicujus clerici diligentiam apponentis speraretur fieri meliores. Et hoc sit in providentia Archipresbyteri communicato consilio Archidiaconi, Primiceriorum, & aliquorum seniorum de Ecclesia memorata, & si aliter concessa sunt, decernimus non tenere. Præterea statuimus, & etiam eidem Ecclesiæ indulgemus, ut Archipresbyteratu prædicto vacante, vel Archipresbytero in remotis agente, aut diuturna absentia occupato, omnia, & singula Jura, quæ ad Archipresbyterum pertinent per Archidiaconum ejusdem Ecclesiæ libere valeant exerceri, & eodem Archidiaconatu vacante, vel diuturna absentia occupato, ea quæ ad ipsum Archidiaconum pertinent possit Archipresbyter exercere tamquam a nobis ad ea perpetui delegati. Quibus præmissis a nobis distincte prolatis, præfati Archipresbyter, Archidiaconus, Primicerii, ac totum Capitulum præsentes, audientes, & distincte lectum intelligentes universa, & singula præmissa acceptaverunt, ratificaverunt, & gratias Deo, ac nobis agentes, unanimiter approbaverunt. Tenor autem unius prædictorum Instrumentorum per omnia talis est. In nomine domini nostri Jesu Christi. Anno incarnationis ejus MCCLXXV. Regnante domino nostro Carolo Dei gratia Siciliæ rege magnifico, regni ejus anno decimo, mense Aprilis penultimo die ejusdem mensis, indictione tertia. Præsentis publici scripti serie declaramus nos Magister Ricardus de Berlengerio judex, & advocatus Cassinensis. Benedictus publicus monasterii Cassinensis, & civitatis S. Germani notarius, & subscripti testes ad hoc specialiter vocati, & rogati, quod in nostri qui supra judicis, notarii, & subscriptorum testium præsentia, discreti viri Magister Nicolaus Archipresbyter, Magister Stephanus Archidiaconus, & Capitulum S. Germani insimul in majori ecclesia S. Mariæ de eadem terra congregati, præsente ibidem reverendo in Christo patre, domino nostro domno Bernardo divina providentia Cassinensi Abbate, præsentibus etiam ibidem quampluribus venerabilibus Monachis Cassinensibus, bona, & spontanea eorum voluntate, confessi sunt, & recognoverunt quod ecclesia, & Capitulum S. Germani pleno jure subest tam in spiritualibus, quam in temporalibus eidem domino Abbati, & monasterio Cassinensi, & recognoverunt Cassinensem ecclesiam matrem, & dominam eorundem. Recognoverunt etiam, & confessi sunt, quod litem, & quæstionem motam, & agitatam in Romana curia contra eundem dominum Abbatem, seu Procuratores ipsius super possessione, vel quæstione quorundam jurium, quæ idem Archipresbyter contendebat ad ecclesiam S. Germani pertinere, & in eisdem se turbari per dominum suprascriptum, idem Archipresbyter non movit, nec agitavit de voluntate, seu mandato Capituli suprascripti, nec idem Capitulum ratum habet quicquid per dictum Archipresbyterum actum est in prædicta Romana curia super Juribus suprascriptis, immo revocant in præsenti quicquid actum est proinde per prædictum Archipresbyterum nomine suo seu pro parte ecclesiæ prædictæ S. Germani, & Capituli suprascripti. Renuntiantes, & cedentes expressim iidem Archipresbyter, Archidiaconus, & Capitulum suprascriptum liti, & quæstioni motæ de prædictis, & quæ moveri posset contra prædictum dominum Abbatem per ipsum Archipresbyterum, seu nomine capituli suprascripti appellationibus etiam, & supplicationibus, & adhæsionibus. Verum quia tam super faciendis primis tonsuris, quam super repræsentatione clericorum S. Germani ad Ordines, cognitione causarum matrimonialium, & injungendis pœnitentiis de oppressis, nec non, & de correctione clericorum prædictorum fuerat inter prædictum dominum Abbatem, & prædictum Archipresbyterum orta materia quæstionis cum idem Archipresbyter contenderet, Jura ipsa ad se, & dictam ecclesiam S. Germani pertinere, & idem dominus Abbas eadem Jura in prædicta ecclesia tanquam Ordinarius vendicaret, tandem prædicti Archipresbyter, Archidiaconus, & Capitulum suprascriptum bona & gratuita eorum voluntate in præsentia nostra qui supra judicis notarii, & testium subscriptorum, quicquid Juris competit, seu competere posset eis, aut dictæ ecclesiæ S. Germani, super præmissis, & alia Jurisdictione qualibet, posuerunt in dispositione, ordinatione, arbitrio, diffinitione, seu mandato ejusdem domini Abbatis, promittentes, & obligantes se ac successores eorum stare, parere, & obedire alte, & basse dispositioni, ordinationi, arbitrio, diffinitioni, seu mandato ipsius domini Abbatis in toto, vel in parte, prout de ipsius processerit voluntate, tam super præmissis, quam super quibuscumque aliis, quæ statum, dispositionem, & ordinationem respiciunt ecclesiæ suprascriptæ S. Germani &c. Hoc instrumentum extractum est a regesto primo Bernardi Abbatis a fol. 270. usque ad 273. & a fol. 273. usque ad 275. Adest aliud per omnia consimile instrumentum, cujus finis est: Unde ad futuram memoriam, & prædictorum Archipresbyteri, Archidiaconi, & Capituli dictæ ecclesiæ S. Germani, ac ipsius ecclesiæ cautelam, & perpetuam firmitatem præsens publicum instrumentum per manus

Jurisdictio Abbatis in Archipresbyterum.

Ecclesia, & Capitulum subiecta Abbati, & monasterio Casinati.

Bene-

Benedicti publici nostri monasterii Cassinensis, & civitatis S. Germani notarii fieri mandamus nostra, & Fratrum nostrorum totius Conventus Cassinensis, subscriptionibus roboratum, ac bulla nostra plumbea, & sigillo ejusdem Conventus munito. Quod scripsi ego idem Benedictus publicus monasterii Cassinensis, & civitatis S. Germani Notarius de mandato pradicti domini Bernardi Venerabilis Cassinensis Abbatis, & meo consueto signo signavi. Actum in civitate S. Germani in majori ecclesia S. Germani in sancta synodo in eadem ecclesia celebrata. ✠ Ego qui supra Bernardus B. Benedicti successor indignus. ✠ Ego Frater Thomas Vicedecanus Cassinensis. ✠ Ego Frater Laurentius Sacerdos. Ex quibus apparet fuisse confecta duo instrumenta consimilia, unum ad cautelam sacri monasterii firmatum ab Archipresbytero, & toto Capitulo ecclesiæ S. Germani.

Synodus celebrata.

Formula, qua prima clericali Tonsura initiandos præsentabat Archipresbyter S. Germani Abbati Cassinensi, est hujusmodi ex regesto cit. Bernardi Abbatis p. 282. *Domino suo Rdo, & benefactori Carissimo dño Bernardo dei gratia Cassinensi Abbati, Nicolaus Archipresbyter S. Germani ejus devotus, & humilis clericus recomendationem. Thomam puerum bona indolis Fratrem venerabilis Puteolani episcopi dominationi vestra per meas litteras represento, cui ad titulum ecclesia vestra S. Germani coronam faciatis, si placet. Bonos testes inveni, qui deponent pro juribus monasterii vestri de quibus mecum aliquando sicut vobis placuit, contulistis, & multi sicut credo invenirentur in Abbatia.*

In regesto II. ejusdem Bernardi Abbatis p. 161., & seqq. extant interrogationes Monachis, qui in subjectis cœnobio nostro monasteriis degerent a Visitatoribus ab Abbate missis, factæ, quarum plures monasticæ disciplinæ vitæ communis zelum præseferunt. Aliquas hic tantum dabimus pro hujus rei specimine.

Ista sunt capitula, visitationis, inquisitionis, & examinationis facienda in monasteriis, & ecclesiis regularibus subditis monasterio Cassinensi, sub quibus Monachi inquirendi sunt, & examinandi, vid. in primis inquiratur de monasterii condicione, facultate, pariter, & valore, & subiectione ecclesiarum, si quas habet, & de numero Monachorum, in eo degencium. Item si Monachi deo devote persolvunt canonicas Horas nocturnas pariter, & diurnas, missarumque sollempnia celebrant dominicis, feriatis, & festivis diebus. Item si supradicti in majoribus, sive in minoribus constituti in legendo, & cantando habent scientiam competentem, & in ordinatione divini officii sint experti &c. Item si pradicti habent scientiam qualiter Pascha colligitur, necnon de aureo numero, indictione, & littera dominicalis mutatione, etiam & de anno bisexti. Item si pradicti in monasterio Sacramentum corporis Christi, & reliquias sanctas, Chrisma, oleum Sanctum, libros, & alia ad cultum divinum mancipata retinent nitide, & loco decenti. Item si pradicti lectioni vacant, silencium observant, exercicio dant operam efficacem temporibus, & horis statutis a regula. Item si supradicti jejunia statuta a regula devote observant, a carnibus abstinent, hospitalitatem retinent, pauperes, & peregrinos advenientes charitative pertractant. Item si pradicti aliquid proprium, vel rem aliquam retinent, vel possident absque superioris licentia, & assensu, cum proprium habere non possint juxta canonicas sanciones. Item si in Mo. capitulum die quolibet celebretur, & excessus, transgressiones, & negligencia Monachorum in eo debite corriguntur. Item si supradicti in communi refectorio comedunt, & reficiunt, & in refectionis tempore lex Divina in eo perlegitur, & de sero ad lectionem collationis omnes occurrunt. Item si pradicti in communi dormitorio vestiti, & cincti dormiunt, & quiescunt, & sicut regula dictat in ipso lucerna ardet usque mane. Item si supradicti habitum, & tonsuram deferunt Monachalem, & unicuique, prout opus est de victu, & vestitu, & aliis oportunis debite providetur per monasterii prasidentem. Item si supradicti reverenciam, & debitam obedienciam eorum superioribus exhibent, & mutuo sibi invicem obediunt, sicut regula mandat. Item si aliquis ex pradictis absque superioris licentia infra, vel extra monasterium ire quovis, aut comedere, sive bibere prasumit pro voluntatis arbitrio &c. Item si aliquis ex pradictis diligat ociosus, sive multiloquius esse, vel tardus, & remissus ad opus sibi injunctum &c. Item si aliquis ex pradictis derelinquit cum excommunicatis, & interdictis loquendo, sive orando, vel comedendo, seu epistolam mittendo &c. Item si Prasidens in monasterio derelinquit monasterium non reparando, libros, & alia bona ad cultum divinum mancipata non custodiendo, &c. Item si Prasidens in monasterio derelinquit Magistrum noviciis non dando, vel aliquem ante annum professionis recipiendo.

In eodem regesto p. 162. a t., & seqq. leguntur interrogationes Clericis, & laicis ab iis factæ, qui cœnobii nostri Oppida jussu Abbatis visitabant. Cum vero illæ disciplinam ejus ævi ecclesiasticam referant, hic exhibere operæ pretium ducimus: *Capitula Visitacionis, inquisicionis, & examinacionis facienda in castris, & terris Abbatia Cassinensis super quibus Clerici visitandi, inquirendi sunt, & examinandi. In primis a Clericis exploretur, & inquiratur de numero ecclesiarum cum cura, vel sine cura, & de Capellis, & membris ipsarum pariter, & valore. Item exploretur de clericorum numero beneficia habentium, & non habentium, & quo jure & titulo beneficia ipsa teneant. Item si in curatis ecclesiis dominicis festivis, & feriatis diebus a clericis hora canonica persolvuntur nocturna pariter, & diurna. Item si in Curatis ecclesiis Missarum solempnia celebrentur singulis dominicis festivis & feriatis diebus, nec non ad Pater noster mane, & sero pulsatur. Item si inter clericos fructus ecclesiarum, qui de possessionibus oblationibus, & funeralibus percipiuntur, equaliter dividuntur. Item si Clerici in sacris, & minoribus constituti in legendo, & cantando habent scientiam competentem, & in divini officii ordinatione sunt experti. Item si supradicti habent scientiam de articulis fidei mandatis legalibus, operibus misericordia, & ecclesia Sacramentis, & qua reiterari possunt, & qua non iterari poss. reiterantur. Item si habent scientiam de donis spiritus Sancti, de Beatitudinibus, & ordinibus militantis ecclesia, de peccatis mortalibus, & virtutibus eis oppositis, & de theologicis, & cardinalibus virtutibus. Item si habent scientiam de iis qua ad veram pœnitentiam requiruntur, & modis quibus offenditur deus, & quomodo placatur, necnon de numero sensuum corporalium,*

lium. Item si habent scientiam de circumstantiis, quæ in confessione reqnirnntur, necnon de interrogationibus in confessione faciendis, & si confessionem in bona latinitate sciunt proferre. Item si habet scientiam de jejuniorum observatione, & quibus mensibus jejunia quatuor temporum observantur. Item si habent scientiam qualiter Pascha colligitur, nec non de aureo numero, de indictione, & littera dominicalis mutatione, & bisexti; Item si habent scientiam de numero orationum, quæ dici possunt in missarum celebratione, & præfationum numero, ac eciam symbulorum. Item si habent scientiam, qualiter determinari, & finiri Orationes debent in celebratione missarum, vel Per Dominum, aut: Per eundem, sive: Qui tecum, aut quo tempore Gloria in excelsis, & Alleluja in ecclesia dicuntur, vel subticentur. Item si habent scientiam, quo tempore matrimonia contrahi possunt, videlicet traductio uxoris ad domum, & missæ solempnitas, ac benedicciones sunt prohibita. Item si habent scientiam de verbis ad conficiendum Sacramentum corporis, & Sanguinis Christi, & in baptizando, sacerdotes quibus verbis uti debent, & similiter in dando sanctam communionem. Item si habent scientiam de Sacramentis quibus compaternitas sive spiritualis cognatio contrahi potest, & inter quos compaternitas, paternitas, & fraternitas habentur in prædictis Sacramentis. Item si habent scientiam de numero missarum, quas sacerdos dicere potest per singulos dies in casibus a jure permissis, & in qua missa, si plures missas in uno die debeat celebrare, potest perfundere. Item si habent scientiam de remediis adhibendis in sparsione, sive instillatione sanguinis Christi super altare, vel pannum aut terram ex accidenti, vel negligencia facta. Item si habent scientiam de adhibendis remediis erga parvulos ex causa metu mortis in domo baptizatos, & postmodum ad ecclesiam delatos, seu portatos. Item si Sacramentum Corporis Christi ad salutem fidelium reservatum, & alia sancta reliquia in loco decenti, & sublimi, sub clavium clausura reservantur. Item si Sacramentnm corporis Christi ad salutem fidelium reservatum ex temporis diurnitate emarchuit, aut ex custodis neglectu extiterit a mure comestum, sive corrosum. Item si fontes baptismales mundi & clausi cum clavium clausura tenentur, & sabbato Sancto novo crismate sanctificantur. Item si Sacerdotum neglectu cum Sacramento Corporis Christi, seu aliis Sacramentis aliquod maleficium factum est, vel commissum, aut facientibus consilium, vel auxilium dederunt pariter, & favorem. Item si Sanctum Crisma, oleum Sanctum, libri, vestimenta, & alia ornamenta divino cnltui mancipata nitide, & decenti loco reservantur, & custodinntur. Item si singulis dominicis diebus in ecclesia per Sacerdotem Sanctum evangelium exponitur populo jejunia, & solempnes festivitates eidem indicantur, & post evangelium generalis confessio fit populo. Item si singulis diebus dominicis per sacerdotem in ecclesia aqua sanctificatur, & benedicitur, qua benedicta fit aspersio de eadem super populum. Item si in ecclesiis ex Clericorum neglectu commessaciones, convivia, inepta colloquia, & chorea a secularibus personis facta sunt a jure prohibita. Item si aliquis ex Clericorum neglectu absque Confessione, extrema unctione, & Sacramentorum communione decesserit, vel non renatus fonte baptismi suum diem clausit extremum. Item si clerici aliquem excommunicatum, vel interdictum, aut publicum usurarium sepelierunt in ecclesia Cimiterio, vel tempore interdicto celebraverint januis apertis, & campanis pulsatis. Item si Clerici pro sepultura, vel extrema uncione, aut sacramentorum communione aliquod precium ex pacto receperunt vel petierunt. Item si clerici in Sacris, & minoribus constituti vadunt in habitu, & tonsura, & honeste vivunt, & canonicas horas devote persolvunt, nocturnas pariter, & diurnas. Item si clerici extra, vel intra Ecclesiam coreas duxerunt, aut comessaciones, & convivia in eadem ordinaverunt pariter, & fecerunt. Item si aliquis sacerdos aliquando excommunicatus, sive interdictus miscuit se divinis, aut in ipsa excommunicatione persistens in contentum clavium celebravit. Item si aliquis sacerdos non confessus celebravit, vel in casibus prælato reservatis aliquem absolvit. Item si aliquis sacerdos Confessionem sibi factam revelavit, aut suos infirmos parrochianos juxta canonum instituta visitare neglexit. Item si aliquis Sacerdos longo jam tempore ex suo neglectu non celebravit, & alii non sacerdotes in tempore a jure statuto neglexerunt confiteri pariter, & communicare. Item si aliquis sacerdos contra canonum instituta in baptizando ad compaternitatem plures duobus admisit sine prælati sui licentia, & mandato. Item si aliquis in Sacris, vel in minoribus constitutus homicida, aut publicus usurarius, vel incendiarius, sive sortilegus: & indivinator, aut sacrilegus existat. Item si aliquis in sacris, vel minoribus constitutus, blasphemator dei, & Sanctorum, aut taxillorum, & alearum lusor, vel tabernarum existat frequentator, sive portator armorum existat. Item si aliquis in sacris, vel minoribus constitutus tabernariorum, vel Macellariorum officium faciat, & mercancias & mercimonia exerceat. Item si aliquis in sacris, vel in minoribus constitutus concubinarius publicus, vel occultus, aut incestuosus, aut sodomita, sive alterius thori violator existat. Item si aliquis in sacris vel minoribus constitutus commatrem, vel spiritualem filiam carnaliter cognoverit, vel virginum deflorator extiterit. Item si aliquis in sacris, vel minoribus constitutus perjurus, aut scandalorum, & sator discordiæ existat, vel suis superioribus in Ecclesia reverentiam, & obedientiam non exhibeat. Item si aliquis in sacris, vel minoribus constitutus viator nocturnus, latro vel fur existat, auxilium & consilium præstet facientibus latrocinia. Item si aliquis in sacris, vel minoribus constitutus Ecclesiastica bona stabilia, vel mobilia impignoravit, vendidis, vel alienavit, absque prælati sui licentia, & mandato pariter, & assensu. Item si aliquis in Sacris, vel minoribus constitutus scit aliquem occupata tenere Ecclesiastica bona stabilia, seu mobilia, vel censum debitum non reddere. Item si aliquis in sacris, vel minoribus constitutus scit aliquod testamentum non esse executum, vel aliquod impedimentum datum fuisse in ordinacione alicujus testamenti. Item si aliquis in sacris, vel minoribus constitutus scit aliquem occupata tenere bona Sacri monasterii Cassinensis, vid. terras, redditus, census, & alia ad præfatum monasterium expectancia. Item si aliquis in sacris, vel minoribus constitutus cognoscit aliquem contra dominum Cassinensem conspirasse, vel ejus officiales, seu familiares, vel aliquem tractatum esse factum contra statum sacri monasterii Cassinensis. Item si aliquis in sacris, vel mino-

noribus constitutus scit aliquem officialem Cassinensem Symoniam cum aliquo comisisse, vel contra justiciam aliquem oppressisse, aut ab aliquo Cassinensi vassallo aliquid fraudulenter extirpasse. Item si Rectores ecclesiarum in nativitate Domini pariter, & in Resurrectione suos parrochianos amonuerunt, ut bona monasterii Cassinensis occupata per ipsos debeant restituere, & detentores ipsorum bonorum revelare. Item si Rectores ecclesiarum omnibus Clericis abstantibus in Circumcisione domini statuta, & constituciones per visitatores Cassinenses datas legi, & recitari fecerunt. Item si ecclesiarum Rectores de bonis ecclesiasticis stabilibus pariter, & mobilibus sine diminucione Inventarium fecerunt, & libros, & ecclesias juxta tenorem constitucionum reparaverunt.

Capitula visitacionis, inquisicionis, & examinacionis facienda in territ, & Castris Abbatia Cassinensis, super quibus layci visitandi, inquirendi, sunt & examinandi. In primis inquiratur si aliquis dominicis festivis, & feriatis diebus neglexerit ecclesias visitare, & divinis interesse. Item si aliquis longo jam tempore neglexerit confiteri pariter, & communicare in tempore a jure statuto. Item si aliquis contemserit dominicos, & solempnes dies observare, vel diebus jejuniorum a carnibus abstinere. Item si aliquis in ecclesia invitis clericis choreas, commessaciones, vel convivia fieri fecerit, vel ordinaverit. Item si aliquis in tempore interdicto a jure matrimonium contraxerit, videlicet ad domum uxorem duxerit, & missarum solempnia audierit, pariter, & benedicionem perceperit. Item si aliquis per ablutionem fassatorii, seu panni, compaternitatem contraxerit contra canonum instituta. Item si aliquis deum, vel virginem gloriosam, aut Sanctos dei blasphemaverit, sive perjurus extiterit. Item si aliquis patrem, vel matrem percusserit, vel obprobria, seu injuriam eis intulerit. Item si aliquis cum proximo suo discorditer vivat, vel adversus aliquem, odium teneat, habeat, & rancorem. Item si aliquis vel aliqua filium, sive filiam in lecto oppresserit, aut ipsorum negligencia in cunis suffocatus, vel suffocata extiterit. Item si aliquis consanguineam suam, vel commatrem carnaliter cognoverit, aut virginem aliquam defloraverit. Item si aliquis conjugatus concubinarius publicus existat, vel cum conjugata aliqua adulterium committat. Item si aliquis sodomita extitit, vel sodomitico vitio laboret, vel cum brutis animalibus cojerit. Item si aliquis sacrilegus, vel sortilegus, aut publicus usurarius existat. Item si aliquis uxorem suam conjugali affectu non tractet, aut filios, vel filias paterno affectu non diligat. Item si aliquis pupillorum tutor pio affectu eos non tractet, vel ipsorum bona diripiat pariter, & dispergat. Item si aliquis ecclesiastica bona occupata teneat, vel aliquem ipsa bona occupare sciat, stabilia, vel mobilia sint. Item si aliquis occupet, vel occupaverit aliquid de bonis stabilibus, vel mobilibus Sacri monasterii Cassinensis, vel scit aliquem bona præfati monasterii occupare, vel retinere sine licencia Dominorum Cassinensium. Item si aliquis sciat aliquem tractatum, vel conjurationem esse, vel fuisse factam contra Abbatem Cassinensem, aut ejus officiales, seu familiares. Item si alicujus testamenti executor ipsum testamentum exequi infra annum neglexerit, vel aliquis impedimentum dederit volenti facere testamentum. Item si aliquis per officiales Cassinenses, videlicet Vicarium, Rectores terrarum, aut magistros maxarios contra justiciam fuerit oppressus, vel in aliquo læsus, aut ad exactionem alicujus pecunia compulsus fuerit per supradictos. &c. Item omnibus habentibus discordiam, & rancorem adversus proximos suos mandetur sub excommunicationis pœna, ut infra certum tempus, sive in instanti, debeant ad pacem, & concordiam devenire.

Ibidem p. 165. & seqq. documenta leguntur Clericis danda, quæ doctrinam omnem, moralemque Christianam Theologiam optima methodo distributam continent, atque præterea computi ecclesiastici cognitionem. Hæc haud injucunda fore lectoribus credimus, quibus illorum temporum sententiæ, ac zelus dirigendæ clericorum vitæ constat.

Ista sunt documenta danda clericis quatenus super his sufficienter instructi faciliter valeant rudes, & simplices sub eorum pastorali regimine positos doctos reddere, & ad viam salutis inducere. In primis dandum est clericis documentum de præceptis legalibus quæ sunt decem, quorum tria ad dei dilectionem spectant, in prima tabula posita, septem autem pertinent ad proximi dilectionem, in secunda tabula scripta. Primum est: non habebis deos alienos &c. Sequuntur cœtera præcepta decalogi; hæc subinde leguntur. De duodecim articulis fidei, quos sancti Apostoli constituerunt. Unusquisque ipsorum particulam unam posuit, & ob hoc Symbolum dicitur, idest collectio: Symbolus dicitur a Syn, quod est collectio, & bolus, quod est sententia, quia compositum est ex diversis verbis apostolorum, ac sicut omnes in una fide erant concordes, sic omnes unam fidem concorditer prædicarent: Primus: Credo in Deum patrem omnipotentem creatorem cæli, & terræ. Petrus. Sequuntur alii singuli articuli, & immediate post hæc verba. Credere in Deum Patrem. Credere in Filium. Credere in Spiritum Sanctum: Credere in Sanctam ecclesiam catholicam. Credere in resurrectionem mortuorum, & vitam eternam. Septem autem pertinent ad humanitatem Christi vid. Credere Christum conceptum de Spiritu Sancto. Credere Christum natum ex Maria Virgine. Credere Christum passum sub Pontio Pilato. Credere Christum descendisse ad inferos. Credere Christum resurrexisse a mortuis. Credere Christum ascendisse ad Cælos. Credere Christum venturum judicare vivos, & mortuos. De septem operibus charitatis, quæ sunt vid. Cibare esurientes; Potare sitientes; Vestire nudos; Visitare infirmos; Consolari captivos; Suscipere peregrinos; Sepellire mortuos. Ista dicuntur opera misericordiæ spiritualia. Docere indoctos; Castigare delinquentes; Condolere egenis; Remittere offensas; Consulere desolatos; Revocare errantes; Orare pro mortuis. De septem Sacramentis ecclesiæ, quæ sunt vid. Baptismus. Confirmatio. Pœnitentia. Eucharistia, Extrema unctio. Ordo Sacer. Matrimonium. Sed de prædictis septem Sacramentis tria iterari non possunt, vid. Baptismus, confirmatio, Sacer Ordo. Alia quatuor iterari possunt, vid. Pœnitentia, Eucharistia, extrema unctio, Matrimonium. De septem donis Spiritus Sancti, quæ sunt vid. Spiritus Sapientia contra luxuriam; Spiritus intellectus contra gulam; Spiritus consilii contra Avaritiam; Spiritus fortitudinis contra Accidiam; Spiritus scientiæ contra iram; Spiritus pietatis contra invidiam; Spiritus timoris domini contra Superbiam. De tri-

imo potius Symbolum dicitur, hoc est, signum, tessera Christianæ Religionis, sed nec improbanda illa, quæ in textu est, cum illam quoad rē spectat, admittit Ruffinus in Symboli expositione.

Dicuntur ista opera misericordiæ temporalis;

tribus virtutibus theologicis, quæ sunt vid. Prima. Fides cujus rami sunt septem, vid. continentia, puritas, munditia, virginitas, sanctitudo, simplicitas, innocentia. Secunda spes, cujus rami sunt septem vid. disciplina, gaudium, patientia, contemplatio, contrictio, confessio, penitentia. Tertia charitas, cujus rami sunt septem, vid. concordia, pietas, gratia, pax, indulgentia, compassio, misericordia. De quatuor virtutibus Cardinalibus, quæ sunt vid. prima Prudentia, cujus rami sunt septem, vid. diligentia, consilium, providentia, timor domini, ratio, scrutabilitas, discretio. Secunda Justitia, cujus rami sunt septem vid. juris observantia, judicium, veritas, lex, correctio, severitas, rectitudo. Tertia Fortitudo, cujus rami sunt septem, vid. longanimitas, silentium, stabilitas, requies, perseverantia, non extolli in prosperis, non decidere in adversis. Quarta Temperantia, cujus rami sunt septem, vid. tollerantia, sobrietas, jejunium, modus, benignitas, contemptus mundi, moralitas. De septem beatitudinibus quas Salvator enumerat in Sermone de monte, & sunt vid. Prima paupertas Spiritus. Secunda mititas, Tertia luctus, Quarta esuries justitia, Quinta misericordia, Sesta munditia cordis, Septima pax. De septem petitionibus dominicæ orationis, quæ sunt videlicet: prima: Pater noster qui es in Cœlis, sanctificetur nomen tuum: sequuntur reliquæ petitiones. De septem actibus passionis Christi qui sunt vid. Christus Pilato traditus. Christus flagellatus. Christus ferens sibi crucem, Christus Cruci affixus. Christus emittens Spiritum, Christus de Cruce depositus: Christus sepultus. De septem peccatis mortalibus, quæ sunt vid. Primum superbia cujus rami sunt septem, vid. inobedientia, præsumptio, singularitas, jactantia, discordia, hippocresis, inanis gloria. Secundum Gula, cujus rami sunt septem, vid. immunditia, scurrilitas, crapula, multiloquium, inepta lætitia, ebrietas, hebetudo sensus. Tertium est Luxuria, cujus rami sunt septem, vid. inconsideratio, præcipitatio, instabilitas, incontinentia, amor sui, odium Dei, affectus præsentis seculi. Quartum est avaritia, cujus rami sunt septem, vid. rapina, proditio, usura, Simonia, perjuria, furta, fraus. Quintum Accidia, cujus rami sunt septem, vid. vagatio mentis, pusillanimitas, ociositas, error in fide, tristitia, bonorum omissio, desperatio. Sextum Ira, cujus rami sunt septem, vid. rixa, tumor mentis, clamor, indignatio, blasphemia, furor, odium. Septimum Invidia, cujus rami sunt septem, vid. machinatio, detractio, scelus, dolor in prosperis, susurratio, plausum in adversis, homicidium. De septem virtutibus oppositis peccatis mortalibus quæ sunt vid. humilitas contra superbiam, abstinentia contra gulam, castitas contra luxuriam, charitas, sive largitas contra avaritiam, exercitatio virtuosa, & operatio spiritualis contra accidiam, mansuetudo, sive patientia contra iram, pietas, sive benignitas contra invidiam. De septem donis gratuitis, quæ sunt vid. visus, auditus, gustus, odoratus, tactus, consensus, libertas arbitrii. De septem horis canonicis quæ sunt vid. matutinum, prima, tertia, sexta, nona, vespera, Completorium. Ad dilectionem dei pertinent ista quinque, vid. omnia propter Deum relinquere; propria voluntati renunciare; omnia egenis tribuere; aliena non concupiscere; ablata restituere. Ad dilectionem proximi pertinent ista quinque vid. Nemini nocere. Omnibus velle prodesse. Pro fratre animam ponere. Pro fratre damnum substinere. Injurias patienter ferre. Ad veram pœnitentiam tria sunt necessaria, vid. Cordis contritio, oris confessio, operis satisfactio. Ad confessionem pertinent ista quinque, vid. vera cordis contritio, sancta prædicatio, simplex colloquutio, integra recordatio, obedientia promptitudo. Ad satisfactionem pertinent ista quinque, vid. orationum deprecatio, vigiliarum actio, disciplinarum susceptio, elemosinarum largitio, jejuniorum frequentatio. Ad puritatem mentis pertinent ista quinque, vid. sui humiliatio, peccati abrenunciatio, in spe confirmatio, integritatis perfectio, virtutum delectatio. Ad munditiam carnis pertinent ista quinque, vid. cohibitio auditus, modestia visus, discretio odoratus, temperantia gustus, refrenatio tactus. De tribus impedimentis confessionis, quæ sunt vid. Pudor confessionis, timor afflictionis, desperatio abstinendi, avida spes aquirendi. De quatuor modis, per quos offenditur Deus, vid. per ignorantiam, per fragilitatem, per negligentiam, per malignitatem. De remediis contra prædicta peccata, quæ sunt vid. Oratio contra ignorantiam, jejunium contra fragilitatem, vigilia contra negligentiam, erogatio contra malignitatem. De tribus, quæ in mundo stare non possunt, sed periclitantur, vid. castitas in deliciis, humilitas in divitiis, veritas in multiloquio. De tribus generibus martirii sine sanguinis effusione, quæ sunt videlicet abstinentia in abundantia, continentia in juventute, largitas in paupertate. De peccatis quibus corde offenditur deus: sunt hæc videlicet. Cogitatio, delectatio, consensus, desiderium mali, voluntas perversa, infidelitas, indevotio, præsumptio, desperatio, timor male accedens, timor male humilians, suspicio, invidia, ira, odium, timere serviliter, exultatio in adversis proximi, contemptus pauperum, vel peccatorum, personarum acceptio, perfidia, affectus præsentium carnalium, inepta lætitia, seculi tristitia, impatientia, avaritia, superbia, perplexitas, ostinatio, malitia, tædium boni, accidia, inconstantia pœnitentiæ, pœnitentis dolor, quod non faciat amplius malum, hippocresis, amor placendi, timor displicendi: verecundia de opere bono, amor proprietatis, sensus singularis. Ambitio dignitatum, vana gloria natura, fortuna, vel gratia. Verecundia de pauperibus amicis: contemptus admonitionum in misericordia. De peccatis quibus offenditur deus ore sunt hæc vid. crebra juratio, perjurium, blasphemia, nomen dei irreverenter assumere. Veritatem impugnare, deum negare, contra deum murmurare; irreverenter horas dicere, detractio, adulatio, mendacium, vituperium, maledictio, infamatio, comminatio, impugnatio veritatis agnitæ, impugnatio charitatis fraternæ, seminatio discordiæ, proditio, falsum testimonium, mala consilia, derisio, contradictio obedientiæ. Irritare facta bona. In oculis placitare, ad iram hominem provocare, reprehendere aliquem in aliquo, quod ipsemet facit, maliloquium, stultiloquium, proferre verba ociosa, vel superflua, vel curiosa, jactantia, verborum pollicitatio, peccatorum defensio, clamor, risus, cachinnus, turpiloquium, lenocinium, cantare cantilenas seculares, in cantu divino magis studere vocem frangere, quam devote psallere. Murmurare, verba secularia profer-

ferre: in injusta causa advocare, malum commendare. De peccato operis quibus offenditur deus sunt hæc, vid. gula, luxuria, ebrietas, sacrilegium, Simonia, sortilegium, violatio dierum solemnium, indigne communicare, votorum fractio, apostasia, dissolutio: in divino officio alios scandalizare, suo malo exemplo proximum corrumpere, lædere hominem in rebus, vel persona, vel in fama, furtum, rapina; usura, ludus, deceptio, vendicio justitiæ. Exactiones teolonaria injusta, augamentare mala, joculatoribus dare, necessaria sibi subtrahere, superflua sumere, consuetudo peccandi, simulatio, tenere officium ad quod non sufficis, vel quod sine peccato non agitur. Corizare. Novitates invenire. Majoribus rebellare, minores opprimere. Delinquere visu, audita, gustu, odorato, & tacto. Circumstantias aggravantes omittere, quæ sunt tempus, locus, modus, numerus, persona, mora, scientia, ætas. Tentationem prævenire, seipsum ad peccandum cogere. De peccatis omissis, quibus offenditur deus, sunt hæc vid. De deo non cogitare, ipsum non timere, vel non amare; gratias illis de beneficiis non agere, opera, quæ quis facit non referre ad ipsum: de peccatis sicut debet, & sicut decet non dolere; ad gratiam percipiendam se non preparare, vel disponere; gratia recepta non uti, nec eam conservare; ad inspirationem divinam non se convertere: voluntatem suam voluntati divinæ non conformare; ad orationes divinas dicendas, vel ad officium ecclesiasticum non attendere; orationes debitas omittere: ea, quæ tenetur ex voto, vel præcepto, vel officio negligere, vel negligenter facere: ea quæ statim facienda sunt, differre: confessionem, & communionem non semel in anno expedire, parentes non honorare: seipsum non cognoscere, vel reprehendere: conscientiam negligere, bonis proximi non gaudere, malis proximi non condolere, injurias non remittere, fidem proximo non servare, & beneficiis ejus non respondere: delinquentes non corripere, lites non sedare, ignorantes non instruere, afflictos non consolari, admonitionibus non acquiescere,

De decem Casibus, pro quibus Pœnitentes mittendi sunt ad Papam, videlicet.

Primus Casus est de hiis, qui manus violentas injiciunt in clericos, vel religiosos, tam professos, quam novitios; & conversos, vel in Moniales. Secundus casus de incendiariis, & fractoribus ecclesiarum, postquam fuerint ab episcopo denunciati. Tertius casus de Simoniacis in ordine. Quartus casus est de iis, qui scienter participant in divinis cum excommunicatis a Papa. Quintus casus est de hiis, qui falsificant litteras papales. Sextus casus est de irregularibus, & de hiis, qui maxime excommunicati, suspensi, vel interdicti celebrare præsumunt in suo ordine sicut prius. Septimus casus est de excommunicatis a Legato, vel Delegato domini Papæ, postquam eorum jurisdictio spiravit; Octavus casus est de hiis, qui hæreticos recipiunt ad ecclesiastica Sacramenta, vel sepulturam. Nonus casus est de Monacho apostata, qui sacrum ordinem in apostasia suscepit. Decimus casus est de Presbytero benedicente nuptias cum secunda, vivente prima. De casibus pro quibus Pœnitens non mittitur ad Papam propter manus injectionem in Clericum, vel Religiosum &c.

Sequuntur & alia multa.

Quo vero aptius, honestiusque parochi Clericive diœcesis Cassinensis sustentarentur, Bernardus Abbas paterno zelo, eorumque consensu formam statuit deinceps in distributione decimarum, quæ partim cœnobio nostro, partim ipsis cederent observandam hoc instrumento. *In nomine domini nostri Jesu Christi. Anno incarnationis ejus 1273. regnante domino nostro Carolo dei gratia Siciliæ rege magnifico &c. regni vero ejus anno nono, mense Decembris, quarto die ejusdem mensis, indictione secunda. Cum deceat nos subditos nostros paterna provisione prospicere, qualiter ipsi valeant sua officia exercere, ut qui ad onus assumuntur, a mercede minime repellantur. Idcirco nos Bernardus dei gratia Casinensis humilis Abbas, volentes tam archipresbyteris, quam ecclesiarum rectoribus, & clericis Abbatiæ Cassinensis, fidelibus nostris, nobis, & monasterio Cassinensi nostro spiritualiter, & temporaliter subditis, super perceptione partis decimarum consideratione debita providere, archipresbytero, & clericis castri nostri S. Victoris, per nostras dedimus litteras in mandatis, ut eorum procuratorem, seu Yconomum legitime ordinatum ad tractandum nobiscum super distributione, & divisione decimarum, victualium, & aliorum fructuum perceptorum, & percipiendorum facienda inter nos pro parte nostra, & monasterii Cassinensis, & eundem procuratorem, seu Yconomum pro parte ecclesiarum, & clericorum ejusdem castri coram nobis mittere procurarent, ad quod mandatum nostrum presbyter Leonardus de Emilio de S. Victore legitimus procurator, seu Yconomus archipresbyteri, & clericorum dicti castri S. Victoris, habens instrumentum procurationis suæ, cujus tenor inferius est transfusus, una cum Bartholomæo archipresbytero ejusdem loci comparuit coram nobis, cujus instrumenti tenor per omnia, & singula talis est &c. Idem vero procurator, seu Yconomus juxta potestatem sibi datam, & creditam ab eodem archipresbytero, & clericis suprascriptis, posuit factum earundem decimarum in manibus nostris, & promisit, & obligavit se pro parte sua, ecclesiarum, & clericorum ejusdem castri, & successorum suorum de stando præcise ordinationi, dispositioni, mandato, & deffinitioni nostræ quidquid sub perceptione, distributione, & divisione decimarum ipsarum duxerimus ordinandum. Igitur de consensu Fratrum nostrorum nobiscum habendo magistrum Riccardum de Berlengerio judicem, & advocatum Cassinensem, habito, & deliberato consilio disponimus, statuimus, providemus, & ordinamus, quod archipresbyter, & capitulum dicti castri S. Victoris, ac rectores ecclesiarum parochialium ejusdem loci pro vita, & substentatione ipsorum, fabricis ecclesiarum, & aliis oneribus, quæ ipsis incumbunt, percipiant, & habeant in perpetuum quartam partem omnium victualium olivarum, & hortorum, fructuum, quæ curia nostra, & Monasterium Cassinense recipit, & recipiet ab hominibus ejusdem castri nomine decimarum, & quod de omnibus victualibus, & vino, quæ dicta curia nostra, & Cassinense monasterium recipit, & recipiet ab hominibus ejusdem loci, & habentibus possessiones in territorio castri prædicti nomine terratici, recipiant, & habeant in perpetuum a nobis, & Officialibus nostris, & monasterio Cassinensi integram decimam partem distribuendam tam partem præ-*

Ex originali in Archivo.

prædictam, quam recipient de decimis suprascriptis, quam partem, quam recipient de Terraticis eisdem, ita ut sacrista Cassinensis proinde recipiat quartam partem. Statuimus etiam, & ordinamus, ut omnes terræ, quas ecclesiæ prædicti castri S. Victoris in præsentiarum videlicet in anno domini 1273. mense Decembris, indictione secunda tenent, & possident a præstatione terratici, & decimarum sint liberæ, & exemptæ, & ad præstationem earum nullatenus teneantur. Si vero aliqua terra ecclesiarum ipsarum in privatas personas quovis alienationis titulo, quod expresse prohibuimus, & prohibemus, transferantur a præsentatione terratici, aut decimarum nullatenus sint exemptæ, sed omnino nobis, & monasterio Cassinensi præstentur ex eis, sicut ex aliis terris privatorum hominum dicti castri. Statuimus etiam, & ordinamus quod qui si prædicti archipresbyter, & capitulum pro quarta parte, quam Sacrista Cassinensis debebat recipere de decimis suprascriptis aliquid debent Sacristæ prædicto in victualibus, aut rebus aliis quibuscumque, nihil sibi de cætero iidem archipresbyter, & clerici solvere teneantur, sed idem Sacrista quarta parte de eisdem decimis omnimode sit contentus &c.

Hactenus hæc divisio in Oppidis S. Victoris, & S. Andreæ observatur, magno tamen cœnobii nostri incommodo, nam pro decimis frugum, vinique, quas Cassinatibus pendunt oppidorum illorum incolæ pro terrarico, eorundem archipresbyteri quartam partem accipiunt. Quomodo abusus hic irrepserit nos latet. Quænam sint fruges, olivæ, horti, a quibus cœnobium nostrum nomine decimarum, quænamque fruges vinumque a quibus nomine terratici decimam exigebat, explicat Bernardus in sententia die 7. Septembris A. 1273. lata contra Universitatem S. Victoris ipsomet populo legitime coacto consentiente. En sententiæ verba. *Inspecto privilegio ipsis a prædecessoribus nostris concesso, nec non & inquisitione generali per Abbatiam de mandato nostro, & specialiter in dicto castro facta &c. Providemus misericorditer &c. & decernimus in præsentibus scriptis sententiam proferentes & quod juxta formam inquisitionis præmissæ, & antiquam consuetudinem, & justitiam Abbatiæ Cassinensis universi habitatores ejusdem loci nec non, & illi omnes, qui in prædicto territorio terras habent, nisi forte a præstatione talium ex privilegio nostro, seu prædecessorum nostrorum aliqui reperiantur liberi, & immunes de quatuor seminibus, videlicet de grano, ordeo, milio, & fabis decimam partem nomine terratici ex integro persolvant monasterio Cassinensi. De vino vero de quo secundum tenorem privilegiorum eis a prædecessoribus nostris indultorum quintam partem eidem monasterio solvere tenebantur. Volentes eis gratiam facere specialem providemus etc. ut de vinearum vino, & vino vitium, sive arboribus, sive passillis substentantur septimam tantum partem monasterio suprascripto persolvant. De reliquis vero seminibus, & olivis ex nunc, & in futurum ut matrici ecclesiæ cum nobis & spiritualiter, & temporaliter sint subiecti ipsi & heredes, & successores eorum, & habentes possessiones in territorio castri prædicti Cassinensi monasterio reddere, ac solvere decimam teneantur, nisi forte aliquis de universitate prædicta a præstatione prædictorum jurium speciali privilegio nostro, vel prædecessorum nostrorum sint immunes quo casu a præstatione prædicti terratici sint immunes, sed de omnibus victualibus olivis, & vino decimas integre persolvant eidem monasterio ut spirituales filii, et subjecti. De hortis vero eis facientes gratiam statuimus &c. ut homines prædicti castri nostri S. Victoris de fructibus, et proventibus, qui percipiuntur ex eis, ut non nisi tantum quintamdecimam partem ratione spiritualis decimæ præstare eidem monasterio teneantur etc.* Similia verba extant in sententia lata contra oppidanos S. Andreæ. De decimis tum spiritualibus, tum temporalibus a quibuslibet Oppidis cœnobio nostro persolvendis fusius in Diss. I. Eadem divisio facta cum Archipresbyteris clericisve Vallisrotundæ, S. Angeli, S. Apollinaris, Vandræ, S. Ambrosii, Cervarii, aliorumque oppidorum, ut constat Instrumentis in cit. regesto exaratis.

De colore, formaque habitus monastici apud Cassinates anterioribus sæculis, & hoc quoque usurpatis, huc tractationem revocandam esse duximus, quod ingens hoc sæculo controversia coram S. Cœlestino V. eam ob rem sit oborta in cœnobio Cassinensi. Neque vero id aliunde probe, prudenterque expiscari possumus, quam ex aliquibus imaginibus minio pictis in bibliothecæ nostræ codicibus, atque ex expositionibus in regulam a Monachis Cassinensibus factis. Rem a picturis exordiemur, quarum aliquas delineandas curavit Nuccus ex cod. 353. illatque in Notis ad cap. 24. Vitæ S. Patris Benedicti sic describit: *Exhibet nobis codex vetustissimus nostræ bibliothecæ signatus nu. 353., & exaratus ab octingentis jam annis, in cujus prima membrana depicta est imago S. patris Benedicti, & Abbatis Johannis, qui Codicem exarari curavit. Sanctus Pater sedet in Cathedra scapulari indutus, stola diaconali ab humero sinistro in dexterum latus transversa. Johannes Abbas stans ante divum Benedictum, accipit ab eodem regulam. Hanc picturam graphice delineatam hic exhibere non injucundum arbitror fore, ex qua præter intentum principale luculenter expressum non pauca alia ad eruditionem licet arguere.*

Habitus Monastici color inexussum ex picturarum colore expiscatur.

Primum D. Benedictum non promissa barba sed, ut dicitur, rotunda conspiciendus proponitur. Deinde scapulare Cassinensium tunc non ultra umbilicum protensum fuisse, & sub axillis assutum, Capitula Aquisgrani nu. 50., ut mensura scapularis duobus constet cubitis, 3. Capitis integumentum, seu capucium acuminatum. Quarto tunicam talarem. Advertendum vero, quod ipsemet Nuccus in addendis subdit, nu. 255. *Dalmatica, lege scapulari, & in calce ejusdem numeri suppone: Vir eruditus Dominicus Magrus canonicus theologus cathedralis Viterbien. in suo Eulogialogio diaconali, scite notat schema superhumerale hujus figuræ dalmaticam non esse, sed armiclausam, & quidem ad meam mentem, quam explicavi num. sequenti asserens id esse scapulare, quod est armiclausa, &c. Ibidem adverte imaginem antiquam inverso situ sculptam fuisse, ideoque dextrum pro sinistro accipiendum.* Verum nos autographo attente considerato deprehendimus tunicæ Manichas admodum strictas, capucium assutum scapulari, quod ultra umbilicum protenditur, S. Benedicti, atque Johannis calceos ad instar Sandaliorum esse, quæ modo Capuccini, aliique mendicantes deferunt. Easdem figuras

vas ex Nuceo depsomsit Mabillonius Annal. To. I. p. 121., & p. 122. in eosdem errores labitur, uempe S. Patrem Benedictum dalmatica indutum, & scapulare Johannis: *Non ultra umbilicum pratendi &c.* tum *colorem tunica talaris album, contra quam scapularis, quod nigrum est*. Falsum. Tunica S. Benedicti violacea est, scapulare coloris alterius, & Johannis Tunica viridis, scapulare violaceum.

Cl. D. Bernardus Montfaucon Diar. Italici p. 322. quasdam exhibet ejusdem generis figuras ea nostris codd. MSS. depromtas, unam scilicet ea Cod. 99. scripto A. 1072. tres ea codice 132. de origine rerum Rabani Mauri jussu Theobaldi Abbatis scripto teste Leone Marsicano lib. 2. cap. 52., aliamque idest primam prope marginem ex cod. 442. undecimi sæculi. Hæc vero tantum ad rem nostram ait vir doctissimus p. 323. *In alio codice paris ætatis Monachi non cucullati, ut in schemate vides, exhibentur, scapulari undique clauso, quod pridem aliis in codicibus observatum est &c.* Omnes hasce imagines delineavit etiam Mabillonius To. I. Annal. p. 120. quas deinde explicat To. V. hisce verbis: *Ex tribus, quæ tabella in as incisa addita sunt immagines, prima quidem videtur esse monachi sola tunica, & capitio induti: secunda Abbatis cum humerali capuciato, & pedo pastorali benedicentis Monachum, qui parvam cucullam, seu scapulare antiqua forma gestat &c.* In eodem codice 442. extat Imago S. Benedicti sellæ plicatili insidens, manu dextera benedicens, finistraque librum apertum sustentans. Tunica omnino alba, manicæ strictæ, scapulare violaceum, cui capitium acuminatum est assutum. Supra ejus eaput scriptum est *S. Ben.* Ad lævam ejus partem visitur Monachus stans cum inscriptione supra caput *S. Maur.* cujus tunica item alba, scapulare cui assutum est capitium acuminatum, violaceum, valdeque strictum. In seata ejusdem codicis pagina quatuor figuræ minio pictæ videntur, quarum unaquæque duos Monachos exhibet. Primus prioris figuræ Monachus tunicam habet albam & scapulare violaceum strictum eum capitin assuto, & acuminato, alter tunicam albam, scapulare strictum viride cum simili prioris capitio. In terria figura videre est duos Monachos, quorum primus, quem exhibet Mabillonius, & Montfaucon cit. locis tunicam albam gestat, scapulare violaceum cum capitio assuto acuminato, quod humeros omnes cooperit, & sub axillis restringitur usque ad coxendices. Monachus alter ad lævam stans eodem modo indutus exhibetur. Quarta figura duos Monachos tunica alba exhibet stantes, pondera in humeris ferentes, quorum primus scapulare ut supra descriptum habet rubrum, alter album. Circa codicis medium exhibetur Monachus mortuus, tunica alba, & scapulari violaceo formæ jam descriptæ. Manicæ in omnibus imaginibus strictæ. In codice 132. lib. 22. cap. 6. de Monachis, minio picti sunt Monachi, quorum primus sellæ plicatili insidens, cui pulvinar viride impositum est, manu dextera pedum sustentat, læva in altum elata scapulare habet rubrum sub axillis assutum ad genua prope, ultra quæ non longe protenditur, scapulari capitium etiam rubrum assutum, tunica cum manicis strictis Cyanea, barba rotunda, in pedibus sandalia, cruraque ita alba sunt, ut non satis constet an tybialia, vel carnem ipsam referant. In medio ejus figuræ Monachus visitur stans eodem modo indutus præterquam tunica, quæ viridis est, palmæ ambarum manuum prosfus extensæ, idest manus dextera pone pectus erga videntes, sinistra paulo infra brachii deateri cubitum. Deinde alius Monachus pingitur capitio acuminato post humeros abiecto, scapulari rubro eodem modo, quo alii. Tunica cyanea, sinistra scipionem in superiori parte aduncum gestans, in capite corona visitur illi similis, quam modo Fratres Ordinis Prædicatorum, & Minorum Observantium gestant. Scapulare rubrum aliis simile, subque axillis Vittæ in scapularibus videntur, & barbæ in omnibus Monachis rotundæ, atque in pedibus sandalia. Duas priores hasce figuras delinearunt Mabillonius, & Montfaucon.

In codice MS. sign. nu. 73., p. 4. magna eatat figura, minio haud imperita manu picta, a parte dextera S. Patrem Benedictum exhibens sellæ insidentem ad instar faldistorii factæ, unoque gradu erectæ. Circum caput circulum, seu coronam auream, laureolam appellant, gestat, & in capite capitium acuminatum assutum scapulari violaceo, quod parva futura prope corporis medium conjungitur; tunica talaris alba, manicæ strictæ, Sandalia, eruraque alba apparent, ut non satis constet, an ea albedo tybialia, vel carnem ipsam referat, manus dextera erecta benedicens, sinistra librum apertum substentat genu sinistro innixum, supraque caput hæ literæ unæ aliis impositæ leguntur: *S. Ben.* Læva figuræ pars Monachum stantem exhibet, cujus scapulare valde proliaum violaceum vittis utrinque conjungitur cum caputio acuminato illi assuto, Tunica colore Margaritario eandicans, capitis corona ut illa Fratrum Prædicatorum, barba rotunda, in pedibus sandalia, ambabus manibus librum sustentat jamjam erga S. patrem Benedictum apercturus, atque prope humeros inscriptio legitur. *Domnus Theobaldus Abbas*: nempe qui codicem tunc scribendum curavit.

In Cod. 109. p. 543. est figura minio picta in medio exhibens Jesum Christum, dextera deiparam, sinistra S. Benedictum gremio gerentem Monachum ponè cujus pedes hæc Inscriptio legitur: *Grimoaldus Diaconus, & Monachus scripsit*. S. Pater Benedictus in capite gestat capitium acuminatum cyaneum scapulari ejus coloris assutum eum tænia aurata a fronte ad summitatem caputii, tunica strictis manicis cyaneo, ac croceo colore pro pictoris arbitrio contexta, barba rotunda. Idem prorsus Grimoaldi habitus, in cujus pedibus sandalia conspiciuntur.

In Codice in archivo nostro asservato, qui inscribitur: *Registrum S. Angeli ad Formam*: duodecimi sæculi plures conspiciuntur figuræ pontificum, principum, Abbatum, Monachorum, ex quibus nil deduci potest aliud, quam barbam fuisse rotundam, coronam capitis ad instar Fratrum Prædicatorum, capitium acuminatum, & scapulare modo jam descripto, manicis strictis, cœterum scapularis caputii, & tunicæ color modo albus, modo viridis, modo violaceus, modo rubeus.

Nigrum semper fuisse credimus.

Ex quibus certe omnibus haud satis solide quinam fuerit color habitus Monachorum Cassinensium inferri potest, cum semper pro pictorum arbitrio modo unus, modo alter sit positus. Illud certo credimus, habitus nostri colorem fuisse semper aut nigrum, aut ut summum nativum lanæ. Petrus Diaconus A. 1115. Monachum induit ex libro IV. Chr. Cassin. cap. 66. sub Gerardo Abbate, qui Monachus evaserat sub Desiderio Abbate ex cap. 43., & Desiderius Abbas plures provectioris ætatis Monachos noverat, ut in secundo Dialogorum suorum libro sæpius testatur, aliique Abbates Girardi successores, nempe Oderisius II. Nicolaus I. Seniorectus vixere Monachi sub Oderisio I. Nosse ergo optime poterat constanti traditione Petrus colorem habitus a Monachis Cassinensibus toto saltem decimo ecclesiæ sæculo usurpatum. Hunc vero nigrum fuisse ipse testatur, nam interrogatus a Cistellensi Monacho; *Cur semper nigra amicimini*, qui prius dixerat; *Contra Regulam agitis &c.* de indumentis &c. respondit: *Quia pater Benedictus talibus usus est, ut mundo etiam in habitu renunciasse videretur*. Ab immemorabili itaque tempore Cassinates nigro colore usi, neque unquam auditum habitus sui colorem ab illis immutatum.

Nam talem fuisse asserunt Petrus Diaconus.

Bernardus, Nicolaus, Richardus.

Nigrum etiam colorem Cassinatibus tribuunt Bernardus Abbas, Nicolaus de Fractura, & Richardus a S. Angelo. Et quidem Bernardus Abbas in commentario ad cap. 55. S. Regulæ hæc ait: *Nos tenemus, quod crucifixo domino, & mortuo, quidam Apostoli nigra sibi operimenta fecerunt (quæ usque hodie a viduis, & charissimis amicis post obitum virorum, & charorum fiunt, & lugubres appellantur in his Italiæ partibus) quem colorem in suo habitu conservasse feruntur Apostoli in memoriam mortis Christi. Græci etiam Monachi nigro utuntur colore.* Et infra: *Beatus vero Benedictus a quibusdam antiquis doctoribus Cassinensibus nigris usus vestibus traditur in scriptis fuisse, &c.* Nicolaus de Fractura in expositione ad idem caput ait: *Sed nostris temporibus hanc disceptationem vidi de facto in monasterio Cassinensi in facie domini Cœlestini papæ quinti, qui cum vellet per se, & Fratres suos dominos Cardinales Monachos Casinenses inducere ad susceptionem habitus sui, qui fuerat de ordine Murronensi, allegabat potissime per se, & contra nos hunc textum, de quarum rerum omnium colore aut grossitudine non causentur Monachi concludens ex hoc, quod postposito habitu isto nigro quem ad præsens deferimus, habitu griso Murronensi quo ipse antea usus fuerat, uti libere poteramus; ad cujus susceptionem nonnullos de Monachis Cassinensibus minis, & terroribus, cum plures de ipsis duxerit carcerandos, cogere voluit, & coegit. Alios vero quos ad susceptionem habitus sui prædicti nequivit inducere de monasterio Cassinensi per Fratrem Angelarium Monachum Murronensem, quem ibi Abbatem instituit expelli voluit, mandavit, de quibus unum fateor me fuisse qui cum nec terrore concuterer, nec blandimentis seducerer petita demum licentia, & obtenta ab ipso domino Cœlestino, monasterium Cassinense cum pluribus aliis meis sociis exiens, solus Bononiam petii, studiumque juris canonici ibi per nonnulla tempora frequentavi. Sed post hæc; nolo vos latere Fratres hujusmodi cooperante patre nostro Benedicto SSmo dictum Cœlestinum papam V. in anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, terciodecimo mensis Decembris in die S. Luciæ sexta indictione apud Neapolim in manibus Fratrum suorum Cardinalium omnium in castello novo, ubi tunc summus pontifex residebat libere renunciasse papatum, ipsiusque oneri, & honori, ut patet expresse Extravag. de renunciat. in C. quamtum lib. 6. Quibus omnibus sic peractis apud eandem civitatem Neapolis in dicto castello novo electus est in summum pontificem, & assumptus dominus Benedictus Caytanus de Anagnia Cardinalis, qui mutato nomine Bonifacius est vocatus, & per eum nos omnes qui eramus extra Monasterium Cassinense, & cum habitu nigro ad quem alii similiter, qui cum habitu griso ibi remanserant rediere, ad monasterium ipsum fuimus revocati. Et ex tunc habitum nigrum cum majori devotione cœpimus unanimiter venerari &c.* Et infra: *In antiqua Chronica Petri Diaconi scriptum a nobis, & nostris majoribus reperitur, quomodo in monasterio Floriacensi repertus est caputius cuculla beato Benedicto ex nigris villis contextus. Et quia hoc antiqua historia Petri Diaconi dicit. Ergo ita est. Ratio juris est quia libri antiqui faciunt fidem. Extravag. de prescript. Ad Audientiam, ubi dicit: Primo considerantes librum etiam censualem &c. Et C. de probat. cens. & extravag. de probat. cum causam. Rationibus sic. Patres nostri id est majores nostri portaverunt habitum nigrum, ergo & nos portare debemus, & hoc ideo, quia docti viri cautela 2. Beatum Augustinum Magna nobis debet esse instructio. 81. d. legitur. Et Extravag. de elect. significasti, ar. Quod autem Patres nostri habitum nigrum portaverunt, colligitur Extravag. de temp. Ord. ex parte. Et de Sta. Monachorum in C. Recolentes in Glo. quæ incipit. Quas possunt habere nigri monachi. Exemplis sic legimus in Vita Caroli Magni* imperatoris, & Cassinensis cœnobii Monachi; Et in Chronica Romanorum pontificum, quæ incipit; Petrus Apostolus præfuit Romanæ ecclesiæ annis vigintiquinque, mensibus duobus, & diebus &c. Quod Zaccarias Papa de quo legitur 15. q. 6. Alius Romanus pontifex hunc Carolum Magnum regem Francorum Fratrem Pipini fecit clericum, & misit eum ad monasterium Cassinense fieri Monachum, cui etiam Monasterio dona plurima cum privilegio sedis apostolicæ contulit; quod idem Carolus Magnus in territorio Bituricensi in loco, qui Mucyatus appellatur, construxit monasterium in honorem B. Martini, illudque submittens Cassinensi cœnobio, posuit ibi caputium patris nostri Benedicti ex villis nigris contextum longitudinis trium unciarum, quod genus indumenti usque hodie habent in usu Pannonienses. Istud enim vestimenti genus signum mortificationis ostendit: &c.* Allatisque authoritatibus rationumque momentis, quibus suadeat nigrum habitum esse a nobis deferendum, subdit: *Hodie vero quo habitu, seu in quo colore uti regulariter Monachi debeamus determinatur per concilium Viennense. Extravag. de Sta. Monach. Ne in agro Dominico q. 7. ubi dicitur, quod circa hoc statur consuetudini religionis, &c.* Richardus a S. Angelo eadem ferme repetit in expositione ad idem caput, dixeratque antea ad cap. 21. *Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto mense octubris indictione 7. dominus Cœlestinus papa quintus, qui antea vocatus fuit Frater Petrus de Murrone homo magnæ sanctitatis, venit ad monasterium Cassinense, & volens dictum monaste-*

* Forte Caroli Manni.

rium

rium unire religioni suæ, induxit Monachos pro majori parte, ut reciperent suæ religionis habitum, qui habitus erat coloris camellini vilissimi panni, & misit de Monachis suis quasi quinquaginta. Primo nos fueramus nigri, & mutavit nomen decani, qui post ipsorum adventum vocatus est Prior. Adveniente proximo festo B. Luciæ renunciavit papatui in civitate Neapoli, cui successit dominus Bonifacius, qui prius nominatus fuit dominus Benedictus Cajetanus homo maximæ scientiæ, & probitatis de Anania, & revocavit omnia facta per dictum Cœlestinum, exceptis Cardinalibus, quos ipse Cœlestinus fecerat. Et ego fui unus de revocatis, qui fueram effectus Abbas monasterii sanctæ Justinæ de Padua. Ex quibus deducitur, Richardum unum ex iis Cassinatibus fuisse, qui habitum mutaverant. Jacobus Cajetanus de Stephanescis Cardinalis S. Georgii ad Velum aureum, qui a Cœlestino V. ad ecclesiastica ministeria promotus, & a Bonifacio VIII. Cardinalis renunciatus fuerat, quique vitam S. Cœlestini V. a morte Nicolai quarti ad ejus canonizationem scripsit, hæc de se ipso in præfatione testatur: *Ex veridica re velut præsens, videns, ministrans, palpans, & audiens, notusque pontifici, quin pontificibus carus impactam compegit, metrisque refudit historiam &c.* Hæc vero lib. III. cap. 2. scribit.

Vel quasi Syderei Collis Montisque Casini
Compulit heu: Monachos habitus assumere Fratrum,
Degentum sub lege Petri: nonnullus ab inde,
Dum parere negat, Monachos tunc exulat. (O quam
*Deciperis! quamvis alios * f infamia fœdat).*

Et in explicatione ad eadem carmina hæc habet.

Quomodo quasi compulit Monachos montis Casini ut sumerent habitum suum.

f. *Alias * qui scilicet habitum Cœlestinorum sumebant viliter)*

Petrus Blesensis, & Petrus Venerabilis,

Petrus Blesensis in epistola 97. ad Abbatem de *Evesham* hæc scribit: *In monte Casino schema monasticum, quo beatus Benedictus est usus usque hodie, sicut dicitur perseverat. Quis audeat tanti patris habitum blasphemare in filiis? &c.* Et Petrus venerabilis Cluniacensis Abbas lib. IV. epist. 17. longam cum Cisterciensibus disputationem contexit pro Monastici habitus nigro colore.

Quidquid reclamet Mabillonius, & Martene.

Mabillonius in Præfatione sæc. V. Act. SS. Ordinis S. Benedicti p. 40. contendit monachorum tunicam ab octingentis annis albam fuisse: *ut variis*, inquit, *Rabani aliorumque Iconibus observavimus, atque etiam in rituali Anianensi*: subditque: *Et ratio sane id postulabat; quandoquidem tunicam, quæ cuti proxime adhærebat (nam laneæ interulæ præter regulæ authoritatem postea concessa sunt) cum sæpius lavari ad munditiam exigeret, potius ex lana candida, quam ex nigra fieri congruum erat: &c.* Mabillonio subscribit Martene in Commentario ad Regulam S. Benedicti cap. 55. variis exemplis, rationumque momentis additis. Caramuel. To. I. Theologiæ Regularis editionis Lugdunensis A. 1665. p. 156. art. 6. ait: *Temporibus illis prioribus habitus Benedictinorum fuit talis: toga candida scapulare griseum, cuculla nigra. Togam fuisse candidam, demonstrant adhuc hodie plura Benedictinorum monasteria, in quibus vestes interiores omnes sunt candidæ, prout ipse non semel vidi in aliquibus, & ut alia monasteria sileam, hæc avita consuetudo adhuc perseverat in provincia Leodica apud Lobienses, & in Flandrica apud Brugenses tituli S. Andreæ extra muros, & etiam in multis aliis, ubi & sanctitas viget, & morum reformatio. Ibidem constitutione cautum, ne quis sine particulari licentia audeat relinquere vestes albas, atque assumere nigras, &c.*

Indumenta Cassinatium eorumque forma.

Quænam vero indumenta usurpaverint veteres nostri Cassinates, eorumque formam eruimus ex epistola Theodemari ad Carolum M. ubi hæc leguntur: *Quia percontari dignati estis, quod vestimentum cuculla debeat intelligi, cucullam nos esse dicimus, quam alio nomine Casulam vocamus. Et inde est quod hyeme villosum, æstate puram, aut vetustam beatus Pater instituit, quia scilicet hoc genus indumenti solet cum villis intexi &c. Seniores tamen nostri, & præteriti Abbates instituerunt Fratribus nostris propter diversos labores tres tunicas habere, duas grossiores in hyeme, unam subtiliorem in æstate, similiter & in loco cucullarum duos quos nos dicimus mattos, qui ex grossiori sago fiunt, & unum in æstate subtiliorem operimentum Cucullas autem ideo non habemus, quia majoris sunt pretii, & quia nobis Pater noster alias præcepit talia vestimenta habere, quales possunt in Provincia vilius emi. Habent autem Fratres nostri & duplicia fœmoralia: multi tamen ex eis, deo adjuvante in tantum se continent ut neque fœmoralia habeant, neque amplius, quam duplicia secundum regularem textum indumenta. Statuit autem Venerabilis Pater, ut scapulares Monachi propter opera habeant, quod ob hoc scapulare dicitur, quod scapulas præcipue tegat, & caput, quod vestimentum pæne omnes in hoc terra rustici utuntur. Pro quo tegumento nos e grossiori textu ad melotis similitudinem operimentum habemus, nisi quod manicæ in hoc usque ad manus pertingentes habentur. Præter addimus unicuique sicut ei opus est, nam senibus nostris gunnas pelliciat tribuimus, &c.* Tunica ad talos protendebatur ut figuræ mox allatæ exhibent, atque Bernardus Abbas hisce verbis describit: *Tunicam vero appellamus illam, quam sub cuculla portamus corpus utrinque tegentem; sed caputio carentem, cum manicis mediocriter, & mensuratæ longis.* Eadem fere habent Nicolaus de Fractura, & Richardus a S. Angelo ibidem. Scapularis formam constanter exprimunt memoratæ figuræ, & Bernardus Abbas hisce verbis. *Et usque hodie tam Cassinenses, quam Cistercienses habitum caputiatum a scapulis ex utraque parte dependentem scapulare appellant. Sed Cassinenses idem Scapulare sub brachiis circa medium corporis quasi ad locum cingulis sutum, quasi, & ad mensuram medii palmi de consuetudine claudunt. Quod scapulare quando operantur ne opus impediat desuper cingunt, sine quo etiam scapulari, vel sine cuculla manicata non se sacris vestibus ad explenda divina officia induere debent. Illud insuper scapulare benedicitur ab Abbate quando monachus, profitetur. Attamen Monachi Cluniacenses, & ultramontani scapulare illud cucullam appellant & desuper vestem manicatam sine caputio gerunt. Quam vestem floccum vulgariter dicunt. Puto autem quod Cistercienses ad fontem recurrerunt Cassinensem, & ab illo tam vocabulum quam figuram utriusque traxerunt scapularis videlicet, & cucullæ &c.* Eadem habet Nicolaus de Fractura, & pressius Richar-

dus a S. Angelo ibidem. Mabillonius loc. cit. demonstrat Theutonicos Monachos convenisse in Scapularis forma cum Cassinensibus, rationemque subdit, cum ait: *In priori tabella cernitur germana veteris Scapularis forma. Eamdem apud Casinates sæculo octavo in usu fuisse inde colligitur, quod Sturmius Fuldensis Abbas primus vestium formam, genusque vivendi a Cassinensibus monachis mutuatus est, ut ex S. Lioba actis constat. Ejusmodi Scapulare viderat auctor Apologiæ pro Henrico quarto Imperatore. Vidimus nos aliquando, inquit, vestem cucullatam parvam quidem, sed ita moderatam, ut desuper usque ad renes tantum desflueret, & utrinque usque ad humerorum confinia pertingeret, qualis certe forma atque mensura proprie dicitur Scapulare, quod Monachis propter opera tantum assignatur ex mandato Regulæ; processu temporis multum variavit vetus illa Scapularis forma, & cum primitus totum corpus ad renes solum usque ambiret, postea fere ad talos protensa est divisa ex utroque latere; ita nihilominus ut ex utraque parte retinaculis duobus, pars anterior cum posteriori conjungeretur. Hanc formam Cartusiani a majoribus nostris acceptam hactenus retinent: atque ob eam causam istud vinculum, quo duæ scapularis partes simul constringuntur, Vittam S. Benedicti in suis statutis appellant. &c.* Et infra: *Ex his explicatur locus Ardonis in vita* a *beati Benedicti Abbatis Anianensis ubi cuculla nomine Scapulare, & cappa vocabulo cucullam intelligit. Et cucullam quidem idest Scapulare, quæ prius usque ad talos pendebat, ad uniformem modum reduxit instar Cassinensium, & Fuldensium, ut non amplius a duobus cubitis excederet mensura, vel usque ad genua pertingere posset. Hæc est parva cuculla de qua Henrici IV. Apologista. &c.*

a Sæc. Bened. To. I. p. 213. nu. 32.

Cuculla.

De cuculla hæc ait Bernardus Abbas. *In hoc vero Cassinensi monasterio cucullam appellamus habitum cum capucio ex omni parte clausum, longisque manichis manichatum quod Cistercienses sequuntur in vocabulo, & figura, &c. Cucullam in hyeme villosam intelligunt quidam quod de panno debeat fieri villoso, idest quod vellus ovis sit interius ad ministrandum calorem &c. Sed qualiscumque sit cuculla, cum vellere debet esse, ut frigus propellat. &c.* Nicolaus etiam de Fractura inquit: *Cuculla etenim habitus est ex omni parte clausus, manichas habens largas usque ad terram protendens &c.* Hac cuculla indutus exhibetur Nicolaus de Fractura initio expositionis suæ in S. Regulam, & Richardus a S. Angelo habet: *Cuculla appellatur in monasterio Cassinensi quoddam vestimentum ex omni parte clausum, & manichatum longis manicis usque ad terram cum caputio, & est habitus sicut mihi videtur, honestior aliis.* Cucullatus exibetur initio expositionis suæ Richardus ipse: *Cuculla dicitur vestis cucullata propter cucullum, qui est capitis operimentum. Igitur cuculla est tunica talaris, & cucullata atque manicata habens speciem crucis per quatuor partes extensæ.* Sanctissimus legislator noster hæc in cit. cap. habet. *Sufficit enim Monacho duas tunicas, & duas cucullas habere propter noctes, & propter lavare ipsas res:* hisce subdit Bernardus Abbas. *Hoc quod dicit propter noctes dupliciter intelligi potest, vel quia de nocte frigidior aer solet esse, & ideo pluribus vestimentis egemus: vel quia vestiti jacentes aliquas superfluitates naturæ, non studio procuratas emittere solent, & ideo vestis est abluenda, nec oportet nudum monachum remanere, propterea quia in vestibus continue portatis sexcupedes generantur, expedit eas nonnunquam purgari, & quandoque lavari, & ideo nostri temporis Monachi grossis utuntur staminëis, quæ facilius quam res alia abluuntur.* Eadem habet Nicolaus de Fractura. Hinc Synodus Aquisgranen. can. 4. statuit, *Ut Monachi propriis operentur manibus, & vestimenta sua opportuno tempore ipsi lavent.*

Femoralia.

De Femoralibus hæc decernit S. Pater: *Femoralia hi qui in via diriguntur de Vestiario accipiant, quæ revertentes lota ibi restituant.* Subditque Bernardus Abbas. *Femoralia brachas appellamus &c. His Ultramontani Monachi utuntur indifferenter magnam hoc usu munditiam æstimantes. Cassinenses autem non iis utuntur præterquam in via directi. Cistercienses etiam non utuntur eisdem &c.* Et Ferrarius in notis ad hoc caput inquit: *In Congregatione nostra Cassinensi usque ad nostram ætatem vidimus senes non utentes femoralibus intra monasterium, sed interiorem vestem ultra genua desfluentem ipsis genibus alligabant &c.* De calceamentis jam dictum, Sandalia fuisse iis similia, quæ modo Capucini, & Fratres minores observantes gestant, ut ex allatis figuris constat. Vid. Martene in Comment. nosterque D. Paulus Augustinus de Ferrariis in notis ad S. Regulam.

Innocentius III. in bulla pro Reformatione cœnobii Cassinensis anno decimo octavo pontificatus sui promulgata hæc de rem nostram ait: *Ut Cassinensis Abbas utatur calceamentis & vestibus secundum beati Benedicti regulam, pannis videlicet, quibus bonæ memoriæ Raynaldus, & Petrus de Insula aliique ipsius loci religiosi Abbates usi esse noscuntur &c.* In regesto Thomæ Decani monachi statuunt instrumentis A. 1257. & 1258. stipulatis dare quibusdam benefactoribus: *pro indumentis vestris,* verba sunt primi instrumenti; *quandocumque accipimus pannos de conventu mediam unciam auri,* & in secundo instrumento hæc leguntur: *Et unum tertium missum assidue in vita tua sicut unus ex aliis oblatis nostris percipere consueverint, & pro indumentis tuis quolibet biennio convenimus dare tibi unam tunicam decentem de pannis Conventus sicut uni ex aliis nostris oblatis dari consuevit:* atque in tertio instrumento anno etiam 1258. stipulato habetur: *Et tertium missum, unum tantum & unam tunicam tibi viro quolibet anno de panno Conventus Cassinensis, & tibi uxori quolibet biennio tunicam unam de eodem panno.*

Pelles strictæ.

Optime hic locus occurrit agendi de pellibus strictis, quibus Monachi Cassinates utebantur. Et quidem in instrumento die 18. Januarii an. 1178. stipulato a notario Leonardo refertur dono datos Cassinatibus quindecim mille tarenos a Gentili Oderisii Abbatis S. Johannis in Venere Fratre, ut agros emerent: *Quibus singulis duobus annis Fratribus subveniretur claustralibus in pellibus strictis, & in vestituris pro Filtris, & pulvinaribus.* Et Petrus Abbas satius esse ratus redditus alios vice agrorum eum in usum impendere, jubet: *Reliqua vero pecunia singulis duobus annis pro pellibus strictis, quas soli Fratres recipiant claustrales &c.* Alexander III., & Clemens III. decretum Petri Abbatis confirmant, & in bullis suis appellant: *Stricta pellicia.* In concessione a Bernardo Abbate A. 1278. die 26.

Fe-

Februarii Monachis Vallis lucis facta hæc habentur. *Fuisse expositum coram nobis, quod cum quadam terra sita in territorio S. Helia &c. olim deputata fuisset ad utilitatem ejusdem Conventus, qua per eundem Conventum dari consueverat pellipario, qui pelles Monachorum ejusdem monasterii facere, ac reparare consueverat &c.* In regesto I. Thomæ Abbatis p. 150. & seqq. extat inquisitio in urbe S. Germani anno 1288. facta de operibus a quolibet artifice monasterio Cassinensi impendi solitis, & p. 151. a tergo hæc leguntur. *Pelliparii. Constabilis de Liciardo Pelliparius juratus, & interrogatus dixit, quod pelliparii debent servire de arte sua Abbatibus monasterii Cassinensis de pellibus novis pro ipsis Abbatibus. De causa scientia interrogatus dixit, quod sic audivit a magistris antiquis, & ipse etiam fecit prædicta.* Eadem tres alii testes asserunt, ultimusque addit: *Magister Bivinderius juratus, & interrogatus dixit idem quod proximus, & addidit, quod in suendis, & aptandis pellibus novis largis, & strictis, debent servire pelliparii Abbatibus Cassinensibus.*

Sacramentum fidelitatis præstitum Abbati Cas. ab Abbate S. Nicolai.

Celebre monasterium S. Nicolai in Trunto subjectum olim monasterio Cassinensi fuisse ostendit Fidelitatis Sacramentum a Senebaldo ejus Abbate, nostro Abbati præstitum, quod in codice bibliothecæ nostræ MS. sign. nu. 47. extat. *In presentia subscriptorum juravit Frater Senebaldus de Cellis Abbas S. Nicolai in Trunto, domno Roffrido dei gratia Cardinali & Casin. . . . . in hunc modum. Ego Frater Senebaldus de Cellis & Abbas S. Nicolai in Trunto semper ero fidelis, & obediens Beato sancto Benedicto, & Nicolao, tibique domno Roffrido dei gratia venerabili Cardinali Cassinensi Abbati, tuisque successoribus regulariter intrantibus illam scilicet obedientiam, & reverentiam exhibebo, quam vobis, & successoribus vestris exhibuit predecessor meus regulariter intrantibus. Non ero in facto, consilio, vel consensu quod vitam perdatis, aut membrum, vel capiamini mala captione, aut ammittatis dignitatem, quam habetis. . . . . de ecclesia S. Nicolai in Trunto monasterio Cassinensi subtrahatur, vel aliqua condicio, aut consuetudo imponatur, per quam prætaxata ecclesia S. Nicolai alicui persona ecclesiastica, aut seculari aliqu. obnoxia teneatur. Possessiones ipsius ecclesia non vendam, nec alienabo, nec de novo infeudaba, neque locabo absque voluntate, & consensu tuo, & successorum tuorum, & conscientia conventus S. Nicolai; Hac omnia fideliter, & sine fraude jura observare: sic me deus adjuvet, & hac sancta dei evangelia. Hii sunt qui interfuerunt. Frater Petrus Comes Decanus Cassinensis. Fr. Tancredus de Bristul. Fr. Bartholomeus de Sujo. Fr. Petrus Grecus. Fr. . . . . aldus Pennen. Casinen. Sacrista. Fr. Berardus de Cellis. Fr. Joannes de Casale. Fr. Johannes de Casasilveria. Fr. Basilius de Albeta. Fr. . . . . . de S. Germano. Fr. Stephanus de Marsi. Fr. Ambrosius Decanus S. Nicolai in Trunto. Fr. Centius. Fr. Nycolaus. Fr. Alexius Monachi ecclesia S. Nicolai in Trunto.*

Haud injucundum erit simile Sacramentum a domina Thomasia de Murricone Abbatissa monasterii S. Johannis de Scursone Cassinatibus subditi A. 1244. præstitum D. Guillelmo Stephani Abbatis Cassinensis delegato ex instrumento cujus autographum in archivo nostro extat.

+ *In Dey nomine amen anno domini millesimo ducentesimo, quadragesimo quarta die luna quintodecima Augusti indictionis secunda, regnante domino nostra Federico Romanorum imperatore Jerusalem, ac Sicilia rege semper augusto. Apud ecclesiam S. Johannis de Scurcione, coram nobis Judice Johanne Alberti ejusdem Ecclesia, Notario Jacobo de Camplo, &c. dompnus Guillelmus Sacrista ecclesia S. Liberatoris de Majella, & Monachus Cassinensis ecclesia veniens ad ecclesiam prædictam S. Johannis de Scurcione subdita ecclesia S. Benedicti de monte Casino, sciens nos suos Judicem, & notarium non esse, in nos tamquam judicem, & notarium consensit, ostendit mandatum sibi factum a dompno Stephano venerabili Abbate prædicta ecclesia S. Benedicti de monte Casino, cujus mandati tenor in omnibus, & per omnia talis erat. Stephanus dei gratia Casinensis Abbas, dilecto Fratri Guillelmo Sacrista ecclesia S. Liberatoris &c. Quia electionem confirmavimus factam de Thomasia moniali ecclesia S. Johannis de Scurcione ecclesia nostra mandamus tibi, & præcipimus, ut personaliter ad ecclesiam ipsam S. Johannis accedas, & dictam Thomasiam pro parte, & vice nostra debeas in ipsa ecclesia Abbatissam cathedrare, & alia facere, qua meliorationi, & comodo, ac reformationi ipsius ecclesia videris expedire, ut tuam proinde diligentiam possimus merito commendare, & Sacramentum fidelitatis ab eadem Thomasia recipias secundum formam prælatorum, quam tibi mittimus sub sigillo nostro interclusam. Cujus auctoritate mandati, prædicta sorore Thomasia juxta formam regula beati patris Benedicti per pannos Altaris ipsius eccl. monasterii S. Johannis prædicti a domno Gualterio de Morricone patre suo oblata monasterio præfato, coram testibus antedictis, idem dompnus Guillelmus recepit eandem professionem in manu ejusdem continuo facientem, recipiendo sponte ab eodem habitum monachalem secundum regulam statutam S. patris Benedicti. Quo habita recepta ab eadem Spiritus Sancti gratia humiliter invocata, idem Fr. Guillelmus auctoritate prædicti mandati sibi concessa, eandem sororem Thomasiam loco, & vice prædicti domni Abbatis Cassinensis in Abbatissam, & rectricem præfati monasterii S. Johannis de Scurcione in eodem monasterio cathedravit, assignans eidem dictum monasterium, & bona ejus tam spiritualia, quam temporalia, prout ad eundem Dominum Abbatem ratione ecclesia sua prædicta dignoscuntur pertinere, tamquam Abbatissa, & rectrici præfati monasterii S. Johannis pro parte prædicti domini Abbatis, & de ipsius mandato in ipso monasterio Cathedrata. Quo monasteria, cum omnibus bonis suis, ut dictum est, a prædicta sorore Thomasia per manus prædicti Fratris Guillelmi nuntii ejusdem domini Abbatis recepto eidem Fratri Guillelmo loco, & vice ipsius domini Abbatis pro parte ecclesia sua memorata, tactis sacrosanctis evangeliis corporaliter, pro beneficio prædicto sibi collata, ipsa soror Thomasia fidelitatis præstitit Sacramentum in hac forma. Ego Soror Thomasia Abbatissa monasterii S. Johannis in Scurcione, ab hac hora in antea fidelis ero beata Benedicto, & monasterio Cassinensi, dominoque mea Stephano Cassinensi, Abbati ejusque successoribus regulariter intrantibus, non ero in consilio, neque in facta, ut vitam perdat, aut membrum, vel capiatur mala captione, consilium quod mihi aut per se, vel per li-*

teras, sive per nuntium manifestabit ad eorum dampnum nulli pandam, Abbatiam, & jura monasterii Cassinensis, & beati Benedicti adjutrix ero ad defendendum, & retinendum, salvo ordine meo, contra omnes homines. Vocata ad Synodum per eum, vel successores suos veniam, vel nuntium ydoneum mittam, nisi prapedita fuero canonica prapeditione, nuntium pradicti domini Abbatis, & successorum ejus, vel monasterii Cassinensis quem certum etiam cognovero in eundo, & redeundo honorifice tractabo, & in suis necessitatibus adjuvabo. Beati Benedicti limina singulis annis, aut per me, vel per certum nuncium visitabo, nisi eorum absolvar licentia, Jura, possessiones, thesaurum, & libros S. Johannis in Scurcione, & ecclesiarum ejus, non vendam, non alienabo, non infeudabo de novo, nec aliqua alienationis specie distrabam, Abbate Cassinensi inrequisitis, & patronis pradicti monasterii S. Johannis; sic deus me adjuvet, & sancta dei evangelia. Ego Jacobus pradictus auctoritate imperiali publicus de Camplo notarius his omnibus interfui rogatus a predicto Fratre Guillelmo, & domna Abbatissa pradicta, qua in me tamquam in suum notarium consensit. Qua ut supra describuntur, scripsi feliciter, & publicavi, & meo signo solito signavi pradictorum judicis, & testium subscriptionibus roborata. Locus ✠ signi notarii. Ego Johannes Alberti pradictus Judex omnibus pradictis interfui, & signum hoc feci: locus † signi. Ego presbyter Paulus pradictus testis hoc signum feci † Ego presbyter Berardus pradictus testis hoc signum feci † Ego Berardus Guilielmi pradictus testis hoc signum feci † Ego Trasmundus de Cezcano pradictus testis feci hoc signum †.

Hinc constat haud perpetuæ clausuræ addictam cum spondeat ad Synodum ire, & quotannis aut per se, aut per procuratorem limina S. Benedicti visitare.

IV.

RES HOC SÆCULO APUD CASSINATES GESTÆ.

Cassinum adierunt Innocentius III.

ANno 1208. sacra S. Benedicti limina plures in dies veneratus est sanctissimus, isque doctissimus Pontifex Innocentius III., ut hisce verbis testatur Anonymus Cassinensis: Mense Junii Dominus papa urbem exiens ad S. Germanum contendit, convocatisque illuc Comitibus, & magnatibus Regni de domini regis Frederici succursu, & regni pace tractavit, constitutis ad hoc capit., & mag. justitiariis Apulia, & Terra laboris, Comite Petrus Celano, & comite Richardo Fundano. Deinde montem Cassinum dominus papa conscendit, ibique diebus multis propter clementiam aeris immoratus a pradecessoribus suis indulta monasterio privilegia renovavit, & quadam de novo concedens, alienata de pertinentibus ad hospitale, vestiarium, vel infirmarium, sive cellarium revocari posse clementer indulsit. Descendens igitur a monte, rogatu domini Petri Decani Cassinensis, in altare S. Nicolai de S. Petro in monasterio sacras reliquias ipse recondit in festo beati Jacobi, VIII. Kal. Augusti. Sed quia propter ferventis astatis inclementiam tadebat eum constipante se turba celebrare divina, mandato suo celebravit dominus Albanensis, & dominus Sabinensis, facto sermone, devote venientibus in anniversario quadraginta dies de criminalibus instituit relaxari. Occisum a suis Philippum Alamannia regem interim nunciatur. Deinde Soram Dominus papa contendit, & per Atinum cum Cardinalibus transiens a domino Abbate ecclesia S. Maria honorifice procuratur.

nota.

Et Richardus a S. Germano idem hisce verbis refert. Eo anno Innocentius papa in vigilia S. Johannis Baptista mense Junio venit ab Urbe ad S. Germanum ubi ab ipso Abbate Roffrido magnifice receptus est, & tam ipse, quam Fratres sui domini Cardinales in necessariis omnibus honorifice procurati &c. Tunc etiam rogatu Petri cognomine Contis Decani Cassinensis, ipse papa apud S. Petrum monasterii, in capella S. Nicolai, aram quamdam in honorem beata Maria Magdalena consecravit. Dictus papa relicta sub deposito parte thesauri sui non modica, in monasterio dictis Comitibus in sua cum ipsius licentia redeuntibus, ipse de S. Germano discessit, & per Atinum iter faciens, quod dictus Abbas Roffridus tenebat, Soram se contulit, indeque in Campaniam reversus est. Ambo hi testes oculati sunt, illisque concinit idem Innocentius in bulla data, apud S. Germanum VIII. Kal. Augusti, Pontificatus nostri anno undecimo; in qua hæc leguntur. Sane cum ad idem monasterium visitationis gratia venissemus, investigato de statu ejus in interioribus & exterioribus diligenter, &c.

In historia Innocentii IV. qua authorem agnoscit Nicolaum de Curbio ex fratre ordinis minorum episcopum Assisis, & habetur tom. 3. Scriptorum Italicorum fol. 592. hæc extant. Post hac vero dominus Papa circa festum B. Michaelis generale parlamentum indixit Capua in octava B. Martini, vel ubicumque Curia esset, vel de toto Regno fiendum. Et die Jovis infra octavam B. Francisci egrediens de Anagnia processus est versus ipsam Capuam civitatem. Anno domini 1254. mensis Octobris die octava intrante, veniens Ceperanum. In crastinum videlicet Dominica die in octava B. Francisci cum per Pontem Ceperani dirigeret gressus suos, Manfredus filius q. Federici dictum Dominum per totum pontem Ceperani cum pluribus aliis nobilibus addextravit. Tandem cum primum apud Aquinum, deinde apud S. Germanum applicuisset, dictorum locorum homines ipsum magnifice receperunt, & in crastinum, in die martis ad Monasterium S. Benedicti de Montecasino cum coetu venerabilium fratrum suorum causa devotionis, & orationis accedens, ibidem divina mysteria solemniter celebravit. Postmodum vero in sequenti sexta feria Teanum venit &c.

S. Cœlestinus V.

Anno 1294. cœnobium Cassinense invisit SS. Pontifex Cœlestinus V., qui, ut ex Nicolao de Fractura, & Richardo a S. Angelo diximus, Cœlestinus quinquaginta Monachis in monasterio Cassinensi invectis, reliquos Monachos ad habitum congregationis a se institutæ suscipiendum adegit obsistentibus monachis, inde ejus permissione varias in partes commeantibus, qui tamen paulo post revocati sunt, atque Monachi omnes Cœlestini etiam, quibus hic remanere placuit, nigrum habitum assumsere. Zelo certe abreptum SS. Pontificem in rebus hisce moliendis credimus, quod Congregationis suæ habitus vilior forte esset, interque suos rigidius forsan S. Benedicti regula observaretur.

Bo-

Bonifacius VIII.

Bonifacius etiam VIII. Neapoli Romam pergens Cassinum invisit teste Cardinali Cajetano lib. I. vitæ S. Cœlestini hisce versibus de Bonifacio disserens:

Cœpit iter Præsul Capuam Montemque Casinum,
Inde Ceperani transvexit flumina ponte;
Cumque per effusos peteretur Anagnia Campos,
Obvia multiplici discurrit milite pompa
Excipiensque Patrem rupes nativa, pedestres
Effugit, &c.

Federicus II. pluries ad S. Germanum,

Federicus II. Imperator A. 1220. ad S. Germanum venit, teste Richardo Sangermanensi hisce verbis: *Et per Campaniam iter habens venit in Regnum, & apud S. Germanum magnifice a prædicto Abbate receptus &c.* Iterum an. 1223. redit, eodem Richardo teste, cum ait: *Imperator de Sicilia in Apuliam venit, inde in Terram laboris, & exinde ad S. Germanum &c.* ac tertium an. 1225. ex eodem Richardo: *Interea Imperator omnes regni prælatos ad se in Apuliam vocat, & eos quamquam invitos tamdiu secum detinuit, donec per ipsos regem, & patriarcham sibi pro certo innotuit, quod a papa benignum receperant responsum super his, ad quæ fuerant missi, quibus ad Cæsarem redeuntibus, ad S. Germanum 22. Julii cum eis se contulit Imperator, ibique ad eum missi a Papa duo veniunt Cardinales Pelagius scilicet Albanensis episcopus, ac Gualo tituli S. Martini presbyter Cardinalis, & tunc in ipsa, ecclesia S. Germani dictus Imperator. Capitula hæc servare juravit, videlicet, quod hinc ad duos annos in Augusto complendos personaliter transfretabit in subsidium terræ sanctæ, ibique tenebit mille milites per biennium ad servitium suum, & ducet secum centum Chelandros, & tenebit ibi quinquagintagaleas bene armatas, Interim dabit passagium duobus millibus militum, & familiis eorundem in tribus passagiis, & pro milite tribus equis. Hæc & alia capitula in ejus præsentia lecta præsentibus quibusdam Alemanniæ principibus, nonnullis etiam prælatis, & regni nobilibus promisit imperator se publice servaturum, excommunicatione adjecta in se, & terram suam, si hæc non fuerint observata, & hoc ipsum Rainer. dictus Dux Spoleti juravit in animam suam, Actum prædicto mense Julii in festo S. Jacobi, & tunc per Cardinales ipsos jam dictus Imperator a Juramento, quod apud Verolas fecerat denunciatus, est absolutus. Et eo celeriter in Apuliam recedente, Cardinales ipsi Reate se ad summum pontificem contulerunt.* Quartum cum exercitu rediit an. 1229. atque Cassinense castellum obsidione cinxit, in quo sese cum militibus suis Pelagius Albanensis episcopus & legatus sedis apostolicæ receperat, ut Diss. I. dicemus. Quintum an. 1230, ut hisce verbis testatur Richardus; *Imperator vero de Capua jam venerat ad S. Germanum, ubi dictus Fr. Gualo in hora serotina allocutus est ipsum, & ad verbum illius satisfacere ecclesiæ annuit Imperator, propter quod in signum letitiæ in S. Germano sunt per omnes ecclesias signa pulsata, & idem Fr. Gualo ad Papam, quem apud Anagniam reperit, sub festinantia remeavit. Igitur die martis, nonostante Julii in festa S. Apollinaris prædicti Sabinensis episcopus, & S. Sabinæ Cardinalis in majori ecclesia S. Germani præsentibus patriarcha Aquilegiensi, Salseburgensi archiepiscopo, Ratisponen., & Regino episcopis Carinthiæ, ac Moraviæ Ducibus principibus Alemanniæ. Tunc enim Dux Austriæ graviter infirmabatur, astantibus quoque ibidem regni prælatis, Panormitano, Regino, ac Barensi archiepiscopis, nec non Casinen. Casamarii, & S. Vincentii Abbatibus, & prælatis aliis, qui causa metus de regno secesserant. Raynaldo dicto Duce Spoleti, & Thoma de Aquino Acerrarum Comite, Henrico de Morro Magistro justitiario, aliis regni justitiariis, & Baronibus, ac plebeis de satisfaciendo S. R. ecclesiæ pro iis, quibus excommunicatus fuerat, recipiunt ab Imperatore publice Juramentum. Tunc in anima sua jurante pro eo Thoma de Aquino Acerrarum comite, & prælatis & principibus Alemanniæ juramibus cum eo subscripta capitula. Tunc Salseburgensis archiepiscopus ad Imperatoris excusationem longo tenuit sermone diem, cui dictus S. Sabinæ Cardinalis luculenta non minus oratione respondit.* Sextum an. 1234. eodem Richardo teste, qui an. etiam 1240. hæc scribit: *Mense Junii Imperator cum exercitu suo, quem de regno collegerat venit ad S. Germanum, ubi per sex dies moram protrahens e vestigio per Aquinum transitum faciens, &c.* Septimum an. 1242. ex eodem Richardo: *Imperator ipse de Apulia tunc venit Capuam, & inde per sanctum Germanum, & per Aquinum transiens vadit ad Civitatem novam, &c.* Octavum cum exercitu venit an. 1243. ex eodem Richardo, & quidem sæpe Imperatorem Cassinum haud longe a S. Germano dissitum invisisse verisimile est. De malis a Federico Cassinatibus impactis, in Diss. I. fusius. Unum hic referre contenti, quod Richardus a S. Germano an. 1241. ait. *Et ipse Capitaneus* (scilicet Andreas de Cicala) *vocatus ad Imperatorem vadit, a quo rediens per totum regnum certum exigit numerum militum, & servientium, & omnes thesauros ecclesiarum suæ jurisdictionis apud S. Germanum congregari jubet &c.* & infra: *Thesauri omnes ecclesiarum regni a porta Roscii, usque ad fines regni jussu Andreæ de Cicala Capitanei apud S. Germanum in ecclesia S. Mariæ Terræ ejusdem congregantur, & reponuntur, quorum custodia deputati sunt duodecim de ditioribus, & melioribus hominibus ipsius terræ, & tunc tabula aurea, quæ ante altare B. Benedicti ad ornatum diu steterat & alia tabula argentea altaris B. Mariæ, & icona cum smaltis, quæ super Altare fuerat B. Benedicti, & omnis alius thesaurus ipsius monasterii in auro argento pannis sericis, & lapidibus pretiosis, nec non & aliarum ecclesiarum terræ ipsius monasterii ad S. Germanum in prædicta ecclesia S. Mariæ portatur, & deponitur, cujus thesauri capti ab ecclesiis regni pars pretio redimitur, & pars reliqua apud S. Mariam de Crypta ferrata ad Principem deportatur,* & infra: *Eodem mense thesauri ecclesiarum apud Fogiam per eos de S. Germano, qui eorum fuerant custodiæ deputati mandante Cæsare, deferuntur, excepta tabula altaris S. Benedicti, & ut redimi debeant a prælatis singulis, & ecclesiis, quarum erant, pro certa pecunia quantitate ab Imperatore mandatur.* Anno 1223. hæc ait Richardus, *Mense Martio in festo S. Benedicti cœlum totum visum est igneum & pluit eo die terra, & cinis.*

Terræmotus ingens.

Anno 1231. ingenti terra motu concussa est, potissimum Abbatia Cassinensis, qui mense, & amplius perduravit, eodem Richardo teste hisce verbis: *Mense Junii primo die mensis ejusdem circa meridiem, qui erat dies dominicus, terræmotus magnus*

gnut factus est subito in S. Germano, & per vicina loca, qui die ipso nonnulla ecclesiarum campanilia, ipsas etiam ecclesias firmas turres & domos plurimas in civitatibus, & castellis evertit, qui quod dictu, & auditu mirabile est, terra fundamentis concussis, limpidos aquarum fontes de S. Germano in fecit feculenta colorem mutavit, & talis color aquarum per duas fermo horas duravit, saxa dirupit, propter quod homines timentes vivos a terra sorberi, in multa contritione, & luctu pœnitentiam agentes suas domino præ timore mortis animas commendabant. Terræmotus iste intonuit die illo, & hora prædicta a Capua usque Romam, & terra mota est. Et tunc de Coliseo concussus lapis ingens eversus est, & quia duravit ultra mensem terræmotus hujusmodi, interdum plus, interdum minus, attoniti homines, dimissis laribus, & locis propriis, ne domorum illos ruina contereret, ad agros exibant. Tunc jussu Landulfi Casinensis Abbatis fit ad Casinense monasterium de singulis terris suis processio generalis discalceatis pedibus in fletu, & planctu. Eodem anno hæc ait Richardus. *Mense Augusti de mandato Imperiali per totum regnum seta cruda emi prohibetur, similiter Sal, ferrum, & æs emi non nisi a doana imperiali mandatur &c. Mense Septembris apud S. Germanum, sicut per totum regnum pondera, & mensura mutantur, ponuntur rotuli, & tumini, tinctorias omnes de regno ad opus fisci imperialis recipi præcipit Imperator, & super hoc suas mittit litteras generales, quas cum duo Judæi pro Judaca S. Germani recipienda detulerint, ipsam Reginus archiepiscopus capi prohibuit, mandans ipsis Judæis, ut ipsam in pace dimittant monasterio Cassinensi.*

Anno 1242. hæc scribit Richardus. *Eodem mense Henricus primogenitus imperatoris tentus apud Martorannum naturali morte defungitur, pro cujus exequiis celebrandis Imperator ipse ad omnes Regni prælatos suas dirigit litteras in hac forma. Fridericus &c. Abbati Cassinensi &c. Nolentes igitur nos, & non valentes circa prædicti filii nostri funus omittere quæ sunt patris, fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus per totam Abbatiam cunctis clericis, & cæteris fidelibus nostris iniungas, ut ejus exequias omni cum devotione solenniter celebrantes, animam ejus cum decantatione missarum, & aliis ecclesiasticis sacramentis divinæ misericordiæ reccommandent manifestis inditiis ostendatis, quod sicut in gaudiorum nostrorum tripudiis exultant hilariter, sic & doloribus nostris condolere fideliter videantur &c.*

Bona Cassinatibus restituta.

Manfredus Federici imperatoris nothus princeps Taranti, & utriusque Siciliæ rex militibus custodiendum tradiderat S. cœnobium Cassinense, ejusque castellum, quod an. 1266. insigni parta victoria recuperavit Carolus Andegavensis, illudque Monachis cum bonis aliis omnibus, & oppidis restituit, ut fusius in Dissert. I. ubi ostendemus etiam an. 1275. iterum Carolum hasce in partes cum exercitu concessisse.

Roffridi Abbatis tempore hoc inventarium sacræ supellectilis in sacrario nostro asservatæ est factum, quod in cod. nostro MS. p. 47. extat. *Anno domini 1188. indictione sexta, mense Augusto, vigesima quinta die ejusdem mensis, hoc est in festo S. Bartholomæi apostoli. Nos Roffridus dei gratia Cassinensis Abbas, hæc tantum invenimus, & recepimus in sacristia hujus monasterii, præsentibus Fratribus nostris Fratre Simone Græco, Fratre Johanne Bono, Fr. Raynaldo de Ficarola, Fr. Oderisio de Plumbarola &c. Pluviales rubeos paratos decem, nigros paratos quindecim, virides paratos quatuordecim, albos paratos undecim, non paratos de diversis coloribus 59. Item planetas paratas rubeas septem, virides paratas duo, albas paratas sex, nigras paratas tres, non paratas de diversis coloribus novem. Item pluvialem cum campanellis, pluvialem cum smaltis, vestem imperatoris cultram, circitoria duo & doxale I. dalmaticas 15. tunicas 52. pro subdiaconibus, & tunicas 13. pro acolitis. Doxales magnos novem, & rubeos doxales 2. Item pallium magnum de cœna domini. Pallia alba de Pascha tria, cum copertoriis duobus. Copertoria sex pro altari S. Benedicti, de aliis altaribus circitoria novem. Circitorium de altari S. Benedicti deauratum unum. Copertoria de aliis altaribus sex. Circitorium nigrum de altari S. Benedicti unum cum copertorio, de aliis altaribus circitoria tria cum copertoriis suis, de capellis circitoria tria, tuallas sericas pro lectili duo, tabulam cum smaltis, & crucem auream, quas fecit fieri Abbas Raynaldus. Cruces alias argenteas quatuor. Item Tuallias de Altari S. Benedicti 18., de aliis altaribus tuallias 15. libros paratos 14., & libellum de gradali unum. Candelabra parva novem. Virgam pastoralem de cristallo 1. & de ebore 2. sceptrum eburneum 1. & de crystallo 1. Gambuttam 1. de jaspide, & quasdam alias. Calices argenteos sex. Turribula argentea quinque, mitras paratas 2. mitram non paratam 1. stolas paratas cum manipulis 20. & sine manipulis 3. fistulas argenteas 3. anulum pontificalem 1. cum cirothecis paratis. Aliud par cirothecarum non paratum: camiscios paratos quatuor, cum ammictis paratis quinque. Tuallias pro Abbate 2. Flascones crystallinos 2. Piscem crystallinum unum & pernas duas.* Tres ibi argenteæ fistulæ numerantur, nonnisi ad absorbendum Sacrosanctum Jesu Christi sanguinem aptæ.

Anno 1275. die 12. Martii Bernardus Abbas Decimam fructuum, mensæ suæ, & Camerarii, Valetudinarii, atque ecclesiæ S. Petri de Foresta solvit pro recuperanda Terra sancta, jussu concilii Lugdunensis sub Gregorio X. Hujus solutionis apocha extat in regesto cit. p. 285. a t. estque hujusce- modi.

Die dominico duodecimo mensis Madii tertiæ indictionis, apud monasterium Cassinense. Nos Frater Jacobus Abbas monasterii sancti Matthæi servorum dei, & magister Stephanus Archidiaconus S. Germani per venerabilem in Christo patrem dominum Petrum dei gratia Soranum episcopum in regno Siciliæ, Calabria, & Sicilia dumtaxat exceptis pro negotio decimæ Terræ Sanctæ deputata subsidio apostolicæ sedis legatum statuti collectores super recolligendis decimis pro eodem subsidio a prælatis, clericis, & ecclesiis terrarum Abbatiæ Cassinensis per presentem fatemur apodixam præsentialiter recepisse a vobis R. in Christo patre domno Bernardo dei gratia Cassinensi Abbate pro decima fructuum proventuum & redditüum vestrorum ad mensam vestram spectantium infra diocesim Cassinensem, & pro decima fructuum proventuum, & redditüum Infirmarii, & Camerariatus Cassinensis, & ecclesia S. Petri de Foresta consistentium infra eandem diocesim Cassinensem, quos omnes fructus, proventus, & redditus ad mensam

sam vestram, Infirmarium, Camerariatum, & dictam ecclesiam S. Petri spectantes infra prædictam diocesim Cassinensem estimatis communiter posse valere anno quolibet uncias aureas octingentas quinquaginta septẽ, & non amplius, cum revera credatis, quod nec ad ipsam quantitatem ascenderent pro prima paga, quam proximo præterito festo Nativitatis dominicæ præsente tertia indictione fieri debuit, & pro secunda paga, quæ fieri debebit in proximo futuro festo B. Joannis Baptistæ ejusdem indictionis secundum statutum concilii Lugdunensis pro supradicto subsidio in florenis aureis septuaginta tres uncias ad rationem de florenis quinque pro uncia, & in bonis, & integris Venetis uno. duodecim, & tarenis viginti unum, ad rationem de solidis septem, & medii per unciam; Quæ tota pecunia est insumma tam in florenis aureis, quam Venetis unciarum octoginta quinque, & tarenorum viginti unius, quam quantitatem unciarum aurearum octoginta quinque, & tarenorum viginti unius pro decima Terræ sanctæ subsidio deputata promisistis vos anno quolibet soluturos usque ad tempus in eodem concilio præfinitum. Quod si forte in futurum appareat in calculo computationis facta de introitu prædictorum redditunm fuisse erratum, & proventus ipsorum excedere valorem prædictarum octingentarum quinquaginta septem unciarum aurearum protestati estis, quod parati eritis integre solvere, quod amplius constiterit vos debere. In cujus rei testimonium, & vestram cautelam præsentem apodixam exinde fieri fecimus nostris sigillis munitam in anno domini 1275. mense, die, & indictione prætitulatis &c.

Suburbiũ Græcorũ.

Ex omnibus hujus sæculi monumentis constat, in civitate S. Germani suburbium fuisse, quod Græci incoluerint, ibique fuerit eorum Archipresbyter cum ecclesia S. Thomæ dicata. Certe in testamento Roffridi de Monte an. 1238. facto ecclesiæ S. Thomæ Græcorum mentio est, & in testamento Johannis de domna Mobilia an. 1267. stipulato a notario Tancredo de S. Germano hæc habentur: *Item prædictæ ecclesiæ S. Thomæ Græcorum lego solarium meum inferius ejusdam domus, quæ tota domus posita est in loco Græcorum &c. Item Archipresbytero S. Thomæ Græcorum patrino meo Augustalem unum &c. Item volo, & mando, ut omnes terræ meæ quas habeo in loco ubi dicitur Plumbarolæ vendantur per manus venerabilis viri D. Jacobi Archipresbyteri sancti Thomæ Græcorum*, an. 1256. die 9. Aprilis Jacobus Græcorum archipresbyter, & Johannes Mancinus a S. Germano domum vendidere in suburbio Græcorum sitam, ut ex instrumento stipulato a Notario Benedicto de S. Germano. In concessione A. 1287. a Thoma Abbate Bartholomæo Panzolino facta hæc ad rem nostram leguntur: *Concedimus, & confirmamus tibi Bartholomæo Panzolino de S. Germano fideli nostro quamdam domum sitam in civitate S. Germani in burgo Græcorum, &c.* Ex ejusdem Abbatis Regesto I. p. 51., & p. 71. a t. alia hæc concessio legitur: *In nomine domini anno ejusdem millesimo ducentesimo, octuagesimo septimo, tertio Julii, quintadecima indictionis. Nos Thomas dei gratia Cassinensis Abbas profitemur te presbyterum Johannem de Venetiis postulasse a nobis, quod cum Conventus Cassinensis dederit, & concesserit tibi in vita tua quoddam palatium positum in burgo S. Germani in loco Græcorum prope ecclesiam S. Thomæ de Græcis juxta viam publicam, juxta Fontem, & portam dictæ civitatis, & juxta fluvium Liris &c. ut dationem, & concessionem prædictam in vita tua confirmare gratiosius curaremus &c.* A. 1244. die 26. Junii Dianchila uxor Matthæi de Piscina incolæ S. Germani tres domus sitæ in loco Græcorum partes monasterio Cassinensi dono dedit ex regesto Thomæ Decani p. 31., & p. 56. extat instrumentum an. 1269. die 2. Decembris factum pro domo quadam *in loco Græcorum* inter Sac. monasterium Cassinense, & Guillelmum de Gallucio, cui inter alios, ut testis subscribit magister Jacobus Archipresbyter Græcorum.

Et Platea Amalphitanorum.

Platea etiam erat in S. Germano Amalphitanorum dicta a Mercatoribus ejus generis, qui eam incolebant, quo hactenus, licet corrupto, nomine appellatur. Plures hujus rei testes in medium proferri possent scripturæ, sed paucas more nostro adducemus. Et quidem in testamento memorati Roffridi de Monte hæc leguntur. *In primis pro anima mea relinquo conventui Cassinensi apothecam meam, quæ est in platea Amalphitanorum, quam emi a Dominis castri Sonnini, & apothecam meam, quæ est in platea Calzolariorum.* Thomas Decanus, & Richardus Vice Decanus locarunt apothecam Johanni Cece Sangermanensi hisce verbis: *Locamus, & titulo locationis concedimus tibi Johanni Cece de S. Germano fideli nostro dilecto medietatem pro indiviso cujusdam apotecæ positæ in platea Amalphitanorum S. Germani:* ex regesto Thomæ Decani p. 85. In regesto primo Bernardi Abbatis p. 284. a t. hæc ad rem nostram leguntur: *Die Sabbati, quartodecimo Septembris, quarta indictionis apud S. Eliam. Nos Bernardus dei gratia Cassinensis humilis Abbas per præsentem fatemur apodixam præsentialiter recepisse a vobis venerabili in Christo patre domno Paulo de S. Elia divina providentia episcopo Calinensi pro censu debito nobis, & Monasterio Cassinensi de Apothecis vestris quas vos habetis in platea Amalphitanorum S. Germani juxta viam publicam &c.* An. 1287. Thomas Abbas renovavit, concessitque Jacobo, Abbati Matthæo, Philippo, & Benedicto parenti, & filiis, heredibus Benedicti de Plumbariola domum cum tribus apothecis in platea Amalphitanorum civitatis S. Germani ex regesto I. Bernadi Abbati p. 47., & p. 53. a t. idem Abbas Thomas notario Henrico Azarolo domum cum duabus apothecis in eadem platea, ibidemque apothecam Jacobo de Tofano militi ex eodem regesto p. 54. concedit.

V.

VIRI SANCTI, ALIIQUE PII HOC SÆCULO APUD CASSINATES.

Pii Viri apud Cassinates fuere; S. Thomas Aquinas.

PRimum recensendus a nobis est vir undequaque magnus S. Thomas Aquinas Landulphi Comitis Aquinatis, & Theodoræ Caracciolæ ex Comitibus Teatinis filius, de quorum nobilitate plures scripsere, potissimum de Landulpho eruditissimus Camillus Peregrinius in historia Principum Langobardorum p. 144., & seqq. Natus est initio saltem anni 1225. ante diem septimam Martii, ut ex vitæ ejus annis certo constat. Anno 1230.

pro

pro illorum temporum more puer quinquennis Monachus Cassinensis efficitur, ut luculenter testatur Bartholomæus a Capua coram Humberto archiepiscopo Neapolitano, Angelo episcopo Viterbiensi, & Toscanellæ aliisque, ab Johanne XXII. A. 1319. deputatis ad processum de S. Thomæ Vita, conversatione, moribus, & miraculis efformandum, quia Bollandianis est editus die 7. Martii To. I. a p. 686. ad 715. Ibi vero p. 711. cap. 9. n. 76. hæc leguntur: *Logotheta, & Prothonotarius regni, & duo Sacerdotes VIII. Augusti, & XVIII. septembris auditi. Conclusio processus: Eodem die ibidem vir magnificus dominus Bartholomæus de Capua logothета, & Prothonotarius regni Siciliæ testis citatus, & juratus in forma præscripta, & interrogatus, quid sciret, & quomodo de vita, & miraculis supradicti venerabilis memoriæ Fratris Thomæ de Aquino S. Theologiæ doctoris Ordinis Fratrum Prædicatorum, dixit se hæc inde scire de scientia subdistincta, quod dum ipse venisset ad studium Neapolitanum multum juvenis, ibat frequenter ad locum beati Dominici dicti Ordinis, & conversabatur ibidem cum Fratre Johanne de Cajatia prædicti Ordinis Prædicatorum, qui erat homo magnæ auctoritatis, & bonus Clericus multum familiaris dicto Fratri Thomæ, & fuerat Scholaris ejus Parisiis, & in regno, & tunc erant in dicto loco Fratrum Prædicatorum Neapolis viri religiosi magnæ scientiæ auctoritatis, & reverentiæ, Fr. Eufranon de Porta, Fr. Jacobus de Marano, Fr. Trojanus, Fr. Matthæus de Castro majoris, Fr. Hugo de Magdalau, & Fr. Johannes de S. Juliano antiquus Frater valde, homo magnæ vitæ, & humilitatis, qui dicebatur notorie dictum Fratrem Thomam de Aquino recepisse in Ordine Prædicatorum, & audivit dici dictus testis ab eodem Fr. Johanne de Cajatia, & ab ipso Fr. Johanne de S. Juliano, & ex quodam communi praeloquio, quod Pater dicti Fratris Thomæ origine nobilis, atque potens* monachavit *dictum Fratrem Thomam puerum disponens eum Abbatiæ præficere Cassinensi. Idem vero Fr. Thomas crescens in vita, moribus, & scientia, virtuosus, & exemplaris erat hominibus &c.* Est hic testis omni exceptione major genere, magistratu, qui unus ex septem regni est a magnatibus semper, principibusque viris occupatus, divitiis, plurium oppidorum dominatu, amicitia Caroli II., & Ruberti Neapolis regum, e quibus hic ejus potissimum opera a Clemente V. regni investituram obtinuerat, posthabito Carberto Caroli Martelli primogeniti Caroli II. Filio, quodque magis est, doctrina, ac juris peritia, qua in facultate plures libros edidit, atque adeo scire optime poterat quid facto opus esset, ut ejus testificatio valida esset, & indubia. Accedit magna ejus erga S. Thomam devotio, cujus precibus quasdam a deo gratias impetraverit, atque cum Fratribus Ordinis Prædicatorum magna familiaritas, ac necessitudo, ut ipsemet testatur, frequens de S. Viri operibus, & virtutibus collocutio, ut asserunt testes examinati in processu nu. 6. 41. 42., & 59. Vid. Toppi in Biblioth. Neapolitana p. 38., & seqq. aliique apud eum, Summonte in vita Ruberti Regis, Constantius lib. 3., p. 74., & lib. 5. p. 118. Quisnam magnus hic vir fuerit, ostendunt hæc carmina ab Eugenio relata in Neapoli Sacra p. 34.

nota.

Janua legum, vitaque regum,
Mors retruant, terit omnia,
Sunt quasi somnia, cuncta recludit
Summus & athleta regni jacet.
Hic logotheta Prothonotarius.
Auxiliarius, atque Propheta
Annis sub mille trecentis bis, & octo
Quem capiat Deus, obiit bene Bartholomæus:

Error tamen hic est quod ad ejus emortualem annum nec enim esse potuit A. 1316., cum de S. Thoma A. 1319. testatus sit.

Bartholomæo concinit vir æqualis certe authoritatis F. Ptolomæus Lucensis, ex Ordine Prædicatorum S. viri auditor, a Sacris confessionibus, illique familiaritate conjunctissimus pluribus annis cum eo diversatus, ut ipsemet testatur Hist. suarum lib. 23., & episcopus Torcellensis, quive ac proinde optime, quæ asserit nosse debebat: Vir itaque Magnus lib. XXII. cap. 19. aut 20. Hist. suarum hæc scribit: *Hic nutritus in sua pueritia in Abbatia Montis Casini, qui sunt monachi nigri, & secundum morem nobilium illius patriæ, ut patet de B. Mauro, & Placido ibidem in sua pueritia in loicalibus, & naturalibus optime profecit &c.* Extat hæc Historia ms. in pluribus bibliothecis teste Oudin in supplemento de script. eccles. p. 616., & seqq. Ego quoque ipse unum ex his codicem ms. vidi die 16. Maji an. 1689. in biblioth. Barberina, signatum, ni fallor, nu. 986., ex quo allata jam verba exscripsi, quæ a pluribus scriptoribus laudata videram. Monachos itaque apud Cassinates fuit S. Thomas, quem SS. Mauro, & Placido comparat Ptolomæus, nam sanctos hosce duos pueros fuisse Monachos testatur luculentissime S. Gregorius M., cum lib. 2. Dialog. cap. 3. ait: *Tunc quoque bonæ spei suæ soboles Æquitius Maurum, Tertullus vero Patritius Placidum tradidit: e quibus Maurus junior cum bonis polleret moribus, magistri adjutor cœpit existere. Placidus vero puerilis adhuc indolis annos gerebat*; & cap. 4., 6. & 7. Maurum, & Placidum Monachos expresse appellat.

Tertius hujus rei testis potissimus est donna Catherina Angelici doctoris Fratris filia, quæ in eodem processu sic asserit: *Item dixit, quod cum dictus deponens esset in Marsico cum dicto domino Comite Marsici, & inquireret miracula, quæ deus meritis dicti Fratris Thomæ de Aquino fecerat tam in vita quam post mortem, de mandato Provincialis regni Siciliæ, qui hoc mandaverat ad intimandū summo pontifici; domina Catherina neptis dicti Fratris Thomæ mater domini Rogerii de Marra, domina antiqua, & admodum devota, coram ipso deponente judice, & notario publico, & testibus juratis ad S. dei evangelia, dixit, se audivisse a domina Theodora matre Fratris Thomæ prædicti, quod cum esset in castro suo Roccæ siccæ venit ad ipsum quidam Heremita Frater, Bonus nomine, qui in Monte dicta Rocca Sicca cum multis aliis vitam Heremiticam duxerat, & sanctus reputabatur ab omnibus regionis illius, & dixit ei; Gaude domina, quia tu es prægnans, & paries filium, quem vocabis Thomam: Tu, & vir tuus cogitabis ipsum facere monachum in Monte Casino, sed deus de illo aliter ordinavit, quia erit Frater ordinis Prædicatorum tantæ Sanctitatis, & scientiæ, quod similis suo tempore non possit inveniri. Dixit*

etiam,

etiam, quomodo fuit nutritus in monasterio prædicto, inde emissus Neapolim, ubi intravit Ordinem Fratrum Prædicatorum &c. Atque Guillelmus a Tocco in Vita S. Doctoris apud Bollandianos p. 657. & seqq. hæc scribit. *Cum enim mater ejus domina Theodora tam morum, quam Genitorum claritate conspicua esset in castro Roccha Siccha in confinio regni Siciliæ, & Campaniæ venit ad eam in Spiritu vir Bonus nomine melior vita, & religione, qui diu in monte dictæ Rocchæ cum pluribus aliis eremiticam duxerat vitam; qui sanctus reputabatur ab hominibus regionis illius & dixit: Gaude domina, quia es prægnans, & paries filium, quem vocabis Thomam, & tu, & vir tuus cogitabitis eum facere* Monachum *in monasterio Montis Casini, in quo corpus B. Benedicti quiescit, habentes spem ad magnos ipsius Monasterii reditus pervenire per ipsius filii vestri apicem, & prælaturam: sed deus de ipso aliter ordinabit, quia erit Frater Ordinis Prædicatorum tantæ claritatis in scientia, & sanctitatis in vita, quod in mundo sibi similis suo tempore non poterit inveniri, cui respondit prædicta domina: Non sum digna parere talem filium: faciat deus suæ placitum voluntatis. Quod totum ut prophetice dictum fuerat, est veraciter adimpletum &c.* & nu. 5. *Deinde parentes ejus puerum faciunt cum omni diligentia enutriri ut puerum mirabilem, quem prophetia promiserat, & gratia tam manifesta monstrabat, quem sic enutritum libenter Deo offerunt, & quinquennem ad monasterium prædicti montis Casini per nutricem cum bona societate transmittunt, in quo instrueretur sanctis moribus divinis illuminationibus præparandus. Hoc divino ordinante consilio, ne tam utile luminare ecclesiæ moraretur in tenebris, & tam spectabile sanctitatis exemplar noxiis nutriretur moribus cum mundanis, quod totum ex fideli narratione matris est habitum, quæ etiam exemplis sanctitatis claruit, & vitam cum laudibus felici morte finivit. Cum autem prædictus puerulus cœpisset in dicto monasterio sub disciplina magistri diligentius educari ad futuri profectus indicium in ætate tam tenera, & scibilium nescia, qui nec dum se scire poterat miro modo deum adhuc nesciens, divino ductus instinctu scire quærebat. De quo futurum erat, ut dum sic anxius maturius deum præ aliis quæreret, clarius præ cæteris, quæ scire futurus erat scriberet, quæ de deo ipso donante, studiosius, & citius inveniret. Parvulus adhuc a nobilium puerorum consortio, qui ibidem nutriebantur, in moribus, ne moris erat patriæ, se frequentius absentabat, &c.* Fr. Bonus, testibus Guillelmo, & Catharina prædixerat, cogitaturos Theodoram, & Landulphum Monachum illum apud Cassinates constituere, quo Abbas facilius evaderet. Cum itaque puerum Cassini obtulere, illud cogitarunt quod Fr. Bonus prædixerat, nempe speraverant futurum Abbatem. Qui vero Abbas esse potuisset, non Monachus? cum ipsis potissimum constaret, Abbatis electionem eo tempore ad regulæ præscriptum nonnisi a monachorum voluntate derivare, qui aliquem semper e Congregatione sua inaugurabant. Monachum itaque voluerunt esse S. puerum ejus parentes, Quintus ejusdem rei testis est S. Antoninus archiepiscopus Florentinus ex ordine Prædicatorum, qui P. III. Historiæ Tit. 23. cap. 7. §. 1. hæc de Sancto Doctore narrat. *Completo autem ætatis suæ quinquennio parentes ejus puerum* (S. Thomam) *deo offerunt, & eum decenti comitatu tamquam alterum Samuelem ad Heli ad monasterium montis Cassini ordinis S. Benedicti mittunt moribus, & litteris imbuendum, ne tam præclarum vitæ speculum conversatio secularium aliqualiter inficeret cum mundanis. Puer itaque quem divinus Spiritus elegerat aliorum puerorum nobilium qui ibi nutriebantur puerilia devitans consortia levia colloquia pœnitus fugiebat &c.* An non Samuel perpetuo a parentibus deo Sacerdotali ritu est dicatus? Anna ejus Mater sic Eli Sacerdotem alloquitur. Regum I. *Pro puero isto oravi, & dedit mihi dominus petitionem meam, quam postulavi eum, *idcirco & ego commodavi eum domino cunctis diebus, quibus fuerit commodatus domino.* Quomodo de laico, aut hospite dici unquam poterit, dicatum a parentibus suis domino? Quid ni dici potest oblatum aliquem Deo nisi perpetuo? Quomodo pueri a parentibus deo offerrentur perpetuo in monasterio explicat S. pater Benedictus c. 59. S. regulæ hisce verbis. *Si quis forte de nobilibus offert filium suum deo in Monasterio, si ipse puer minori ætate est, parentes ejus faciant petitionem, quam supradiximus; & cum oblatione ipsam petitionem, & manum pueri involvat in palla altaris, & sic eum offerant.* Quomodo vero hæc petitio seu instrumentum obligationis perpetuæ fieret, explicat codex bibliothecæ nostræ mſ. in hæc verba. *Hoc modo debent Sæculares viri offerre filios suos. Ego N. princeps, vel Comes in dei omnipotentis nomine hunc filium meum N. coram domino N. Abbate, & cuncta congregatione hujus sancti loci trado in hoc monasterio S. confessoris Christi Benedicti, cujus corpus hic continetur coram testibus cum oblatione, atque petitione in hoc Sancto cœnobio regulariter permansurum, & cum cæteris gratanti animo militaturum, ita ut ab hac die non liceat illi collum excutere de subjugo regulæ, sed magis studeat ejus instituta servare, & ut hæc mea traditio inconcussa permaneat, promitto sub jure jurando coram deo, & SS. ejus nunquam per me, numquam per suffectam personam, nec quolibet modo facultatem exeundi de hoc monasterio me illi tribuere. Ad firmamentum hujus meæ petitionis manu propria eam subterfirmavi, & idoneis testibus affirmare curavi. Ego N. subscripsi. Tunc faciat ibi manu sua signum ✠ deinde roget testes, qui ibidem subscribant.* Ejusdem generis petitiones legere est apud Ferrarium in notis ad hoc caput nu. 218. Hugonem Menardum in notis, & observationibus ad Concordiam regularium p. 983. & seqq. & Martene in comment. ad idem caput p. 784. & seqq. aliosque. Ex his vero Menardus, & Martene pluribus ostendunt potuisse parentes jure patriæ potestatis pueros in monasteriis Monachos constituere, a quibus nunquam ipsis resilire liceret. Quamquam deinde Clemens III. in cap. *Cum virum, de Regularibus,* & Cœlestinus III. in cap. *Cum simus, ibidem* statuerunt, ut pueris hoc modo oblatis cum ad discretionis annos pervenissent liceret ad sæculum redire. Hinc Bernardus noster in expositione ad cap. 59. S. regulæ ait. *Sed certe mihi, sicut modo videtur, & puto, quod hanc petitionem debemus intelligere sicut in capitulo præcedenti. Post quatuor, vel quinque dies persistere petitioni suæ &c. idest ut petant eum in monasterio recipi, nutriri, & doceri regularibus disciplinis, & quantum in se est, offerant ipsum deo; nam secundum jura, cum ad annos discretionis perveue-*

nota;

nota.

venerit, reclamare potest, & ad seculum redire. Unde illud non intelligo de verbo professionis. Bernardo subscribunt Nicolaus de Fractura, & Richardus a S. Angelo. De modo, & disciplina educandorum hujuscemodi puerorum agit Hæftenus Disq. Monast. lib. IV. Tract. I. Martene de Antiqu. Monach. Rit. lib. V. cap. 5. a p. 703. ad 720.

In nostro codice ms. sign. nu. 47. Monachus appellatur S. Thomas, cujus rei testis etiam est Mabillonius Itin. Ital. p. 123. cum ait. *Ex Martyrologio veteri discimus, Thomam Aquinatem Casini Monachum fuisse, antequam in Dominicanorum religionem convolaret. Ita enim de eo Non. Martii, secunda quidem manu, sed ante annos trecentos adscriptum, legitur: Nonis Martii apud Fossam novam natale S. Thomæ Confessoris, viri eruditissimi: qui oriundus de Aquino, primo Casinensis Monachus factus, postmodum in ordine beati Dominici Frater Prædicator effectus, sua multiplici, & fructuosa doctrina illuminavit valde ecclesiam sanctam Dei.* Hæc tamen verba sunt in fine paginæ, & a martyrologii textu, qui scriptus fuit sæculo XI., ac proinde prius multo quam S. Thomæ officium celebraretur, parum dissita. Itaque quod in dies accidit, ut quæ de novo fiunt Sanctorum apotheoses martyrologiis addantur, factum hic est, ac textus margini S. Thomæ nomen adiectum.

Illud quidem credimus, S. Thomam Neapolim an. 1239. consedisse, ubi studia sua omnia perficeret, Cassino cum reliquis Monachis in exilium actum violentia Federici imperatoris, de quo hæc ait Richardus a S. Germano; *mense Aprilis monasterium Cassinense, Imperatore mandante servientibus, & aliis ad custodiam necessariis communitur, quibusdam Monachis ex eo exclusis, &c.* & inferius. *Eodem mense Junii iterum alii, qui remanserant Monachi de monasterio excluduntur, quibus simul cum primis exclusis, moram apud Vallem luci provisum est, paucis admodum in monasterio remanentibus;* pauloque post. *Eodem Julii mense tertia fit exclusio Monachorum de monasterio Casinensi, quorum quidam apud Vallemluci, quidam apud S. Petrum monasterii, & quidam moram facere in parentum domibus elegerunt, & in ipso monasterio non nisi octo tantum Monachi ad celebrandum in eo divina officia remanserunt &c.* Ante id certe tempus nulla justa caussa Sancto puero fuerat resiliendi a parentum oblatione jurejurando firmata, nam eo tempore redire ad sæculum poterat quatuordecim jam annorum pubes. Ea tamen ætate fuisse exacta ab eodem apud Cassinates studia grammaticæ, logicæ, philosophiæ, testatur Ptolomæus Lucensis.

Nil itaque scriptores quosdam vitæ S. Thomæ moramur, qui annis dumtaxat duobus mansisse illum Cassini dicunt, septemque Neapoli, post quos Dominicanum factum dum Parisios pergeret, carceri a fratribus mancipatum, quo tempore Innocentius IV. apud civitatem Castellanam in Etruriam, vel apud Sutrium in Patrimonio S. Petri, & Federicus II. apud Aquampendentem in Etruria morabantur. Illud enim satis constat, Innocentium IV. electum Romanum Pontificem die 24. Junii an. 1243. annoque sequenti in Etruriam perrexisse, quo tempore iis in partibus versabatur Federicus II., certoque etiam certius constat S. Thomam comprehensum, cum Innocentius, & Federicus in Etruria erant. Quare si divus Thomas duos tantum annos Cassini esset diversatus, septemque Neapoli, ejus detentio aliud in tempus ab hisce scriptoribus referenda erat, atque adeo fateri debent septem saltem annis S. puerum Cassini mansisse. Vid. Bollandiani in Comment. prævio ad Vitam S. Thomæ nu. 11. p. 656., & in notis ad cap. 2. litt. C. & D. p. 662. Rectam itaque supputationem Chronologicam ineundo, S. Thomas Dominicanus evasit an. 1243. aut initio anni 1244. cum annum ageret ætatis suæ ondeviginti, aut vicesimum, nam obiit die 7. Martii an. 1274. cum annos ageret quadraginta novem, aut inchoasset quinquagesimum. Natus itaque est an. 1225. ante diem septimam Martii, quinquennis evasit Cassinensis monachus, & an. 1243. Dominicanus, quod constat, nam post aliquot menses carceri mancipatus est a Fratribus, cum Innocentius, & Federicus an. 1244. in Etruria versarentur. Ex vicesimo aut XIX. ætatis suæ anno demtis septem, quibus Neapoli moratus est supersunt XIII. vel duodecim; cumque quinquennis in monasterio Cassinensi sit oblatus, septem ut minimum annis ibidem diversatus sit, necesse est. Quot tamen annis Neapoli manserit, incertum, quemadmodum etiam, an ibi in monasterio S. Severini Ordinis nostri, vel S. Demetrii quod Cassinatibus suberat, ut diximus. Quamquam probi sancti adolescentis mores suadent in uno ex hisce monasteriis, non in sæcularium domo commoratum. Verisimile etiam est, Neapoli Benedictinos præceptores audivisse, nam an. 1240. ut mox dicemus, regno exulare compulsi sunt jussu Federici II. Fratres Ordinis Prædicatorum, & S. Francisci, atque Neapolitana academia Erasmum Cassinatem Monachum ad docendam ibidem S. Theologiam per litteras accersit. Ex quo etiam constat, haud studiorum caussa missum Neapolim S. Thomam, qui teste Ptolomæo Lucensi grammaticam, logicam, philosophiamque Cassini didicerat, quique S. Theologiam ab Erasmo discere optime poterat, sed inde violentia Federici extorrem Neapolim contendisse, ubi Sancta Dominicanorum disciplina, optimisque literarum studiis, quibus semper floruere, captus, eorum habitum induit, exemplo Guidonis jam Prioris Benedictini, viri pietate, doctrinaq. celebris, teste Humberto FF. Ordinis Prædicatorum generali Magistro, in vitis FF. sui Ordinis P. III. cap. 4. Quod etiam præstitit vir pius, & doctus Thomas Cantipratanus Canonicus regularis, cum S. Thoma, Alberti M. auditor, ac postmodum episcopus suffraganeus Cameracensis. Vid. Labbe de Script. Eccles. p. 438. & seq. ut omittam, plures e Benedictinis zelo severioris disciplinæ ad Franciscanos transiisse. Quod modo etiam a pluribus pietate, doctrinaque præstantibus viris, qui Ordinibus valde rigidis dedere nomen, factum conspicimus, ad monachos Cistercienses vulgo della Trappa, transeundo.

Amicitiam cum Benedictinis quoad vixit sanctissime coluit S. Thomas, potissimum cum Bernardo Abbate nostro, ut constat eo diplomate, quo Dominicanis facultatem ædificandi Conventum in S. Germano concedit hisce verbis ex ejus regesto p. 63. a t. *Hinc est quod nos præfato Prædicatorum Ordini ad honorem dei, & venerandi viri Fr. Thomæ de Aquino, ac religiosi viri Fratris Trajani*

de

de eodem Prædicatorum Ordine carissimorum amicorum nostrorum promereri dilectionem ædificandi domum, & ecclesiam &c. & reliqua mox adducenda. Plurium etiam Monachorum Fossænovæ amicitias coluit, ut ipsimet fateutur in memorato processu nu. 49. & seqq. ac tandem S. Doctor inter Benedictinos mori voluit. Cum enim a Gregorio X. evocatus an. 1274. ad concilium Generale Lugdunense pergeret, Majentiamque oppidum non longe a Piperno diœcesis Terracinensis pervenisset in domo Franciscæ neptis suæ, uxoris D. Annibaldi de Ceccano ejus oppidi Domini mansit, ubi Prior illum, & monachi Fossænovæ convenerunt, cum eoque per quatuor, aut quinque dies sunt diversati, ut fuse testantur in memorato processu nu. 49. Fr. Petrus de castro Montis S. Johannis presbyter & senex monasterii Fossænovæ Monachus, qui hæc præterea subdit. *Transactis vero diebus quatuor prædictus Fr. Thomas equitavit cum dictis Priore, & Monachis, & aliis sociis suis a dicto castro Magentiæ ad dictum monasterium Fossanovæ, & cum intrasset dictum monasterium in loco Parlatorii, dixit hæc verba: Hæc est requies mea in sæculum sæculi, hic habitabo, quoniam elegi eam. Et stans in ipso monasterio, coepit infirmitate gravari, quam quidem infirmitatem cum magna patientia supportans, cum reverentia, & devotione suscepit ecclesiastica Sacramenta, & specialiter corpus Christi cum lacrymis multis, & devotione magna, & ante susceptionem ipsius corporis Christi, multa decora verba dixit de ipso corpore Christi coram toto Conventu dicti monasterii, & multis de Ordine Prædicatorum, & Minorum, inter quæ inseruit ista verba: Ego de isto SS. Corpore, & aliis Sacramentis multa docui, & scripsi in Fide Christi, & sanctæ Romanæ ecclesiæ, cujus correctioni omnia subjicio, & expono, & recepto ipso corpore vixit per tres dies, & ipso tertio die obdormivit in domino. In cujus funere quidam Frater Prædicator, qui fuerat longo tempore ipsius Fr. Thomæ confessor prædicavit publice coram omnibus ibi adstantibus dicens: Ego Confessionem generalem ipsius Sancti viri audivi, de quo testificor quia inveni eum ita purum sicut puerum quinque annorum, quia nunquam sua carnis sensit corruptelam. Post hæc Corpus ipsius Fr. Thomæ cum solemnitate debita sepultum fuit in monasterio supradicto.* Eadem fere asserunt reliqui monachi nu. 8. 10. 15. 19. &c. processus, aliique ejus Vitæ Scriptores. Tanta vero charitate S. Doctor cum sociis exceptus est, ut monachi ipsi sylvam ad ligna cædenda adirent, propriisque manibus deferrent, quod ut videbat sanctus Doctor, *surgebat cum maxima devotione*, (verba sunt Guillelmi a Thoco in ejus Vita;) *& humiliter dicens: Unde hoc mihi, ut sancti viri deferant mihi ligna?* Per mensem ibidem remoratus, precibus quorumdam Monachorum ejusdem cœnobii Cantica Canticorum exposuit. Illud vero adnotandum, S. Virum cum affectu se valetudine fatigatum cerneret, monasterium Fossænovæ adiisse sex Majentia milliaribus versus Terracinam dissitum, retrocedendo ab itinere, cum erga Romam non unus proximus esset Dominicanorum Conventus. Nam plures certe ex Dominicanis præsentes jam jam morituro fuere, teste memorato Petro: qui nu. 51. fatetur cœnobii Fossænovæ Subpriorem osculatis devote S. Viri jam mortui pedibus visum recuperasse. Atque interrogatus quinam præsens miraculo fuisset: *Dixit quod fuerunt præsentes bonæ memoriæ dominus Franciscus episcopus Tarracinensis, Fr. Raynaldus supradictus, quinque aut quatuor Fratres minores, & Fratres Prædicatores plures, & Monachi, & Conversi prædicti monasterii quasi numero centum;* & memoratus Guillelmus nu. 63. ejus Vitæ ait: *Abbas autem, & monachi tot visis sanctitatis indiciis, & tot signis, dolentes de tam subita, & dolorosa tanti ecclesiæ luminaris eclipsi, & gaudentes, quod apud deum talem meruerunt habere patronum, solemnes circa Sancti corpus exequias celebrarunt. Cujus funeri, & exequiis interfuerunt plures Fratres sui Ordinis, qui de diversis conventibus ad ipsum visitandum venerant. Interfuit etiam reverendus pater dominus Franciscus episcopus Terracinensis, Ordinis Fratrum Minorum cum pluribus de suo ordine, & multi de Campania nobiles, quorum quamplures traxerat carnalis affectio, cum plures habuisset prædictus Doctor in Campania consanguinitate conjunctos, multosque provocaverat fama scientiæ, signa miraculorum, & exempla sanctitatis, & vitæ &c.* Sive tamen quo tempore Cassini moram traxit, monachorum habitum S. Thomas induerit, quod veri esse simillimum non pauci opinantur, sive in laicali permanserit, perinde nobis est. Neque enim parum gloriæ Cassinensibus accedit, quod Sancti hujus in moribus optimi fuerint institutores, atque ipsum in Grammaticalibus, Logicalibus, & Philosophicis erudiverint. Itaque memorandus fuit in hac nostra historia, nec tamen ideo Cassini monachum se Deo vovisse asserimus. Vid. Caramuel Theol. Regular. n. 444. & seqq. Ferrarius in notis ad cap. 51. S. Regulæ nu. 211. & seqq. Petrus Tornamira, & Gotho in Cœremoniali p. 50. & Dissertatio Ms. de Monachatu S. Thomæ eruditissimi Archiepiscopi Angeli de Nuce. Cœlestinus Papa V. quem Benedictinæ familiæ dedisse nomen extra omnem dubitationis aleam ponunt hæc ipsius verba in bulla, quæ incipit. *Dilectis filiis Honufrio &c. Et si cunctos Ordines plantatos in agro sacrosanctæ, ac universalis ecclesiæ paternis prosequamur affectibus, & ad statum ipsorum tranquillum, & prosperum sollicite intendamus, beati tamen Benedicti ordinem, in quo dum juventutis nostræ progressio ordiretur, professionis nostræ vota devovimus, singulari, & præcipua affectione diligimus, & zelo strictioris, & sincerioris charitatis afficimur erga ipsum &c.* Cassini ratum habuit, quod anno 1232. ætatis vero suæ decimo septimo solemniter deo voverat in monasterio S. Mariæ Faifolæ diœc. Beneventanæ, uti author est Franciscus Antonius Giorgi Cœlestinus in S. Petri Cœlestini vita, quam oratione conscripsit numeris adstricta parte prima fol. 2. his verbis. *Gran figlio divenne di Benedetto, ed in mano al Monarca de' Monaci Occidentali, la Professione rattificò sul Cassino.* Referunt vero S. Petri Cœlestini vitam Bollandiani ad diem 19. Maii, aliique bene multi, quapropter a nobis hic loci omittitur.

Bernardus I.

Bernardus Cassinensis Abbas hoc nomine Primus natione Gallus ex Provincia fuit, atque ob egregias virtutes e Monacho, & æditu0 monasterii Saviniacensis, & Alexandri IV. capellano Abbas celeberrimi monasterii Lirinensis an. 1256. evasit, teste Vincentio Salerno in Historia S. insulæ Lirinensis p. II. p. 169. Abbas deinde Cassinensis inauguratus est

ab Urbano IV. an. 1263. bulla sua data, *apud Urbem veterem IV. Kal. Aprilis Pontificatus nostri anno secundo*, in qua hæc de ejus virtutibus prædicat Pontifex. *Sperantes quoque, quod per tuæ circumspectionis industriam, cum habearis vir scientia præditus, morum honestate decorus, consilii maturitate præclarus, & sollicitudine circumspectus monasterium ipsum relevetur a noxiis, & utiliter, auctore domino proficiat in utrisque, te a vinculo, quo tenebaris, monasterio Lirinensi cujus praeras regimini penitus absolventes, ad prædictum monasterium Cassinense te duximus de potestatis apostolicæ plenitudine transferendum, teque ipsi monasterio Casinensi de Fratrum nostrorum consilio in Abbatem præfecimus, & Pastorem. Ideoque discretioni tuæ per apostolica scripta mandamus, quatinus impositum tibi onus devote suscipiens sic curam dicti monasterii Casinensis laudabiliter gerere studeas, quod tibi per vita meritum, & aliis proficias per exemplum. Nosque personam tuam præcipui favoris gratia prosequi non immerito teneamur.* Integram hanc bullam dabimus Diss. I. Hæc præterea de Bernardo nostro scribit Oldoinus in additionibus ad Ciacconium To. I. p. 175. *Quare Urbanus IV. de Bernardi prudentia, sapientia, ac sanctitate certior factus, illum Cassinatis Collegii regimine decoravit &c. Bernardus suscepta cœnobii administratione, studium, & curas omnes ce intendit, ut sanctissimarum legum cultus ad primævam institutionis normam studiosissime revocaretur, &c.* Atque Martene in præfatione comentarii ad Regulam S. Benedicti subdit, *Bernardus natione Gallus in scripturis sanctis studiosus, & eruditus, regularis disciplinæ zelosus amator, &c.* Pluribus legationibus laudatissime functus, ut Diss. I. fusius dicendum, Caroli Andegavensis cum Ayglerio Fratre archiepiscopo Neapolitano ad Gregorium X. teste Bernardino Corio in historia Mediolanensi apud Chioccarellum in descriptione Archiepisc. Neapolit. p. 173. & ad imperatorem Græcorum Palæologum ut refert Raynaldus an. 1274. nu. 20. 1275. nu. 47. & Spondanus an. 1274. nu. 15. atque in epistola Gregorii X. ad Bernardum, quam integram dabimus Diss. I. hæc leguntur. *Tam de tuo, quam, & de tuorum reditu prospero illi reddimus gratias referendas, cujus tu, & ipsi servitio laborando in commisso tibi negotio vacavistis, &c.* In Galliam quoque a sede apostolica missus est ad gravia ibi negotia pertractanda, ut ipsemet fatetur in prologo ad expositionem S. regulæ & Speculi Monachorum. Quanam erga pauperes charitate arderet, satis ostendit Bernardus, auctis Monachorum, & nosocomii Cassinensis redditibus, novoque constructo apud S. Germanum, ut instrumento mox edendo constat, alio, die 13. Junii an. 1278. stipulato.

nota. nota.

Mirum etiam in modum Bernardi pietas effulsit, cum Angelo Abbati monasterii S. Laurentii de Aversa, ejusque Nepoti Jacobo ecclesiam S. Petronillæ de Plumbarola concessit, in qua parthenonem construerent, ut ejus literis mox adducendis constabit. S. quoque Thomæ Aquinati, atque Fr. Trajano concessit, ut conventum Ordinis sui apud S. Germanum construerent, ex literis mox adducendis. Ecclesiæ populoque S. Pauli de Cervario concessit, ut novam in ejusdem Sancti honorem construerent loco prioris jam jam collabentis, ubique illa esset sita, cœmeterium ædificarent, in quo lacellum S. Mauri remaneret, in eoque a Clericis S. Pauli divina officia recitarentur. Spondet, se primum ecclesiæ lapidem propriis manibus positurum, ut ex ejus literis mox dandis. Sub ejus regimine Cataldus Pelliparius cœnobio Cassinensi obtulit ecclesiam, & nosocomium, quod apud S. Germanum construxerat, ut mox dicendum. Ecclesiam S. Liberatoris picturis, atque pavimento tessellato ornavit, in cujus medio hæc carmina leguntur...

Anno milleno cum quinto septuageno,
Et ducentero fiunt hæc ordine pleno.

Inter alia ab eodem statuta in privilegio pro Sangermanensibus, & oppidanis S. Petri ad monasterium, quod in Diss. I. dabimus, hæc leguntur. *Statuimus insuper ut pro facto, vel excessu mariti res uxoris, & pro facto, vel culpa uxoris res mariti non capiantur, &c. lectos vestros cum suis ornamentis, & majales vestros a Curia pignorari, vel auferri modis omnibus prohibemus &c. Quia vero duella, & leges paribiles deo sunt odibiles, & Sanctorum patrum constitutionibus contrariæ, hac nostra constitutione renovamus, & confirmamus, ut nullus vestrum in curia nostra vel eorum, qui nostra auctoritate curiam tenebunt in quacumque causa per pugnam fatigetur, nec judicetur, sed neque per ferrum calidum, neque per aquam calidam vel frigidam.* Plurimum pro cœnobii Cassinensis recuperandis bonis adlaborasse testatur Thomas ejus successor in sententia contra oppidanos S. Andreæ lata in ejus regesto I. p. 138. a t. hisce verbis. *Quamquam itaque bonæ memoriæ Bernardus Abbas prædecessor noster qui circa ejusdem nostri monasterii resarcienda jura collapsa curas impendit assiduas, noctes insomnes ducens, & quietem transferens in laborem improbabilem afflationis contractum, qui Abbatiæ locis . . . . in pluribus jura prædicti monasterii absorbebat, per sententiam aboleverit, promulgatam solempniter radicitus extirpando &c.*

nota. nota.

Mirum quantum Cassinates Bernardo debeant, ob impeditas bonorum cœnobii alienationes, ejusque jura sarta, tectaque servata, ut Diss. I. fusius, obque duo summis laboribus concinnata regesta, quibus omnes ejus jurisdictiones continentur. Narrationem de Bernardo claudant Cassinatium de ejus morte literæ ad Martinum IV. ad Carolum Andegavensem, & Cardinalem S. Georgii in velo aureo, quæ in fine codicis bibliothecæ nostræ sign. nu. 67. reperiuntur, atque ita se habent. *Sanctissimo in Christo patri, & domino, domino M. divina providentia sacrosanctæ Romanæ, ac universalis ecclesiæ Summo pontifici. Fr. Thomas Decanus. Fr. Girardus Vicedecanus, & Conventus monasterii Cassinensis ejus oratores continui, pedum oscula beatorum. Obitum reverendi patris B. olim Cassinensis Abbatis, quem nobis pium est flere, cuique pium est gaudere cum in ejus subtractione Cassinensis ecclesia viduata remaneat, & vivorum in eo dicetur regio, Sanctitati vestræ duximus flebiliter nuntiandum. Ipse quidem Religionis Pater monasticæ mortis pulsatus insultibus, superato mortis imperio, secunda nonas Aprilis feliciter in Domino expiravit, & in Casinensi cœnobio cum celebritate debita cum patribus est sepultus. Placeat itaque vestræ Sanctitati Eximiæ vestram Cassinensem ecclesiam sub alarum vestrarum umbra protegere, quam sacrosancta Romana ecclesia semper est solita habere inter cæteras orbis*

Litteræ ad Pontifi., Regē &c de morte Bernardi.

ecclesiae-

ecclesias specialem. Excellentissimo domino domno K. Illustri Regi Jerusalem, & Siciliæ T. Decanus, Fr. G. Vicedecanus, & Conventus monasterii Cassinensis vestri oratores continui humilem recomendationem, & orationem ad dominum Jhesum Christum. Pateat majestati vestræ reverendum patrem dominum Bernardum olim Cassinensem Abbatem devotum vestrum proximo præterito die Sabati circa horam vespere communem sententiam excepisse, ac sequenti die dominico in Cassinensi monasterio cum celebritate debita fuisse traditum sepulturæ. unde nos vestri devotissimi absque patre tamquam orfani constituti Cassinense monasterium, ac membra ejus vestræ celsitudini humiliter commendamus, quatenus sub felici vestro regimine quod deus dignetur misericorditer adaugere, quietam vitam sub religionis observantia ducere valeamus. Nos enim gratia Spiritus Sancti prævia convocatis Fratribus, & aliis, qui fuerint evocandi in eam personam intendimus dirigere vota nostra, quæ Deo placens, & S. Romanæ ecclesiæ, & vestræ celsitudini devota Cassinense cœnobium sciat, & valeat salubriter gubernare, & de bono in melius reformare. Datum in monasterio Cassinensi VII. Aprilis X. indictionis.

Reverendo in Christo patri, & domino Gottifredo divina providentia S. Georgii ad velum aureum diacono Cardinali Fr. Thomas Decanus, Fr. Girardus Vicedecanus, & conventus monasterii Cassinensis ejus oratores continui se ad pedes, & debitum famulatum. Dilectos in Christo Fratres Leonardum de Picano & . . . . . , Monachos Cassinenses Socios nostros ad exponendum obitum felicis recordationis domini B. olim Cassinensis Abbatis ad pedes paternitatis vestræ duximus destinandos. Supplicantes humiliter ut vestram Cassinensem ecclesiam habere dignemini favorabiliter commendatam. Datum in monasterio Cassinensi XII. Aprilis X. indictionis.

Thomas I. Thomas I. Abbas Cassinensis Bernardi successor an. 1282. mense Aprilis, aut Maii, vel forte tardius, ut ex sententia mox adducenda apparet, qua officiales revocantur a procuratoribus Cassinensibus facti, qui per aliquod certe tempus administraverint necesse est cum plures officiales creassent. Thomæ pietas elucet potissimum decretis ob Ecclesiasticorum reformationem, instructionemque factis, quæ supra retulimus, atque hæc sententia ex ejus regesto I. p. 7. a t.

In nomine domini nostri Jesu Christi, anno incarnationis ejus MCCLXXXVI. dominii domni Karoli anno secundo, die secundo Januarii quartædecimæ indictione. Urget nos debitum pastoralis officii, etiam temporis qualitas exigit, ut commissum curæ nostræ monasterii Cassinensis regimen, cui licet nota. *immeriti temporaliter, & spiritualiter præsidemus, divina clementia dirigente prospere actus nostros utiliter, & salubriter, prout nostra possibilitas obtinet, exercentes, sollicitudine indefessa, omnique studio, & vigilantia procuremus, ut ejusdem Monasterii status intus, & extra in temporalibus, & spiritualibus, tam in capite, quam in membris sub nostri cura regiminis, felicibus favente domino dirigatur, & concrescat auspiciis, & contra id nequaquam alicui deferamus, curantes inter alia, quæ curæ nostræ incumbunt, ut facta jam pridem in ipso monasterio, & Abbatia Cassinensi, quæ a rationis tramite deviant, & quæ facienda occurrerint sub juris regula limitentur, & de hiis, prout licet, decet, & expedit deliberatione provisa, in quantum nobis est possibile disponamus. Quia ergo ne promiscuis actibus rerum turbentur officia, uni de jure commissum, seu creditum per alium subtrahi legitime prohibent sanciones. Quinimo si quod ad unius collationem pertinet conferatur ab alio, umbra quadam hostenditur in opere, veritas autem subeat in effectu. Nos Thomas dei gratia Cassinensis Abbas omnes alienationes, institutiones, destitutiones, & restitutiones, & quorumlibet officiorum monasterii Cassinensis maxime concessorum ad non modicum tempus, ecclesiasticorum beneficiorum, ordinum seu Propositatuum, & etiam cujuscumque judicatus, & notariatus, & omnium bonorum dicti monasterii collationes, concessiones, & confirmationes, monachis, vel clericis secularibus, seu laycis dudum factas per venerabiles viros domnum Johannem episcopum Aquinatem, & domnum Laurentium Abbatem sancti Laurentii de Aversa procuratores olim Monasterii Cassinensis, seu per alios eodem mon. per mortem bonæ memoriæ domni Bernardi qm. Cassinensis Abbatis prædecessoris nostri pastoris regimine destitute. Nolentes, nec volentes absque conscientiæ scrupulo ulterius tolerare quin hæc ad procuratores ipsos quantumlibet generales ex suæ procurationis officio, seu ad alios de consuetudine, vel de jure minime competebant, habito peritorum consilio, & per nos deliberato ad plenum, sententiam in hiis scriptis ferentes prædictas omnes alienationes, institutiones, destitutiones, restitutiones, collationes, concessiones, & confirmationes præsentis diffinitiva sententia calculo revocamus, & penitus irritamus, expresse nihilominus interdicentes judicibus, notariis, bajulis, & aliis quibuscumque officialibus per prædictos procuratores aliis prædicti monasterii per mortem prædicti prædecessoris nostri vacante sede creatis, & aliis, etiam judicibus & notariis, qui tempore mortis ejusdem prædecessoris nostri non exercentes judicatus, & tabellionatus officia tunc temporis in eorundem officiorum, qui in possessione non erant, ne ipso de cætero amministrent, vel exequantur officia in judiciis, vel extra Judicia puplice, vel occulte, præfatos vero clericos seculares ab officio, & beneficio per prædictos procuratores, & alios tempore prædictæ vacationis optentis usque ad beneplacitum nostrum duximus suspendendos &c.* Cum Decanus Cassinensis esset, Bernardum ipse, & Monachi rogarunt, ut expositionem in regulam S. Benedicti concinnaret, eodem Bernardo teste in prologo. Facultatem ædificandi Nosocomium concessit Nicolao de Vincentio Sangermanensi, ut infra dicemus: jura etiam cœnobii nostri omnibus viribus defendit, ut an. 1287. Diss. I. dicemus. Quonam potissimum anno, mense, & die obierit, incompertum.

Bernardus III. Bernardus III. de quo hæc ait Richardus a S. Angelo in Expositione ad cap. XI. S. Regulæ: *Humiliter verba ista exponunt præcedentia proxima. Humiliter, idest leniter, & cum gravitate, idest sine risu, de quibus supra dixerat. Quantum ad hæc, & alia, quæ pertinebant ad sanctitatem, vidi hominem singularem dominum Bernardum episcopum Tripolitanum administratorem monasterii Cassinensis tempore D. Bonifacii VIII.* Jura & ipse cœnobii nostri validissime propugnavit, ut Diss. I. dicemus.

Magna certe etjam hoc seculo pietate floruisse

Plures alii fuere Viri pii, quorum nomina ignota.

Cassinates ex eo arbitramur, quod plures monachi ad dignitates ecclesiasticas, Cardinalatus, episcopatus, Abbatiæ sint evecti, ad quæ Regulares nonnisi ob singularem pietatem, doctrinamque eligi solent; tum quod plures cœnobio nostro donationes sint factæ, ex quibus Thomæ Decani integrum regestum conflatum est. Nullius tamen ad nos nomen pervenit, vel eorum forte injuria, a quibus scribendæ res memorabiles fuissent, vel ob monumenta deperdita tempore Federici II., Conradi, & Manfredi, quo milites cœnobium nostrum incolebant, vel quod demum bene agere, quam id recensere in animo humilibus Monachis erat.

V I.

MONACHI CASSINATES HOC SÆCULO DOCTRINA ILLUSTRES.

Erasmus.

ERasmus eo tempore doctus certe Theologus fuit, qui ad sacram Theologiam in Accademia Neapolitana edocenda, ab eadem hisce literis est invitatus, quæ extant in fine codicis bibliothecæ nostræ sign. nu. 342., quasque edidit Nuceus in Notis ad Prologum lib. IV. Chron. Cassin. nu. 1593. *Honestissimo, & peritissimo viro magistro Herasmo Monacho Casinensi Theologica scientia professori, universitas doctorum, & scolarium Neapolitani studii salutem, & optata felicitatis augmentum. Postquam Fratres, qui nos pane divina mense reficiebant, Neapoli recesserunt, clausus est nobis puteus aqua viva, quoniam sacra scriptura non est, qui nobis modo aperiat mysticum intellectum. Denegata est nobis sacrarum scientia, qua corporum nobis erat edificatio virtuosa, & animarum refectio salutaris. In defectu igitur Theologica facultatis, tanto nostrum studium sensit gravius detrimentum, quanto inter scientias cæteras, scientia Theologica dignitatem optinet altiorem. Ecce modo parvuli petunt panem; & qui eis possit frangere, non occurrit. Sitienter querunt sitim restringere; nec est qui eis auriat aquas de fontibus Salvatoris. Cæterum quia vos novimus Virum peritissimum in scientia supradicta, rogamus honestatem vestram, quatenus cum doctrina vestro defectui Neapolitani studii succurratis, quia hoc persona vestra cedet ad laudem, & anima vestra proficiet ad salutem.* A. 1240. hæc ait Richardus a S. Germano in Chronico: *Mense Novembris Fratres Prædicatores, & minores omnes de regno exeunt Imperatore* (Federico II.) *mandante duobus tantum relictis, qui sint de regno nativi in singulis quibusque illorum domibus ad custodiam earundem.* De quo discessu in allata epistola mentio.

Bernardus I.

Bernardus I. Cassinensis Abbas *Speculum Monachorum* composuit Cassinatibus suis nuncupatum, ut ex prologo liquet, quod sic incipit: *Precordialissimis Fratribus Johanni Decano Thomacio Vicedecano, sacroque Conventui Casinensi beatissimi Benedicti Bernardus successor indignus. In rore cæli, & pinguedine terra benedictionem, qua Fratribus in unum habitantibus promittitur, & debetur. Frequenter pulsatus, & a multis temporibus maxime modernis, quando missus eram de mandato sedis Apostolica, ut ingerem quædam negocia ipsius sedis in partibus Gallicanis de juribus regula beatissimi Patris nostri Benedicti, an omnia qua continentur in regula ipsa sint merito dicenda precepta, & per consequens ad culpam mortalem obligent non servantes professores, an etiam sint consilia, ut non sint transgressores ad culpam aliquam obligati. Meditatus sum in corde meo brevem quidem esse verborum materiam questionis, sed difficultate gravidam absolvendam &c. Diversa Sacra Scripturæ, jurisque Canonici, ac doctorum exemplaria lectitanti, ex quibus ipsorum, non meas sententias proferendo, profiteor non mihi attribui debere, si aliquid ad legentis in hoc opusculo edificationem ministeriorum est ingestum. Hoc ergo speculum vobis Fratres carissimi decrevi tradendum, in quo de monastica professionis observantiis, & responsione questionis prefata cum explanatione ipsorum, qua coram Deo, & sanctis ejus professi sumus, aliqua sunt inserta &c.* Editum est Venetiis in sexto, an. 1505. III. idus Martii apud Lucam Antonium Junctam una cum vita & regula S. patris Benedicti. Plurimi hoc opusculum pii, doctique homines faciunt.

Eandem pietatem doctrinamque redolet Bernardi expositio in S. Regulam Monachorum Cassinatium precibus concinnata, ut ipsemet in prologo testatur hisce verbis. *Cum igitur dilectissimi Fratres Thoma Decane, & Conventus sacri monasterii Cassinensis ipsius beati institucio Benedicti ab illo edita, qui ad fores sapienciæ vigilando continuis meditationibus insistebat forma ipsius ferventissimus amator difficultatis obscuritatem nullius prorsus noscatur lecta cum studio continere, mirandum, quod beati patris nostri regulam declarari petitis plenius, & exponi, pracipue, cum Esmaragdus Abbas, Paulus, Petrusque Diaconi Monachi Cassinenses, si quid in ea difficultatis esse prima facie videbatur, cum diligencia explanantes sua vobis exposicionis reliquerunt scripturas, quas in bibliotheca monasterii reservatis. Nuper eciam me redeunte de partibus Gallicanis, ad quas de mandato sedis apostolica missus eram, super illa questione. An omnia qua continentur in regula sint precepta a diversis exemplaribus compilatum edidi libellum, quem vos appellatis speculum Monachorum, quibus pensatis, nulla restare videtur dubietas, explananda immo super addi per me aliquid ad predicta petentes, videmini fastidire mellis dulcedinem per alios ministratam, & stili decorem floribus rectoricis adornatum &c. Suscipite igitur Fratres dilectissimi, qui estis meum gaudium & corona in charitatis amplexu, hoc exposicionis opusculum, quod assiduis vobis edi peticionibus postulastis.* De hac expositione ait Martene in præfat. Comment. ad regulam S. Benedicti: *Bernardus natione Gallus in scripturis sanctis studiosus, & eruditus, regularis disciplina zelosus amator, ingenio subtilis, consilio promptus, sententia solidus, eloquio apertus, & compositus, ut ait Trithemius, Monachus primum, & Abbas monasterii S. Honorati Lerinensis in Gallia, deinde jussu Urbani Papa IV. in locum cujusdam Theodini Monachi Cassinensis, Acerrarum episcopi electi de mandato Manfredi Tarentini principis Abbas quinquagesimus nonus monasterii Cassinensis creatus anno 1263. quemadmodum scribit Arnoldus Wion, ac postea S. R. E. Cardinalis, ad preces, & petitionem Thoma Decani, & Fratrum Cassinensium, scripsit egregium super Regulam S.*

Be-

Benedicti commentarium, quem tanti fecere posteri, ut illum pene ad verbam transcripserit in suo primo commentario Petrus Boherius, eumque Johannes de Precis Abbas S. Germani Parisiensis Gallico idiomate donaverit, cujus versione etiam aliquoties usi fuimus. De Bernardi lucubrationibus agit Wion lib. I. p. 25. ubi etiam regestorum ejus meminit, Oudin de script. Ecclesiast. p. 611. Fallitur tamen in assignando anno, quo Bernardus vixit, cum asserit mortuum an. 1230., & Possevinus in Apparatu sacro id contigisse ait an. 1247. nam constat Bernardum an. 1282. fato functum.

Plures alios vixisse in cœnobio nostro viros doctos certo credimus, cum plures ad ecclesiasticas dignitates sint evecti, quod nonnisi doctrina, pietateque fit, ut alias monuimus.

VII.

MONACHI CASSINATES

HOC SÆCULO AD DIGNITATES

Ecclesiasticas evecti.

Cardinalis Petrus Comes.

Agmen ducat Petrus cognomento Comes, de quo hæc ait Anonymus an. 1209. *Hoc anno mense Madio Roffridus Abbas hujus loci mortuus est, & Petrus, cui pranomen erat Comes, promotus est in Abbatem in nativitate S. Johannis Baptista.* Eadem asserit Richardus a S. Germano hisce additis: *Et a Papa Innocentio approbatus in regimine monasterii.* Annoque præcedenti dixerat: *Tunc etiam rogatu Petri cognomine Contis Decani Cassinensis ipse Papa* (Innocentius III.) *apud S. Petrum monasterii in Capella S. Nicolai aram quamdam in honorem B. Maria Magdalena consecravit &c.* Eadem narrat Anonymus an. 1208. Anno 1210. de Otthone IV. agens Richardus hæc ait de Petro nostro: *Spreto juramento, quod Romana ecclesia fecerat, regnum intrat per Reatinas partes sub illorum Ducatu, qui fidelitatem ei prastiterant per Marsiam, & exinde per Ciminum venit, ad quem dictas Cassinensis Abbas, cui cara erat terra, & populo, cum ad ingressum ipsius Othonis essent omnes exterriti, ita quod in S. Germano pauci admodum remanserint, qui ad loca tutiora sua supellectilia non tulissent, suos pro pace legatos misit, & ipse etiam exivit in occursum ejus contra Fratrum omnium voluntatem. A quo satis benigne receptus, terram monasterii servavit indemnem.* Ciacconius, ejusque additor Oldoinus To. II. p. 39. nu. 36. Petri meminere, atque creatum asserunt Cardinalem ab Innocentio III. Hujus rei testes laudant Ughellium, Marcum Antonium Scipionem, & Wionem, qui de eo agit lib. I. ligni Vitæ cap. 8. p. 22., & lib. II. cap. 9. p. 200., atque Trithemium citat lib. 2. de Vir. Illustr. Ord. S. Benedicti, lib. 4. cap. 28. Obiit Petrus an. 1211. teste Anonymo Cassinensi hisce verbis: *Mense Januarii obiit Petrus Cassinensis Abbas.* Et Richardus ait: *Petrus Cassinensis Abbas mense Januarii, quinto videlicet Kal. Februarii in monasterio obiit.*

Richardus.

Richardum Abbatem Cassinensem electum fuisse ab Innocentio IV. presbyterum Cardinalem S. Cyriaci refert Ciacconius cum Oldoino col. 132. nu. 19. An vero ab Innocentio, an ab Alexandro IV. sit creatus, divinare haud liber. Certe in instrumento ex regesto Thomæ Decani p. 46. stipulato an. 1255. die 17. Augusti hæc Richardus ait: *Declaramus nos Riccardus dei gratia Cassinensis Abbas* absque Cardinalatus titulo, qui an. 1256. die 16. Februarii illi tribuitur alio in instrumento ex eodem regesto p. 46. a t., ubi hæc leguntur: *Declaro ego Nicolaus filius olim domini Nicolai de Riccardo judicis castri S. Angeli in Theodice terra S. Benedicti, me, ac notarium Gulielmum de ipso castro recepisse nuper litteras venerabilis patris, & domini Riccardi dei gratia tituli S. Ciriaci presbyteri Cardinalis Cassinensis Abbatis continentia talis. Richardus dei gratia tituli S. Ciriaci presbyter Cardinalis, & Cassinensis Abbas &c.* Quem titulum sibi in aliis subsequentium annorum scripturis tribuit. Monachorum suorum amantissimus fuit Richardus, quorum indigentiis prospiciens plura illis bona attribuit, quemadmodum etiam Monachis Vallis lucis, ut supradictum; Marchionissæ Thomasiæ de Heemburg filiæ Gualterii de Pallearia Comitis Manupellæ concessit ecclesiam S. Petri, quo ibi parthenonem sanctimonialium S. Claræ construeret, ut in Diss. I. dicemus. Plura ab Alexandro IV. privilegia obtinuit, quorum primum datum Neapoli IX. Kal. Januarii in Diss. I. dabimus. Mortuus jam erat an. 1262. die 24. Augusti, ut ex cit. regesto p. 56. a t.

Bernardus I.

Bernardus I. Cassinensis Abbas inauguratus est Cardinalis ab Urbano IV., ut asserunt Petrus Frizonius in Gallia purpurata, Ferdinandus Ughellius in additionibus ad Ciacconium, Claudius Robertus in Gallia Christiana, Ciacconius, & Oldoinus To. II. col. 175. nu. 1., ubi pro Urbano Clemens per errorem ponitur. Wion lib. 1. cap. 8. p. 22., & alii. Claudius Robertus in catalogo Archiepiscoporum Arelatensium Bernardum nostrum in archiepiscoporum ejus urbis albo collocat, sed perperam, ut notat Saxius in catalogo eorundem Archiepiscoporum. De Bernardo fusius alibi actum.

Johannes.

Joannes a Castro cœli Præpositus cœnobii Cassinensis electus est Beneventanus Archiepiscopus a Martino IV. an. 1282., cujus jussu sub *Datum Urbeveterii Kal. Jul. Pontificatus II.* consecratus est ab episcopo Cardinali Tusculano apud Urbem veterem. S. Cœlestino V. carissimus fuit, apud quem prudentia, solertiaque sua plurimum potuit, & ab eodem Vice cancellarius S. R. E. creatus est, teste Cardinali Jacobo de Stephaneschis lib. III. de vita S. Cœlestini V. cap. 1. apud Bollandianos p. 455., hisce versibus.

Ast remanens Aquila, nondum veniente Senatu,
Officiis variis praficit Murro novellos
Apruties, laicumque sibi non more vetusto
Assumpsit scribam * (*deerat fiducia cleri*)
Samnitumque Pater * (*forsan cui plurima culpa*
Adscribi potuit) *Vicecancellarius, Almo*
En datur. At fraudis vicina pericula purus.
Quis caveat letale malum? cum dogmata sacra
Tam legis, quam scita Patrum novisset: at idem
Haud radiat, lucere datus; Cœlique *Joannem*
De Castro *dixere virum, terrena colentem.*
&c.

*Berthol. Jesus de Capua. *Archiepiscopus Beneventanus.

Johannes noster apud Aquilam initiavit episcopum Ostiensem loco Cardinalis Latini Ursini Hugonem

gonem de Alvernia Cardinalem, qui deinde S. Cœlestinum V. consecravit, eodem Cardinali de Stephanescis teste. Creatus est Cardinalis a Cœlestino post cœnam, quod cum ob insuetam rem indigne ferrent Cardinales, dissidiaque rumoresque ferverent, sponte ipse Cardinalatu se abdicavit, atque paucos post dies publice in consistorio iterum electus est Cardinalis presbyter S. Vitalis, ut refert Cardinalis de Stephanescis lib. III. cap. 2. p. 457. hisce carminibus.

O quam multiplices indocta potentia formas
Edidit, indulgens, donans, faciensque recessu,
*Atque vacaturas concedens, atque * vacantes*
Assumens precibus nonnullum, ad culmina sedum
Pontificum, variosque gradus, absente Senatu
Absque via. Sed forte morans, exire paratus,
Urbe Aquila Samnita Pater, (quia doctior ille
Et simulare sciens) confert erroribus unum
Dictu præcipuum; nam cum mors atra sepultum
*Alterutrum Procerum, * Pastoris dogma professum*
Acciperet; Monachi dimissis vestibus atris,
*Præsulis induitur * habitum, pertingere sperans*
Irrubrare caput: Serpensne oblita veneni est?
Sic suadent, mediique monent, quibus illi tenetur
Strictus amore gravi. Qui quamvis longius essent
Dispersi proceres, nollentque videre sodalem
Hunc sibi præsentes, hiemis nec tempora sacra
*Quatuor * ingruerent; Cœnam post ordine * Præsul.*
Presbyter efficitur Cardo, rubrante galero
Cervicem, infra claustra domus assumptus ab illo.
Nubila nec deerant: pluvias resolutas habebat
Imber, & intonuit cœlum grave murmur. Eodem
Tempore conveniunt acciti adscire Rubentes
Hunc Patribus seu forte velint, seu forte recusent
Namque sequebantur plures ex ordine Papam
Qui faciunt mandata Patris, volitumque sequuntur.
Non sic applaudunt facta, nec vota secundant
Cardine sublimes, qui jam adventare b priores.
Parthenopem; sed corde stupent, & turbida mittunt
Verba Duci, legamque duos, qui & Cardine præsint,
Atque negant talem sic factum sidere a secum;
Ocius erratum, regitantque, ut corrigat Heros
Flexilis, & cœtum ne perturbare serenus
Flagitet; & fortis reddit patientia magnum
Pontificem, dum facta velis limare quietus.
Cum jam multa forent variis sermonibus acta,
Et spes presbyteri pectus stimulares anheli;
Tandem consilio facta est concordia Fratrum.
Huncce modum: Herus quod cessit port ve galerum
Cardinis, ac juri pridem distantibus illis
Quæsita. Tunc sacra Ducum fit sessio juxta
Pontificem, morisque senis discussio quondam
Servatur, pro parte tamen: nam tempora desunt
Talibus. Omnipotens! Curnam sic protinus omnes
Sic properant rehabere virum concorditer; inquam
Quam causam substare putem, non dixero tuto.
Sed timor urgebat; tacite spes addita cœtum
*Impulit, ut renuens, * iterum resideret in ampla*
Sede patrum; nec laudo ducem hus, nec laudo sedentẽ.
Principio sed pauca lues, & parvulus error
Crescit in augmentum: patet hoc errore viarum.
Quid prodest productus honor; quid concisa secli
Gloria? Dum moreris, nec lustras mentibus annum.
*Sed tamen ipsa docent nos * pervia tendere fastus*
&c.

Johannem hunc ex oppido Castricœli diœcesis Aquinatensis, quod tum nobis in temporalibus subertar fuisse credimus, nam & id insinuat Cardinalis de Stephanescis verbis illis: *Cœlique Johannem de Castro dixere virum*: cum Johannes ipse hoc modo subscribit an. 1275. die 8. Decembris, instrumento stipulato a Notario Benedicto Sangermanensi, quo Bernardus Abbas ex ejus regesto 1. p. 290. Medico Stephano de Montezario domum in emphyteusim cum turri concedit: *Ego Frater Johannes de Castro cœli Diaconus, & Monachus.* Ac postmodum alii Monachi subscribunt. Eodemque anno in instrumento, quo dissidia inter Bernardum, & Archipresbyterum S. Germani composita sunt inter alios Monachos, sic Johannes subscribit: *Ego Fr. Johannes de Castro cœli Rector Cassinensis.* Advertendum nollos ibi monachos cognomine subscribere, sed plures patria. Haud itaque cognomento de Castro Cœli fuit, ut quibusdam visum. Obiit 22. Februarii 1295. Vid. Ciacconius cum Oldoino To. II., col. 292. nu. 12., ubi hæc ait: *In antiquo Suess. M S. Chronico hæc legimus: Eodem anno 1294. die 24. Octobris D. Papa Cœlestinus venit Theanum, & stetit ibi per octo dies, & ibi existentibus sex cardinalibus, promovit ad cardinalatum Fr. Johannem de Castro cœli Beneventanum Archiepiscopum.* Vid. etiam Ughellius To. VIII. in Descript. Archiep. Benevent. col. 541. nu. 17., & Ptolomæus a Lucca episcopus Torcellensis, qui plura in Historia sua ecclesiastica lib. 22. apud Bollandianos p. 417. nu. 19. de S. Cœlestino refert, interque alia hæc: *Recepto igitur decreto ad instantiam regis, & suorum, ac totius regionis Papatum recepit, venitque Aquilam: ubi tunc figit sedem, ibidemque consecratur, & coronatur, fueruntque in sua coronatione plusquam duo millia hominum, & ego interfui. Fecit autem statim posthoc ad petitionem regis unam magnam ordinationem cardinalium, inter quos tres fuerunt de regno, videlicet dominus Landulphus de Neapoli, unus de ordine suo, qui vocatus est dominus Thomas, tertius autem fuit Archiepiscopus Beneventanus, qui ante fuerat Abbas Montis Cassini &c.* Ad illa verba hæc adnotant Henschenius, & Papebrochius: *Johannes de Castro cœli Monachus quidem Cassinensis, & Præpositus S. Benedicti de Capua fuit priusquam anno 1282. crearetur Archiepiscopus Beneventanus, sed nunquam Abbas.* De hoc tamen Johanne loqui non potuit Ptolomæus electioni præsens, quem constat post cœnam extra quatuor tempora electum. Deceptum crediderimus Ptolomæum, atque pro Petro Monacho Cœlestino, qui paulo post electionem suam obiit, Johannem hunc supposuisse. Hic tamen Ptolomæi error Oldoino aliisque ansam præbuit asserendi, Petrum fuisse monachum, & Abbatem Cassinensem aut S. Sophiæ Beneventi, deinde Archiepiscopum ejusdem Urbis, atque electum Neapoli Cardinalem a Cœlestino V. electioni Bonifacii VIII. præsentem, tandemque obiisse anno 1298. aut 1299.

Archiepiscopos, & episcopos e Monachis Cassinatibus factos juxta seriem ab Ughellio concinnatam hic dare juvabit, ne sæpius diversis numerorum citationibus implicemur. Primus itaque erit Gregorius ex decano Cassinensi factus Aquini episcopus ab Innocentio III. an. 1206., quem, quod æger esset, cum proprus ipse manibus sacrare haud potuis-

* Subinsilige Ecclesias, & Beneficia.

* Statim post suam promotionem ad Cardinalatũ mortuus fuit Fr. Petrus, qui erat de ordine Papæ Cęlestini. Creatus enim 18. Septẽbris obiit 12. vel 22. octobris.

* Quem scilicet deposuerat gratiã Cęlestini aaptans assũptione Monastici habitus.

* Nam nõ erãt Quatuor tempora, quibus modis dumtaxat erãt Cardinales creati.

a Nã post comestionem id factum eque præter morem, quã quod qui erat Archiepiscopus factus fuit Presbyter Cardinalis.

b Nam aliqui Cardinales Papã præcesserant Neapoli, & hi factum improbarũt.

* Idest consistere, aut potius considere.

a Idest cedens, abdicans.

* Idest transitoria esse fastus humanos.

Episcopi.

Gregorius,

potuisset, eam provinciam demandavit episcopo Ostiensi. Vid. Ughellius To.I. Ital. Sac. in Descript. Episcop. Aquini col. 396. nu. 15. Antequam episcopus evaderet, fuit Gregorius præpositus ecclesiæ S. Angeli de Fortunula duobus vix lapidibus Cassino dissitæ, ut ex inventario ejus ecclesiæ constat p. 4. a t. stipulato an. 1273. a notario Johanne de Villa Pedemontis.

Johannes. Johannes etiam e Monachis Cassinatibus Aquini episcopus evasit. Vivebat an. 1290. ad an. 1294. sub Cœlestino V. a quo suffectus in ejus locum est Berardus Decanus Cassinensis, quam electionem irritam declaravit Bonifacius VIII., quod nondum esset consecratus ex Ughellio ibid. col. 397. nu. 17.

Berardus. Berardum tamen eodem anno Bonifacius VIII. 2. Id. Decembris Fanensem episcopum creavit, quo in episcopatu ad annum 1305. vixit, ut asserit Ughellius in descriptione episcoporum Fanensium col. 666. nu. 25. De eo hæc leguntur XVII. Kal. Januarii in emortuali nostro: *Domnus Berardus Insulanus Sacerdos, & Decanus Cassinensis, demum Aquinas episcopus, postea Fanensis in anno Domini* 1305. * In Chronico S. Bartholomæi de Carpineto, quod cœnobium an. 962. constructum est in diœcesi Pennensi, hæc ad rem nostram ait Alexander Monachus, ejus author sub Cœlestino III. apud Ughellium To. X. N. E. col. 381. *Cum esset itaque monasterium istud viduitate pastoris, & malitia temporis multa persecutione attritum, communicato Fratres consilio, pari voto, & communi deliberatione elegerunt quemdam Monachum Cassinensem domnum Gualterium de civitate Quana, virum nobilem totum virtutibus, & sapientia praditum, qui juxta morem cathedratus in sedem per Comitem Raynaldum Aprutii prascriptos adversarios Richardum, & Fredericum de Britulo convenit, eosque de injusta castellorum hujus monasterii occupatione, & furtiva invasione per me contra illos allegantem impetiit, & monasterio ea omnia, quibus spoliatum fuerat juxta decretorum, sanctionum, & legum ordinem petiit redintegrari. Sicut igitur ab adversa parte contra restitutionem nihil obvium posset praetendi, tota curia comitis concordi sententia hoc monasterium omnibus ablatis adjudicavit restitui, & in eo statu, in quo ante destitutionem fuerat redintegrari, & tale judicium dominus Comes fecit litteris annotari, tunc ergo ex parte, quia castellis fuimus facile restituti, ex parte vero minime, quia pecunia fere mille bisantiorum fuit nobis redintegrata. Taliter igitur hac questione sopita, noster electus apostolico se conspectui prasentavit, ubi dum esset, domnus Oddo Pennensis electus cum domno Nicolao tunc praposito Pennensis ecclesia filio quondam Serronis, & presbytero Alberta notario Pennen. canonico, & aliis pluribus ipsius civitatis petiit a domino papa Cœlestino tertio, ut nostrum electum sibi benedicendum relinqueret, dicens, jure sui episcopii hoc sibi competere tunc domino Papa cum Cardinalibus exinde communicante consilium domini Cardinales ejus reliquerunt memoria, atque Judicio, quia ipse & temporis vetustate, & antiqua omnes pracedebas memoria; ipse vero dominus papa taliter exortus est dicens, cum ex privilegiorum obtentu, & longa temporum prascriptione monasterium S. Bartholomai ad Romanam ecclesiam nullo medio spectare noverimus memorantes per antiquorum traditionem, & propriam visionem a centum annis, & pluribus ejus Abbates a Romanis pontificibus benedictos, jure igitur ipsi electo, si vobis placet, munus benedictionis impartiri debemus: in quam sententiam omnes Cardinales pariter convenerunt. Sequenti ergo die in capella Lateranensis palatii in prasentia pranominati Pennen. electi, & prascriptorum sociorum, dominus Papa nostro electo munus benedictionis indulsit, eumque mitra, virga, annulique propria manu insigniis decoravit:* &c. Gualterius hic creatus est Pennensis episcopus ab Honorio III. an. 1217. ut ex ejus literis ad cœnobii sui Monachos, quas refert Ughellius col. 1133. nu. 18. ubi refert eidem Federicum II. privilegia ecclesiæ suæ confirmasse. An. 1220. & 1221. deindeque an. 1228. epistolas affert, quibus Gualterius minorem ad numerum redigit cathedralis suæ Canonicos, quod redditus iis alendis haud satis essent. Hoc ejus decretum ratum habuit Gregorius IX. an. 1232., atque aliquot post annos supervixisse testatur idem Ughellius.

* Berardi meminemus in serie Abbatum Cassinensium. Gualterius.

Bernardus. De Bernardo ex Monacho Cassinate episcopo Signiensi agit Ughellius in descript. episcop. Signien. col. 1238. nu. 16., & emortuale nostrum habet IX. Kal. Maji: obierunt &c. Bernardus episcopus, & Monachus * Surranus. &c.

* Soranus.

Richardus. Richardus ex Monacho Cassinensi episcopus Trivcutinus eam ecclesiam rexit ab an. 1240. ad 1246., & amplius. Hic an. 1240. testis fuit in processu, quod ad vitam, miraculaque B. Oddonis Monachi Carthusiani, jussu Gregorii IX. a Machabeo Abbate S. Martini de Turano, & Fr. Petro Custode Fratrum Minorum in custodia Marsicana facto. Beatus hic prope parthenonem SS. Cosmæ & Damiani Talleacotii Ordinis nostri habitavit permissu Clementis III., ejusque corpus in sacello eidem sacro in ea ecclesia humatum est.

Petrus evasit Gravinæ episcopus anno circiter 1280. Ejus meminit Ughellius To. III. col. 118. nu. 6., & emortuale nostrum hisce verbis: *VI. Kal. Decembris. Obierunt &c. Petrus Gravinensis Episcopus, & Monachus; &c.*

Jacobus. Jacobus ab Atina ex Monacho Cassinensi, & camerario Bernardi Abbatis, quod unum erat ex septem cœnobii nostri officiis, ut diximus, creatus est episcopus Besaciensis, ut constat instrumentis stipulatis die 1. 2. & 8. mensis Decembris an. 1275. a notario Benedicto Sangermanensi, quæ extant in regesto I. Bernardi p. 289., & 290. Eodem modo nuncupatur, cum an. 1278. die 10. Martii aperiri jussit testamentum obsignatum Andreæ Fratris, stipulante notario Eliseo ab Atina, in quo Andreas plura Fratri bona, ac cœnobio Cassinensi legaverat. Extat hoc testamentum in regesto Thomæ Decani p. 104., & seqq.

Petrus. Petrus Bisianensis vulgo de S. Liberatore appellatus ex Abbate S. Vincentii ad Fontes Vulturni creatus est Archiepiscopus Brundusinus ab Honorio III. anno 1225. ut ex ejusdem pontificis diplomate ad Federicum II. dato Reate VI. Kal. Octobris an. X. apud Ughell. in Descript. episcop. Aversæ col. 490. nu. 14. To. I., ubi hæc ad rem nostram leguntur. *Sane videntes, quod diutina Capuana, Salernitana, Brundusina, Consana, ac Aversana ecclesiarum vacatio in grave non solum rerum sed etiam animarum periculum redundabat, & attendentes,*

tes, quod id nobis & tibi imputabatur publice ab hominibus, ac ne imputaretur a deo anxia metuentes ipsis ecclesiis, & fama ac saluti nostra utraque simul curavimus providere ipsas ecclesias, respectu ad solum deum habito de personis tibi merito acceptandis, ut pota scientia vita, & fama conspicuis oriundis de regno & tua sublimitatis devotis, ac fidelibus ordinando Capuanum ven. Fratrem nostrum I. Pacten & Salernitanum, ven. Fratrem nostrum C. Famagustanum episcopos, Brundusinum vero dilectum filium Abbatem S. Vincentii de Vulturno, Consanum ven. Fratrem nostrum quondam Priorem S. Maria Nova de urbe, ac Aversanum ven. Fratrem nostrum quondam Amalfitanum archidiaconum, sine tuo prajudicio providentes de Fratrum nostrorum consilio in pastores: &c. Ex quibus quæ præcedenti §. diximus, probantur, nempe, fuisse plures apud nos hoc sæculo viros pietate, doctrinaque suspiciendos, quorum nomina interciderint. Vid. Ughell. To. IX. col. 33. nu. 26. ubi asserit ejus tempore ædificatum in ea urbe Dominicanorum conventum anno 1230. atque in ecclesiæ suæ diptycis ejus obitum an. 1239. recitari. In emortuali nostro hæc tantum leguntur VI. Non. Octobris Obierunt &c. *Brundusinus Archiepiscopus, & Monachus*; nomenque deficit. Hunc certe Brundusinum Archiepiscopum ab Honorio electum Johannem, non Petrum, appellatum suspicamur, nam hæc ait Richardus a S. Germano ad an. 1225. *Eodem mense* (Septembris) *quinque vacantibus in regno ecclesiis, quinque dominus Papa Honorius prafecit motu proprie voluntatis, inscio, & irrequisito Imperatore, videlicet, quemdam Cassinensem Monachum, Johannem cognomento de S. Liberatore, ecclesia S. Vincentii de Vulturno; Consana Priorem quemdam S. Maria nova de Urbe; Salernitana Famagustanum quondam episcopum; Aversana cantorem Amalphitanum, & Capuana Pactensem quondam episcopum: &c.* Nulla quidem in hisce Richardi verbis Brundusinæ ecclesiæ mentio, sed errore amanuensis credimus factum, nam anno insequenti hæc subdit Richardus: *Tunc prelati omnes, quos Papa creaverat, scilicet Brundusinus, Consanus, Salernitanus in suis ecclesiis recipiuntur.* Præterea nullus eo tempore Abbas S. Vincentii in Vulturno vocatus Petrus, ut ex catalogo constat apud Ughellium To. VI. in descriptione episcoporum Iserniæ col. 392.

Archiepiscopi. Gentilis.

De Gentili Archiepiscopo Neapolitano hæc habet emortuale Cassinense sign. nu. 47. *III. Kal. Julii obiit &c. & dominus Gentilis Neapolitanus Archiepiscopus, & Monachus*; quæ etiam leguntur in alio emortuali sign. nu. 75. Quo anno electus sit, vel obierit, haud liquet. Bartholomæus Chioccarellus in descript. Archiep. Neapolit. p. 164. autumat vixisse circa an. 1240. Ughellius in descript. Archiep. Neapolit. col. 89. nu. 4. post Sergium collocat idest an. 1005. Chioccarelli tamen epochæ subscribendum censemus, vel etiam serius, nam in emortuali signato nu. 47. majorem partem tempore Desiderii Abbatis scripto, Gentilis mors secunda, seu recentiori manu recensetur.

G. Tranensis.

Ughellius To. IX. in descriptione Archiepiscoporum Tranensium col. 906. nu. 16. hæc scribit. *G. Cassinensis Ordinis Abbas Tranensis ecclesia a Capitulo Archiepiscopus electus an. 1202. pro qua electione examinanda scribit Innocentius III. Bituntino episcopo ac Martiano Subdiacono anno sui pontificatus quinto. Datum Laterani VIII. Kal. Junii in regesto Vatic. Ep. 69. An confirmatus in ea dignitate fuerit me latet.* Alia etiam de hoc Archiepiscopo nos latent.

L. electus Montis Regalis.

Johannes Aloysius Lellus in Vitis Archiepiscoporum Montis Regalis iterum editis cum pluribus Additamentis, notisque ab eruditissimo D. Michaele del Giudice congregationis Cassinensis Abbate in ejusdem Archiepiscopatus historia p. 9. refert, Gregorium IX. die 2. Januarii an. 1234. literas ad monachos montis Regalis dedisse, quibus irritam declarabat electionem ab iis factam L. Monachi Cassinatis, quod contra canones inauguratus esset.

Abbates. Nicolaus.

Nicolaus a Colle alto Monachus Cassinensis electus est ab Honorio III. Abbas S. Laurentii de Aversa teste Richardo a S. Germano an. 1225. & 1226. deque eo hæc habet emortuale nostrum. *VIII. Kal. Decembris obierunt &c. Nicolaus Sacerdos, & Abbas S. Laurentii de Aversa.*

Gregorius.

Gregorius de Carboncello e monacho Cassinensi electus est Abbas celeberrimi monasterii Terræ majoris, eodem Richardo teste an. 1227.

Berardus.

Fr. Berardus a Celano electus est a Gregorio IX. Administrator cœnobii S. Gregorii de urbe ex Richardo ad an. 1228.

Oderisius.

Quo anno 1228. refert etiam Richardus, ab eodem Gregorio IX. electum fuisse Abbatem S. Vincentii ad Fontes Vulturni Oderisium ab Aversa monachum Cassinatem.

Johannes.

Ab eodem Gregorio IX. electus est Abbas celeberrimi monasterii S. Salvatoris de Telesia Johannes a Capua monachus Cassinensis, teste Richardo ad an. 1238. hisce verbis. *Hoc mense* (Julii) *Fr. Johannes Capuanus Cassinensis Monachus in Abbatem S. Salvatoris de Telesia per papam Gregorium apud Anagniam consecratus est.*

Theodinus.

Theodinus monachus Cassinensis genere nobilissimus ex gente de Barilibus pietate, ac doctrina insignis electus est Abbas celebris monasterii S. Nicolai in Trunto, quam electionem ratam habuit Bernardus Abbas an. 1273. ut hisce literis constat ex ejus regesto I. p. 176. at. ubi extant etiam literæ ab eodem Bernardo Abbate vassallis illius monasterii hac de re scriptæ. *Bernardus dei gratia Cassinensis humilis Abbas, carissimo in Christo fratri Theodino de Barilibus Monacho Cassinensi Abbati S. Nicolai in Truntino salutem, & benedictionem. Merita tua probitatis requirunt, ut & tua nobilitas, quam humilitas comitatur, in gradum debitum sublimetur, & tua scientia nota nobis sufficientia, super candelabrum ponatur, & tua Religionis probata observantia ad religiosorum custodiam deputetur. Cum dilecti in Christo filii Conventus monasterii nostri S. Nicolai in Truntino, ipso vacante Monasterio per cessionem Fr. Thoma monasterii quondam Abbatis pradicti, te suum concorditer elegerint in Abbatem, ac tu electioni tibi consentire nolueris prasentata. Set totum, & te ipsum nostris dederis manibus, ut quod disponeremus de tua persona, hac sicut obedientia filius eras adimplere paratus. Prasentata nobis electione pradicta cum ipsius electionis decreto eligentium subscriptionibus roborato, te nostram prasentiam duximus advocandum, & quia tam tu, quam electores pradicti consenseratis, ut sive rite processum esset in electionis negotio supradicto sive in aliquo a juris tra-*

mite

mite deviatum ordinaremus quod in nostra mentis oculis videretur, te quem charum habemus propter causas in principio recitatas, eidem monasterio de consilio Decani, Vicedecani, & aliorum priorum Cassinensis monasterii Fratrum nostrorum praefecimus in Abbatem de tua persona eidem monasterio providentes, sperantes quod per tuam sollicitudinem, & discretionem tibi a deo commissam, idem monasterium in Spiritualibus, & temporalibus deformatum, in utrisque ad statum debitum reformetur. Quocirca Fraternitati tua praesentium auctoritate mandamus, quatenus taliter in commissa tibi cura te geras, quod te ipsum in holocaustum odoris suavissimi offeras deo nostro & gregem tibi commissum deo acceptabilem populum facias, remunerationem a retributore bonorum omnium habiturus. Sublata tibi potestate de bonis ejusdem monasterii alienandi, vendendi, permutandi, de novo infeudandi, seu quomodolibet distrahendi in damnum, seu praejudicium monasterii memorati, de quibus nobis praestitisti ad sancta dei evangelia juramentum. Concessa tibi nihilominus potestate ad jus, & proprietatem ejusdem monasterii revocandi quaecumque de bonis ejusdem monasterii inveneris occupata illicite, seu distracta. Datum in monasterio Cassinensi in anno domini MCCLXXIII. mense Julii 24. die ejusdem, prima indictionis.

Bernardus dei gratia Cassinensis humilis Abbat Karissimis in Christo Fratribus, conventui, clero dilectis fidelibus suis, & universis vassallis S. Nicolai in Truntino salutem, & benedictionem. Quia de meritis probitatis, & sufficientia dilecti in Christo Fratris Theodini de Barilibus monachi Cassinensis plenius confidentes, de consilio decani, vicedecani, & aliorum priorum Cassinensis monasterii Fratrum nostrorum, ipsum, monasterii nostri S. Nicolai in Truntino vacantis per cessionem Fr. Thomae olim Abbatis monasterii memorati, praefecimus in Abbatem eidem monasterio de persona sua ejus meritis exigentibus providentes. Quare vobis universis, & singulis praesentium tenore mandamus, quatenus eidem Fratri Theodino obediatis, intendatis tamquam Abbati dicti monasterii S. Nicolai per nos confirmato, ac instituto; scituri, quod sententias sive Spirituales, sive temporales, & poenas, quas idem rite tulerit in rebelles, ratas habebimus, atque firmas, & eas faciemus usque ad satisfactionem condignam auctore domino, inviolabiliter observari. Datum in monasterio Cassinensi in anno Domini MCCLXXIII. mense Julii 24. die ejusdem mensis, prima indictionis.

Angelus.

Angelus Cassinensis monachus Abbas S. Laurentii de Aversa erat an. 1278. isque est, qui cum Jacobo fratris sui filio parthenonem S. Petronillae apud Plumbariolam construxit, ut mox dicendum. De eo haec habet emortuale nostrum. *II. Idus Octobris obierunt &c. domnus Angelus sacerdos, & Abbas S. Laurentii in Aversa anno domini 1282.*

Johannes.

Eodem Anno 1278. Abbas monasterii S. Pauli de urbe erat Johannes monachus, & decanus Cassinensis, sub Bernardo Abbate, ut constat instrumento in regesto Thomae Abbatis p. 101. stipulato die 7. Aprilis ejus anni a notario Abraimante Sangermanensi, quo apotheca in emphyteusim conceditur.

Richardus.

In Chronico S. Bartholomaei de Carpineto jam a nobis laudato col. 336. haec ad rem nostram leguntur. *Richardus cum esset Monachus hujus ecclesiae, deinde Cassinensis monasterii, postmodum factus est Abbas monasterii S. Johannis in Venere &c.* pauloque ante dixerat Richardum a fundatoribus ejus coenobii duxisse originem.

Lucii tertii Subdiaconus Berardus.

Lucii III. Subdiaconus erat Berardus monachus Cassinensis ex eodem Chronico lib. VI. col. 374. ubi haec leguntur. *Postmodum vero Romanam Curiam adiit* (Boamundus Abbas) *ut a domino Papa Lucio III. munus benedictionis acciperet. Tunc Odorus Pennensis episcopus cupiens monasterium istud suo dominio subdere per quosdam canonicos ecclesiae suae mandas domino papae supplicando, ut nostram electionem munere non insigniat benedictionis, asserens hoc suo juri competere, sed dominus papa rationibus, & allegationibus utriusque partis plenius audisis, & intellectis, & privilegiis hujus ecclesiae diligenter inspectis, sequenti die in ecclesia S. Clementis de Velestro hujus monasterii electo, munus contulit benedictionis, postmodum tamen causam litis domino Assoni Aprutino episcopo, & domino Beraldo de Colomento Cassinensi Monacho Domini papae subdiacono audiendam commisit, & post litteras hujus commissionis privilegium domini Innocentii sui praedecessoris huic monasterio innovavit, sicque Abbas in literis, quas dimissorias dicunt, laetus repatriavit &c.*

VIII.

VIRI HOC SÆCULO ILLUSTRES

IN CIVITATE S. GERMANI,

Et Oppido S. Eliae Abbatiae Cassinensis.

Viri Illustres ex Oppidis subditis. Roffridus.

DE Roffrido Archipresbytero S. Germani haec ait Richardus Sangermanensis an. 1229. *Tunc Roffridus archipresbyter S. Germani per Albanensem episcopum Papa mandante*, (Gregorio IX.) *in Theanensem episcopum est assumptus*, & an. 1230. subdit. *Tunc Theanensis, Aliphanus, Venafranus episcopi, & praelati alii de regno exclusi ad sedes proprias libere revertuntur.* Exulaverunt jussu Federici II. Tum an. 1239. habet; *Mense Octobris &c. Roffridus Theanensis episcopus apud Cornetum obiit*; ubi exulabat eodem Richardo teste, cum eo anno ait. *Theanen. Casinen. Venafranus, Aquinen. episcopi de regno exeunt Imperatore mandante*, & emortuale nostrum habet, *X. Kal. Novembris obierunt &c. Roffridus Theanensis episcopus, &c.* Vid. Ughellius in descript. episcop. Teanen. To. VI. col. 569. num. 15.

Nicolaus.

De Nicolao Sangermanensi Archiepiscopo S. Severinae haec scribit Ughellius in descript. Archiep. Sanseverin. To. IX. nu. 10. *M. Nicolaus de S. Germano ab Innocentio IV. praeficitur in Archiepiscopum an. 1254. ab eodem capitulo Metropolitanae ecclesiae commendatur. Datum Neapoli V. idus Novembris anno pontificatus 12. ex regesto Vatic. ep. 376. fol. 191. Idem bonus Antistes an. 1258. dedit monasterio Florensi facultatem sumendi aquam ex flumine Nethi, & deducendi ad bona ejusdem monasterii.*

Stephanus.

De Stephano Sangermanensi haec ait Ughellius in descriptione episcoporum Cassinensium. col. 468. nu. 7. *Stephanus magistri Richardi de Cayta canonicus S. Germani ditionis Cassinensis monasterii ab Otthobono diac. Card. apostolica auctoritate creatur*

tur episcopus Calinensis, confirmationem accepit ab Innocentio IV. an. 1252. 11. Kal. Maji ex regesto Vatican. epist. 204. fol. 144. ann. 9. Pontific. ejusdem.

Henricus. De Fr. Henrico a S. Germano hæc scribit Ughellius in descript. episcop. Iserniæ col. 398. nu. 19. *Fr. Henricus de S. Germano Ordinis Minorum ex electione capituli ad hanc eandem sedem assumptus est anno 1267. eodemque anno a pontifice maximo confirmatur apud Wadingum To. 2. Annal. Minorum præfuit eximie aliquot annis. Quo præsule compleverunt Isernia Fratres Minores ecclesiam novam (neglecta priori S. Stephani sacra, quam simul cum monasterio inchoasse S. Franciscum, dum regnum Neapolitanum lustravit, illius populi fert traditio) sub invocatione sui institutoris. Prope frontispicium templi egregie elaboratum hæc visitur inscriptio.* Anno Domini MCCLXVII. sub tempore Fratris Benedicti minoris actum est hoc opus. *Prius effusam campanam docent scripta hæ literæ.* Magister Joseph me fecit 1259. *Conservata adhuc absque necessario tamen usu propter reverentiam S. Francisci prima ecclesia, cujus præcipua janua erat in ipso Urbis muro, & cubiculum in quo per aliquot dies vir Sanctus requievit. Recentior ecclesia augustior est, & omnium illius urbis celebrior; frontem habet in præcipua platea, atque hinc frequentissimum populi concursum. Adjunctum huic ecclesiæ an. 1450. Sacellum D. Antonii adeo amplum, ut integra ecclesia adæquet mensuram, & numerosæ serviat Iserniensium sodalitati. Hæc habet Wadingus To. II. Annalium Minorum.*

Guillelmus. Richardus a S. Germano hæc habet an. 1230. Mense Novembris &c. *Magister Guillelmus de Germano domini papæ capellanus canonice electus in archipresbyterum S. Germani assumptus est.*

Stephanus. De magistro Stephano a S. Germano hæc habentur in emortuali Cassinensi, *X. Kal. Novembris obierunt &c. magister Stephanus de S. Germano scriptor domini papæ, & consiliarius, & Secretarius dominorum regum Angliæ, & Siciliæ.*

Petrus. An. 1232. hæc scribit Richardus a S. Germano: *Ad Papam nuncius ex parte Imper. magister Petrus de S. Germano dirigitur.* Magnæ certe prudentiæ, sagacitatisque Petrus hic esse debuit, quem ad ardua peragenda negocia Imperator selegisset, cum potissimum eodem anno subdat Richardus. *Mense Decembris pro facto Lombardorum Henricus de Morra magister justitiarius ab Imperatore ad Papam nuncius mittitur, cum quo vadunt magister Petrus de Vinea, magister Petrus de S. Germano, & magister Petrus de Sernia, ut cum magistro Justitiario coram papa pro parte Imperatoris jus ipsius ostenderent.*

Bartholomæus. Eodem anno hæc scribit Richardus de Bartholomæo Sangermanensi. *Bartholomæus de S. Germano domini papæ capellanus papa mandante Gajetam vadit pro compositione inter imperatorem, & Gajetanos facienda, ut redeant ad fidelitatem ipsius, quod cum facere non posset, apud S. Erasmum secessit, & ibi usque ad mandatum papæ elegit facere stationem.* Quod argumento est, Bartholomæum magnæ existimationis virum fuisse.

Petrus, & Roffridus. Anno 1224. Richardus meminit Petri, & Roffridi a S. Germano judicum imperialium hisce verbis. *Muri S. Germani obtentu magistri Petri, & magistri Roffridi de S. Germano imperialis curiæ judicum integri remanent, imperatore mandante, &c.*

Roffridus alter. An. 1267. judex regiæ curiæ erat Roffridus a S. Germano, ut instrumento constat ex regesto I. Bernardi Abbatis p. 13. a t. stipulato eo anno die 20. Septembris a notario Ptolomæo de sancto Victore, in quo hæc ad rem nostram leguntur. *Nos magister Roffridus de S. Germano magnæ regiæ curiæ judex rector castri S. Victoris de voluntate, & mandato domini Bernardi Dei gratia venerabilis Cassinensis Abbatis fatemur te Nicolaum Acetum ejusdem Castri S. Victoris nunc judicem ipsius castri petiisse a nobis concedi sibi liberam licentiam, & potestatem ædificandi, & faciendi &c.* conceditque illi facultatem ædificandi muros quosdam prope domum suam.

Petrus. An. 1233. hæc ait Richardus a S. Germano: *Mense Augusti ad mandatum Hectoris de Monte Fuscolo Justitiarii Terræ laboris apud Theanum prælati isti conveniunt in die ab eodem justitiario constituto, scilicet Casertanus, Calvensis, Calinen., Venafranus, Alifanus, & Nolanus, sed nullus eorum se molestiam, vel injuriam passum fuisse ab aliquo officialium conquestus est* & an. 1239. *Ipso mense Junii Samtagathen. & Calven. episcopi Romam vadunt missi ab Imperatore ad Cardinales, sed a Papa repulsi in regnum sine effectu redeunt.* Quinam Calvensis hic episcopus fuerit, neque Richardus explicat, neque Ughellius in descript. episcop. Calven. To. VI. col. 477. nu. 4. Credimus eum appellatum Petrum ex oppido S. Eliæ ditionis Cassinensis, atque patruum fuisse Pauli episcopi Calinensis, nam in regesto primo Bernardi Abbatis p. 285. a t. hoc instrumentum legitur. *In nomine domini nostri Jesu Christi anno incarnationis ejus millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, regnante domino nostro Carolo dei gratia Siciliæ rege magnifico, regni ejus anno XI. mense Septembris XIIII. die ejusdem mensis, indictione quarta. Nos Bernardus dei gratia Cassinensis humilis Abbas attendentes devotionem vestram venerabilis pater domine Paule de S. Helia dei gratia episcope Calinensis, quam vos, & progenitores vestri habuistis, & habetis ad nos, & monasterium Casinense, nec non & largitatem vestram quam nobis pro parte ejusdem monasterii fecistis de palatio vestro, & domibus eidem palatio adjacentibus sitis in castro S. Heliæ propo ecclesiam S. Blasii de consensu, & voluntate fratrum nostrorum, nobiscum habendo magistrum Riccardum de Berlenger. judicem, & advocatum Cassinensem damus, concedimus, adque tradimus vobis prædicto domno Paulo episcopo Calinensi, quasdam domos nostras cum turri sitas in castro S. Heliæ propo ecclesiam S. Petri consistentes tam extra muros, quam juxta muros ejusdem castri cum modico orticello juxta domos, & muros prædictos, quas domos olim tenuit quondam domnus Petrus episcopus Calvensis patruus vester, quæ ad nos, & monasterium Casinense per ejus obitum per excadentiam devenerunt, quarum domorum jus, & actionem competens, & competentem Adenulfo de Pisana patruo vestro idem Adenulfus nobis cessit, dedit, & tradidit, quæ domus cum horticello prædicto habent hos fines, a prima parte viam publicam, a secunda murum dompnicum, & domum Bartholomæi Johannis de Alberico; a tertia domum Adenulfi de Alexio; a quarta domum heredum domni Johannis, hiis finibus ipsas domos cum orticello prædicto, & edificio turris prædicta, cum omnibus juribus, rationibus, & condicionibus suis vobis prædicto domno episcopo, & he-*

re-

redibus vestris in perpetuum damus, concedimus, & tradimus, sicut eas tenuit supraseriptus Petrus quondam Calvensis episcopus patruus vester ad habendum, tenendum, & possidendum, & faciendum exinde quicquid vobis placuerint. Obligantes nos, & posteros nostros prædictas domos cum edificio prædicta turris, & orticello prædicto defendere, & antestare amodo, & semper ab omnibus hominibus, omnibusque partibus &c.

Paulus. Paulus Frater Johannis Laboratoris episcopus Calinensis fuit, ut mox allato instrumento constat, atque alio in eodem Bernardi regesto I. p. 285. quod sic incipit. *In nomine domini nostri Jesu Christi anno incarnationis ejus 1275. regnante domino nostro Carolo dei gratia Siciliæ rege magnifico, regni ejus anno XI. mense Septembris XIV. die ejusdem mensis indictione 4. Nos Paulus de S. Elia dei gratia episcopus Calinensis pro reverentia, & devotione, quam habuimus, & habemus ad sacrum monasterium Casinense, & ad personam vestram venerabilis pater domine Bernarde dei gratia Cassinensis Abbas, &c.* Dono dat palatium cum contiguis domibus S. monasterio Cassinensi. In eodem regesto p. 286. confirmatio legitur cujusdam prædii a Bernardo Abbate eidem Paulo concessi die 14. Decembris ejusdem anni, quo liquet, Paulum fuisse filium Johannis Laboratoris, Fratremque Nicolai; & pag. 287. extat instrumentum eodem anno, die, ac mense stipulatum a notario Abraimaute Sangermanensi, cui alterum insertum est factum a notario Nicolao de Theano, emptionemque plurium bonorum, quæ domibus, pistrinis, prædiis, colonisque constabat, continet; ea emerat memoratus episcopus a Nicolao Pagano milite Theanensi, cumque illa in oppido Terruculi ditionis Cassinensis essent sita, tertia pretii pars Cassinatibus cedebat, quam se habuisse fatetur Bernardus. Pluribus aliis in locis ejusdem episcopi mentio est, presseque de eo agit Ughellius in descript. episcop. Calinen. col. 468. num. 9.

Paulus alter. Avunculum habuit ejusdem nominis Canonicum Bajocensem hic episcopus, ut patet ex Bernardi mox allata concessione. De eo agit Alexander IV. in bulla data *Neapoli IX. Kal. Januarii Pontificatus nostri anno primo* hisce verbis. *Cum igitur sicut dilectus filius Magister Paulus de S. Helia Canonicus Bajocensis ex parte vestra proposuit caram nobis &c.* Lege Diss. I. in qua invenies præfatam Bullam.

IX.

MONASTERIA, ET NOSOCOMIA,

A CASSINATIBUS HOC SÆCULO

Constructa, vel illis dono data.

Monasterium S. Mariæ de Wirgiottis. ANno 1206. Benedictus Cardinalis S. Susannæ S. Sedis apostolicæ legatus in partibus Romaniæ Cassinatibus concessit celebre monasterium S. Mariæ de Wirgiottis duobus lapidibus Constantinopoli dissitum, quod Græci Monachi incolebant, hoc diplomate ex autographo in archivo: *Benedictus dignatione divina tituli S. Susannæ presbyter cardinalis apostolicæ sedis Legatus. Venerabili in Christo fratri Roffrido dei gratia tit. St. Petri, & Marcellini presbytero cardinali, & Cassinensi Abbati, & conventui ejusdem salutem in domino sempiternam. Quoniam secundum apostolum ille præcipue ad episcopatus officium est eligendus, qui novit domui suæ bene præesse: incumbit nobis, qui onere legationis premimur in imperio Romaniæ summa cum providentia præcavere, ut ea, quæ nobis sunt commissa, provide dispensemus. Hinc est, quod postquam placuit Altissimo de secreto atque inæstimabili suo consilio imperium Romaniæ ad manus reducere latinorum, & multa persona religiosa venerunt ad has partes pro beneficiis impetrandis dignum non immerito arbitramur, ut domui beatissimi Benedicti qui primus fuit Monastici ordinis Institutor, & Pater extitit omnium Monachorum de beneficiis hujus imperii larga beneficia conferamus, ut nomen beatissimi Benedicti declaretur in partibus Orientis, qui partes occiduas illustravit suis meritis & doctrina. Ex propter venerabiles in Christo Fratres considerantes devotionem, quam ad Romanam ecclesiam tamquam ad specialem matrem vos habere cognoscimus, & ut obedientia Romanæ ecclesiæ magis per vos augeatur in Imperio Romaniæ, monasterium S. Mariæ de Virgioti extra civitatem Constantinopolitanam infra duo miliaria situm cum universis pertinentiis suis, rationibus, & proprietatibus authoritate legationis, qua fungimur in imperio Romaniæ vobis, & per vos ecclesiæ vestræ Cassinensi monasteria concedimus, ita tamen ut graci Monachi commorantes ibidem per vos non expellantur; quam ecclesiam ne aliquis in futurum valeat vobis super donatione nostra præsumptione qualibet perturbare, vobis, & ecclesiæ vestræ eadem legationis auctoritate qua fungimur confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ concessionis, & confirmationis paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem contra hoc temere attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis dei, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Constantinopoli sexto Kalendas Martii, anno domini MCCVI. indictione nona.*

Ex verbis tamen Benedicti ne inferas S. Benedicti nomen haud notum Orientalibus fuisse; nam præter insigne monasterium S. Mariæ de Latina Hierosolymis ab Amalphitanis constructum, & Cassinatibus subditum, parthenon quoque ordinis nostri ibi erat, Cluniacensium cœnobium in Valle Josaphat, quatuorque alia, teste Jacobo de Vitriaco Hist. Occul. cap. 28. hisce verbis. *In ecclesiis, seu Monasteriis de Latina, & Valle Josaphat sunt Abbates cum Monachis nigris secundum regulam beati Benedicti domino servientes. In Bethania vero, quæ est castellum Mariæ, & Marthæ, & Lazari fratris earum, & distat ab Jerusalem stadiis quindecim ultra montem oliveti, in declivo ejusdem montis est Abbatia S. Lazari in qua est Abbatissa nigra, & moniales, S. Benedicti regulam, & institutaprofitentes. Ejusdem autem ordinis, & professionis est Abbatia S. Annæ genitricis matris Domini juxta portam, quæ dicitur Josaphat juxta Probaticam Piscinam sita, in quo loco beata Virgo Maria nata fuisse perhibetur, in qua est Abbatissa cum Monialibus nigris. Abbatia insuper S. Mariæ Monialium in Jerusalem cum Abbatissa, & Monialibus nigris sub S. Benedicti regula deo servientibus tamquam*

cella

nella aromatica, sanctis, & castis, & deo devotis personis erat referta, quæ religionis distinctionem, vitæ honestatem, & caritatis fervorem nulla compellente adversitate, vel paupertate retinuerunt. Denique in monte Thabor, addit idem author, est Abbatia nigrorum Monachorum sub Metropolitano Nazarenæ. Et Mabillonius To. V. Annal. p. 429. subdit. *Certe Boamundus Antiochiæ princeps ex Normannis, testante Orderico lib. 10. p. 779. quædam monasteria, ex quibus crudeles Turci religiosos habitatores fugaverant, monachis, seu clericis assignavit, eisque amplissimas possessiones liberaliter tribuit, ut secundum Latinitatis usum divinæ majestatis servitium persolverent. Quin etiam indigenæ Monachi sua sponte ritus Latinos susceperant, & Cluniacensi Congregationi se addixerunt, qua de re Petrus* Venerabilis gratulatorias eis litteras scripsit, quod non solum communi fide, non solum Monastica professione, sed insuper Cluniacen. Ordinis, seu norma, sollicita observatione ipsius corpori nuper uniti fuissent, ut per quemdam illorum resciverat. Eodem fere tempore Amalricus rex Jerosolymorum, ut suo loco dicemus, litteras ad Alexandrum papam tertium misit, postulans, ut Cluniacenses Monachos institueret in Palmarea monasterio, pæne in solitudinem redacto.* Vid, Menardus de origine, & incremento ordinis S. Benedicti p. 868. & seqq. ubi inter alia demonstrat, S. Bononium Abbatem Locedesis in diœcesi Vercellensi an. 1026. mortuum plura in Ægypto Monasteria ædificasse,

* Pet. Ven. lib. 4. ep. 44

Monasterium hoc S. Mariæ de Wirgioti Cassinatibus confirmavit Honorius III. Pontificatus sui anno I. atque anno septimo ejus cœnobii Monachis scripsit, quam erga illos obedientiam reverentiamque exhibere deberent, quos Abbas Cassinensis ad eos misisset. En ejus diplomata, ex autographo in Archivo desumpta. *Honorius episcopus, servus servorum dei. Dilectis filiis Abbati, & conventui Cassinensi salutem, & apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod justum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum producatur effectum. Cum igitur bonæ memoriæ Benedictus tituli S. Susannæ presbyter Cardinalis, legationis exercens officium in partibus Romaniæ, Monasterium S. Mariæ de Virgioti extra civitatem Constantinopolitanam infra duo milliaria situm, cum universis pertinentiis suis rationibus, & proprietatibus auctoritate legationis ejusdem vobis, & per vos monasterio concesserit Casinensi; ita tamen, quod Monachi Græci commorantes ibidem per vos inde nullatenus expellantur, sicut in ejusdem authentico perspeximus plenius contineri; Nos vestris justis precibus inclinati concessionem ipsam sicut proinde facta est, ratam habentes, authoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis dei, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Anagniæ XIII. Kalendas Junii, Pontificatus nostri anno primo.* Adest sigillum plumbeum &c.

Honorius episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis Abbati, & conventui ecclesiæ S. Mariæ de Virgiotis salutem, & apostolicam benedictionem. Qualiter bonæ memoriæ B. tituli S. Susannæ presbyter cardinalis in partibus Romaniæ apostolicæ sedis Legatus ecclesiam vestram monasterio contulerit Casinensi, cujus concessionem authoritate duximus apostolica confirmandam, vestra, sicut credimus, discretio non ignorat: Inde est, quod universitatem vestram monemus attentius, & hortamur, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus illos, quos dilecti filii Abbas, & conventus dicti monasterii ad partes vestras duxerint destinandos recipientes honeste, & honorifice pertractantes, illorum monitis, & mandatis obediatis humiliter, & devote. Datum Laterani XV. Kal. Decembris, Pontificatus nostri anno septimo. Adest sigillum plumbeum &c.

Vassallis quoque ejusdem cœnobii scripsit, ut Diss. I. dicemus.

Bernardus Abbas presbyteris, populoque S. Pauli de Cervario facultatem concessit, ut diximus, quod aliam eidem Sancto dicatam in decentiori loci ecclesiam construerent, cujus ipse primum lapidem ponere deberet, facto tamen in priori cœmeterio, relictoque ibidem Sacello S. Mauri, ut hisce literis apparet, quarum autographum in Archivo nostro extat. *Bernardus dei gratia Cassinensis humilis Abbas archipresbytero, rectori ecclesiæ S. Pauli, clero, & universo populo castri nostri Cervarii, nostræque diœcesis Casinensis dilectis filiis nostris salutem in domino sempiternam. Quoniam ad nostrum spectat officium, ut reparationem debitam assequantur, quæ nobis subsunt ecclesiæ ruinosæ, & quæ in minus decenti loco consistunt, locum habiliorem nostro assensu valeant obtinere, ut conservetur, & permaneat domus dei suo perpetuo in decore, vestris clementer supplicationibus annuentes, quia vidimus oculis nostris supradictam ecclesiam S. Pauli, sitam in villa dicti castri nostri Cervarii, certo certius minari ruinam, & in minus decenti loco secundum dispositionem modernam a sua fundatione constructam fuisse, concedimus vobis, ut ecclesiam in honorem B. Pauli, sicut prima fuerat ædificata, vel melius si poteritis in loco vicino vid. in quadam terra, quæ de novo data est dictæ ecclesiæ pro opere supradicto, quæ est juxta viam publicam juxta terram Pauli de Rangarda, juxta terram notarii Hieremiæ, vobis libere liceat construere, ac erigere secundum vestram possibilitatem, ut decentius, & melius poteritis, & vestræ suppetunt facultates, quia & nos in propria persona, domino auctore, primarium lapidem intendimus in fundamentis apponere, ad hujus pii, & S. operis perpetuam firmitatem, statuentes ut dicta ecclesia de novo ædificanda ex nunc, & in perpetuum omnia jura, & rationes quas prior ecclesia S. Pauli hactenus habuit, & possedit, & quæ imposterum dante domino canonice poteris adipisci, & sicut prima habebat, teneat, utatur, & possideat libere, pacifice, & quiete, adiicientes, ut in primo ecclesiæ loco, in quo cimiterium fieri decrevimus, & mandamus in honore beati Mauri patris nostri remaneat capella officianda per clericos ecclesiæ S. Pauli. Ad hujus autem rei memoriam, & robur perpetuo valiturum præsens concessionis nostræ scriptum exinde fieri mandavimus bulla nostra plumbea communitum. Actum in monasterio Cassinensi in anno domini 1271. mense Junii tertio die ejusdem Mensis, indictione quartadecima.* Locus † plumbi pendentis, in cujus uno latere impressa est media S. Benedicti imago,

Ecclesia S. Pauli de Cervario.

cum

cum inscriptione *S. PATER BENEDICTUS*, & altero *BERNARDUS ABBAS CASSINENSIS*. Pro hujus ecclesiæ presbyteris decrevit Roffridus Abbas, ut baptizare infantes possent, omnibus parochianis suis ecclesiæ sacramenta ministrare absque ulla ab ecclesia archipresbyterali dependentia, hac sententia, quæ ab Innocentio III. confirmata est hac bulla. *INNOCENTIUS episcopus servus servorum dei. Dilectus filiis clericis S. Pauli de castro Cervarii salutem, & apostolicam benedictionem. Ea, quæ auctoritate apostolica ratione prævia statuuntur, ne in recidiva quæstionis scrupulum relabantur, Apostolico sunt munimine fulcienda. Ex litteris siquidem dilecti filii Roffridi tituli SS. Marcellini, & Petri presbyteri cardinalis Cassinensis Abbatis, nuper accepimus, quod cum olim causam, quæ vertebatur inter vos, & ecclesiam S. Mariæ de castro Cervarii super baptismate, de communi assensu partium ipsi duximus committendam, idem, visis utriusque partis rationibus, & plenius intellectis pro vobis sententiam promulgavit clericis prædictæ ecclesiæ S. Mariæ firmiter inhibens, ne vobis molestiam, vel gravamen inferrent, quo minus pueros parochianorum vestrorum libere baptizare possetis, cum vestra ecclesia ipsi ecclesiæ S. Mariæ in nullo subjaceat, & ideo parochiani in ecclesia vestra cætera percipiant ecclesiastica sacramenta. Nos igitur quod a prædicto Abbate factum est, ratum habentes, sententiam ipsam, sicut rationabiliter lata est, nec legitimæ appellationis remedio sublevata, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis dei, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Laterani quinto Kal. Decembris pontificatus nostri anno primo.* Extat hactenus hæc parochia, in eaque plures presbyteri, & clerici divina officia quotidie celebrant.

Ex originali in Archivo.

Presbyter Leonardus Infante in oppido S. Eliæ proprioque in fundo, atque expensis suis ædificavit ecclesiam parochialem S. Mariæ, quam pluribus latifundiis, libris, ornamentisque ecclesiasticis dotavit, jussitque, ut ejus rector a clericis eligeretur. Eam vero dono dedit, ut ipse loquitur, *Deo, & matri meæ ecclesiæ Cassinensi salvo, & reservato jure patronatus in ipsa ecclesia nepotibus, & heredibus meis, &c. & heredibus eorum legitimis masculini sexus, &c.* deque Rectore agens ait: *Et ipsius doctrina clerici, qui sunt vel erunt electi, & statuti per prædictum rectorem; & patronum ejusdem ecclesiæ instruantur, & moribus decorentur, ad cujus petitionem dicti clerici de mandato Abbatis, seu sacristæ Cassinensis ordinentur &c.* Plura pro anima sua aliisque celebranda sacrificia determinat, aliaq; pie legat ecclesiæ Cassinensi, & S. Eliæ. Ex ejus Testamento aliqua hic dabimus. Illud petentibus rectore, & clericis ejus ecclesiæ, confirmatum est, quibusdam conditionibus a Bernardo Abbate an. 1273. hisce literis, in quibus testamentum insertum est, ex ejus regesto I. p. 231. a t.

Et S. Mariæ in S. Eliæ.

In Nomine domini nostri Jesu Christi. Anno incarnationis ejus 1273. &c. mense Septembris decimo quinto, die ejusdem mensis indictione secunda. Profitemur nos Bernardus dei gratia Cassinensis humilis Abbas vos domnum Leonardum archipresbyterum castri Cardeti, ac rectorem ecclesiæ S. Mariæ novæ de S. Helia, & clericos ipsius ecclesiæ fideles nostros repræsentasse nobis quoddam publicum Instrumentum continens testamentum, seu ultimam voluntatem quondam presbyteri Leonardi filii quondam Petri infantis de S. Helia, quod. vidimus, & legimus de verbo ad verbum per omnia continentia talis. In nomine domini nostri Jesu Christi anno incarnationis ejus 1250. regnante domino nostro Federico dei gratia Romanorum imperatore semper augusto, Herusalem, & Siciliæ rege, mense Junii, decimo septimo die ejusdem mensis, indictione octava &c. Ego presbyter Leonardus de S. Helia in decrepita ætate constitutus, metuens mihi mortis periculum imminere, nolens bona mea ad aliquos ipsis indignos pervenire, metuens etiam, ne de ipsis bonis aliqua oriatur materia jurgiorum, consulens saluti animæ meæ, ac parentum meorum; & successorum meorum concordiæ, nolens decedere intestatus, sana mente, licet gravatus corpore in præsentia magistri Petri de Ota judicis & advocati Cassinensis Stephani publici monasterii Cassinensis, & civitatis S. Germani notarii, & testium subscriptorum ad hoc specialiter rogatorum tale facio testamentum. In primis ecclesiam S. Mariæ novam, quam meis sumptibus in proprio fundo construxi, & labore multo quondam Gentilis Fratris mei pro remissione peccatorum meorum, & ipsius, ac meorum parentum, do, & offero deo, & matri meæ ecclesiæ Cassinensi, salvo, & reservato jure patronatus in ipsa ecclesia nepotibus, & heredibus meis, scilicet Johanni infanti, Dominico, Mauro, Riccardo, & Raynaldo, & heredibus ipsorum legitimis masculini sexus, ita quod de ipsis qui digniores communi fama apparuerint sint patroni ipsius ecclesiæ. In qua ecclesia volo, statuo, & desidero, quod sit perpetuus rector electus per clericos ejusdem ecclesiæ, & approbatus per prædictos patronos, per quem dicta ecclesia substentetur, & divino cultu perpetuo gubernetur, & ipsius doctrina clerici, qui sunt, vel erunt electi, & statuti per prædictum rectorem, & patronos ejusdem ecclesiæ instruantur, & moribus decorentur, ad cujus petitionem dicti clerici de mandato Abbatis, seu sacristæ Cassinensis ordinentur. Cui ecclesiæ relinquo post mortem meam ad honorem dei, & beatæ Mariæ semper virginis, nec non beati Dominici patroni domus meæ pro exercendis divinis, ita quod nullo modo alienentur, vel auferantur, videlicet: libros istos, sacramentarium, evangelistarium, epistolarium, psalteria duo, hympnaria duo, cum lectionario uno, breviaria de nocte duo, antiphonaria duo de die, & duo de nocte, bibliam unam, homeliam quadragesimalem unam, passionarium unum totius anni; homeliam Bruni totius anni, orationale unum, canticam unam cum legendis beatæ Virginis, & quorumdam sanctorum. Item planetas tres de serico, & dyalmaticam, & tunicam de serico, cum alio apparatu ipsorum, pannos de altari tres de seta. Præterea relinquo dictis clericis residentibus statutis per prædictum rectorem, & patronos in dicta ecclesia S. Mariæ nova terram, ubi dicitur canale &c. Sequitur descriptio aliorum bonorum, & postea: *Item Johanni Infanti nepoti meo relinquo terram meam, &c. tali modo, quod ipse teneatur annuatim in meo anniversario reddere ecclesiæ S.*

notai

Maria nova tarenos aureos quatuor, & dicti clerici in anniversario meo faciant dignam commemorationem pulsatis campanis, & factis vigiliis, mane similiter pulsatis campanis celebrent divina, & orent pro me, & omnibus meis defunctis &c. Item palatium meum conjunctum eidem ecclesia S. Maria juxta viam publicam relinquo rectori, & clericis suprascripta ecclesia S. Maria, &c. Item Rainaldo Infanti relinquo terram ad vadum viridarii, qui fuit dompna Tuscana pro bono servitio, ita ut reddat annuatim ecclesia S. Dominici pro animabus parentum, & Fratrum meorum tarenos Amalphitanos duos, & clerici ipsius ecclesia faciant commemorationem pulsatis campanis, & factis vigiliis: mane vero pulsatis campanis, celebrent divina, & orent pro meis omnibus defunctis. Item relinquo suprascriptis nepotibus, & heredibus meis clausuram ad viam Franciscam, ita quod reddant inde annuatim in anniversaria meo rectori, & clericis ecclesia S. Maria tarenos aureos quinque, ut faciant commemorationem sero pulsatis campanis, & factis vigiliis, mane vero pulsatis campanis, celebrent divina, & orent pro me, & omnibus meis defunctis &c. In primis de oleo candela vitrea emantur, & horis competentibus illuminentur, & repleantur, unam tantum lampadem ante altare majus gloriosa virginis specialiter deputa quam semper ardere volo. De hoc etiam thus ematur, & cera ad servitium ecclesia, itaquod in ipsa ecclesia semper legatur, & cantetur cum candelis de cera confectis, & de hac etiam cera fiant candela in festo Purificationis pro populo, de quibus sex brachia dentur patronis ipsius ecclesia in recognitione jurispatronatus. Volo etiam, quod de cera, qua obveniet ipsi ecclesia fiant dua facula trium librarum tribus vicibus in anno, scilicet in Nativitate, in Resurrectione Domini, & in Assumptione B. Virginis, ponenda ad majus altare ipsius, qua accendantur Dominicis diebus, & festivis ad missam, & quod de dicta cera decrit, suppleatur de illa, qua emetur de oleo &c. Proventus autem residui suprascriptorum bonorum inter clericos ipsius ecclesia juxta consuetudinem castri S. Helia dividantur, ita tamen quod rector habeat, & percipiat portionem pro duobus presbyteris, qui rector provideat Mansionario de omnibus proventibus, tam pro labore suprascripto, quam pro labore subeundo in ipsa ecclesia in pulsandis campanis, & aliis servitiis faciendis &c. Praterea volo, & desidero, ut in eadem ecclesia celebretur secunda Feria missa pro defunctis pro anima mea. Quarta Feria ad honorem S. Dominici patroni nostri. Sexta Feria ad honorem vivifica Crucis, & die Sabbati ad honorem beata Virginis, &c. Item volo, & firmiter dipsono, ut quicumque de nostris aquisitionibus habuerit, & possederit, solvat de ipsis integram decimam ecclesia S. Maria nova de vino puro, grano, ordeo, surica, mileo, & farris tantum. De patrimonialibus vero rebus ecclesia S. Dominici patroni nostri, de illis videlicet, da quibus non tenetur reddere decimam ecclesia Vallisluci. Item omnia bona mea mobilia plena jure, & libere relinqua Fratri Leonardo nepoti meo, ut ea det pro anima mea, una cum Johanne Infante, & Raynaldo nepotibus meis clericis S. Elia in die obitus mei duas uncias aureas. Item pro congregatione duas uncias aureas, pro septimo mediam unciam, pro tricesimo mediam unciam, pro centesima mediam unciam, pro anniversario in capite anni mediam unciam, & ad dandum bonum exemplum, si eis placuerit, pulsatis campanis, fiat specialiter pro anima mea, & omnium fidelium defunctorum digna commemoratio. Item volo, quod septimo, trigesimo centesimo die in anniversaria primi anni, quolibet die istorum det idem Frater Leonardus pauperibus panicellos confectos de duobus quartis frumenti. Item ecclesia Cassinensi pro refectione Fratrum in die obitus mei uncias aureas duas. Item ecclesia Vallelucis mediam unciam, ecclesia S. Matthei de servis dei mediam unciam pro aliquo utili opere expendendam per manus Fratris Leonardi, ecclesia S. Dominici unciam unam pro aliquo utili opere, & clericis ipsius ecclesia tarenos Amalphitanos sex, aliis vero ecclesiis videlicet S. Blasii, S. Petri, S. Cataldi, S. Michaelis, S. Maria de majoribus, S. Nicolai, S. Johannis de Viridario, S. Elia, S. Martini de Monte Montano, & S. Salvatoris dentur quatuor tareni Amalphitani cuilibet scilicet ipsarum quatuor. Item ecclesia S. Maria de Cappella, ecclesia S. Honuphrii, ecclesia S. Maria de Ranello, ecclesia S. Maria de Pesciuso, cuilibet scilicet tarenos Amalphitanos duos. Praterea ecclesia Capuana unciam auream unam, & ibi scribatur nomen meum in Matricula. &c. Cumque vos pradicti Archipresbyter castri Cardeti, ac rector dicta ecclesia S. Maria nova, & clerici ipsius ecclesia nobis humiliter supplicaveritis, pradictam ordinationem, & dispositionem supradicti quondam presbyteri Leonardi de S. Helia de pradictis bonis & redditibus eidem ecclesia ab eo legatis sicut in pradicto instrumento dicti testamenti continetur, juxta votum ipsius testatoris per nos ipsi ecclesia de speciali gratia confirmari. Nos habito, & deliberato super hoc consilio diligenti, de consensu subscriptorum fratrum nostrorum habendo nobiscum magistrum Riccardum de Berlenger. judicem, & advocatum Cassinensem, quia invenimus infrascripta bona dictam ecclesiam S. Maria nova in demanio possidere pradictam donationem quantum ad ista ratam, & firmam habemus, & eam ex certa conscientia confirmamus, statuentes ut nec decima, nec aliud exigatur ab infrascriptis possessionibus, quamdiu clerici ejusdem ecclesia tenuerint pradicta bona in demanium, & ad manus suas nulli alteri concessa, donata, vel sub quacumque conditione locata, nam si contingeret ipsos clericos dicta ecclesia S. Maria nova partem, vel totum ipsarum possessionum alicui concedere, ut est dictum, tam decimas, quam omnia alia jura, qua debent communiter possessiones hominum S. Helia secundum declarationem nostram, & sententiam in ipsos per nos latam nobis, & monasterio integre possidenda, & capienda reservamus specialiter, & expresse. Possessiones vero quas dicta ecclesia nunc tenet in demanio sunt ista: Terra una ubi dicitur canale &c. Sane quia privata voluntas testatoris generalem constitutionem canonis, non invertis quod prafatus testator expressit de decimis eidem ecclesia de quibusdam rebus solvendis, & reddendis nec ratificamus, nec ratum habemus sed potius reprobamus, easdem Decimas matrici ecclesia Cassinensi decernentes reddendas juxta distinctionem sententia, quam super statu castri S. Helia tulimus habitam, & expressam, quam sententiam, seu mandatum volumus permanere pradicto testamento non obstante in sua robore firmitatis &c. Leonardus hic filius erat Petri Infantis a S. Elia, ut constat cujusdam

dam pistrini renovatione rectori, & clericis ejusdem ecclesiæ facta a Bernardo Abbate eodem anno die 15. Septembris, quæ in cit. regesto p. 234. extat. Superest hactenus ecclesia hæc parochialis, cujus rector ob extinctam Infantiam gentem, libere eligitur. Paucis ab hinc annis iterum ædificata est hæc ecclesia, melioremque in formam redacta, ut sequioribus sæculis dicemus.

Coenobia S. Francisci apud S. Germanum.

Landulphus Abbas, ut suam erga S. Franciscum Assisinatem devotionem ostenderet, utque simul jussis sedis apostolicæ pareret, construxit in S. Germano ecclesiam ejusdem S. Viri nomini Sacram, loco, qui modo vulgo: *il lergo di Rapido:* ob Fluminis vicinitatem dicitur; illamque Monachorum consensu Fratribus Ordinis S. Francisci concessit, quibusdam additis legibus, ut hisce litteris constat.

In nomine domini nostri Jesu Christi anno incarnationis ejusdem millesimo ducentesimo trigesimo regnante domino nostro Federico dei gratia Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem, & Sicilia rege mense Julii, quinto die ejusdem mensis, indictione quarta. Profitemur nos Landulfus dei gratia Cassinensis Abbas, quoniam ex pia mentis devotione, & intentione, & ob reverentiam Sedis apostolica, qua de hoc nobis scripsit, construendam duximus capellam in territorio S. Germani in terra, qua est prope Monticellum S. Nicolai in honorem beati Francisci gloriosi confessoris, in qua Ordo Fratrum Minorum præsentium, & futurorum, qui ibidem commorabuntur, digna vota deo laudum & orationum persolvat. Quam utique cappellam nostram sibi Fratri Leonardo ejusdem ordinis ibi custodi, & futuris custodibus ejusdem Ordinis de consensu, & voluntate Cassinensis conventus custodiendam, & regendam committimus. Ita quidem quod cimiterium vel sepulturam ibi non habeatis, nec aliquem sepeliendum recipiatis ibidem, nisi eos, quos de ordine vestro ibi mori contigerit. Si qua vero ex devotione fidelium in morte, vel in vita eidem cappella nostra fuerint relicta, vel oblata ad manus, & potestatem nostram deveniant, exceptis cera, oleo incenso, & pannis pro altari, qua sint ipsius cappella nostra, & si qua mobilia offerentur ibi pro necessitatibus Fratrum Minorum ibidem morantium usibus eorum cedant pro suis alimoniis, & vestimentis. Immobilia vero si qua fuerint eidem loco relicta, vel oblata in potestate nostra, & dispositione consistant, Tibi suprascripto Fratri Leonardo, vel Fratribus minoribus præsentibus, & futuris interdicta licentia, & potestate, terminos ipsius loci ad usum proprium excedere, qui fines sunt ab una parte flumen, ab alia parte locus infirmorum, & ab alia via publica. Et si aliquo tempore Fratres ibi commorantes contra hec, qua dicta sunt, facere præsumpserint, liceat nobis, & successoribus eandem cappellam nostram pro voluntate nostra ordinare, scituri, ipsos qui hoc facere præsumpserint, se ex præsenti tempore per hanc sententiam nostram privatos esse jure ipsius oratorii. Unde ad Monasterii nostri cautelam, & futuri temporis memoriam, hoc exinde publicum instrumentum per manus Stephani nostri, & civitatis S. Germani notarii scribi mandavimus nostra subscriptione roboratum. Acta in supraseripta Civitate S. Germani. Ab eo tempore Fratres ejusdem Ordinis eundem incoluere locum magna populi utilitate, modicumque censum quotannis cœnobio nostro persolvunt.

Domus Templariis data.

Jussu etiam apostolicæ sedis domum quandam in S. Germano Templariis concessere Cassinates ea lege, ne ecclesiam, vel Oratorium ibidem construerent, ut hac Alexandri III. bulla constat confirmata ab Honorio III.

Ex originali in Archivo.

Honorius episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis . . Abbati, & conventui Cassinensi salutem, & apostolicam benedictionem. Litteras felicis recordationis Alexandri papa prædecessoris nostri nobis in hunc modum recepimus præsentatas. Alexander episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis P. Abbati, & conventui Cassinensi salutem, & apostolicam benedictionem. Ex vestra transmissa relatione, & dilectorum filiorum nostrorum Fratrum militia templi confessione innotuit nobis, quod eis domum quamdam apud S. Germanum nostrarum precum intuitu concessistis, ea conditione adjecta, ut ecclesiam, vel Oratorium construere apud eam non possint, neque possessiones hominum vestrorum in monasterii dispendium emptione, vel dono lucrari. Volentes itaque providere, ut de concessione, qua ad preces apostolicas facta est, nullum ecclesia vestra imposterum præjudicium patiatur; conditionem concessioni adiectam Apostolica auctoritate censemus inviolabiliter futuris temporibus observandam. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostra confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis dei, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Tusculani XIII. Kalendas Octobris. Nos igitur quod a dicto prædecessore nostro factum est in hac parte ratum, & firmum habentes, illud apostolica auctoritate confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostra confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis dei, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Laterani XII. Kalendas Decembris, Pontificatus nostri anno septimo. Adest sigillum plumbeum &c.

Bernardus Abbas S. Thomæ de Aquino, & fratri Trojano ex Ordine Prædicatorum, qui sibi familiaritate erant conjunctissimi, facultatem concessit ædificandi apud S. Germanum ecclesiam, & conventum Ordinis sui hisce litteris ex suo regesto I. p. 63. a t.

Universis Christifidelibus præsentes litteras inspecturis Bernardus Dei gratia Cassinensis humilis Abbas, & conventus Cassinensis salutem in domino sempiternam. Licet beatissimus pater noster Benedictus principaliter fuerit monastica legis lator, & pater specularis omnium monachorum, in sua tamen fundamentis doctrina nec non & conversationis exemplis omnium religionum edificia sua jacuerunt fundamenta, & specialiter ordo a beato institutus Dominico, qui & si ad prædicandum populis sit principaliter institutus, monasticum tamen nec habitum deserit, nec conversationis insignia derelinquit, qui & munere paupertatis præpollens, mundi amatores libera voce castigat, & contra incredulorum versutias sacra pagina jaculis, cujus est assiduus perscrutator arcu prædicationis corda sagittat eorum, ipsos ad fructum pa-

nitentia compungendo. Hunc igitur ordinem universali ecclesiæ necessarium, nobis non disparem, nec a religionis nostræ semitis deviantem nobis libenter adstringimus, nobis & unimus non tantum vinculo charitatis, sed & loci propinquitatis honore. Hinc est, quod nos præfato Prædicatorum ordini, ob honorem dei, & ven. viri Fratris Thomæ de Aquino, ac religiosi viri Fratris Trojani de eodem Prædicatorum ordine carissimorum amicorum nostrorum promerente dilectione edificandi domum, & ecclesiam in civitate nostra sancti Germani conventui Fratrum Prædicatorum convenientem in loco, quem ibidem habere poterint salvo monasterio nostro censu annuo in quo esset onerata possessio, quam dante Domino, aquirent ibidem, liberam concedimus facultatem. Et ad concessionis hujusmodi perpetuam firmitatem præsens littera sigillorum nostrorum munimine roboratur. Datum in Monasterio nostro Cassinensi anno domini MCCLXX. vigesimo septimo die Decembris XIII. indictione, apostolica sede vacante.

Luceotius refert hanc epistolam To. I. Ital. Sac. col. 856. & seqq. subditque: *Ad hæc mentem si convertat lector, noverit illustrissimum Dominicanorum Ordinem peculiari quodam propagationis nexu vera charitatis fœdere monastico associatum, ut in eum diffluere etiam voluerit Bernardus Abbas sui archisterii spiritualium bonorum communionem, ut ex his verbis clarissime deprehenditur.* Hunc igitur Ordinem universali ecclesiæ necessarium, nobis non disparem, nec a religionis nostræ semitis deviantem nobis adstringimus, & unimus; &c. *Sua vero primordia, & sanctæ prædicationis spiritum quibus hauserit a monastico auspiciis Benedictino Cisterciensi, apparet apertissime ex iis, quæ enarrant præclarissimi scriptores, & præfatus Mauriquez To. III. Annal. Cistercien. seu ecclesiasticorum ad an.* 1207. *c.* 1. *nu.* 4. Quod exemplis, pluriumque scriptorum authoritatibus demonstrat.

Parthenon Plumbariolæ.

Monasterium jam olim apud Plumbariolam a S. Scholastica ædificatum, restauratumque a Thasia & Ratrude S. Rachisii conjuge, & filia in solitudinem iterum abierat, cum an. 1278. Bernardus Abbas ecclesiam S. Petronillæ concessit D. Angelo ex Monacho Cassinate Abbati S. Laurentii de Aversa, & Jacobo militi ejus nepoti, quo ibi cœnobium Sanctimonialium magnifice dotatum construerent, in illudque omnem jurisdictionem exerceret Angelus quoad vixisset tantum, ut hisce literis constat ex regesto Thomæ Decani p. 89.

In nomine domini nostri Jesu Christi amen. Anno incarnationis ejus millesimo ducentesimo septuagesimo octavo, &c. Mense Augusto, die vicesimo septimo ejusdem mensis, indictione sexta. Suadet equitas, consonat ratio, & Justitia suffragatur, ut adjuncta petitioni pietas, & petitio pietati, benivolum inveniat auditorem, & ut fines suos faciliter, & feliciter assequantur, hinc est, quod cum vos domne Angele venerabilis Abbas monasterii S. Laurentii de Aversa de monasterio nostro ad regimen ipsius Abbatiæ assumpte, & Jacobe de castro Plumbarola miles fidelis noster, patrue, ac nepos nobis Bernardo dei gratia humili Cassinensi Abbati supplicaveritis reverenter, ut ecclesiam nostram sanctæ Petronillæ sitam in castro ipso nudam, & nullam prorsus dotem habentem, quam in salutem animarum vestrarum, & remedium peccatorum in præsentiarum largiflua manu dotastis, locum religionis facere debeamus, in quo videlicet Abbatissa, & moniales reclusæ domino debeant perpetuo deservire, memores antiqui status, in quo juxta ipsum castrum monasterium fuisse dicitur, cui beata Scolastica soror patris nostri SS.mi Benedicti creditur præfuisse. Nos tam piis vestris supplicationibus annuentes statuimus, disponimus, & ordinamus, cum consensu, & voluntate totius nostri conventus, ut ecclesia ipsa in antea domus religionis esse debeat, & Abbatissam habere, ac sorores moniales reclusas ibidem Christo in perpetuum sub regulari observantia servituras, cui videlicet ecclesiæ hujusmodi privilegium de speciali gratia indulgemus, ut nullus obedientialis, vel officialis noster, seu successorum nostrorum, sive sit ecclesiastica, sive secularis persona jurisdictionem aliquam in ipsam valeant exercere, set personæ ibidem domino famulantes specialiter sub cura, et correctione nostra, & successorum nostrorum debeant omni tempore perdurare, nec nos etiam, vel successores nostri aliquid servitii ab eadem ratione personarum in ea consistentium obtam. visitationis, vel procurationis, aut alteram aliquam, seu rerum suarum, quas in præsenti possidet, aut in futurum poterit dante domino adipisci, vel alicujus impositi, seu imponendi honeris exigamus, exceptis quatuor libris de cera, quarum duas nobis, & successoribus nostris, alias vero duas eidem nostro conventui pensionis nomine, reservantes annuatim in festo ejusdem beatæ Petronillæ, persolvi volumus ab ecclesia memorata. Sane considerantes devotionem vestram, quam vos præfate domine Abbas erga nos, & idem Monasterium nostrum geritis, & habetis propter quod vos veneramur ut patrem, & tamquam fratrem, ac socium sinceræ dilectionis brachiis amplexamur, gratiam personæ vestræ non loco facere volumus specialem, ut videlicet toto tempore vitæ vestræ prædicta ecclesia in vestra consistere debeat potestate, videlicet Abbatissam, & sorores in ipsa instituendo, & destituendo, etiam si videritis expedire, ac de bonis, & rebus ejusdem disponendo ad libitum pro vestræ arbitrio voluntatis; post obitum vero vestrum, salva libertate prædicta libere ac solute ad nos, & prædictum nostrum monasterium cum Jurisdictione plenaria reducatur. Ut autem hoc nostrum statutum dispositio, & ordinatio, seu præmissa eadem a nobis concessa libertas robur optineant perpetuæ firmitatis, præsens exinde privilegium sibi fieri fecimus nostra, & Fratrum nostrorum subscriptionibus roboratum, necnon bulla nostra plumbea communitum. Quod tibi Tancredo nostro, & civitatis S. Germani notario scribi mandamus, & tuo solito signo signari. Quod scripsi ego Idem Tancredus publicus monasterii Cassinensis, & civitatis S. Germani notarius, & meo consueto signo signavi. Actum in monasterio Cassinensi. Ego qui supra Bernardus beati Benedicti successor indignus. Ego Frater Thomas Cassinensis Decanus. &c. Ejusdem Parthenonis mentio in nostro codice signato nu. 219. hisce verbis: *Bernardus Abbas Cassinensis hoc missale mittit sororibus monasterii nostri S. Petronillæ de Plumbarola, ut orent pro eo.* Et in Kalendario Mensium die 10. Maji recolitur: *Dedicatio S. Petronillæ de Plumbarola;* Et die 17. Jonii legitur: *Obiit Beatrix Abbatissa monasterii S. Petronillæ de Plumbarola anno Domini MCCCXV.* Et die 4. Augusti: *Obitus Abbatissæ Mariæ de Pignatario:* atque men-

se

se Octobris: *A. 1282. XI. indictione, obiit Angelus dei gratia Abbas S. Laurentii de Aversa.* Nostrumque Emortuale de eodem habet: *II. Id. Octobris obierunt &c. domnus Angelus sacerdos, & Abbas S. Laurentii de Aversa anno Domini 1282.* Die 22. Novembris in eodem missali recensetur: *Obitus Sororis Marotta Abbatissa monasterii S. Petronilla de Plumbarola:* Atque quolibet mense obitus quarumdam sanctimonialium aliarumq; personarum adnotatur. In eodem missali hæç leguntur: *Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo mense Decembris vicesimo octavo die ejusdem mensis, indictione quarta. Frater Actus episcopus Casertanus concessit, & dedit ecclesia hujus monasterii, hoc est in Festo S. Petronilla dies XXXX., in festo S. Benedicti dies XXXX. & in festo S. Scholastica dies similiter XXXX., & hoc concessum fuit per episcopum supradictum ad honorem & laudem beata Maria Virginis, & sancta Petronilla coram domino Fratre Placido Monacho Cassinensi, domno Jacobo de Plumbariols, domna Beatrice Abbatissa, & suis sororibus monialibus.*

Angelus episcopus, & Abbas Cassinensis Abbatissam hujus cœnobii instituit D. Johannam de Plumbarola, uti ex litteris in ejus regesto p. 11. a t. Paucos post annos dirutum hoc cœnobium una cum oppido Plumbariolæ ob bella quæ in regnum Neapolitanum invaserant, credimus.

Monasterium apud Ceccanū. Ab anno jam 1015. donata Cassinatibus fuerat ecclesia S. Marci evangelistæ, & S. Marcelli cum bonis pluribus in territorio Ceccani a piis viris Huberto Consule, & Duce, atque Amato Comite Campaniæ, quo ibi monasterium construerent, ut hoc diplomate patet ex regesto Petri Diaconi p. 143. a t.

In Nomine domini dei salvatoris Jesu Christi anno deo propicius pontificatus domni Benedicti summi pontificis, & universalis papa in sacratissima sede beati Petri apostoli anno tercio, Indictione undecima mense Januario die undecima. Quoniam certum est me Ubertus consule, & Dux filius Leonis, & Amatus inclitus Comes Campania offerimus & tradidimus, nulla nos cogente, neque contradicente, vel suadente, aut vim faciente, sed propria expontanea nostra bona volunta te in monasterio beati Benedicti de Monte castro Casino in quo sacratissimum corpus ejus humatum est, ubi domnus Atenolfus venerabilis Abbas praest, ecclesiam S. Marci evangelista, qua sita est inter fines de civitate Ciccanense in loco, qui vocatur Flagallanu cum pertinentiis suis ponitur a primo latero super vertice de colle, de alio latere planiciem, de tercio latere flumen, de quarto latere terram nostram infra suprascriptis lateribus suprascriptam ecclesiam S. Marci apostoli, & evangelista damus in monasterio S. Benedicti cum terra modiorum centum & alia terra modiorum centum in loco ubi dicitur colle de borium territorio Ciceanense ponitur a primo latero super verticem de ipsu colle cum aquam vivam, qua pisco vocatur. Ex alio latere subtus flumen ex alio latere fossatum qui vernis temporibus aqua decurrit ad modiu centum cum omnibus pertinenciis suis insimul cum aquimolum cum introitu, seu exitu sui positu in suprascripto flumine in ipso suprascripto colle de bolia, & alia pecia terra cum silva ad modia centum ubi dicitur casa Marcanu. Ab uno latero flumen ab alio latere terram nostram cum omnibus suis pertinenciis, & alia terra ad modia cc. posita inter has fines cum ecclesia S. Marcelli, ad monasterium faciendum ad honorem dei & S. Benedicti, & obligo me, & meos heredes hanc cartulam inviolabiliter imperpetuum conservare, quod si hoc non observaverimus obligamus nos, & nostros heredes componere in suprascripto monasterio auri optimi libras decem, & pæna soluta, hac oblacio firma & stabilis permaneat semper, quam scribendam rogavi Aifredem tabellionem civitatis Ciceanensis, in mense, & indictione suprascripta feliciter. Ego Ubberti Consule, & Dux. Ego Amatus Comes. Ego Formosus. Ego Ildo. Ego Stephanus. Ego Aifredus tabellio civitatis Ciccanensis complevi, & absolvi. Indictione tunc erat XIII. An tunc ædificatum ibi fuerit cœnobium, nos latet. Illud scimus, restitutum an. 1216. cum pluribus latifundiis, ecclesiisque hoc cœnobium Cassinatibus a Johanne de Ceccano ex regesto I. Thomæ Abbatis p. 139., ubi hæc leguntur. *In nomine Domini amen. Anno domini 1216. indictione 4. Pontificatus domni Honorii Papa tercii anno primo mense Augusti die 2. astantis. Quoniam firmiter credimus, & indubitanter speramus nullum bonum fore . . . . & temporalibus bonis, qua agimus eterna nobis pramia cum centuplicati fænoris incremento, domino dicente elargiri. Ideo ego Johannes de Ceccano pro innumerabilibus bonis, qua hic temporaliter accepi, & in futurum ab eternorum pramiorum largitore accipere spero, ecclesiam, & monasterium S. Marci, quod positum est in coenerata, qua vocatur Flagellanu cum terris, & pertinentiis suis, hoc est ecclesia S. Marcelli, ecclesia S. Maria de Corniano, qua posita est in Valle de rigo majore, ecclesia S. Erasmi, ecclesia S. Petri intus Ceccanum, ecclesia S. Georgii, & ecclesia S. Martini cum pertinentiis eorum posit. in territorio castri nostri Ceccani, tibi magistro Raynaldo advocato S. Germani procuratorio nomine recipienti pro monasterio Cassinensi de mandato dñi Stephani ejusdem Monasterii venerabilis Abbatis liberam, & immunem ab omni jure patronatus, & omni exactione tam canonico, quam civili, vel consuetudinario jure in eadem ecclesia, & suis cellis, & pertinentiis, ego vel antecessores mei habere, vel exigere consueveramus, resigno, & specialiter refuto omnem factionem ordei, vel avena, aut cujuscumque seminis annuatim ego, & pradecessores mei in possessionibus dicta ecclesia, & suis cellis, & pertinentiis facere consueveramus utres, tāpa, & si qua alia ab eadem ecclesia annuatim exigere soliti sumus generaliter vero tam pro me, quam pro heredibus, & successoribus meis in perpetuum renuncio, refuto, remitto, atque concedo tibi pranominato magistro Raynaldo Procuratori ab ante dicto dño Stephano Cassinensi Abbate specialiter constituto ad hoc omne jus, quod antecessoribus quondam competiit, seu nunc mihi competit, & obligo &c.* Hujusce instrumenti authenticum apographum concinnatum est an. 1421. die 5. Maji decreto D. Antonii de magistro Paulo Vicarii Generalis Cassinensis a notario Johanne de qm. Nicolao de Johanne a Rocca arcis coram tribus notariis testibus, instante Abbate Pyrrho Thomacello, & Fr. Augustino ejus ecclesiæ præposito, ut illo in actitandis litibus usus esset. Eademque de causa aliud ejusdem apographum

instantibus monachis Cassinatibus authenticum edidit notarius Angelus Tumolillo a S. Elia die 3. Septembris 1443.

A. 1376. factum est inventarium ejus ecclesiæ, quod sic incipit, *In nomine domini nostri Jesu Christi amen. Hoc est registrum, seu inventarium monasterii S. Mariæ de Corviano, & ecclesiarum, & bonorum suorum, ac ecclesiæ ruralis S. Marci, & S. Georgii sibi subjecta in territorio, & districtu castri Cecchani Ferentinatis diœcesis monasterio Cassinensi subjectarum factum per Fratrem Ciccum de Anticulo Monachum, & procuratorem Cassinensem, ac de bonis immobilibus recognitum per homines, & laboratores tempore Rev. patris Domni Fratris Petri de Tartaris Abbatis Cassinensis, cujus copiam penes se retentam aliam consimilem in bibliotheca, & archivo Cassinensi consignavit sub an. Domini 1376. tempore domni Gregorii papæ IX. super quibus idem Fr. Ciccus diligentem fecit investigationem, & inquisitionem invenit ut supra.*

Casinates monachi gubernāt monasterium S. Mariæ de Corniano.

Monasterium S. Mariæ de Corviano solitum per Monachos regi Cassinenses, & gubernari, cui pro tempore præfuit præpositus ordinatus per Abbates Cassinenses, habet juxta se territoria cum silvis, pratis, & terris, ac vineis &c. Cappella S. Petri intus castrum Ceccani, habet unam terram &c. & Cappella S. Erasmi sita in territorio Cecchani in contrada, ubi dicitur lo monte habet terras juxta ipsam ecclesiam &c. Cappella S. Martini sita in dicto territorio, habet modicam terram &c. Capella S. Marcelli in antiquioribus regestis reperitur. Sed huc usque non est inventa ecclesia S. Marci cum cappella S. Georgii sita in contrada quæ dicitur Fragellanu habet terras positas in ipsa contrada &c. Cappella S. Georgii sita in territorio Ceccani in contrada, quæ dicitur casa Marsicana habet terras &c.

Abbas Henricus Thomacellus præpositum hujus cœnobii constituit Fr. Gregorium a Pontecurvo Monachum Cassinensem hisce literis ex ejus regesto I. p. 253. *Henricus Thomacellus &c. Dilecto nobis in Christo religioso viro Fr. Gregorio de Pontecurvo monacho, & cappellano nostro Cassinensi præposito præpositura ecclesiæ nostræ S. Mariæ de Corellano de Ciccano manualis, & specialis membri nostri Cassinensis monasterii, & ab eodem monasterio dependentis salutem in Domino &c. quia prædicta ecclesia nostra S. Maria de Ciccano per tuæ circumspectionis industriam debeat in spiritualibus, & temporalibus suscipere incrementa, eandem ecclesiam &c. vacantem ad præsens per renunciationem nobis in Christo dilecti religiosi viri Fr. Arsenii Monachi nostri Cassinensis ad majorem proposituram ecclesiæ nostræ S. Pauli de Foresta promoti cum omnibus, & singulis capellis, juribus, jurisdictionibus, & pertinentiis suis tibi sub nostra, & successorum nostrorum obedientia pleno jure conferimus, & de illa etiam providemus, &c. ad nostrum, & successorum nostrorum beneplacitum, & mandatum tibi liberaliter tenore præsentium &c. Investientes te in nostri præsentia constitutum per pacis osculum præsentialiter de eadem. Mandantes omnibus, & singulis Monachis, oblatis, conversis, & personis aliis dictæ præpositura &c. quatenus tibi tamquam vero præposito &c. obediant, efficaciter pareant, & intendant &c. provisionesque ecclesiarum, capellarum, & beneficiorum ejusdem ecclesiæ S. Mariæ spectantium immediate nobis, & successoribus nostris omnimodo reservantes &c. Datum in S. Germano in majori hospitio nostro Cassinensi die 25. mensis Maii octava indictionis sub anno Domini* 1400. Amanuensis vitio factum, ut in hoc diplomate ecclesiæ S. Marci mentio omitteretur, quæ certe extat in hoc alio, quo conventus Cassinensis vacante Abbatiali Sede præpositum ejusdem monasterii elegit ex regesto Conventus p. 55. *Prior, Subprior, & conventus sacri monasterii Cassinensis &c. religioso viro Fratri nostro in Christo dilecto Fratri Alexio Monacho Cassinensi, ac preposito S. Marci in Cecchano, & S. Mariæ de Corviniano salutem in domino sempiternam. Religionem tuam, prudentiam tuam, sollicitudinem tuam nos quidem minime ignoramus, qui tecum in Monasterio conversati vitam tuam obedientiam, & diligentiam omnimodam in commissis etiam foris Monasterium bene sumus frequenter experti. Sed & alia virtutum opera laudabilia tuæ probitatis exposcunt, ut tibi in exhibitione gratiæ reddamur liberales. Sane pervenit ad nos dudum quod præpositura S. Marci de Ceccano, & S. Mariæ de Corviniano invicem unitarum vacaverit, & ad præsens vacet per obitum q. Fratris nostri Fr. Benedicti de Cellis, &c. ultimi præpositi prænominata præpositura &c. cujus collatio, & provisio &c. ad Abbatem dinoscitur pertinere Cassinensem &c. Nos igitur volentes &c. præfatam Præposituram S. Marci &c. cum ecclesiis, capellis, membris, granciis, Juribus &c. cum plenitudine juris canonici in spiritualibus, & temporalibus, usque ad nostrum beneplacitum damus, & conferimus &c. collationes, provisiones, & Institutiones ecclesiarum, capellarum, & beneficiorum regularium, & secularium eidem præpositura subjectorum, nobis harum serie speciali reservamus &c. Mandamus insuper omnibus, & singulis Monachis, conversis, oblatis, & subditis nostris, parrochianis, vassallis, laboratoribus, pensionariis &c. quatenus tibi vero, & legitimo præposito &c. tuis justis monitionibus, & mandatis tamquam nostris pareant efficaciter, & intendant &c. Datum in memorato sacro monasterio Cassinensi ad diem primam Septembris an. Domini* 1441. *&c.* In hujus Alexii jam mortui locum suffectus est an. 1254. quo Abbatia Cassinensis obitu Antonii Carrafæ vacabat, a Monachis F. Jacobus ab Atina Monachus Cassinensis ex eodem regesto p. 83. a t.

Johannes de Titiis vicarius generalis diocesis Cassinensis gubernandam commisit an. 1487. die 5. Octobris ecclesiam S. Erasmi de Ceccano, quæ in allatis diplomatibus memoratur, Bernardino Casollo a Ceccano ex ejus litteris in nostro archivo ob spontaneam renunciationem D. Francisci Sumpnii Nolani. Bernardino mortuo suffectus est die 3. Februarii an. 1531. Antonius de Nardo a Priore Cassinensi D. Hieronymo a Papia Locumtenente Abbatis Chrysostomi ex regesto I. Congregationis p. 94. & huic vita functo suffectus est Clericus Fabritius de Vespasiano a Ceccano die 15. Septembris 1573. ab Angelo Sangrino Abbate, ut ex litteris autographis in archivo nostro.

Nosocomium in S. Germano.

Roffridus a Monte Miles S. Germani incola jussit, ut nosocomium pro pauperibus construeretur, illudque curæ infirmarii Cassinensis subdidit hoc testamento, ex quo aliqua delibamus.

Ex originali in Archivo.

Anno domini millesimo ducentesimo tricesimo octavo regnante domino nostro Frederico dei gratia Ro-

ma-

manorum imperatore semper augusto, Jerusalem, & Sicil.a rege, mense Madii, stante septimo die ejusdem mensis, indictione undecima. Ego Roffridus de Monte miles habitator S. Germani, volens in Lombardiam ad servitium domini nostri serenissims imperatoris accedere, rebus meis dispono, ut meorum per dei misericordiam consequar veniam delictorum, & omnibus meis consanguineis auferam imposterum materiam litigandi. In primis pro anima mea relinquo Conventui Cassinensi apothecam meam, qua est in platea Amalfitanorum, quam emi a dominis castri Sonnini, & apothecam meam, que est in platea calzolarium, quam emi a Branca de Sora, & fratre ejus. Item relinquo eidem Conventui duas partes de domo in qua habito, qua est prope ecclesiam omnium Sanctorum, salva habitatione uxori mea in vita sua, & medietate unius molendini communis mihi, & uxori mea, quod est apud Pignatarium, salvo proventu ipsius medietatis mea ipsi uxori mea in vita sua, ita ut annuatim habeat idem Conventus de proventibus, & redditibus ipsarum rerum pro una refeccione sua unciam auream unam in anniversario meo. Reliquum vero, quod de ipsis rebus haberi, & percipi poterit, volo, & ordino, quod expendatur in reparatione domorum, qua sunt intus Monasterium Cassinense per manus Decani, & Vicedecani Cassinensis. Item relinquo eidem Conventui unam Panzeriam, qua fuit Germani Cazolini qua est in domo mea, & unam Panzeriam, que est in domo mea, & quinque scuta, qua sunt in domo mea, ut unum Bocale de Cipro, quas omnes predictas res mobiles volo, & desidero, quod sint omni tempore in Monasterio Cassinensi pro perpetuo commodo suo, sublata potestate Abbati, & conventui Cassinensi alienandi, seu quomodolibet distrahendi de omnibus predictis rebus mobilibus in totum, vel in parte, & immobilibus, & supplico eisdem Abbati, & Conventui, ut cognita morte mea faciant generalem excommunicationem de singulis predictis rebus non alienandis, seu quomodolibet distrahendis. Item relinquo eidem conventui pro una refeccione sua aureas uncias duas, quas volo ut habeant cum scierint de morte mea. Item volo, ut palatium cum apothecis inferioribus, quod est prope curiam Cassinensem, quod teneo ab ipsa revertatur ad Monasterium Cassinense post mortem meam, & domus, quam in eodem loco teneo ab infirmario Cassinensi revertatur ad idem infirmarium post mortem meam. Item relinquo Congregationi S. Germani uncias aureas tres pro vigiliis septimi, trigesimi, & centesimi, & culcitram unam de penna, quam esse volo in Sacrestia S. Maria ad perpetuum commodum ipsius Congregationis pro anima mea, & illius cujus fuit, quia reddita fuit mihi pro lectis, quos ammisi in Monasterio Cassinensi.

nota.

Item corrigeam meam de serico cum argento, quam habet uxor mea relinquo Crucifixo de S. Germano, ut ea cingatur in magnis festivitatibus, & volo, ut in alium usum non convertatur, & rogo Capitulum S. Germani, & de hoc faciat excommunicationem, sin autem vendatur, & pretium detur pauperibus, & cargiam meam depictam, ut sit ante Crucifixum.

Corrigia pro Crucifixo.

Item pro indumentis Fratrum minorum relinquo uncias auri quatuor. Item pro indumentis reclusarum mulierum relinquo uncias auri duas &c. Item relinquo infirmis S. Lazari de S. Germano lectum unum de penna, similiter culcitram, & pulvinar ad perpetuum commodum ipsorum infirmorum pro anima mea &c. Item volo, ut omnes clerici de castro Epiceni, (vulgo Picenisco diocesis Sorana) faciant pro anima vigilias, Septim., Tricensim., & censesim., & Bartholomaus frater meus teneatur ei providere dando sibi, sicut moris est, & conveniens. Item relinquo ecclesie omnium Sanctorum unciam auri unam pro uno calice de argento.

nota. nota. nota.

Item altari S. Andrea, quod est in ecclesia S. Francisci relinquo quatuor meliores tualeas, qua sunt in suppedaneo meo pro apparatu ipsius altaris. Item sex hominibus, quos habeo apud Pignatarium scilicet Bircigyerra, Bernaczoni Petro de Lando, Roberta Reggho dompni Aldobrandii, Raymundus Alamanno remicto pro anima mea omnia servitia, & jura in quibus tenebantur mihi, & eos dimicto Conventui Casinensi, ut sint perpetuo vassalli sui &c. Praterea ego constitui quartam uxori mea quinquaginta uncias auri in bonis meis, & ipsa confessa fuit coram domino Philippo de Aquino, & fratre ejus, Magistro Raynaldo, & quampluribus aliis, se jam recepisse pro ipsa quarta a me viginti, & novem uncias auri &c. nunc volo, & mando ipsi fratri mea Bartholomao, ut infra duos menses postquam scierit de morte &c. plene satisfaciat ei in viginti unam uncias auri debitis sibi pro quarta &c. quod si non fecerit, volo, ut dominus Philippus de Aquino, & dominus Adenolfus hoc faciant &c. reservata decima ipsius terra ecclesia Sanctorum Cosma, & Damiani de grana, ordeo, & spelta sine malitia pro reparatione ipsius ecclesia, & presbytero ejus in perpetuum &c. praterea eandem uxorem meam relinqua in manibus dominorum Philippi, & Adenulfi de Aquino, & Bartholomai Fratris mei; praterea volo, ut Terram, quam habeo communem cum Martino Ferrario, ubi dicitur imbutum vendatur, reservata decima de omnibus fructibus, & statuo, ut ipsa decima dividatur inter pauperes per manus duorum fratrum minorum. Si quo vero tempore non morabuntur Fratres minores in ecclesia beati Francisci, volo, ut ipsa decima deputetur altari S. Andrea, quod est ibidem, quoniam dolerem si aliquo tempore a celebrandis divinis in predicto altari cessaretur, aut dissiparetur. Item relinquo monialibus S. Maria de Aquino pro calciamentis terram, qua est in territorio Aquini prope clausuram domini Johannis de Roma. Item relinquo infirmis Aquini terram meam in territorio Aquini ad campu Grimal. post ecclesiam S. Pauli, ita ut ipsi infirmi domno Guillelmo de Monacho uncias auri duas dent &c.

Quarta pars bonorum donata uxori.

Convētus fratrum minorum quam antiquus.

Moniales S. Mariæ Civitatis Aquini.

Praterea monasterium Cassinense debet dare mihi uncias auri quatuordecim, de quibus est mihi obligatum castrum Vallisfrigida, volo ut ipse uncia expendantur in opere atrii ecclesia S. Benedicti, aut alio utiliori opere intus idem Monasterium per manus hospitalarii, & Fratris Theodini Tuscan. Item relinquo Bartholomao Fratri meo Cesam in Monte, qui fuit Pandulfi fall., & reddat inde decimam ecclesia S. Nicolai de Monte, & carenum unum annuatim, cui Fratri meo relinquo vineas in Tora, salva decima eidem ecclesia, & relinquo eidem Bartholomao molendinum ad Pontem de linulo, salvis quatuor tarenis Amalphitanis annuatim monasterio Cassinensi &c. & volo, ut reddat annuatim pro anima mea tercia uncia auri, quam expendi volo per manus duorum fratrum minorum per pauperes, in eo autem casu, quo fratres mino-

Ecclesia S. Nicolai de mōte.

Fratres minores

Convĕtus S. Francisci.

nores non morarentur in prædicta ecclesia S. Francisci, volo ut ipsam terciam unciam auri reddat annuatim prædicto altari S. Andreæ de S. Francisco &c. Item relinquo unam versuram de terra ad Anglone infirmis S. Lazari. Item relinquo uncias auri decem pro reparatione stratæ a Ponte Sycardi, usque ad portam S. Hegidii expendendas per manus duorum fratrum minorum, & Fratris Theodini Tuscañ. Monachi Casinensis.

Item relinquo ecclesiæ S. Matthæi de Servis dei uncias auri quatuor. Item relinquo ecclesiæ S. Antonii uncias auri quatuor pro emendo aliquo Orto. Item relinquo clericis Epicemi uncias auri duas equaliter inter eas dividendas, & pro reparatione ecclesiarum Epicem uncias duas. Item relinquo unciam unam clericis Pignatarii &c. Item sex uncias relinquo sorori meæ Moniali de Aquino. Item quia multa bona recepi a domino meo domno Thomasio de Aquino egregio Comite Acerrarum, & ultra quam merita mea exigerent, eidem relinquo uncias auri decem. Item pro indumentis infirmorum S. Lazari relinquo unciam auream unam. Item S. Mariæ de Radello relinquo mediam unciam auri &c. Item medietatem terræ cum vineis, & domo, quæ sunt in ea, quam communiter emi cum uxore mea a presbytero Philippo, juxta vineas Celestini, volo, ut si uxor mea voluerit facere unum conveniens hospitale pro anima sua, & mea, sit idem hospitale sub dominio, & cura ipsius. Si vero ipsa noluerit facere, volo, ut in medietate mea fiat hospitale meis expensis pro quibus expensis relinquo uncias auri. . . . pro recolligendis pauperibus, & ipsam medietatem cum hospitali relinquo infirmario Cassinensi. Si autem dictum infirmarium non gesserit diligentem curam de ipso Hospitali in perpetuum conservando ibidem, volo, ut medietas ipsius medietatis terræ deveniat ad dictam ecclesiam S. Mariæ, & reliqua medietas deveniat ad Bartholomeum fratrem meum &c. Supplicans eis modis omnibus, quibus possum quatenus intuitu dei, & dilectionis, quam in me habent eam executioni desideratam opportuno tempore mandantes talem curam, & sollicitudinem adhibere dignentur; quod in oculis divini retributoris merito complacere noscantur, & possint apud homines commendari, & mihi in die districti examinis sine lesione sui valeant respondere &c.

Xenodochium erigendum in S. Germano.

En Plateæ in S. Germano pro Amalphitanis, proque artificibus calceorum. Quid sibi velit Panzeria, explicatur in testamento Guillelmi de Judice milite filii Johannis Sancta Cruce facto an. 1273. hisce verbis. *Item volo, ut Panzeria una, & Balista una de osse, & unus ensis mittatur ultra mare, & detur hospitali S. Johannis.* Unde constat Panzeriam aliquid militare fuisse, ac forte, quod ventrem tegeret. Luculentius id explicat Clemens V. in bulla Canonizationis S. Petri Celestini in hæc verba. *In harum vero quadragenarum aliquibus, quod naturæ humani corporis est horror, usus est pro veste solo cilicio, in quibusdam vero cilicio, & super ipsum* Pauseria, *sive* Lorica, *cujus pondere caro ejus per subintrantes nodos cilicii, ut testantur ejus Socii, aliquoties rumpebatur. Hinc etiam constat pro mortuis, nedum septimo, tricesimo, sed etiam centesimo die litatum.* Mulieres zonam gestasse argenteam, quam Crucifixo S. Germani Roffridus legat, ut solemnioribus festis in ornamento esset, & cingulo. De hoc crucifixo prodigium narrat oculatus testis Ricardus a S. Germano an. 1198. de Militibus Marqualdi Tyranni loquens hisce verbis. *Alter cum crucifixo, qui est in ecclesia S. Germani primo per lapidis ictum, demum per urinæ injectionem in ipsum injurias graves inferret, rosa prius dentibus lingua arefactus infelix vitam statim cum morte finivit, quod tantum ipsi Marcualdo terrorem incussit, quod facta compositione cum Abbate prædicto terram exiens Monasterii nono stante Februarii, habuit malo omino in anteriora progressum.*

Fratres Minores tempore conditi hujus testamenti in S. Germano erant paulo ante a Landulpho Abbate invecti, ut diximus. Erat ibi quoque honestarum mulierum collegium; infirmi S. Lazari pro quibus nosocomium, an ad equites pertineret S. Lazari Jerosolymorum, qui ab Alexandro IV. sub regula S. Augustini confirmati sunt, teste Spondano, & Raynaldo an. 1255., & Bonanno in catalogo Ordinum Equestrium militarium num. 65. nos latet; extitisse parthenonem apud Aquinum ex eodem testamento constat. Mortuus jam hic Roffridus erat an. 1243. ut donatione constat a Dia uxore sua facta cœnobio Cassinensi ex regesto I. Thomæ Abbatis p. 30. & seqq. an. 1273. Bernardus Abbas, ac monachi Cassinates nedum nosocomium Cassinense pluribus latifundiis ditarunt, quæ se, suosque posteros haud unquam adempturos spoponderunt, verum & aliud magnum prope S. Germanum construxere, ut hoc instrumento constat ex autographo desumpto. *In nomine domini nostri Jesu Christi anno incarnationis ejus millesimo ducentesimo septuagesimo tertio, regnante domino nostro Carolo dei gratia Siciliæ rege magnifico, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ, almæ urbis Senatore, Andegaviæ, Provinciæ, & Forcalquerii Comite, ac Romani imperii in Thuscia per S. Romanam ecclesiam Vicario generali, regni vero ejus anno nono, mense Augusti, sexto die ejusdem mensis, indictione prima. In quo dulcissima vox judicantis, ac operibus misericordiæ insistentes remunerantis, suspirantium ad beatitudinem corda demulcet, in eo etiam eadem horribilis merito terret egenis non subvenientes, cum primis promittat Filius regnum patris, ut pote veraciter benedictis, & reliquis discessus a deo in ignem eternum ex sententia debeatur, utpote ingratis, & væ perpetuo maledictis. Ex his igitur nos Bernardus dei gratia humilis Abbas, ac totius conventus monasterii Cassinensis considerare monemur, quod licet ad opera misericordiæ teneatur quilibet Christianus. Nos tamen Specialius ad illa tenemur, qui dum elemosinis fidelium sustentamur, beatissimo patri nostro Benedicto a Tertullo patritio una cum filio beatissimo martyre Placido adhuc in carne viventi oblatis, & beati Mauri providentia, cæterorumque subventione collatis, tanti tonitrui vocem audire pertimescimus, si onera de hospitibus suscipiendis nobis imposita non portamus, qui manifeste videmus supernam remunerationem in signis, dum hic noscatur, Monasterium nostrum largiendo multis opibus sublimatum fuisse, ac avare subtrahendo, diversis persecutionibus quasi totaliter fuisse subtracta, quæ per Sanctos patres fuerant aquisita, ut Evangelica illa germanitas duorum verborum: Date, ac dabitur: in nostris prædecessoribus legatur impleta, & (proh dolor) Date cessante, non solum Dabitur exulavit, sed ut præfatum est ad depaupertatem, & fere omnium*

Nosocomium aliud prope S. Germanū.

Ex originali in Archivo.

nium bonorum subtractionem nostris prospeximus oculis, monasterium ipsum fuisse redactum, ut sicut qui erogabant, eidem antiquitus se reputabant beata felicitate gaudere debere, sic qui nunc his temporibus subtrahebant, dicentes, exinanite, insultabant ex his, quasi deo credentes obsequium se præstare. Quocirca nobiscum habendo magistrum Ricardum de Berenger. judicem, & advocatum Casinensem, deliberato consilio providimus hospitale monasterii nostri de his, quæ dedit dominus, ampliare, ut non solum in monasterio nostro caritatis impleatur mandatum, immo etiam in civitate nostra S. Germani, extra, & prope portam S. Egidii ubi ædificium incepimus opere sumptuoso, quod propter montis arduitatem in ipso monasterio impendi plene non potest, ibidem ministrando pauperibus plenius impleatur. Et ob hoc ordinamus inviolabiliter observandum, quod omnes redditus antiqui hospitalis Casinensi ad prædicta sine diminutione aliqua conserventur. Ac nos præfatus Abbas de omnibus victualibus, videlicet grano, hordeo, millio, surico, spelta, lino, canape, ac quibuscumque aliis, præter vinum, oleum, & hortos, quæ deo largiente, ex terra nascentiis infra terminos Abbatiæ percipimus, integra decima pars reddatur, de vino vero & oleo duodecima persolvatur. Attamen furni, molendina, seu alia perceptiones, quæ percipi possunt, præter prædicta in ipsis decima, vel duodecima minime debere intelligi declaramus, cœterum vestiarium, infirmarium, cellarium, camerarium ecclesiæ S. Benedicti de Cesamo, S. Petri, & S. Pauli de Foresta, S. Mariæ de Albaneta, S. Angeli de Valle luce, S. Benedicti de Clia, S. Nicolai de Ciconia cum pertinentiis suis de omnibus suprascriptis, de quibus nos prædictus Abbas decimam, vel duodecimam solvere tenemur, integram duodecimam dare, ac solvere teneantur. Adjungentes, quod universa Hospitalia infra terminos Abbatiæ posita, sive sint leprosorum, sive pauperum, una cum ecclesiis S. Mauritii prope fluvium Melfia S. Benedicti de Colle Insulæ, S. Angeli de Troja, S. Illuminatæ, S. Mariæ in Casali plano, S. Nicolai de Alarino, S. Benedicti in Pestenar., & S. Pauli in Campo Marino, ac etiam hospitale S. Benedicti de Monte Gargano, ac hospitale de Tallacocio, & domus leprosorum S. Mariæ Magdalenæ prope S. Felicem cum eorum juribus, pertinentiis, & rebus universis, quæ in presentibus suprascriptis hospitali unimus Casinensi prædicto, perpetuo, ac inviolabiliter sint annexa. Et nos præfatus Abbas promittimus deo nostro, & beato Benedicto, & Placido, cujus patrimonium incolimus, ac vobis Fratri Johanni venerabili Decano, totique Conventui Cassinensibus, recipientibus loco dei, quod contra prædictam ordinationem, unionem, & connexionem per nos, & successores nostros nullo umquam tempore veniemus, immo dabimus opem, & operam pro posse nostro, quod hoc pium opus in suo robore perpetuo perseveret, nos etiam præfati Decanus, & Casinensis Conventus promittimus Deo nostro, & præfatis sanctissimis Benedicto, & Placido, & vobis prædicto R. patri domno Bernardo Casinensi Abbati recipientibus loco dei per nos, & successores nostros, quod contra hanc ordinationem, unionem, & connexionem nullo umquam tempore veniemus, immo dabimus opem, & operam, quod prædictum pium opus sit perpetuo duraturum. Statuimus etiam, ut quandocumque novitius professionem suam faciet, antequam ei benedictionis munus ab Abbate, ut moris est, impendatur, dilucide promittat contra istam ordinationem se modo aliquo non venturum, sed & is quem Dominus nobis Abbati successorem in beati Benedicti sede, prout sibi placuerit, providebit, antequam ascendat cathedram, & promissionem obedientiæ suscipiat Monachorum, hoc promittere teneatur, si maledictionis omnipotentis dei, ac beatorum patrum Benedicti, & Placidi voluerit effugere ultionem. Præterea cum nos prædictus Casinensis conventus passi fuerimus magnam vini, ac olei penuriam temporibus retroactis, ante vestrum dicti domini Abbatis felicem adventum ad Casinense monasterium supradictum, qui non sine magnis laboribus, & expensis nobis de vino juxta posse vestrum liberaliter vestris temporibus providistis de consensu, & voluntate vestra una vobiscum statuimus, & ordinamus, & vobis statuentibus consentimus, ut omne vinum, & oleum, quod de vestiario, infirmario, cellario, ac camerariatu præter partem hospitalis prædicti superius ordinatam percipitur, & largiente Domino in posterum percipi poterit, & haberi, in subsidium vestri prædicti Abbatis, & successorum vestrorum a vobis, & eisdem successoribus, sive sint de decimis, sive de terraticis in perpetuum ad opus nostri qui supra conventus, & successorum nostrorum percipiendum per vos, & vestros successores in Cellario dicti monasterii reponatur, ut tam nobis qui supra Conventui, quam hospitibus supervenientibus sine penuria ministrentur. Ad horum sane perpetuam memoriam, & tam pauperum, quam Abbatum, & Monachorum Casinensium cautelam tria publica consimilia Instrumenta manu Benedicti publici nostri monasterii Casinensis, & civitatis S. Germani notarii fieri fecimus, unum ad cautelam dicti hospitalis Casinensis, aliud ad cautelam nostri qui supra Abbatis, & successorum nostrorum, & reliquum ad cautelam nostri qui supra conventus Casinensis, nostri qui supra Abbatis bulla plumbea, & subscriptione manus nostræ, nostrique qui supra conventus Casinensis sigillo cereo, & singulorum de ipso conventu subscriptionibus roboratum. Actum in monasterio Casinensi. Prædicta vero non observantibus sit pars cum Juda proditore domini nostri Jesu Christi, & hic in præsenti vita ultio manifesta. Conservantibus vero & facientibus sit pax domini nostri Jesu Christi in presenti vita, & felicitatis gaudiis sempiternis. Amen. † Ego qui supra magister Ricardus Berenger. civitatis S. Germani, & omnium terrarum, & locorum ecclesiæ Casinensis ad contractus & causas judex subscripsi. Ego qui supra Bernardus beati Benedicti successor indignus. Ego Frater Joannes Decanus Casinensis. Ego Frater Thomas Vicedecanus Casinensis &c. sequuntur subscriptiones.

Redditus Hospitalis Cassinensis.

Ecclesiæ, & Hospitalia unita Xenodochio Cassinati.

Vinum pro hospitibus.

Supersunt adhuc hujus nosocomii rudera non longe a porta urbis, quæ Rapidi appellatur. Federicus II. imperator omnia nosocomii Cassinensis bona confirmavit anno 1221. diplomate, quod Diss. I. dabimus, & in quo hæc præ aliis leguntur. *Quia piis locis, & venerabilibus Xenodochiis cupimus munimen tuitionis impendere, & illi defensionem imperatoriam impertiri, quem pater Sanctissimus incoluit, extruxit, & sua corporali præsentia clarissimum, ac memorabilem toto orbi effecit unicum egenorum solatium, peregrinorum, & necessitatem habentium portum &c.*

Cataldus Pelliparius construxit, dotavitque ecclesiæ-

Et tertii.

clesiam, atque nosocomium in urbe S. Germani, cujus erat incola in loco dicto: *In Valle*: illudque Cassinatibus subdidit, ut hoc ejus testamento constat. *In nomine domini nostri Jesu Christi anno incarnationis ejus millesimo ducentesimo septuagesimo quarto regnante domino nostro Carolo dei gratia Siciliæ rege Magnifico, regni ejus anno decimo, mense Julii vigesimo quarto die ejusdem mensis indictione secunda. Ego Cataldus Pelliparius habitator civitatis S. Germani &c. In primis ecclesia, & hospitali, quæ construxi, seu construi feci in civitate S. Germani in Valle, relinquo clausuram meam, quam habeo prope S. Leonardum juxta terram Johannis de Trasacto, duas terras meas, quas habeo in Capite Campi juxta Startiam Monasterii Casinensis, clausuram, quam habeo in Caldaris juxta terram domini Alberti, olivetum, quod habeo in monte Madio, & olivetum, quod habeo in Farignola, turribulum unum de argento ponderis unciarum aurearum tredecim, & tertii. Calicem unum de argento ponderis unciarum octo minus quarta, planetas duas unam de purpura, & aliam albam ad aurum, pannos duos pro altari, linteamen unum ad setam pro altari, pannum unum cum frontali ad aurum, camisa duo, cum alio apparatu, tobalias duas ad setam, nocturnale unum, missale unum, lectos decem, & octo, sicut in ipso hospitali ordinati, vegetes quatuor, suppedalia duo, arcam unam. De oleo lanquenas sex, item domum sollaratam, quæ est juxta dictam ecclesiam cum Casalino supra ipsam ecclesiam, & cum alio Casarino, quod est juxta dictum hospitale. Prædictam ecclesiam, & hospitale relinquo deo, & sacro conventui Casinensi, & supplico, quod ipsam ecclesiam dedicari faciant ad honorem sancti Spiritus pro cujus ecclesiæ dedicatione relinquo unciam auri unam. Item supplico, quod in eadem ecclesia sit perpetuus unus capellanus, qui celebret ibi divina, & de proventibus prædictarum rerum habeant expensas idem capellanus, & hospitalarius dicti hospitalis tam pro necessariis eorum, quam pro regendis dictis ecclesia, & hospitali in lectis, & aliis necessariis &c. Item relinquo eidem Johanni Fratri meo terram, quam emi a Gemma Afferto in Piscarola, & terram, quam habeo in Elia pro qua Terra de Elia volo, quod det &c. omni anno pro anniversario meo hospitali prædicto tarenum amalphitanum unum &c. Item relinquo ecclesiæ S. Matthæi de servis dei terram quam emi in Camarda a Jacobo Pistilloni, pro qua terra volo, quod Monachi dicti loci faciant omni anno anniversarium in festi S. Michaelis pro anima uxoris meæ. Item relinquo ecclesiæ S. Mariæ de Raditto olivetum meum, quod habeo in Carpeneto in Fossato alto pro quo oliveto volo, quod Monachi ejusdem loci faciant omni anno Anniversarium pro anima mea &c. Item pro cera, & cilitio tarenos quindicim, pro psalteriis tarenos quinque, pro missis in die sepulturæ, tarenos duos super fossam, clericis tarenos quindicim, pro sacristia tarenos duos, pro vino tarenum unum, pro septimo, tricesimo, centesimo, & annuali, tarenos viginti, monasterio S. Benedicti pro reparatione unciam auri unam, pro refectione Conventus Cassinensis unciam auri unam, pro reparatione Pontis Portæ de Ponte tarenos quindicim, si reparatio ipsius Pontis incipiet a die obitus mei, alioquin expendantur pro vestimentis pauperum, pro reparatione stratæ de Rapido tarenos decem, pro subsidio Terræ Sanctæ unciam auri unam. Ita quod legatus domini Papæ absolvat me ab omnibus peccatis meis, quæ si non fecerit infra annum a die obitus mei, expendantur pro necessitatibus dicti hospitalis, pro missis cantandis, usque ad annum unciam auri unam, pro cantandis missis pro anima patris, & matris meæ unciam auri unam; ecclesiæ S. Thomæ pro omnibus exequiis meis usque ad annum a die obitus mei tarenos duodecim; Ecclesiæ S. Petri in monasterio pro eadem causa tarenos decem, & octo, ecclesiæ S. Mariæ de Albaneta pro reparatione tarenos quinque, pro refectione Monachorum ipsius ecclesiæ, tarenos quinque, infirmis S. Lazari, tarenos quinque, Reclusis S. Germani, inter omnes tarenos decem, ecclesiæ S. Basilii, S. Pauli, S. Trinitatis, S. Andreæ, S. Laurentii, S. Johannis de Peole, S. Antonini, S. Bartholomæi, S. Honufrii, S. Nicolai, S. Mariæ de strata, Ss. Cosmæ, & Damiani, S. Mauri, cuilibet ipsarum tarenum unum, presbytero Joanni patrino meo tarenos septem, & medium, ecclesiæ S. Francisci pro reparatione tarenos decem, Soffiæ Filiæ. meæ Moniali in Theano tarenos quatuor &c. tarenos quatuor pro passiis, & untione tarenos quinque. Item relinquo Roffrido servienti meo unciam auri unam, cappam meam, tustaynum, bracas, & camisiam, par unum ocrear., & de victualiis tumulos quatuor &c. Item pro pingenda dicta ecclesia tarenos quindecim, & pro choro ipsius ecclesiæ tarenos septem, & medium, & fiat de tabulis meis; pro argento pro ornamento ligni sanctæ crucis tarenos quindecim; pro Campanili ejusdem ecclesiæ tarenos decem, pro Altari ipsius ecclesiæ tarenos quinque, & fiat de marmore meo, pro cruce de argento unciam auri unam, & quartam; pro campanis dictæ ecclesiæ uncias auri duas &c. Fratribus Ordinis Apostolorum unciam auri unam, &c.*

Ex originali in Archivo.

Anniversaria pro se Matre & Uxore.

Alia legata pro missis, & aliis operibus piis.

Legatum pro Choro, & aliis ecclesiæ ornamentis.

Roma.

Rectorem gubernatoremque hujus nosocomii constituit Henricus Thomacellus Abbas anno 1399. ut ex ejus regesto 1. p. 5. a r., & 86., & monachi Cassinates an. 1442. vacante Abbatiali Sede, ex regesto Conventus p. 103. ubi asserunt, unitum fuisse hoc nosocomium illi S. Mariæ, de quo infra.

Nicolaus de Vincentio a S. Germano ab Abb. Thoma facultatem obtinuit construendi in propria domo in oppido S. Petri ad monast. nosocomium, quod ipse quoad vixisset regeret, postque ejus obitum, ejus loci archipresbyter, ut hisce literis constat ex Thomæ regesto 1. p. 79. *In nomine domini anno ejusdem 1287. 6. mensis Junii 15. indictionis. Cum igitur nos Thomas dei gratia Cassinensis Abbas ex tenore petitionis porrectæ nobis per te Nicolaum de Vincentio de S. Germano fidelem nostrum accepimus, quod tuæ intencionis existit fundare, construere, & edificare de novo tuis sumptibus quoddam hospitale in quadam domo tua sita in castro S. Petri in Monasterio, prope ecclesiam S. Petri &c. pro recursu pauperum pro anima tua, atque parentum tuorum remedio, & salute, & juspatronatus hospitalis ipsius, quod ex ipsius hospitalis fundatione tibi pertinet, seu pertinebit, donare disposueris dompno Landoni Archipresbytero dictæ ecclesiæ S. Petri recipienti pro parte sua, & successorum suorum, & Archipræsbyteratus ecclesiæ supradictæ, ut ipsi Archipræsbytero, & suis successoribus sit immediate subjectum; ita quod dum vixeris ejusdem hospitalis gubernator remaneas, & patronus. Nos vero petitionibus tuis auditis considerantes, quod operationis sanctæ propositum, nul-*

Nosocomium in Oppido S. Petri ad monasterium.

Ex originali in Archivo.

la

la debet occasio præpedire, de Fratrum nostrum consensu nobiscum habendo Magistrum Laurentium Bisa judicem, & advocatum Casinensem damus, & concedimus sibi prædicto Nicolao licentiam, & liberam facultatem, quod in dicta domo sua libere possis construere, & ordinare, & facere ospitale pro refugio pauperum, & recursu; Considerantes etiam tibi, quod juspatronatus ipsius libere dare possis archipresbytero supradicto, ut ipsi Archipresbytero, & successoribus ejus, & ejusdem ecclesiæ archipresbyteratui immediate pertinere debeas, & hospitale ipsum eidem archipresbytero, & suis successoribus libere sit subjectum te in vita tua gubernatore, ac patrono ipsius hospitalis nihilominus remanente. Ipsi, & archipresbytero indulgemus, quod hospitale ipsum cum horto eidem domui conjuncto, & omnibus bonis eidem hospitali acquirendis in futurum, & jus patronatus ipsius libere possit recipere & sibi, & successoribus suis sine contradiccione alterius sit immediate subjectum & post mortem tuam libere in dicto hospitali rectorem, sive hospitalarium possint facere, & ab eo de bonis ipsius, quæ deo largiente idem hospitale habuerit recipere rationem, salvis tamen, & reservatis Monasterio nostro, terraticis, decimis, & aliis quibuscumque juribus eidem Monasterio debitis pro bonis prædictis eidem hospitali acquirendis in futurum, seu etiam largiendis &c. An. 1261. Præpositus cœnobii S. Angeli de Valle luce Monachis suis ecclesiam S. Crucis cum bonis suis omnibus ea lege concessit, ut ecclesiæ, nosocomiique curam gererent, quod hoc diplomate constat. *In nomine domini nostri Jesu Christi anno incarnationis ejus, millesimo ducentesimo sexagesimo primo, regnante domino nostro Manfredo dei gratia Siciliæ rege, magnifico ipsius regni anno tertio mense martii quarto die ejusdem mensis indictionis quartæ. Nos Fr. Nicolaus de Marano Monachus Casinensis, & præpositus ecclesiæ S. Angeli Vallis lucis. Cupientes ecclesiam S. Crucis, quæ est ad vadum Eliæ; quam multipliciter collapsam inspicimus ad meliorem statum tam in spiritualibus, quam temporalibus nostro tempore reformari, ne ipsa Ecclesia præsertim in parietibus, & integumentis defectum aliquem patiatur nobiscum habendo Peregrinum de Rainaldo advocatum nostrum in hac causa in presentia Egidii judicis castri Sancti Heliæ, Johannis publici ejusdem castri notarii, & testium subscriptorum &c. concedimus, & confirmamus vobis Conventui prædicta ecclesiæ s. Angeli Vallis lucis, suprascriptam ecclesiam s. Crucis cum omnibus possessionibus, juribus, & pertinentiis suis; ita tamen, quod vos, & posteri vestri teneamini ipsam ecclesiam, cum singulis domibus, & hospitali ejusdem manutenere regere, & gubernare, & cum necesse fuerit ipsam ecclesiam, & domos cum hospitali ipsius congrue reparare, quæ nisi feceritis, reservamus nobis, & successoribus nostris liberam potestatem revocandi ad manus nostras ipsam ecclesiam cum omnibus rationibus supradictis, quamdiu ipsa ecclesia cum domibus, & Hospitali ejusdem fuerit reparata; obligantes nos, & successores nostros vobis suprascripto Conventui, ac posteris vestris prædicta omnia, & singula attendere, & observare &c.*

Ecclesia S. Crucis cum Hospitali.

SÆCULUM NONUM

A CONSTRUCTIONE COENOBII CASSINENSIS.

AB ANNO CHRISTI MCCC. AD ANNUM MCD.

I.

SERIES ABBATUM

SACRI MONASTERII MONTIS CASSINI.

Thomas II. circa annum 1304. Abbas Cassinensis erat. Incertum tamen quo anno electus, quove sit mortuus.

Marinus Neapolitanus præfuit ab an. 1306. ad XIV. Kal. Januarii anni 1313. Ejus electionis dies ignoratur.

Isnardus, cujus Electionis, mortisque dies ignotur, post quem fere quinquennio vacavit sedes Abbatialis.. Deinde

Oddo Patriarcha Administrator ab initio an. 1323. ad 1326.

I I.

Abbates Cassinenses Episcopi.

Raymundus Gallus ab initio anni 1326. ad VIII. Kal. Augusti 1340.

Guido Gallus a die 6. Novembris 1340. ad IV. Non. Augusti 1341.

Richerius Gallus a die 10. Octobris 1341. ad 27. Februarii 1343.

Stephanus Gallus a 15. Martii 1343. ad 13. Februarii 1345.

Guillelmus Gallus a 7. Aprilis 1345. ad 20. Junii 1353.

Franciscus Italus a die 25. Junii 1353. ad 1355.

Angelus I. Italus ab an. 1353. ad 1357.

Angelus II. Italus ab an. 1357. ad mensem Augusti 1363.

Angelus III. Italus a die 25. Augusti an. 1363. ad 9. Maji 1366.

III. Ab-

III.

Abbates Cassinenses non Episcopi iterum.

Urbanus V. Romanus Pontifex cœnobii nostri Abbas fuit ad an. 1370. sed quo anno ejus Præfectura cœperit, nobis incompertum.

Andreas Faventinus ab initio anni 1370. ad 18. Septembris 1373.

Petrus Romanus a die 7. Februarii anni 1374. ad 4. Junii 1395.

Henricus Neapolitanus a 22. Junii 1396. ad 1414.

IV.

Notæ ad Abbatum Seriem.

Abbates, Thomas II. Memoratus Sæculo proximo index noster Thomæ II. tres solidos annos tribuit. An. 1304. die 19. Februarii hic Abbas domos quasdam, atque oleas emit, ut instrumento constat stipulato a Notario Johanne de Petronio Sangermanensi, in quo hæc præ aliis leguntur. *Vendidimus, & tradidimus irrevocabiliter vobis Rev. in Christo patri, & domino D. Thomasio dei gratia venerabili Cassinensi Abbati domino nostro ementi & recipienti pro vobis, & nomine, ac pro parte vestri monasterii Cassinensis &c. domos quasdam contiguas cum olivis, & arboribus plantatis in eis, quæ sita sunt cum domibus in eis constructis &c. loco ubi dicitur* a S. Michele de Monte: &c.

Marinus. Marino index noster octo solidos annos tribuit. Prima sub hoc Abbate scriptura facta est an. 1306. die I. Decembris, quam integram dabimus in Diss. I. ubi literas quoque edemus a Roberto rege ad eum scriptas an. 1313., ultra quem annum nulla amplius de eo monumenta agunt. Obiit Marinus die 19. Decembris, ut habet emortuale nostrum hisce verbis: *XIV. Kal. Januarii obierunt &c. domnus Marinus Sacerdos, & Abbas hujus loci an. Domini 1313. indictione XII.* Indictio in hoc codice auspicatur mense Septembris.

Isnardus. Isnardo index noster tribuit menses septem, dies octo. Johannes XXII. in bulla data Avenione die 18. Martii 1317., quam in Diss. I. integram dabimus, Abbatis Cassinensis meminit. Quisnam tamen is fuerit, divinare non possumus. Hæc bulla præsentata dicitur: *per venerabilem virum Fratrem Isnardum Vicarium Abbatis monasterii Cassinensis.* Die 3. Augusti indictionis XV. quæ an. 1317. currebat. Vel itaque Isnardus initio hujus anni electus est Abbas, vel certe ultra assignatum in indice annum vixit, cum nullus deinceps per longum tempus memoretur ejus loco suffectus.

Qui alius fuerit ab Abbate hujus nominis necesse est.

Vacat Abbatialis sedes. Quot post hunc Abbatem annis vacaverit sedes Abbatialis, incompertum. Illud certum est, nullum fuisse Cassini Abbatem mense martii anno 1319., quo Decanus, Vicedecanus, & Monachi Cassinates Visitatorem elegerunt parthenonis SS. Cosmæ, & Damiani sibi subditi Nicolaum præpositum S. Mariæ de Luco, atque die 31. Maji Petrus Decanus Cassinensis a consiliis, & familiaris Roberti regis, Vicarium sese in temporalibus, ac spiritualibus sacri monasterii Cassinensis appellat, qua authoritate eidem ecclesiæ, ac Monasterio univit ecclesiam S. Mariæ de Sorbo cum bonis suis omnibus, ut alibi demonstrabimus. In instrumento etiam stipulato a notario Petro de Magistro Dominico Sangermanensi die 4. Novembris 1319. hæc leguntur. *Nos Fr. Petrus Decanus, & generalis vicarius Cassinensis in temporalibus, & spiritualibus ac Rector monasterii S. Mariæ de Albaneta, bona nostra, & expontanea voluntate, de consensu quoque &c. Fratrum nostrorum prædicti monasterii, nobiscum habendo Benedictum magistri Jacobi judicem S. Petri in monasterio pro Advocato in hac causa, per hunc libellum renovationis concedimus, & confirmamus tibi Nicolao de Raynaldo de Terellis quamdam terram &c.* Vacabat etiam sedes Abbatialis an. 1320. nam in instrumento eo anno die 20. Aprilis stipulato a notario Nicolao Notarii Nicolai ex oppido Pici hæc habentur: *Quod in nostra præsentia nobiles viri Franciscus domini Nycolai, & Liczardus dictus Mezanotte &c. procuratores discreti viri magistri Joannis Matthæi domini Landonis de Lupico in Romana curia procuratoris rectoris ecclesiæ S. Johannis de Podepotis &c.* Dicti Procuratores a præfato magistro Johanne habent in mandatis &c. *ad ostendendum &c. literas collationis inductionis, & investitura eidem magistro Johanni &c. concessas &c. de ecclesia S. Johannis de Pede potis per R. P. D. Isnardum dei gratia qm. Abbatem monasterii Cassinensis, ad quem ipsius ecclesiæ collatio &c. pertinebat pleno jure, nec non & litteras sanctissimi patris & domini Johannis divina providentia papæ vigesimi secundi confirmationis, & ratificationis de collatione supradicta ecclesiæ venerabili viro domno Fratri Petro Decano & in spiritualibus, & temporalibus monasterii Cassinensis Vicario generali &c.* Ab anno 1321. ad mensem Aprilis anni 1323. nullus erat Cassinensis Abbas, ut liquido constat ex mandato Caroli Calabriæ Ducis primogeniti Roberti regis, ejusque Vicarii generalis quæ in Dissertatione I. edemus. Cur tamdiu Abbate destituti Cassinates, incompertum. Forte quod Johannes XXII. vetaverat, ne ad electionem Monachi procederent, nam Bernardus coævus Author apud Raynaldum an. 1319. nu. 33. hæc habet: *Anno domini 1319. statutis tempore veterem Abbatiam Montis Casini S. Benedicti Abbatis novam episcopalem sedem erexit eidem de primo episcopo suo tempore provisurus:* quibus subdit Raynaldus: *Extructum autem hac res videtur ad triennium quippe diplomate pontificium quo Cassinensium Monachorum conventus designandi episcopi jure donatus est, atque ab omni alterius, quam Romani pontificis imperio liber renunciatur sexto Non. May pontificatus Joannis anno sexto consignatum est.* Sed neque post tres hosce annos Monachi Abbatem episcopum elegerant, nam in processu an. 1323. facto in Romana curia pro dominio ecclesiæ S. Antonii de Castello novo Cassinatibus subjectæ, hæc Johannis XXII. bulla præsentata est: *Johannes episcopus servus servorum Dei &c. Quia nobis venerabilis Frater noster Oddo olim Archiepiscopus Pisanus in patriarcham Alexandrinum electum, Administrator ecclesiæ Cassinensis in spiritualibus, & temporalibus a sede apostolica deputatus, & dilecti filii Capitulum ejusdem ecclesiæ Ordinis sancti Benedicti petitione monstrarunt quod licet ruralis ecclesia S. Antonii prope castrum novum terræ*

Nota;

Oddo Administrator.

terra quondam monasterii Cassinensis dicti Ordinis, cujus ecclesiam præfatam in Cathedralem duximus erigendam cum omnibus juribus, & pertinentiis suis ospitali ejusdem monasterii ad opus infirmorum, & pauperum in eodem Hospitali pro tempore degentium ab antiquo canonice unita fuisset, ac tam dilectus filius Gregorius de Piceno olim monasterii, & nunc ecclesiæ Cassinensis prædictorum Monachus, ac hospitalarius dicti hospitalis, quam prædecessores seu Monachi monasterii, & hospitalarii hospitalis præfatorum in pacifica possessione, vel quasi ruralis ecclesiæ, jurium, & pertinentiarum prædictorum rumoris hujusmodi extitisse &c. Tamen Antonio Joannis Leonardi de S. Petro de Curolis terra olim monasterii, nunc ecclesiæ Cassinensis diœcesis referente &c. Datum Avinione Id. Junii Pontificatus nostri anno VII. Mense itaque saltem Aprili Oddo hic deputatus est ecclesiæ Cassinensis Administrator, secus quomodo deputationis ejus bullæ Avenione venire poterant? quomodo ipse Cassinum adire, deque litibus certior esse. Oddo hic antequam Pisanus Archiepiscopus evasisset, fuit Polanus in Istria episcopus, deinde Arborensis, vulgo Oristagni in Sardinia Archiepiscopus. Ughellius in catalogo Archiepiscoporum Pisanorum, & episcoporum Cassinensium col. 575. mortuum Oddonem asserit an. 1323. mense Julii, sed perperam, nam in instrumento stipulato a notario Angelino de S. Germano hæc leguntur: *In nomine Domini &c. Anno dominicæ nativitatis 1325. regnante domino nostro Roberto dei gratia Hierusalem, & Siciliæ rege magnifico &c. regnorum vero ejus anno 17. Mense Madii die decima ejusdem mensis &c. Nos Fr. Oddo divina providentia S. Sedis Alexandrinæ Patriarca, & Administrator ecclesiæ Cassinensis per sedem apostolicam deputatus, per præsens renovationis libellum de consensu subscriptorum monachorum Cassinensium cappellanorum nostrorum, habendo nobiscum magistrum Johannem de Neocastro judicem & advocatum Cassinensem, & civitatis S. Germani judicem pro advocato nostro, & dictæ Cassinensis ecclesiæ libellario jure damus &c. tibi Benedicto Jacobi de Falco de Plumbarola &c. limatam sitam in territorio Roccæ de Bandra &c. concessam olim qm. Roberto genero qm. nobilis viri Gullielmi filii Rainonis a qm. bonæ mem. domno Landulfo Cassinensi Abbate, & postmodum renovatam, &c. qm. domnæ Laviniæ uxori qm. Benedicti de Falco de castro Plumbarolæ militis, primo per qm. bo: me: domnum Bernardum Cassinensem Abbatem in anno Domini 1266. &c. & postmodum ultimo renovatam &c. eidem dominæ Laviniæ &c. per qm. bo: me: Fratrem Bernardum de ordine S. Benedicti miseratione divina Tripolitanum episcopum Administratorem in spiritualibus, & temporalibus ecclesiæ Cassinensis tam in capite quam in membris in anno domini 1296. mense Aprili, &c. & taliter nos prædictus Patriarcha Alexandrinus administrator ecclesiæ Cassinensis de consensu infrascriptorum Cassinensium Monachorum &c. Et præsens publicum instrumentum tibi &c. fieri præcepimus per manus Angelini qm. Rainaldi domni Glorii de civitate Tuderti, publici S. Germani, & singularum terrarum ecclesiæ Cassinensis, auctoritate nostra notarii, nostra infrascriptorum cappellanorum nostrorum, ac prædicti, judicis subscriptionibus roboratum &c. ✠ Nos Fr. Oddo permissione divina Patriarca Alexandrinus, Administrator ecclesiæ Cassinensis subscripsimus huic contractui. ✠ Ego Frater Jacobus Abbas monasterii S. Matthæi servorum dei diœcesis Cassinensis, ut cappellanus dicti domini me subscripsi. ✠ Ego Fr. Jacobus de Plumbarola Infirmarius . . . . ecclesiæ Cassinensis interfui, & subscripsi.* Asserit etiam Ughellius Oddonem an. 1322. electum Administratorem ecclesiæ Cassinensis, quam in rem laudat regestum Vaticanum, sed nostro judicio iterum labitur, tum ob Caroli Ducis Calabriæ mandata, tum quod Ughellius ipse laudato iterum Vaticano regesto scribat Raymundum Monachum Cluniacensem electum fuisse secundum, (sic enim habet, cum primus certe fuerit) Cassinensem Episcopum a Johanne XXII. die 10. Aprilis an. 1324. Pontificatus sui anno decimo, cum tamen jam ostendimus, Oddonem an. 1325. adhuc ecclesiam Cassinensem administrasse mense Majo, cumque annus decimus pontificatus Johannis non 1324. sed 1326. fuerit. Quo anno obierit Oddo nobis incompertum. Emortuale nostrum hæc tantum de illo ait: *V. Nonas Julii obierunt &c. reverendus pater dominus Frater Oddo Patriarcha Alexandrinus, & Administrator hujus Cassinensis ecclesiæ.*

Emendatur Ughellius.

Iterū corrigitur Ughellius.

Raymundus.

Raymundus electus est primus Cassinensis episcopus die 9. Aprilis an. 1326. qui decimus erat Johannis XXII. Fuerat Raymundus Prior Poredi Ordinis S. Benedicti in diœcesi Æduensi, ac rector Comesque Campaniæ, & maritimæ. Palatium in oppido S. Petri ad monasterium construxit, apposita supra fores marmori sculpta inscriptione: *Hoc hospitium fecit fieri dominus Raymundus dei gratia primus episcopus Cassinensis Campaniæ, maritimæque rector, & Comes anno domini 1331.* ibidemque quædam gentilitia arma visebantur hoc modo facta.







Extabant hæc inscriptio, insigniaque an. 1537. ut constat Instrumento stipulato a notario Andrea Massaro Sangermanensi die 24. Junii ejus anni. Obiit Raymundus an. 1340. ut ex emortuali no-

stro constat hisce verbis: *VII. Kal. Augusti obierunt &c. domnus Raymundus primus episcopus Casinensis an. domini* 1340. quo eodem die, atque anno Raymundi mors adnotatur in codice ms. bibliothecæ nostræ nu. 219. De eo agunt Ughellius col. 575. nu. 2. To. I. Lucentius col. 880, nu. 81. aliique plures.

Guido. Guido Gallus ecclesiæ Povicienfis præpositus a Benedicto XII. cujus erat notarius, electus est secundus Cassinensis episcopus die 6. Novembris anni 1340., atque obiit an. 1341., ut habet emortuale nostrum hisce verbis: *IV. Nonas Augusti obierunt &c. domnus Guido secundus episcopus Casinensis anno domini* 1341. De eo agunt memorati scriptores nu. 3. & 82.

Richerius. Richerius, seu Ratherius Gallus ex Vassionensi in Avinionensi comitatu episcopus Cassinensis tertius creatus est an. 1341. die 10. Octobris, obiitque an. 1343. ex Ughellio, Lucentio, & emortuali nostro, quod sic habet: *V. Kal. Martii obiit domnus Ratherius tertius episcopus Casinensis anno domini* 1343.

Stephanus. Stephanus de Gambaruris alias Albranti Gallus ex Abbate monasterii Cellensis Tricastinæ diœcesis electus est quartus Cassinensis episcopus die 15. Maji 1343. a Clemente VI. cujus erat thesaurarius, annoque 1345. die 13. Februarii translatus ad ecclesiam S. Pontii Tomerariorum in Gallia, ac tandem anno 1350. factus Archiepiscopus Tolosanus, ut refert Ughellius nu. 5., & Lucentius nu. 84.

Guillelmus. Guillelmus Gallus ex Abbate SS. Sergii, & Bacchi Ordinis S. Benedicti diœcesis Andegavensis factus Archiepiscopus Tranensis, ac deinde Brundusinus, & Horitanus, demum quintus Cassinensis episcopus eligitur a Clemente VI. an. 1345. die 7. Aprilis. Hoc se modo inscribit Guillelmus in commissione an. 1346. die ultima Aprilis facta, quæ extat in nostro archivo, & incipit: *Guillelmus permissione divina, Brundusinus olim, & Horitanus archiepiscopus, nunc episcopus Casinensis, apostolicæ sedis nuntius, civitatis Beneventanæ, suique territorii, & districtus rector, & Richardus dei gratia archiepiscopus Capuanus ad infrascripta per Sanctissimum in Christo patrem, & dominum nostrum domnum Clementem papam sextum specialiter deputati. Venerabili Viro Abbati Nicolao de Massa canonico Salernitano salutem in domino, & nostris, imo veris, apostolicis firmiter obedire mandatis. Cum præfatus dominus noster summus pontifex duas decimas triennales, unam videlicet pro subsidio contra Turcos, & reliquam pro oneribus dominæ reginæ commodius supportandis solvendas a prælatis, canonicis, clericis, & personis aliis ecclesiasticis exemptis, & non exemptis, reverendissimis patribus dominis S. R. E. Cardinalibus, & religiosis viris Fratribus hospitalis S. Johannis Hierosolimitani dumtaxat exceptis singulis annis utriusque triennii impositionis decimarum ipsarum vid. pro medietate in festo omnium sanctorum, & alia medietate in festo resurrectionis Dominicæ in regno isto duxerit imponendas, nobisque decimarum prædictarum collectionem, & receptionem specialiter committendam, prout per literas dicti domini nostri papæ editis super iis, hac & alia seriosius continentur, & terminus secundæ solutionis secundi anni primi triennii impositionis hujusmodi decimarum, quæ secunda solutio fieri debuit in festo resurrectionis dominicæ præsentis anni 14. indictionis jam venerit, & fluxerit, sintque prælati clerici, & personæ aliæ ecclesiasticæ supradictæ in solutione hujusmodi non modicum negligentes, & pro primo termino solutionis dicti 2. anni &c.* (nota.) Atque in aliis literis an. 1343. sic ait: *Guillelmus permissione divina olim Tranensis nunc Brundusinus, & Horitanus Archiepiscopus apostolicæ sedis nuntius, ac collector generalis fructuum, reddituum, & proventuum ad dominum nostrum papam, & ejus cameram pervenientium in regno Siciliæ, & terris citra Farum consistentium, & ad corrigendum clericorum, & ecclesiasticarum personarum excessus, & crimina, nec non ad prosequendum alia diversa negotia in dictis regno & terris, ac partibus aliis auctoritate apostolica specialiter deputatus &c.* Quot obvenerint sub hoc episcopo Cassinatibus infortunia, mox narrabimus. Translatus tandem est an. 1353. die 20. Maji ad episcopatum Tarbiensem in Gallia, ut refert Ughellius nu. 6. & Lucentius n. 85.

Franciscus. Franciscus Tudertinus ex nobilissima Aptorum gente primum Corphiensis episcopus, deinde Closinus in Herruria in Senensi provincia, anno tandem 1353. die 15. Junii electus est sextus Cassinensis episcopus. Ejus mentio est in instrumento stipulato a notario apostolico Georgio de Nicolao de notario Georgio ex oppido S. Georgii diœcesis Cassinensis quod incipit. *In nomine domini Amen. Anno nativitatis ejusdem* 1354. *die* 20. *mensis Novembris &c. In præsentia mei notarii & testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum & venerabilis vir D. Andreas de Tuderto prior collegiatæ ecclesiæ S. Victorinæ Tudertinæ diœcesis reverendi in Christo patris, & domini Francisci dei, & apostolicæ sedis gratia episcopi Casinensis in spiritualibus, & temporalibus vicarius generalis &c. habendo secum judicem Franciscum de Pontecurvo judicem, & advocatum Casinensem per hunc libellum renovationis, &c. concessit, &c. Mariæ uxori Nicolai de Sella, & Johanni Romanello de castro Cardeti, &c. quoddam molendinum situm in territorio dicti castri in aqua, quæ dicitur, la claru, &c. annuatim grana duodecim auri officio cellerarii Casinensis, &c. dare, & reddere tenenantur, &c. Actum in S. Petro in monasterio. &c.* Factus deinde an. 1355. archiepiscopus Florentinus, & an. 1356. Cardinalis S. Marci, atque major Pœnitentiarius obiit Avenione die 5. Septembris an. 1361. ut refert Ughellius nu. 7., & fusius To. III. in descript. Archiep. Florentin. col. 149. nu. 46. Lucentius nu. 86., & Oldoinus in Vit. Pontificum, & Cardinalium To. II. col. 533.

Angelus I. Angelus Florentinus nobilissima Acciajola gente ortus ex celeberrimo Prædicatorum Ordine primum episcopus Aquilanus, deinde Florentinus, postremo factus est septimus Cassinensis episcopus an. 1355. Mentio hujus Angeli est in instrumento stipulato a notario Nicolao de Sardinia Sangermanensi, ex quo etiam constat, cancellarium regni Neapolitani fuisse. Illud sic incipit: *In nomine domini nostri Jesu Christi anno incarnationis ejus* 1356. *regnantibus serenissimis dominis nostris, dominis Ludovico rege, & Joanna Regina dei gratia Jerusalem, & Siciliæ, &c. regnorum vero dicti domini nostri regis anno VIII. & dictæ dominæ nostræ reginæ anno* quar-

quartodecimo mense Junii die 4. ejusdem mensis &c. tenore presentis scripti publice fatemur, &c. Nos magister Petrus de S. Helia judex, & advocatus ac procurator generalis curiæ Casinensis, & civitatis S. Germani. Nicolaus de Sardina de S. Germano publicus ubique per regnum Siciliæ regia, & reginali auctoritate notarius, & subscripti testes, &c. quod nobis præsentibus Judice notario, & testibus suprascriptis in S. Germano in domibus habitationis nota. *Reverend. ac nobilis viri domini Zenobii de Florentia laureati poetæ vicario in spiritualibus, & temporalibus & Masii de Aczarolis de Florentia thesaurarii rever. in Christo patris, & domini domini fratris Angeli dei, & apostolicæ sedis gratia episcopi Casinensis regni Siciliæ cancellarii: prædicti domini Vicarius, & thesaurarius ibidem præsentes &c. asseruerunt cameram Casinensem habere, &c.* Quod hoc alio instrumento constat, quod extat authographum in nostro archivo.

In nomine domini nostri Amen. Anno nativitatis ejusdem 1357. *die vigesima mensis Januarii decima indictionis pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & domini nostri, domini Innocentii divina providentia papæ sexti anno quinto. Nos Frater Angelus dei & apostolicæ sedis gratia episcopus Casinensis regni Siciliæ cancellarius de Fratrum nostrorum consensu* nota. *nobiscum habendo judicem Marcum Para de S. Germano judicem, & advocatum Cassinensem & nostrum, libellario jura confirmamus, & concedimus tibi Thomasio domini Petri de Pontecurvo quamdam domum sitam in Pontecurvo loco ubi dicitur allo mercatu juxta domum curiæ Cassinensis, &c. quam olim tenuit. Nicolellus de Nicolao Francisci & sibi concessam per qm. bo. me. domnum Raymundum episcopum Cassinensem prædecessorem nostrum in anno domini* 1327. *die* 29. *Octobris &c. ita tamen, ut omni anno reddas &c. in festo beati Benedicti curiæ Pontiscurvi nomine census provenienscm unum &c., & taliter nos Frater Angelus dei, & apostolicæ sedis gratia episcopus Casinensis regni Siciliæ cancellarius de Fratrum nostrorum consensu, nobiscum habendo prædictum judicem, & advocatum Casinensem, & nostrum qualiter nobis congruum fuit fecimus, & tibi Georgio Nicolai de S. Georgio apostolica authoritate notario, hoc exinde publicum instrumentum scribere mandavimus; reverendi viri domni Zenobii de Florentia laureati poetæ generalis vicarii, & locumtenentis nostri, quia propter invalctudinem nostri corporis propria manu subscribere non valemus, ac Fratrum nostrorum, & dicti judicis subscriptionibus roboratum &c. Ego qui supra Zenobius Vicarius prædicta fateor, & de mandato, ac voce dicti domini episcopi me subscripsi. ✠ Ego qui supra Marcus Para judex, & advocatus Casinensis. Ego Fr. Gregorius Decanus Casinensis prædicta fateor, & me subscripsi. Ego Fr. Nicolaus de Gratia de S. Germano Monachus Casinensis, ac præpositus ecclesiæ S. Benedicti de Clia interfui, & me subscripsi. Ego Masius de Aczarolis Thesaurarius Casinensis prædicta fateor, & me subscripsi.* Obiit Angelus an. 1357. teste Ughellio nu. 8., & in descriptione Archiep. Florent. nu. 45. ubi fusius Angeli gesta describit, & Lucentius nu. 87. Emortuale nostrum hæc de eo habet: *X. Kal. Novemb. obierunt, &c. domnus Angelus episcopus Casinensis, & Cancellarius regis de Florentia sub anno domini* 1356. Error in anno est, nam erat 1357.

Angelus II. Angelus della Posta octavus Cassinensis episcopus electus est an. 1358., quo hoc instrumentum confectum est ex regesto p. 1. a t. *In nomine domini amen. Anno domini* 1358. *regnantibus Serenissimis dominis nostris dominis Ludovica, & Johanna dei gratia Hierusalem, & Siciliæ rege, & regina, regnorum vero dicti domini nostri regis anno undecimo, & dictæ dominæ reginæ anno sextodecimo, mense Novembris, die quintodecimo dicti mensis, 12. indictionis, apud S. Germanum, Nos Angelus dei, & apostolicæ sedis gratia episcopus Casinensis, de Fratrum nostrorum consensu nobiscum habendo dominum Paulum de Sulmona Valvensem præpositum decretorum doctorem, judicem, & advocatum Casinensem, & nostrum per hunc renovationis libellum libellario jure concedimus, & renovamus, & confirmamus tibi Johanni Perrono de castro nostro Vallisrotunda quatuor terras positas in territorio S. Heliæ in loco, ubi dicitur Guallus Piczolus &c., quas terras tenuerunt antecessores tui per cartam libellariam sibi, vel eis renovatam per qm. bo. me. dominum Raymundum olim episcopum Casinensem in anno domini* 1329. *mense Decembris die septimo ejusdem mensis XIII. indictionis &c.* Ughellius nu. 9. autumat invectum a Scipione hunc Angelum Monachum Casinatem inter hujus ecclesiæ Episcopos. Corrigitur Ughellius. Verum longe fallitur vir eruditissimus, nam constat, episcopum hunc extitisse tum ex literis ab Innocentio VI. Pontificatus sui an. X. scriptis ad subditos cœnobii nostri, atque ex duabus aliis Angeli Ursini, in quibus duorum cognominum meminit, ut in Diss. I. dicemus, tum quod an. 1360. plures a prædecessore suo Angelo Acciajolo factas concessiones hic Angelus Monachorum consensu revocavit, annoque insequenti judicem, seu gubernatorem diœcesis Cassinensis constituit Ludovicum de Posis, atque in patentibus literis Benedictum de Plumbariola Vicarium suum appellat, atque sanguine conjunctum, ut Diss. I. dicendum, quod de Angelo Ursino credi certe haud potest. Rem conficit hoc instrumentum, quo die 5. Maji an. 1361. prædia quædam Antonio de la Posta nepoti suo concedit ex cit. regesto p. 38. a t. *Fr. Angelus permissione divina Episcopus Casinen. dilecto nobis in Christo Antonio nato Christophori de Posta nepoti nostro canonico majoris ecclesiæ S. Germani de S. Germano salutem in domino sempiternam. Tuæ juventutis insignia tuaque dona virtutum, quæ in te fulgere noscuntur, nos inducunt, ut personam tuam dignis favoribus, & honoribus prosequamur &c.* An de Posta cognomen fuerit, vel patria nostri episcopi, scire haud possumus. Certe in ducatu Albeti oppidum hujus nominis extat. Cognomen tamen fuisse credimus, tum quod Antonium nepotem suum cognomento de Posta a S. Germano fuisse dicit in mox allato monumento, tum quod hæc in emortuali nostro leguntur: *V. Non. Julii obierunt &c. domina Angela de Posta uxor viri magnifici Nicolai de Ceraso, quæ domina dimisit ecclesiæ Casinensi tubaliam unam deauratam pulcherrimam, & pannum unum deauratum pro altari sub anno domini* 1363. Ad an. 1362. die 20. Februarii monumenta de hoc Angelo agunt, nam eo die, & anno extat in ejus regesto p. 5. a t. instrumentum a notario Johanne de Notario Berardo ex oppido S. Stephani Abbatiæ Cassinensis, quo Angelus faculta-

tem concedit notario Leonardo de Vallerotunda construendi Valeatorium, seu pistrinum pannarium. In Emortuali nostro hæc leguntur: *III. Idus Aprilis obierunt &c. dominus Angelus de Posta octavus episcopus, ac reformator & reparator monasterii Casinensis sub anno domini 1361.* legendum 1362.

Vacat Episcopalis Sedes.

Ex originali in Archivo.

Die 2. Septembris ejusdem anni, vacante sede, Cassinensis Abbatia a Vicariis regebatur, ut hoc instrumento constat, quo modus eligendi archipresbyteros exprimitur. *In nomine domini nostri Jesu Christi anno incarnationis ejus 1362. regnante Serenissima domina, domina nostra, Johanna regina &c. regnorum vere dicta domina nostra regina anno XX. die secunda mense Settembris prima indictionis apud Roccam Bantra reverendis, & venerabilibus in Christe patribus domnis Fratribus Nicolao Rogeroni & Andrea de Fractis Monachis, & generalibus Vicariis in spiritualibus ecclesia Casinensis sede vacante, presbyteri Nicolaus magistri Gulielmi, Nicolaus qm. notarii Odonis, Antonius notarii Nicolai, Andreas de Fadusto, & diaconus, Petrus de Ruggerio canonici, & etiam presbyteri ecclesia S. Maria de castro Rocca Bantra Casinensis, diœcesis & Gibellus presbyter, & prior ecclesia S. Margarita da dicta Rocca, presbyter Andreas de Roberto; prefatus vero domnus Gibellus nomine suo, ac nomine, pre parte domni Nicolai de Benedicto Nepotis sui clerici ejusdem ecclesia beata Margarita vestri devoti filii recomendationem, ac reverentiam tam debitam quam devotam sacris canonibus, novimus certum esse ut ultra tres menses cathedralis, ac regularis, & collegiata pastore, seu pontifice proprio non vacet ecclesia, ne pre ipsius defectu lupus rapax dominicum gregem invadat, ac viduata ecclesia in suis facultatibus grave dispendium patiatur, ea propter vire qm. probo D. Angelo archipresbytero nostro præsenti anno domini 1362. die 26. mensis Augusti quintadecima indictionis anni ejusdem, sicut Dee placuit, viam universa carnis ejusque corpore, ut moris est ecclesiastica tradito sepultura; nos supradicti convenientes in unum ad electionem futuri nostri archipresbyteri canonice celebrandam, prætitulatum in ecclesia diem duximus statuendum, citatis, seu vocatis igitur in termino omnibus tunc præsentibus, qui electioni celebranda debuerunt, potuerunt, & voluerunt cemode interesse in capitulo prædicta archipresbyteralis ecclesia S. Maria loco ad hoc apto, & consueto tamquam de electione futuri archipresbyteri tractatum habere, & post diversos tractatus inter nos habitos, & diversarum personarum nominationes, placuit tandem nobis universis, & singulis per viam scrutinii procedere, & de pastore viduata nostra ecclesia idoneo providere, ideoque elegimus duos ex nobis, vid. supradictos presbyteros Nicolaum notarii Oddonis, & Nicolaum Gulielmi de nostro collegio fide dignos, dantes eisdem unanimiter plenariam potestatem, ut socreto, & sigillatim vota cunctorum primo sua, & nostra diligenter inquirerent, & tam in scriptis redacta mens in communi publicarent, & tam numeri ad numerum quam zeli ad zelum, & meriti ad meritum, collatione per eos habita diligenti illum eligerent, in quem invenirent omnes, vel majorem vel saniorem partem nostri capituli, seu collegii consensisse, ita quod unus eorum consensu, & voluntate alterius scrutatoris vice sua, & collega, ac omnium aliorum electionem eandem procuraret in scriptis, & sollemniter publicaret, qui secedentes in parte primo vota sua, secundo vota omnium aliorum sicut nobis postea retulerunt secreto, & sigillatim diligenter inquisiverunt, & in scriptis redacti mens in communi publicarunt, & in nostra presentia secundum formam eis traditam tam numeri ad numerum, quam zeli ad zelum, ac meriti ad meritum, collatione habita diligenti supradictus presbyter Nicolaus notarii Oddonis unus ex dictis scrutatoribus, de voluntate consensu, & mandato alterius collega sui, presbyterum Nicolaum qm. notarii Andrea canonicum, & priorem dicta archipresbyteralis ecclesia nostra sancta Maria, quem repertum fuit omnes nos, ac majorem, & saniorem partem nostri collegii seu capituli totius, quorum subscriptiones inferius continentur in ipso scrutinio consensisse vice sua, ac collega, ac aliorum omnium in hiis consentientium, invocata Spiritus Sancti gratia in nostrum, & nomine Archipresbyteralis ecclesia elegit archipresbyterum, & pastorem virum utique plena, & matura ætatis, qui jam tercesimum octavum ætatis sua annum peregit, virum sufficientem, & idoneum de legitimo Matrimonio susceptum, in presbyterali ordine constitutum, vitam, & moribus commendatum, in spiritualibus providum, in temporalibus circumspectum, electum pronunciavit hoc modo. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti amen. Anno incarnationis domini nostri Jesu Christi 1362., & die 14. mensis Septembris prima indictionis, Ego presbyter Nicolaus qm. notarii Oddonis unus de duobus scrutatoribus nominatus, & electus ad faciendum scrutinium in electione futuri nostri archipresbyteri secundum formam præmissam, diligenter ipsa servata in omnibus de voluntate, consensu, & mandato collega nostri vice mea, & sua, & aliorum omnium, in hiis consensum, & potestatem mihi, & sibi traditam, invocata spiritus Sancti gratia ad honorem dei, & gloriosa Virginis matris ejus nostra patrona, ac domina cujus negotium agitur, & omnium dictorum, collatione facta reperimus omnes nos, ac majorem, & saniorem partem totius nostri capituli sui collegii in scrutinio consensisse in virum providum presbyterum Nicolaum qm. notarii Andrea canonicum, & priorem ipsius archipresbyteralis ecclesia, igitur ipsum in nostrum & nostra ecclesia S. Maria archipresbyterum eligo & pastorem, eandemque etiam in hiis scriptis pronuncio, & dicta vero electione sic canonico, & sollemniter celebrata, & publicata in communi omnes unanimiter recepimus, & approbamus. Te Deum laudamus more solite cum cordis jubilo decantavimus. Præsentata insuper per nos hujusmodi electione de eodem dicto electe, ipse ex humilitate se insufficientem, & indignum asserens, multipliciter excusavit, nobis tamen vehementius instantibus, timens divina dispositioni contrairo, invocato Divina misericordia auxilio, votis Fratrum umiliter duxit assentiendum, electionem ipsam, ac honus impositum, ut per Deum valeat suscipiens, & acceptans, reverenda igitur paternitati vestra duximus unanimiter supplicandum, ut electionem prædictam de eodem presbytero Nicolao Notarii Andrea dignemini benignius confirmare, qui, auctore Deo, nobis velut pastor, & rector idoneus, & toti archipresbyteratui in hiis, qua ad archipresbyterum, & rectorem spectant salubriter praesse valeat, & prodessa, nosque,*

que, & alii sibi commissi sub ejus gubernatione possimus coram Deo salubriter militare, & ut omnium nostrorum vota in præmissis omnibus, & singulis convenisse, & concordasse in hac electione, & petitione convenire noscatur, benignitatem vestræ reverendæ paternitatis hoc canonicum, & authenticum Instrumentum de electione exinde fieri fecimus per Nicolaum de Benedicto de dicta Rocce, ipsius Roccæ judicem Nicolaum notarii Nicolai de eadem terra publicum ubique per justitiariatum terræ laboris, Comitatus Molisii regia, & reginali authoritate notarium, quos ad prædicta concorditer, & communiter, ac etiam voluntarie adhibuimus . . . . . roboratum propriis manibus nostrorum singulorum omnium & subscriptione. Acta fuerunt hoc anno, mense, loco, & die supradictis, quæ ego prædictus Nicolaus publicus, ut supra notarius, præsente prædicto judice scripsi, ac prædictis, & requisitioni supradictorum omnium, & singulorum, & in hanc publicam formam reddegi, & meo solito signo signavi. Nicolaus. Locus ✠ Signi. ✠ Signum Crucis propria manus qui supra Nicolai illitterati judicis scribere nescientis ✠ Ego presbyter Nicolaus magistri Guillelmi canonicus, & subprior prædictæ archipresbyteralis ecclesiæ S. Mariæ de Rocca Bandra supradictis omnibus, & singulis consensii, & consensio, ac manu propria signo, & subscribo. ✠ Ego presbyter Nicolaus notarii Oddonis canonicus prædictæ archipresbyteralis ecclesiæ supradictis omnibus, & singulis consensii, & consensio. ✠ Ego presbyter Antonius notarii Nicolai canonicus prædictæ Archipresbyteralis ecclesiæ &c. omnibus, & singulis consensii, & consensio, &c. ✠ Ego presbyter Andreas &c. canonicus prædictæ ecclesiæ. ✠ Ego presbyter Gibellus de magistro Petri Prior ecclesiæ S. Margaritæ de Rocca Bandra &c. ✠ Ego presbyter Andreas de Rubberto de Rocca Bandra Clericus ecclesiæ S. Margaritę supradictis omnibus, & singulis consensii, & consensio, ac manu propria signo, & subscribo.

Angelus Ursinus.

Nonus demum Cassinensis episcopus electus est ab Innocentio VI. die vigesima sexta Augusti 1362. Angelus ex clarissima Ursina gente (quamquam ignotum id Cassinatibus mox allatum instrumentum diei 2. Septembris ejus anni 1362. ostendit) ut constat ex authographo hoc Innocentii diplomate, cujus pars media per summam negligentiam an inscitiam, extat initio codicis ms. bibliothecæ nostræ sign. nu. 81., altera in fine: *Innocentius episcopus servus servorum Dei. Dilectis Filiis universis vaxallis ecclesiæ Cassinensis Romanæ ecclesiæ immediate subiectis, salutem, & apostolicam benedictionem. Apostolatus officium, quamquam insufficientibus meritis nobis ex alto commissum, quo ecclesiarum omnium . . . præsidemus utiliter exequi, quo adjuvante domino cupientes solliciti reddimur, ut cum de ipsarum ecclesiarum, & præsertim Romanæ ecclesiæ immediate subiectarum regiminibus agitur . . . endis, tales eis in pastores præficere studeamus, qui commissum sibi gregem dominicum non solum doctrina verbi, sed exemplo boni operis informare, commissasque ipsis statu pacifico, & tranquillo velint, & valeant duce Domino gubernare. Dudum siquidem bo. me. Angelo episcopo Cassinensi regimini Cassinensis Ecclesiæ eidem Romanæ ecclesiæ immediate subjectæ præsidente, nos cupientes eidem ecclesiæ Cassinensi, cum vacaret, per apostolicæ Sedis providentiam utilem, & idoneam præsidere personam provisionem ipsius administrationi, & dispositioni nostræ duximus ea vice specialiter reservandam decernent &c. Postmodum vero dicta ecclesia per obitum ipsius Angeli episcopi, qui extra Rom. Curiam diem clausit extremum, vacante, nos vacatione hujusmodi fide digni relatibus intellecta, ad provisionem ejusdem ecclesiæ celerem, & felicem, de quo &c. ne ipsa Ecclesia longæ vacationis exponeretur incomodis, paternis, & sollicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam de præficiendo eidem ecclesiæ personam utilem, & etiam fructuosam cum Fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad dilectum Filium Angelum electum Cassinensem archidiaconum Vallis Endorræ in ecclesia Urcellensi notarium nostrum in minoribus dumtaxat ordinibus constitutum, visa, ac morum honestate decorum, in spiritualibus providum, & in temporalibus circumspectum, aliisque multiplicium virtutum meritis, prout familiari experientia novimus insignitum duximus oculis nostræ mentis, quibus omnibus debita meditatione pensatis de persona dicti Angeli Electi præfatæ ecclesiæ Cassinensi, de dictorum Fratrum consilio, authoritate Apostolica providimus, ipsumque illi præfecimus in episcopum, & pastorem; curam, & administrationem ipsius Cassinensis ecclesiæ sibi in spiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, firma spe, fiduciaque conceptis, quod dirigente domino actus suos præfata Cassinensis ecclesia per suæ circumspectionis industriam, & providentiam circumspectam sub suo felici regimine regeretur utiliter, & grata suscipiet incrementa. Quo circa universitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus eundem Angelum electum debita honorificentia prosequentes eidem fidelitatem solitam, nec non consueta servitia, & jura a vobis sibi debita exhibere integre studeatis, &c. Datum Avinione septimo Kal. Septembris pontificatus nostri anno decimo. Johannes de Stemma XII.* Plura de hoc Angelo monumenta dabimus in Diss. I. Haud satis decernere possumus, an obierit Angelus an. 1365., quo ejus regestum die 13. Junii desinit, an in die nona Maii 1366. quo ejus obitum hisce verbis adnotat Emortuale nostrum: *Septimo Idus Maji obierunt &c. dominus Angelus de Ursinis nonus episcopus Cassinensis anno domini* 1366. Certo tamen constat, circa medium annum 1366. superstitem non fuisse, cum præpositus sancti Liberatoris Cœnobii sui inventatium die 18. Decembris ejus anni concinnaverit jussu Fr. Raymundi Cabaudi prioris Cariloci, & vicarii generalis monasterii Cassinensis ab Urbano V. constituti, ut Diss. I. dicemus.

Decernentes ex nunc irritum, & inane si secus super iis per quoscumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contingeris attentari. De qua nullus præter nos ea vice se intromittere potuerat, nequaquam poterat reservatione, & decreto obsistentibus supradictis.

Urbanus V.

Post Angeli obitum SS. Pontifex Urbanus V. Abbas cœnobii Cassinensis esse voluit, quo peculiarem suam erga parentem Sanctissimum Benedictum reverentiam testatam faceret, ut ipsemet initio anni quinti pontificatus sui die 20. Novembris 1366. hac bulla testatur. *Urbanus Episcopus servus servorum Dei ad futuram rei memoriam. Cogit necessitas faciendæ reparationis venerabilis ecclesiæ Cassin., & inducit veneranda devotio beati Benedicti Abbatis, in cujus regula sumus ab annis teneris enutriti, ut ad reparationem eandem faciendam celerius favores apostolicos impendamus. Dudum siquidem ad reparationem, &*

Ex originali in Archivo.

alias ad utilitatem dictæ ecclesiæ Cassin. proprio pastore carentis multipliciter in suis ædificiis, & officinis collapsæ præcipuis affectibus intendentes, ipsam ecclesiam ad manus nostras, & sedis apostolicæ posuimus, & proponimus aliquamto tempore retinere. Ut igitur ipsa ecclesia eo citius reparetur, quo a pluribus oneribus fuerit relevata, eam ab omnibus impositionibus decimarum, & subsidiorum per dictam sedem factis, & in posterum faciendis, ac procurationibus legatorum, & Nuntiorum ipsius sedis toto tempore, quo ecclesia ipsa in manibus nostris, & dictæ sedis existet auctoritate apostolica, tenore præsentium eximimus, absolvimus, ac etiam liberamus, Volentes, ac concedentes, quod omnia, quæ a tempore obitus bonæ memoriæ Angeli episcopi Cassinen. ex ipsius ecclesiæ redditibus, & proventibus provenerunt, & deinceps quandiu ecclesia ipsa erit in dictis manibus, ut præfertur provenient, supportatis necessariis oneribus ipsius ecclesiæ, fabricæ memoratæ ecclesiæ applicentur, quodque Vicarii, & alii ipsius Ecclesiæ in spiritualibus, & temporalibus officiales ad præstationem decimarum, subsidiorum, & procurationum hujusmodi a quoquam quavis auctoritate, etiam per litteras apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, concessionibus, & litteris apostolicis, & aliis, necnon constitutionibus contrariis non obstantibus quibuscumque, non valeant coarctari. Nos enim irritum decernimus, & inane, si secus fuerit attemptatum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ exemptionis, absolutionis, liberationis, voluntatis, concessionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Avinione XII. Kalend. Decembris Pontificatus nostri anno quinto - - - - - - Hic. - - - -

Gratis de mandato Domini nostri Papæ - - -
P. Vayssa . . . reg. - - - -

Quo fine ductus Abbas esse voluerit explicat Urbanus in epistola ad subditos cœnobii Cassinensis, quam in Diss. I. dabimus. Primus omnium Vicarius, quorum ope Abbatiam Cassinensem gubernavit Urbanus, fuit Raymundus jam memoratus, alter Fr. Martius prior Pesenatii, tertius Hugo a Creiscello prior Villæ novæ Crematæ diœcesis Biterrensis. Capitaneum Abbatiæ constituit Urbanus V. nobilem virum Ceccarellum de Populo hisce literis. *Dilecto Filio Andreæ Abbati monasterii Cassinen. Ordinis S. Benedicti nullius diœcesis salutem &c. Dudum monasterio Cassinen. tunc pastoris regimine destituto dilectum filium nobilem virum Ceccarellum de Populo domicellum dimidii castri Vinealum Triventinæ diœces. Capitaneum terrarum dicti monasterii quod certis ex causis in nostris manibus tenebamus fecimus generalem, qui officium Capitaneatus hujusmodi aliquot annis exercuit atque gessit. Verum, quia idem Ciccarellus postquam de persona tua eidem monasterio duximus providendum, præficiendo te illi in Abbatem hujusmodi, prout debuit, cessit officio. Volumus, & tuæ discretioni mandamus quatenus eumdem Ceccarellum, & suos officiales super gestis, & administratis per ipsos in hujusmodi Capitaneatus officio per te vel alium sindicos, seu facias sindicari puniturus, seu absoluturus eosdem, prout eorum merita, vel demerita postulabunt, Contradictores &c. Non obstan. si dictis Ceccarello, & officialibus, vel quibusvis aliis communiter, vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum apud Montemflasconem 2. Kalend. Junii anno octavo.* Quasdam Urbani bullas mox, aliasque in Diss. I. dabimus.

Ex originali in Archivo.

Andreas.

Andream deinde Faventinum ex insigni Camaldulensium Ordine primum post episcopos Abbatem Cassinensem constituit Urbanus V. A. 1369. die 5. Decembris hisce litteris, quibus facultatem etiam illi concedit decem ex quolibet Ordine non mendicantium Monachos inter Cassinates adsciscendi, tyronesque recipiendi ad professionem monasticam.

Ex originali in Archivo.

Dilecto filio Andreæ Abbati monasterii Cassinen. Ordinis S. Benedicti, quam nullius diœcesis existit salutem &c. Ad ea quæ divini nominis cultum, & lucrum religiosorum augumentum respiciunt libenter intendimus, & eis quantum cum deo possumus favorem apostolicum impartimur. Cum itaque hodie de persona tua ob tuorum exigentiam meritorum nobis, & fratribus nostris accepta monasterii Cassinensis Ordinis S. Benedicti quod nullius diœcesis existit de dictorum Fratrum consilio auctoritate apostolica duximus providendum, præficiendo te eidem monasterio in Abbatem. Nos attendentes, quod in eodem Monasterio juxta ipsius exigentiam facultatum, nimis est parvus numerus Monachorum, ac cupientes, quod in Monasterio ipso Monachorum numerus augeatur, & ipsius sancta regula laudabiliter observetur, ibi transferendi auctoritate nostra hac vice de quibuscumque aliis Monasteriis quorumcumque ordinum non mendicantium ad præfatum Monasterium Cassinense, usque ad decem Monachos, de quibus tibi videbitur, ac insuper de novo recipiendi in Monachos ejusdem monasterii auctoritate prædicta juxta tuæ voluntatis arbitrium quoscumque clericos, vel laicos, qui sub regulari habitu cupiant in eodem monasterio tecum, & cum aliis ipsius monasterii monachis virtutum domino famulari, ipsisque regularem habitum exhibendo. Contradictores quoque auctoritate prædicta appellatione postposita compescendo; quibuscumque constitutionibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus prædictis, & aliorum quorumcumque monasteriorum, & Ordinum contrariis juramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, nec non privilegiis, & indulgentiis generalibus, vel specialibus quorumcumque tenorum existant, etiam si de ipsis, & totis eorum tenoribus esset in præsentibus mentio facienda nequaquam, obstantibus, plenam & liberam tenore præsentium auctoritate apostolica concedimus facultatem, præsentibus post annum minime valituris. Datum Romæ apud S. Petrum nonis Decembris anno octavo. Abseotem Cassino fuisse Andream die 21. Januarii an. 1370. constat ex Urbani literis, quibus Petrum de Tarraris visitatorem cœnobii Cassinensis constituit. At die 4. Martii ejusdem anni jam reducem ostendunt hæ aliæ Urbani litteræ. *Urbanus episcopus servus servor. dei venerab. Fratribus . . . . . Neapolitañ. et Beneventañ. Archiepiscopis, ac episcopo Trojan. salutem, & apostolicam benedictionem. Exhibita nobis nuper pro*

par-

parte dilectorum Filiorum Andreæ Abbatis, & conventus monasterii Cassinensis &c. petitio continebat, quod olim per nonnullos prælatos ejusdem monasterii, & suorum membrorum &c. diversæ locationes, concessiones, Franchitiæ, seu libertates de decimis, terris, domibus, possessionibus, vineis, censibus, redditibus, pratis, pascuis, nemoribus, molendinis, juribus, jurisdictionibus, & quibusdam aliis bonis ad ipsum Monasterium, & membra spectantibus &c. in gravem prædictorum Monasterii, & membrorum læsionem nonnullis clericis, & laicis &c. factæ fuerint &c. Datum Romæ apud S. Petrum IV. Non. Martii Pontificatus nostri anno octavo x. P. Gavaldani. Nicolaus Wernerus ℞. Quod idem pluribus aliis epistolis constat ab eodem Urbano pro Cassinatibus scriptis mense Martii, Aprilis, & Maii hujus anni. Author etiam vitæ Urbani V. apud Raynaldum num. 26. testatur, primum Abbatem Cassinensem ab Urbano constitutum fuisse Andream, qui tandem obiit die 18. Septembris an. 1373. ut hisce verbis habet emortuale nostrum *XIII. Kal. Octobris obiit bo: me: domnus Andreas sacerdos, & Abbas, & reformator hujus loci anno domini 1373.* Sub ejus regimine plura concessere cœnobio nostro privilegia Urbanus V., & Johanna Neapolis regina.

Wion lib. I. ligni Vitæ cap. 13. asserit an. 1371. Abbatem fuisse Cassinensem Bartholomæum a Senis, qui primo regiminis sui mense, veneno assumpto, obierit, in basilica Cassinensi sepultus. Scipio primum illum fuisse ait post episcopos Abbatem, atque inopina morte correptum secundo suæ administrationis anno necdum expleto. Alius quidam Author de Bartholomæo hæc ait: *Interim defuncto die 12. Septembris anni domini 1362. papa Innocentio, eidem in Pontificatu successit Urbanus V. electus die 27. Septembris. Is statim ut intellexit miserandum sacri monasterii Sublacensis statum, facultatem concessit Monachis ex corpore conventus eligendi sibi novum præsulem secundum S. patris Benedicti regulæ statuta. Quapropter Fratres unanimi voto consenserunt in Fratrem Bartholomæum e civitate Senarum oriundum Sacri specus Monachum tum temporis absentem, & Prioris claustralis officio fungentem in Monasterio S. Crucis de Bagnolo Perusinæ diœcesis, virum moribus, ac disciplina monastica probatum &c.* narratisque, pluribus tamen Chronologiæ erroribus, quæ gloriose gesserat, ejus vitam, concludit. *Pluraque alia mente destinaverat providere, si in regimine Abbatiæ Sublacensis diutius præfuisset. Nam cum celebris ejus bonitatis fama publica ad aures Urbani V. pervenisset, & ex Galliis Romam rediisset, Bartholomæum septimo sui præsulatus anno ad Cassinensis monasterii regimen transtulit, anno ab incarnatione domini 1369. Inito itaque Cassinensi præsulatu depravatos Monachorum mores, præcipueque quorumdam nobilium vivendi licentiosam objurgare cœpit vitam, & audaciam reprimere: unde & eorumdem indignationem subiit, & invidiam; quapropter & in ejus perniciem conjurantes, dolis vitæ ejus insidiabantur, a quibus tertio sui regiminis anno idest Domini 1371. in mense Septembri atroci toxici violentia abreptus fertur, & in basilica Cassinensi sepultus.* Certe Bartholomæus Abbas Sublacensis erat die 18. Martii 1369. ut ex Urbani diplomate constat sub: *Datum Romæ apud S. Petrum XII. Kal. Martii Pontificatus nostri anno septimo*; quo gratias quasdam confirmat a Bartholomæo, & Monachis Sublacensibus concessas Priori, & Monachis monasterii S. Annæ Aquævivæ Mondragonis. Constat etiam Andream fuisse primum Cassinatem Abbatem ab Urbano V. constitutum, atque an. 1369. vacasse Cassinensem Abbatiam, ut mox demonstravimus, cum de Andrea. Quare Bartholomæi in Cassinensem Abbatem electio, ejusque mors veneno procurata inter fabulas jure, meritoque amandanda.

Petrus de Tartaris nobilis Romanus vitam monasticam in Congregatione Montis Oliveti professus Prior fuit S. Mariæ Novæ de Urbe, atque ob egregias animi dotes ab Urbano V. die 5. Martii an. 1369. electus est visitator, ac reformator ecclesiarum omnium cathedralium, collegiatarum, ac regularium cujusvis Ordinis in provincia Campaniæ, & Maritimæ, ut constat hisce literis, quæ extant autographæ in archivo. *Petrus.*

Urbanus episcopus servus servorum Dei. Dilecto Filio Petro Tartaro Priori prioratus S. Mariæ novæ de urbe ordinis S. Benedicti salutem, & apostolicam benedictionem. Ad ecclesiam, & Monasteriorum omnium statum salubriter dirigendum juxta pastoralis officii debitum intendentes circa eorum visitationem, & reformationem, cum illa deformata sentimus partes apostolicæ sollicitudinis adhibemus. Sane ad nostrum fide digna relatione pervenit auditum, quod nonnullæ Cathedrales, & Collegiatæ Ecclesiæ, ac Monasteria, & alia pia loca secularia, & regularia utriusque sexus exempta, & non exempta Provinciarum Campaniæ, & maritimæ in spiritualibus, & temporalibus deformata sunt plurimum, & collapsa, & nonnulli eorum Prælati, & aliæ personæ incontinentia, & aliis vitiis sunt respersi, quæ absque debiti appositione remedii non debemus sub dissimulatione transire. Nos itaque de præmissis merito condolentes, & ad ipsorum ecclesiarum, Monasteriorum, & locorum reformationem, & eorundem Prælatorum, & personarum correctionem paternis, & sollicitis studiis intendentes, discretioni tuæ, de qua gerimus in Domino fiduciam specialem, per apostolica scripta committimus, & mandamus, quatenus ad singula hujusmodi Ecclesias, præsertim cathedrales, ac Monasteria, & loca exempta, & non exempta etiam Cistercien. Cluniacen. Præmonstraten. Camalduleñ., ac sanctorum Benedicti, & Augustini, aliorumque ordinum quorumcumque, ac Domorum hospitalis S. Johannis Jerosolimitani, & sanctæ Mariæ Theutonicorum, de quibus tibi Videbitur personaliter accedens, & habens præ oculis solum Deum, auctoritate nostra ea visites, & inquiras ibidem, ac corrigas, & reformes tam in capitibus, quam in membris super præmissis, & aliis, quæ visitationis, & inquisitionis, correctionis, & reformationis officio videris indigere, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, contradictores auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus quibuscumque privilegiis, & litteris apostolicis, nec non statutis, & consuetudinibus ecclesiarum, Monasteriorum, & locorum prædictorum, seu si aliquibus communiter, vel divisim ab Apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Da-

Dutum Rome apud S. Petrum tertio nonas Mensis Murtis Pontificatus nostri anno septimo . . - - - - - - Nicolaus .

de Curia . Nicolaus .

Anno deinde 1370. die 21. Januarii institutus fuit visitator, ac reformator cœnobii Cassinensis cum eadem potestate nondum præsente Andrea Abbate. Factus deinde est a Gregorio XI. Abbas cœnobii S. Laurentii extra muros urbis, quod tum Monachi nigri incolebant, ea lege ut nigrum habitum assumeret, quod hac Bulla constat ad subditos ejusdem monasterii lata.

Ex originali in Archivo.

Gregorius Episcopus servus servorum dei dilectis Filiis universis vassallis monasterii sancti Laurentii extra muros urbis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, salutem, & apostolicum benedictionem. Sumi dispositione rectoris ad regimen universalis ecclesie depmati, curis assiduis ungimur, ut opem, & operam, quantum nobis ex alto conceditur impendamus, quod orbis ecclesie, & monasteria universa Pastorum regiminibus destituta, presertim ad Romanam ecclesiam, nullo medio pertinentia per nostra providentia ministerium viris idoneis committantur, qui sciant, velint, & valeant ecclesias, & monasteria ipsa eis commissa studiose regere, & fideliter gubernare, dudum siquidem quondam Andrea Abbate monasterii S. Laurentii, extra muros urbis ad eamdem ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis S. Benedicti regimen ejusdem monasterii presidente, nos cupientes ipsi monasterio cum vacaret per Apostolica sedis providencium utilem, & ydoneum presidere pastorem, provisionem ipsius monasterii, ordinationi, & dispositioni nostra ea vice duximus specialiter reservandam, decernentes ex tunc irritum & inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero dicto monasterio per obitum ipsius Andrea Abbatis qui extra Romanam curiam diem clausit extremum vacante. Nos vacatione hujusmodi fide dignis relatibus intellectu ad provisionem ipsius monasterii celerem, & felicem de qua nullus prater nos hac vice se intromittere potuit neque potest, reservatione, & decreto obsistentibus supradictis, ne monasterium ipsum longe vacationis exponeretur incomodis paternis, & solicitis studiis intendentes post deliberationem quam de praficiendo monasterio prafato personam utilem & etiam fructuosam habuimus cum Fratribus nostris diligentem. Demum ad dilectum filium Petrum de Turtaris de Urbe Abbatem S. Laurentii tunc Monachum B. Maria nova de dicta Urbe dicti ordinis monasteriique ordinem ipsum expresse professum, & in sacerdotio constitutum, cui de religionis Zelo litterarum scientia, vita munditia, honestate morum, ubisque multiplicium virtutum donis apud nos fide digna testimonia perhibentur, direximus oculos nostra mentis, quibus omnibus debita meditatione pensatis de persona dicti Petri Abbatis nobis, & eisdem Fratribus ob suorum exigentium meritorum, accepta de eorundem Fratrum consilio eidem monasterio S. Laurentii non obstante quod alterius coloris, & forma habitus, quam in dicto monasterio B. Maria nova per professores ipsius monasterii S. Laurentii geritur, & habetur, auctoritate apostolica duximus providendum, eundemque Petrum illi prafecimus in Abbatem, curam, & administrationem ejusdem monasterii sibi in spiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, volumus autem quod idem Petrus Abbas ex nunc illum gestet habitum, qui in eodem monasterio S. Laurentii geritur, & habetur, & ipsius monasterii institutis regularibus se conformet, firma spe, fiduciaque conceptis, quod dirigente domino actus suos prafatum monasterium S. Laurentii per ipsius Petri Abbatis industria, & circumspectionis studium fructuosum prospere dirigetur, & grata suscipiet incrementa; Quocirca universitati vestra per apostolica scripta mandamus, quatenus eundem Abbatem debita honorificentia prosequentes, ac ipsius monitis, & mandatis efficaciter intendentes, ei fidelitatem solitam, nec non consueta servicia, & jura a vobis sibi debita exhibere integre studeatis; alioquin sententiam, sive pœnam quam idem Abbas rite tulerit, seu statuerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus, auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum apud Villam novam Avinionen. diœcesis, non. Augusti pontificatus nostri Anno secundo. G. Norus X ∇ G. Sunbeti ? , . R - - - - - - Matheus.

nota;

Anno demum 1374. die 7. Februarii ab eodem Pontifice electus est Abbas Sac. monasterii Montis Cassini hac Bulla. *Gregorius Episcopus servus servorum dei. Dilecto Filio Petro Abbati monasterii Cassinensi ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis Ordinis S. Benedicti, quod nullius diocesis esse dinoscitur salutem & apostolicam benedictionem. Suscepti cura regiminis cor nostrum continua pulsat instancia, ut sollicitudinis debitum ad quod universis ecclesiis, & Monasteriis nos Apostolica servitutis necessitas obligat eorum singulis, & prasertim ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentibus prout nobis ex alto conceditur exolvamus in eo potissime, ut illorum regimina, qua propriis sunt destituta pastoribus personis talibus committantur per quorum solerciam circumspectam ecclesia, & Monasteria ipsa in spiritualibus, & temporalibus valeant adaugeri. Dudum siquidem quondam Andrea Abbate monasterii Cassinen. ad eandem Roman. ecclesiam nullo medio pertinente Ordinis S. Benedicti, quod nullius diocesis esse dinoscitur regimini ejusdem monasterii presidente, Nos cupientes eidem monasterio cum vacaret utilem, & idoneam per apostolica Sedis providentiam praesse personam, provisionem dicti monasterii, Ordinationi, & dispositioni nostra ea vice duximus specialiter reservandam, decernentes ex tunc irritum, & inane si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero prafato monasterio per obitum ipsius Andrea Abbatis, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum vacante nos vacatione hujusmodi fide dignis relatibus intellecta ad provisionem ipsius monasterii celerem, & felicem, de qua nullus prater nos hac vice se intromittere potuit, neque potest reservatione, & decreto obsistentibus supradictis, ne monasterium ipsum longa vacationis exponeretur incommodis, paternis, & sollicitis studiis intendentes post deliberationem, quam de praficiendo eidem monasterio personam utilem, & etiam fructuosam cum Fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te Abbatem monasterii S. Laurentii extra muros urbis ejusdem Ordinis, consideratis grandium virtutum tuarum meritis, quibus personam tuam prout fide dignorum testimonia accepimus*

Ex originali in Archivo.

mus Altissimus insignivit, & quod tu, qui regimini ejusdem monasterii S. Laurentii hactenus laudabiliter præfuisti præfatum monasterium Cassinense scies, & poteris, auctore Domino salubriter gubernare direximus oculos nostræ mentis, quibus omnibus debita meditatione pensatis de persona tua eidem monasterio Cassinensi de dictorum Fratrum consilio auctoritate apostolica providemus, teque illi præficimus in Abbatem, curam, & administrationem ipsius monasterii Cassinensis tibi in spiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, firma spe fiducia conceptis, quod dirigente domino actus tuos, præfatum monasterium Cassinense per tua industria, & circumspectionis studium fructuosum regetur utiliter, & prospere dirigetur, ac grata in eisdem spiritualibus, & temporalibus, auctore domino, suscipiet incrementa. Volumus autem, & tibi tenore presentium mandamus, quod antequam possessionem administrationis bonorum dicti monasterii Cassinen. recipias, fidelitatis debite prestes juramentum sub formam, quam venerabilibus Fratribus nostris Nucerin. & Aquinat. episcopis sub bulla nostra mictimus interclusam, quibus, & eorum cuilibet per alias nostras litteras mandamus, ut a te nostra, & ecclesia Romana nomine hujusmodi recipiant juramentum. Quo circa discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatinus anus regiminis dicti monasteris Cassinen. devote supportans, sic te in eo salubriter exercendo fidelem exhibeas, ac eciam fructuosum quod idem monasterium Cassinense par tua laudabile diligentia studium gubernatori provido, & administratori fructuoso gaudeat se commissum, tuque præter eterna retributionis premium nostram, & dicta sedis benedictionem, & gratiam exinde uberius consequi merearis. Datum Avinion. VI. Idus Februarii pontificatus nostri anno quarta P. Gavaldani - - - ℞ta. G. do Bosca - - - XVIII. - - - Antonius de Fractis - - ℞ta. - - - - - - - - - - - - - - - - - - -

Ejusdem generis literas eodem tempore scripsit Gregorius papa ad clericos diœcesis Cassinensis, aliosque Cassinatium subditos. Jussit deinde Nucerino, & Aquinati episcopo, ut fidelitatis sacramentum vice sua a Petro reciperent, ut constat hoc diplomate.

Ex originali in Archivo.

Gregorius episcopus servus servorum dei venerabilibus Fratribus . . . Nucerin., & . . . Aquinaten. episcopis salutem, & apostolicam benedictionem, cum nuper Monasterio Cassinen. ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinenti ordinis S. Benedicti, quod nullius diocesis esse dignoscitur, tunc vacanti de persona dilecti fibi Petri dicti Cassinen. olim sancti Laurentii extra muros urbis monasteriorum Abbatis auctoritate apostolica duxerimus providendum, ipsumque eidem monasterio Cassinensi præfecerimus in Abbatem. Nos volentes ejusdem Abbatis in illis partibus commorantis parcere laboribus, & expensis, ne propter hoc cogatur veniendo ad Romanam curiam personaliter laborare, fraternitati vestra auctoritate presentium committimus, & mandamus, quatenus vos, vel alter vestrum ab eodem Petro Abbate nostro, & ecclesia Romana nomine fidelitatis debita solitum recipiatis Juramentum, juxta formam, quam sub bulla nostra mittimus interclusam. Formam autem juramenti, quod idem Abbas præstabit nobis de verbo ad verbum per ejus patentes litteras suo sigillo signatas per proprium nuntium quantocius destinare curetis. Datum Avinione 11. Kalendas Martii Pontificatus nostri anno quarto. Forma Juramenti.

Ego Petrus Abbas Monasterii Cassinensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis S. Benedicti, quod nullius diocesis esse dignoscitur, ab hac hora in antea fidelis, & obediens ero beato Petro, sanctæque apostolica Romana ecclesia, & domno meo domino Gregorio Papa undecima, suisque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio, aut consensu, vel facto, ut vitam perdant, aut membrum, vel capiantur mala captione. Consilium vero quod mihi credituri sunt per se, aut nuncios, seu per litteras ad eorum damnum, me sciente, nulli pandam. Papatum Romanum, & regalia sancti Petri adjutor eis era ad retinendum, & deferendum, salvo meo ordine contra omnem hominem. Legatum apostolicæ sedis in eundo, & redeundo honorifice tractabo, & in suis necessitatibus adjuvabo. Vocatus ad synodum veniam, nisi præpeditus fuero canonica præpeditione. Apostolorum limina, curia romana existente citra, singulis annis, ultra vero Montes singulis bienniis visitabo aut per me, aut per meum nuncium, nisi apostolica absolvar licentia. Possessiones vero ad meum Monasterium pertinentes non vendam, neque donabo, neque impignorabo, neque de novo implendabo, vel aliquo modo alienabo inconsulto Romano Pontifice, sic me Deus adjuvet, & hac sancta Dei evangelia - - - - X. P. Gavaldani Jo. de Carpineto - - - - Antonius de Fractis - - regesta.

Petrus unus ex præcipuis fuit sedandi tumultus populi Romani authoribus, ob Urbani VI. electionem, ut refert Raynaldus an. 1378., nu. 12. hinc summo deinde in pretio ab Urbano habitus, ut hisce literis constat. *Urbanus episcopus servus servorum dei dilecto Filio Petro Abbati monasterii Montis Cassinensis salutem, & apostolicam benedictionem. Boni rumores, quos quotidie de tua fidelitate, & sinceritate sentimus, mentem nostram saturatam variis tribulationibus plurimum consolantur. Tu itaque Fili sicut cœpisti, persevera, quia prout speramus in domino, qui non derelinquit sperantes in se, finis præsentibus adversitatibus imponetur. Tu, & alii devoti filii nostri, & ecclesia Romana gaudebitis per viam rectitudinis ambulasse. Datum Romæ apud S. Mariam Transtyberim, Kal. Februarii. Pontificatus nostri anno primo.*

Ex originali in Archivo.

Ex originali in Archivo.

Urbanus episcopus servus servorum dei dilecto filio Petro, Abbati monasterii Cassinensis, ordinis S. Benedicti, quod nullius diocæsis existit, salutem, & apostolicam benedictionem. Dignum certe, & rationi congruum arbitramur, ut quæ in omnium injuriam, & offensam nequiter perpetrantur, ad communem omnium proferantur notitiam, & deducantur in publicam notionem. Nuper siquidem filii belial, vid. Robertus, alim basilica duodecim Apostolorum, vulgariter dictus Cebenen., Joannes olim tituli S. Marcelli, vulgariter dictus Ambianen., Geraldus olim tituli S. Clementis, vulgariter dictus, majoris monasterii presbyteri, & Petrus, olim S. Eustachii diaconus Cardinalis, nescientes in semitis justitia dirigere gressus suos, & deum præ oculis non habentes, contra nos diversas conspirationes, collegationes, & machinationes facere, & scisma in Dei ecclesia ponere, & civitatem nostram Anagninam, & nonnullas alias terras Nostras, & Romana ecclesia occupare, & occupari facere, & quamplures alios excef-

excessus graves perpetrare, & committere præsumpsissent, ac deinde per nos paterno zelo moniti, ut ab hujusmodi excessibus desistere, & ab eorum erroribus resipiscere vellent, ipsi more aspidis surdæ obturantes aures suas, & nolentes intelligere, ut bene agerent, in profundum descendentes malorum, cum nonnullis aliis, quos cum eorum diabolicis suggestionibus, ad eorum iniquum propositum sequendum attraxerunt, congregati in civitate Fundana, in domo iniquitatis filii, Honorati Cajetani, olim Comitis Fundorum, præfatum Robertum Antipapam temere elegerunt, quem papam nominare, & Nos non esse papam asserere, & prædicari facere damnabiliter præsumpserunt, atque præsumunt, cumque ad præmissa tam Petrus olim Archiepiscopus Arelatensis, & Camerarius noster, quam etiam Jacobus olim Patriarcha Constantinopolitanus, Nicolaus olim Archiepiscopus Cusentinus, Petrus olim Urbevetanus, Gulielmus olim Urbinas, Petrus olim Montis Flasconi, Joannes olim Gebenen., & Franciscus olim Cajacensis, episcopi, & Bertrannus Rafini, olim Clericus Cameræ Apostolicæ, & Masellus Casilli, olim Rector ecclesiæ S. Mariæ Pedisgripta prope Neapolim, ac etiam iniquitatis filius Honoratus Cajetani prædictus, Antonius olim Comes Casertanus, Franciscus de Vico, olim Præfectus Urbis, Joannes de Malatesta, Nicolaus Spinellus de Juvenacio, alias dictus de Neapoli, Silvester Budæ, Bernardus de la sala, Petrus de la saga, Milites, & Quilhonetus de la sala domicellus dedissent auxilium, consilium, & favorem, ac multa alia mala, & enormia contra nos, & Romanam ecclesiam operati fuissent, & opera omnia adeo tunc forent, prout sunt, notoria, quod nulla poterant tergiversatione celari, tandem nos contra omnes ipsos de Fratrum nostrorum consilio, debitis juris solemnitatibus observatis, certos successive processus fecimus, per quos declaravimus, ipsos omnes fuisse, & esse scismaticos, apostatas, & blasphemos, & contra nos conspiratores, & reos criminis læsæ majestatis, & tanquam hæreticos puniendos, prædictosque, Robertum, Joannem, Geraldum, ac Petrum, olim Cardinales, & Cardinalatibus dictæ Romanæ ecclesiæ, & ab omni Cardinalatus commodo, & honore, ac præfatos, olim Patriarcham, Archiepiscopos, & Episcopos ab omnibus etiam pontificalibus, & quibuscumque aliis dignitatibus, & honoribus ecclesiasticis, ac Bertrandum, & Masellum etiam quibuscumque dignitatibus, personatibus, & officiis, & beneficiis ecclesiasticis, nec non Honoratum, & Antonium, olim Comites, Franciscum de Vico, olim præfectum, Nicolaum Spinellum, Silvestrum, Bernardum, Petrum de la sage, & Quilhonetum omnibus dignitatibus, honoribus, & gratia militiæ, ac cingulo militari fuisse, & esse privatos, ipsosque privavimus, ac omnium prædictorum bona mobilia, & immobilia, ac jura, & jurisdictiones fuisse, & esse confiscata, & confiscavimus, ipsosque omnes fuisse, & esse excommunicatos, & anathematizatos, & incidisse in diversas pœnas, & sententias, tam a jure, quam ab homine in talia perpetrantes inflictas, & promulgatas, ipsorumque personas detestabiles, & infames fuisse exponendas, & exposuimus, a Christi fidelibus capiendas. Et insuper voluimus quod omnes, & singuli Christi fideles, qui crucis assumpto charactere, ad prædictorum, Roberti, Joannis, Geraldi, & Petri, & aliorum damnatorum hujusmodi captionem & exterminium se accingerent, & eos pro posse persequerentur, illa gaudeant indulgentia, illoque privilegio essent muniti, quæ accedentibus in Terræ sanctæ subsidium conceduntur, prout in diversis nostris inde confectis litteris in Romana curia, & aliis diversis partibus publicatis plenius continentur. Cupientes igitur quod præmissa omnia ad communem notitiam Christi fidelium deducantur, & ipsi fideles a prædictorum perversorum, qui alios ad præcipitium secum trahere moliuntur, astutiis præserventur, ac de tuæ prudentiæ, & circumspectionis industria specialem in domino fiduciam obtinentes discretioni tuæ per apostolica scripta committimus, & districte præcipiendo mandamus, quatenus fidei loricam induens, & gladium spiritus, quod est verbum Dei, assumens contra scriptos schismaticos, ac dei, & ejus sanctæ ecclesiæ inimicos, & adhærentes, & faventes eisdem, adversusque omnes alios, qui famam nostram denigrare, vel eorum falsis latratibus contra statum, & honorem nostrum, vel dictæ ecclesiæ aliqua dicere, vel facere præsumpserint, & præsertim contra iniquitatis alumnum, Joannem, olim episcopum Aquinatensem, qui prædictis damnatis notorie adhæres, & faves, te accingas, & tanquam verus dictæ fidei pugil insurgens, tam in publicis, quam etiam privatis sermonibus, & prædicationibus innocentiam nostram, & ecclesiæ prædictæ causam defensuras assumas. Nos enim tibi capiendi, seu capi faciendi, & carceribus mancipandi prædictos damnatos, & alios, eidem Roberto Antipapæ credentes, & adhærentes, seu faventes, & receptatores, & defensores eorundem damnatorum, & contra ipsos procedendi, nec non contradictores quoslibet, & rebelles, cujuscunque dignitatis, gradus, status, præeminentiæ, ordinis, vel conditionis extiterint, etiamsi regali, aut reginali, vel imperiali, aut pontificali, seu quavis alia ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate, authoritate nostra per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, non obstantibus quibuscumque privilegiis, indulgentiis, & litteris apostolicis generalibus, vel specialibus, quibuscumque personis, vel locis, seu ordinibus concessis, quocumque tenore existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, suæ jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & quæ, quoad hoc, eis nolumus aliquatenus suffragari, seu si aliquibus communiter, vel divisim, a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, plenam, & liberam tenore præsentium concedimus facultatem. Datum Romæ, apud Sanctam Mariam in Transtyberim, sexto nonas Maii, Pontificatus Nostri anno secundo.

Id etiam liquet ex aliis literis in Diss. I. dandis, quibus Vicarium suum in temporalibus Petrum constituit Abbatiæ Cassinensis post exauctoratam Johannam I. reginam. Fuit etiam Petrus regni Neapolitani cancellarius sub Carolo III., & Ladislao regibus, ut ostendemus Diss. I. pluribus monumentis, potissimum Caroli III. privilegio, ubi plura de eo honorifice prædicantur. Obiit tandem die 4. Junii 1395., ut habetur in emortuali nostro

nostro hisce verbis: *II. Non. Junii obiit domnus Petrus de urbe sacerdos, & Abbas ac reformator hujus loci anno domini* 1395. *die tertia mensis Junii indictione tertia*, Cor II. Non. Junii antea deinde tertiam ejus mensis diem consignet emortualis Codicis scriptor, divinare haud possumus. Adnotandum, Petrum in Abbatia S. Laurentii, & Cassinate duobus Andreis successisse. Pluribus sub ejus præfectura privilegiis ditati sunt Cassioates a Gregorio XI. Urbano VI., Bonifacio IX., & a regibus Carolo III., & Ladislao, quæ in Diss. I. dabimus.

Henricus. Postquam Abbatialis sedes anno, diebosque decem, & octo vacasset, Bonifacius IX. die 22. Junii 1396. Abbatem Cassinensem inauguravit Henricum Thomacellum Abbatem celebris monasterii S. Salvatoris apud Reate, ut hisce literis constat.

Ex originali in Archivo. *Bonifatius episcopus servus servorum. Dei dilecto filio Henrico Abbati Monasterii Cassinen. Romana ecclesia immediate subiecti, quod nullius diocesis existit ordinis S. Benedicti salutem, & apostolicam benedictionem. Sollicita considerationis intuitum, pro ut officii pastoralis cura requirit circa statum ecclesiarum, & monasteriorum omnium vacantium extendentes operosa diligentia studium diligenter impendamus, ut ecclesiis, & monasteriis ipsis, præsertim Roman. ecclesia immediate subiectis, ne longa vacationis premantur incommodis, & dispendiis pragraventur de salubri provisionis remedio consulatur. Dudum siquidem quondam Petro Abbate monasterii Cassinen. eidem Romana ecclesia immediate subiecti, quod nullius diocesis existit ordinis S. Benedicti regimini ipsius Monasterii præsidente; Nos cupientes eidem Monasterio, cum vacaret, per apostolica sedis providentiam utilem, & ydoneam præsidere personam, provisionem ipsius monasterii ordinationi, & dispositioni nostra reservantes, decrevimus ex tunc irritum, & inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero prædicto Monasterio per ipsius Petri Abbatis obitum, qui extra Roman. curiam debitum natura persolvit Abbatis regimine destituto; nos vacatione hujusmodi fide dignis relatibus intellecta ad provisionem ipsius monasterii celerem, & felicem, de qua nullus præter nos hac vice se intromittere potuit, sive potest, reservatione, & decreto obsistentibus supradictis, ne Monasterium ipsum longæ vacationis exponeretur incommodis paternis, & sollicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam de præficiendo eidem Monasterio personam utilem, & etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te Abbatem Monasterii Sancti Salvatoris dicti ordinis Reatin. diocesis, consideratis grandium virtutum donis, quibus personam tuam illarum largitor Dominus insignivit, & quod tu, qui regimini dicti Monasterii sancti Salvatoris hactenus laudabiliter præfuisti præfatum Monasterium Cassinen. scies, & poteris auctore domino salubriter regere, & feliciter gubernare, direximus oculos nostra mentis, quibus omnibus debita meditatione pensatis de persona tua nobis, & fratribus prædictis ob dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta eidem monasterio Cassinen. de dictorum fratrum consilio auctoritate Apostolica providemus, teque illi præficimus in Abbatem, curam, & administrationem ipsius Monasterii Cassinen. tibi in spiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, in illo, qui dat gratias, & largitur præmia confidentes, quod dirigente domino actus tuos præfatum Monasterium Cassinen. per tuæ circumspectionis industriam, & studium fructuosum regetur utiliter, & prospere dirigetur, grataque in eisdem spiritualibus, & temporalibus suscipiet incrementa. Volumus autem quod in dicto Monasterio Cassinen. solitus Monachorum, & Ministrorum numerus nullatenus minuatur. Quo circa discretioni tuæ per apostolica scripta mandamus, quatinus onus regiminis dicti Monasterii Cassinen. devote suscipiens, sic te in ipsius administratione sollicite, prudenter, & fideliter exercenda exhibeas studiosum, quod idem Monasterium Cassinen. per laudabile tua diligentia studium gubernatori provido, & fructuoso administratori gaudeat se commissum, tuque præter eterna retributionis præmium nostram, & dictæ sedis benedictionem, & gratiam exinde uberius consequi merearis. Datum Romæ apud sanctum Petrum decimo Kal. Julii Pontificatus nostri anno septimo - - - - - - - - - - - gratis de mandato domini nostri Papæ - - - - - - Lazarus. Reg. -*

Ejusdemque tenoris literas scripsit Bonifacius ad Monachos, & subditos cœnobii Cassinensis. Obiit Henricus an. 1413., ut sæculo sequenti dicemus. Monasterium Reatinum quædam habebat sibi subiecta oppida, ut constat ex regestis Archivi Syclæ regiæ cameræ.

V.

DISCIPLINA MONASTICA, ET

DIOECESIS CASSINENSIS.

Bonifacius VIII. hæc de observantia monastica apud Cassinates ait in bulla, qua cœnobium S. Nicolai de Lupico Cassinatibus confirmat, irritumque declarat factum Gerardi episcopi Sabinensis Cardinalis, & Legati S. Sedis apostolicæ in regno Neapolitano, quo monasterium illud clerico sæculari commendaverat. *Bonifacius &c. Ab olim, dum nos minor status haberes, venerabile monasterium Cassinense ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinens inter cætera mundi cœnobia ipsi ecclesiæ immediate subjecta speciali affectione dileximus, & diligere non cessamus, opem, & operam impendendo sollicitam, ut ipsum per nostri favoris suffragium favente illo, a quo universorum charismatum dona manant, in statu tranquillo, & prospero jugiter conservetur &c.* Neque vero Bonifacius adeo Cassinates dilexisset nisi ob monasticam observantiam, eorumque commendandam vitam. Ex originali in Archivo.

Johannes XXII. Johannes XXII. pluribus de causis, potissimum vero devotione, qua cœnobiom nostrum flagrabat, illius ecclesiam regularem cathedralem esse jussit, constituto in ea episcopo a Monachis Capitularibus eligendo, ut hac bulla constat. *Joannes episcopus servus servorum dei. Ad perpetuam rei memoriam. Supernus opifex sator cælorum & universa conditor creatura, celestia, & terrestria ineffabilis providentia ordinatione disponens, ad instar supernorum ordinum triumphantis ecclesiæ inferiorem militantis disposuit jerarchiam, distinguens varietate mirabili dignitates, secundum sublimiores, & infe-* Ex originali in Archivo.

inferiores gradus, & ordines in eadem cujus dispositione mirifica ab exordio surgentis ecclesiæ episcopalia gubernacula, utpote in eadem ecclesia obtinentia sublimitatem gradus ordinis, sunt in locis dignioribus, & frequentioribus populis collocata, ut multa messi fidelium superintendens diligens cura pontificis, ipsam verbo dirigat, & exemplo, ac dignitati loci, & populi, dignitas respondeat præsidentis; sane considerantes attentius, & intra pectoris claustra meditatione sollicita revolventes, quod tam Dominicus populus, quem fœcundavit altissimus in terra mon. Cassinensis, quam fideles alii in certis locis aliis dicta terra contiguis, & vicinis eidem monasterio spirituali jurisdictione subjecti, qui alterius diœcesis non existunt, nec retroactis temporibus extiterunt; episcopalis sollicitudinis curam, & diligentiam exigebant, cum periculum esset, tanto gregi fidelium in singulis casibus, qui sunt pontificalis ordinis, & officii ad alienos episcopos, & interdum remotos, non absque multarum animarum periculo habere recursum, ad ipsum quoque monasterium quod confessor almus gratia Benedictus, & nomine multipliciter illustravit, quod etiam confessoris ejusdem venerando vocabulo insignitur, cujusq; sanctissimi corporis sacra reliquiæ imibi requiescunt venerabiliter specialiter gerentes devotionis affectum, decens quinimo necessarium fore censemus, ut dictum monasterium, ubi confessor præfatus claruit virtutibus, & miraculis coruscavit, ac normam sanctæ monasticæ religionis instituit, quæ propagata per orbem innumeros quasi a mare usque ad mare jam protersos produxit palmites, & per incrementa temporum dilatavit, prærogativa sublimetur honoris, & potioris dignitatis eminentia sub episcopalis appellatione nominis, decoretur. Ex præmissis igitur, & aliis suadentibus causis, quæ ad id nostrum animum induxerunt, ex certa scientia, ac de fratrum nostrorum consilio, & assensu, ac Apostolica plenitudine potestatis ad divini nominis laudem gloriam, & honorem, ad exaltationem ecclesiæ militantis, dictum monasterium in ecclesiam cathedralem erigimus, & episcopalis dignitatis titulo insignimus, decernentes, ut ecclesia ipsius monasterii sit perpetuis futuris temporibus cathedralis, & episcopus canonice assumendus pro tempore præsit illi, qui quotiens imposterum dictam ecclesiam in cathedralem electam vacare contigerit per electionem, vel postulationem canonicam celebrandam per quondam conventum dictorum monasterii, & ordinis, quem ex nunc capitulum ejusdem ecclesiæ perpetuis futuris temporibus fore decernimus assumatur. Eadem quoque auctoritate statuimus, ut cum, idem quondam monasterium tam in capite, quam in membris per specialia sedis apostolicæ privilegia sit exemptum, & ecclesiæ Romanæ immediate subiectum, diversisque aliis privilegiis, indulgentiis, apostolicis exemptionibus, libertatibus, & immunitatibus communitum dicta ecclesia cathedralis, episcopus, capitulum, & personæ ibidem degentes, ac omnia membra, officia, ecclesiæ, castra, & bona ipsius ubicumque consistentia, utantur, & gaudeant privilegiis, exemptionibus, indulgentiis, libertatibus & immunitatibus hujusmodi sicut prius. Decernimus insuper, ut in locis singulis insignibus, & non insignibus, tam sitis in Terra, quæ Abbatia Cassinensis hactenus vulgariter nominabatur, quæ in spiritualibus, & temporalibus, quam etiam in locis vicinis terræ prædictæ, quæ in spiritualibus tantum monasterio suberant memorato, quæque alterius diœcesis hactenus non fuerunt, & personis eorum præfatus episcopus tamquam quivis alius Præsul in propria diœcesi, & in quibuscumque locis, & personis ubicumque consistentibus sive spiritualiter, & temporaliter, sive spirituali dumtaxat jurisdictione Abbats, qui pro tempore præfuit regimini, seu conventui, vel officialibus quondam monasterii memorati, vel administrationem habentibus in eodem subjectis, idem episcopus sicut quondam Abbas, & capitulum, & officiales prædicti sicut prædecessores eorum similem omnino jurisdictionem habeant, & exercere valeant in eisdem & eo plus præfato Episcopo in eisdem locis spiritualiter, & temporaliter, vel spiritualiter dumtaxat, ut præmittitur ei subiectis vicinis monasterio memorato, quæ actenus alicui alteri episcopo spiritualiter minime subvacabant competere debeat; quo in his quæ sunt ordinis pontificalis, & ministerium consecrationis desiderant largiorem pontificibus, quam inferioris gradus prælatis potestatem sacri canones concesserunt. Cæterum auctoritate prædicta decernimus, quod institutio, & destitutio, visitatio, reformatio, & correctio tam in ecclesia cathedrali quam in membris eisdem ubicumque consistentibus, ac bona ipsius quondam monasterii, quæ ad Abbatem, Conventum, & officiales spectabant eosdem communiter, vel divisim simili modo spectent ad episcopum, capitulum, & officiales prædictos, ac de illis episcopus capitulum, & officiales libere disponere valeant, simul vel separatim, prout eorum dispositio ad eosdem Abbatem, conventum, & officiales, communiter, vel divisim antea pertinebat, juribus, & consuetudinibus si quæ hactenus præfatis Abbati vel officialibus seu administrationem habentibus in installationibus, præsentationibus vel investituris archipresbyterorum, vel rectorum, aut aliarum personarum ecclesiasticarum in ecclesiis castrorum, villarum seu locorum etiam aliarum diœcesum competebant, necnon honoribus, qui eidem Abbati hactenus cum ad eadem castra villas, seu loca noviter accedebant, per clerum, & populum processionaliter ei obviam occurrentes in hujusmodi processionibus, & quibuscumque aliis consueverant exhiberi episcopo Cassinen. qui erit pro tempore sicut Abbati, & officialibus seu administrationem habentibus memoratis, sicut prædecessoribus eorum perpetuis futuris temporibus reservatis, & integraliter exhibendis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ erectionis, constitutionis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat. Avenioni VI. nonis maii Pontificatus nostri anno sexto.

Sumptum ex regesto anni decimi Johannis XXII. litt. MDCXXXVI. quod regestum in bibliotheca Apostolica Vaticana asservatur, & ad ejus rei fidem nos ejusdem bibliothecæ custodes nostra manu subscripsimus die VI. Augusti MDLXXXVI. Ego Federicus Ranaldus bibliothecæ apostolicæ Vaticanæ custos ss. Marinus Ranaldus ejusdem bibliothecæ custos ss.

Plura in hanc bullam animadvertenda essent, quæ nos alibi, si Deus dederit, expendemus, aliqua hic dumtaxat delibasse contenti: Johannes itaque XXII. in hac constitutione haud novam aliquam diœcesim, aut jurisdictionem episcopo Cassinati assignavit, ut moris est, cum nova cathedralis

nota.

nota.

dralis ecclesia erigitur, ipseque pontifex præstitit in Extrav. *Salvator, de Præbendis*, sed novo episcopo, & capitulo eandem spiritualem, temporalemque jurisdictionem attribuit, qua Abbas, & Monachi antea fruebantur in oppidis, locisve sibi subiectis. Ecclesiam itaque Abbatialem appellavit dumtaxat cathedralem, & conventum dixit Capitulum, quod hæc ejus verba luculenter exprimunt: *Decernimus insuper, ut in locis singulis insignibus, & non insignibus tam sitis in Terra, quæ Abbatia Cassinensis hactenus vulgariter nominabatur, quæ in spiritualibus, & temporalibus, quam etiam in locis vicinis terræ prædictæ, quæ in spiritualibus tantum suberant memorato, quæque alterius diœcesis hactenus non fuerunt, & personis eorum, præfatus episcopus tamquam quivis alius præsul in propria diœcesi, & in quibuscumque locis, & personis ubicumque consistentibus, sive spiritualiter, & temporaliter, sive spirituali dumtaxat jurisdictione Abbati, qui pro tempore præfuit regimini, seu Conventui, vel officialibus quondam monasterii memorati, vel administrationem habentibus in eodem subiectis idem episcopus sicut quondam Abbas, & Capitulum, & officiales prædicti sicut prædecessores eorum similem omnino jurisdictionem habeant, & exercere valeant in eisdem, & eo plus præfato episcopo in eisdem locis spiritualiter, & temporaliter, vel spiritualiter dumtaxat, ut præmittitur, ei subiectis vicinis monasterio memorato, quæ hactenus alicui altero episcopo spiritualiter minime subjacebant competere debeat, quo in his quæ sunt ordinis pontificalis, & ministerium consecrationis desiderant, largiorem Pontificibus, quam inferioris gradus prælatis potestatem sacri canones concesserunt.* In hunc certe sensum collimant S. Rotæ Romanæ verba coram Albergato Decano montis Cassinen. Præheminentiarum Veneris 30. Aprilis 1677. cum habetur de S. Benedicto: *Veterem diœcesim excolendam suscepit, Gothorum idolatriam fugavit, & in cacumine montis, ubi olim ædem Apollinis fuisse narratur, cœnobium construxit, ibique tamquam in proprio domicilio cathedram sibi fixit Abbatialem, cujus ordinaria jura titulo divinæ missionis, prædicationis, & conversationis circumjacentis populi acquisiverat, post cujus gloriosam obdormitionem Abbates Cassinenses, licet non essent episcopi, jura tamen episcopalia, & omnimodam jurisdictionem per octingentos fere annos sedulo exercuerunt, donec an. 1322. Johannes Papa XXII. eandem ecclesiam in regularem cathedralem erexit, ordinem episcopalem dumtaxat addendo Abbatibus imposterum canonice eligendis &c.* Eademque confirmantur in alia decisione coram eodem Albergato Decano montis Cassineo. præheminentiarum. Veneris 14. Aprilis 1679. hisce verbis: *At quia ecclesia monasterialis sive hujus Abbas jam habens jura quasi episcopalia, & cathedralitatis cum proprio territorio non alias separato ex privilegio, sed constituente propriam, & veram diœcesim nativam a sui origine, ut supra dictum est &c.* & illis: *Et in eum nunc modum ecclesia monasterialis per Johannem XXII. erecta fuit in propriam cathedralem mediante præheminentia ordinis pontificalis, & dignitatis episcopalis, ut expresse legitur in dicta bulla:* pauloque post: *Non autem ex eo quia ante careret juribus episcopalis, & cathedralitatis, quibus revera fruebatur, ut pariter clare legitur in eadem bulla.* Idemque repetit Albergatus Sac. Rotæ Decanus in ea decisione montis Cassinen. præheminentiarum Lunæ 27. Januarii 1681., cui interfuerunt, votaque dedere sua omnes Sac. Rotæ Auditores, nam habet: *Nequicquam facit quod summus pontifex Johannes XXII. ecclesiam Abbatialem erexit in cathedralem &c. quia cum ecclesia monasterialis continuaret in suo primævo statu habendo propriam diœcesim, mutata dumtaxat prærogativa episcopali in Abbatialem, summus ille pontifex dignitatem episcopalem restituendo providere voluit necessitati, & utilitati populorum circa ea, quæ Ordinis sunt, ne ab aliis illa mendicarent, ut colligitur ex verbis ipsius bullæ.* Quæ veritas definita etiam est coram Merlino die 8. Martii an. 1627. in causa Sorana beneficii, & Capuana seu montis Cassinen. Parochialium 10. Martii 1679. coram Bourlemont, ubi sic legitur: *Retento namque pro constanti, &c. quod ecclesia montis Casini, quæ olim a sui origine fuit cathedralis, & postea quasi cathedralis &c.*

In bulla Clementis VI. qua die 26. Octobris an. 1352. Jacobum a Pignatario tyrannum Abbatiæ Cassinensis diris devovet, hæc ad rem nostram leguntur: *Quodque etiam ob præmissa de dicta Cassinensi ecclesia suis quasi omnibus monachis profugatis in ecclesia ipsa per annum, & amplius divinus cultus non extiterat celebratus, sed ecclesia ipsa, quæ tanta religione, tantaque consueverat celebritate fulgere, tum sponsi, & filiorum suorum destituta solatiis, tum officiis privata divinis jacuerat, prout tunc jacebat miserabiliter desolata, &c.*

Collapsā Monasticā disciplinam instaurat Urbanus V.

Cum plura, eaque gravissima obvenisse Cassinatibus, potissimum quod ad monasticam disciplinam attinet, mala deprehendisset Urbanus V. vir omnium confessione doctus, ac pius, post assignatos huic ecclesiæ episcopos, vel quod ob majorem partem presbyteri, aut aliorum ordinum fuerint rerum monasticarum ignari, vel ob frequentes mortuos, aut translatos, cum quadraginta, & quatuor annorum spatio administrator unus, novemque episcopi ecclesiam nostram rexerint, ac proinde non nisi enervis esse poterat monastica disciplina, vel quod faciles episcopi fuerint in distrahendis, alienandisque cœnobii nostri bonis, ut proinde Urbanus ipse irritas esse jusserit donationes omnes, ad Fundanum episcopum hisce verbis scribens. *Ad audientiam nostram pervenit, quod tam venerabilis Frater noster episcopus Cassinensis, quam prædecessores sui episcopi Casinenses, qui fuerunt pro tempore, possessiones, terras, decimas, domos, vineas, prata, pascua, nemora, molendina, redditus, jura, jurisdictiones, & quædam alia bona ad mensam Casinensem episcopalem spectantia, datis super hoc literis confectis exinde publicis instrumentis &c. in gravem ejusdem mensæ læsionem, nonnullis clericis, & laicis aliquibus: &c. concesserunt, &c.* Vel quod mensam haberent a Monachis sejunctam, aut aliis quibusvis de causis. Cum hæc inquam mature perpendisset SS. pontifex, abolita episcopali dignitate, Abbates regulares Cassinatibus suis restituit hoc diplomate die 31. Martii an. 1367. *Urbanus episcopus servus servorum dei ad futuram rei memoriam. Romanus pontifex beati Petri cœlestis clavigeri successor, & vicarius Jesu Christi ex superna providentia majestatis in suprema specula dignitatis constitutus circa ecclesiarum, & locorum ecclesiastico-*

Restituit Abbatibus.

Ex originali in Archivo.

sticorum commodum prout ex debito eidem incumbit pastoralis officii diligenter prospicit, & intendit, ac ecclesiarum, & locorum hujusmodi statum mutat, prout ipsis ecclesiis atque locis conspicit expedire. Sane considerantes, & intra nostri pectoris claustra meditatione sollicita revolventes, quod Casinensis ecclesia ordinis S. Benedicti, quam idem Confessor almus gratia Benedictus, & nomine pra fulgore dignitatis immensæ multipliciter illustravit, Monasterium antequam in cathedralem erigeretur ecclesiam existebat, & per Abbatem dicti ordinis regi consueverat, & quod si ad monasterium reduceretur, & per Abbatem regeretur, ipsi ecclesiæ, ejusque juribus magna proveniret utilitas, super his attenta meditatione intra nos ipsos prahabita, & matura deliberatione subsequuta, de Fratrum nostrorum consilio, & Apostolica plenitudine potestatis, præfatam ecclesiam ad Monasterium, & Abbatialem dignitatem, & ad illum statum in quo erat tempore, quo in cathedralem erecta fuit, ut præfertur, auctoritate apostolica reducimus per præsentes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostra reductionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum apud Montem Pessulanum Magalonensis diœcesis 2. Kal. Aprilis Pontificatus nostri anno quinto. De Curia. G. de Bosco. Adest sigillum plumbeum.

Adnotanda hæc diplomatis verba. Præfatam ecclesiam ad monasterium, & Abbatialem dignitatem, & ad illum statum, in quo erat tempore quo in cathedralem erecta fuit, ut præfertur, auctoritate apostolica reducimus per præsentes. Nulla itaque prærogativa cecidere hac episcopatus suppressione Cassinates, aut Abbates, quod egregie confirmat Sac. Rota Romana coram Reverendissimo Albergato Decano, Montis Cassinen. præheminentiarum Veneris 30. Aprilis 1677. §. quod etiam ex temporum serie demonstratur &c., cum ait: Abbates Casinenses, licet non essent episcopi, jura tamen episcopalia, & omnimodam jurisdictionem per octingentos fere annos sedulo exercuerunt, donec an. 1322. Johannes Papa XXII. eandem ecclesiam in Regularem cathedralem erexit, ordinem episcopalem dumtaxat addendo Abbatibus imposterum canonice eligendis, quod servatum extitit usque ad annum 1367. sub Urbano V. qui reservata Abbatibus jurisdictione, episcopalem ordinem dumtaxat ademit, putans utilitati monasterii sic magis fore consultum &c. Idem repetitum est in alia decisione coram eodem reverendissimo Albergato Decano Casinen. præheminentiarum Veneris 14. Aprilis 1679. cum hæc legantur. Et ita in hunc modum ecclesia monasterialis per Johannem XXII. erecta fuit in propriam cathedralem mediante præheminentia ordinis pontificalis &c. Non autem ex eo quia ante careret juribus episcopalis, & Cathedralitatis, quibus revera fruebatur, ut pariter clare legitur in eadem bulla, &c. istaque veritas ad evidentiam comprobatur, nam etsi Urbanus V. putans id magis expedire, abrogando solum titulum episcopalem inde eandem ecclesiam reduxerit ad pristinum statum Abbatialem adhuc hæc remansit quasi cathedralis cum proprio territorio, sive diœcesi, in qua Abbates pro tempore exercuerunt jurisdictionem omnimodam, & quasi episcopalem, jurisdictionem concursus, convocationem Synodi, aliaque spectantia ad cathedrales, & episcopos in eorum diœcesibus, non per modum æquiparationis, sed vere, & proprie, ut præclare affirmat Rot. in dicta Campana, seu Montis Casinen. Parochialium 10. Martii 1679. §. Recent. coram R. P. Domino meo Bourlemont, & ante decis. 264. nu. 15. cum seqq. coram Merlino ubi præcise ait, Urbanum V. ademisse solum episcopalem ordinem, firmis in reliquis remanentibus juribus episcopalibus, &c. Et in ultima decisione, cui omnes interfuere Auditores, coram eodem Albergato Decano montis Casinen. præheminentiarum lunæ 27. Januarii 1681. hæc leguntur. Non obstat, quod Urbanus V. postea ecclesiam reduxerit ad primævum statum Abbatialem, quia solum abstulit dignitatem episcopalem, quam Johannes dederat, nihil in cæteris innovando. Merlin. decis. 264. num. 17. Adden. ad Buratt. decis. 667. n. 26. Tamburr. de Jure Abbat. disp. 3. qu. 4. nu. 2., & est de natura reintegrationis reponere in statu, in quo quis antea reperiebatur ut in proximis terminis Gratian. discept. 845. a nu. 15. Dunaz. Junior. decis. 830. nu. 26., & cum hodie non agatur de vera cathedralitate, quæ propria, & vero episcopo convenit, sed dumtaxat de quasi cathedralitate, & præheminentia adversus ecclesiam S. Germani non repugnat, quod ecclesia montis Cassin. ante Johannem XXII. & post Urbanum V. permanserit in illo statu quasi cathedralitatis, quæ congruit Abbatibus jura quasi episcopalia habentibus, qualis est Abbas Montis Casini. Vid. Angelus Nuceus in Notis ad cap. 4. lib. 1. Chron. Cassinen. nu. 506. in Excursu Historico Spiritualis Jurisdictionis Cassinensis qualitas, & origo nu. 506. & seqq. ubi solide, eruditeque pro more suo allata hactenus a nobis confirmat pluribus rationum momentis. Ughel. To. I. col. 577., & Lucent. col. 463., & 895.

Vix credi potest, quot beneficiis privilegiisque ditaverit cœnobium nostrum Urbanus V. vetera etiam ab decessoribus suis Zacharia, Clemente III. Gregorio IX. &c. concessa renovando confirmandoque. Quædam hic dumtaxat recensere in animo est, quorum primum hoc erit, quo initio pontificatus sui gratias omnes, exemptiones, & libertates concessas Cassinatibus a decessoribus suis, regibus, principibus &c. confirmat.

Erga Cœnobium nostrum beneficentissimus.

Urbanus episcopus servus servorum dei venerabili fratri episcopo, & dilectis filiis capitulo Casinensi, salutem, & apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod justum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem nostri officii ad debitum producatur effectum; ea propter venerabilis frater episcope, & dilecti in domino filii capitulum Casinense vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates a prædecessoribus nostris Romanis pontificibus, sive per privilegia, seu alias indulgentias vobis, & ecclesia vestra concessas, nec non libertates, & exemptiones secularium exactionum a regibus, & principibus, ac aliis Christifidelibus rationabiliter vobis, & ecclesia prædicta indultas, sicut eas juste, ac pacifice obtinetis, vobis, & per vos eidem ecclesia authoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergu omnino hominum liceat hanc paginam nostra confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Ex originali in Archivo.

Si

Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis dei, & beatoram Petri, & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Avinioni iiii. Kal Julii, Pontificatus nostri anno primo. B. Steph. &c. Ubaldinus. B. de Furl.

Quatuordecim probatæ vitæ Monachi huc missi.

Quo vero regula S. Patris in monasterio Cassinensi adamussim observaretur, jussit Urbanus, ut quatuordecim ex diversis cœnobiis probatæ vitæ Monachi nostri Ordinis huc migrarent, ut constat ex bulla sub *Datum Romæ apud S. Petrum Non. Januarii pontificatus nostri anno octavo*, in qua hæc præ aliis leguntur.

Ex originali in Archivo.

Urbanus episcopus servus servorum dei. Ad futuram rei memoriam. Singularis devotionis affectus, quem ad monasterium Cassinense ordinis S. Benedicti, quod nullius diœcesis existit, gerimus, merito nos inducunt, ut ad ea, quæ in augmentum, & statum ipsius Monasterii cedere valeant, quantum cum deo possumus favorabiliter intendamus. Cum itaque nuper præfatum monasterium, quod olim fuerat in ecclesiam cathedralem erectum, ad dignitatem Abbatialem, auctoritate apostolica ex certis causis rationabilibus ad id nostram inducentibus animum, de Fratrum nostrorum consilio duxerimus reducendum, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Nos attendentes, quod in Monasterio ipso secundum suarum exigentiam facultatum nimis est parvus numerus Monachorum, ac cupientes, quod in ipso monasterio prædicti sancti regula solemniter observetur, & ibidem cultus augeatur divinus, dilectos filios Johannem de Platia, Ambrosium de Afonte, Gervasium de Minafel, Placitum de Cathanea, Bartholomæum de Castanea, & Rayneriam de Messana, sancti Nicolai de Arena, necnon Andream de Marsupio, Benedictum de Balgarino, Placitum de Tutio, Damianum de Cathalonia, Clementem de Pulicio, Bernardum de Molana, & Franciscum de Atria S. Martini, ac Raynerium de Corneto Farfeñ. monasteriorum Monachos dicti Ordinis Cathanieñ. & montis Regalis ac nullius diœcesis, de quorum religionis zelo, vitæ munditia, honestate morum, & aliis virtutum meritis laudabilia apud nos testimonia perhibentur de præfatis eorum Monasteriis ad dictum monasterium Cassinense auctoritate apostolica tenore præsentium transferimus, ipsosque de cætero ejusdem Cassinensis monasterii Monachos esse decernimus, ac volumus, quod ex nunc dictorum aliorum monasteriorum Monachi esse desinant, &c.

Psalterii Gallicani usus Cassinatibus præceptus.

Hoc alio diplomate jubet, ut Monachi Cassinates, illisque subjecta monasteria psalterio deinceps Gallicano uterentur. *Urbanus episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis Abbati, & Conventui monasterii Cassinensis Ordinis S. Benedicti nullius diocesis Romanæ ecclesiæ subiecti, nec non universis Conventibus, & Monachis membrorum ejusdem salutem, & apostolicam benedictionem. Cum usus psalterii Gallici tam in Romana curia, quam in majori parte ecclesiarum, & monasteriorum habeatur frequentior, quam Romani, cujus usus servatur in vestro monasterio Cassinensi; nos nolentes, quod in hoc a dictis curia, & aliis pluribus ecclesiis, & monasteriis discrepetis, discretioni vestræ in virtute sanctæ obedientiæ, & per apostolica scripta mandamus, quatinus de cetero utamini psalterio Gallico prelibato. Tuque fili Abbas contradictores per regularem disciplinam, & etiam censuram ecclesiasticam, si opportunum fuerit, postposita appellatione compescas. Datum Romæ apud S. Petrum IIII. Nonas Martii, pontificatus nostri anno octavo - - - Nic. - - - - Gratis de mandato domini nostri Papæ - - - - Bartholomeus - - - R.ta. - - - - - - - - - - - - - - -*

Ex originali in Archivo.

Cassinensis Abbas omnium primus.

Hanc bullam refert Montfaucon in Diario Italico p. 331. Statuit deinde, ut Cassinensis Abbas in omnibus conciliis, aliisque locis primum post episcopos locum occupet, omnibusque præcedat Abbatibus etiam Cluniacensi, Cisterciensi, & S. Victoris Massiliensis.

Ex originali in Archivo.

Urbanus episcopus servus servorum dei. Ad perpetuam rei memoriam. Specialis benevolentia plenitudo, quam ad monasterium Cassinense ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinens ordinis S. Benedicti, quod nullius diocesis esse dinoscitur, & cui idem vir venerabilis gratia Benedictus, & nomine, præfuit, infra nostra recumbens præcordia gerimus, merito nos inducit, ut prælatos ipsius apostolicis muniamus favoribus, & gratiosis indulgentiis honoremus. Ut igitur Abbas dicti monasterii pro tempore existens pronis ferventibus desideriis affectamus congruis fulciatur honoribus, auctoritate apostolica tenore presentium, & ex certa nostra scientia concedimus, & etiam ordinamus, quod Abbas prædicti monasterii, qui est, & erit pro tempore in conciliis, synodis, & aliis quibuscumque locis ante alios Abbates etiam Cluniaceñ., & Cistercieñ., ac S. Victoris Massilieñ., & aliorum quorumcumque monasteriorum, habeat, & habere debeat primum locum, & eos antecedat, non obstantibus quibuscumque litteris, privilegiis, indulgentiis Apostolicis, & aliis contrariis quibusvis personis, monasteriis, seu locis concessis, etiamsi de illis, & totis eorum tenoribus esset presentibus specialis, & expressa, ac de verbo ad verbum mentio facienda, quæ nulli in quantum presentibus obviarent, in aliquo volumus suffragari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare, præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum V. Nonas Martii Pontificatus nostri anno octavo - - - - - - - - - - - - - B.ar. Gratis de mandato domini nostri Papæ - - - G. de Bosco.

Solemni ritu benedicere potest Abbas Cassinensis ii omnibus nostri ordinis ecclesiis.

Facultatem etiam Abbati nostro concessit Urbanus ut in omnibus Benedictinorum ecclesiis solemnem populo benedictionem impartiri possit post missam, Vesperas, & matutinum, modo præsens non sit aliquis episcopus, vel sedis apostolicæ legatus, ut patet hoc diplomate.

Ex originali in Archivo.

Urbanus episcopus servus servorum Dei. Dilectis filii Andreæ Abbati, & conventui monasterii Cassinen. ad Roman. ecclesiam nullo medio pertinentis, Ordinis S. Benedicti, quod nullius diocesis esse dinoscitur, salutem, & apostolicam benedictionem. Vestræ devotionis sinceritas, & religionis promeretur honestas, ut vos, & monasterium vestrum speciali favore prosequamur, & condignis honoribus attollamus. Hinc est, quod nos vestris supplicationibus inclinati, ut tu fili Abbas, & successores tui Abbates dicti monasterii, qui pro tempore fuerint in dicto vestro, & aliis quibuscumque monasteriis, Prioratibus, & aliis locis etiam dicto vestro monasterio non subiectis, in quibus eorum personæ secundum Regulam B. Benedicti vivunt,

licet alterius ordinis quam ejusdem B. Benedicti nuncupetur, nec non in parochialibus, ac aliis ecclesiis ad personat dictorum monasteriorum, prioratuum, & aliorum locorum communiter, vel divisim pertinentibus, quamvis eis pleno jure non subsint, benedictionem solennem post missarum, vesperorum, & matutinarum solennia, dummodo in benedictione hujusmodi aliquis antistes, vel sedis apostolica legatus presens non fuerit elargiri possitis, felicis recordationis Alexandri papa IIII. pradecessoris nostri, que incipit: Abbates, & aliis quibuscumque constitutionibus apostolicis in contrarium editis nequaquam obstantibus, vobis, & eisdem successoribus autoritate Apostolica de speciali gratia tenore presentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostra concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare prasumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Roma apud S. Petrum V. Nonas Martii pontificatus nostri anno octavo - - Bar ξ - - gratis de mandato domini nostri papa - - - G. de Bosco - - - - ℞ Adnotanda illa verba: *Vestra devotionis sinceritas, & religionis promeretur honestas.*

Cœnobiũ ecclesiãq; restaurandã curat Urbanus V.

Nullum memorabilius ab Urbano V. diploma pro Cassinatibus editum est præ hoc, quo post narratam a S. patre Benedicto factam harum partium ab Idololatria ad S. religionem catholicam conversionem, regulam hic ab eo scriptam promulgatamque religiose hactenus a Monachis servatam, eversumque funditus ante viginti annos ingenti terræmotu monasterium, celebremque basilicam, jubet ut collata biennio sexagesima fructuum parte ab omnibus cœnobiis quæ Benedictinæ regulæ nomen darent, Nobile Monasterium, insignisque ecclesia tot sanctorum, potissimum S. Patris, exuviis ditata restauraretur. *Urbanus episcopus servus servorum dei dilecto filio . . . Abbati monasterii Cassinensis Romana ecclesia immediate subiecti nullius diocesis salutem, & apostolicam benedictionem. Dudum dilecto filio Hugoni de Creyscello tunc priori prioratus Villa nova Cremata Ordinis S. Benedicti Biterren. diœcesis monasterii tui Cassinen. dicti Ordinis nullius diœcesis ecclesia Romana immediate subiecti proprio pastore Carentis in spiritualibus, & temporalibus Vicario generali auctoritate apostolica deputato, quamdam commissionem fecimus sub hac forma. Urbanus episcopus servus servorum dei. Dilecto filio Hugoni de Crescello priori prioratus Villa nova cremata Biterren. diocesis monasterii Cassinensis nullius diocesis, ecclesia Romana immediate subjecti proprio pastore carentis in spiritualibus, & temporalibus Vicario generali auctoritate apostolica deputato salutem, & apostolicam benedictionem. Monasterium Cassinen. quam olim fuerit famosum, & celebre, quantaque veneratione sit dignum, beati Benedicti, qui ejus extitit institutor, & cultor, gesta mirifica manifestant; ipse namque spiritu vegetatus prophetico, & jam firmatus in dominica gratia tamquam alterum Abraam patrem multarum gentium prasciens se futurum, & volens sibi, & futuris filiis domum edificare terrenam, per quam conscenderent ad cælestem, ad Cassinensem montem opacum densitate lucorum, ubi fanum erat, in quo Apollinis ydolum a stultis gentilium populis colebatur intrepidus athleta Christi demigrans, sicut narrat B. Gregorius, ibidem contrivit ydolum; subvertit aram, & succidit lucos, in quibus receptacula demonum existebant, & prophana templa in sacra commutavit oracula, circumstantesque populos erronea paganitate eecatos ad fidem Christi sua pradicatione convertit, ac impugnantes eum damones superavit, liberavit arreptitios, curavit infirmos, suscitavit mortuos, aliaque miracula multa fecit, regulam quoque Monachorum mira discretione praditam luculentamque sermone, paterna caritate conscripsit, ex qua sibi nati sunt filii in omnium pene fidelium climatibus constituti usque ad finem saculi cum auxilio divina gratia successiva propagatione victuri, & tandem ibidem in domino requievit. Post ejusdem quoque patris beatissimi obitum, ymmo transitum ad vitam perpetuam, in eodem monasterio prafata regula observancia precipua noscitur viguisse; erat namque ibidem multitudo monachorum, ac ecclesia forma grandis, ornatuque decora, prout venerationi tanti Sancti, & Monachorum multitudini, ac populorum concursui congruebat, cui correspondebant alia officina; sed proth dolor! dierum crescente malitia, multorum refrigescente caritatis ardore, relaxata observantia regulari, & virtutum plantariis, quadam quodammodo arescentibus siccitate, servisque dei tam merito, quam numero in dicto monasterio nimium diminutis, ipsa quoque ecclesia, & totum idem monasterium, jam viginti annis decursis ex terramotus concussione casu miserabili corruerunt, ad qua instauranda decenter non solum jam dicti monasterii in proventibus non parum collapsi, sed etiam non parva addita non sufficerent facultates. Nos igitur, qui dictam regulam fuimus a nostra juventute professi, & ad eundem sanctum devotionem gerimus specialem, merito reputantes indignum, quod tam celebre monasterium, quod aliorum fuit inicium, ac forma, sic dirutum, & desolatum non absque quadam Monachorum professorum regula dicti S. verecundia nota remaneat, & unde monastica Sanctitatis regula prafata primordium, & constructionis aliorum monasteriorum forma processit, inde perniciosum progrediatur exemplum destitutionis observantia regularis prafat. ecclesiam, & monasterium super suis fundamentis, qua illesa consistunt cum omnium monachorum, qui memoratam regulam sunt professi non solum nigrorum, sed etiam eorum, qui licet habitum album deferant, specialiter tamen ordinis ejusdem sancti titulo nuncupantur, aliquali auxilio providimus in statum pristinum reparanda, & reintegrandum ibidem numerum centum Monachorum observaturorum Deo dante ad litteram juxta institutionem dicti almifici patris regulam prælibatam. Horum itaque consideratione suasi existimantes congruum, & deo, ac ipsi sancto acceptum, quod de multis bonis temporalibus, qua monachi dicti Ordinis ubilibet constituti pro divina, & dicti sancti reverentia a fidelibus receperunt reparationi principalis ejus cœnobii memorati aliquale subsidium promptis animis largiantur, sexagesimam omnium fructuum, reddituum, & proventuum quorumlibet Monasteriorum, ac prioratuum, dignitatum, officiorum, administrationum, & aliorum beneficiorum quocumque nomine censeantur dictorum Monachorum nigrorum, & alborum, qui ordinis ejusdem Sancti, absque alio nomine proprio appellantur ab eorum Abbatibus, Prioribus, Prapositis, Decanis, aliis-*

Ex originali in Archivo.

nota.

nota.

nota.

nota.

aliisq; nē prælatis, & Monachis hujusmodi Monasteria, prioratus, dignitates, officia, administrationes, & beneficia obtinentibus quocumque nomine nuncupentur, ac capitulis ecclesiarum cathedralium dictorum Monachorum nigrorum, & conventibus eorundem monasteriorum, & prioratuum exemptorum, & non exemptorum ejusdem Ordinis ubicumque constitutorum, virorum dumtaxat quibus, & eorum alicui nulla privilegia, vel indulgentias sub quacumque verborum forma, vel expressione concessas in hac parte volumus suffragari præterquam a venerabilibus fratribus nostris S. Romanæ ecclesiæ Cardinalibus, monasteria, prioratus, dignitates, personatus, officia, & administrationes, quæcumque, ac qualiacumque beneficia Monachalia obtinentibus, ac imposterum obtenturis, qui nobiscum assidue indefessis laboribus onera universalis ecclesiæ sortiuntur, quosque ab ejusdem præstatione sexagesimæ exemptos, & liberos fore decernimus, & immunes, exigendam, & colligendam, per illos, quos duxerimus deputandos, secundum modum, & consuetudinem in exactione, & collectione decimæ in eorum partibus hactenus observatos pro reedificatione, seu reparatione dictorum ecclesiæ, & monasterii Cassinensis, usque ad biennium a data præsentium computandum imposuimus in festo omnium sanctorum, quolibet anno dicti biennii persolvendam. Quocirca discretioni tuæ per apostolica scripta committimus, & mandamus, quatinus per te vel alium, seu alios a dictis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Prælatis, & personis, ac Capitulis, & conventibus exemptis, & non exemptis omnium, & singularum civitatum, & diœcesum regni Siciliæ, seu terræ citra Farum, exceptis Insula Siciliæ, & dilectis filiis . . . Cluniacensis, Matisconen. Diœcesis, & . . . S. Victoris Maxilien. dicti Ordinis monasteriorum Abbatibus, & conventibus, ac prioribus, & aliis personis eis subiectis, quibus Abbatibus per alias nostras litteras mandamus, quod pro dictis suis monasteriis solvant, & ab eisdem subjectis eis monasteriis prioribus, & personis exigant sexagesimam prælibatam de universis fructibus redditibus, & proventibus suarum ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, dignitatum, personatuum, officiorum, administrationum, & beneficiorum, quæ obtinent in dictis civitatibus, & diœcesibus regni prædicti leves, & exigas in prædicto termino quolibet anno dicti biennii sexagesimam supradictam ad solutionem ipsius quoscumque exemptos, & non exemptos per censuram ecclesiasticam, & etiam per sequestrationem hujusmodi fructuum, redditum, & proventuum, si, & prout expedire videris appellatione postposita compellendo, ita quod ad fructus, redditus, & proventus alios eorundem extra dictas civitates, & diœceses consistentes hujusmodi tuæ compulsionis officium non extendas, nec ad exactionem hujusmodi faciendam in aliquo casu per te vel alium seu alios invoces auxilium brachii secularis, nisi prædictorum non solventium contumacia exigente, aliud circa hoc a sede apostolica specialiter receperis in mandatis, & ne de moneta in qua sexagesima prædicta solutio fiet, seu fieri debebit, valeat hesitari, & ut vitentur gravamina, quæ propter hoc hujusmodi viri religiosi pati possent per te, & succollectores tuos ipsa sexagesima ad monetam currentem communiter tempore solutionis ipsius sexagesima levetur, & etiam exigatur juxta constitutionem super decima proventuum ecclesiasticorum editam in concilio Viennen. ita quod pretextu alicujus cambii debitores, & solutores dictæ sexagesimæ non graventur. Hujusmodi vero sexagesimam exiges, seu exigi facies secundum taxationem decimæ in dictis provinciis hactenus consuetam, vel ubi nulla hujusmodi certa taxatio fuerit secundum consuetudinem in exactione, & solutione decimæ hactenus observatam, provisurus, quod tu per te, vel alium, seu alios exactionem, & collectionem hujusmodi sexagesimæ facias absque alio onere expensarum eorum a quibus hujusmodi sexagesima exigetur, nisi forte eis deficientibus in solutione dictæ sexagesimæ, in termino supradicto ob hujusmodi eorum defectum expensas fieri oporteret, ad quarum restitutionem eos teneri volumus, & astringimus. Quodque circa hac constitutionem ejusdem Viennen. concilii observans, calices, libros, & alia ornamenta ecclesiarum divinis officiis deputata ex causa pignoris, vel distinctionis capere, aut recipere, seu distrahere, vel quomodolibet occupare per te, vel per alios non presumas; non obstantibus si prædictis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Prælatis, Capitulis, & Conventibus, ac aliis supradictis, & aliis quibuscumque communiter, vel divisim a prædicta sit sede indultum, quod ad solutionem alicujus sexagesimæ minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, quæ de indulto hujusmodi, ac tote ejus tenore de verbo ad verbum, & propriis eorum ordinibus & ecclesiarum, Monasteriorum, & locorum, seu personarum nominibus plenam, & expressam non fecerint mentionem, & quibuslibet privilegiis, indulgenciis, exemptionibus, & litteris apostolicis, seu eorum ecclesiis, Monasteriis, sive locis, dignitatibus, seu ordinibus, aut singularibus personis ipsorum generaliter, vel specialiter, sub quacumque forma, vel expressione verborum a memorata sede concessis, de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum in nostris litteris specialis, plena, & expressa mentio sit habenda. Volumus insuper, quod omnia, quæ omnes, & singuli prædictæ sexagesimæ debitores pro ipsa solverint, & etiam nomine eorundem omnium debitorum, qui propter eorum negligentiam præfatam sexagesimam non persolvent in scriptis redigi facias ea venerabili Fratri nostro Guillermo episcopo Sabinen. S. Rom. eccl. Cardinali ad Romanam curiam transmissurus. Ceterum volumus, & mandamus, quod monetam, quam recipies, seu recipi facies pro dicta sexagesima, præfato Cardinali quam cito commode omnimoda diligentia per te adhibita, poteris, vel per viam cambii, vel alium tutum modum destinare procures per eum, postmodum ad sopedictum Cassinen. monasterium transmittendam, alioquin in tuam, & aliorum quorumcumque, qui per te ad collectionem, & exactionem hujusmodi fuerint deputati, personas, si in collectione, & exactione hujusmodi, aut missione pecuniarum per te, & eos receptarum pro sexagesima supradicta, fraudem forsan, vel maliciam adhibueris, seu adhibuerint, excommunicationis sententiam tenore presentium promulgamus, a qua post satisfactionem debitam per aliquem ex vicinis tibi episcopis graciam, & communionem memoratæ sedis habentem, facta sibi prius fide de satisfactione hujusmodi, possis, & possint absolutionis beneficium obtinere.

nota i

Datum Romæ apud S. Petrum XV. Kalendas Martii, pontificatus nostri anno septimo. Cum autem idem Hugo de partibus illis recesserit, dictusque Cardinalis, sicut Domino placuit, sit vita functus, tibi exigendi hujusmodi sexagesimam, & exequendi omnia, & singula contenta in dictis litteris, quæ facienda restant, ac contradictores per ecclesiasticam censuram, appellatione postposita, compescendi, plenam concedimus tenore præsentium facultatem. Si autem idem Hugo processus monitorios super solutione dictæ sexagesimæ forsitan non fecisset, tu illos facias assignando pro termino dictæ solutionis præfatum festum omnium sanctorum annorum præsentis, & ex tunc proxime secuturi. Datum apud Montem Flasconem VI. Idus Maii Pontificatus nostri anno octavo. Nic. Gratis de mandato domini nostri Papæ, P. de Turre: Adest sigillum plumbeum &c. Majorem hujus bullæ partem edidit Cl. Montfauconius Diarii Italici p. 331. Hinc corrigendus Marcus Antonius Scipio, cum ait; *Ut monasteria utriusque Siciliæ sexagesima omnium redituum parte Cassinatis domus instaurationem adjuvent, ac promoveant*: Nam omnes totius Orbis Benedictini partem sexagesimam solvere jubentur, ut claris mox allati diplomatis verbis liquet, potissimum illis, *& dilectis Filiis Cluniacen.* cum seqq. atque ex hisce litteris ab eodem Urbano ad Andream Abbatem, & Petrum de Tartaris scriptis. *Dilectis filiis Abbati, & conventui montis Cassini ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis S. Benedicti nullius diœcesis salutem. Cum per alias nostras litteras Venerabili Fratri nostro episcopo Cathanien. præcipiendo mandemus, ut pecuniam sexagesimæ biennalis fructuum, & proventuum monasteriorum, prioratuum, dignitatum, officiorum, administrationum, & beneficiorum Monachorum nigrorum, & alborum Ordinis S. Benedicti insulæ Siciliæ dudum per nos impositæ pro reædificatione, seu reparatione ecclesiæ, ac Monasterii nostri Cassinen. ad Romanam ecclesiam immediate spectanti nullius diœcesis per eumdem episcopum receptam, & recipiendam. Vobis, seu vestro procuratori ad hoc mandatum habenti assignare procuret vobis, & eisdem vestris procuratoribus, & cuilibet eorumdem a præfato episcopo pecuniam ipsam petendi, & recipiendi, & de receptis eum, & quemlibet alium pro ipso solventem, & omnium, quorum interest, plenarie quietandi, & absolvendi plenam tenore præsentium concedimus facultatem. Dat. apud Montemflasconem sexto Id. Maii*, anno VIII.

Ex originali in Archivo.

Dilecto Filio Petro Tartaro de urbe Monacho monasterii montis Oliveti Ordinis S. Benedicti Senen. diœcesis salutem &c. Scribimus per alias nostras litteras dilectis filiis nobili viro Nicolao Jacobi Militi, & Benedicto Herotii de Albertis antiquis civibus Florentin. eorumque sociis, & factoribus, seu procuratoribus, ut de pecuniis per venerabiles Fratres nostros Archiepiscopum Pisanum & episcopum Florentinum de nostro mandato de sexagesima proventuum nonnullorum Monasteriorum, Prioratuum, & locorum Ordinis S. Benedicti per nos dudum imposita pro reparatione monasterii Cassinen. dicti Ordinis, quod nullius diœcesis existit, a nonnullis personis prædicti ordinis receptis, seu levatis, ac dictis Nicolao & Benedicto, & sociis de nostro mandato assignatis, seu assignandis tibi seu altero certo nuntio ad hoc per te specialiter constituto pro quibusdam libris, & certis aliis rebus necessariis pro monasterio Cassinensi prælibato, de quibus dicere informat., quasque per te emi volumus, trecentos florenos auri studeant assignare; Quocirca discretioni tuæ præfatos trecentos florenos, seu eorum partem, quæ pro hujusmodi libris, & rebus emendis fuerit opportuna petendi, & recipiendi, ac prædictos, & quoslibet solventes de receptis plenarie quietandi, & absolvendi, & insuper pro præfatis libris, & rebus prædictos florenos expendendi, ac eosdem libros & res ad dictum Monasterium destinandi plenam concedimus tenore præsentium facultatem. Datum apud Montem Flasconẽ VI. Idus Maii anno 8.

Ex originali in Archivo.

Idem evincunt literæ ad quosdam episcopos, & Abbates datæ a Raymundo Cardinali episcopo Prænestino, qui Gregorii XI. jussu detrectantes omnes ad eam solutionem adigebat. Hæc enim Raymundus ad Archiepiscopum Nicosiensem Cypri Primatem scripsit. *Raymundus miseratione divina episcopus Penestrin, S. R. ecclesiæ Cardinalis. Venerabili in Christo Patri . . Archiepiscopo Nicosien. salutem in domino; ut mandatis nostris immo berius Apostolicis firmiter obedire. Cum dudum fel. rec. domnus Urbanus Papa V. pro reædificatione edificiorum monasterii Cassinen. Ordinis S. Benedicti sexagesimam omnium fructuum, reddit0uum, & proventuum quorumlibet monasteriorum, ac prioratuum, dignitatum, officiorum, administrationum, & aliorum beneficiorum quocumque nomine censeantur, monachorum nigrorum, & alborum, qui ejusdem S. Ordinis absque alio proprio nomine appellantur ab universis, & singulis Abbatibus, Prioribus, & personis ecclesiasticis beneficiatis ipsius ordinis de suis beneficiis ecclesiasticis exigendam ad certum biendium jam elapsum imposuerit, vosque super hoc in certis provinciis, civitatibus, & diœcesibus deputaverit collectorem, prout in suis litteris plenius continetur. Hinc est, quod Sanctissimus pater, & dominus noster domnus Gregorius divina providencia Papa XI. attendens, quod ex defectu dictæ sexagesimæ dicta reparatio non modicum retardatur, ex quo ruina monasterii, & edificiorum quæ inibi remanserunt, proh dolor major secutura timetur, nisi celeriter occurratur. Nobis Raymundo episcopo Penestrin., certas fecit commissiones super hoc cum potestate compescendi, contradictores per censuram ecclesiasticam oraculo vivæ vocis, quo circa auctoritate dicti domini Gregorii papæ nobis in hac parte commissa, tenore præsentium, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna vobis districtè præcipimus, & mandamus, quatenus infra duos menses a die præsentationis hujusmodi nostrarum litterarum vobis factæ computandos, quicquid de dicta sexagesima per vos vel de mandato vestro receptum est, & vobis assignatum venerabili Abbati dicti monasterii Cassinen., deductis moderatis expensis, in eodem monasterio, vel ejus certo mandato realiter, & integraliter per vos, vel per alium assignare curetis, alioquin, lapsis duobus mensibus hujusmodi, quos vobis pro termino competenti, & peremptorie, ac monitione trina, & monitione canonica assignamus, ingressum ecclesiæ in scriptis interdicimus &c.* Et post alia: *Datum Avinione sub nostro sigillo in testimonium præmissorum die prima mensis Octobris anno Nativitatis domini millesimo trecentesimo septuagesimo primo. Pontificatus dicti SS̃mi Patris domini Gregorii Papæ anno primo.* - - - - - - - - - - - - - - - -

Ejus-

Ejusdem generis literas sceipsit ad Archiepiscopum Pisanum, ad episcopos Urbevetanum, Florentinum, Catanensem, & ad Abbates S. Crucis de Fonte Avellanæ, S. Nicolai Litoris Venetiarum, S. Martini in Hungaria, aliasque, quorum autographa in archivo nostro extant.


Immunitatesque abfirmat.

Has omnes cœnobii nostri, illique subditorum exemtiones, immunitatesque confiemat Urbanus V. hoc diplomate. *Urbanus episcopus servus servorum dei dilectis filiis Abbati, & conventui monasterii Cassinensis ad Romanam ecclesiam nullo media pertinentis, Ordinis S. Benedicti, quod nullius diœcesis existit, salutem, & apostolicam benedictionem. Benedictus Deus in donis suis, qui beatum Benedictum Abbatem virtutum largitionibus ditavit in terris, & gloriosum fecit in cœlis, inter alia sua munera multiplicium gratiarum, qua concessit eidem fecundam prolem sibi donavit spiritualium filiorum, quos adeo multiplicavit numero, meritisque adauxit, quod in omnem pene terram fidelium sonus eorum sacra religionis exivit, & in auribus ad vitam aspirantium celibem non desinit insonare illis, qua primum, & pracipuum locum hareditarium, devotissimum videlicet, ac celebre monasterium Cassinense, quod nullius diœcesis existit, ad suam, & eorundem Filiorum habitaculum a mundanis strepitibus segregatum, & salutaris quietis amicum, ad serviendum Altissimo praparavit, suamque in eo conscripsit, ac verbo, & exemplo docuit regulam, quam iidem Filii observande devote perennia pramia mererentur. Digna igitur nos, qui ejusdem donatoris vices, licet immeriti in terris gerimus, & prafatam regulam ab annis teneris professi fuimus, locum ipsum pracipua devotione prosequimur, beneficentiis gratiarum extollimus, & opportunis favoribus communimus, ut degentes in eo, ac membris ejusdem tanto quietiores existant in orationum impendiis, & alias in observantia regulari, magisque in eis religio ferveat, contemplatio vigeat, & cunctarum virtutum plantarium suscipiat incrementum, quanto minus impedimentorum tedia formidabunt. Eapropter licet vos dilecti in domino Filii, vestrique monasterii membra exemptionis privilegio vobis concesso a sede apostolica gaudere reputemini etiam ab antiquo, illud tamen ex abbundantia nostra gratia ad soliditatem vestra quietis, ac presentium, ac futurorum clariorem noticiam, tenore presentium, authoritate apostolica renovamus, vosque, ac dictum vestrum monasterium, nec non omnia, & singula monasteria, prioratus, officia, beneficia, & alia membra, & loca quacumque regularia, tam virorum, quam mulierum ubilibet constituta ipsi monasterio vestro immediate, vel mediate subjecta, qua in presentiarum habetis, & prastante Domino habebitis in futurum cum omnibus personis degentibus in eisdem etiam conversis, & perpetuo oblatis presentibus, & futuris a quorumlibet Patriarcarum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, & aliorum quorumcumque Judicum ordinariorum omnimoda jurisdictione, auctoritate, potestate, dominio, visitatione, ac charitativi subsidii, & subventionum, & exactionum quarumlibet prastatione, nec non a synodalis, & alterius cujuslibet congregationis evocatione de speciali dono gratia, apostolica auctoritate prorsus eximimus, & de novo totaliter liberamus, illaque in jus, & proprietatem beati Petri, & sedis ejusdem, & sub eorum speciali protectione suscipimus, atque nostra, decernentes monasterium ipsum, una cum omnibus, & singulis monasteriis, prioratibus, officiis, beneficiis, aliisque membris, locis, & personis pradictis fore eidem sola sedi subiecta; quodque locorum diœcesani, aut alii Ordinarii quicumque, vel alia quavis persona in vos, seu monasteria, prioratus, officia, & beneficia, aliaque membra, & loca regularia, & personas prafata utpote prorsus exempta non possint auctoritate ordinaria excommunicationis, suspensionis, aut interdicti sententias specialiter, vel generaliter quomodolibet promulgare, vel alias, etiam ratione cujuslibet delicti, seu contractus, vel rei de qua agetur ubiqunque comittatur delictum, iniatur contractus, aut res ipsa consistat, potestatem, jurisdictionem, dominium, aut ordinationem aliquam quomodolibet exercere felicis recordationis Innocentii Papa quarti pradecessoris nostri circa exemptos, qua incipit volentes, & alis apostolicis constitutionibus in contrarium editis, non obstantibus quibuscumque. Nos enim quaslibet excommunicationum, suspensionum, & interdicti seatentias, & quoscumque processus, quasvis pœnas, & sententias generales, vel speciales continentes, quas, & quos contra vos, & monasteria, prioratus, officia, & beneficia, & alia membra, loca, & personas predicta contra tenorem, & formam presentium quomodolibet promulgari, vel haberi contingerit, irritos decernimus, & inanes. Volumus autem, qd. vos in signum percepta a Romana ecclesia libertatis, & exemptionis hujusmodi unum florenum auri dicta Romana ecclesia in festo beatorum apostolorum Petri, & Pauli perpetuo annis singulis persolvatis, quodque per nostram exemptionem, & alia supradicta, libertatibus, privilegiis, & immunitatibus aliis vestris, & membrorum dicti monasteris vestri nullum prajudicium generetur, quinimo volumus, quod illa in sua plenaria remaneant firmitate. Cæterum non intendimus alicui, vel aliquibus per exemptionem, & libertates prafatas in vestrorum monasteriorum, prioratuum, officiorum, & beneficiorum, & membrorum aliorum pradictorum, ecclesiarum parochialium visitationibus, nec non perceptionibus, tam eorum, qua causa visitationis pradicta debentur, quam alias solitarum procurationum, seu alias, absque visitatione ab antiquo debitarum, aliquatenus derogare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostra exemptionis, liberationis, susceptionis, renovationis, decreti, constitutionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum apud Montem Flasconem tertio nonas Junii pontificatus nostri anno octavo*

Ex originali in Archivo.

nota,

nota.



Adest sigillum plumbeum &c.

Duplex hujus diplomatis autographum extat in archivo nostro, quorum alterum subscriptionibus tantum differt, quæ sunt hujusmodi: *C. Morus. Nic. dapp^{ta} Bartholomaus*. In alio Urbani V. diplo-

Cassinensis Ecclesia, illique subdita Interdicto exempta.

diplomate sub, *Datum Romæ apud S. Petrum IV. Non. Martii, Pontificatus nostri anno VIII.* hæc leguntur haud aspernanda. *Vestræ devotionis promeretur affectus, ut in hiis quæ ad consolationem vestram, & salutem animarum vestrum cedere valeant, vobis reddamur favorabiles, & benigni. Cum itaque contingat interdum regnum Siciliæ infra quod dictum vestrum monasterium, ac Terra Castra, & loca temporaliter ipsi subiecta consistunt, supponi ecclesiastico interdicto. Nos volentes vos prosequi favoribus gratiosis, vobis auctoritate apostolica tenore presentium indulgemus, quod ipsa monasterium, ac terra, castra, & loca sub interdicto hujusmodi minime includantur, nisi de ipsis vestris monasterio, terris, castris, & locis in litteris Apostolicis fieret mentio specialis; &c.*

Prioris titulus apud Cassinates invectus.

Exauctorato Decano Cassinensi, quæ altera secundum Abbatem dignitas in cœnobio nostro erat, Priorem ejus loco substituit idem Urbanus V. ut ex ejus bulla data, *Romæ apud sanctum Petrum Idibus Decembris Pontificatus nostri anno VIII.* liquet.

Monastica observantia perseverans.

Ex hisce bullæ Gregorii XI. sub Datum *Avenione XII. Kal. Februarii Pontificatus nostri anno VI.* verbis, constat perseverasse Dei ope regularem observantiam ab Urbano V. in Monasterio Cassinensi posthinc denuo revocatam. *Gregorius episcopus servus servorum Dei. Dilecto Filio Petro Abbati monasterii Cassinensis Ordinis S. Benedicti nullius diœcesis salutem, & apostolicam benedictionem. Provisionis nostræ debet provenire subsidio, ut grata deo religio, in qua beneplacens sibi famulatus impenditur, in locis præsertim in quibus regularis observantiæ puritas viget, nostris conservetur temporibus, & etiam augeatur. Sane petitio pro parte tua nobis exhibita continebat, quod in tuo monasterio Casinensi Ordinis S. Benedicti nullius diœcesis, in quo post reformationem per felicis record. Urbanum papam V. prædecessorem nostrum de ipso monasterio pie factam copiosa Fraternitas ejusdem Ordinis viguit, nonnulli ex dictis Monachis, sicut Domino placuit, anno proxime præterito decesserunt, quodque ne in monasterio ipso dicti cultus celebritas minuatur, conventum dicti monasterii ex decessu hujusmodi diminutum, cupis de viris exemplaribus deum timentibus, & aptis ad imitandum dictam observantiam cum Dei, & nostræ cooperationis auxilio restaurare. Quare pro parte tua fuit nobis humiliter supplicatum, ut providere super hoc dicto monasterio de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur tuum devotum affectum hujusmodi in Domino commendantes, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, discretioni tuæ assumendi, & recipiendi de quibuscumque Monasteriis dicti Ordinis, etiamsi habitum album deferant, S. Laurentii extra muros Urbis, necnon Sublacen., & Specus, ac S. Benedicti de Nursia, & montis Oliveti monasterii dicti Ordinis nullius, & Spoletan. & Aretin. diœcesum, & eorum membris dumtaxat exceptis duodecim ad hoc voluntarios Monachos absque cujuscumque alterius superioris, eorum super hoc petita licentia, vel obtenta, eosque de ipsis monasteriis non exceptis ad ipsum tuum Monasterium auctoritate apostolica transferendi, & in eo recipiendi, & recipi faciendi in Monachos, & in Fratres, &c.*

Urbani VI. Privilegium.

Inter alia insigne hoc privilegium cœnobio nostro concessit Urbanus VI. quod nobis valde sequioribus etiam sæculis profuit. *Urbanus episcopus servus servorum dei. Ad futuram rei memoriam. Singularis devotionis affectus, quem ad monasterium Cassinense nobis, & Romanæ ecclesiæ immediate subjectum, ordinis S. Benedicti, quod nullius diocesis existit, gerimus, merito nos inducit, ut monasterium ipsum, & personas in eo degentes specialis prerogativa gratia prosequamur. Hinc est quod nos dilectorum filiorum Abbatis, & Conventus ejusdem monasterii precibus inclinati, tenore presentium statuimus, & etiam ordinamus, quod litteræ apostolicæ, quas per quoscumque super obtinendis monasteriis, præpositurris, prioratibus, grangiis, administrationibus, dignitatibus, personatibus, officiis, aut aliis beneficiis ecclesiasticis quibuscumque secularibus, vel regularibus prædicto monasterio Casinensi subjectis, vel dependentibus ab eodem, nec non Castris, villis, oppidis, terris cultis, & incultis, nemoribus, molendinis, pascuis, & aliis possessionibus, & bonis mobilibus, & immobilibus, ac decimis, juribus, & jurisdictionibus, redditibus quoque, & proventibus ad monasterium ipsum pertinentibus, vel sibi quoquo modo subjectis a sede apostolica, vel ejus legatis, sub quacumque serie, aut forma, vel expressione verborum de cætero impetrari contigerit, nisi de hujusmodi dependentia, & subiectione; ac de ipsius monasterii exemptione, & de toto tenore hujusmodi nostri privilegii plena, & expressa, ac de verbo ad verbum in ipsis litteris mentio habeatur, nullius penitus sint momenti, ipsasque litteras, & processus per easdem forsan habendos, & quæcumque inde secutura ex nunc carere decernimus omni robore firmitatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti, ordinationis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum apud majorem ecclesiam Neapolitan. IX. Kalen. Januarii, Pontificatus nostri anno sexto Decemb. - - Benincasa. A. de Parman. pro Francisco. T. Fabri. Rª.*

Ex originali in Archivo.

Ejusdem generis privilegium concesserat etiam Urbanus V. quod in Bullario Cassinensi Constit. 278. legere est, ex quo, aliisque Urbani VI. diplomatibus, quæ in Diss. I. dabimus, satis constat, magnam tunc temporis, vigentemque fuisse apud Cassinates Monasticam observantiam.

& Bonifacii IX.

Id etiam ostendunt multa amplissimaque Bonifacii IX. privilegia, quibus & Zachariæ, Urbani V. aliorumque pontificum gratias nobis concessas ratas habuit, aliasque ipse munificentissime addidit. Nimii essemus si omnia hic Bonifacii IX. diplomata proferremus in medium. Quædam dumtaxat hic, quædam sequenti sæculo, aliaque quædam in Diss. I. dabimus. Primo itaque Pontificatus sui anno concessit Cassinatibus, ut easdem an. 1390. lucrarentur indulgentias, quas illi perciperent, qui ecclesias SS. Petri, & Pauli, Lateranensem, & S. Mariæ majoris coram adirent, ut constat hoc diplomate, quod integrum damus ob peculiaria quædam in eo contenta, haud hoc tempore in Jubilæis impartiri solita. *Bonifacius episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis Petro Abbati, & Monachis monasterii Cassinensis Romanæ ecclesiæ immediate subjecti, quod nullius diœcesis existit, Ordinis S. Benedicti, & familiaribus eorum, ac servientibus eidem mo-*

Ex originali in Archivo.

monasterio salutem, & apostolicam benedictionem. Exigit vestra devotionis affectus, quo nos, & Romanam ecclesiam reveremini, ut personas vestras in hiis præsertim, quæ animarum vestrarum salutem conspiciunt, præcipuis favoribus prosequamur. Sanè pridem felicis recordationis Urbanus Rapa VI. prædecessor noster ex certis rationabilibus causis ad id ejus animum moventibus, de consilio etiam Fratrum suorum, de quorum numero tunc eramus, & apostolicæ potestatis plenitudine statuit, ut universi Christi fideles vere pænitentes, & confessi, qui in anno a nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo tricentesimo nonagesimo instante tunc futuro, & deinceps perpetuis temporibus de triginta tribus annis in triginta tres annos beatorum apostolorum Petri, & Pauli basilicas de urbe, ac Lateranen., & S. Mariæ Majoris de dicta urbe ecclesias causa devotionis visitarent, plenissimam omnium peccatorum suorum veniam consequerentur, ita videlicet, ut quicumque vellet hujusmodi indulgentias assequi, si Romanus ad minus triginta continuis, vel interpolatis, semel saltem in die, si vero peregrinus, aut forensis existeret modo simili quindecim diebus ad easdem basilicas, & ecclesias accedere teneretur, prout in dicti prædecessoris litteris inde confectis plenius continetur. Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, vos, qui ex singulari devotionis fervore basilicas, & ecclesias prædictas, ut indulgentias hujusmodi assequi possetis, in personis propriis libenter visitaretis pro hujusmodi indulgentiis, & remissionibus assequendis, desiderium vestrum in hac parte ex certis causis rationabilibus nequeatis commode adimplere, pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, ut super hoc providere vobis de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur volentes vos præmissorum intuitu favoribus prosequi gratiosis, hujusmodi supplicationibus inclinati, ut confessor, quem quilibet vestrum duxerit eligendum labore personali, quem in veniendi, standi, & redeundi itinere si ad ipsam urbem, ut præmittitur, personaliter venissetis passi fuissetis, in alia pietatis opera commutato, proviso etiam, quod ea, quæ tu fili Abbas in veniendo, stando, & redeundo secundum decentiam personæ tuæ fuisses expensurus, si, ut præmittitur, ad prædictam urbem venisses, convertantur ad alios pios usus, quodque ea, quæ basilicis, & ecclesiis prædictis fuissetis oblaturi ad basilicas, & ecclesias ipsas fideliter transmittatis, vobis, & cuilibet vestrum auctoritate nostra concedere valeat, quod vos vere pænitentes, & confessi loco visitationis basilicarum, & ecclesiarum prædictarum alias ecclesias in territorio vestri monasterii consistentes, de quibus dicto confessori videbitur triginta continuis, vel interpolatis diebus infra hujusmodi annum si commode poteritis, alioquin usque ad festum resurrectionis ejusdem domini nostri Jesu Christi saltem semel in die visitando, assequi possitis indulgentias antedictas, devotioni vestræ tenore præsentium auctoritate Apostolica indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum decimo Kal. Octobris, pontificatus nostri anno primo. Oct—C—S. de Aquila. N de Pipin. Oldradus—T. Fabii—$\mathfrak{p}^{ta}$. Jac.

nota.

Ejusdem generis privilegium precibus Petri Abbatis concessit hic pontifex monasterii Cassinensis vassallis.

Ladislaus Cassinatum mores commendat.

In Privilegio Ladislai Neapolitani regis, quo an. 1387. die 16. Junii omnia Cassinatibus impertita a Carolo III. parente suo, aliisque decessoribus regibus privilegia confirmat, ut Diss. I. dicemus, hæc ad rem nostram leguntur. *Nos authoritate prædicti q. domini patris nostri, quam aliorum dominorum prædecessorum nostrorum laudabilia gesta, charitativosque affectus circa id taliter prodeuntes multipliciter commendantes, & considerantes, quod ad Monasterium ipsum ipsiusque Abbatem Monachos, & Conventum habemus devotionis affectum, &c. Propterea benignius annuentes præfata privilegia, &c. duximus de certa nostra scientia &c. acceptanda, ac etiam confirmanda, &c.*

Sub utraque specie hoc sæculo apud Cassinates communicatum.

Perseverabat adhuc hoc sæculo in cœnobio nostro usus communicandi sub utraque specie, teste Nicolao de Fractura in expositione ad illa S. Regulæ 10 cap. 3. verba. *Ipsi Fratres sic accedant ad pacem, ad communionem, &c.* cum ait. *Ad pacem, quæ datur in præcipuis festis a presbytero, & diebus Dominicis post Agnus Dei. Ad Communionem quasi dicat, sicut sunt in ordine, vel in Choro, unus post alium percipere debet de Corpore, & Sanguine Salvatoris diebus illis, quibus Fratres communicant in conventu; &c.* & Richardus a S. Angelo subdit. *Ad communionem Sacramenti scilicet Corporis, & Sanguinis Jesu Christi.* In codice bibliothecæ nostræ ms. sign. nu. 378. quod scriptum est an. 1378. atque inscribitur. *Ordo communicandi Infirmum,* in oratione, quam post communicatum infirmum sacerdos recitat, hæc leguntur. *Domine Sancte pater omnipotens æterne deus, te fideliter deprecamur, ut accipienti huic Fratri nostro famulo tuo Sacrosanctum corpus, & sanguinem Jesu Christi filii tui domini nostri, tam corporis, quam animæ sit salus; &c.*

Ritus ungendi infirmum.

In codice bibliothecæ nostræ sign. num. 199. extat Breviarium monasticum, pluresque ritus a monachis Cassinatibus usurpati. Ex iis ea tantum referemus, quæ ad disciplinam monasticam pertinent. Hic itaque Titulus ibi legitur. *Ordo ad ungendum infirmum:* postque recitatas plures a Sacerdote orationes subditur. *Post hæc omnes sacerdotes, qui astant, imponant manus super infirmum, & dicant orationem hanc, &c.* Qua oratione absoluta, sequitur epistola S. Jacobi. *Carissimi tristatur aliquis vestrum, &c.* Octo deinde orationes cum aliquot versibus sequuntur, *quibus finitis* (verba sunt Codicis) *sumens sacerdos oleum sanctificatum, ungat infirmum tali modo: facto signo Christi cum pollice, in primis ad caput: Ungo caput tuum oleo sanctificato: in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ut more militis unctus, præparatus ad luctam possis aereas superare catervas, per Christum Dominum, &c. Ad oculos: Ungo oculos tuos oleo sanctificato: in nomine Patris, & Filii, & spiritus Sancti, ut quidquid illicito visu deliquisti, hujus olei unctione expietur. Per Christum Dominum; &c.* Prosequitur unctio ad aures, nares, labia, pectus, humeros, manus, pedes, locumque, ubi major est dolor, atque unctio semper indicativo modo profertur. Prolatis duabus a sacerdote orationibus, sequitur Rubrica *Communices,* postque aliam oratio-

tionem Sacerdos hæc profert, *corpus, & sanguis domini nostri Jesu Christi custodiat animam tuam in vitam aeternam Amen*. Statimque subditur Oratio. *Domine Sancte Pater, &c.* mox allata; duæque aliæ; deinde habet Codex. *Item ordo unctionis brevior alio modo: Post psalmos, & Orationes supradictas ungat sacerdos infirmum ita: Per istam unctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi dominus quidquid deliquisti per visum, &c.* aliæque unctiones recensentur. Post orationes aliquot hæc habentur. *Deinde legantur ante eum Passiones domini a presbytero, sive a diacono. Post hac cum visus fuerit ad exitum propinquare ponatur in terra super cilicium conspersum desuper cinere, & tacto signo a Priore conveniant omnes, & incipiant canere Psalmos speciales. Deinde si supervixerit, fiant Letania pro eo.* Post orationes quasdam subditur officium defunctorum, absolutisque vigiliis, seu Matutino sequuntur laudes, deinde rubrica hæc. *Quibus peractis deputentur, qui ipsum corpus custodiant cantando Psalmos, quousque missa pro eodem defuncto celebrentur*: aliique exequiarum ritus describuntur. Scriptus est hic codex desinente proximo sæculo, vel ut summum, hoc ineunte. In memorato codice an. 1378. p. 16., & seqq. hæc leguntur. *Incipit ordo commendationis anima. In primis tacto signo a Priore, conveniant omnes Fratres circa infirmum, & incipiant dicere psalmos pœnitentiales. Post hac admoneatur si vult, se poni juxta morem Monasteris in terram, & cum visum fuerit ad exitum propinquare, si petierit, ponatur in terram super cilicium conspersum desuper cinere, deinde fiant letania*: Post letanias, atque orationes aliquas hæc leguntur: *Et si amplius supervixerunt, canantur psalmi a Fratribus, qui remanserunt cum eo &c. Postquam autem mortuus fuerit juxta morem lavetur, post ablutionem dicatur hac oratio; &c.* ac deinde p. 31. *Ordo quomodo deportetur corpus defuncti ad ecclesiam. In primis pulsetur Campana capituli, & conveniant omnes Fratres in ecclesiam; induatur Sacerdos pluviali, deinde pracedat Frater cum cruce, & alter cum aqua benedicta, deinde sequatur Acholytus cum incenso, postea duo Fratres cum luminaribus, deinde Abbas sive sacerdos, qui facit officium, quos sequantur seniores, & cæteri fratres per ordinem, & cum pervenerint ad domum infirmorum cunctis astantibus ante januam antequam egrediatur corpus defuncti, dicat Sacerdos hanc orationem &c. Interim a sacrista cunctis Fratribus dentur candela, quibus expensis incipiat Cantor hanc antifonam totam &c. & sic feratur corpus defuncti ad ecclesiam, pracedente cruce, deinde infantes, & cateri Fratres per ordinem, post quos sequatur sacerdos cum ministris, deinde corpus defuncti, & si sacerdos est, feratur a Sacerdotibus, si diaconus a diaconibus, si subdiaconus a Subdiaconibus, si Clericus a clericis, si idiota ab idiotis, & cum postmodum fuerit corpus defuncti in ecclesiam, cantet Sacerdos hanc Orationem &c.* Officium postmodum defunctorum recitabant Cassinates, atque antiphonas, & responsoria, deinde missam, qua absoluta, in medio ecclesiæ ubi corpus defuncti erat, responsorium, versiculum, & Orationem canebant, deinde Antiphonam *in Paradisum &c.* delatoque cadavere ad cœmeterium Sanctæ Annæ, recitatisque ibi pluribus orationibus ad ecclesiam redibant, ubi vesperas canebant pro defunctis.

Ritus Professionis Monasticæ.

Inter alias professionis monasticæ ritus hi describuntur in memorato codice 199. *Tunc ipsis noviciis prostratis in terram fiant litania.* Sequuntur litaniæ Sanctorum cum pluribus orationibus, postmodum hæc rubrica. *Deinde tribus diebus silencium teneant, in quibus quotidie ad missam offerant, atque communicent. Tertio verò die ad Missam, cum ad pacem venerint, tollat Abbas cupicia de capitibus eorum, & det eis pacem, ipsi vero prosternant se Abbatis vestigiis, deinde omnium Fratrum, ipsi autem eis osculum dent pacis, &c.* Sequuntur orationes complures. Iidem professionis ritus describuntur in codice anno 1378. eaque refert Nicolaus de Fractura in expositione ad cap. 58. S. regulæ, & Mabillonius Annal. To. V. p. 485. quæ exscripsisse ait ex breviario Oderisii I. Abbatis Cassinensis tempore pro cœnobio Cassinensi scripto, quod in domo institutionum patrum Oratorii apud Parisios asservatur, cujus meminit etiam, pluraque ex eo laudat Martene de antiqu. Monach. rit. lib. V. cap. 9. & 10., qui cap. IV. descripserat ritus in monasterio Cassinensi observatos.

Ritus in quibusdã anni temporibus, festisque diebus adhibiti;

Prima dominica Adventus post primam hæc rubrica legitur. *Hac hora cantetur missa de Annunciatione S. Maria dominicis diebus, usque in Natale domini.* Prima dominica post Epiphaniam post descriptum Matutinum, quod Laudes modo dicimus. *Deinde dicatur Antiph. de cruce, de Resurrectione, qua videlicet omnibus Dominicis diebus dicatur ab hac dominica usque septuagesimam, & ab octava Pentecosten, usque ad Adventum domini. Postea dicatur antifona S. Trinitatis, S. Maria, S. Angeli, S. Johannis, Apostolorum, S. Benedicti, & S. Scholastica cum orationibus suis.* Post Primam. *Hac hora canatur Missa S. Trinitatis, cum hymno Angelico, & symbolo. Qua etiam omnibus dominicis diebus ad Primam canenda est, nisi in eis aliqua festivitas Sanctorum evenerit, excepto a dominica de Passione, usque octavam Pentecosten, & ab Adventu domini, usque octavam Epiphania.* Feria II. primæ dominicæ Epiphaniæ post Matutinum, seu laudes præter antiphonas, & orationes jam memoratas subdebantur illæ SS. Apostolorum Petri, & Pauli, Martyrum, S. Martini, S. Mauri: *qua etiam*, ut habet codex, *omnibus quotidianis diebus totius anni dicenda sunt ad Matutinum, & ad vesperam.* In festo Purificationis B. Mariæ Virginis de supplicatione hæc leguntur. *Qua finita antecedente cruce, bini, & bini incedant ad processionem, cantando ℟. Videre miraculum. ℣. Virgo concepit: Antiphonam. Homo erat, &c. Post quos duo Acholiti cum accensis candelabris, & alii duo cum thuribulis, dehinc duo sacerdotes purpureis indutis planetis, gestantes pra manibus yconas habentes imaginem B. Maria. Tertius vero Sacerdos post eum similiter indutus ferat yconam habentem Prasentationem Christi in templo. Post hunc duo subdiaconi induti tunicis, & post eos duo diaconi in dalmaticis, quorum unus ferat benedictionem cereorum in manibus, quos omnes subsequatur Abbas sive sacerdos pluviali indutus, & sic ordinati ingredientes ecclesiam S. Martini vadat Abbas, aut sacerdos, qui missam celebraturus est, ad altare, & oret, de hinc osculetur altare & diaconi similiter, & sic justa morem incipiat benedicere cereos, quibus benedictis aspergatur*

tur super eos aqua benedicta, & thus adoleatur, tunc illuminentur, & manus sacerdotis, seu Abbatis primo Ministris altaris, deinde fratribus per ordinem expandantur ipso incipiente antiphonam: Lumen ad revelationem, &c. Expensis cereis imponat Chorus antifonam Exurge Domine &c. quo facto revertantur omnes ad ecclesiam S. Benedicti ita ordinate, sicut venerant, cantando antiphonas has &c. & sic intrantes ecclesiam incipiunt missam, & usque ad finem ipsius teneant cereos accensos in manibus, &c. Ab hac die usque in dominicam de palmis quociens bis in die comedunt surgentes a mensa expectent servientes, ut simul cantent Nonam &c. In pervigilio S. Benedicti hæc inter alias rubrica legitur. Missa de Feria canatur ad Tertiam cum letaniis additis orationibus Defunctorum, de vigilia autem ad Nonam. Ipso verò die festo S. Patris: & cantatur missa de Feria. Antiphona ad Tertiam: Sanctissime &c. Hac hora omnes Fratres induti pluvialibus faciant sollemnem processionem, & cantent has antiphonas, &c. & celebretur missa S. Benedicti sollemniter, qua finita cantatur sexta, &c. & sic vadant se ad exuendum, & cum visum fuerit, cantatur nona, &c. & sic pergant ad cœnam: &c. atque infra octavam ejus Festi. Missa cantetur de S. Benedicto ad Tertiam additis orationibus defunctorum, ad Nonam de Feria. Dominica infra Octavam, lectio tantum octava cum re. suo, & ad Matutinum psalmus, & Oratio, & Missa ad Primam, &c. In die Annunciationis B. Mariæ Virginis post Primam. Et cantatur Missa de Feria. Ad Missam omnes induti pluvialibus stent in choro. Feria IV. ineuntis Quadragesimæ post Cinerum benedictionem, distributionemque itatur ad processionem juxta vestibulum &c. & vadant omnes discalceatis pedibus in circuitu claustri interioris, & regressi ad ecclesiam incipiant letanias, & sic cantant missam; &c. Post Dominicam primam Quadragesimæ. Item officium per Ebdomadam ad nocturnum hymnus: Ex more docti: Lectio post nocturnum: Hæc dicit dominus, convertimini. Finito nocturno, & matutino pro defunctis canantur hii psalmi: Domine ne in ira tua: Exaudi domine justitiam: Exaudiat te, & Gloria. Deus auribus nostris; Deus venerunt; Deus ultionum; & Gloria: deinde; ad dominum dum tribularer, usque laudate nomen Domini per tres psalmos Gloria. In fine capitulum, & orationes constituta. Deinde canatur matutinum omnium Sanctorum, & fiat intervallum. Ad matutinum lectio. Frange esurienti, hymnus jam Christe Sol.

Ritus in Quadragesima.

Sanctus Benedictus regulæ suæ cap. 49. de Quadragesimali observatione agens ait: Ergo his diebus augeamus nobis aliquid ad solitum pensum servitutis nostræ: orationes peculiares: &c. Quod servatum adamussim a Cassinatibus hæc ejusdem codicis rubrica ostendit: Finitis vero Matutinis canant psalmos speciles, deinde Primam &c. Exeuntes a Prima vacent lectionibus usque ad plenam Terciam, sicut Regula precipit, tum cantent Tertiam &c. & postea canatur missa pro defunctis, deinde omnes conveniant in capitulum, solvant silencium secundum consuetudinem. Ad sextam &c. & canatur Vespera pro defunctis ad Nonam, &c. ad vesperam &c. Iste Ordo servetur in quotidianis diebus usque in cœnam Domini &c. Item tribus diebus in hebdomada, idest secunda, quarta, & sexta Feria per totam quadragesimam continuo silentio vacent, & finita nona faciant processionem in circuitu claustri interioris discalceatis pedibus cantantes antiphonas de letania majore, venientes autem ante ecclesiam incipiant Letanias, quibus finitis incipiant Introitum ad missam finita missa faciant intervallum, usquedum servitores accipiant mixtum, & sic ingrediantur ad vesperam. Tertia vero, & quinta Feria; & sabbato, dicta Nona mox in choro incipiant letanias. Si venerit aliqua Festivitas sanctorum intra quadragesimam, octava lectio, & responsorium fiat de Feria, & Añ de evangelio cum psalmo ad matutinum, & ad vesperum missa de Sanctis cantetur ad Tertiam. De Feria vero cum Letaniis ad Nonas. Sed si secunda, vel quarta, aut sexta Feria venerint, processionem non faciant. In S. Benedicti autem & sancta Scholastica, sanctique Gregorii, & S. Maria nil de Feria facimus nisi tantum antiphonam, & orationem ad matutinum, & ad vesperum, & missam ad Primam absque letaniis. Item Feria II. ad invitatorium &c. Ad capitulum Abbas faciat Fratribus admonitionem, & sint a bibliothecariis libri ordinati in capitulo; finita vero admonitione, surgat Abbas, & prosternat se in pavimentum, cunctis astantibus fratribus, & faciat confessionem, super quem ab uno de Prioribus dicta absolucione, & oracione, & residente, universi Fratres pariter ante illum prosternantur, & confessiones suas faciant. Abbas vero similiter faciat absolucionem, & oracionem super eos, & ita pariter omnes surgentes in locis suis resideant, post hæc accipiat unusquisque librum quem pecierit de manu Bibliothecarii per ordinem incipientes a senioribus, & sicut acceperint describantur, & ita cum silencio surgentes ad opus suum pergant. In memorato codice an. 1378. hic titulus legitur: Letania dicenda in Quadragesima post psalmos speciales cum orationibus subsequentibus per quaslibet Ferias ordinatis. Litaniæ, & Orationes pro qualibet hebdomadæ die describuntur. Pag. 123. sic legitur: In quadragesima post nocturnum finitis laudibus pro defunctis dicuntur hii psalmi vid. Ad Dominum cum tribularer, usque Laudate nomen Domini, & per singulos tres psalmos dicitur Gloria Patri &c. Sequuntur Orationes quædam pro qualibet hebdomadæ die p. 134. Letania dicenda Feria Sexta in Parasceve Domini post Psalterium. Quare eo die psalterium integrum Cassinates recitabant cum litaniis. Vid. Martene de antiqu. Monach. rit. lib. 3. capp. 9. 10., & 11.

In Majori Hebdomada.

Feria IV. Majoris hebdomadę hęc inter alias Rubrica legitur: Ad capitulum post pronunciatam etatem mensis, & Luna, dicatur: cœna domini quando cœnavit cum discipulis suis, & mox projiciant se omnes in terram gratias agentes deo in silencio, &c. Feria V. post descriptum modum divini officii celebrandi subditur: Lectione completa, Abbas faciat sermonem, deinde confessionem eo ordine, quo in capite quadragesima. Quo expleto, unusquisque librum, quem in capite quadragesima acceperat, quemadmodum bibliothecarius ex tabella recitaverit, in præsenti reddat, &c. Atque Tertia. Ea finita cantatur Missa pauperibus, qua completa inducantur a Cellerario pauperes in atrium ecclesia, & ordinentur hinc inde ad sedendum. Post hac veniet Abbas cum omnibus Fratribus ante illos, & ponentes unusquisque eorum in loco sua genua, & caput in terram Christum

ſtum in illis adorent, & ſurgentes incipiant eis lavare pedes per ordinem, incipientes a ſenioribus hoc modo; unus lavet, & alter tergat, & item qui terſit lavet, qui vero lavit tergat, & ſic faciant omnes eciam & infantes, & cæteris interim Fratribus reſidentibus, antiphonas officii ipſius canentibus. Quo finito cibum, potumque illis certatim miniſtrent, denturque ſingulis pauperibus per manus veſtararii denarii ſinguli. Finitis omnibus dicatur de more. Suſcepimus Deus & cap. & oratio, & iterum flexis genibus adorent, & ſic abire dimittantur &c. Præterea ſciendum, quia ignis novus hac die, nona, vel ſexta hora accendi debeat ex chryſtallo, ſive ex petra, de quo poſtquam benedictus a ſacerdote fuerit, illuminata candela hora procedendi ad miſſam in arundine debet poni, & a manſionario aut miniſtro in eccleſiam portari, ac deinceps omni lumine decoretur eccleſia, & ſic ingrediatur ad miſſam. De hoc igne ſtatim ut excuſſus, & benedictus fuerit, lampas una accenſa ſervetur in ſecretario ad illuminandum cereum, qui ſabbato ſancto benedicendus eſt: &c. Ad miſſam induantur cum ſacerdote duo diaconi, & duo ſubdiaconi, duo quoque acholyti cum thuribulis, & duo cum candelabris &c. Deſcribuntur ritus miſſæ qua finita dicebantur Veſperæ. Subditur deinde: Incipientibus in choro primam antiphonam duo Acholyti induti nigris planetis incipiant expoliare Altaria, quæ a veſpora hujus diei nuda maneant uſque ad ſextam horam Sabbati &c. Poſt hac tacto cymbolo, intrantes refectorium dicant: Ex more &c. Tunc Fratres poſtquam comederint, quæ illis appoſita fuerint, nondum tamen cœna completa tacto ſigno a Priore ſurgant imitantes ſalvatorem, & euntes in Capitulum lavent pedes ſimul unuſquiſque ad invicem tam Abbas, quam & cæteri Fratres per ordinem. Manſionarii vero deferentes partem lynthei ſalvatoris unde extерſit pedes diſcipulis præparent illud honorifice, ubi mandatum fieri debet, ante quod duo candelabra accendantur, & Acholytus cum incenſo ſtet ante illud. Deſcribuntur antiphonæ pſalmi, verſus tempore lotionis pedum dici ſoliti, deinde ſubditur: Interim vero dum verſus cantantur per ordinem, omnes pariter partem præfati lynthei ſingillatim genibus flexis adorent, & oſculentur. Et poſt orationes aliquot: Et ita omnes pariter revertantur in refectorium ad explendam cœnam, & ea finita, pergant cum verſu in eccleſia juxta morem. Poſtquam vero omnes Fratres a cœna ſurrexerint adeant collacionem. Cunctis autem reſidentibus veniat diaconus indutus Dalmatica, præcedentibus quatuor acholytis cum luminaribus, & incenſo, & incipit legere evangelium in tono lectionis; Amen, Amen dico vobis, non eſt ſervus major domino ſuo, uſque: ſurgite eamus hinc, tunc vadant omnes in refectorium ad bibendum, & dum biberint perlegatur evangelium quouſque Abbati viſum fuerit, & tunc bibat lector, & qui eum coſteterunt, deinde Abbas dicat Adjutorium noſtrum, &c. Vid. Martene de antiq. Monach. rit. lib. 3. cap. 13. Feria VI. Majoris hebdomadæ poſt deſcriptum matutinum, & laudes ſubditur: Quibus finitis incipiant canere pſalterium in Choro diſcalceatis pedibus. Facta hora cantent Primam, Antiphonam Latro de cruce, Pſ. Deus Deus meus reſpice &c. & Beati immaculati. Finita Prima iterum incipiant Pſalmos, ubi prius dimiſerunt, deinde faciant letanias, & orationes, &

Fer. VI in Paraſceve.

dum hora fuerit facta cantent terciam. Antiph. memento mei, pſal. legem pone. Finita Tercia pergant ad Capitulum, & legatur de martirologio. Sabbato Dominus noſter quievit in ſepulchro; omneſque ſe in terram proiciant, & ita unuſquiſque apud ſe V. ad ſolvendum ſilencium dicat, deinde ſurgente Abbate ſurgant omnes, & ſedeant. Lector vero lectionem juxta conſuetudinem legat; Finita lectione dicat Abbas adjutorium noſtrum: & mox ſurgentes cum ſilencio exeant, & toto ipſo die nullus in clauſtro loquatur diſcalciatis pedibus permanentes. Antiph. ad ſextam: ait latro. Pſal. Defecit. Finita ſexta legatur Paſſio domini ſecundum Marcum, quo finito diſcooperiantur omnes cruces, & præparentur cruces de ligno domini ante Altare competenti ſpacio ab ipſo diſtantes, ut uterius ſpecialiter, ac licenter adorent quicumque voluerint uſque ad horam officis. Antiph. ad Nonam. Jheſus clamans. Pſal. Mirabilia. Finita Nona, intrent ad officium. Procedat a Secretario Sacerdos cum miniſtris indutis nigris Caſulis, pedibus diſcalceatis, & venientes ante Altare proſtrato omni corpore in terram diucius orent. Inde ſurgentes oſculato altari vadant ſedere, & mittatur parvum linteum ſuper altare de ſub Evangelio, & candela ante altare illuminetur uſque ad finem officii, ſacerdote autem ſedente, & innuente Diacono, ſubdiaconus aſcendat in gradu ad legendum, & legatur Lectio prima in Oſee: Hæc dicit dominus in tribulacione ſua, qua lecta cantetur in choro tractus: Domine audivi; quo finito, dicit ſacerdos: Oremus: & Diaconus: Flectamus genua: & alter Diaconus dicit: Levate: Tunc Sacerdos dicit orationem, & Deus, a quo & Judas; & alter Subdiaconus aſcendat ad legendum lectionem libri Exodi: In diebus illis dixit Dominus ad Moyſen & Aaron: Qua lecta cantetur Tractus: Eripe me domine ab homine: Quo finito pronunciet Diaconus: Paſſio Domini N. J. C. ſecundum Johannem, & incipit legere; ante evangelium autem nec incenſum, nec luminaria portentur; cum vero diaconus pervenerit ad locum Paſſionis ubi dicitur: Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi, ſtatim ipſi ſubdiaconi, qui cum Sacerdote induti ſunt, nudent altare ſindone, quæ prius fuerat ſub evangelio poſita, in modum furantis. Finita paſſione, venit Sacerdos cum Miniſtris ante altare & dicat: Oremus dilectiſſimi pro Eccleſia ſancta Dei, & ceteras orationes per ordinem, quibus finitis Sacerdos accipiens crucem in manibus ſuſtentatam, hinc inde a duobus acholytis verſus ad chorum dicit alta voce Antiphonam: Ecce lignum crucis, totam, & dum dixerit: Venite adoremus: mox omnes in choro flexis genibus adorent ipſam crucem, & ſurgentes repetant eandem Antiphonam cum pſal. Beati immaculati; & per unumquemque verſum ejus. Eadem autem repetatur. Interea veniens Sacerdos cum miniſtris, adoratam deoſculetur crucem, deinde cæteris per ordinem incipientes a Senioribus. Ita ut in primo ordine quinque vel ſex Fratres proſternantur. Ita ordinate juſte, & equaliter jaceant. Alii eciam quinque, vel ſex poſt eos ſimiliter ordinate & equaliter procumbant dicentes unuſquiſque apud ſe orationes has: Domine Jheſu Chriſte, Deus verus de Deo vero: Qua finita ſurgant omnes ſimul, & accedentes aliquanto propius. Iterum omnes ordine quo ſupra procumbant, & dicant orationem hanc: Deus qui Moyſi famulo tuo: & ea finita, omnes ſimul

nota.

simul

mul surgentes, & paululum procedentes prosternent se tercio, ut supra, dicantque orationem istam: Domine Jhesu Christe, qui nos per passionem crucis. Quibus expletis, surgant omnes, & accedentes per ordinem flectant genua, & caput in terram dicentes: Crucem tuam adoramus Domine, & ita surgentes deosculentur crucem, & iterum flectentes genua recedant subsequentibus cæteris, & eadem simili ordine facientibus, & postquam dicti fuerint sex, vel octo versus de predicto psalmo, veniant tres clerici albis induti ante crucem chori sinistri, & cantent, Agios, o Theos, Agios Hiskyros, Agios, Athanatos, Eleyson, Ymas. Chorus eciam per unumquemque ℣. *alternatim respondeat: Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, miserere nobis. Quo finito, idem ipsi incipiant ante crucem: Popule meus: cum versibus istis: Quia eduxi te per: Quid ultra: Chorus quoque per unumquemque eorum vicissim respondeat: Agios, o Theos, Agios, Hyskyros, Agios, Athanatos, Eleyson, Ymas: Quibus expletis alii tres clerici similiter albis induti venientes ante crucem alterius chori cantant improperia: Ego propter te flagellatus; & per unumquemque* ℣. *repetatur in choro Popule meus, & ipsis quoque finitis istorum alii tres simili modo induti veniant ante crucem, & incipiant Ymnum: Crux fidelis. Et in choro similiter respondeatur: Crux fidelis: Et illi ante crucem: Pange lingua: per ordinem, & per unumquemque versum semper a choro repetatur. Crux fidelis: Expletis his omnibus calcient se Sacerdos, & ministri. De hinc lotis manibus Diaconi, & subdiaconi ab altare pergant in Sacrarium, ubi positum est corpus domini, quod pridie remansit, & accipiens illud in duabus patenis Diaconi quidem ipsas patenas, Subdiaconi vero duos calices cum vino non consecrato, missa ibi aqua ad Altare deferant. Tunc Diaconi offerant ipsas patenas sacerdoti, qui ponat eas super Altare. Calices vero Diaconi de manu subdiaconorum accipientes ipsi super Altare ponant. Tunc Sacerdos dicit: Oremus: Preceptis: Pater noster: deinde: libera nos quæsumus domine in modum orationis. Post hoc tollat particulam de corpore Domini, & mittat in calicem nihil dicens,* & sic communicent omnes cum silentio. *Postea vero cantent Vesperas lenta voce. Item antiph. considerabam. Psalmum voce mea psal. Benedictus dominus deus meus; Psal. Exaltavit Deus. Ana. ad Magnificat: Velum templi, & sic vadant ad mensam.* ℣. *non dicitur publice sed secreto; dehinc Sacerdos det benediccionem Benedic domine dona tua, qua de tua largitate sumus sumpturi, qui es benedictus in secula seculorum Amen. Finita cœna, & leccione Sacerdos tantum dicit: Benedictus deus in donis suis, & sanctus in operibus suis, qui es benedictus in secula seculorum:* ℟. *Amen. Et sic pergant in ecclesiam cantando psal. Miserere mei Deus, lenta voce:* Haud parvi certe momenti pœnitentia erat integro Feriæ VI. die tot inter functiones nudis pedibus incedere, cum eo die sæpe sæpius acerbissimum frigus nos ipsi simus experti. Adnotanda valde sunt quæ ibidem leguntur: *Tunc Sacerdos dicit: Oremus: Preceptis, &c. Et sic communicent omnes cum silentio:* quo constat servatam hactenus apud Cassinates vetustissimam consuetudinem, ut omnes ea die communicarent. Eadem verba extant eo die in missali nostro ms. undecimi sæculi charactere langobardico exarato sig. 127. aliisque codicibus. Martene loc. cit. p. 425. plura refert, e quibus idem ritus alibi servatus evincitur, interque alia rituale Corbejense, quod sic habet: *Deinde communicat primus sacerdos de Sanctis, ac postmodum cunctis per ordinem distribuit. Quidquid de corpore domini superfuerit a sacerdotibus, de quibus hac die omne ministerium in ecclesia impletur, diligenter suscipitur, atque sumitur,* aitque Martene: *Notat Udalricus, idem olim in monasterio Cluniacensi observatum fuisse; sed suo tempore, si quid eucharistia remansit, reservatum fuisse:* & in Tullensi legitur: *Quo dicto erigens se (Abbas) dicat alta voce, & festive Oremus: Preceptis salutar. mon. & Pater noster, & chorus respondeat: Sed libera nos a malo; deinde dicat Sacerdos; Amen. Oremus: Libera nos quæsumus, & cum dicit; Per eundem dominum, Corpus domini more solito in tres partes dividat, ac deinde dicat alta voce: Per omnia secula seculorum, & respondente choro: Amen, ipse unam partem Corporis dominici in calicem mittat, nihil dicens. Pax domini non dicetur, nec agnus Dei, nec pax dabitur; & antequam Sacerdos sumat corpus Christi dicat orationes solitas, interim qui primus est in choro dicat Confiteor: & Fratres similiter, ut in Fer. V. jam dictum est; quo dicto omnes accedant ad sacram communionem eo modo, & ordine, quo dictum est in Feria V. precedenti, atque in illis scilicet consuetudinibus S. Germani a Pratis habetur: Quando Pater noster erit dictum, dominus Abbas dicet suas orationes tales, quales deus ipsum docuerit, & dicet libera nos quæsumus. Postea incipiet, Per omnia: alte non cantando ulterius, postea communicabit se, & Diaconum, & Conventum, &c.* Vid. Mabillonius in Commentario ad ordinem Romanum p. 72., 77., & seqq. ubi dissidentes inter se se, scriptorum, ritualiumque opiniones offert, an per contactum corporis Christi vinum haud consecratum evadat verus Christi sanguis, ostenditque mediam quoque eorum fuisse opinionem, qui nihil definirent, ut nostri codices habent, nunquam tamen ab ecclesia ut dogma probatam eorum sententiam, qui consecratum dicerent vinum, neque unquam id ecclesiam Romanam aut docuisse, aut propugnasse, verbaque illa, quæ ansam opinioni dederint: *Sanctificatur autem vinum non consecratum per sanctificatum panem,* a Glossatore quopiam addita. V. Martene de antiq. Eccl. rit. P. I. lib. I. p. 427., & seqq.

nota.

In eodem codice 199. post descriptum sabbati sancti officium, Matutinum, Laudes, Primam, Tertiam, & Sextam, subditur: *Post sextam vestiantur altaria, & omni decore ornentur Antiphona ad Nonam. Plangent eum. Psalmi Mirabilia. Hora nona ingrediantur secretarium sacerdotes, & ministri, & induant se vestimentis sollemnibus, & antecedente acolito cum accensa candela in arundine procedant de more in ecclesia cum silentio, & inclinati ad altare vadant sedere. Qui autem lectiones legere, & tractus debent cantare omnes induti pluvialibus stent in capite utrinsque chori per ordinem. Tunc diaconus postulata benedictione a Sacerdote tollat benediccionem cerei de super altare, & egrediens per medium chori, inclinato capite dicat secrete Fratribus: Orate pro me, quem precedant duo subdiaconi, & predictus acolytus ferens cereum in arundine. Diaconus*

Sabbato sancto,

vero ascendens in ammonem dicti tribus vicibus alta voce: lumen Christi, & respondeant omnes, Deo gratias: Similiter tribus vicibus; Interim acolytus illuminet cereum magnum, qui benedicendus est. Et post hæc diaconus incipiat benedictionem ipsius. Exultet jam Angelica. Qua expleta revertatur ad Altare, tunc accendantur ad altare in duobus candelabris duo cerei, & de ipso igne accendatur in omni domo, quia omnis ignis anterior extingui debet. Finita vero benedictione cerei non dicat Sacerdos orationem, sed mox primus lector ascendens in gradum incipit legere; In principio creavit Deus cœlum, & terram sine pronunciatione lec. libri Genesis. Sciendum autem quod per unamquamque orationem non debet Sacerdos dicere: Dominus vobiscum: sed tantum oremus, & legantur lectiones, & cantetur tractus eorum, qui tractus a tribus, vel quatuor clericis in gradu canendi sunt, ita ut medius versus ab eis, medius vero a residentibus in choro cantetur. Lectiones autem istæ leguntur apud nos in principio. &c. Indigitantur lectiones aliæ, deinde subditur: *Quibus expletis revertatur Sacerdos cum ministris in secretarium. Dehinc benedicatur aqua a Sacerdote privatim, & aspergatur in omni domo. Deinde illuminentur candela, & pergant tres clerici ante altare, & incipiant canere letanias, & unus chorus respondet similiter, & alter id ipsum subsequatur. Cum autem dicitur Agnus Dei, procedat Sacerdos de Secretario antecedentibus se ministris ritu sollempni. Finitis Letaniis, & Kyrie sonent omnia signa, & dicat Sacerdos: Gloria in excelsis Deo. Deinde orationem. Tunc subdiaconus ascendat ad legendum Epistolam. Quæ expleta Sacerdos cum Ministris incepit ad Altare alleluja, & chorus ℟. Alleluja, & illi ab Altare dicunt ℣. Confitemini Domino: Deinde cantetur in choro tractus Laudate Dominum omnes Gentes. Tunc Diaconus ascendat ad legendum Evangelium, & ante eum non portentur luminaria, sed solummodo incensum. Simbolum autem & Offertorium, & Agnus Dei, & communio, hæc omnia vacant, nec osculum pacis inter se dant. Dum vero communicatur, cantetur pro Vespero antiph. alleluja alleluja. In velamento clamavi, & psal. Laudate dominum omnes gentes, lectio, Ymnus, aut ℣. non dicatur, sed tantum Aña. Vespere autem sabbati, psal. Magnificat. Post hac dicit Sacerdos orationem ad complendum, deinde pergant ad mensam, a qua surgentes cantent psalmum Confitemini domino, usq; in octava Pentecostes, & sic in ecclesia facta collatione, cantent cõpletorium.* Vid. Martene lib. cit. c. 15.

Paschate.

Post descriptum vero matutinum, & Laudes Resurrectionis dominicæ, subditur in eo codice: *Deinde cantent Matutinum omnium Sanctorum, & dicatur antiph. ad Benedictus: In civitate domini, & ad Magnificat: Sancti tui domine florebunt, usque in octava Pentecostes.* Designatur modus peragendæ supplicationis, recitandique canonicas horas eo die, aliisque sequentibus. & postmodum additur; *Sciendum est autem, quia in hac secunda, & tercia feria, finito nocturno incipimus Matutinum, deinde facimus intervallum, & orto sole cantamus Primam, & exeuntes a capitulo* sicut in diebus Dominicis *silencio, & lectioni in claustro vacamus. Ad missam vero pluvialibus omnes induti, chorum ingredimur. Quarta vero, quinta, & sexta Feria, ac sabbato finito nocturno facimus intervallum, & incipiente aurora cantamus matutinum & matutinum omnium Sanctorum. De hinc orto sole cantamus Primum & silencium secundum consuetudinem solvimus* (Sermo hic est de Paschæ Hebdomada) *Feria II. post octavam Pascha ponatur Actus Apostolorum &c. Ab hac die usque in Dominica Pentecostes finito nocturno cantetur matutinum pro defunctis. De hinc facto parvissimo intervallo sicut regula precipit, incipiente aurora pulsetur signum, & vadant omnes cum summa reverencia in ecclesiam, & cantent matutinum, deinde Matutinum omnium sanctorum, & fiat intervallum, usque ad plenam Primam, & cantata Prima, cantetur etiam missa pro defunctis. Post hac convenientes in capitulum solvunt silencium secundum consuetudinem.* Describuntur inde commemorationes SS. Crucis, S. Mariæ, S. Angeli, S. Johannis Baptistæ, SS. Apostolorum, S. Benedicti S. Scholasticæ ab hac secunda feria ad Ascensionem Domini dicendæ. Vid. Martene cit. loco cap. 16. & seqq.

In Festo S. Marci.

In festo S. Marci hæc rubrica legitur: *Eodem die letania Majores. Finito temporius Capitulo, & convenientibus omnibus in ecclesiam discalceatis pedibus incipiunt antiphonam ad Processionem: Exurge Domine &c., & sic exeuntes pergunt ad ecclesiam S. Maria cantantes añas &c. quibus finitis incipiant psalterium. Cantantes interdum antiph. prout opportunum fuerit, sive pro pluvia, sive pro serenitate, cum autem ad ecclesiam quo pergunt appropinquaverint, incipiant antiphonam de S. Maria. Si vero specialius, aut pro pluvia, aut pro serenitate orandum est in atrio ecclesia S. Maria cantent versum S. Ambrosii; squalent arva, sive: Obduxere polum, & ita ingressi ecclesiam dicta oracione a Sacerdote, & factis letanus incipiunt Missam: Exaudivit de templo. Qua finita exeunt cum aña. S. Maria, & ea finita iterum incipiant psalmos, ubi prius dimiserunt, & ita revertentes cum psalmis, & antiphonis tempori congruentibus cum ingressi fuerint portam veterem cantent ℟. Vidi civitatem, & cum appropinquaverint ad ecclesiam S. Agathe dicant antiphonam ipsius, deinde cum portam majorem intraverint dicant antiphonas S. Stephani, & S. Martini. Posthac dicatur aña. S. Angeli, & S. Petri, & sic ingredient ecclesiam majorem, dicta antiphona S. Benedicti, & S. Scholastica, atque oratione ante altare facta, hora Tercia canant missam S. Marci.*

nota.

Nulla certe alia esse potest ecclesia S. Mariæ, de qua hic mentio, quam illa S. Mariæ de Albaneta circiter mille passibus a monasterio nostro dissita, cum potissimum nulla propior extra septa cœnobii Cassinensis, ejus nominis ecclesia esset, atque ibi mentio sit Portæ veteris, ecclesiæque S. Agathæ, quæ extra monasterium sunt positæ. Hinc ergo quam gravis hæc Cassinatium pœnitentia fuerit, liquet, de qua agit Martene lib. IV. cap. IV., quibusdam tamen demtis. Ejus similem eodem die supplicationem nudis pedibus instituebant Monachi S. Mariæ de Albaneta ad ecclesiam S. Nicolai plusquam mille passibus inde dissitam, ut ex eorum Breviario undecimi sæculi characteribus Langobardicis exarato constat in Bibliotheca nostra sign. nu. 127., idemque præstabant die Cinerum, atque dominica Palmarum ad eandem ecclesiam euntes, quemadmodum ad illam S. Mariæ ibant Cassinates.

nota.

In Festo Inventionis S. Crucis.

In festo inventionis S. Crucis post descriptum ma-

matutinum ac laudes subditur: *Et cantatur missa de sanctis* (Alexandro Papa, Eventio, & Theodulo) *Hora tertia omnes induti albis lineis conveniant in ecclesiam, & sic cantent Terciam &c. Ad missam finito evangelio, & symbolo, vadant tres clerici ante altare, ubi sit posita crux cum ligno domini competenti spacio inter ipsam, & altare, & cantent ℣. Crux benedicta, & per singulos ℣. respondeatur in Choro, Crux benedicta: & interim dum cantant, Sacerdos primo cum ministris, deinde omnes per ordinem adorent ipsam crucem flectentes genua, & capita in terram, dicentes: Crucem tuam adoramus Domine, & ita surgentes deosculentur, eam, & iterum flectentes genua recedant: &c.* Vid. Martene loc. cit. lib. IV. cap. V.

In Translatione S. Matthæi.

In Translatione S. Matthai, & Passione S. Johannis ante Portam Latinam, qui pergunt ad S. Martinum legant in duobus vigiliis de Translatione S. Matthai, in tercia vero de Passione S. Johannis. Qui autem stant ad S. Benedictum in duabus vigiliis legant de S. Johanne, in tercia vero de S. Matthao. Cantus in nocte, & in die, & catera alia sunt communia, & post orationem apostoli unius, dicatur alterius. Eodem itaque die apud Cassinates Festum S. Johannis ante Portam Latinam colebatur, & Translatio S. Matthæi, quod etiam constat ex Kalendario in eodem breviario posito. Vid. Martene loc. cit. nu. 7.

In Feria II. & IV. ante Ascensionē.

Feria II. ante Ascensionem domini pergant cum lytaniis ad S. Stephanum, & canant ibidem missam Exaudivi de templo per ordinem. Inde egredientes venient ante portam majorem, & interim cantabunt antiphonam pro pace regum & ℟. Civitatem istam, & tu domine aniversorum, Deinde aña. Signum salutis. Ponantur a Sacerdote tres cruces de cereo benedicto in superliminari porta ejusdem, & aqua sanctificata respergantur, & dicta ibi oratione; Mestorum refugium, revertantur cantando Añam: Salvator Mundi, & sic ingrediantur ecclesiam S. Benedicti cum antiphona, & oratione, sicut consuetudo est. Feria III. procedant ad S. Martynum, & factis letaniis canant missam: Exaudivit, ut supra; Feria IV. procedant ad ecclesiam S. Andrea, & factis ibi letaniis revertantur ad ecclesiam S. Benedicti, & canant missam: Omnes gentes plaudite manibus &c. Vid. Martene lib. III. cap. 19.

Ab octava Pentecostes.

Ab octava Pentecoste usque in Kal. Octobris omnibus dominicis diebus ista Aña. cantatur &c. Ab hac eciam Dominica usque in Adventum domini ista lectio legitur ad matutinum, &c. Porro in quotidianis diebus finito nocturno cantetur matutinum pro defunctis, & omnium sanctorum, & post intervallum cantatis matutinis laudibus adjungantur psalmi speciales cum letaniis, & oracionibus. Post hac fiat intervallum usque Primam, & dicta Prima, & missa pro defunctis, solvant silencium. Sciendum est autem, quia in sanctorum Festivitatibus, in quibus duodecim facimus lectiones tam astate, quam hyeme ad sextam reficimus, & silentium in claustro tenemus, lectioni vacamus. In his tamen si dies pracipui jejunii evenerit usque Terciam lectioni vacamus, & celebrata missa silentium solvimus.

nota.

In Festo S. Johannis.

In festo S. Johannis hæc inter alia servabantur: *Et canatur missa mane, prima: Justus ut palma. Ad missam majorem omnes induti pluvialibus intrent in chorum, &c. Antiphona ad processionem: Puer qui natus est, Johannes est nomen ejus. Nazareus ℟. Pracursor domini venit. Aña. ante ecclesiam: Apertum est. ℣. Quia visitavit, ℟. Apertum est.* Nedum Dominicis diebus, verum solemnioribus omnibus festis supplicabundi ibant Cassinates nostri, ut ex dictis constat. Vid. Martene lib. 4. cap. 6. nu. 19. & seqq.

In Festo SS. Petri, & Pauli.

In Festo SS. Apostolorum Petri, & Pauli: *Canatur missa S. Johannis, &c. Ad missam omnes induti pluvialibus stent in choro.* Vid. Martene lib. IV. cap. VI. nu. 24., Omnium sanctorum, quorum festivitates cum octava celebrarentur, semper ac quolibet in festo commemoratio in Laudibus, Vesperisque, & missa canebatur ad Primam, ut ex hactenus allatis constat.

A Dominica Octobris.

A Dominica prima Octobris, usque in festivitatem omnium sanctorum quotiens duodecim faciunt lectiones, surgentes a mensa, expectent servitores, ut simul cantent Nonam &c. Finitis psalmis specialibus, statim pulsetur signum, & canant Primam. Exeuntes vero a Prima, vacent lectioni usque plenam horam secundam, deinde pergentes in ecclesiam canant Terciam, postea vero missam pro defunctis, & solvatur silencium.

In sanctorum Krisanti, & Daria ad vesperas post orationem de sanctis pergant omnes pariter ad ecclesiam S. Bartholomai, cantando antiphonam; O quam multi: deinde Magnificat, & orationem de ipso Apostolo. In octava, in prima, & secunda vigilia, omnia cantantur de plurimorum martyrum, & legitur octava lectio de passione eorum, deinde similiter pergant ad S. Bartholomaum cum antiphona: O quam multi, Cantica: Vos sancti domini, & faciant ibi terciam vigiliam de Translacione ejus, legantur quatuor lectiones de sermone B. Bartholomai venerabilis, &c. ℟. Ingressus Bartholomaus &c. Evangelium de Apostolo. Aña. ad Matutinum, Rex in Christum, per ordinem, & post hac revertantur ad ecclesiam majorem cum Antiphona de sanctis, & dicitur ℟. & oratio. Ad Primam canitur missa de Apostolo sollemniter, ad Tertiam vero de sanctis, &c. Ab hac die (prima Novembris) *usque in Purificationem S. Maria, qui prius a mensa surgunt, non expectent servitores, sed mox ut surrexerint cantent Nonam.*

Generalis Rubrica pro Festivitatibus.

Inter alias hujusce breviarii generales rubricas hæc legitur cap. II. *Ordo matutinorum in sollemnitatibus duodecim lectionum. In prima, & secunda Vigilia. Ad Primam videlicet, & quintam leccionem acolytus faciat incensum per altaria, & cruces, & deinde in choro Fratribus. Finita vero leccione XII. pergat Sacerdos Ebdomadarius in secretarium, & induat se albam stolam, atque planetam, & veniat ante altare ferens evangelium ante pectus, quem pracedant tres acoliti albis induti, ex quibus unus thuribulum cum thimiamate, duo vero ferant parva candelabra cum luminariis, & dum pervenerit Sacerdos ad altare osculetur illud, tollatque exinde evangelium, & legat super analogium a mansionariis ante Altare constitutum, versa facie ad Altare, & cum legitur, illi tres cum luminariis, & incenso stent ante illum ponentes intra legendam candelabra in pavimento. Quo finito, & dicto Amen, incipit Te decet laus, & mox duo Acolyti resumant candelabra in manibus. Tercius vero faciat incensum in circuitu altaris, & revertens prabeat odorem sacerdoti,*

deinde illis duobus, & finito Te decet laus Sacerdos dicat Orationem, dehinc revertantur in Secretarium ordine quo venerunt, & ceteri quidem exuant se. Sacerdos autem exutus planeta, & stola, induat se pluviale, & veniens ante altare facta reverencia vadat, & stet in capite chori sui. Finito vero ymno ad matutinum sumens turibulum ab Acholyto, vadat, incenset primo crucem majorem extra chorum, dehinc altaria, deinde alias cruces, postmodum autem in choro Fratribus per ordinem odorem prabens reddat turibulum acolito, & accepto ab eo racionali demum dicat orationem, & in finem dicat diaconus in choro, Benedicamus domino. In vigiliis praterea Natalis domini, & in diebus qui veniunt intra easdem octavas absque duodecim leccionibus, & intra octavas Epiphania, Pascha, & Pentecostes, nec non & ipso die octavarum Ascensionis. Ad Matutinum incipiente choro quintum psalmum, vadat Sacerdos in secretarium, & induat se pluviale, & veniens ante altare peragat omnia ut supra. Ad vesperum autem tam in pradictis diebus, quam in singulis per annum duodecim leccionibus, incipiente psalmo quarto, simili modo pergat in secretarium, & indutus pluviale, reliqua ut supra dicta sunt, compleat. In pracipuis vero festivitatibus cum Sacerdote ad matutinum unus diaconus, & duo subdiaconi bina ferentes thuribula pluvialibus induantur, nec non & duo acholiti in albis gestantes candelabra cum luminaribus ante evangelium, & cum legitur evangelium, diaconus stet juxta Sacerdotem a dextris; duo vero subdiaconi cum thuribulis, & duo acoliti stent ante evangelium. Catera jam ut supra scripta sunt peragantur. Diaconus tamen, & Subdiaconi, ita ut fuerunt pluvialibus induti, cum Sacerdote in chorum revertantur, & facta pariter reverencia in capite chori stent hinc inde. Incensum autem ad canticum de evangelio super altare tantum majus Sacerdos faciat, per alia vero altaria, & cruces, nec non & fratribus in choro subdiaconi portent, diacono interim cum Sacerdote stante ad dexteram partem altaris, quo illi usque redeant, & ita simul ante altare venientibus, Sacerdos Orationem dicat, quod etiam similiter ad vesperas faciant. Notandum autem quod Sacerdos indutus semper debet stare in capite chori sui. Diaconus vero in capite chori alterius. De Subdiaconis vero, quando duo sunt, ebdomadarius stet juxta Sacerdotem, alter vero juxta diaconum, quando autem unus stet a parte chori sui. Super hac quando domnus Abbas induitur, duo cum illo diaconi, & duo subdiaconi vestiuntur; aliique ritus pro aliis Festivitatibus præscribuntur.

Et pro diebus supplicationum.

Rubrica deinde servanda præscribitur pro diebus quibus supplicationes fieri mos erat cum orationibus, antiphonis, & responsoriis. Fiebant verò hæ supplicationes omnibus dominicis diebus, & In festis S. Stephani protomartyris, S. Johannis, SS. Innocentium, Octavarum, Natalis domini, & Epiphaniæ, Mauri, Sebastiani, Conversionis S. Pauli, Dedicationis ecclesiæ, S. Andreæ, S. Scholasticæ, SS. Faustini, & Jovitæ, Cathedræ S. Petri, Annunciationis deiparæ, Octavæ S. Benedicti, S. Petri, S. Pauli, Octavæ S. Johannis Baptistæ, Petri in vinculis, Inventionis S. Stephani, Transfigurationis Domini, S. Laurentii, Octavæ Assumptionis Deiparæ, S. Bartholomæi, Decollationis S. Johannis baptistæ, Nativitatis deiparæ, Dedicationis turrium paradysi, seu perystilij ante ecclesiam, Exaltationis S. Crucis, S. Matthæi, Dedicationis S. Michaelis Archangeli, S. Germani, S. Martini, Octavæ ejusdem, & in Festo S. Cæciliæ. In præcipuis Domini festivitatibus, atque illis Deiparæ, S. Johannis Baptistæ, S. Benedicti, aliorumque supplicabundi peculiares antiphonas, responsoria, & orationes canebant.

Bina in die refectio. Sacra lectio in mensa.

In eodem breviario cap. 3. hæc adnotanda leguntur. *Sciendum est autem, quia in festivitatibus sanctorum, in quibus duodecim facimus lectiones, tam estate, quam hyeme bis in die reficimus, & silencium in claustro tenentes, lectioni vacamus. In his tamen si pracipui dies jejunii veniunt, usque Tertiam lectioni studemus, & celebrata missa, silencium solvimus, super hac eciam remissionis gracia, si quando tres, vel quatuor festivitates continuate veniunt, vel in una, vel duabus ex eis post Nonam silencium solvimus, secundum Decani arbitrium, necnon, & in quibusdam festivitatibus noviter ad officium duodecim lectionum adjunctis.*

Postquam ibidem descriptum, quinam S. Scripturæ, & SS. Patrum libri, sanctorumque vitæ legendæ in mensa, subditur. *Nunc jam de libris ad collacionem ponendis decernendum est. Primum itaque in capite Quadragesima ponendus est Dialogus S. Gregorii, & legendus usque in Cœna Domini. Ab Octava vero Pascha legantur sermones Ephrem, & Cesarii usque in octavam Pentecostes exinde usque in Kalendas Octobris legitur Instituta vel collaciones Patrum, sive Regula S. Basilii. Ab inde vero legitur vita, seu doctrina Patrum usque in caput Quadragesima. Plane de iis libris quos a Pentecoste, usque in Quadragesimam legendos diximus, quoniam omnes uno anno legi non possunt arbitrii Prioris erit, ut supra jam diximus, ut quod uno non expletur, compleatur in altero. Interea omnibus per annum diebus dominicis, Omilia, qua nocte in tertia vigilia legitur, eadem & ad collacionem legatur. Quod videlicet de plerisque actenus ideo non fiebat, quia legebantur ad mensam. Fastidiosum certe videri poterat unam ter in diem leccionem audire. Quod etiam similiter fiat tota ebdomada Pascha, nec non & in pracipuis Sanctorum festivitatibus, qua videlicet omelias proprias habent, sicut est S. Johannis, S. Petri, S. Pauli, S. Felicitatis, S. Laurencii, S. Dei Genitricis Maria, Decollationis S. Johannis, Nativitatis S. Dei Genitricis Maria, Omnium Sanctorum, S. Andrea, Vigilia Nativitatis Domini, Natale S. Stephani, SS. Innocentium, & per reliquos dies usque in octavam. Item Epiphania, & octava ipsius, Purificacionis, & Annunciacionis S. Maria, S. Scholastica. Porro in festivitatibus S. Benedicti, S. Mauri, & S. Martini, Transitus eorum ad collacionem legi est solitum. Item Dialogus S. Martini, Vita S. Basilii, S. Severini, S. Antonii, nec non Vita S. Hylarionis, & S. Saba a die festivitatis ipsorum inchoantur, & legitur quandiu sufficit.* Quæ omnia legere etiam est in breviario langobardicis characteribus exarato sig. num. 198. atque in alio literis latinis, quatuorcentum circiter annorum sign. nu. 532.

Quadragesima S. Martini.

Quædam etiam ad disciplinam monasticam hujus sæculi pertinentia legere est in Expositione ad regulam S. Benedicti a Nicolao de Fractura concinnata, quæ nos hic pro more nostro presse delibabimus. Ad illa itaque S. Regulæ verba: *Quibus tem-*

po-

poribus dicatur Alleluja; hæc ait Nicolaus, *usque caput Quadragesima, scilicet majoris, ad differentiam Quadragesima S. Martini, qua celebratur secundum quosdam ab Adventu domini, usque ad festum Natalis, secundum alios a proximo sequenti die S. Martini usque ad Natale, & hoc in monasterio Casinensi. Nonnelli alii, qui ad frugem melioris vita suspirant, celebrant Quadragesimam S. Crucis, quam incipiunt ab octava Pentecosten, & protendunt eam usque in festum S. Crucis de mense Septembris, & hoc specialiter servatur in Romania, ubi consuevere esse viri longe arctioris vita, quam alibi.* Hinc constat, Cassinates Quadragesimam pro Natali domini auspicatos a die 12. Novemb.

Unicus Decanus centumque Monachi.

In Expositione ad cap. 21. de Decanis monasterii habet Nicolaus. *Verum si prapositus ibi non fuerit, debet esse unus Decanus loco sui, & hoc servatur hodie in monasterio Cassinensi, ubi tantum instituitur unus Decanus, & unus vicedecanus, licet plures secundum textum hujus Capituli, & secundum ethimologiam, Decani debeant ibi institui, & creari, cum interdum sint in Monasterio ipso centum Monachi, sicut ego ipse, qui vidi, testimonium perhibeo veritati &c.* Haud contemnendus certe centum Monachorum numerus in Monasterio Cassinensi.

Pœnitentiæ in Capitulo.

Ad cap. 43. *De his qua ad opus Dei, vel ad mensam tarde occurrunt:* pœnitentias imponi solitas describit Nicolaus hisce verbis. *Circa ultimam partem ipsius officii prostratus jaceat in medio pavimenti quod est in choro, vel ubi cantari ex more responsorium consuevit, sicut est in monasterio Cassinensi, ubi quidam Rotus rubens lapidis pretiosi est in medio pavimenti, quod est in choro cantantium, ubi ponit se ille, cui publica satisfactio est injuncta.*

laneis linteis utebantur Cassinates.

Ex Expositione ad cap. 53. de modo suscipiendorum hospitum constat Cassinates lanea lintea in usu habuisse, nam inquit Nicolaus. *Lintheamina de lana, seu stagminea si religiosi fuerint, si seculares, vel laici, de lino.*

Quomodo janitor Cassinas exciperet hospites.

Quid janitor adventantibus hospitibus dicere deberet, exponit Nicolaus ad cap. 66. hisce verbis *Consuetudo hujus monasterii est, quod adventus hospitum undecumque venientium pandantur prius domino Abbati, vel ejus locumtenenti, si Abbas non fuerit in monasterio; ut sic tuum adventum præsentiens veniat, vel mittat aliquos de Fratribus ad consolationem tuam, & ante omnia ad Oratorium te ducant, juxta illud: Primum querite Regnum Dei, & ad osculum pacis recipiant, & ad alia bona omnia, & sancta secundum regularia instituta, & sic si places non turbetur anima tua, dum ivero ad Abbatem, seu ejus locumtenentem, & tibi congruum,* & honestum portem responsum &c. *& infra.* Hanc autem regulam sæpius volumus in Congregatione legi &c. *Hoc intelligas secundum quod de facto servatur in nostro monasterio Cassinensi, ubi dicta Prima,*

Sæpe lecta Regula in Capitulo.

& Missa, si ad Primam dicenda fuerit, cum omnes Monachi Capitulum ad sonum campana intraverint, hebdomadarius lector, lecto primo de martyrologio Sanctorum, si tale festum non fuerit; quod proprium habeat Evangelium, epistolam, vel etiam homiliam subsequenter legit per ordinem unum de capitulis hujus regula, ne ut hic sequitur, quisquam Fratrum per ignorantiam se excuset &c.

Revertentium Domum humilitas.

Illa capitis 67. verba: *Revertentes autem de via Fratres ipso die, quo redeunt per omnes canonicas horas, dum expletur opus dei prostrati solo oratorii ab omnibus petant orationem propter excessus, ne quid forte subripuerit in via visus, aut auditus mala rei, aut ociosi sermonis:* sic exponit Nicolaus. *Prostrati &c. quasi dicat ponant se ad terram in medio oratorii prostratis corporibus. Consuevit autem in monasterio Cassinensi fieri hac prostratio in roto illo majori, ubi responsoria decantantur.*

Cibi frugalitas.

Cibo frugali, vinoque aqua temperato usos Cassinates refert Richardus a S. Angelo in expositione ad Prologum S. regulæ hisce verbis. *Est aliud genus Carmelitarum, aliud Augustinorum, aliud Apostolorum, & isti Apostoli possunt assimilari girovagis, de quibus ultimo loquitur beatus Benedictus, cum illorum vita illi similis mihi videatur. Est & aliud genus saccorum, quod vocatur Ordo disciplina, qui Sarrabaitarum ordini posset non immerito commendari, adequari &c.* Et infra. *Isti* (Girovagi) *conveniunt ad monasterium Cassinense ut hospites suscipiuntur, & tribus diebus, vel quatuor spirituali charitate honorantur, quibus transactis, recedunt, prout vidi de facto, quia communibus cibariis & vino temperato nullatenus sunt contenti &c.*

Oratio frequens.

Sæpius vero in dies factam a Cassinatibus orationem refert hisce verbis Richardus in Expositione ad cap. 20. S. Regulæ. *In Conventu, idest in loco ubi congregati sunt Monachi ad divinum officium celebrandum, & loquitur de oratione communi, qua fit ante vesperas post completorium, & ante Matutinum, & tunc ad signum Decanus, vel Abbas surgunt, & ipse genua flectit, & omnes genua flectunt, vel loquitur de oratione, qua fit ante inceptionem alicujus hora diebus non festivis, & tunc pulsatur campana parvula, qua est super caput chori, sicut totum vidi observari de facto in monasterio Cassinensi. Hoc ultimum plus placet.*

Quanam quantitate præbitum vinum?

Quanam quantitate vinum hoc sæculo Cassinatibus præberetur, ostendit Richardus ad cap. 40. cum ait. *Eminam. Quadam mensura est, melius potest cognosci de facto, quam de jure, arg: de dona: Apostolica, sed secundum consuetudinem, qua interpretatur istud: est medietas unius mensura, qua vocatur in Abbatia Cassinensi* Caphisa, *& consuetudo est optima legum interpres, ut extravag. de consuet. cum dilectus.*

Jejunia a die 12. Septembris cœpta.

Jejunia, quæ regularia vocant, a die 12. Septembris incipiebant Cassinates teste Richardo ad cap. 41. in hæc verba: *Ab Idibus autem septembris. Hoc solum in monasterio Cassinensi vidi servari, sed quid agendum est a Monachis in decem, & octo diebus, qui sunt ab istis idibus, usque ad Kal. Octobris, credo quod sit agendum sicut in aliis diebus jejuniorum sicut dicitur infra in 48. Capitulo.*

Negligentes quomodo correcti.

Quibus in locis sisterent Monachi ad orationem desides habes ex Richardo ad cap. 43. *Respondeo I. ponet enim ipsum in alio loco seorsum, ut hic dicitur in medio, si est in ultimo gradu, vel in aliis locis inferioribus chori, ut ab omnibus videatur, & per istud dicis aut in loco, &c. Et hoc multoties vidi servari in monasterio Cassinensi, in Ordine Murronensi ponitur in inferiori gradu altaris, & ibi debet esse rectus, usque dum Prior faciat signum, sic vidi fieri a Fratribus ipsorum cum fuerint in pradicto monasterio Casinensi.*

Et qui in proferendis Psalmis errarent.

Qui vero in proferendis Psalmis errarent, hoc modo plectebantur ex eodem Richardo ad cap. 45.

Humiliatus fuerit. In genuflectendo, & ponendo quasi caput in terra sicut in isto Cassinensi monasterio observatur, & etiam si fallit in refectorio, puta projiciendo paraxidem in medio ipsius refectorii jacet manibus, & pedibus extensis, & non surgit, donec signum audierit a Priore, sicut vidi observari de facto.

Instrumenta.

Testatur præterea Richardus extitisse in bibliotheca Cassinensi instrumenta *de juncis*, cum inquit ad cap. 48. *Olim enim fiebant libri ex juncis, & adhuc inveniuntur in bibliotheca Cassinensi instrumenta de juncis, sicut potest videri.*

Episcopi magna reverentia excepti.

Qua reverentia exciperentur in cœnobio nostro episcopi aliique magnates, explicat Richardus ad cap. 53. Regulæ, ubi narrat etiam nullum tunc temporis carnium usum apud Cassinates hisce verbis: *Congruus: quia pauperibus sufficit capitis inclinatio &c. Regibus autem, & episcopis aliis superioribus genuflexio &c.* & inferius, *sed numquid Prior comedet carnes, dato, quod hospites comedant, credo, quod non debeat comedere, quia hic datur tantum licentia frangendi jejunium, & jejunium frangitur per sumptionem modici cibi, & potus. Arg. extravag. de celebr. miss. ex parte non autem datur hic licentia transgrediendi regulam per comestionem carnium, & sicut B. Benedictus dixit de illo, ista dixisset de isto si voluisset. Arg. Extravag. de Translat. C. inter corporalia, & de Decimis ad Audientiam.*

Munera Cassinatibus data Abbas recipiebat.

Munera Monachis data Abbas, aut Decanus accipiebat, distribuebatque pro libito, teste Richardo hisce verbis ad cap. 54. *Jubeant dari vel ipsi, cui directum est, vel alteri; Video tamen servari de facto in monasterio, quod Abbas, vel Decanus remittit partem exenii illi cui directum fuerat, &c. honestius tamen esset si daretur plus indigenti.*

Episcopi, & Abbates Cassinenses examinati.

Rem deinde singularem cap. 64. narrat Richardus, Abbatem nempe Cassinensem, quemadmodum episcopi, examini subjectum antequam dignitatem iniret. En ejus verba: *In Abbate tamen non magis scientia requiritur, sed sufficit, quod sit simpliciter bonus ut 16. q. 1. leg. contrarium tamen crederem in Abbate Cassinensi, & in omnibus Abbatibus habentibus magnam jurisdictionem, & video, quod in cura ista, examinantur ipsi, sicut examinantur præficiendi in episcopos &c.*

R. Regula quotidie lecta.

In expositione ad illa verba cap. 66. *Hanc autem regulam sæpius volumus in congregatione legi, ne quis Fratrum de ignorantia se excuset*: subdit Richardus: *sæpius, idest quolibet die unum Capitulum, sicut vidi observari in monasterio Cassinensi, &c.*

Indusia linea, & lotus prorsus interdictus.

Cum an. 1370. Petrus de Tartaris cœnobii nostri Visitator institutus ab Urbano V. ut diximus quæstionem de Monachorum moribus instituisset, hæc de illis primus testis Fr. Dominicus Monachus Cassinensis testatur. *In primis quod jam sunt sexaginta anni, vel circa, quod fuit professus regulam B. Benedicti in dicto monasterio, & tunc temporis observabatur regula in dicto monasterio &c.* Et post multa: *Item dixit se a triginta annis citra honeste, & caste vixisse, tum inhoneste jacuit, quia tenuit lintheamina, & jacuit spoliatus in camiscia, &c.* Graviter itaque peccasse credebat pius Monachus, indusio lineo uti, atque haud vestitum dormire. Quam vero severe in eos animadversum eo tempore esset, qui luderent, explicant hæc Fr. Innutii ab Alberto verba: *Vicedecanus invenit eos* (scilicet sex Monachos) *ludentes in camera sub dormitorio de nocte, & de mane sequente verberavit eos per modum correctionis usque ad sanguinis effusionem.*

nota!

Decreta ab Andrea Abbate edita pro disciplinæ monasticæ instauratione.

Andreas Abbas in comitiis generalibus Cassini habitis an. 1372. Abbatum, Præpositorum, qui monasterio nostro suberant, atque Monachorum Cassinensium consilio decreta edidit, quæ in cod. ms. sign. nu. 47. extant, primumque jubet, ne ullus Abbas, Præpositus, aut Monachus cœnobium Cassinense ingressus, inde injussu suo abscederet, vel ejus, qui præesset. Ex septimo vero decreto eruitur, Monachos Cassinates in vestibus, observantia regulari, silentio, paupertate &c. carnium abstinentia, quibus non nisi in infirmitate vescerentur, reformatos fuisse. In sequenti decreto aliquid certe deest, nam jubet Andreas nullas dandas esse pecunias Monachis, deindeque subdit, nisi cucullam emant, puniendos. Quomodo sine nummis cucullam emerent monachi? En vero decreta.

In nomine domini Amen. Die primo mensis Octobris XI. indictionis apud Sacrum monasterium Cassinense in presentia mei notarii Johannis Guadagabñ. de Suessa publici notarii Apostolica auctoritate ubilibet, & testium infrascriptorum videlicet Domni Rogerii vicarii, notarii Alamani de S. Stephano, Notarii Antonii de Teramo, & Geremie de Castro novo Vallisfrigida.

Constitutiones, & statuta Sinodalia edita per reverendissimum in Christo patrem, & dominum D. Andream dei, & apostolica sedis gratia venerabilem Abbatem sacri monasterii Cassinensis.

Nos Andreas dei, & apostolica sedis gratia humilis Abbas sacri monasterii Cassinensis. Cupientes quantum cum Deo possumus regularem observantiam tam in nostro majori monasterio Cassinensi, quam in aliis monasteriis Abbatiis, & Præpositurıs nobis, & eidem nostro monasterio subjectis, per Abbates, priores, subpriores, præpositos, & monachos, tam claustrales, quam alios facere observari regulam B. patris nostri Benedicti, ac constitutiones, & statuta summorum pontificum, ut plurimum imitando hodie videlices die primo mensis Octobris XI. indictionis, sub anno Nativitatis domini millesimo trecentesimo septuagesimosecundo pontificatus SS.mi in Christo patris, & domini domini Gregorii divina providentia papæ XI. in dedicatione nostra majoris Cassinensis ecclesia ejusdem patris nostri Benedicti in capitulo Cassinensi præsidente de consilio Abbatum, præpositorum, & totius sacri conventus nostri Cassinensis ibidem more solito ad sonum campanæ capitulariter congregatorum, infrascripta statuta, & constitutiones edita dudum a prædecessoribus nostris, & nobis innovanda, & alia de novo ordinanda censemus, & ne aliquis crassam, & supinam valeat ignorantiam allegare, tenore presentium statuimus, & mandamus in virtute sancta obedientia priori, subpriori ejusdem nostri monasterii Cassinensis, ut sæpius in dicto Capitulo Cassinensi eodem Cassinensi Conventu presente hujusmodi constitutiones, & statuta faciant intelligibiliter publicari. Abbates vero, Præpositi, seu Priores copiam in mensem sub ejusdem obedientia pœna, & alia pro arbitrio infligenda recipiant, & in suis monasteriis, seu ecclesiis, aut capitulis plures in anno sollempniter pupplicent, & faciant pupplicari. In primis.

Ut Religiosis periculosa evagandi subtrahatur materia, & nullatenus malignandi occasio prabeatur, quod sicut piscis sine aqua vitam perdit, ita monachus sine claustro omnipotentis dei sententia, eternaliter moritur, & quamquam censeatur corporaliter vivere, tamen mundo, & hominibus abhominabilis reputatur, prout dudum in principio nostri adventus per promotionem nostram ad ecclesiam Cassinensem censuimus, nunc igitur innovamus ipsam constitutionem ad alios non contentos in ea pariter extendentes presentium tenore statuimus, quod Monachi per nos deputati in claustro perpetuo, vel ad tempus, nec non & quicumque alii Abbates, Priores, Prapositi, Decani quocumque dignitatis nomine censeantur, & monachi alii undecumque venerint nobis subjecti, postquam nostrum sacrum monasterium Cassinense intraverint, statim sint sub obedientia nostra, nostrique Prioris, vel subprioris, qui pro tempore fuerint, & teneantur servare regulam B. Benedicti patris nostri, & alia per nos provisa, & statuta, nisi per nos, vel alium nostram potestatem super hoc habentem, cum aliquo ex causa fuerit dispensatum. Nec aliquis pradictorum pradictum nostrum Monasterium Cassinense per portam, vel aliunde exire audeat, sine expressa licentia nostra nobis in hujusmodi Monasterio personaliter residentibus, vel alterius liberalem potestatem habentis, de qua contrafacienti onus probandi incumbat. Si quis autem pradictorum fuerit temerarius violator, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. Quam sententiam incurrens si infra dies quindecim ad hujusmodi sacrum monasterium humiliter non redierit, de pramissis veniam, absolutionem, & correctionem regularem petituros, si talis ecclesiam, monasterium, officium, vel beneficium a nobis, & monasterio nostro Cassinensi obtineat, eo ipso decernimus esse privatum; si autem sit simplex Monachus per unum annum efficiatur inhabilis ad quodcumque officium, vel beneficium obtinendum.

Tedet profecto, B. patris nostri Benedicti Cassinense cœnobium, quod totius nostra religionis caput esse dinoscitur, & norma, ubi ejusdem corpus gloriosissimum, virginisque Scholastica cotidie venerare debemus, ut ab illis veneratione condigna frequentius visitetur, qui majora ab ipso suscipiunt incrementa, propter quod digne duximus statuendum, quod Monachi, & Religiosi quicumque Cassinenses obtinentes Abbatias, Prioratus, Praposituras, Decanatus, monastica beneficia, vel officia quovis nomine censeantur, dicto nostro Monasterio, & nobis subiecta ad minus bis in anno quolibet teneatur cum debita reverentia, & veneratione condigna dictam nostram Cassinensem ecclesiam visitare, videlicet in hujusmodi festo dedicationis beati Benedicti, prima videlicet die mensis octobris, & in festivitate beati Benedicti de Mense Martii occurrente, ita quod in vigilia semper ipsarum festivitatum intersint in ecclesia prolibata; si quis autem pramissa adimplere neglexerit, nisi gravis infirmitas, vel alia justa, & rationabilis causa eum valeat excusare, de quo nos si in Cassinensi Abbatia presentes fuerimus, vel nostrum conventum Cassinensem, ac officialem, si extra Abbatiam nos esse contingerit, ante pradictas festivitates, vel saltem in dictis festivitatibus faciat certiorem informatione legitima ipso facto tenore presentium decernimus esse privatum abbatia, propositura, prioratu, decanatu, monastico beneficio, vel officio nobis, & monasterio nostro subjecto, quod obtinuerit quoquomodo.

Et quia unusquisque presidens pracipua sua conditionis, & fama debet honestum conver., & religiosum habere, & nos in odorem bona fama subditorum nostrorum non immerito delectamur, presenti decreto statuimus, quod unusquisque Abbas, Prior, Propositus, Decanus, vel Prasidens, quicumque religiosus beneficium, vel officium optinens nobis subiectus, secum habens duos Monachos, aut plures, unum de antiquioribus, & honestioribus ducere in dictis festivitatibus teneatur, ut ab ipso possimus nostram conscientiam de hiis, qua expedierint informare.

Cum sit cautum jure, quod astrictus venire certa die non est propterea a mandato solutus, si die prafixa non potuit ex causa legitima comparere, quod illa cessante etiam post diem venire tenetur, proinde statuimus, quod si aliquis de pradictis religiosis beneficium, vel officium obtinentibus in dictis festivitatibus, vel altero eorundem venire non possit causa rationabili, & legitima suadente nolumus, & presenti constitutione mandamus, quod causa ipsa cessante, & post hujusmodi festivitatem quam cito commode possit, modo predicto pradictum nostrum Cassinense monasterium debeant personaliter visitare, alioquin, ut pradicitur, beneficio, vel officio, quod obtinet, sit ipso facto privatus.

Quia prout, etiam dictat ratio naturalis, membra debent capiti deservire, & longa antiquitas, & consuetudo nostra Cassinensis ecclesia habuerit diuturna, quod nostri Cassinenses Monachi monasteria, ecclesias, beneficia, vel officia nobis, & monasterio nostro subiecta obtinentes certas pensiones annuas anno quolibet in festo Dedicationis beati Benedicti primo die videlicet mensis Octobris solvere consueverunt, & debent. Nonnulli vero gratiis, & beneficiis sibi concessis temere abutentes hujusmodi pensiones debitas, & consuetas postponunt solvere temporibus stabilitis, propterea presenti constitutione statuimus, quod quilibet Abbas, Prior, Propositus, Decanus, & quicumque beneficia, vel officia nostri Cassinensis monasterii obtinentes, pradicto die primo mensis Octobris in festo dedicationis B. Benedicti patris nostri, sive personaliter venerit, sive non, pensiones nobis, & camera Cassinen., ac nostro monasterio per eos debitas integraliter, & sine diminutione qualibet solvere, seu mictere teneantur. Si quis vero contrarium fecerit incurrat pœnam quarta partis pensionis, ad quam tenetur. Si vero distulerit, seu non compleverit solvere per totum mensem Octobris tunc instantis, ipso facto beneficio, vel officio, quod obtinet, decernimus esse privatum.

Perpetuo prohibemus edicto, ne aliquis Abbas, Prior, Propositus, Decanus, seu quivis alius religiosus, vel secularis beneficium, vel officium nobis, vel monasterio nostro subiectum obtinens aliquam rem immobilem ad ecclesiam, vel monasterium, beneficium, vel officium spectantem, nec non libros, pannos, vasa tam ecclesiastica, quam profana, & quecumque alia mobilia pro usu ecclesia, & ministrorum ejus, ac monasterii, & domorum eorumdem quovis titulo alienare prasumat, nec etiam pignori dare etiam in casibus alias a jure permissis, nec fructus beneficiorum, vel officiorum suorum vendant, vel locent, antequam sint separati a solo sine nostra expressa, & speciali licentia & mandato, ne fraus, de-

ceptio-

aeptio vel simulatio in ecclesiarum, beneficiorum vel officiorum præjudicium, prout interdum experientia docuit, valeat inveniri; contrarium vero faciens penam excommunicationis incurrat. Contractus autem super præmissis omnibus, vel præmissorum aliquo, factis quibuscumque obligationibus penarum adiectionibus so, & suos scrictores obligantibus, ac juramentorum interpositionibus non obstantibus quoquo modo, eo ipso nullius decernimus esse firmitatis. Monachi verò, Conversi, vel ydiote hoc scientes intra quindecim dierum spatium nobis, seu nostro officiali per se, vel per alium debeant revelare, alias ipsos predictæ excommunicationis sententie decernimus subiacere.

Quia per honestatem extrinsecam, intrinseca ut plurimum demonstrantur, nec liceat a capite membra aliquatenus variare, nostrumque Cenobium, quod totius nigri Ordinis cognoscitur esse caput, Divina permittente clementia, sit circa statum Monachorum ipsorum, circa vestimenta, & regulares observantias, quoad silentium, proprietatis abdicationem, et silentium* laudabiliter reformatum, dignum fore censemus, prout successivè, & comodè fieri poterit, quod ejus membra, quæ multipliciter dignoscuntur esse collapsa salubriter reformentur. Statuimus igitur, ut omnes, & singuli Abbates, Priores, Præpositi, Decani, & alii quocumque presidatus titulo censeantur, seu beneficia, aut officia nostri monasterii Cassinensis obtinentes, necnon & Monachi Cassinenses quicumque de foris venientes sine cuculla cum manicis longis, quod alibi in jur. floccum nuncupatur, ac sine calsariis, vel stivariis portam Monasterii nostri Cassinensis intrare non audeant, nec secum in ipso Monasterio arma deferre præsumant sine nostra speciali licentia, & mandato. In oratorio vero, Refectorio, & dormitorio continuum servent silentium, necnon in claustro certis locis, & horis secundum laudabilem consuetudinem, quæ in ipso Monasterio presentialiter observatur. In refectorio, vel alibi nullatenus carnes vescantur, nisi in quantum observantia regularis permittet, & tunc a nobis, vel alio potestatem habente daretur expressius in mandatis. Si quis vero predicti statuti contrarius fuerit violator disciplinæ correctioni, & punitioni regulari subjaceant prioris, vel subprioris nostri Monasterii prædicti.

* error

Insuper statuimus, quod Abbates, Priores, Propositi, Decani, vel alii beneficia, vel officia Cassinensis Monasterii obtinentes, si sub se habeant Monachos, sibi pecuniam pro vestibus, & calciamentis aliquatenus non adsignent, sed potius mandent, & operentur, quod infra competens tempus cucullam sibi emāt, & calzajos modo prædicto, quam, & quot portent continuè in Monasterio suo, seu terra, ubi conversationem habuerint, quod si infra tempus præfixum a suo superiore prædicto non fecerint cum effectu, sibi panem, & vinum auferri jubemus.

Cum per collationem, provisionem, institutionem, seu confirmationem sedis apostolicæ legatorum, vel delegatorum ejusdem sedis, seu quorumcumque aliorum superiorum de Abbatiis, Prioratibus, Proposituris, Decanatibus, officiis, vel beneficiis non eximantur prædicti a jurisdictionibus, regulis, ordinationibus, Constitutionibus, & statutis nostris, nostrique monasterii Cassinensis, prout dictat extravagans domni Benedicti papæ xii. cujus tenor sequitur in hæc verba, & hic de verbo ad verbum inseri volumus. Statuimus, & ordinamus, quod prædictis statutis, & constitutionibus abstringantur omnes, & singuli Abbates, Priores, Propositi, Decani, officia, vel Beneficia obtinentes nobis, & nostro monasterio Cassinensi subjecti, etiam si auctoritate sedis apostolicæ, legatorum, vel Delegatorum ejus obtinuerint, vel obtineant officia, vel beneficia supradicta. Tenor vero dictæ Constitutionis domni Benedicti xii. per omnia talis est.

Rubrica de obtinentibus beneficia ex collatione Apostolica, quod sicut cæteri sint subiecti suis Superioribus, & quod subsint eorum statutis, & quod ex causa legitima possint sicut alii amoveri.

Benedictus episcopus servus servorum dei &c. Rursus declaramus, quod omnes Monachi beneficia obtinentes in ordine, seu religione hujusmodi ex collatione, Provisione, vel ordinatione sedis præfata, aut legatorum, Executorum, vel provisorum ejusdem sedis, per ipsius Sedis, vel prædictorum litteras, & qui ea optinuerint in futurum teneantur obedire superioribus suis ejusdem ordinis, seu religionis eorumque subesse correctionibus, ordinibus, punitionibus, & Statutis, & Prioratibus, amministrationibus, officiis, seu quibuscumque beneficiis, ut prefertur optinent, & optinuerint in futurum ex causis rationabilibus privari valeant, & ab illis etiam amoveri, ac si per superiores suos de ipsis beneficiis eis foret provisum.

Isti sunt Casus reservati domino Abbati vid.

Ut nullus agat contra votum Castitatis corporaliter.

Item quod nullus Monachus iniciat manum in alium malitiose, aut animo irato.

Item quod nullus monachus habeat proprium, vel alter nomine eius, vel sciat alium habentem, & hoc intelligitur quicquid scienter habetur sine licentia majoris, etiamsi sciat tacita veritate.

Isti sunt Casus reservati Priori, & Supriori, vid.

In primis, quod nullus præsumat dare aliquid alicui, quod conscientia sua sibi dictet, non posse dare. Et similiter intelligitur de recipiendo.

Item quod nullus comedat alicubi extra refectorium sine licentia.

Item quod nullus mittat litteram, vel ambasciatam extra Monasterium, nec ab aliquo ea recipiat sine licentia.

Item quod omnes clerici teneantur ad minus semel in ebdomada confiteri, & semel in mense Priori, nec non semel communicari non sacerdotes in mense. Sacerdotes vero ad minus semel in septimana. Nihilominus sacerdotes, & alii discretioni suorum confessorum relinquuntur si ipsos sibi confitentes aliqua utili vel necessaria causa a sacrosancta communione ad tempus duxerint abstinendum.

Item quod nullus de Cella proximi, vel aliunde præsumat aliquid quovis modo recipere per se, vel per alium, sine licentia prælati, vel illius ad quem talis res dinoscitur pertinere.

Item quod nullus Monachus ludendo, seu alio quoquomodo advisato tangendo, porrigat manus in personam alterius.

Ex

Verisum ne Monachi evaderent Parochi.

Ex hoc sequenti monumento constat Fr. Martialem jussu Urbani V. Vicarium generalem Cassinensem, haud vero Abbatem, ut perperam in eo dicitur, vetasse, ne Monachi Parochi ullius ecclesiæ essent, atque ecclesiam S. Blasii in pertinentiis montis di mezzo fuisse parochialem, subjectamque cum vico suo monasterio S. Petri de Avellana.

Ex originali in Archivo.

Nos Frater Bartholomæus Decanus monasterii S. Petri de Avellana tunc vicem præpositi gerens in dicta ecclesia S. Petri. Per has presentes nostras patentes litteras notum facimus universis, & singulis tam presensibus, quam futuris, quod die quintodecimo Julii sexta indictionis recepimus in mandatis ab Abbate Martiano tunc Abbate monasterii Cassinensis, quod nullus Monachus cujuscumque præheminentia, dignitatis esset, deberet retinere ecclesiam curatam suo nomine, vel alieno sub privationis officii, & beneficii, & excommunicationis pœna, quam incurrere voluis ipso facto, si contrafeceris in futurum, ob dictam occasionem motus affatus Decanus, ac Monachi, seu Conventus unanimiter congregaruns, & prædictam inhibitionem, seu privationem factam per eundem Abbatem, ostendentes eis dicentes: deliberemus quicquid super prædicto mandato sit faciendum. Qui quidem Decanus una cum Monachis, totoque Conventu dicta ecclesia S. Petri præhabito tractatu in communi deliberaverunt, & ordinarunt, quod idem Decanus cum Fratre Joanne de Quinciguerra vice omnium deberet ecclesiam S. Obblasii sitam in pertinensiis montis de medio, & diœcesis Triventina providere. Cum habeat curam animarum, nec erat ibidem qui ministraret in divinis officiis, & alia Sacramenta ibidem habitantibus conferre, quoties opus erit: Considerantes, ne inposterum esset suarum animarum prajudicium, nec possent in aliquo in futurum reprehendi, commisere deliberato consilio, præmisso tractatu in communi ut sequitur. Volentes prædicti id quod erat eis commissum nomine ecclesia S. Petri, ac totius Conventus fideliter, & legitime tractare, ad locum Casalis sancti Obblasii accesserunt, convocantes habitantes ibidem in eandem ecclesiam ad habendum tractatum, & colloquium de futuro rectore, ut moris erat, Volentes eandem ecclesiam de futuro rectore providere ad instantiam hominum dicta terra domnum Petrum Benedicti de Forulo eligere in rectorem perpetuum dicta ecclesia S. Obblasii, qui ibidem valeat perpetuo ministrare in divinis, & eis Sacramenta conferre, quoties fueris opportunum. Considerantes prius, & ante omnia de persona eligenda quia erat dignus moribus, scientia, & ætatis tamquam benemerito pro nobis nostrisque successoribus nomine quibus supra in prædicta ecclesia S. Obblasii præmissis sollemnitatibus, qua in talibus requiruntur, de certa nostra scientia, ac totius Conventus, damus, donamus, atque concedimus prædicto domno Petro presenti, & recipienti eandem ecclesiam S. Obblasii, ut eam regat, manuteneat, & gubernet tamquam verus, & legitimus pastor, ponendo animam pro ovibus suis: investientes eundem D. Petrum per quemdam cultellum presentialiter de eodem beneficio per clavium traditionem in possessionem eum corporalem induximus. Dantes, & concedentes nomine, & pro parte quibus supra liberam licentiam, & potestatem plenariam habendi, tenendi, usufruendi, & possidendi dictam ecclesiam cum omnibus juribus, & pertinentiis suis, sine alicujus contradictione, vel molestia; Promittentes nihilominus nomine Præpositi, ac totius Conventus, nostrorumque successorum in prædicta ecclesia sancti Petri, & pro prædicta ecclesia per stipulationem legitimam, & sollemnem prædicto domno Petro stipulanti prædictas nostras electionem, donationem, concessionem, ratificationem, & acceptationem prædicta ecclesia, & prædicta, & infra omnia, & singula ratas, & firmas habere, & tenere efficaciter adimplere, ac omni tempore inviolabiliter observare, & in nullo contrafacere, vel venire per nos, atque Conventum aliqua ratione, vel causa, de jure, vel de facto fatemur, juribus semper prædicta ecclesia S. Petri in omnibus, & per omnia, & cujuslibet alterius semper salvis. In cujus rei testimonium futuram memoriam, & tam nostrorum Præpositi, & Conventus certitudinem, quam prædicti D. Petri cautelam perpetuam presentes nostras patentes litteras sibi exinde fieri fecimus, nostri sigilli impressione munitas. Datum apud Monasterium S. Petri de Avellana Ordinis S. Benedicti anno domini millesimo trecentesimo, sexagesimo septimo, die sexto decimo Julii prædicta indictionis sexta pontificatus SS. in Christo Patris, & domini nostri domini Urbani divina providentia papa quinti anno septimo.

Indulgentiæ concessæ.

Cum an. 1307. major ara ecclesiæ S. Pauli de Cervario diœcesis Cassinensis consecrata esset, plures Episcopi indulgentias Fidelibus concessere, qui statis diebus illam visitarent. *Dummodo voluntas Diœcesani ad id accesseris, & consensus*, ut literis eorundem constat, quarum hic aliquas dumtaxat dabimus.

Ex originali in Archivo.

Universis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis. Nos dei gratia Romualdus Barensis, Oddo Tranensis archiepiscopi, Leucius Bitontinus, Leo Vigiliensis, Paulus Molficanus, Johannes Juvenaciensis, Jacobus Gravinensis, Placidus Andriensis, Petrus Rubensis, Johannes Bisectensis, Robertus Monopolitanus, Guglielmus Policastrensis, Minerbisensis episcopi salutem, & sinceram in domino charitatem. Pia mater ecclesia de animarum salute sollicita, devotionem fidelium per quadam spiritualia munera remissiones videlicet, & indulgentias invitare consuevit ad debiti famulatus honorem deo, & sacris ædibus impendendum, ut quanto crebrius, ac devotius illuc confluxis populus Christianus mutui Salvatoris gratia precibus implorando, tanto delictorum suorum veniam, & gaudia consequi mereatur æterna. Cum igitur Magister Giraldus de Cervaria, terra monasterii Cassinensis ejusdem terra Cervaria altare majus ecclesia S. Pauli de eadem terra intendat favente domino ad laudem, & gloriam dei, honorem beati Pauli apostoli, & ædificationem populi facere consecrari, cupiens ut ipsa ecclesia, & Altare prædictum congruis honoribus frequentetur, & populus ad divina laudis devotius animetur, omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui ad dictam consecrationem a die consecrationis ipsius usque ad octavas, & deinde in anniversario anno quolibet causa devotionis accesserint, annum unum, & singuli nostrum quadraginta dies, de omnipotentis dei misericordia, dulcissimaque Maria matris sua gratia, nec non et beatorum Petri, et Pauli merita, et precibus authoritate confisi, de injunctis eis pœnitentiis, dummodo voluntas diœcesani ad id accesserit, et consensus, misericorditer in domino relaxamus. Concedentes insuper omnibus, et singulis, qui in omnibus festivitati-

bus subscriptis vid. Nativitatis domini, Resurrectionis, Ascensionis, et Pentecostes, et in quatuor festivitatibus gloriosæ virginis Mariæ, scilicet Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, et Nativitatis, in festo omnium Sanctorum, in festivitatibus prædictorum Apostolorum, nec non SS. Johannis baptistæ, et evangelistæ omnibus diebus dominicis, et omnibus diebus Quadragesimæ usque ad octavum Paschæ limina præfatæ ecclesiæ causa devotionis, orationis, seu peregrinationis visitaverint, vel ibidem divinum officium, vel verbum exhortationis audierint, seu qui ad fabricam luminaria, vestimenta, ornamenta, vel aliqua alia ipsius ecclesiæ manus porrexerint adjutrices, vel quidquid facultatum suarum legaverint, donaverint, miserint, vel procuraverint ecclesiæ prælibatæ, nec non qui per octo dies prædicta festa immediate præcedentes & etiam subsequentes quadragenales remissiones & indulgentias prælibatas, accedente voluntate, & consensu prædictis. In cujus rei testimonium presens scriptum sigillis nostris pendentibus duximus roborandum. Datum Trani anno domini 1307. die 14. mensis Augusti quinta indictionis. Locus ✠ sigillorum pendentium in cera rubea. Subscriptiones prædictorum archiepiscoporum, & episcoporum numero quatuordecim. Petrus episcopus Bitetiensis. Romualdus archiepiscopus Barensis. Paulus episcopus Melfitanus. Joannes episcopus Bitectensis. Oddo archiepiscopus Tranensis. Joannes episcopus Juvenciensis. Robertus episcopus Monopolitensis. Leucius episcopus Bitontinus. Jacobus episcopus Gravinensis. Gulielmus episcopus Cupersanensis. Leo episcopus Vigiliensis. Placidus episcopus Andriensis. Gulielmus episcopus Policastrensis . . . . . episcopus Minerbitensis.

Ex originali in Archivo.

Universis Christi fidelibus presentes literas inspecturis gratiam. Petrus Iserniensis episcopus, Guglielmus Bojanensis episcopus, Fredericus Calvensis episcopus, Thomas Cajaccianus episcopus, Jacobus Triventinus episcopus, Bartholomæus Cernicensis episcopus, Franciscus Tovicensis episcopus salutem in Domino. Pia mater ecclesia de animarum salute sollicita, devotionem fidelium per quædam spiritualia munera, remissiones videlicet, & indulgentias invitare consuevit ad debitum famulatus honorem Deo, ex sacris ædibus impendendum, ut quanto crebrius, & devotius illuc influit populus Christianus, mutui Salvatoris gratiam precibus implorando, tanto delictorum suorum veniam & gaudia consequi mereantur eterna. Cum . . . . . Infans de Cerbario terra monasterii Cassinensis intendat facere, ut altare S. Nicolai existens in ecclesia S. Pauli de eadem terra Cervarii congruis honoribus frequentetur, & populus ad divinæ laudis præconium animetur, omnibus vere penitentibus, & confessis, qui ad dictum altare accesserint, singuli nostrum annum unum, & quadraginta dies, de omnipotentis dei misericordia, dulcissimæque matris suæ Mariæ gratia, nec non & beatorum apostolorum Petri, & Pauli meritis, precibus, & auctoritate confisi de injunctis eis pœnitentiis, dummodo voluntas diœcesani ad id accesserit, & consensus misericorditer in domino relaxamus concedendas insuper omnibus, & singulis, qui in omnibus festivitatibus subscriptis vid. Nativitatis domini, Resurrectionis, Ascensionis, & Pentecostes, in Festivitatibus B. Mariæ virginis, scilicet, Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, & Nativitatis, in festo S. Nicolai, & in Dedicatione altaris prædicti nec non in festo SS. Johannis Baptistæ, & Evangelistæ, prædictum altare causa devotionis, orationis, seu peregrinationis, visitaverint, vel ibidem divinum officium, vel verbum exhortationis audiverint, vel qui luminaria, vestimenta, ornamenta, seu ad aliqua alia ipsius altaris necessaria manus porrexerint adjutrices, & qui per octo dies prædicta festa præcedentes, aut etiam subsequentes quadragenales remissiones, & indulgentias prælibatas, accedente voluntate, & consensu prædictis. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillis nostris pendentibus duximus roborandas. Datum Isernia secundo Julii septima indictionis; locus ✠ septem sigillorum pendentium in cera rubea. Subscriptiones prædictorum episcoporum. Petrus episcopus Iserniensis. Thomas episcopus Cajaccianus. Gulielmus episcopus Bojanensis. Jacobus episcopus Triventinus. Fredericus episcopus Calvensis. Bartholomæus episcopus Cernicen. Franciscus episcopus Tovicensis. Quam concessionem nedum ratam habuit Marinus Abbas Cassinensis, verum & ipse alias concessit hisce literis. Nos Marinus dei gratia Abbas monasterii Cassinensis notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod exposito nobis per dilectum nobis in Christo Damianum archipresbyterum castri Bantra clericum ecclesiæ S. Pauli de castro nostro Cervarii pro parte totius Capituli ipsius ecclesiæ, quamplures prælatos benefactoribus, & porrigentibus adjutrices manus consecrationi, quæ fieri debet de majori altari ejusdem ecclesiæ, & aliis in fabrica, & aliis necessariis, seu utilibus ipsius ecclesiæ, accedentibus etiam illuc causa devotionis, orationis, seu peregrinationis, ac causa audiendi ibidem Divinum officium, vel verbum exortationis, tam in die consecrationis prædicta, quam certis festivitatibus, & aliis anni temporibus, quasdam indulgentias concessisse, prout nobis constitit evidentibus hujusmodi indulgentiarum concessionibus, nostrum prebemus beneplacitum, & assensum ad instantiam, & supplicem petitionem archipresbyteri prælibati. Insuper obtentu beati Pauli apostoli ad ipsam ecclesiam affectionem habentes omnibus vere pœnitentibus, & confessis eidem ecclesiæ super præmissis manus adjutrices porrigentibus, nec non & accedentibus ad eandem devote prætactis . . . . festivitatibus anni quæ in litteris dictarum concessionum declarantur per octo dies festivitates ipsas, & diem consecrationis prædicta immediate sequentes de omnipotentis dei, & ejusdem apostoli misericordia confisi, quadraginta dies de injuncta eis pœnitentia, misericorditer in domino relaxamus. In quorum omnium testimonium, & cautelam, præsentes litteras exinde fieri fecimus, & nostri sigilli appensione muniri. Datum in S. Germano sub anno domini millesimo trecentesimo octavo indictione sexta, die vigesimo sexto mensis Aprilis pontificatus SS. patris domini Clementis divina providentia papæ quinti anno tertio. Adest sigillum cereum pendens in cera rubea.

Ex originali in Archivo.

Hujus diplomatis meminit Rota in Sorana Beneficii 8. Martii 1617. coram R. P. D. Merlino hisce verbis; Et Marinus Abbas de anno 1308. in alia bulla assensum præbuit indulgentiis ab episcopis concessis in consecratione cujusdam altaris & ad instar episcoporum alias etiam ipse concessit. Consecraverat altare illud seu ecclesiam, ut asseritur in calce, Philippus Aliphanus episcopus, ut patet hisce literis, quibus indulgentias & ipse quasdam elargitur.

Uni-

Ex originali in Archivo.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, Philippus dei gratia Aliphanus episcopus salutem, & sinceram in domino charitatem. Pia mater ecclesia de animarum salute sollicita devotionem fidelium per quadam spiritualia munera remissiones vid. & indulgentias invitare consuevit, ad debiti famulatus honorem deo, ex sacris adibus impendendum ut quanto crebrius, & devotius illuc confluit populus Christianus, mutui Salvatoris gratiam precibus implorando, tanto delictorum suorum veniam, & gaudia consequi mereantur eterna, cupientes igitur ut ecclesia S. Pauli sita in Cervario terra monasterii Cassinensis, cujus Altare majus magister Peraldus de eadem terra Cervaria, una cum hominibus ejusdem terra intendunt favente domino ad laudem, & gloriam dei, honorem beati Pauli apostoli, & edificationem populi facere consecrari, ut congruis honoribus frequentetur, & a Christiani populi frequentia jugiter veneretur, omnibus vere pænitentibus, & confessis, qui ad dictam consecrationem a die consecrationis, usque ad octavas, & denique in anniversario anno quolibet causa devotionis accesserint, & humiliter adierint, unam annum, & quadraginta dies, de omnipotentis Dei misericordia, dulcissimaque matris sua Maria gratia, nec non & beatorum Petri, & Pauli apostolorum meritis, precibus, & authoritate confisi, de injunctis eis pœnitentiis, dum-

nota.

modo voluntas diocesani ad id accesserit, ac voluntatis consensus misericorditer in domino relaxamus, concedentes insuper omnibus, & singulis, qui in omnibus festivitatibus subscriptis videl. Nativitatis domini, Resurrectionis, Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, & Nativitatis, in feste omnium sanctorum, in festivitatibus predictorum apostolorum, nec non SS. Joannis Baptista, & Evangelista limina predicta ecclesia causa devotionis, orationis, seu peregrinationis visitaverint, vel ibidem divinum officium vel verbum exhortationis audierint, seu qui ad fabricas, luminaria, vestimenta, ornamenta, vel ad aliqua alia ipsius ecclesia necessaria manus porrexerint adjutrices, vel quodcumque facultatum suarum legaverint, donaverint, miserint, vel procuraverint ecclesia prelibata, necnon qui per octo dies prafata festa immediate precedentes, & etiam subsequentes quadragenales remissiones, & Indulgentias pralibatas, accedente voluntate, & consensu prafatis. In cujus rei testimonium hujusmodi Indulgentiam nos prafatus episcopus sic concessimus pro eo quod de licentia domini Marini dei gratia Cassinen. Abbatis dictam ecclesiam consecravimus, quam consecrationem anno quolibet primo die Dominico mensis Maii disposuimus celebrari. Datum Cervarii die quinto mensis ejusdem sexta indictionis. Locus ✠ sigilli pendentis in cera rubea.

Decreta in Synodo a Raymundo edita.

Raymundus Cassinensis episcopus, celebrata diœcesana synodo plura decreta publicavit, quorum aliqua ex ultimo fol. regesti Thomæ Decani hic damus, quo disciplina ejus temporis ecclesiastica dignoscatur.

Quia Canones, & statuta universalia, & particularia ad hoc fiunt, ut humanus noxius appetitus sub juris regula limitetur, ac bonorum affectus quemadmodum in melius procedere debeant informetur, idcirco nos Raymundus permissione divina episcopus Cassinensis beati Benedicti successor indignus, Campaniæ, & maritimæ Generalis Rector, & Comes, cum consensu nostri Capituli Cassinensis ad honorem dei, & nostra ecclesia supradicta correctionem, & informationem nostrorum Parochianorum, & subditorum nostra diœcesis Cassinensis, ac membrorum nostrorum, & nostra ecclesia Cassinensis quorumcumque infrascriptos canones, seu statuta per dictam diœcesim, & membra predicta ab omnibus in perpetuum inviolabiliter observanda facimus, ac etiam ordinamus.

In primis omnes Hereticos, scismaticos, sortilegos, veneficos, divinos presertim, quorum sortilegia, seu divinationes, aut maleficia heresim sapiunt manifeste, ut pote qui ecclesiasticis sacramentis abutuntur, aut qui recurrunt ad consilia dæmonum, vel responsa, seu sacrificia, aut preces nepharias circa aras faciunt idolorum, nec non auxiliatores, & receptatores, scientes ipsorum, seu ad ipsos quomodolibet super hujusmodi recurrentes, haud participantes eisdem in criminibus supradictis, excommunicatos denunciamus, ac excommunicamus, & anathematizamus, bandimus, & diffidamus, ac bona eorum, qua a nobis, & a nostra ecclesia obtinent, ipso facto decernimus confiscata ad eandem ecclesiam devolvenda.

Item excommunicatos denunciamus, & excommunicamus incendiarios, fractores, seu destructores ecclesiarum, domorum, & fundorum ecclesiasticorum infra immunitatem ecclesia, seu terminum, ac spatium a jure statutum consistentium . . . fuerint per annum, carceri detrudantur, & si laici, per annum peregrinentur, aut Jerusalem, vel S. Jacobum; . . . tam isti, quam illi viginti unciarum auri pœnam eo ipso incurrant pro immunitate ecclesia violata. . . . resarcitionem damni nihilominus teneantur, cæteri verò . . . . . . immobilia, scafas, vel molendina ecclesiastica incenderent, destruerent, seu quomodolibet dissipant. . . . . . resarcionem damni pro interesse, & duplam pro pœna, seu prasumptione illicita teneatur medietatem predictarum pœnarum majori ecclesia Cassinensi, & alia medietate ecclesia, qua injuriata immediate fuerit applicanda.

Item excommunicamus, & anathematizamus falsarios litterarum, & sigillorum Apostolicorum, regiorum, & nostrorum, bona ipsorum similiter confiscamus, nisi considerata qualitate persona, simplicitate, vel ignorantia falzatoris, nisi Prelato Cassinensi pretempore aliud videatur, bonis hujusmodi ad prafatam ecclesiam devolutis.

Item Clericos concubinarios, seu adulteros manifestos, ab officiis suspendimus, ac beneficiis privatos decernimus ipso facto, laicos autem, adulteros manifestos, pœna unciarum auri quatuor volumus subiacere. Pari pœna plectentes usuras publice exercentes, pœna hujusmodi nostra ecclesia applicanda.

Item statuimus, quod si quis contra deum, vel aliquem sanctorum suorum maxime beatam Virginem linguam suam in blasphemiam publice relaxaverit, pœnam unius augustalis incurrat, medietatem rectori terra cujus incola fuerit, & alia fabrica ecclesia, in honorem illius, quem blasphemaverit ad arbitrium prelati Cassinensis pro tempore persolvenda.

Item cum inter precepta decalogi precipue caveatur quod diebus dominicis, & festivis ab omni servili opere sit cessandum, ac venerationi festivitatis liberius insistendum. Nos autem fide conspeximus ocu-

lar-

lata, quod in nostra diœcesi, ac in membris prædictis hæc in animarum grande periculum non servatur. Universis, & singulis diœcesanis, & parochianis nostris, ac membrorum ecclesiæ nostræ Cassinensis subditis quibuscumque expresse præcipimus, quatenus dies dominicas, ut præmittitur, & festivos, omni veneratione studeant observare, & ab omni illicito, & servili opere abstinere. Qui vero contrarium fecerit, cujuscumque conditionis extiterit, sive sexus, pœnæ unius subjaceat augustalis, sicut in casu proximo persolvenda. Cœtera desunt in ultimo folio regesti Thomæ Decani.

Synodum quoque celebrasse Petrum de Tartaris ex hoc ejus edicto constat, quod in regesto communi p. 166. reperitur. *Frater Petrus dei, & apostolicæ sedis gratia humilis Abbas sacri monasterii Cassinensis, Ordinis S. Benedicti, quod nullius diœcesis existit. Universis, & singulis, Abbatibus, præpositis, archipresbyteris, archidiaconis, & clero inferius annotatis, salutem in Domino, & nostrorum obedientiam mandatorum. Deus gratiarum, & virtutum optimus distributor, alii sanctitatem, & justitiam, alii sapientiam, & temperantiam, alii fortitudinem, & prudentiam, alii denique ut de theologicis, & cœteris virtutibus taceamus, concilium tribuit, copiamque dicendi, quorum si societas contrahitur, quæ hominem conciliat homini quid deo, quid religioni, quid denique unicuique tribuatur, veniet in aperta. Hæc igitur meditantes in animo nostro, decrevimus de omni nostra diocesi Cassinensi, & locis nostris aliis, quibuscumque, probatos viros ad parlamentum, & concilium convocare, quod Deo dante, die dominico vigesimo præsentis mensis in sacro nostro monasterio Cassinensi intendimus celebrare, propterea vos, & vestrum quemlibet, quos in hujusmodi virtutibus ac donis claros esse putamus in domino summopere deprecamur, requirimus & monemus, eisdem nihilominus in virtute Sanctæ obedientiæ, & pœna nostro arbitrio auferenda, districtius injungentes, quod adveniente die prædicto debeant, ac procurent illuc, & ad nos personaliter proculdubio proficisci, vel suos oratores, sindicos, & procuratores destinare, cum plena, & sufficienti mandato, ad nobis, & nostro sacro monasterio Cassinensi exhibendam obedientiam, ut moris fuit, & ad omnia, & singula facienda, & promittenda, quæ tenentur de consuetudine vel de jure, & maxime ad præstandum fidelitatis in forma solita, & debita juramentum: in præmissis sic taliter faciendo, quod apud nos de obedientiæ promtitudine veniant merito commendandi. In quorum testimonium præsentes litteras fieri fecimus per Bartholomæum Angeli de Monte sancto secretarium nostrum, nostri pontificalis sigilli munimine roboratas, & in registro nostri monasterii more solito registratas. Datum in nostro sacro monasterio Cassinensi die 17. mensis Octobris VIIII. indictionis.*

Edita ab eo decreta nos latent. Cœterum satis constat, hæc statuisse pro optimo insignis collegiatæ Ecclesiæ S. Germani regimine, quæ etiam dabimus, ut disciplina ecclesiastica in diœcesi nostra observata pateat. *Capitula edita, & ordinata de mandato reverendissimi in Christo patris, & domini domini Petri miseratione divina Abbatis montis Cassini,*

Ex originali in Archivo.

Inprimis quod singulariter omnes Priores, videlicet Vicarius perpetuus, Archidiaconus, Primicerii, Canonici Capituli dictæ ecclesiæ conveniant pariter in ecclesia supradicta, postquam pulsata sunt campana, vid. hora congrua in matutinali officio, antequam finiatur invitatorium. In vesperis antequam finiatur primus psalmus, in missa videlicet in festis solemnibus, & festivis antequam finiatur introitus, singulis diebus nisi justam causam absentia allegaverint, quæ causa appareat, quod sit justa, & si dubium esset de illa, an sit justa, stetur determinationi Vicarii, & juramento causam allegantis, & hoc in diebus solemnibus, & festivit.

Item quod in diebus ferialibus per totum primum nocturnum in matutinali officio in missa per totum Kyrie eleison, in vesperis per totum secundum Psalmum.

Item quod in choro silentium observetur dum divina officia celebrantur, & qui contrafecerit solvat qualibet vice tarenum unum.

Item quod nullus de dicto capitulo priusquam celebratum fuerit officium matutinale, vel vespertinum, aut missa conventualis fuerit finita, discedat de choro prædictæ Ecclesiæ, nisi justam causam habueris se absentandi, & hoc de licentia Vicarii ipsius ecclesiæ, si præsens fuerit, alias de conscientia Archidiaconi tunc præsentis, vel, ipso absente, de licentia prioris Primicerii ejusdem ecclesiæ, & qui contra fecerit, solvat vice qualibet granum unum.

Item quod officium morose, & punctatim dicatur pariter, & devote absque transcursione psalmorum, & omnes de capitulo in choro reverenter existant.

Item quod in dicta ecclesia sint duo edomadarii vid. unus pro prima missa, alius pro secunda missa tertiarum celebrandis, secundum continentiam dierum singulis diebus, & si quis prædictorum edomadariorum defecerit pro missa qualibet, solvat grana tria applicanda alteri Sacerdoti ipsam missam, seu ipsas missas dicenti pariter, & supplenti, seu supplentibus.

Item quod sint duo ministri edomadarii vid. unus pro sacro evangelio, alius pro epistola in missa dicendis singulis diebus, & si quis defecerit, vice qualibet solvat grana duo, quæ dentur alteri supplenti.

Item Archidiaconus teneat secundum locum in choro, & habeat celebrare missas in omnibus aliis festivitatibus solemnibus, exceptis supradicto Vicario reservatis, vel cui ipse Archidiaconus commiserit celebrandas.

Item quod Primicerii habeant incipere officium, prout eis, & quando videbitur ordinare officia, quæ dicuntur cantando, vel legendo in choro dictæ ecclesiæ, & hoc quando Vicarius non est in ecclesia: si autem vicarius est in ecclesia, tempore dicendi officii, tunc Primicerii incipiant officium de licentia Vicarii, ipsique Primicerii debeant.

Item quod omnes, & singuli de dicta ecclesia tam majores, quam minores debeant præsentia Capitula inviolabiliter, & equanimiter observare, & quilibet contrafaciens solvat vice qualibet pœnam in ipsis Capitulis comprehensam, cujuscumque status, conditionis, & dignitatis existat, & quod qui recipiunt duplam partem, solvant duplam pœnam, & qui recipiunt quadruplicatam partem, solvant quadruplicatam pœnam.

Item quod non expendatur aliqua pecunia de communi dicti Capituli ultra unum ducatum sine consen-

su,

su, & scitu omnium de capitulo, seu majoris partis ejusdem, & infra summam prædictam expendatur de voluntate Vicarii, Archidiaconi, & Primiceriorum, & non aliter.

Item quod nullus, quicumque fuerit, excusetur quin debeat tenere septimanam celebrare, quando septimana ipsum tangat, & qui non tenuerit, solvat unam untiam.

Item quia plerumque celebrantes missas in diebus solemnibus recipiunt quandoque tria grana, prohibemus, ut nullus celebrans missam in diebus solemnibus aliquid recipere præsumat aliquo quæsito colore, quod si secus fecerit, incurrat pœnam unius untiæ.

Item quando petitur licentia sepeliendi aliquem mortuum, petatur a Vicario perpetuo.

Item quod quando debet aliquis de ecclesia S. Germani promoveri ad ordines, præsentet se Archidiacono S. Germani, qui postmodum præsentet ipsum Domino Abbati.

Item quod omnes de dicto capitulo, & clero reverentiam portent, & honorem vicario perpetuo, Archidiacono, & Primiceriis dictæ ecclesiæ, & eorum dictis, monitionibus, & mandatis obediant licitis, & honestis, & e contra prædicti Vicarius, Archidiaconus, & Primicerii bene, & honeste se habeant, & gerant cum clericis, & canonicis dictæ ecclesiæ, & qui contrafecerit puniatur arbitrio domini Abbatis Cassinensis, & sit pœna Augustalis unius, & majores puniantur majori pœna secundum portiones, quas habet ab ecclesia.

Item quod nullus clericus cujuscumque ordinis, status, & dignitatis, insurgat verbis ampullosis, & inhonestis in Ecclesia, & alibi contra præfatos Vicarium, Archidiaconum, & Primicerios, & Canonicos, & qui contrafecerit, vice qualibet pœnam unius untiæ.

Item quod Vicarius perpetuus dictæ ecclesiæ, Archidiaconus, & Primicerii, & cæteri canonici dictæ ecclesiæ teneantur se vestire superpelliciis omnibus diebus deputatis maxime in officio matutinali, vespertino, & missæ ut in pari habitu communiter existant, & usque ad finem missæ, & officiorum prædictorum induti perseverent, & qui contrafecerit vice qualibet solvat granum unum.

Item, quod quando, si, & quoties dicta ecclesia capitulum processionem faciet in processionibus ordinatis, omnes de dicto capitulo intersint, & conveniant superpelliceis induti usque ad finem missæ, vel officii persistendo, & qui contrafecerit, solvat vice qualibet grana duo, nisi veram, & rationabilem causam habuerit in primo capitulo.

Item quod quilibet ebdomadarius missæ majoris si præsens fuerit alius Archidiaconus Edomadarius primo missæ officium incipiat, & finiat absolutiones, & benedictiones faciat presbyterales, & qui contrafecerit, vel in hoc negligens fuerit, solvat qualibet vice granum medium.

Item quod Primicerius, ex cujus latere est cantus qualibet die sabbati, tabulam faciat, & legat in choro do, & pro illis clericis, qui debent legere lectiones, & cantare responsoria in sequenti Edomada singulis diebus, & si quis contrafecerit, solvat vice qualibet granum medium.

Item si quis de dicto capitulo defecerit in legendo, seu cantando secundum formam, & ordinem prædictæ tabulæ, solvat vice qualibet granum unum.

Item quod Primicerii tamquam primi in choro, & ad quos spectat cantare, & regere chorum in cantu, in choro maneant, & chorum regant, cantando a principio usque ad finem missæ, & officiorum.

Item quod quotiescumque signum campana dabitur in campanile ad aliquod negotium ecclesiæ, vel capituli in ecclesia pertractandum, si quis de capitulo defecerit in non veniendo ad ecclesiam, sine mora pro qualibet vice solvat granum unum, nisi justam causam habuerit, quod intelligatur ut supra in primo capitulo.

Item quod torcia, & ceram in ecclesiam existentem & pro tempore occurrente teneat, & conservet Sacrista, qui pro tempore fuerit pro usu, & servitio divini cultus, ita, & taliter quod ecclesia defectum non patiatur, & si defectus exinde interveniet, idem sacrista solvat qualibet vice grana quinque.

Item quod singulis diebus dominicis, & festivis sacerdos edomadarius missam dicens incensum faciat, & fieri faciat in altari, & qui in hoc negligens fuerit, solvat vice qualibet granum unum.

Item quod dicti ministri edomadarii ad dicenda evangelia, & epistolas simul se parent cum sacerdotibus debentibus missam celebrare. Ita quod communiter simul incedant ad chorum, vel altare, & qui contrafecerit, solvat vice qualibet grana duo, & quod diaconi, & subdiaconi Edomadarii sint induti dalmatica, & tunicella.

Item quod nullus de Capitulo, & Clero prædictæ ecclesiæ diebus dominicis, & festivis accedat ad cappellas extra ecclesiam S. Germani pro missis dicendis sine licentia Vicarii, priusquam Evangelium Missæ majoris fuerit decantatum, nisi accesserit ad ecclesiam, & cappellam propriam parochialem extra terram S. Germani, & qui contrafecerit, solvat qualibet vice grana quinque.

Item quod diebus solemnibus, & præcipuis festivitatibus infra annum currentibus nullus de dicto capitulo, & clero dictæ ecclesiæ Missam dicat in eadem ecclesia, vel cappellis, priusquam evangelium, & offertorium fuerit decantatum in missa majori, liceat tamen missam illam dicere ante missam majorem, usque ad pulsationem exquillarum. Et qui tunc missam dixerit, non recedat de ecclesia, sed stare debeat usque ad finem missæ majoris, & hoc de licentia Vicarii perpetui si præsens fuerit, alias de licentia Archidiaconi si aderit, & si non aderit, de licentia Prioris Primicerii, & qui contrafecerit, solvat grana tria vice qualibet, nisi ad cappellam propriam, & parochialem accedat extra Ecclesiam S. Germani, ut supra.

Item quod nullus de dicto capitulo, & clero matutinum, vel vespertinum dicat officium in cappellis, vel alio loco priusquam in majori ecclesia S. Germani fuerit decantatum; & hoc in diebus solemnibus, & festivis, & qui contrafecerit, vice qualibet solvat grana quinque.

Item statutum, & ordinatum est per dominum Abbatem quod quilibet presbyter cujuscumque gradus, & conditionis existat, stans ad servitia quocumque modo reverendissimi domini Abbatis non teneatur servare capitula prædicta, & infrascripta, neque puniatur ullo modo, nec pœna pecuniali, nec ulla alia pœna.

Item quod sacerdos quando missam celebrat teneat in diversis vasis vinum, & aquam pro sacramento con-

conficiendo, & qui contrarium fecerit, quod & simul in uno vase retineat vinum, & aquam solvat qualibet vice aquilam unam. Item quod omnes, & singuli cappellani prædictæ ecclesiæ, qui non sunt in sacris constituti, faciant minora servitia in ecclesia, & in altari, serviendo, & adjuvando sacerdotes ad missas celebrandas, & si quis acquisitus fuerit a sacerdote pro missa celebranda, ut sibi missam adjuvet ministrare, & servire recusaverit, puniatur per Vicarium.

Item quod sacerdotes missam dicentes, si in ejus missa corpus Christi fuerit elevatum cum candela, & sine tortitio, ipse sacerdos solvat qualibet vice grana quinque.

Item quod Vicarius perpetuus optineat primum locum in Choro, & quod de missis celebrandis celebret ipse diebus infrascriptis, vid. in die Parasceve domini. In Die nativitatis hora Tertiarum. In die Pentecostes. In die prima Jejunii. In die Jovis sancti. In die sancti Germani. In die Festi Corporis Christi. In die Assumptionis Virginis. In die festo Palmarum. In die Resurrectionis.

Ecclesia collegiata S. Germani cultus.

Cum plures eo tempore presbyteri in ecclesia S. Germani divina officia peragerent, pro quorum substentatione haud satis reddituum superesset, Petrus Abbas Capituli ejusdem ecclesiæ consensu an. 1377. omnes ad quatuor dignitates revocavit, quatuordecim canonicos, septemque beneficiatos, quos semicanonicos appellant, unumque ædituum, seu sacristam, ut hisce litteris constat. *Frater Petrus de Tartaris de urbe dei, & apostolicæ sedis gratia Abbas sac. monasterii Cassinensis, Rom. ecclesiæ immediate subjecti Ordinis S. Benedicti, quod nullius dioc. existit, nec non Antonius de Archionib. de urbe Vicarius perpetuus, Maurus Archidiaconus, Alexius, & Rogerius Primicerii, & alii infrascripti canonici, & Capitulum ecclesiæ S. Germani de S. Germano, territorii sac. monasterii supradicti, ad futuram rei memoriam. Tunc debitum in virtute nobis a sede apostolica, servitutis, & oneris nostri monasterii supradicti officium digne peragendum, cum ecclesiis nobis, & monasterio nostro predicto subjectis, & personis in eisdem degentibus opportunis, & promptis remediis subvenimus. Sane sicut facti evidentia, & notorietate constare didicimus terra nostra S. Germani eidem monasterio in spiritualibus, & temporalibus immediate subiecta propter terremotus magnos, & pestilentias, nec non guerram, discrimina, & tirrannides, quæ in ipsa terra, & partibus convicinis viguerunt, sit nimium depopulata personis, & ædificia, & domus ejusdem terræ pro majori parte in ruina, & devastatione consistant propter quæ tam terrigenæ ejusdem terræ, quam alii ad morandum in ea, & laborandum, seu colendum campos, & alia bona ejusdem terræ immobilia, ac domos, & ædificia pred. reficiendum, se totaliter retraxerunt, sitque ecclesia ipsa ob id facultatibus nimium diminuta, ejusdemque ecclesiæ ministri, canonici, & clerici in majori numero, quam, ex fructibus, redditibus, & proventibus ejusdem possint commode sustentari, ne etiam onerosa ministrorum multitudo ecclesiæ prædictæ præbeat occasionem collabendi ad instar nonnullorum indultorum prædecessorum nostrorum, quorum seriem, & tenorem oculate vidimus, inspeximus, ac perlegimus, volentes indemnitati ipsius ecclesiæ, quæ in glomeroso clericorum numero abundat, subvenire, & multitudinem personarum in ea degentium refrenare, ac præbendas, seu canonicales portiones per dictos vicarium, archidiaconum, primicerios, canonicos, & capitulum ordinatas, sortitas, & stabilitas secundum modum infrascriptum assignare, & nostri patrocinii authoritate roborare de voluntate, & consensu prædictorum venerabilium virorum Vicarii perpetui, Archidiaconi, Primiceriorum, Canonicorum, & Capituli dictæ ecclesiæ S. Germani ad hoc specialiter more solito ad sonum campanellæ capitulariter congregatorum, & Nos ipsi Vicarius, Archidiaconus, Primiceri, & Canonici, & Capitulum, cum voluntate consensu, authoritate pariter, & decreto ejusdem patris R., & D. N. D. Abbatis, habito prius inter nos vicissim diligenti tractatu, & deliberatione matura authoritate nostra ordinaria qua fungimur, præsenti constitutione perpetua, & irrefragabili firmitate statuimus, decernimus, ordinamus, & declaramus, quod in dicta ecclesia sint, & esse debeant præsenti, & futuro temporibus viginti otto præbendæ, seu canonicales portiones distribuendæ modo infrascripto, videlicet Vicario perpetuo pro quatuor, Archidiacono, & duobus primiceriis pro duabus pro quolibet, quatuordecim canonicis pro una, pro quolibet, & quatuor diaconis, & tribus subdiaconis, & uno pro tempore existente, & serviente officio Sacristiæ in dicta ecclesia, pro media canonicali portione, seu præbenda pro quolibet computatis. Adeo quod dictæ viginti octo partes canonicales, seu præbendæ inter dictas viginti sex personas distribuantur, & consignentur; ita quod cedentibus, vel decedentibus aliquo, seu aliquibus ex ministris dictæ ecclesiæ præbendæ, seu canonicales portiones prædictæ juxta prætaxatum numerum viginti octo præbendarum remaneant, & remanere debeant perpetuo duratura. Item authoritate qua supra decernimus, statuimus, & irrefragabiliter ordinamus, quod in prædicta ecclesia ex tunc decedentibus, vel cedentibus aliquibus ex ministris dictæ ecclesiæ, aut alias præbendas, seu canonicales portiones, quovis modo dimittentibus, ut superius est expressum, sit perpetuo, & esse debeat Vicarius perpetuus, qui teneat primum locum nostro scilicet Abbatis nomine. Item unus Archidiaconus, duo Primicerii, & quatuordecim canonici in sacerdotio constituti, quatuor in diaconatus, & tres in subdiaconatus ordinibus constituti, unus serviens, seu exercens officium sacristiæ juxta consuetudinem dictæ ecclesiæ, quibus, & quilibet eorum stabilitæ fuerunt, & ordinatæ a se ipsis, & per nos confirmatæ canonicales portiones, seu præbendæ, ex bonis, possessionibus dictæ ecclesiæ secundum modum infrascriptum. In primis dicto Vicario ecclesia S. Andreæ, cum Campo ejusdem ecclesiæ in Camarda. Portio Archidiaconi ecclesia S. Mariæ de Spiritusancto cum juribus, & pertinentiis suis, exceptis juribus priorum, ecclesia S. Scholasticæ cum juribus, & pertinentiis suis, exceptis juribus Priorum &c.*

Item ordinamus, quod omnia alia bona stabilia, quæ reperiuntur in præsenti, & in futurum, & poterit ipsa ecclesia adipisci, justo titulo, sint, esseque debeant officii decaniæ ipsius ecclesiæ quorum fructus inter servientes, & ministros ecclesiæ memoratæ debeant distribui, secundum consuetudinem ipsius ecclesiæ, ita tamen, quod in eadem ecclesia, horis canonicis laudabiliter serviant in divinis &c. Cæterum volumus

lumus, & sub excommunicationis pœna, quam unica pro sua monitione præmissa, si secus fiat, ferimus in his scriptis districte præcipiendo mandantes distributoribus portionum in eadem ecclesia ptitibus, & qui pro tempore erunt, ne alicui, sive Vicario principali agenti curam animarum dictæ ecclesiæ, Archidiacono, Primiceriis, aut alicui ex canonicis, vel clericis ipsi ecclesiæ absenti, nisi in nostris servitiis actualiter moraretur, vel se pro utilitate, & commode, seu negotiis nostris, aut ipsius ecclesiæ prosequendis, & pestilentia absentaret, vel gravi infirmitate excusabili detineretur infirmus, nec non, & præsenti, licet non servierit, portionem canonicam de fructibus, redditibus, & proventibus decaniæ ipsius ecclesiæ, & aliis quibuscumque obvenientibus in ecclesia, canonicis portionibus dumtaxat exceptis, audeant assignare. Quod si secus factum fuerit, tam recipiens, quam assignans præter dictæ excommunicationis sententiam, quam eo ipso facto incurrere volumus, duplum ejus, quod dans dederit, & recipiens receperit, inter canonicos, & clericos, & alias personas dictæ ecclesiæ præsentes, & ut præmittitur servientes restituere, & solvere teneantur; &c. Distributionem hanc ratam habuit Pyrrhus Abbas an. 1415. Adnotanda verba illa: *Item ordinamus, quod omnia alia bona stabilia &c.* quibus liquet, distributiones quotidianas eo tempore in usu fuisse, quæ absentibus absque justa caussa haud darentur. Literæ vero exequendæ demandantur Vicario generali Abbatis. Perstat adhuc idem clericorum numerus in hac ecclesia, atque modo Archipresbyter prima dignitas est probatissimæ vitæ, deque cœnobio nostro optime meritus doctus jurisconsultus D. Emanuel Gallasso Sangeemanensis V. J. D. examinator, & judex Synodalis, a pluribus annis curiæ nostræ spiritualis causarum consultor. Archidiaconus altera dignitas est D. Livius Roccosensi Sangermanensis, V. J. D., examinator synodalis. Primus Primicerius D. Benedictus Simeone V. J. D. examinator synodalis. Primicerius alter D. Franciscus d' Antone V. J. D. examinator synodalis. Dignitates, & canonici almutiis utuntur, atque uno excepto archipresbyteratu, quem conferre semper sedis apostolicæ juris est, dignitates aliæ, atque canonicatus ab Abbate nostro conferuntur illis in mensibus, quibus ad Ordinarium pertinet. Divina ufficia in hac ecclesia nitide satis, magnaque devotione peraguntur, atque animarum cura, quæ in tota urbe, atque vico Cairæ penes totum Capitulum est, exacte sancteque administratur.

Ut constet quomodo dimissoriæ Literæ pro iis, qui sacris initiandi erant, concederentur hoc sæculo, en specimen ex regesto I. Petri de Tartaris p. 100. at. *Reverendis in Christo patribus, & dominis, dominis, Archiepiscopis, & episcopis eorum suffraganeis, & cæteris dominis episcopis quarumcumque civitatum infra limites Regni Siciliæ consistentibus, & cuilibet vestrum in solidum, ad quem, vel quos præsentes literæ pervenerint; Petrus dei, & apostolicæ sedis gratia Abbas sacri monasterii Cassinensis, quod nullius diœcesis existit, salutem, & divinæ contemplationis augmentum. Cum dilecti nobis in Christo Petri Taddei Petri Angeli de nostro castro Cucuratii nostræ Cassinensis Abbatiæ prædicta petitionem percepimus, quod quamquam ipse canonice, & canones sanctiones ordinem subdiaconatus adiverit, cupiatque ad successivum sacrum Ordinem diaconatus promoveri, & legitime ordinari, nobis nuper humiliter supplicavit, ut supra ad dictum sacrum ordinem adeundi, & etiam ordinandi per P. V. sibi licentiam concedere dignaremur. Nos autem attendentes, & considerantes ipsius petitionem justam fore, justeque deprecantibus non est denegandus assensus, maxime in illis per quorum gradus ascenditur, & ad sacerdotium pervenitur, per quos iter Christi fidelibus exhibetur inductione suasi. Cognoscentesque ipsum in morum honestate, ac in divino officio, & littera aliqualiter insignitum, & ad hæc idoneum, & de legitimo fore Matrimonio procreatum; sicut fide dignorum relatione comperimus, P. V. hortamur in domino, quatenus præfatum Petrum subdiaconum authoritate nostra ordinaria qua fungimur, cui hujusmodi licentiam impartimur, & quem per præsentes vestræ paternitati repræsentamus dignum juxta ritum, & formam sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ matris nostræ ad ipsius humilem supplicationem ad dictum ordinem diaconatus ascribere conferre, & etiam ordinare, taliter quod ipse uti valeat, & frui illis dignitatibus, Immunitatibus, beneficiis, & honoribus, quibus alii in hujusmodi ordine diaconatus constituti gaudere legitime dignoscuntur. Et si volueris oportunas literas de hiis ipsius sumptibus ad cautelam sibi fieri facere dignemini. In quorum testimonium, præsentes litteras ipsi fecimus, & nostri sigilli ipsas jussimus pontificali ad cautelam impressione muniri, & in registro nostræ cameræ registrari. Datum in nostro monasterio Cassinensi sub anno domini MCCCLXXVII. Indictione decima quinta. Pontificatus SS.mi in Christo patris, & domini nostri, domini Gregorii divina providentia papæ undecimi, die XXV. mense Martii.* Hunc sufficienti scientia ornatum Petrus testatur; Diaconum autem Antonium de Leonardo a S. Victore, quem sacerdotio initiandum Venafrano. aliisque episcopis dirigit literis suis in cit. reg. p. 171., rogatque, ut examinent hisce verbis. *Vobis repræsentamus rogantes paternitatem vestram, quatenus si ipsum Antonium diaconum inveneritis ad dictum Sacerdotium obtinendum post legitimam examinationem fore idoneum, dignemini ipsum admittere, & gratiose ad dictum ordinem sacerdotalem juxta ritum ecclesiæ debitis temporibus promovere, &c.* aliisque in literis pro Clerico Nicolao de Bartholomæo Aceto ejusdem oppidi eidem episcopo, aliisque patriarchis, archiepiscopis, & episcopis directis, cujus conscientiam ob id onerat hisce verbis: *Rogantes præfatam paternitatem, quatenus si ipsum Nicolaum acholitum post legitimam examinationem de eo factam, inveneritis fore idoneum ad subdiaconatum ipsum promovendum, de quo vestram conscientiam oneramus, dignemini ipsum admittere, & gratiose ad dictum ordinem subdiaconatus debitis, & congruis temporibus juxta ritum, & formam dictæ catholicæ ecclesiæ promovere &c.*

Diligentia in conferendis Beneficiis

Ex hisce Vicariorum Raterii episcopi literis, diligentia liquet impendi solita in conferendis curatis beneficiis de jure patronatus. Eaque ex authographo in nostro archivo damus. *Frater Rainerius dei gratia S. Nicolai in Trentino Abbas regius cappellanus, & Bernardus de S. Floro reverendi in Christo patris, & domini nostri D. Ratherii dei, &* apo-

apostolica sedis gratia episcopi Cassinensis in spiritualibus, & temporalibus Vicarii generales. Dilecto nobis in Christo Abbati Johanni judicis Dominici infantis de S. Helia Abbati, seu rectori ecclesia S. Maria Nova de castro sancti Helia Cassinensis diocesis salutem in domino. Dudum, vacante pradicta seculari ecclesia S. Maria Nova de dicto castro sancti Helia dicta diocesis Cassinensis per obitum quondam Abbatis Johannis Infantis, olim ultimi, & immediate rectoris ecclesia supradicta; patroni ejusdem ecclesia S. Maria, videlicet Paulus, Joannes, Petrus, Notarius Dominicus, judex Dominicus, & Jacobus Infantes de dicto Castro S. Helia juspatronatus in eadem ecclesia legitime habentes, & ad quos prasentatio rectoris ecclesia supradicta ex antiqua consuetudine, & ex privilegio noscitur legitime pertinere, & in quasi possessionem prasentandi rectorem hujusmodi existentes, qui voluerunt, potuerunt, & debuerunt rectorem ejusdem ecclesia prasentare, convenientes in unum infra tempus a jure prafixum te pradictum Abbatem Johannem Judicis Dominici Infantis de legitimo matrimonio natum, atate legitima constitutum, competenti scientia circumspectum, moribus, & vita laudabili testimonio approbatum in rectorem, seu Abbatem ejusdem ecclesia nobis legitime prasentarunt, tuque hujusmodi prasentationi de te facta consentiens ad nos cum suis cautelis, prasentationis hujusmodi accessisti nobis humillime supplicans, ut prasentationem confirmare pradictam secundum juris debitum curaremus, tibique in spiritualibus, & temporalibus committeremus curam, & administrationem ecclesia supradicta, statutis a jure temporibus per se in pramissis omnibus observatis. Nos itaque volentes in hac parte sollemnitatem juris debitam observare, per publicum edictum vocationem sollemnem fieri fecimus in ecclesia supradicta, ut si qui essent, qui contra repræsentationem pradictam jure reprasentatium, & personam tui pradicti reprasentantis se voluerit opponere, comparerent, certo peremptorio termino, quem eisdem prafigendum duximus per nostras litteras coram nobis, quo termino veniente, cum nullus contra te jure dictorum reprasentantium, vel reprasentationem pradictam opposi ter appareret, per nos reprasentationis pradicta examinato processu, & tam de reprasentantium juribus reprasentationis forma, & meritis tui predicti reprasentati ex nostro officio plenius informati, quia per examinationem hujusmodi nobis constitit reprasentationem pradictam fore canonicam, & de te persona ydonea, cui vita honestas, gravitas morum, & alia merita suffragantur, etiam canonice celebratam eum pro tribunali sedentes, authoritate, qua fungimur regimen, curam, & administrationem ipsius ecclesia, sicud moris est, committi aliis rectoribus, seu Abbatibus, qui fuerunt pro tempore ejusdem ecclesia tibi spiritualibus, & temporalibus committentes, teque per nostrum berectinum de eadem prasentialiter investimus. Verum, ut ipsius ecclesia S. Maria, & jurium, & pertinentiarum ipsius possessionem pacificam liberius assequaris, committimus tenore prasentium, & mandamus Archiprasbytere Grecorum de S. Halya, quatenus te in corporalem possessionem ipsius ecclesia sancta Maria, & jurium, & pertinentiarum ipsius auctaritate prasentium inducas, &c. & Acta sunt hac anno nativitatis domini millesimo trecentesimo quatragesimo secundo mensis Februarii, vicesimo tertio die ejusdem mensis, indictione decima, pontificatus sanctissimi in Christe patris, & domini nostri domini Benedicti papa duodecimi, anno octavo. Prasentibus, venerabilibus religiosis viris dominis Fratribus Gerardo de Pignatario praposito Marsican., Odorisio de Scanno praposito S. Pauli de Foresta, Fratre Francisco de S. Halya Thesaurario Cassinensi &c.

Et Ego Benedictus Angelerii de S. Petro in monasterio Cassinensis diœcesis, publicus authoritate apostolica notarius, pradictis omnibus, & singulis prasens interfui, &c.

De S. Maria Nova deque Infantium jurepatronatus proximo sæculo actum. Hinc Græcos in oppido S. Eliæ degisse, quorum archipresbyter hic memoratur. Cum permutatio aliqua rerum ecclesiasticarum facienda erat, ordinarii approbatio requirebatur, ut ex Angeli episcopi literis constat.

Pœna in Parochos.

Cum Parochi ab ecclesiis suis aberant populique indigentiis deerant, alii eorum loco substituebantur, quod in ecclesia parochiali S. Petri in oppido S. Eliæ præstitum, ut ex Petri Abbatis litteris constat in ejus regesto 1, p. 146. a tergo.

Delinquentes etiam parochi juxta sanctiones ecclesiasticas exauthorati, ut constat hisce ejusdem Abbatis literis in cit. Regesto p. 163. *Frater Petrus &c. Dilecto in Christe domno Thomasio Thumulello de S. Helia archipresbytero secularis, & collegiata ecclesia S. Blaxii de castro prafato nobis in spiritualibus, & temporalibus pertinentis salutem in domino &c. Cum itaque Archipresbyteratus dicta majoris ecclesia S. Blaxii de S. Helia ex eo vacet, quem alumpnus iniquitatis dompnus Antonius Mazzocchus de Cerbario olim dicta ecclesia Archipresbyter canonice obtinebat per privationem, & processus per nos factos contra eundem legitime propter ejus demerita ad presens vacare dignoscitur. Nos &c. Archipresbyteratum dicta ecclesia S. Blaxii, &c. Tibi conferimus, & de illa etiam providemus investientes te in nostri prasentia constitutum per anuli nostri traditionem prasentialiter de eodem. Quocirca venerabili in Christo patri domno Fratri Lutio Abbati monasterii S. Matthai servorum Dei commictimus, & dilecto in Christo Fratri Benedicto de Vallerosunda Monacho Cassinensi praposiiura S. Angeli de Valleluce praposito, vel ipsorum alteri in solidum commictimus, & mandamus, quatenus te, vel procuratorem tuum suo nomine in corporalem possessionem dicti archipresbyteratus &c. Datum in nostro sacro monasterio Cassinensi die quinta Julii secunda indictionis, Pontificatus SSmi in Christe patris, & Domini nostri domini Urbani divina providentia papa sexti anno secundo.*

Cum unius ecclesiæ parochus alterius curam assumebat, primam relinquere ad præscriptum Canonum cogebatur; cujus rei plura sunt exempla in memorato Petri Abbatis regesto, ex quo unum dumtaxat proferemus hisce literis p. 189. *Frater Petrus &c. Dilecto nobis in Christo dompno Antonio Guillelmi de castro nostro S. Petri in fine Abbati, seu rectori secularis, & Curata ecclesia S. Nicolai de castro prafato nobis, & Cassinensi monasterio in spiritualibus, & temporalibus subiecto salutem in domino &c. Cum itaque rectoria, seu Abbatiatus dicta ecclesia S. Nicolai, cui cura imminet animarum ex eo*

vacet

vacet, quum dilectus in Christo filius dopnus Nicolaus Andrea de castro præfato per nos in Archipresbyterum ecclesia S. Angeli cum cura de Castro memorato canonice nuper institutus, ex eoque juxta sacrorum canonum instituta non potest duo beneficia curata obtinere, & nostris manibus ipso facto post institutionem hujusmodi ad præsens vacare dignoscitur. Nos &c. rectoriam, seu Abbatiatum dicta ecclesia curata S. Nicolai de Castro prædicto &c. cum omnibus juribus, & pertinentiis suis tibi conferimus, & de illa etiam providemus investiontes te in nostri presentia constitutum per anuli nostri traditionem presentialiter de eadem. Quocirca dilecto nobis in Christo Dopno Nicolao Andrea archipresbytero dicti Castri S. Petri in fine, & dopno Johanni de Cosella de dicto castro subditis nostris, & cuilibet ipsorum in solidum committimus per præsentes, & mandamus, quatenus te vel procuratorem tuum tuo nomine in corporalem possessionem dicta ecclesia ac jurium, & pertinentiarum ipsius inducant &c. Datum in nostro sacro monasterio Cassinensi, die quartodecimo mensis Martii vi. indictionis pontificatus SS. in Christo patris, & domini nostri domini Urbani divina providentia papa VI.

Si Clerici beneficiati uxorem duxissent, beneficia amittebant, ut hisce literis videre est in cit. reg. p. 112. *Frater Petrus, &c. Dilecto nobis in Christo Petro iesse de Rocca arcis Clerico ut asseris Aquinensis diœcesis rector ruralium ecclesiarum S. Maria de Valle, & S. Isyi pertinentiarum castri S. Patris ejusdem Aquinensis diœcesis salutem in domino. Laudabilia &c. Cum itaque rectoria supradictarum Ecclesiarum S. Maria, & S. Isii ex eo vacent, quas dilectus in Christo Petrus Jacobelli do dicto castro S. Patris tunc Clericus, ut dicitur canonice obtinebat, ad vota transivit matrimonii conjugalis, per cujus quidem uxorationem ad præsens vacare dignoscuntur. Nos vero volentes præmissorum tuorum meritorum intuytu gratiam facere specialem, rectorias dictarum ruralium ecclesiarum S. Maria de Valle, & S. Isii, quarum collatio, provisio, & omnimoda dispositio ad nos auctoritate nostra ordinaria noscitur pertinore &c. tibi conferimus, & de illis etiam providemus. Investientes te in nostri presentia constitutum per anuli nostri traditionem præsentialiter de eisdem. Quocirca dilectis nobis in Christo dopno Petro Nicolai Petri, & dopno Johanni Sarracino de Rocca arcis, Aquineñ. diœcesis, & cuilibet ipsorum in solidum committimus per præsentes, quatenus te, vel procuratorem tuo nomine in corporalem possessionem dictarum ecclesiarum, & rectoriarum ipsarum, ac jurium, & pertinentiarum earundem, auctoritate nostra prædicta inducant &c. Datum in castro nostro Fractarum in domibus nostra residentia die xiii. mensis Maii VI. indictionis, pontificatus SS. in Christo patris, & domini nostri domini Urbani divina providentia papa VI. anno VI.*

Petri Abbatis erga Basilicam nostram diligētia.

Destructa an. 1349. ingenti terræmotu ecclesia Cassinensis cum odeo, pactione inita cum artificibus quibusdam, Petrus Abbas contignationem, chorumque reficiendum, dictamque contignationem pingendam curavit, ut hoc instrumento constat ex ejus regesto I. p. 38., & seqq. *Die XXIX. Augusti xiii. indictionis constitutis coram præfato domino Cassinensi in urbe, in ejus domibus magistro Johanne Moregia de Mediolano, principali Magistro, necnon Johanne de Remis de Francia, Ugolino Flammingo, Johanne Fratre suo & Johanne de Comes sociis ipsius magistri Johannis, ipsi magister Johannes, & socii promiserunt eidem domino Abbati pro se, & monasterio, & conventu Cassinensi sollempniter, & legitime stipulanti facere & construere tectum totius ecclesia Cassinensis secundum formam, secundum quam laboratum est tectum ecclesia Lateranensis de urbe tam de lignaminibus, quam templatura, & etiam copertura plumbi, vel aliarum tegularum, prout placuerit eidem domino Abbati, & ipsam templaturam promiserunt depingere, seu depingi facere juxta modum, & formam dicta Lateranensis ecclesia, & ipsam ecclesiam, & tectum reddere completum, sine defectu aliquo; & in casu, quo aliquis in eorum magisterio appareret, promiserunt resarcire, seu interesse solvere judicio magistrorum expertorum in arte, & quod trabes sint clavati a parte exteriori murorum.*

Item quod dicti magister Johannes, & socii constituti ut supra promiserunt facere chorum ipsius ecclesia cum sediis duplicibus, unam vid. altam, & aliam bassam, & ornatum, & intalliatum foliis, & aliis figuris, prout in quibusdam cartis datis inde eidem domino per eundem Magistrum Johannem, & socios suos apertius continetur, ita quod dictus chorus principalior sit super capite revolutus, & templatus, & facere inde tabernaculum pro sedia domini Abbatis pulcerrimum, ut convenit. Item quod promiserunt accedere ad dictum opus incipiendum usque per totum quintumdecimum diem proximi futuri mensis Octubris, & ipse magister Johannes mittet unum de sociis suis ad omnem requisicionem ipsius domini Abbatis ad Monasterium Cassinense pro faciendo parari marramina pro dicto choro, & tecto necessaria, & oportuna, & promiserunt tam prædictum tectum, quam chorum usque ad VI. mensis a dicto XV. die, vel a die inceptionis dicti laborerii in antea numerando reddere percompletum. E converso vero præfatus dominus Abbas promisit, & convenit eisdem magistro Johanni, & sociis pro laborerio, & factura totius prædicti tecti præfata ecclesia Cassinensis totaliter per eos complendi, ut prædicitur dare, & solvere florenos auri quatringentos, nunc vid. ante inceptum opus si velint, usque ad summam centum florenorum, ita tamen, quod detur eidem Domino unum bancum, seu ydoneum depositarium, qui teneatur dictam pecuniam restituere eidem domino, seu ejus monasterio, in casu, quo prædicta non servarent, & sic consecutive singulis duobus mensibus per completis eis solvere ratam eis contingentem de eorum laboribus. Item de choro promisit eisdem magistro Johanni, & sociis dare pro qualibet sedia duplici, vid. pro alta, & bassa florenos auri quatuor, itaquod ipse Dominus Abbas habeat limitare numerum ipsarum sediarum chori prædicti, tam circa longitudinem, quam latitudinem. Item dictus dominus Abbas promisit eis dare omnia marramina in dicto Monasterio, funes, calziolas, ferros, argatas, plummum, seu alias tegulas necessarias, seu necessaria, & quæcumque alia marramina pro operibus supradictis. Item promisit dictus Dominus quod ubi prædicti magister, & Johannes, & socii ad dictum monasterium accederent, & ex defectu marraminum laborare non possent, quod stare debeant expensis domini supradicti. Insuper

  gra-

gratiose promisit dicto magistro Johanni, & sociis dare tantum panem coctum, quantum sufficiet eis, & aliis laborantibus in dictis laboreriis, donec dicta laboreria sint integraliter percompleta, & nihilominus domum, & lectos, cætera autem necessaria eis, ipsi eorum sumptibus procurare debebunt. Insuper dictus magister Johannes promisit, & convenit dare magistro Bartholomeo de Florentia, & discipulis suis salarium competentem, & recolligere ad magisterium ubi poterunt convenire ad insimul. Item promisit dictus magister Johannes facere lectorile in medio chori notabile, & pulchrum cum armariis pro libris tertiatum, & ornatum, juxta decentiam ecclesiæ, & sex alios parvos ab utraque parte chori. Pro quibus omnibus percomplendis promiserunt, & juraverunt hinc inde attendere, & observare sub pœna dupli dictarum quantitatum, & renunctiaverunt foro, &c. præsentibus Fr. Valentino, Fr. Antonio, D. Rogerio. Cicco domini Fulci, Cicco Barri, Cicco Piscioni, & multis aliis testibus.

Alienationes prædiorũ Ecclesiasticorum non nisi Abbatis nostri licentia factæ.

Desolata fortuito igne ecclesia S. Benedicti Vallis rotundæ, Curatores presbyteri facultatem a Petro Abbate impetrarunt quædam ejus prædia alienandi, quo illam reficerent, ut ex literis constat in eodem regesto p. 144.

Hinc patet quibus cautelis, quave diligentia licentiæ hujusmodi concederentur.

VI.

RES APUD CASSINATES EORUMQUE DITIONEM HOC SÆCULO GESTÆ.

Cassinatium infortunia.

SÆculum hoc, si quod aliud infaustum, infestumque maxime Cassinatibus fuit, nam ingenti terræmotu funditus cœnobium nostrum eversum, complanatumque est an. 1349. omniaque pæne ditionis nostræ oppida teste Anonymo Cassinensi hisce verbis. *Quod totum monasterium funditus corruit, non remanens in eo nulla domus erecta, cum fuerit pulchrius monasterium Christianitatis, & omnia castra monasterii penitus fuerunt diruta, præter castrum S. Victoris, & Fractarum, &c.* quæ fusius in Diss. I. commemorabimus: deque eadem re hæc habet Urbanus V. in bulla sua an. 1369. data. *Ipsa quoque ecclesia, & totum idem monasterium jam viginti annis decursis ex terræmotus concussione casu miserabili corruerunt, ad quæ instauranda decenter non solum jam dicti monasterii in proventibus non parum collapsi, sed etiam non parva addita non sufficerent facultates. &c.* Quibus graviora forte infortunia addidit vir perditis moribus Jacobus a Pignatario monasterii nostri vassallus, strenuus alioqui miles, qui magna coacta latronum manu oppida ditionis nostræ occupavit, expilato quoque cœnobio, ejectis Monachis, impeditoque per quadriennium, & amplius episcopo Guillelmo Cassinensi, ne ecclesiam suam adiret, fructusque perciperet. Hæc refert Clemens VI. in bulla sua contra Jacobum, & frater Dominicus coram Petro de Tartaris Visitatore apostolico an. 1370. qui addit Ludovici quoque regis Hungariæ milites, sacras supellectiles, destinatumque sacris usibus argentum ademisse, ultimamque addidisse manum F. Guillelmum de Calderi Monachum Cassinensem pignori dato ecclesiæ thesauro, quo stipendium centum equitibus solveret a Thomasello de Citrario ad tutandum cœnobium Cassinense huc advectis, ut Diss. I. fusius Fr. Nicolaus juratus testis asserit. *Quod Fr. Guglielmus Calderi disrubavit thesaurariam dicti monasterii, videlicet argentum, & aurum, perlas, & lapides pretiosissimos, & disturiavit diadema salvatoris picti manu S. Lucæ evangelistæ, quæ erat aurea massicia, & ponderabat viginti quatuor libras, & sarcinavit tres mulos de dicto thesauro, & alia quamplurima paramenta dicti monasterii nobilissima abstulit etiam de dicto monasterio & Calices, turribula, candelabra, cruces, & alia, quæ numerare non posset, quod credit esse valoris, plusquam sex milium florenorum, & portavit quo voluit, & fuerunt perdita, & nunquam in dicto monasterio reverterunt, nec fuerunt apportata, propter quod dictum monasterium est adhuc totaliter dissipatum, &c.* Caussa hujusce rei fuit, quam ex Fr. Dominico attulimus, nempe justa inculpataque; quod hinc etiam constat, nam Fr. Guilhelmus tum Vicarius generalis Cassinensis, Abbas deinde S. Modesti apud Beneventum evasit. Fr. Johannes hæc ad rem nostram testatur. *Quod Ciccus Anticoli quando venit dominus Jacobus Pignatarius in Monasterio, & tenuit ipsum tyrannice, docuit sibi thesaurum dicti monasterii, quod erat absconditum in dicto Monasterio, & idem dominus Jacobus abstulit partem dicti thesauri, & squalliavit aurum, & argentum pro solvendo stipendiarios, quos tenebat secum.* Oppidum etiam Citrarii monasterio Cassinensi ademtum; assiduisque bellorum incursionibus factum, ut universa pœne Cassinensis Abbatia vastata fuerit, potissimum vero haud ignobilia oppida, quæ hactenus absque incolis jacent, Teramum, Plumbariola, S. Stephanus, Villa S. Gregorii, Cardetum, Morrula, S. Petrus in monasterio, Junctura, Vicique S. Petri, & S. Pauli de Foresta &c. ut fusius Diss. I. idque testatur episcopus Angelus in quaternione decimarum, quæ jussu Clementis VI. contra Turcas, & Johannæ I. tributæ sunt ab omnibus monasteriis, Archipresbyteris, & beneficiatis diœcesis Cassinensis hisce verbis: *Archipresbyter, & Capitulum S. Thomæ de Græcis, qui debebant solvere tarenos novem, solverunt tarenos quatuor, & medium &c.* (& inferius) *Quæ pecunia restans attentis terræmotu, mortalitate hostili, invasione inimicorum, & mutatione dominii temporalis, & aliis calamitatibus, & angustiis, ac tribulationibus, & pressuris, quæ partes illas Cassinensis ecclesiæ, & castrorum, ac diœcesis impie, crudeliter, compassibiliter, miserabiliter, & intolerabiliter angustiarunt, per dictum dominum episcopum collectorem, aut præfatum Abbatem Rogerium subcollectorem ejus exigi, & haberi a se ipso & præfatis impotentibus, qui dictas restas propter ipsam eorum impotentiam nequiverunt solvere in conscientia dicti domini episcopi collectoris, non potui quoquo modo &c.* Eadem omnino adnotantur in reliquis decimarum exactionibus, atque ex iis, qui eidem solutioni tenebantur, numerantur etiam in eodem quaternione præter jamfatum Angelum. *Capitulum, seu Conventus Cassinensis &c. Hospitalarius Cassinensis etc. Cellerarius Cassinensis, etc. Vestiararius Cassinensis etc. Camerarius Cassinensis, etc. Sacrista Cassinensis, etc. Abbas S. Matthæi servorum Dei, etc.*

nota:

Sa-

Sacrista Cassinensis, &c. Abbas S. Matthai servorum dei, &c. Propositus, & Convertus Albanete, &c. Propositus, & Conventus Vallislucis &c. Propositus, & Conventus Monasterii S. Benedicti de Clm, &c. Rector S. Nicolai de Valle Clia &c. Abbatissa, & Moniales monasterii S. Petronillu de Plumbarola, &c. Testatur id etiam Guillelmus Abbas S. Sophiæ Nuncius, & Collector generalis decimarum, atque Bertrandus archiepiscopus Neapolitanus hisce literis. *Anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo primo, pontificatus SS. in Christo patris, & domini nostri domini Innocentii divina providentia papa sexti anno nono, die septimo decimo mensis Aprilis, quartadecimu indictionis, in monasterio S. Severini majoris de Neapoli. Nos Guillelmus permissione divina Abbas Monasterii S. Sophia Beneventañ. apostolica sedis nuncius in regno Sicilia, & terris citra Farum, & collector generalis decimarum, ac omnium, & singulorum jurium, fructuum, redditiuum, & proventuum domino nostro Papa, & ejus Camera in dictis regno, & terris spectancium, & debitorum in eisdem regno, & terris, & ad alia diversa negocia auctoritate apostolica specialiter deputatus, tenore presentis apodixa recognoscimus, & fatemur, quod noviter presentata fuerunt nobis quadam patentes littera reverendi in Christo patris, & domini, domini Bertrandi dei gratia archiepiscopi Neapolitani ejus vers, & noti pontificalis sigilli impressione munita, omni prorsus vicio, & suspicione carentes, quas vidimus, legimus, & inspeximus, diligenter, & statim latori restituimus, eidem videlicet Abbati Rogerio de Castro Sangri clerico, & familiari reverendi patris domini Fratris Angeli dei gratia episcopi Cassinen. petenti ipsas a nobis servandas penes ipsum dominum episcopum ad cautelam, tenoris, & continentia subsequentis. Vobis venerabili Patri, domino Abbati S. Sophia ac cœteris apostolica Sedis Nuntiis, & Collectoribus in regno Sicilia, & terris citra farum auctoritate apostolica deputatis, qui nomine prafata camera apostolica, & reginalis excellentia compositionem infrascriptam habebunt recipere. Nos Bertrandus dei, & apostolica sedis gratia archiepiscopus Neapolitanus. Notum facimus tenore presentium pro informacione, & certitudine vestra, quod nos vigore, & auctoritate quarumdam litterarum apostolicarum sanctissimi in Christo patris, & domini nostri domini Innocentii divina providentia pape sexti nuper directarum nobis, per quarum continentiam, & tenorem nobis committitur, ut omnes, & singulos archiepiscopos, & episcopos, et alios Prelatos, et Clericos, quos ad solvendum aliquid de sexennalibus, seu duabus triennalibus decimis alim per felicis recordationis dominum Clementem Papam sextum impositis, una videlicet pro subsidio contra Turchos, et alia pro oneribus dicta reginalis excellencia commodius supportandis impotentes esse reperiremus, super quo dictus dominus noster Papa nostrum conscientiam oneravit ab excommunicationis, suspensionis, et interdicti, et aliis sententiis, si hoc humiliter peterent, certo modo absolvere, et insuper omnes, quos intotum, et quos in parte dumtaxat hujusmodi decimas posse, ut prefertur, solvere reperiremus ad id faciendum auctoritate pradicta apostolica compellere, seu cum eis amicabiliter componere, et alia facere, qua continentur in dictis litteris apostolicis deberemus, recepta prius per nos informatione debita per testes sufficientes, et ydoneos coram nobis productos super depredationibus, destructionibus, bonorum asportacionibus, invasionibus, aliisque calamitatibus, et male paupertatis, quibus ecclesia, et dioc. Cassinens. lacessit. noscuntur, et qua in eisdem ecclesia, et diocesi viguerunt propter quod reverendus pater dominus Frater Angelus episcopus Cassinensis, et capitulum, seu conventus Cassinen. reddebantur, et redduntur impotentes ad solvendum integraliter id, in quo de hujusmodi sexennalibus, seu duabus triennalibus decimis tenebantur, et deberi restabunt nuper in subscriptis quantitatibus in nostra conscientia composuimus amicabiliter cum eisdem, videlicet cum dicto domino Episcopo pro mensa sua in florenis auri, et in auro boni, et justi ponderis ducentis. Et cum prafatis Capitulo, seu Conventu Cassinensi in carlenis argenti boni, et justi ponderis in unciis duodecim, tarenis septem cum dimidio, ipsosque monasterium, et ecclesias eorum absolvimus a sententiis, quibus propterea tenebantur juxta potestatem ipsam nobis traditam per dominum nostrum papam prafatum in forma ecclesia consueta, prout in processu per nos inde habito, et instrumentis publicis super hiis receptis, hac et alia plenius continentur. Has autem nostras litteras nostri pontificalis sigilli impressione munitas in pramissorum testimonium concedentes. Datum in Neapoli anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo primo in nostro archiepiscopali palatio die quintadecimo mensis Martii, quartedecima indicionis, pontificatus SS. in Christo patris, et domini nostri domini Innocentii divina providentia papa sexti anno nono. Et propterea dictos florenos auri, et in auro ducentos boni, et justi ponderis a pradicto domino episcopo Cassinen. pro mensa sua; et uncias duodecim, et tarenos septem cum dimidio in carlenis argenti boni, et justi ponderis sexaginta per unciam, et duobus per tarenum quemlibet computatis a pradictis Capitulo, seu Conventu Cassinensi per manus venerabilium et providorum virorum domini Galliardi cameraris, et familiaris dicti domini archiepiscopi Neapolitan., et Johannotti Friczsa de Guavello presencialiter, et manualiter recepimus, et habuimus racione composicionis predicta nomine apostolica camera, et dicta excellencia reginalis etc.* Eadem referunt præter Urbanum V., & Johannam I. ut Diss. I. dicemus, etiam Gregorius XI. hoc diplomate, quo immania contra personas ecclesiasticas, laicosque ditionis nostræ patrata scelera referuntur.

Gregorius episcopus servus servorum dei, venerabilibus Fratribus . . . . Neapolitañ., & Capuañ. Archiepiscopis, ac . . . Episcopo Aversañ. salutem, & apostolicum benedictionem &c. Sane lamentabilis dilectorum filiorum . . . Abbatis, & Conventus monasterii Cassinensis Romana ecclesia immediate subiecti Ordinis S. Benedicti, quod nullius diocesis existit, querela nostrum frequenter turbavit auditum, amaricavit, & mentem, quod nonnulli iniquitatis filii, a quorum oculis dei timor abscessit, in partibus illis pratextu guerrarum, quibus partes ipsa dicuntur multipliciter fatigari, & alias temere clericos, & ecclesiasticas personas seculares, & regulares etiam in dignitatibus constitutas dicti monasterii, & ejus territorii, & aliorum ecclesiasticorum locorum secularium, & regularium partium earundem ab eodem monasterio dependentium bellicis actibus se minime immiscentes, non absque injectione ma-

Ex originali in Archivo.

manuum violenta capere, detinere, carceribus mancipare, tormentis subjicere, verberibus cedere, vulnerare, morti tradere, & crudelibus afflictionibus ad redemptiones indebitas personaliter ecarcere, ecclesias quoque, monasteria, hospitalia, & alia pia loca secularia, & regularia a dicto Monasterio dependentia invadere, frangere, capere, occupare, detinere, occupata diruere, & incendio concremare, & ecclesias monasteria, & loca ipsa libris, calicibus, crucibus, sanctorum reliquiis, paramentis, & ornamentis aliis divino cultui, & usui deputatis spoliare, & hujusmodi libros, calices, cruces, sanctorum reliquias, paramenta, & ornamenta ausu sacrilego, necnon fructus, redditus, res, & bona alia personarum ecclesiasticarum, monasteriorum, hospitalium, & aliorum locorum hujusmodi, tam in ipsis Ecclesiis, quam extra illas existentia etiam violenter rapere, depredari, & in prædam abducere, seu asportare præsumserunt hactenus, & quotidie præsumere non verentur, propter quæ clericis, & personæ ecclesiarum, Monasteriorum, hospitalium, & locorum ipsorum ea coacti deseruerunt, & deserunt, ac ecclesiæ obsequiis debitis, & Christifideles Sacramentis ecclesiasticis, ac pauperes, & infirmi pia hospitalitatis subventione fraudantur, quodque nonnulli, qui gloriantur cum malefecerint hujusmodi criminum patratores, nec non clericos, & personas ecclesiasticas, et religiosas captas ab eis, & insuper bona, & res hujusmodi per eos in prædam adducta, seu asportata scienter, in civitatibus, castris, villis, fortalitiis, terris, & aliis locis eorum receptaverunt, & receptant, aliqui vero præmissa omnia, seu nonnulla ex eis fieri, seu committi fecerunt, & etiam mandaverant, seu eorum nomine, aut mandate facta, sive commissa, rata habuerunt, & habent; alis etiam eisdem prædictorum criminum patratoribus in committendis eisdem excessibus per se, & alios præstiterunt, & præstant auxilium, & favorem, eaque omnia, quæ in gravem etiam divinæ majestatis offensam, animarum periculum, ecclesiasticæ libertatis contemptum, & plurimorum scandalum cedere dinoscuntur in partibus memoratis sic sunt notoria, sic ea publica fama divulgat, sicque nociva (proh dolor) experientia manifestat, quod tergiversatione aliqua nequeunt occultari. Cupientes igitur huic morbo, ne per moras temporum factus cronicus, fomenta respuat medicina, oportunam & congruam adhibere medelam, fraternitati vestræ per apostolica scripta committimus, & mandamus, quatinus vos, vel duo, aut unus vestrum per vos, vel alium seu alios omnes, & singulos tam clericos, quam laicos cujuscumque status, ordinis, vel conditionis existant &c. Datum Avinione 3. Kal. Januarii, pontificatus nostri anno quinto I. X. B. Mainardi: Bertoldus, Regesta. Adest Sigillum plumbeum &c. Meminit etiam Petrus Abbas in instrumento concordiæ cum Petro notarii Nicolai a Vallefrigida stipulato a notario apostolico, & imperiali Antonio Benedicto de Auricula, quod extat in regesto primo Petri p. 43. a t. & seqq.

nota. *Habitis itaque consiliis, & maturis deliberationibus, ac informationibus veridicis reperimus, quod nonnulla bona, jura, & res dicti nostri monasterii erant tam propter tyrampnicam pravitatem, quæ ab olim viguit in nostra abbatia Cassinensi, quam propter diutinas vacationes dicti nostri monasterii ab olim per occupationes, dampnificationes, & invasiones, ac publicas depredationes collapsa multipliciter, & detempta per nonnullos, & inter alia reperientes, quod a jamdiu tempore dicta frementis tyrandia in dicta nostra Abbatia Cassinensi domnus Jacobus de Pignatario miles quondam, & Riccardus ejus filius tam monasterium nostrum præfatum, quam bona, castra, terras, & possessiones ipsius non modice dampnificarunt depradati fuerunt, occuparunt, & jacturas multiplices intulerunt publice, & notorie, propter quorum bonorum restitutionem plenariam faciendam omnia eorum bona, possessiones, & res, ac terræ erant dicto monasterio juste, ac rationabiliter obligata &c.*

Acta sunt hæc in S. Petro in monasterio in domibus residentiæ dicti domini Abbatis, præsentibus venerabilibus, ac religiosis viris domno Fr. Thomassio de Normandia Vicario, et provisore generali Monasterii Cassinensis etc. Plura etiam irrogata ditioni nostræ mala a Simeone Sangermanensi hoc instrumento patet ex regesto citato pag. 34. *In dei nomine amen. Per hoc publicum instrumentum cunctis pateat evidenter, quod nos Fr. Petrus de consensu expresso Fratrum nostrorum infrascriptorum, vid. Fratris Francischini de Pedemontium Prioris etc. habendo nobiscum ven. etc, et magnificum . . . . et Antonium Benedicti de Auricula publicum notarium nostrum infrascriptum ad memoriam reducentes, quod pridem de mense Decembris domnus Symeon miles de S. Germano in ultimis constitutus, nimiaque infirmitate gravatus, et considerans, quod ante tribunal æterni Judicis erat de commissis per eum in hoc sæculo rediturus debitam rationem, et perpetua rememorans tot, et tantas oppressiones, occupationes, depredationes, et illicitas extorsiones, per eum, et ejus sequaces factas, et illatas, tempore olim frementis tyrandia in nostra Abbatia Cassinensi, tam in bonis dicti nostri monasterii, quam etiam in subditis, et vaxallis ejusdem, ac in multis, et diversis dictum nostrum Monasterium, et nostros vaxallos non modice oppressis et dapnificatis propter quæ divinam indignationem incurrisse, ac Patris nostri B. Benedicti verisimiliter pertimebat, et quia sine nostra benediccione, ac gratia paternali non libenter decedere intendebat, idcirco sæpius, et per plures fecit nobis humiliter supplicari, ut nos, tamquam ejus pater spiritualis ejus demerita minime recensentes, & culpas, sed solum in misericordia, & gratia abundantes cum eodem mitius agere dignaremur, pro eo quod ipse dictus Symon pro satisfaccione aliquali juxta possibilitatem suam de præfatis dampnis, & rapinis per ipsum commissis, & factis in bonis nostri monasterii Cassinensis, ac de omnibus, & singulis bonis nobilibus, ac fructibus terrarum monasterii prælibati, quos, & quæ recepisse, & habuisse in vita sua nobiscum vice, & nomine dicti nostri monasterii, & Conventus concordare, & componere anelabat; Nos vero pietatem, & misericordiam potius, quam justitiam prosequentes ad instar pii Patris, qui nulli claudit gremium redeunti quacumque hora, vel tempore ingemuerit cum dictis nunciis, & intercessoribus diversis dicti domni Symonis, et pro eo, ac ejus nomine ad infrascriptam transaccionem, et compositionem devenimus etc.* nota:

Spontanea oblatione, donoque regni Neapolitani ecclesiastici Gregorio XI. opem tulere, quod pro

Cœnobii nostri donum Romano Pōtifici factum.

pro rata parte, & Petrus Abbas Cassinensis præstitit, ut hac apocha constat vicethesaurarii ejus pontificis ex authographo in nostro archivo. *Universis præsentes litteras inspecturis Helias miseratione divina episcopus Cachamensis domini nostri papæ Vicethesaurarius &c. ad universitatis vestræ notitiam &c. deducimus, quod cum domini Prælati, & aliæ personæ ecclesiasticæ regni Siciliæ citra farum, super videlicet de mense Februarii ultimo præterito domino nostro papæ certam gratuitum subsidium pro oneribus suæ apostolicæ cameræ supportandis duxerint concedendum. Hinc est, quod ven. pater dominus Petrus eadem miseratione Abbas monasterii Cassinensis nullius diœcesis nobis nomine dictæ cameræ recipientibus, sexcentos carlenos auri de camera pro parte ipsam Dominum Abbatem ratione hujusmodi subsidii contingente die data præsentium solvit, ac etiam assignavit &c. Datum Romæ apud S. Petrum die 12. mensis Maji anno a Nativitate domini 1377. Pontificatus domini nostri Gregorii divina providentia papæ undecimi anno septimo.* Ingentem etiam pecuniæ molem eidem pontifici persolvit Johanna I. Regina opera Petri Abbatis nostri, ut hisce apochis authographis ex archivo nostro constat: *Universis præsentes literas inspecturis Helias miseratione divina episcopus Cachamen. dñi nostri papæ Vicethesaurarius generalis salutem in domino sempiternam. Noveritis quod cum serenissima & inclyta domina dña Joanna dei gratia, Jerusalem, & Siciliæ regina per suas ut asseritur . . . . literas venerabili patri dño Petro Abbati monasterii Cassinensis dedisset in mandatis quod idem dominus Abbas nomine præfatæ dictæ reginæ ducentas, & nonaginta sex uncias carlenorum argenteorum venerabili viro domno Bernardo Ruffini apostolicæ cameræ clerico dictæ cameræ per eos assignandas, sive ipsi cameræ in deductione subsidii septuaginta quinque millium florenorum per eandem dominam Reginam domino nostro papæ, & suæ cameræ prælibatæ pro guerra, & defensione terrarum Romanæ ecclesiæ concessi persolvet; hinc est, quod die data præsentium litterarum præfatus dominus Abbas nomine dictæ domnæ Reginæ nobis nomine cameræ apostolicæ supradictæ de mandato dicti domini papæ nostri recipientibus ex causa supradicta dictas ducentas, & nonaginta sex uncias carolenorum argenteorum manualiter persolvit & etiam assignavit, de quibus quidem ducentum nonaginta, & sex unciis carolenorum prædictam Dominam Reginam, nec non dominum Abbatem prælibatum, & alios, quorum interest nomine apostolicæ cameræ prædictæ absolvimus per præsentes, & quietamus, in quorum testimonium præsentes literas fieri fecimus, & sigilli nostri Vice Thesaurariatus officii appensione muniri. Datum Anagniæ die 20. mensis Augusti anno a nativitate domini 1377. Pontificatus domini nostri Gregorii PP. XI. anno septimo Cach. S. G. A.*

Universis præsentes literas inspecturis, Petrus miseratione divina archiepiscopus Arelatensis domini PP. camerarius salutem in domino. Universitati vestræ notum facimus, per præsentes quod cum Rdus. in Christo pater dominus Petrus de Tartariis Abbas monasterii Cassinensis Ordinis S. Benedicti receperit nomine cameræ apostolicæ de præfato mense Decembris a notario Piqaardo Terræ laboris erario illmæ dominæ Reginæ Siciliæ ad instantiam, & ordinationem venerabilis viri domini Bernardi Ruffini clerici cameræ apostolicæ quincentas, & septuaginta uncias de carlenis argenti, sexaginta carlenos pro uncia computando. Hinc est quod idem dominus Abbas uncias hujusmodi in summa, & valore prædictis per manus nobilis viri Begoti lapassa servientis Minonem ipsius domini nostri papæ, quem propterea ad ipsum dominum Abbatem cum certis nostris patentibus literis destinavimus rever. patri domno Heliæ eadem miseratione Cachemensi episcopo, & Vicethesaurario generali præfati domini nostri nomine dictæ cameræ apostolicæ numerando realiter assignavit. Quapropter præfatum dominum Abbatem, ac præfactum Begotum pro eo, & nota præmisso assignata prædicta summa absolvimus nomine quo supra perpetuo, & quietamus. Datum Romæ apud S. Petrum sub sigillo nostri camerariatus officii in testimonium præmissorum, die vigesima sexta dicti Mensis Decembris anno a Nativitate domini millesimo trecentesimo septuagesimo octavo: Receptum est. De Solegiis.

Monachi alio missi.

Afflictis undique cœnobii nostri rebus ob grassantia in dies partium in regno studia ob schisma tempore Urbani VI. opem laturus Petrus Abbas quindecim Monachos cum superiore suo Petro Hispano ad monasterium S. Annæ de Mondragone, quod tum magna sanctitatis opinione florebat, alendos misit, ut hisce literis constat ex cit. regesto p. 169. a t. *Frater Petrus &c. Dilecto in Christo filio nostro Fratri Petro de Ispania Monacho Cassinensi, necnon ad infrascripta, commissario, & procuratori dicti monasterii adque nostro salutem in domino, & divinæ contemplationis augumentum. Inter assiduas curas, quæ circa cotidianam nobis emergentium negotiorum instantiam nostrum distrahunt intellectum, hac sollicitamur præcipue, & angimur, ut fratres nostri in Christo filii dilecti Monachi Sacri monasterii Cassinensis, qui spretis mundanis delitiis, voluntariis divinis servitiis se dedicantes valeant, & possint comode exfructibus proprietatum dicti monasterii, quæ propriæ Divini juris, & proprietatis existunt, substentari. Hinc est, quod imminentibus detestabilibus guerris in Abbatia præfata propter damnabile scisma in ecclesia dei exorto, quod dolenter referimus, monasterium ipsum fuerit, & sit multipliciter dapnificatum tam in proprietatibus, quam in massariis, & fructibus dicti monasterii, propter quod dicti Monachi sea tam copiosum numerum monachorum vessati non modicum in eorum mentibus spiritualiter, non possunt in solita congregatione propter occupationem, & perditionem fructuum dicti monasterii comode residere. Nos vero animarum saluti, & corporum consolationibus subditorum nostrorum quantum cum deo possumus intendentes, habito prius maturo consilio, & deliberatione sollempni cum priore, Monachis, & Conventu dicti Monasterii deliberavimus te Fratrem Petrum cum quindecim Fratribus pro salute animæ tuæ, & quiete corporum tui, & dictorum Monachorum Cassinensium, usque ad nostrum beneplacitum, & mandatum in Monasterio S. Annæ Ordinis S. Benedicti regularis observantiæ debere morari, ibique exfructibus dicti monasterii Cassinensis debere honeste, & comode substentari; Eapropter de voluntate, præsentia, & deliberatione Fratrum, & Conventus Cassinensis pro vita, victu, & vestitu, ac substentatione dictorum sexdecim Monachorum Cassinensium, aut plurium, vel paucorum in dicto monasterio S. Annæ degentium omnes, & singulos fructus, redditus, & proventus præsentis anni de nostra Massaria Saccii sistente in terri-*

territorio Sueſſano ad manus tuas, cui regimen, & nutrimentum dictorum Monachorum ibi degencium commiſimus deveniri, & conduci. Nos itaque de tuis prudentia, & zelo religionis in aliis laudabiliter comprobata plurimum confidentes, ac ſperantes indubie, quod ea, qua tibi commictimus, laudabiliter, prudenter, & ſollicite exequeris, ta igitur procuratorem, gubernatorem, receptorem, & adminiſtratorem omnium, & ſingulorum fructuum, jurium, redditnum præſentis anni, ac proventuum dicta noſtra Maſſaria Saccii ſita in Territorio Sueſſano facimus, conſtituimus, ac etiam deputamus tibi omnes, et ſingulos fructus dicta Maſſaria pro preſenti anno recipiendi, procurandi, adminiſtrandi, et exigendi, a quibuſcumque hominibus, et perſonis tam Eccleſiaſticis, quam ſecularibus, laboratores, extellerios, ſeu conductores dictorum fructuum conveniendi, cogi, et arreſtari petendi, et faciendi apodiſſas, et quietationes faciendi, et receptiones faciendi de recipionde per te tam in pecunia, quam fructibus quibuſcumque, nec non fructus, et pecunias hujuſmodi fructuum Maſſaria præfata convertendi, et diſtribuendi, ac ordinandi pro vita, et ſubſtentatione tui, et dictorum quindecim monachorum, omniaque alia, et ſingula faciendi, dicendi, procurandi, et axercendi, qua quilibet verus, et legitimus procurator, ſeu adminiſtrator facere poſſet, damus, et concedimus tibi plenam, et liberam tenore preſentium facultatem. In quorum omnium teſtimonium preſentes noſtras patentes literas pontificali ſigillo noſtro, et dicti Conventus impreſſione munitas manu Angeli de Vit. noſtri noſtraque Cameræ notarii fieri, et ſcribi fecimus, ac in regeſto Caſſinenſis camera ad cautelam regiſtrari. Datum in noſtro ſacro monaſterio Caſſinenſi die vigeſimo menſis Aprilis tertia indictionis milleſimo trecenteſimo octuageſimo.

Monaſterium ſartum, tectumque ſervatum.

Quo vero Petrus Abbas ſarcta, tectaque ſervaret monaſterii noſtri ædificia, pacta quædam cum artificibus iniit, ut hoc inſtrumento conſtat ex cit. regeſto p. 54. a t. *Die quinta menſis ejuſdem in preſentia ſupraſcripti domini Abbatis ac teſtium infraſcriptorum vid. Fratris Franciſci Prioris, Fr. Bartholomai de Sicilia, Fr. Petri de Alſio Prepoſiti S. Benedicti de Capua, Odonis Cicci domini Fulci, et Alexandri de Alatro teſtium. Magiſter Syſtus de Alatro pro ſe, et Antonio ejus fratre Tutio, et Cola Tutii de Piperno, Nicolao Alexandri, et Colella Joannis Sixti, ac Sixto Jacobi de Alatro promiſit, et convenit eidem domino Abbati recipienti et ſtipulanti laborare in fabrica Caſſinenſis eccleſia quam in ſculpendo lapides, et columpnas pro clauſtro legaliter, et fideliter, prout debent facere boni, et legales magiſtri, et quod ad minus tres horas de nocte circa ſculturam lapidum laborabunt pro eo quod Dominus Abbas prædictus promiſit ſolvere eidem magiſtro Syſto pro perſona ſua menſe quolibet florenos octo, et pro Antonio Fratre ſuo florenos ſeptem. Item pro Nicolao Tutii, et Tutio de Piperno florenos quatuor per quemlibet, pro quolibet menſe, et pro reliquis ſociis pro quolibet menſe florenos quatuor, et quod dictus menſis incipiat currere a die nono præſentis menſis Octubris in antea. Item dare eis et eorum cuilibet expenſas vid. in forma ſequenti panem, et vinum, prout comode reperiri poterit pro anno præſenti, et pro companagio dare promiſit carlenos in argento quatuor per quemlibet.* Cœmentarios alios adſcivit ex eodem regeſto p. 55. domum in hoſpitio noſtro Sangermanenſi, turrim, aliaſque domus in oppido S. Georgii conſtrui curavit, repararique domum curiæ noſtræ Ponticurvi, ut ex eodem reg. p. 131. & ſeqq.

Magnatum adventus.

An. 1368. Regina Johanna I. ad S. Germanum venit, ac forte Caſſinenſe etiam cœnobium inviſit, quod de Carolo III. conſtat ad eandem urbem cum exercitu ſuo an. 1381. adventante; unde paulo ante cum exercitu ſuo diſceſſerat Ottho reginæ Johannæ Maritus, atque de Ladislao rege, qui ſæpius haſce in partes conceſſit ut diſſ. I. fuſius.

VII.

VIRI HOC SÆCULO APUD NOS PIETATE ILLUSTRES.

B. Urbanus V.

Haud mirum videri lectoribus debet in Caſſinatium album a nobis hic referri ſanctiſſimum pontificem Urbanum V. cum jam pontifex per aliquot annos Abbas Caſſinenſis eſſe voluerit. De eo agunt fuſe Petrarcha, Spondanus, Raynaldus, Bzovius in Annalibus, Ciacconius cum Oldoino To. III. aliique, omnes hiſtoriæ eccleſiaſticæ, vitarumque Romanorum Pontificum ſcriptores. Nos hic tantummodo Teſtamentum nobilis viri Thomæ de Rogeriis Sueſſani an. 1382. factum, ideſt non longe ab Urbani V. morte referemus, in quo hæc animadvertenda ad opinionem jam tum vigentem de Urbani V. ſanctitate demonſtrandam. *Item legavit etc. Cortiſaneam S. Urbani cum terris ad eam ſpectantibus monaſterio S. Agna, ſeu S. Benedicti de Aquiſvivis, itaquod Fratres dicti monaſterii teneantur facere unam cappellam ibidem cum veſtimento de ſerico, et cum calice uno, et thuribolo de argento ad titulum ſancti Urbani Papa quinti,* &c. Eadem repetuntur in Inſtrumento, quo an. 1392. Monachi S. Annæ bonorum poſſeſſionem inierunt. Horum inſtrumentorum autographa in archivo noſtro aſſervata; & primum ita ſe habet.

Ex originali in Archivo.

In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti anno ab incarnatione ejus milleſimo trecenteſimo octuageſimo ſecundo regnante ſereniſſimo domino noſtro domino Carolo tertio dei gratia Jeruſalem, & Sicilia rege Provincia, & Forcalquerii, ac Pedemontis Comite, Regnorum ejus anno tertio die quinto menſis Julii ſexta indictionis. Nos Jacobus Nicolai magiſtri Palmerii de Rocca Civitatis Sueſſa, & per provinciam Terra laboris, & Comitatus Moliſii regia, & reginali, authoritate ad contractus, & ad vitam judex Laurentius Caſerta ejuſdem civitatis, & per provinciam Terra laboris, & Comitatus Moliſii, Aprutii citra, ultraque fluvium Piſcaria, & Principatus citra, & ultra Serras Montorii, regia, & reginali auctoritate publicus notarius, & ſubſcripti teſtes de eadem terra vid. Angelus de Baſilio &c. notarius Nicolaus Serracenus, Abbas Robertus de Baſilio canonicus Sueſſanus &c. ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati præſenti inſtrumento publico declaramus, & teſtando fatemur, quod in noſtra preſentia conſtitutus vir nobilis Thomas de Rogeriis de Sueſſa jacens infirmus in lecto in domibus ſuis ſitis intus Sueſſam, juxta plateam magnam publicam, juxta vias alias publicas, & alios confines, licet eger corpore, ſanus tamen ſua mentis exiſtens, & recte loquens, cupiens anima ſua ſaluti proſicere, & ſucceſſorum ſuorum commoda pro-

providere, ne decederet intestatus de bonis suis omnibus præsens suum ultimum nuncupativum condidit testamentum &c. Et quia heredis institutio est caput, & fundamentum totius testamenti. In primis hæredem suum universalem sibi instituit in prædictis omnibus bonis suis tam feudalibus, quam burgensaticis, & bonis mobilibus sesesque moventibus, exceptis infrascriptis legatis, & fidei per eum commissis Urbanum legitimum, & naturalem filium suum, quem dimisit sub protectione, & defensione magnifici, & potentis domini domini Jacobi de Marsano Squillatii Comitis, & regni Siciliæ Ammirati sui domini, & nihilominus eundemque Urbanum ejus legitimum, & naturalem filium, & hæredem legavit, & dimisit sub tutela, cura, gubernatione, & administratione Calytrii de Villa Palduphi sibi pertinentiarum Toraldi Nicolai de Simione de eadem Villa vassallorum suorum ac Bartholomæi Floradasa, Philippi Capuani de Guiglielmo, & Philippi de laudo nepotum suorum de Suessa &c. & inter cætera legata in dicto testamento relicta per dictum Thomasium testatorem, præfatus Thomasius testator voluit, et mandavit, quod si dictus Urbanus filius suus, et hæres decesserit quandocumque sine filiis suis legitimis, quod fructus bonorum suorum burgensaticorum per tres annos percipiantur, et dividantur inter tres filios domino Paulo de Zurlano pro medietate, et præfatos Coctium, et Pippum de Capuano pro alia medietate in pace, et sine molestia aliqua, et eorum heredes, Item legavit in dicto casu mortis dicti filii sui, completis vero dictis tribus annis Cortisaniam S. Urbani cum terris ad eam spectantibus monasterio S. Agnæ, seu S. Benedicti de Aquisvivis ita quod Fratres dicti monasterii teneantur facere unam Cappellam ibidem cum vestimento de Serico, et cum calice uno, et Thuribulo de argento ad Titulum S. Urbani Papæ quinti. Item statuit dimisit, et ordinavit dictus Testator suos, et præsentis sui ultimi testamenti distributores, et executores prædictos Calixtium Nicolaum de Simione, Bartholomæum Floradasa, Philippum Capuani de Guiglielmo, Philippum de Lando, et me Notarium Laurentium quemlibet ipsorum, et mei insolidum quibus, et cuilibet ipsorum, et mihi præfato notario Laurentio distributorum in solidum, dictus testator dedit, et concessit liberam, et plenariam potestatem, licentiam, et authoritatem dictum Testamentum, et omnia legata in eo contenta distribuendi, etc. Factum est per nos præfatos judicem, notarium, et testes præsens publicum Instrumentum ad requisitionem Prioris, et monachorum dicti monasterii S. Agnæ asserentis sua pro parte dicti monasterii interesse, etc. Actum Suessæ etc. locus ✠ signi. Ego Jacobus de Astulano de Suessa per provinciam Terræ laboris et Comitatus Molisii regia authoritate ad contractus, et ad vitam Judex huic instrumento subrogatus, etc. Anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo secundo quintodecimo indictionis. Ego Abbas Robertus de Bosilio canonicus Suessanus interfui, et subscripsi etc.

Capella in honorem S. Urbani Papæ V.

Urbani V. sanctimoniam satis etiam demonstrat epistola hæc directa Abbati Constantino Cajetano orbi literario notissimo, cujus autographum asservatur in bibliotheca archigymnasii Sapientiæ Romanæ, unde ego an. 1698. die 4. Junii apographum authenticum exemplandum curavi, quod hic cum epistola proferimus.

M. R. Padre Abbate. In una Chiesa antichissima di questa mia diocesi trovo l'effigie d'Urbano quinto depinta nel muro, che nella mano tiene una cassetta colle teste de SS. Apostoli Pietro, e Paolo, & ha tutto lo habito Pontificale, cioe regno in testa con le tre corone, & il peviale. Sotto in lettere Gotiche vi è quest' inscrittione, BEATUS URBANUS QUINTUS. Vi manca l'i. nella faccia depinta con raggi ha ricevuto più colpi d'accetta così in una mano, ne credo sia stato nell'occasione dell'ultima guerra, del che se ne potria avere informatione più certa. La sudetta Chiesa à tanto antica, che vi sono memorie avanti li 1300. essendo stato Urbano quinto Monaco Cluniacense m'è parso avisarne V. P. M. R. acciò vedendo, che fosse a proposito per promovere la certezza della gloria d'un tanto, e sì perfetto Pontefice, se ne possa valere, servirà anco per ricordarle la mia affettionata servitù, la quale mentre le ratifico le bacio le mani. Di Città della Pieve li 4. Aprile 1645. D. V. P. M. R. Aff. Serv. Fr. ✠ R. Vesc. de C. della Pieve. Foris. Al M. R. Padre Abbate, Il Padre D. Costantino Caetano Roma. loco † sigilli.

✠ V. Ughel. To. I. p. 595. n. 5. ubi agit de F. Reginaldo Lucarino episcopo Castri Plebis.

In nomine Domini Amen. Cunctis ubique pateat evidenter, & sit notum, quod anno a nativitate domini nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo octavo indictione sexta, die verò quarta mensis Junii pontificatus autem SS. in Christo patris, & domini nostri domini Innocentii divina providentia papæ duodecimi, anno ejus septimo ego notarius publicus infrascriptus ad instantiam & requisitionem patris D. Erasmi Gattola Prioris de Monte Cassino una cum infrascriptis testibus accessi, & personaliter me contuli ad bibliothecam Alexandrinam positam intus Romanam Sapientiam, in qua perventus, & personaliter in ea repertus reverendus dominus Faustus Nairone presbyter Canonicus ecclesiæ collegiatæ S. Eustachii urbis bibliothecarius ejusdem bibliothecæ, qui uti talis præ manibus suis habens quasdam scripturas non ligatas, & in papyro scriptas, in quarum una in principio illius continetur partita sub cum subscriptione, in fine tenoris prout supra, & in alia continetur epistola, quæ originalis apparet cum sigillo a t. & subscriptione in calce, & rescripto foris, tenoris etiam prout supra continetur, quas quidem scripturas tenoris præfati, præfatus D. Faustus bibliothecarius prædictus tacto pectore more sacerdotali asseruit, & affirmavit conservari, & custodiri in dicta bibliotheca, & in ea sub ejus custodia habere, & propterea supradictus P. D. Erasmus Gattola Prior præfatus a me notario petiit, & requisivit, ut ex eadem epistola ut supra originaliter mihi, &c. exhibita copiam, & exemplar de verbo ad verbum nihil penitus addito, aut diminuto, & ex alia scriptura inter alia partitam suprainserti tenoris pariter de verbo ad verbum extrahere facerem & transumptarem, & super hujusmodi extractione instrumentum publicum conficerem: Prout ego idem notarius publicus infrascriptus attendens petitionem hujusmodi fore, & esse justam, rationique consonam, prædictasque scripturas tenoris prædicti fuisse, & esse in dicta bibliotheca, prout ejus bibliothecarius asseruit, custoditas, & conservatas, non vitiatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni vitio, & suspicione carentes, partitam tenoris prainserti inter alia ex eadem scriptura, & ex epistola prædicta copiam, & exemplar de verbo ad verbum in præsentia infrascriptorum testium extraxi, & transumptavi tenoris prout supra continetur, & in dictorum testium præsentia prainsertam copiam cum eisdem (ut apparet) originalibus, ut supra exhibitis &.

tis & in dicta bibliotheca conservatis comprobavi, & collationavi, cum quibus concordare inveni, salvis semper &c. In quorum &c. super quibus omnibus, & singulis præmissis petitum fuit a me notario, ut unum, vel plura publicum, seu publica conficerem, atque ederem instrumentum, & instrumenta, quæcumque prout opus fuerit, & requisitus ero. Actum Romæ in dicta bibliotheca præsentibus, audientibus, & intelligentibus Rev. D. Dionysio Ecclens filio q. Hieronymi presbytero canonico ecclesiæ Cluniacensis, & R. D. Antonio Monros Filio D. Pauli presbytero Barchinonen. ambobus in dicta bibliotheca assistentibus, qui etiam medio juramento tactis pectoribus affirmarunt, & affirmant, & quilibet ipsorum affirmavit, & affirmat, præfatas scripturas, ex quibus fuit extracta præinserta copia fuisse, & esse in dicta bibliotheca custoditas, & conservatas, & sub eorum custodia habere, et ita tactis pectoribus jurarunt; super quibus &c. testibus ad præmissa vocatis habitis, atque rogatis. Et quia Ego Joseph Sole publicus apostolica auctoritate notarius, & in archivio Romanæ curiæ descriptus de præmissis rogatus fui, ideo in fidem præsens instrumentum scripsi, subscripsi, & meo solito signo signavi requisitus &c. locus † signi.



In Dei

In Dei nomine Amen. Anno Domini 1648. indictione prima, Innocentio decimo pontifice maximo sedente, die vero octava Januarii. In mei notarii publici infrascripti, ac testium infrascriptorum presentia præsens, & personaliter constitutus D. Octavius Pretellus de civitate Plebis pictor, qui non vi, dolo &c. sed sponte &c. & omni &c. dixit, & affirmavit se die dicta presente me notario, & testibus infrascriptis contulisse ad ecclesiam divæ Mariæ Angelorum sito in territorio civitatis Plebis in contrada sub dicto vocabulo S. Mariæ Angelorum, & ingressus ecclesiam per dictum extraxisse & delineasse, ac copiasse in retroscripto folio immaginem beati Urbani Papæ Quinti eo modo, prout in dicta ecclesia eadem effigies, (quæ prout ex aspectu videre est, apparet antiquitus, & multis abhinc annis fuisse depictam, itam ob antiquitatem, & vetustatem pars faciei, in qua deberent apparere ocul & naricies, ut dicitur scastratam) depicta existit, & apparet in pariete a latere dextero altaris majoris cum omnibus ornamentis tam in dicta effigie, quam circa illam, & litteris a pede ejusdem Immaginis, nihil penitus addito, nec eliminato, præterquam in ejus facie, ut supradictum fuit. Et insuper, quia ex vetustate cecidit quadam pars calcis post delineatas litteras; quæ quidem pars fuit denuo calce linita, & ex aspecto loco aliquo modo apparet aliquid aliud insuper extitisse scriptum. Ideo, ut ad perpetuam rei memoriam de præmissis veritas appareat, & elucescat, de licentia, & consensu Illustrissimi, & Reverendiss. D. Episcopi ejusdem civitatis prædicta omnia fecisse asseruit, & affirmavit. Et ulterius idem Pictor, tamquam originarius dictæ civitatis, ac ætatis suæ annorum septuaginta circiter, nec non ibi praticus, & versatus in dicta civitate, & ejus Territorio, & præsertim in dicta ecclesia, in quam multoties ingressus fuit, & bene prospexit, ac consideravit omnes immagines ibi depictas existentes, in qua ecclesia multorum sanctorum, & sanctarum immagines depictæ apparent ab antiquissimo tempore, et dictam Immaginem beati Urbani ita adesse depictam reperiit, ac memoria tenuit, prout in præsenti diplomate copiata apparet, &c. Et hoc idem de hac retroscripta effigie beati Urbani tamquam in dicta ecclesia existente ab immemorabile tempore, & prout in retroscripto folio transumpta fuit testantur, & affirmant Sebastianus Binarellus, & Fabritius Pasquinus de Comitatu dictæ civitatis qui supradictæ delineationi, & copiæ dum per dictum Pictorem fecerit præsentes & personaliter fuerunt, donec dicta transumptatio, & copia completa fuit, & tam dictus D. Octavius Pictor, quam DD. Sebastianus, ac Fabritius testes tactis &c. jurarunt &c. super quibus &c. Actum in dicta ecclesia ubi supra posita, & confinata, præsentibus ibidem D. Sebastiano Brinerello, & Fabritio Pasquino testibus. Et quia ego Franciscus Venitius de civitate Plebis publicus Dei gratia, et apostolica auctoritate notarius, et ad præsens Cancellarius episcopalis dictæ civitatis, de prædictis rogatus extiti. Ideo hic in fidem etc. me subscripsi, et publicavi, solitoque meo signo signavi etc. die, et anno supradictis, loco † signi. Fr. Reginaldus Lucarinus dei, et apostolicæ sedis gratia episcopus civitatis plebis universis, et singulis notum facimus suprascriptum D. Franciscum Venizzam de civitate Plebis esse notarium publicum dictæ civitatis, et ad presens nostrum cancellarium, scripturisque suis publicis, et his similibus adhibitam fuisse, et ad præsens plenam adhiberi fidem. In fidem etc. has præsentes fieri, sigillique nostri impressione muniri mandamus. Data ex Palatio nostro episcopali civitatis Plebis die 19. Januarii 1648. F. Reg. episcopus civitatis Plebis etc. loco ✠ sigilli. Johannes Matthias Filactus pro dicto Secretario. In nomine Domini Amen. Cunctis ubique pateat evidenter, et sit notum, quod anno a nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo octavo, indictione sexta, die vero quarta mensis Junii pontificatus autem SS. in Christo patris, et domini nostri D. Innocentii divina providentia papæ duodecimi, Anno ejus septimo. Ego not. publicus infrascriptus ad instantiam, et requisitionem P. D. Erasmi Gattola Prioris de Monte Casino accessi, et personaliter me contuli ad bibliothecam Alexandrinam positam intus sapientiam Romanam, in qua pervenimus, et personaliter in ea repertus R. D. Faustus Mairone presbyter Canonicus ecclesiæ S. Eustachii Urbis, bibliothecarius ejusdem bibliothecæ, qui fuit præ manibus habens imaginem Urbani beati papæ quinti in folio carta existentem cum litteris Gottiois in calce, et instrumento tenoris prout supra continetur, quam imaginem dictus R. D. Faustus medio juramento tacto pectore more etc. asseruit, et affirmavit conservari, et custodiri in dicta bibliotheca, et propterea supradictus P. D. Erasmus Gattola Prior prædictus a me notario petiit, et requisivit ut ex Instrumento in calce ejusdem imaginis existente, et mihi Notario exhibito, copiam, et exemplar de verbo ad verbum, nihil penitus addito, aut diminuto facerem, et extraherem, et de hujusmodi extractione, et de similitudine immaginis in principio præsentis folii existentis repræsentantem ejusdem beati Urbani quinti, et ut supra delineata, cum imagine existente in folio in dicta bibliotheca conservato, et ut supra exhibito, fidem facerem, prout ego idem notarius publicus infrascriptus attendens petitionem hujusmodi fore, et esse justam, rationique consonam, ex præfato Instrumento ut supra in dicta bibliotheca conservato, et mihi etc. exhibito, in calce ejusdem imaginis existente, et exarato, copiam, et exemplar de verbo ad verbum, nihil penitus addito, et mutato, feci, et extraxi, et de similitudine dictæ immaginis in principio præsentis Instrumenti delineata cum illa in dicta bibliotheca custodita fidem facio, et attestor, præfatam immaginem in principio præsentis instrumenti delineatam fuisse, et esse bene, et fideliter extractam, et copiatam a quodam Pictore hujusmodi artis pratico, et in eo versato ab immagine ut supra, in dicta bibliotheca custodita, et conservata, et instrumentum in calce ejusdem imaginis ut supra exhibiti cum præinserta copia collationatum, præsens copia concordat, salvo semper etc. non solum præmisso, sed omni etc. super quibus etc. Actum Romæ in dicta bibliotheca præsentibus, audientibus, et intelligentibus R. D. Dionysio Ecclent filio q. Hieronymi, presbytero canonico ecclesiæ Cluniacensis, et R. D. Antonio Monros filio D. Pauli presbytero Barchinonen. in dicta bibliotheca assistentibus, qui eorum sponte etc. omni etc. medio juramento tactis pectoribus etc. affirmarunt, et affirmant, et quilibet ipsorum affirmavit, et affirmat, imaginem desuper exhibitam beati Urbani quinti cum instrumento in calce tenoris prout supra continetur, eo modo, quo supra continetur, fuisse, et esse in dicta bibliotheca custoditam, et conservatam, et in ea custo-

diri, & conservari, & sub eorum custodia insimul cum dicta bibliotheca haberi, & ita tactis pectoribus ambo jurarunt, super quibus &c. testibus ad prædicta vocatis, habitis, atque rogatis. Et quia ego Joseph Soler publicus apostolica auctoritate notarius, & in Archivio Romanæ curiæ descriptus de præmissis rogatus fui, ideo in fidem præsens instrumentum scripsi, subscripsi, & meo solito signo signavi requisitus &c. (Adest signum). Nos ad præsens cameræ almæ urbis Conservatores, universis &c. attestamur, suprascriptum D. Josephum Soler de præmissis rogatum, fuisse & esse notarium publicum, legalem, & authenticum, ac talem, qualem se supra facit, ejusque scripturis in judicio, & extra semper adhibitum fuisse, & de præsenti magis indubiam adhiberi fidem, prout nos adhibemus. In quorum &c. Datum in Palatio nostræ residentiæ curiæ Capitolii hac die octava Junii 1698. Pro D. Secretario collegii DD. Notariorum curiæ Capitolii. Simon de Comitibus ejusdem curiæ in &c. dom. &c. Adest sigillum impressum.

Obiit Urbanus sexaginta & unum annos natus die 19. Decembris an. 1370. post octo, duorumque mensium regiminis annos. Pro ejus canonizatione processus conditus, promoventibus Monachis S. Victoris Massiliensis, cujus ipse Abbas fuerat, atque regibus Carolo Galliæ, Ludovico Neapolis, & Valderamo Daniæ, alisque principibos, in quo plura ab eo post obitum patrata miracula narrantur, quorum meminit etiam Petrarcha lib. 13. rerum senilium epist. 13. V. Spondanus ad an. 1370. nu. 5. Raynaldus nu. 23. & Additamenta Oldoini ad Ciacconium, ubi hæc leguntur. *In processu vitæ ejus oblato Clementi VI. a Petro Olmarii canonico Aquensi procuratore Caroli Francorum, & Ludovici Siciliæ regum narratur jam ipsis fuit temporibus, ut Sanctus coli, & talis in ecclesiis pingi.* In diversis, & plurimis ecclesiis, *inquiunt Acta illa*, etiam Patriarchalibus, etiam Romæ, imago ejus tamquam sancti pingitur, & honoratur. *Et auctor Appendicis ad Chronicon Bernardi Guidonis, ait, vix ullam esse in mundo ecclesiam solemnem, in qua imago ejus non sit depicta. In Augustinianorum Fratrum claustro Tolosano pictus est Urbanus ad naturalem, ut ajunt, expressionem, procero corpore, capite crasso, sub cujus pedibus est inscriptio majoribus characteribus exarata, quam nos supra rescripsimus, vid.*

URBANUS PAPA QUINTUS
LEMOVICENSIS
SANCTÆ MEMORIÆ

In emortuali nostro de Urbano V. hæc habentur *XIV. Kal. Januarii obierunt, &c. bonæ memoriæ dominus Urbanus V.* Wion, & Menardus in Martyrologio monastico die 19. Decembris de eo agunt, potissimum Wion in adnotationibus plura de ejus sanctitate recenset.

Andreas.

Andreæ Abbatis pietas commendatur ab Anonymo Vitæ Urbani V. Scriptore apud Raynaldum nu. 26. an. 1370. hisce verbis. *Memoratus Urbanus Papa anno septuagesimo currente, volens quod in monasterio Cassinensi religio &c. vigeret præcipue, essentque Religiosi in ipso vitam exemplarem ducentes, quemadmodum alias extiterat &c. tria fecit. Primo. Quia erat quasi collapsum in ædificiis, quæ propter terræmotum erant pro majori parte disrupta, ipsum fecit reparari, & reædificari, & in hoc voluit exponi proventus ipsius quamdiu vacavit. Secundo advocavit Monachos, & collegit religiosos, & devotos de diversis aliis monasteriis, in quibus sciebat vitam monasticam melius, & strictius observari, quos ibidem instituit, & ordinavit perpetuo residere, &c. Tertio deliberavit eidem in Abbatem præficere aliquem, qui juxta regulam beati Benedicti vivens ad sic vivendum præfatos Monachos suo exemplo alliceret &c. & cum licet diutius perquisitum, talem juxta suum votum in cænobiis Monachorum nigrorum non inveniret, &c. ad habendum Fratrem Camaldulensium sub regula eadem famulantium aspectum habuit, in quo quod optabat adinvenit, virum videlicet, qui totus erat devotus, orationi, & lectioni assidue deditus, & alias dei servitio semper intentus, beneque morigeratus, & in agendis circumspectus, qui etiam omni tempore ab escis carnium abstinebat, & alias insuper abstinentias ordinationesque monasticas juxta præcepta, & instituta dictæ regulæ indefectabiliter observabat, de quibus ipse plenius informatus, eum ad se vocavit, & licet satis invitum, & renitentem eidem Monasterio præfecit in Abbatem, &c. qui tam onus sibi impositum, quam monita hujusmodi humiliter suscipiens, Monachos sibi subditos ad similiter vivendum induxit, & in debitis religione, & obedientia tenuit Monasterium ipsum pro tunc satis in spiritualibus, & temporalibus reformatum in statu debito conservavit, &c.* Quæ ultima verba confirmat emortuale nostrum, ut nos supradiximus. Decretaq; a nobis relata Andreæ zelum & vitæ sanctimoniam commendant. Jurisdictiones etiam cœnobii nostri, ejusque bona, vel ratas habere, vel recuperare viribus omnibus contendit, ut Diss. I. dicemus. Emit haud parvo pretio baculum, Pastoralem, & annulum, ac mitram, ut hac Urbani V. Bulla constat,

Ex originali in Archivo.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Sedis apostolicæ providentia circumspecta ecclesiarum, & monasteriorum utilitatibus semper intendens, illorum indemnitatibus operose satagit precavere. Cum itaque sicut nuper accepimus, dilecti filii Andreas Abbas, & conventus monasterii Cassinensis nobis, & Romanæ ecclesiæ immediate subiecti ordinis S. Benedicti, quod nullius diœcesis existit, emerint quandam mitram pontificalem pro trecentorum, & quinquaginta, ac unum baculum pastoralem pro centum, ac unum annulum pontificalem cum saphiro citrino pro viginti florenorum auri pretiis pro usu tam suo, quam successorum suorum Abbatum dicti monasterii, qui erunt pro tempore; nos volentes, quod mitra, & baculus, ac annulus prædicti perpetuis futuris temporibus pro hujusmodi usu dictorum Abbatum in præfato Monasterio conserventur, tam eidem Andreæ Abbati, & successoribus prædictis, quam aliis personis præfati monasterii sub excommunicationis pœna tenore præsentium districtius inhibemus, ne mitram, vel baculum, aut annulum prædictos vendere, seu quovis modo alienare præsumant, sine sedis Apostolicæ licentia speciali, statuentes nihilominus, quod in reservationibus generalibus, vel specialibus per nos jam factis, vel in posterum per nos, vel successores nostros Romanos pontifices forsitan nostra, vel ipsorum dispositioni faciendis de quibusvis bonis mobilibus, quæ Abbates dicti monasterii

pro

pro tempore existentes tempore obitus eorum obtinerent, mitra, baculus, & annulus prædicti nullatenus includantur. Et insuper volumus, quod per quascumque reservationes hujusmodi dispositioni de quibusvis bonis quorumcumque Prælatorum, ecclesiarum, vel monasteriorum quorumlibet per nos hactenus factas, vel deinceps per nos, seu successores eosdem generaliter faciendas bona prædicti Andreæ Abbatis, vel successorum suorum Abbatum dicti monasterii, qui erunt pro tempore, nisi bona ipsa per nos, vel successores nostros prædictos nominatim, & specialiter reserventur nequaquam reservata intelligantur, dilectis Filiis Nuntiis dictæ Sedis, seu collectoribus, subcollectoribus fructuum, & bonorum cameræ apostolicæ debitorum, & quibusvis aliis officialibus ejusdem cameræ, qui sunt, & erunt pro tempore, sub excommunicationis pœna, quam eos, & eorum quemlibet, si secus egerint, incurrere volumus ipso facto districte præcipiendo mandantes, ne hujusmodi mitram, baculum, & annulum prætextu reservationum prædictarum recipere, vel de dicto Monasterio absportare, seu absportari facere præsumant, nec etiam de aliis bonis prædictis ad ipsum Andream Abbatem, & successores suos præfatos spectantibus contra voluntatem nostram, hujusmodi prætextu generalium reservationum prædictarum se aliquatinus intromittant, quod si secus actum fuerit in præmissis, id decernimus irritum, & inane: nulli ergo &c. Datum apud Montem Flasconem Nonas Maji, Pontificatus nostri anno octavo - - C. P. Gavaldani - - - Nic. - - - P. de Estionno - - - ℞. - - - Adest sigillum plumbeum pendens &c.

Aliique Monachi.

Morum probitatem quorundam Cassinatium quinque jurati testes oculati monachi asserunt coram Petro de Tartaris die 2. Februarii an. 1370., quorum primus Fr. Dominicus a sexaginta jam annis monachus hæc ait: *Item dixit quod Frater Petrus vetulus, Fr. Johannes Hospitalarius, Fr. Thomas de Sallis, Fr. Raynaldus, Fr. Andreas de Barlerio, Fr. Stephanus de Atino, Fr. Giffredus, Fr. Nicolaus Celestinus, Fr. Nicolaus Lentus, qui etiam honeste, & caste vixerunt, tum & semper fuerunt solliciti ad divina officia tum in plenaria observantia regulari vixerunt, sed communiter se gesserunt &c.* Eadem fatentur Fratres Thomas, Raynaldus, Nicolaus, & Johannes ex regesto I. Visitationum p. II. a t., & seqq. Ærumnæ cœnobii nostri hoc sæculo, duobusque sequentibus in caussa sunt, cur probi aliorum Monachorum mores nos lateant, vel uod nullus scriptis redegerit, vel quod forte scripta ipsa perierint.

VIII

VIRI HOC SÆCULO APUD CASSINATES

ERUDITIONE ILLUSTRES.

Nicolaus de Fractura.

Nicolaus de Fractura eruditum, piumque Commentarium in universam S. Benedicti Regulam concinnavit, quod in Bibliotheca nostra mss. extat Prologum ejus integrum dabimus, quo de ejus in hoc conscribendo intentione fontibusque, quibus est usus, constet: *Viris religiosissimis, & in monastica religione præcipuis Patribus in Christo reverendis Decano, & Sacro Conventui Cassinensi Frater Nicolaus . . . .*

Incipit proœmium super expositione regulæ S. Benedicti. Dies antiquos dum apud me ipsum intempestæ noctis silentio cogitarem, & annos scholasticos summa cum diligentia memoriter retinerem, deliberavi aliquid ad utilitatem legentium, & illorum potissime, qui Monachorum patris Benedicti regulam profitentur, & servant in remedium tamquam de fontibus Salvatoris producere, & productum per distinctos rivulos derivare, quo producto, & per expositiones non incongruas derivato, doctrina, & regula magistri nostri Benedicti SS.mi discretione præcipua, & sermone, & luculenta ut secundo Dialogorum magnus testatur Gregorius, luce clarius elucescat. Et quamvis Fratres in Christo hujusmodi per viros utique venerabiles, & scientiarum splendore quodammodo suo tempore singulares beatum sydorum videlicet Audoenum, Rabanum, Smaragdum, Ferredum, Paulum Diaconum . . . Patris nostri SS.mi regula ad literam exposita fuerit, & sanctarum scripturarum testimonio comprobata, ego tamen horum omnium ultimus; & tunc Monachorum Cassinensium minimus, secundum jura canonica, & civilia, in quibus etsi nondum profecisse, saltem studuisse me fateor, hanc eandem regulam dilucidare; prout & quantum, ex alto mihi permissum extitit, exponere acceptavi. Verum quia secundum apostolum, Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum nos habere cognoscimus, & a Patre luminum descendere non immerito profitemur. Si quæ in expositione hujus regulæ, quæ placeant forte habebitis, omnipotenti deo, qui linguas hominum disertas facere cum vult, eorumque labia non dedignatur cum expedit aperire, grates detis, & gratias, & laudes cum jubilo gratantius referatis, quoniam non nisi per ipsum, & in ipso facta sunt omnia, & quæ in Sacra scriptura profundis profluviis latitans referantur. Si quæ vero, alia in expositione hujus defectiva fortassis legeritis, vel quæ minus bene in auribus vestris sonare videritis, meæ imperitiæ imputetis, quorum compensatione a diligentibus lectoribus diligenter prohabita quod irreprahensibile est apud eos, deo tantum attribuant. Quod autem reprehensibile justo judicio judicaverint, meo defectui impingere non formident, super quibus omnibus, & singulis veniam a lectoribus, obmissis præambulis, postulo, & circa expositionem hujus limam correctionis exposco protestans tam humiliter, quam devote, quod sic ipsos correptores esse volo verborum meorum, sicut & ipsi correptores desiderant alios esse suorum. Considerantes, quod in lege, & evangelio continetur, quod quisque jubetur alii facere quod sibi vult fieri, & quod sibi fieri nolit inferre, alii prohibetur. Unde Christus in evangelio, Omnia quæcumque vultis ut faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. Hæc enim lex, & Propheta. Unde W. Quod tibi vis fieri mihi fac, quod non tibi, noli. Sic potes in terris vivere jure Poli. De Nicolao agit Wion lib. II. cap. 73. ligni Vitæ, & Martene in prologo ad Commentarium suum, ubi hæc ait: *Nicolaus de Fractura Arnoldo Wion dictus Nicolaus de S. Germano J. V. D. Monachus primum Cassinensis deinde Abbas monasterii S. Vincentii juxta Vulturnum anno domini 1299. scripsit expositionem satis perspicuam, & doctam secundum jura canonica, & civilia super Regulam S. P. N. Benedicti, ut testatur idem Ar-*

noldus. Codex, quo usi sumus ita desinit. Explicit expositio Regulæ S. Benedicti secundum Nicolaum Abbatem S. Vincentii Decretoram Doctorem, quam exposuit in monasterio Cassinensi sub anno domini 1299. *sub Abbate Gallardo, qui eo tempore monasterio Cassinensi præsidebat.*

Hic liber est scriptus exponens sibi Benedictus
Ut rosa flos florum, sic est liber iste librorum.

Verum an. 1299. lucubrationem suam cœpisse crediderimus, necdum enim an. 1301. illam perfecerat, ut hisce ejus verbis ad cap. 64. de ordinando Abbate constat: *Requisito igitur, ut dictum est, & præstito Electi assensu fiat decretum in hunc modum. In nomine Domini amen, anno incarnationis dominicæ millesimo trecentesimo primo mense Novembris die octava ejusdem mensis decima quinta Indictionis pontificatus domini Bonifacii PP. VIII. anno VII. Nos Frater talis Decanus, & Conventus monasterii Cassinensis Ordinis S. Benedicti ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis notum facimus, & testamar S. R. ecclesiæ Domino Bonifacio summo pontifici, &c.* Unus ex iis fuit Nicolaus, qui ne habitum Cœlestinorum assumeret, e monasterio Cassinensi discessit, deditque Bononiæ operam juri canonico, ut hisce ejus verbis ad cap. 55. liquet. *Alios vero, quos ad susceptionem habitus sui prædicti nequivit inducere,* (S. Celestinus V.) *de monasterio Cassinensi per Fratrem Angelerium Monachum Murronensem, quem ibi Abbatem instituit expelli voluit, mandavit, de quibus unum fateor me fuisse, qui cum nec terrore concuterer, nec blandimentis seducerer, petita demum licentia, & obtenta ab ipso domno Cœlestino, monasterium Cassinense, cum pluribus aliis meis sociis exiens, solus Bononiam petii, studiumque Juris Canonici ibi per nonnulla tempora frequentavi, &c.* Qua in facultate Doctor fuit, atque Abbas deinde S. Vincentii in Vulturno, ut constat initio synodi ab eo ad reformandos clericorum, laicorumque mores coactæ, quæ sic incipit: *Die vigesimo quarto mensis Septembris primæ indictionis Pontificatus domini Johannis papæ vicesimi secundi anno secundo apud monasterium S. Vincentii de Vulturno ordinis S. Benedicti ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis. Infrascripta capitula & constitutiones edita, & publicata sunt per domnum Nicolaum Abbatem monasterii supradicti Decretorum Doctorem super moribus vitæ, conversatione, & actibus clericorum, & laycorum Abbatiæ, & diœcesis ejusdem monasterii, & aliorum subditorum suorum omnium in melius reformandis.* Alibi hanc synodum dabimus.

Richardus a S. Angelo.

Richardus etiam a S. Angelo Præpositus primum S. Angeli de Valleluce, deinde S. Mariæ de Luco docto, potissimum ob frequentem canonum memoriam, Commentario Regulam S. Benedicti illustravit, quod in bibliotheca nostra ms. asservatur, Ejus hic tantum Prologum dabimus: *Reverendis in Christo patribus, & dominis Dominis Petro, & Landulpho S. Eustasii, & S. Angeli divina miseratione S. R. E. dignissimis diaconibus Cardinalibus præcipuis dominis, & benefactoribus suis. Frater Riccardus de S. Angelo Monachus Cassinensis, & præpositus monasterii Vallisclucis ejus cappellanus, & ubique devotus se ipsum cum recomanendatione. Quia omnis sapientia a domino deo est, omnis ratio superna scientiæ, sive terrenæ creatura ab eo procedit, qui est caput earum, & auctor. Ipsius igitur gloriosum nomen invocans, in eo principium mei fundamenti pono: supplicans, ut ipse qui dat affluenter, & non improperat, dignetur annuere, ut presenti opusculo, quod ad laudem nominis sui, SS̃mæ matris suæ, & re, & nomine beatissimi Benedicti, qui in mandatorum suorum semitis ambulantes benedicit, & dirigit, atque ad honorem vestrum, qui in dei ecclesia velut splendor firmamenti virtutum fulgetis positasque ad imitandas vias salutis in pacem, ejus estis successor effectus, qui profecto vagientibus cunabulis Religionis hærentibus fortitudinis manum non subtrahens in professionis agro cultoribus recollectionis fertilis spem propinat; reddat ingressum facilem, progressum faciat utilem, & concedat exitum salutarem. Ad quod compilandum ex dictis multorum potissime me ignaram induxit ignorantia aliquorum, qui regulam infrascriptam parum intelligere videbantur. Et sic ad allegandas excusationes in peccatis, regulam non servabant, ignorantiæ causam, licet frivolam prætendentes, & ideo prævigni, non filii almifici Benedicti in conspectu omnium habebantur, quamvis per alios peritissimos melius, & utilius per alium modum noscatur exposita. De quo videlicet SS̃mo Patre nostro beatissimo Benedicto exultare potest Angelica turba cælorum, quia summi victoria, & salutaris suæ passionis effectus in ipsius persona visibiliter reluxerunt, exultare debent in gloria Sancti, & in suis lætari cubilibus, & de tanta cæli concive, qui habitator dudum domus luteæ terrenum fundamentam habentis post carnem cum vitiis, mundam cum deliciis superatos, post habitum de hoste antiquo triumphum, corporis ergastulo resoluto, factus compatriota cælestium, cœlesti quiescit in patria, sydereas incolit mansiones. Exultet sancta mater ecclesia tantæ prolis fœcunditate jucunda, cujus meritis fidem catholicam supra firmam petram stabili firmitate firmatam, claris inspicit clarere prodigiis, & signis insignibus insigniri. Quibus fallaces hæreticorum fallacia in Abbatia Cassinensi cui præerat ipsorum perversitas nihilarunt. Judæorum confunditur obstinata protervia, inexcusabilis ignorantia Paganorum omni prorsus excusationis velamento fraudatur. Nursia civitas prorumpat in jubilum, & celebri memoria se viram produxisse meditetur angelicum, consortem gloriæ angelorum. Gaudeat, & exaltet monasterium Cassinense quod tantum meruit habere pastorem, qui ipsum vivus salutaribus instituit monitis, moriens favore meruit apud homines intercessionibus protegit apud Deum. Gaudens igitur, & exultans cum jucunditate commemorat se illum in terris habuisse patronum, cujus in cælo patrocinio communitur, plaudant, & jubilent profusis cuncti Christicolæ gaudiis, dum passiones hujus sæculi ad eternam considerant gloriam profecisse, ut temporalibus pœnis affecti, eternis gaudiis potiantur, dum mundi, mundanorumque contemptum ad hæreditatis eternæ participium convalescere intuentur, ut terrena spernentes superna participent, & fiant Christi domini cohæredes. Plaudant manibus Monachi Cassinenses, exultationis voce jubilent, puris affectibus exultent operum, jubilet vox psalmorum, piis plaudant manus operibus orationum devota tripudia, voces sonent, resonent cimbala bene sonantia labia cordi continua concors concrepet armonia. Eorum cor amet, lingua clamet, manus operetur instanter, læti diem agant lætitiæ,*

qui

qui talem meruerunt habere Ordinatorem regulæ, sub qua die, noctuque totis viribus debent pro Altissimo militare, & conservatorem salubrem animarum, & corporum observantium regulam infrascriptam. Idem beatissimus Benedictus in pueritia statu quasi stella matutina promicuit in medio nebulæ, dum in ipsa juvenilis ætatis ignorantia innocentia firmato vestigio, imitando vixit exemplo, & fractum capisterium jungendo miraculo resplenduit apud illos, qui secum ex fide morabantur. In prælationis gradu, quasi luna diebus suis plena resplenduit, potiora de virtutum crescentium meritis incrementa suscipiens, quam de aucta gloria dignitatis, & suis exigentibus meritis. Christus spiritum propheticum sibi dedit. Omnes cogitationes malas singulariter cogitanti revelans eundem increpando occulte, ut cogitata opere non compleret. Hic est ille, qui puritatem habens Angelicam mundana, sicut Apostoli fecerant, pauperibus erogavit, ut in cœlo omnia reservaret. Carnem suam macerandam in arctissima spelunca includens spinarum, & urticarum incendiis supponens, ut coronam martirum obtineret. Post felicem vero transitum de hac vita, quasi sol fulgens, sic ipse in templo dei refulsit, dum signis evidentibus, quasi radiantibus solis radiis coruscavit. Felix principium feliciori consumatum medio, felicissimo meruit fine concludi. Ejus vitæ talis exitus debebatur. Sic dedit ei largitor bonorum omnium operum præsentis curricula vitæ discurrere, ut mundo moriens ipsi Deo felicius vivere mereretur; Et monachos nigros, specialiter Cassinenses dimisit sua regula regulatos. Cassinensis enim ordo perlucidus, parvus fons crevit in fluvium, & in lucem, solemque conversus in aquas plurimas redundavit, qui a sui ortus exordio parvus, & humilis abiectione habitus, tenuitate substantia, humilitatis professione, ac numero professorum, sub fontis metaphora non indigne describitur; cui diversarum illi proprietatum conformitate conformis non immerito comparatur. Hic est enim fons hortorum irriguus cæteras rigans regiones, & ordines, ac in ipsos exemplis salutaribus scaturizans. Hic est fons amœnus varietate virtutum præclarus, munditia puritate, morum pietate conspicuus, & vita indeficiens sanctitate. Horum merito sic excrescere meruit, ut fontis nomen excedens fluvius censeatur, & hoc divina misericordia operatur meritis almifici Benedicti, cujus corpus requiescit ibidem. Qui volens Monachis perpetuam suam dare doctrinam, ut ad cœlestem patriam valerent citius pervenire, cœlesti spiritu regulam prædictam descripsit, ornatam cœlestibus floribus, in qua qualiter Monachi inferiores, & superiores secundum Deum vivere debeant, continetur. Circa expositionem tam sanctæ suæ institutionis, & regulæ, quæ longe, lateque diffusa per Orbem vivere religiose volentibus fercula salutaria porrigit: & eos per doctrinæ tam salubris propinamenta reficiens præceptis monere salubribus, & divinis informare commerciis non desistit. Cum tremore non modico mo diebus aliquibus deputavi. Sed istud onus assumpsi, licet tepide confisus de illo, qui res penitus desperatas, & impossibiles donare potest, & qui omnium gratiarum est mirabilis elargitor, & per quem aperta est lingua mutorum, & qui linguas infantium facit disertas. Hujus ergo robore confiderationis accinctus ariditatem meam ad indagandum fontem tantæ profunditatis excitavi, & in expositionem ejusdem non metacismi colorem fugi, nec barbarismi confusionem sprevi. Situs, motusque, etiam propositionem casus servare contempsi, quia indignum vehementer existimavi verba cœlestis oraculi regulis restringere Prisciani, & ipsam corrigendam benignitati vestræ transmitto, qui estis flores lucidissimi, scientiarum patres pacis amici, cujuslibet turbationis pacatores, charitatis patroni, justitiæ conservatores, malitiæ extirpatores, in potentia strenui, in strenuitate præclari, in claritate benigni, in benignitate sapientes, in sapientia providi & in prudentia estis humani: Supplicans, quatenus reverentiæ vestræ complaceat istud opus ex dictis aliorum gratia dei mecum collectum, per me subditum vestrum insufficientem, benigne suscipere more piorum patrum, & dominorum reverendorum, ut in sic correcta regula rudes proficiant, & scientes circa studium, & suos bonos mores sua posteriora faciant prioribus meliora dictum B. Gregorii attendentes: Magno solis radio sua opera illustrat, qui meliorum bona subtiliter pensat. Verum quia ad minus in posterum conservandum protestor, quod si aliqua præterivi, eadem aperta esse omnibus minime ignoravi, & quædam exponenda peritissimis reservavi, quia in hac regula SSmi patris nostri tot, & tanta sunt involuta misteria, quod nullus nisi per unctionem supernam edoctus ea sufficeret explicare. Unde cum doctus desuper non fuissem, imo me recognoscam, & recognoverim peccatorem, & minus doctum etiam in scientia positiva, mea modica scientia non fuit sufficiens ad prædicta. Quare nullus cum expositionem istam legerit, sive audierit, extimet hanc regulam sufficienter expositam, ne forte cum opus humanum extollerit, divinum extenuet sacramentum, & licet notum proverbium sit: Nil tam bene dictum, quin possit depravari: & ut B. meminit Hieronymus, qui multos scribit libros, multos sumit judices; tamen non statim detrahendo asserant esse nullam; attendentes illud Catonis: Corporis exigui vires contemnere noli. Et in jure etiam prohibetur, de falsitate judicari Instrumenta non visa; sed si sibi desuper fuerit melius revelatum fraterna charitate corrigat, & emendet quidquid corrigendum viderit, vel etiam emendandum. Et licet ego non sim prudens, tamen, uti legitur in proverbiis, Doctrina prudentum facilis debet esse. Ideoque quod difficilius posset haberi in glossis meis infrascriptis, declaro pro illis specialiter, qui jura canonica, & civilia ignorare noscuntur. In primis ubi invenerint ff. dicant digestis, ubi invenerint magnum C. dicant codice; ubi invenerint Insti, dicant Institutα; ubi invenerint Aũt. dicant Autentica; ubi invenerint parvum C, dicant capitulum, ubi invenerint D, dicant distinctionem, ubi invenerint con., dicant consecrationem; ubi invenerint E. dicant eodem, vel eadem, ubi invenerint p. dicant pœnitentiam: ubi invenerint ar. dicant argumentum; ubi invenerint q. dicant questionem, ubi invenerint duo ii, intelligant sicut jacent, ubi invenerint l. dicant lege: ubi invenerint §. dicant Paragrafo, & sic legent de facili glosas ipsas. Præterea antequam ad expositionem procedam, est videndum, quare vocatur Benedictus. Quæ fuit intentio ipsius; quæ materia; quæ utilitas; cui parti Philosophiæ supponatur; quis modus agendi; quis libri titulus; & quare in isto principio non ponitur titulus, sicut in aliis capitulis ipsius. Benedictus vocatur, vel quia mul-

multos benedixit, vel multas benedictiones recepit, aut multa bona dixit, Intentio sua fuit, cum diversa essent genera Monachorum, aliis dimissis generibus disponere, seu ordinare vitam cœnobitarum. Materia hujus libri est, ipsa capitula pro titulis singulis collocata. Utilitas istius libri est, quod lectis quæ continentur in eo, & ad effectum deductis, ad cœlestem auxiliante Domino, patriam pervenitur. Supponitur ethicæ idest morali scientiæ, sicut & cæteri libri juris. Unde dicit Imperator, legibus nostris mores intendimus corrigere. Modus agendi talis est. Dividitur opus suum in septuaginta tria capitula, in aliquo ipsorum certum quid statuendo, in aliquo prohibendo, & in aliquo instruendo. Titulus hujus libri est, cum dicit: Incipit Regula B. Benedicti. In isto principio non apponitur Titulus, seu Rubrica, sicut in aliis Capitulis, quia ibi de illo agitur, qui est omnium principium, idest de Christo qui non habet principium, unde titulo caret, ne titulus præscriptus libri caput, & initium videretur, & sic habes locum hic quod aliàs dicitur in persona dei; in capite libri scriptum est de me.

Emendi-tur Placidus, & Martene.

Fallitur Placidus Romanus in supplemento ad Petrum Diaconum de viris illustribus, cum eoque Johannes Baptista Marus in notis ad primum ejus caput, cum commentarium hoc Richardo Abbati Cassinensi, & Cardinali S. Cyriaci tribuunt, iterumque labitur Marus Richardum nostrum cum Richardo Annibaldense de Molaria Archidiacono S. Angeli confundens, qui a Gregorio IX. creatus est Cardinalis. At omnium maxime hallucinatur Martene, cum in prologo ad Commentarium suum hæc ait: *Tres Richardos de S. Angelo Regulæ nostræ Commentatores reperio. Unum Cassinensem Abbatem, teste Placido Cassinensi Monacho in supplemento Virorum illustrium sui monasterii, qui an. 1240. a Gregorio IX. creatus est Cardinalis. Alterum Monachum Cassinensem, & postea tempore Cœlestini Papæ V. Abbatem S. Justinæ de Padua, cujus opus laudat aliquando Paulus Augustinus a Janua. Tertium Monachum item Cassinensem, & Præpositum Vallislucis, ac cappellanum Landulfi S. Angeli Diaconi Cardinalis, cui etiam librum suum dedicavit. Duorum priorum lucubrationes mihi percurrere non licuit, sed tantum tertii in cujus commentario intacta aliquot capita tanquam omnibus nota, aut a peritioribus exponenda, uti se ipse explicat, reperi, scilicet ab octavo ad decimum nonum.* Unus quippe dumtaxat fuit Richardus a S. Angelo Abbas S. Justinæ factus a Cœlestino V., ut ipse testatur ad caput 23. hisce verbis: *Et ego fui unus de revocatis* (a Bonifacio VIII.) *qui fueram effectus Abbas monasterii S. Justinæ de Padua*, atque integrum in omnia Regulæ S. Benedicti capita commentarium edidit.

Urbanus V., teste Oldoino in Additionibus ad Ciacconium scripsit; *Orationem de Expeditione Terræ Sanctæ ad Johannem Regem habitam: De oratione Commentaria Egregia: Versus de Agno Dei; Extat MS. in Vaticano, & Patavi in Museo Benedicti Silvatici epistolarum volumen.* Cassinatibus Urbanum ob allatas jam caussas tribuimus.

Guillelmus de Suessa.

In instrumento, quo Petrus de Tartaris ecclesiam S. Martini ad Judaicam Capuæ an. 1380. die 30. Aprilis confert Angelo Andreæ a Fundis, hæc leguntur: *Quocirca dilecto in Christo Fratri Guilielmo de Suessa licentiato in Decretis Monacho Cassinensi Proposito supradicti monasterii nostri S. Angeli in Formis de Capua committimus &c.* Quinam alii apud nos docti vixerint monachi, incompertum allatis de caussis.

Petrus Abbas.

Doctus certe fuerit Petrus Abbas necesse est, cujus opera in visitandis, reformandisque ecclesiis, aliisque gravissimis peragendis rebus usi sunt Urbanus V., & VI. regesque Neapolitani Carolus III., & Ladislaus, atque ex ejus regestis satis liquet, cum potissimum Abbates omnes Cassinenses, ut ex Richardo in commentario ad caput 66. S. Regulæ dictum, examini antequam dignitatem inirent, subjicerentur, quemadmodum modo fit quantum ad episcopos.

IX.

VIRI HOC SÆCULO DIGNITATE ILLUSTRES.

Angelus, & Johannes.

PRæter Angelum secundum Cassinensem episcopum quia Monachus ejusdem cœnobii fuit nullum alium invenimus dignitate illustrem, præter unum Johannem de Comina Nobilem Teatinum ejusdem Urbis episcopum inauguratum ab Urbano VI. an. 1378. de quo hæc ait Ughellius To. VI. in descriptione episcoporum Teatin. nu. 44. *Johannes de Comina nobilis civis Teatinus, Monachus S. Benedicti expresse professus Abbas S. Liberatoris de Majella ejusdem ordinis successit immediate Eleazario inter Cardinales relato ad hanc dignitatem vocatus ab Urbano VI. anno 1378., ut ex lib. oblig. Bonifacii IX. habetur. Jam inauguratus erat die 19. Martii 1379., & sequenti anno Commissarius apostolicus declaratus in Aquilana diœcesi ab eodem Urbano, ut indicat liber de diversis formis ejusdem Pontificis. Varia fortuna hanc rexit ecclesiam, sæviente tunc schismate inter Urbanum, & Clementem VII. Carolo III. valde charus fuit favore, & auxilio sectatores Pseudopontificis a Teatina ecclesia exulare coegit. Coluit summo amicitiæ vinculo innodatus Neapoleonem Ursinum egregium Comitem Manopelli regni Siciliæ magnum Logothetam, ejusque testamento an. 1385. die 3. Junii testis fuit, & executor cum Fratre Amplo episcopo Legoricense, Agnete Sanseverina Comitissa uxore, & Leone Jordano filio suo. Johannes vero episcopus noster, ut charta loquuntur, & lib. Provis. Prælat. habet: pervenit ad an. 1396., quo apud suam ecclesiam mortalitatem exuit.*

Franciscus.

Fr. Franciscus Monachus Cassinensis creatus est Abbas S. Salvatoris de Monte Capraro prope oppidum Formiculæ, ut hisce literis constat Angeli episcopi in ejus Regesto p. 14. Angelus &c. *religioso viro Fratri Francisco de S. Germano Monacho Cassinensi Abbati monasterii S. Salvatoris de monte Caprario prope Formiculam salutem, &c. Exigunt &c. Vacante itaque dicto monasterio per obitum ultimi rectoris, & Abbatis ipsius ad repræsentationem viri magnifici D. Roberti Comitis Squillacen. regni Siciliæ Admirati, & nostram confirmationem, & institutionem spectante, ipsoque D. Roberto te nobis ad Abbatiam dicti monasterii repræsentante per suas litteras*

specia-

speciales. Nos ad ipsius domini Comitis Antirati regii repraesentationem hujusmodi nobis factam, te confirmamus, & instituimus in Abbatem, & rectorem monasterii S. Salvatoris praedicti, & illam Abbatiam tibi conferimus cum omnibus juribus, & pertinentiis suis: investientes, &c. & mandantes tenore praesentium sub poena excommunicationis omnibus, & singulis vassallis dicti monasterii, quod te benigne, & reverenter, & devote recipiant, & tibi obediant ut tenentur, eisque, ac censualibus, & debitoribus, Stalleriis, pensionariis, & laboratoribus terrarum ipsius, quod tibi, de omnibus in quibus Monasterio tenentur de caetero satisfaciant, & respondeant cum effectu, concedentes tibi auctoritatem &c. contradictores, & rebelles per censuram ecclesiasticam, & poenam temporalem etiam compescendi. Nullibi hujus monasterii S. Salvatoris mentio.

Guillelmus III.

Teatinae urbis episcopus etiam fuit Guillielmus III. Caput ferreus ex oppido S. Victoris Cassinatibus subdito, teste Ughellio cit. loco nu. 40. hisce verbis. *Guillelmus III. Capoferreus de S. Victore nuncupatus oppido Cassinensis dioecesis ex thesaurarie ecclesiae Turonensis in Gallia, & Papae Notario, creatus est episcopus Teatinus ab eodem Benedicto XII. an. 1340. XVI. Kal. Aprilis; ita in reg. Vatic. epist. 35. ann. 6. Generalem suum creavit Vicarium Petrum Capoferreum de S. Victore nepotem suum canonicum Teatinum. Memoratur in regio Reg. an. 1343. regius Consiliarius, & familiaris. Hic an. 1349. diris devovit, & haereticum publice declaravit Franciscum de Turre civem Teatinum, ejusque Vassallum, qui bona ecclesiae Theatinae nequiter diripuerat, & magna ex parte destruxerat, multosque clericos, & laicos ejusdem ecclesiae fideles, & Vassallos crudeliter occiderat, quin & ipsum Guillelmum Episcopum per plures annos a civitate suaque Ecclesia exulare coegerat; quam ob rem Clemens VI. commisit Neapolitano Archiepiscopo, ut in Franciscum animadverteret, qui diligenti informatione ductus, in eundem rebellem pontificia auctoritate excommunicationis, ac bonorum privationis sententiam tulit; anno 1352. Guillelmus hac mortali vita discessit; &c.*

Thomas de Perleonibus.

Thomas de Perleonibus Romanus, & canonicus ecclesiae collegiatae S. Germani, atque camerae apostolicae clericus electus est a Bonifacio IX. an. 1390. episcopus Asculanus, deinde an. 1391. ad Aesinum episcopatum translatus, demum renunciato episcopatu Monachus Ordinis nostri evasit in monasterio S. Laurentii extra muros urbis, ut refert Ughellius To. I. in descriptione episcoporum Asculi nu. 48. & Aesii nu. 21. Factus Thomas Canonicus S. Germani fuerat a Petro de Tartaris, ut hisce literis ex ejus regesto p. 135. constat. *Fr. Petrus &c. dilecto nobis in Christo D. Thomae de Perleonibus de urbe licentiato in Decretis clerico in sacris ordinibus constituto salutem in domino. Laudabilia probitatis, & virtutum merita, donaque scientiae, nec non grata, & accepta servitia, quae nobis, & dicto Cassinensi monasterio impendisti hactenus, &c. Cum itaque Canonicatus, & praebenda ecclesiae S. Germani de S. Germano nobis pleno jure spectantes, aliaque ecclesiastica beneficia, & insuper terrae, & possessiones assignari consueta clericis, per praedecessores nostros in beneficium ecclesiasticum vacent, & vacare noscantur ad praesens per obitum q. Dopni Nicolay Mercurii de S. Germano, qui sicut Altissimo placuit, diem suum clausit extremum, Nos &c. dictos Canonicatum, beneficia ecclesiastica &c. cum omnibus, & singulis Juribus, & pertinentiis suis, tibi, in perpetuum beneficium conferimus more solito, & de illis etiam providemus. Investientes te in nostri praesentia constitutum per annuli nostri traditionem praesentialiter de eisdem; &c. Datum Romae in domibus nostrae residentiae, die xxiii. mensis Aprilis primae indictionis Pontificatus SS. in Christo patris, & domini nostri D. Urbani divina providente clementia papae VI. anno primo.* Et Archidiaconus ejusdem ecclesiae, ut ex hisce literis in eodem regesto p. 259. a t. *Frater Petrus de Tartaris de Urbe dei, & apostolicae sedis gratia Abbas Sacri monasterii Cassinensis Ordinis S. Benedicti quod nullius dioecesis existit, ac & regni Siciliae cancellarius, dilecto nobis in Christo Jacobo nato viri nobilis Cicci de Piscionibus de urbe clerico Canonico ecclesiae S. Germani de S. Germano terrae nostri Monasterii supradicti in spiritualibus, & temporalibus subjectae salutem in domino, &c. Cum itaque Canonicatus, & praebenda dictae ecclesiae S. Germani de S. Germano, ex eo vacet, quem venerabilis vir D. Thomas de Perleonibus de Urbe licentiatus in Decretis a nobis canonice obtinens per promotionem ipsius ad Archidiaconatum dictae ecclesiae collegiatae, & acceptationem ipsius, ac adeptionem pacificae possessionis illius, qui Canonicatum ipsum in Ecclesia praedicta in beneficium ecclesiasticum obtinebat. Nos &c. ac omnibus juribus, & pertinentiis suis tibi conferimus, & de illis etiam providemus, investientes te in nostri praesentia constitutum per annuli nostri traditionem praesentialiter de eisdem &c. Datum in nostro sacro monasterio Cassinensi sub nostro pontificali sigillo, quo jussimus appensione muniri, & subscriptione propria manus. Die vicesimo quarto mensis Octobris quartedecima indictionis, pontificatus SS. in Christo patris, & D. D. Bonifacii divina providentia papae noni anno primo, millesimo CCC. LXXXX.* Hinc vero suspicamur, haud potuisse Thomam mense Octobris episcopum Asculanum evadere. Vicarius etiam generalis dioecesis Cassinensis fuit, ut ex pluribus ejusdem regesti locis patet. Magna certe laus coenobio nostro accedit, quod tales viros sibi tot titulis addictos habuerit.

Antonius de Archionibus.

Antonios de Archionibus primum Aquini episcopos, deinde Asculi, & Aretii, a Bonifacio IX. Vicarius in spiritualibus, & temporalibus Urbis Romae creatus est, quo in munere, ut permaneret, jussit Innocentius VII. qui Cardinalatu eum quoque donavit tituli S. Petri ad vincula, ut fusius Ughellius To. I. in Descrip. Episcop. Asculi nu. 47. hisce verbis. *Antonius Archeonius Romanus, Aquinas primum episcopus fuit, postea Asculanus an. 1386. Hic ad Clericorum, laicorumque mores reformandos sanctiores promulgavit leges an. 1388. Asculanam urbem ecclesiastico ligavit interdicto, eo quia cives castrum crucis, quod pleno jure ad episcopatum spectabat, violenter occuparant. An. vero 1390. ad Aretinam ecclesiam translatus est a Bonifacio IX. quam brevissima mora tenuit: cum enim Angelus Ricasolus episcopus Faventinus a republica Florentina ad ecclesiam Aretinam fuisset postulatus, Antonius aliquandiu orbatus ecclesia mansit, donec Benedicto, qui eidem successerat ad Castellanetensem translato an. 1399. iterumque ad Asculanam ecclesiam Antonius rediit eodem an. 1399. Oddoni Francisci Fulvii* de

de Archeonibus Romano Domicello affini suo multa latifundia, terrasque episcopatui Asculano indulsit, ut ex beneplacito Bonifacii IX. Romani pontificis perspicue colligitur, arguiturque, jam tunc Archeoneam Romanam gentem nobilissimam fuisse, atque opibus, virisque insignibus fœtam, Antonius autem cum precipua doctrina prærogativa præstaret, a Bonifacio IX. electus Romæ Vicarius est tam in spiritualibus, quam in temporalibus. Cui sane trepido oneri cum pares humeros attulisset etiam sub pontificatu VII. Innocentii ab eodem pontifice in gratiam Populi Romani purpuratus Senator adlectus est anno 1405. sub titulo S. Petri ad vincula, tametsi ea gratulatio Populi Romani brevi effluxeris. Decessit enim eodem anno, tumulatusque est apud S. Mariam Majorem prope Præsepe Domini, ubi in marmoreo lapide hæc carmina incisa leguntur.

Quem pia Romuleo genuit natura favori
Tegmine Cardineo dedit hoc, Antonius Artus
Huic apice evecto, sacrique ad vincula Petri
Semper ..... us Urbis solamen Amicum
Lumina ut extinxit, terra germana profundo,
Spiritus Hospitium mundi melioris adivit
Anno Domini MCCCCV. *mensis Julii die xxvj.*
Obiit Antonius Cardinalis de Archeonibus.

Atque in descriptione episcopatus Aquini num. 28. eum appellat Antonium Archeonium Romanum filium Cecchi, & q. Fulci &c. Eum Petrus de Tartaris Archipresbyterum, seu Vicarium perpetuum ecclesiæ S. Germani constituit, ut hisce literis constat ex ejus regesto p. 6. a t. *Frater Petrus de Tartaris dei gratia Abbas Sacri monasterii Cassinensis. Nobili, ac venerabili viro D. Antonio Ciecchi D. Fulci de Archionibus de Urbe juris canonici perito Vicario Cassinensi salutem in domino. Nobilitate generis cum meritis tuæ probitatis in vera consideratione deductis, attendentesque grata servitia per te præstita nobis, & monasterio Cassinensi, & quæ laudabili continuatione præstare non cessas, sperantes, quod in suprascripta ecclesia S. Germani de S. Germano debita debeat suscipere incrementa, Vicariatum ecclesiæ nostræ S. Germani vacantem ad præsens per spontaneam renunciationem dompni Frederici olim perpetui Vicarii dictæ ecclesiæ S. Germani in manibus nostris factam, & a nobis acceptatam, tibi pleno jure conferimus, & de speciali gratia de illo etiam providemus, teque Vicarium perpetuum dictæ ecclesiæ S. Germani cum juribus, honoribus, oneribus, & muneribus consuetis tenore presentium facimus, statuimus, & etiam ordinamus. Instituentes te Vicarium perpetuum ecclesiæ memoratæ, & te de Vicariatu præfato coram nostra presentia constitutum, per nostrum anulum præsentialiter investimus, & ut ipsius Vicariatus possessionem facilius assequaris, tenore præsentium committimus, & mandamus Archidiacono, & . . Primicerio ejusdem ecclesiæ, & cuilibet ipsorum in solidum, quatenus te, vel procuratorem tuum in possessionem dicti Vicariatus corporalem inducant, & defendant inductum, tibique faciant de omnibus, & singulis fructibus, redditibus, & proventibus ad dictum Vicariatum spectantibus effectualiter responderi, &c. Datum in domibus residentiæ nostræ, apud S. Petrum in monasterio sub anno domini millesimo CCC LXXIV. ind. xiii. mense Septembris die xxiii.* Ex pluribus ejusdem regesti locis potissimum p. 227. constat Vicarium etiam Cassinensem fuisse una cum D. Thoma de Perleonibus. Agit de Antonio Ciacconius cum Oldoino in vita Innocentii VII. nu. 7.

X.

NOSOCOMIA HOC SÆCULO IN DIOECESI CASSINENSI ERECTA.

Nosocomium apud S. Germanum.

ANno 1357. domna Gemma relicta nobilis judicis Tancredi Sangermanensis, condito testamento, inter alia, quæ pie legaverat, jussit, ut nosocomium in urbe S. Germani construeretur. *Ad recollectionem, & hospitalitatem, receptionem, & subventionem pauperum & aliorum ægrotorum, et infirmorum egentium*, pluribusque illud latifundiis ditavit ea lege, ut Vicarius perpetuus, seu Archipresbyter ecclesiæ S. Germani Archidiaconus, & Primicerii illud administrarent, ejusque rectorem eligerent: quod si negligentes ea in re fuissent, jure patronatus, administrationeque caderent, quæ ad Capitulum cœnobii Cassinensis devolveretur. En integrum illius testamentum.

Ex originali in Archivo.

In nomine domini nostri Jesu Christi anno incarnationis ejus millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo &c. mense Januarii, die ultimo ejusdem mensis decimæ indictionis. Presenti scripto publico fatemur, atque testamur nos magister Marcus Pard judex, & advocatus Cassinensis, & civitatis S. Germani, magister Angelus Ventorini civitatis S. Germani, & aliarum terrarum, & locorum ecclesiæ Cassinensis ad causas, & ad contractus judex, Stephanus de Faczano publicus dictæ civitatis S. Germani, & totius diœcesis Cassinensis notarius, & subscripti testes ad hoc specialiter vocati, & rogati, judex Nicolaus judicis Christofori de Plumbarolo &c. quod domina Gemma relicta quondam judicis Tancredi de Posis, de S. Germano, sana corpore, & mente, nolens decedere intestata, sed volens, & affectans saluti suæ animæ providere, ut suorum consequatur veniam delictorum, ac peccatorum, & tam propinquis suis, quam exteris de bonis suis omnis materia litigandi, & scandali auferretur, cum consensu, & authoritate Ludovici judicis, Tancredi de Posis de S. Germano prævigni, & Mundualdi sui, & cum consensu, & authoritate notarii Germani Giczii de S. Germano Mundualdi ipsius sibi dati per nos judices supradictos, cum aliqua ratione, vel causa idem Ludovicus legitimus Mundualdus ipsius esse non posset dicta domina volente, & petente sub quorum, vel cujus mundio et potestate se esse recognovit, & dixit, bona sua spontanea, & libera voluntate recteque loquendo, in nostrum qui supra judicum notarii, & testium præsentia fecit, instituit, & ordinavit hoc suum ultimum testamentum, & hanc suam ultimam voluntatem. In primis confessa fuit dicta domina Gemma, se olim dedisse de bonis ipsius dominæ Gemmæ quondam D. Jacobæ uxori Nicolai domini Andreæ de Plumbarola per diversas vices, & tempora, certam quantitatem auri, & argenti laboratorum pernas, pannos, & alias res mobiles, valoris unciarum auri decem, & plus. Item, & terram unam situm in territorio Pedismontis, ubi dicitur Arcesana juxta terram monasterii monialium Plumbarolæ, juxta terram heredum q. Landulfi Mallectii quantum ad usufructum ipsius

Adhuc vigebant leges & ritus Longobardorum.

Cœnobii Monialium S. Scholasticæ.

ter-

terra, in vita prædicta D. Gemma in quibus rebus mobilibus in usufructu dicta terra, ipsa D. Gemma, cum auctoritate qua supra hæredem sibi instituit Gemmam filiam dicta qu. D. Jacoba &c. Item in terris, quas habet in territorio castri Terami, & in Vassallis, quos habet in dicto castro Terami eadem domina, quas terras duas, & uncias tres bonorum mobilium, & terras sitas in territorio Terami cum ipsius vasallis jure hæreditario eidem Gemma reliquit cum tali conditione, & pacto, quod si dicta Gemma mori contingerit, infra ætatem legitimam, bona prædicta sint, & esse debeant infrascriptorum, prout inferius annotat., videlicet medietas pro indiviso ipsorum bonorum stabilium sitorum in territorio Plumbarola, sit ecclesia S. Benedicti, & reliqua medietas pro indiviso ipsorum bonorum, sit ecclesia S. Germani, ita tamen, quod vendantur ipsa terra per distributores hujus sui testamenti, & pretium inde recipiendum, pro reparatione ipsarum ecclesiarum assignetur eisdem per medium pro æquali portione, & bona ipsa existentia in territorio dicti castri Terami cum dictis Vassallis sint, & esse debeant majoris ecclesia dicti castri Terami ita tamen, quod Clerici dicti castri teneantur facere Anniversarium pro Anima sua, & q. patris sui, & cum tali conditione, & pacto in prædictis omnibus hæredem sibi instituit dicta D. Gemma eandem Gemmam etc. Item ad recollectionem, et hospitalitatem, receptionem, et subventionem pauperum, et aliorum ægrotorum, & infirmorum egentium ordinavit, reliquit, & legavit dicta domina Gemma cum authoritate qua supra, cum pactis, & conditionibus infrascriptis, quasdam domos, casalena, & hortum contiguas, & conjunctas cum lectis, & aliis mobilibus existentibus in eisdem sitas in civitate S. Germani prope ecclesiam S. Mariæ Quinque Turrium, juxta viam publicam a duabus partibus &c.

Item possessiones, & terras infrascriptas &c. Item furnum unum cum domibus conjunctis eidem, situm in civitate S. Germani prope ecclesiam S. Mariæ Quinque Turrium, juxta ecclesiam S. Esdra juxta casalenum Oddonis feraymon, quarum domorum, terrarum, & aliarum possessionum, lectorum, & aliarum rerum mobilium curam, & administrationem, ac jus patronatus dicti hospitalis, ac ipsarum terrarum domorum, & aliarum possessionum, & rerum mobilium reliquit, legavit, dedit, & cessit dicta domina Gemma cum authoritate qua supra, perpetuo Vicario S. Germani Archidiacono, & Primicerii S. Germani licet absentibus, tamquam præsentibus, tam præsentibus, quam etiam futuris pro dictis pauperibus, & infirmis recolligendis, & ministrando eisdem, cum potestate creandi, ordinandi, & instituendi quemcumque probum, & fidelem virum pro Hospitalario, ut eis videbitur eligendum ad gubernandum, manutenendum bona prædicta, & administrandum pauperibus, & infirmis existentibus in hospitali prædicto cum conditionibus, & pactis infrascriptis; & si prædicti Vicarius, & Archidiaconus essent absentes a civitate S. Germani, quod ipsi Primicerii in absentia eorum possint creare, ordinare, & instituere prædictum Hospitalarium ad omnia, & singula supradicta, quoties opus fuerit, & ubi decederet, vel se absentaret ipse ordinatus, Primicerii ipsi infra duos menses immediate sequentes post ejus absentiam debeant alium ad dicta servitia ordinare una cum dictis Vicario, & Archidiacono, ut est expressum, & ubi infra ipsum tempus in plena concordia non ordinarent dictum Hospitalarium, voluit eadem domina Gemma cum authoritate qua supra, quod juspatronatus, & dicta administratio ad capitulum ecclesiæ Cassinen. devolvatur, ut supra distinguitur, & pro reparando, & manutenendo ipsas domos, & lectos duodecim, & plures si possibile erit & alia necessaria faciendi in eisdem, ac subveniendi infirmis existentibus in ipsis domibus quicumque fuerit ordinatus, & electus per prædictos ad custodiam, & servitia prædictorum, & ad receptionem fructuum, & bonorum prædictorum, quod licitum sit sibi pro labore, & expensis suis habere tertiam partem fructuum bonorum omnium prædictorum, donec bene custodire voluit, ut est dictum, aliam tertiam partem fructuum ipsorum bonorum convertendo in subventionem ægrotorum, & infirmorum egentium existentium ibidem, & aliam tertiam partem fructuum dictorum bonorum convertendi in reparationem domorum, lectorum prædictorum, & in emptionem necessariorum ipsarum domorum, & lectorum. Item voluit, & mandavit dicta D. Gemma cum authoritate qua supra, quod quandocumque aliquis, vel aliqua se disponeret fieri, & construi facere in dictis domibus, & casalenis monasterium monialium, ita quod esset factibile, & posset ipsum Monasterium effectum mancipari, quod ipsa bona omnia prædistincta sint, & esse debeant dicti Monasterii Monialium, & ex nunc prout ex tunc reliquit, & legavit prædicta bona omnia dicto Monasterio Monialium cum omnibus juribus, conditionibus, & pertinentiis suis, non obstante ordinatione prædicta &c.

Item reliquit pro anniversario faciendo pro anima sua, & quondam judicis Tancredi de Posis olim viri sui Capitulo S. Germani terram unam sitam in territorio S. Elia &c. Item reliquit pro reparatione ecclesiæ S. Francisci de S. Germano untias duas in carolenis argenti, dantis cum reparabitur. Item reliquit pro construenda, & reparanda cappella S. Catharinæ de Villa Pedismontis uncias duas. Item reliquit clericis officium facientibus in dicta cappella unum Olivetum, situm in Villa Pedismontis, ubi dicitur S. Janni della grotta &c. Item medietatem pro indiviso unius querqueti, siti in territorio castri Coeli &c. quod executis legatis, & contentis in præsenti testamento, omnia bona, & singula, tam stabilia, quam mobilia, seseque moventia ipsius dominæ Gemmæ ubicumque, & in quibuscumque consistentia, quæ superabunt, infrascripti distributores capiant, exigant, & vendant pretio quo poterant meliori, & cauthelam faciant emptoribus ipsorum bonorum, juxta ipsorum emptorum consilium sapientum, & pecunia inde recipienda convertatur ad pias causas in operibus pietatis, & misericordiæ, statim vero, post mortem ipsius. Hujus autem sui ultimi Testamenti, & suæ ultimæ voluntatis distributores, & executores, reliquit, esse voluit, & ordinavit dicta D. Gemma cum authoritate qua supra Abbatem Benedictum D. Petri de Plumbarola Archipresbyterum castri Plumbarolæ, Primicerium Christophorum de Mercurio, Primicerium Petrum Bär., magistrum Nicolaum Ventorini, & magistrum Angelum Ventorini de Sancto Germano &c.

✠ Ego qui supra Marcus Para judex, et advocatus Cassinensis interfui, et subscripsi, † Ego qui supra magister Angelus Ventorini civitatis S. Germani,

ni, et omnium terrarum, et locorum ecclesiæ Cassinensis ad contractus, et causas judex subscripsi etc.

Aut vero Archipresbyteri, Archidiaconi, & Primiceriorum in eligendo rectore negligentia, aut quod sponte jurispatronatus administrationi renunciaverint, illud certo constat, rectorem nosocomii, ejusque procuratores semper ab Abbate Cassinensi constitutos, qui computa, nominaque redditurum examinaverit, illudque visitaverit decretis editis pro recto ejusdem in temporalibus, ac spiritualibus regimine.

Et quidem Henricus Thomacellus Abbas an. 1409. rectorem hujus nosocomii, quod S. Mariæ quinque turrium ob vicinam vetustissimam ejus nominis ecclesiam vocabant, constituit, die 2. Junii Pippum de Neapoli S. Germani incolam, ut ex litteris in ejus regesto I. p. 374. & an. 1412. elegit Bacchum Toppetta Sangermanensem, ut ex cit. reg. p. 11. Sæculo XVI. ineunte, audaculi quidam clam omnes lapidem cum regiis insignis ante nosocomii fores posuere, quo juris illud regii esse obtenderent, ac proinde ab Ordinarii potestate exemtum. Ostendere Cassinates fundatum nosocomium a domna Gemma, omnimodamque jurisdictionem ab Abbate nostro in eo semper administratam; diris quoque ab Abbate devotis illis, qui hujusmodi possessione Cassinates turbaverant contra piissimorum, justissimorumque regum Austriacorum mentem. Numquam enim reges nostri jus ullum in eo sibi vindicavere, cum illud in ecclesiarum, nosocomiorumque albo non recensuerit, quæ reges fundaverint vel ad se pertinere sciant; ut hoc monumento constat. *Si fa Fede da me sottoscritto ordinario maestro d' Atti della Corte di monsignor Cappellano maggiore di S. Maestà in questo regno etc. Come perquisito il regesto delle Chiese, e beneficii regii non appare, che l'ospedale di S. Germano se ritrovi registrato in detto regesto delle Chiese, e beneficii regii come da quello appare, allo quale etc. Et in Fede etc. Napoli 4. Settembre 1699. Leonardus de Aloysio Actorum Magister etc.* Cumque in testamento illud legatur: *Item voluit, et mandavit dicta D. Gemma, quod quandocumque aliquis, vel aliqua se disponeret fieri, et construi facere in dictis domibus, et Casalenis monasterium Monialium etc.* quod ipsa bona prædistincta sint, & esse debeant dicti monasterii Monialium.

Hinc plures probatissimis moribus Sangermanenses potissimum canonicus D. Franciscus Spalieri dei gloriæ, urbisque utilitati consulturi monasterium Capuccinarum sub regula S. patris Francisci debitis cum facultatibus erexere promovente cum primis D. Bernardo Maria Piazzono magnæ probitatis Monacho Cassinate, ac noviciorum magistro, ut sequentibus sæculis dicemus.

In S. Elia.

Thomasia etiam relicta judicis Petri de Notario Johannæ a S. Elia nosocomium in eo oppido construxit, reservato sibi, hæredibusque suis jurepatronatu, illudque ecclesiæ S. Mariæ novæ subdidit, ut ex litteris constat episcopi Angeli in ejus regesto, pag. 17. a t.

In Valle-rotunda.

Maria relicta Petri Fungarii ex oppido Vallisrotundæ nosocomium construxit, illudque ecclesiæ S. Mariæ ejusdem oppidi subdidit, ut ex Angeli episcopi literis patet in ejus regesto loc. cit.

Barrea.

In oppido Barreæ nosocomium ædificandum curavit vir nobilis Petrus de Aversa, concedente Angelo II. episcopo hisce litteris ex ejus regesto p. 37. *Frater Angelus dei, et apostolica sedis gratia episcopus Cassinensis viro nobili, et egregio D. Petro de Aversa militi amico suo salutem in domino. Pro parte vestra nobis oblata petitio continebat, quod vos disposueratis, et disponitis in obsequium dei, pro remissione peccatorum vestrorum, pauperum indigentium mendicantium, et infirmorum suffragium, construi facere quoddam hospitale, sub vocabulo Beati Antonii in castro Vallisregia unitum, et immediate subiectum monasterio nostro S. Angeli de Valleregia in eadem expositione, petitione subjuncta, ut dignaremur fundationi, et constructioni dicti hospitalis nostram vobis præbere licentiam pariter, et adsensum. Nos vero piis vestris supplicationibus inclinati maxime quia pium, et caritatis opus intenditis operari, et ex animi caritate procedit fundandi dictum hospitale, et construendi, ac construi faciendi, prout melius vobis dominus concessit facultatem in loco prædicto, in executione dicti operis caritatis, vobis harum serie concedimus potestatem, ita tamen, ut omni anno in festo S. Angeli prædicti, dictum hospitale teneatur reddere dicto monasterio S. Angeli in signum recognitionis dominii grana duo. In cujus rei testimonium, et vestri cautelam, seu omnium quorumcumque certitudinem presentes nostras patentes litteras vobis exinde fieri fecimus nostro pontificali sigillo pendenti munitas, ac subscriptione manus propria roboratas, Datum in nostro monasterio Cassinensi anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo, die secunda mensis Octobris, xiv. indictionis, pontificatus SS. in Christo patris et domini nostri D. Innocentii divina providentia Papæ sexti anno octavo.* Idemque episcopus indulgentias quasdam iis concessit, qui ecclesiam S. Antonii ejusdem nosocomii visitarent, ibique eleemosynas aliquas relinquerent, quod & ab aliis episcopis præstitum, ut hisce litteris patet. *Frater Angelus dei, et apostolica sedis gratia episcopus Cassinensis. Universis Christi fidelibus salutem in domino sempiternam. Pia fidelium S. mater ecclesia inter cetera salutis beneficia, quibus suos nititur filios a temporalibus pœnis eripere, et ad requiem ducere beatorum, de meritorum Thesauris in se ipsa reconditis pias ex justis causis indulgentias propinare per sacros Pontifices consuevit. Cupientes igitur hospitale S. Antonii in castro Vallisregia nostra diœcesis noviter constructum ad devotionem scilicet, et instantiam hominum fidelium ejusdem castri spiritualibus dotibus honorare, et Christi fideles per opera pietatis indulgentia hujusmodi participes fieri, omnibus vere pœnitentibus, et confessis, qui ad Cappellam, seu ecclesiam dicti Hospitalis accesserint, et in subsidium hospitalis ipsius de bonis eorum aliquid ibi obtulerint, necnon qui in eorum testamentis in vita, vel in morte de dictis bonis eorum prad. hospitali pro misericordia inibi operibus exercendis partem aliquam legaverint, sive donaverint, toties quoties præmissa pie adimpleverint, vel quodlibet prædictorum; de omnipotentis dei misericordia, et beata Maria semper virginis, ac beatorum apostolorum Petri et Pauli meritis confidentes, quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis misericorditer in domino relaxamus. Rogantes reverendos Patres, et Fratres nostros alios dominos Archiepiscopos, et episcopos, quod super his si placet similem indulgentiam largiantur. In cujus rei certitudinem*

nem et futuram temporis memoriam has nostras patentes litteras exinde fieri fecimus nostri pontificalis sigilli appensione munitas. Datum Neapoli anno domini 1362. die 9. mensis Aprilis XV. indictionis, pontificatus SS. in Christo patris, et domini nostri D. Innocentii divina providentia Papæ VI. Signum Domini episcopi Cassinensis prædicti. Archiepiscopus Barensis. Sig. D. Lucæ episcopi Termulani. S. Fratris Andreæ episcopi Alatrin. S. Fratris Joannis episcopi Gravinen. S. Fratris Riccardi episcopi Anglonen. S. Fratris Thomæ episcopi Vulturariæ. S. P. episcopi Militen. S. P. episcopi Cassanen. S. Leonis episcopi Melfictensis. S. A. episcopi Ruven. S. Archiepiscopus Idrontinus. S. Fratris Raulfii episcopi Pistoya Comet. S. Thomæ episcopi Marsicanen. S. . . . . episcopi Avellinen.

Locus † sigillorum pendentium in cera rubea num. quindecim.

In Villa Peula.

Loffridus presbyter villæ Peulæ incola hoc testamento suo jussit Angelo Fratris Filio, ut domum construeret, in qua tres lecti ad excipiendos peregrinos, & pauperes perpetuo sternerentur. Illud quasi integrum dabimus, quod plura notatu pro mortuorum suffragiis digna contineat.

✠ *In nomine domini nostri Jesu Christi, anno incarnationis ejus millesimo trecentesimo quadragesimo secundo etc. die octava mensis Maii nona indictionis apud castrum Cervarii. Ego presbyter Roffridus habitator villæ Peulæ pertinen. S. Germani bona mea gratuita, ac spontanea voluntate in presentia Nicolai de Barbato bajuli, et annalis judicis dicti castri Cervarii, ac Johannis Michaelis publici ejusdem castri Cervarii, ac totius diœcesis Cassinensis notarii, et testium subscriptorum etc. sanus corpore, et sospes mentis, cum igitur ore diem mortis meæ quia nihil certius morte, nihil incertius hora mortis, de bonis meis tale facia testamentum, seu ultimam voluntatem. In primis instituo meum heredem pauperem Christi cui relinquo tarenum unum, et volo, et mando, quod non possit plus petere in bonis meis jure Falcidiæ, vel qualibet alia ratione. Item relinquo pro sacra unctione tarenos tres. Item lavantibus corpus meum tarenum unum. Item sepelientibus corpus meum tarenum unum. Item relinquo pro officio cantando in die obitus mei tarenos tres. Item eodem die omnibus presbyteris vocatis venientibus ad obsequias meas pro Missis per quemlibet grana decem. Item de cera decinas duas, tam pro cereis, quam pro quatuor tortiis, quorum unum erit ecclesiæ S. Johannis de præd. villa Peulæ &c. aliud ecclesiæ S. Antonini de Villa Matruntula pertinentiarum S. Germani, aliud S. Michaelis de Monte, & aliud ecclesiæ S. Luciæ. Item eligo mihi sepulturam in ecclesia S. Johannis de dicta villa Peula &c. Si me mori contingeret ibi, set si alibi eligo sepulturam in ecclesia majori illius terræ, & relinquo pro reparatione dictæ ecclesiæ S. Johannis tarenos tres. Item relinquo pro psalteriis tarenos tres. Item relinquo presbytero Benedicto de dicta villa Peulæ pro Patinatico tarenos tres. Item relinquo presbytero Johanni de Caira de dicta villa Matruntula pro Patinatico tarenos tres. Item relinquo omnibus presbyteris S. Germani, & villarum per quemlibet pro missis grana decem. Item pro . . . . pauperum unciam unam. Item relinquo omnibus reclusis dictæ terræ S. Germani per quamlibet grana quinque. Item relinquo pro reparatione stradarum, & pontium unciam unam. Item relinquo pro reparatione ecclesiæ S. Benedicti, & indumentis Monachorum tarenos sex. Item pro vigiliis cantandis in S. Germano tarenos quatuor. Item pro grano, & fabis tam in tertio die, quam in capite anni unciam unam. Item de vino quantum sufficit. Item relinquo pro campana facienda in S. Germano tarenos sex. Item relinquo Diernæ sorori meæ terram unam, &c. sub ista conditione, quod ipsa Dierna, & heredes sui debeant facere fieri annuale anno quolibet in perpetuum in ecclesia S. Germani, & solvere tarenos duos, & si hoc ipsa Dierna, vel heredes ejus facere nollent, capitulum dictæ ecclesiæ S. Germani possit accipere dictam terram, & facere annuale prædictum. Cætera alia omnia tam stabilia, quam mobilia relinquo Angelo nepoti meo reservatis hiis conditionibus, quod ipse debeat exequi totum testamentum prædictum ad expensas suas, & facere unam domum in Peulis, & ponere in ea tres lectos ad recipiendos pauperes, & peregrinos, qui lecti taliter sint facti, ut quilibet lectus habeat tabulas, & pedestallos, sacconem, plumatium, culcitram, & duo para lenteamina, & hæc tam ipse, quam heredes sui facere, & servare in perpetuum, & quandocumque deficeret aliquid in domo, vel in lectis, ipse teneatur aptare, & facere etiam de novo, si opus est, etsi hæc ipse, vel heredes sui facere nollent, dicta ecclesia S. Johannis de Peulis, vel capellani ipsius ecclesiæ possit accipere dictam domum, & dicta bona ad plenum dominium, & proprietatem, itaquod dicta domus, & bona sint perpetuo ipsius ecclesiæ S. Johannis, & quod presbyteri ipsius ecclesiæ teneantur, & debeant facere totum, ut superius dictum est, & volo, quod dicti capellani semel in anno possint visitare, & videre dictam domum, & requirere de prædictis fructibus debent habere unusquisque mediam cafisam de vino ad bibendum. Item relinquo pro malis ablatis incertis tarenos sex &c.*

In S. Angelo in Theodico.

Ex hisce instrumenti an. 1364. die 4. Augusti stipulati a notario Andrea de Nicolao verbis, quo Ciccus Riccardellus a sancto Angelo in Theodice bona quædam a Bartholomæo de David emit, constat fuisse in eo oppido Græcos, in quorum ecclesia sancti Salvatoris de Valle nosocomium extabat. *Ego Bartholomæus de David de prædicto castro sancti Angeli &c. vendo tibi Cicco de Riccardello &c. domum unam planam cum horto uno retro ipsam domum sitam in territorio sancti Angeli, ubi dicitur vallis Græcorum juxta viam publicam &c. juxta hortum hospitalis ecclesiæ sancti Salvatoris de Valle Græcorum &c.* Eodem anno die 18. Octobris ecclesia sancti Salvatoris de Valle Græcorum bona quædam emit eodem notario stipulante: & in testamento Guillelmi Savini eodem die atque anno stipulato ab eodem notario Andrea de Nicolao hæc leguntur. *Item relinquo, & volo, quod quandocumque fiet una squilla, seu campana parvula in ecclesia sancti Salvatoris de Valle Græcorum, ut solvantur ibi tareni decem pro anima mea.* In regesto etiam episcopi Angeli pag. 26. a tergo, ejusdem ecclesiæ sancti Salvatoris de valle Græcorum mentio est. Quo vero, quam magnum fuerit sancti Angeli oppidum constet, obiter advertendum quatuor ibi parochiales ecclesias, quarum unaquæque cano-

nonicos haberet, fuisse. Earum prima archipresbyteralis sancto Johanni sacra erat, altera sancto Salvatori de valle Græcorum, tertia sancto Nicolao, quarta sancto Petro, ut in cit. regesto Angeli episcopi pag. 16. & seqq. videre est, ubi diplomata extant, quibus canonicatus earum ecclesiarum conferuntur. Præter illas vero ecclesias quatuordecim alias haud parochiales numeratas legimus in regesto Visitationum, quas Petrus de Tartaris an. 1377. eodem in oppido instituit p. 66.

SÆCULUM DECIMUM

A CONSTRUCTIONE COENOBII CASSINENSIS.

AB ANNO CHRISTI MCCCC. AD ANNUM MD.

I.

SERIES ABBATUM CASSINENSIUM.

Henricus Neapolitanus a die 22. Junii an. 1396. ad 1413. circiter.

Pyrrhus Neapolitanus a mense Aprilis circiter an. 1414. ad Kalendas Novembris an. 1441. vel 1442.

Antonius Neapolitanus a die 25. Maji an. 1446. ad Kalendas Februarii 1454.

Ludovicus Cardinalis S. Laurentii in Damaso a die 18. Maji 1454. ad 26. Martii 1465.

Paulus II. Romanus Pontifex a die 29. Martii an. 1465. ad 26., aut 27. Julii an. 1471.

Johannes Aragonius a die 30. Augusti an. 1471. ad 19. Octobris an. 1485.

Johannes Mediceus ad die 14. Martii an. 1486. ad Kalendas Decembris an. 1504.

II.

NOTÆ AD HANC SERIEM.

Proximo sæculo bullam Bonifacii IX. edidimus qua die 22. Junii an. 1396. Abbatem cœnobii Cassinensis constituit Henricum Thomacellum. Quod etiam Ladislai regis literis constat ad vassallos monasterii nostri datis die 11. Decembris ejusdem anni in Diss. I., ubi plura cum Romanorum pontificum, tum ejusdem Ladislai privilegia dabimus Henrici precibus concessa, ex quibus aliqua cum quibusdam ejusdem Henrici epistolis ad cœnobii jurisdictiones pertinentibus mox recensebimus. Speciminis loco erit utilissimum hoc privilegium a Bonifacio nono Monasterio nostro concessum, in quo Cassinatium jurisdictio appellatur diœcesis.

Bonifacius episcopus servus servorum dei. Dilecto filio Henrico Abbati monasterii Cassinensis nobis, & Romanæ ecclesiæ immediate subiecti ordinis S. Benedicti, quod nullius diœcesis existis, salutem, & apostolicam benedictionem. Personam tuam nobis, & apostolicæ sedi devotam paterna benivolentia prosequentes illa tibi libenter concedimus quæ tuis commoditatibus fore conspicimus oportuna. Hinc est quod nos tuis in hac parte supplicationibus inclinati te, & monasterium tuum, ac diœcesem Cassinensem a datione, solutione, præstatione, ac contributione cujuscumque decimæ, aut alterius cujuscumque impositionis per nos seu quemcumque Legatum, aut Officialem sedis apostolicæ, aut quemvis alium in dictis partibus ex quibusvis causis, & qualitercumque sub quavis forma imposita & imponenda, ac etiam quarumcumque procurationum, quorumcumque legatorum aut nunciorum dictæ sedis quoad vixeris & eidem monasterio præfueris auctoritate apostolica tenore præsentium eximimus, & penitus liberamus districtius inhibentes legatis, nunciis, & officialibus prædictis, ac aliis personis quibuscumque, ne contra exemptionem hujusmodi te quoquomodo impedire, aut molestare præsumant, ac decernentes irritos & inanes omnes processus, & sententias si quos contra te monasterium aut diœcesem prædicta per prædictos legatos, nuncios, officiales, aut quovis alios contra exemptionem nostram hujusmodi fieri contigerit, seu promulgari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ exemptionis & liberationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis dei & beatorum Petri, & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum XIV. Kal. Martii pontificatus nostri anno XI. F. de Monte polician, gratis de mandato domini nostri Papæ - - Ja Mõdey - - cur. in R. pro Abbate. R. Jac. Adest sigillum plumbeum pendens ex cordula serica rubei croceique coloris. Henrici pietatem egregia plura facinora commendant, quæ mox enumerabimus, potissimum cum agemus de donatione, qua domno Gurello Aurilia cessit locus, ubi cœnobium S. Mariæ montis Oliveti Neapoli construeret. Quo mense, die, locove obierit Henricus Abbas, incompertum. Illud constat, superstitem adhuc fuisse initio an. 1413. quo Aversæ degebat, ut legere est in Ladislai Regis literis die 7. Januarii ejusdem anni, scriptis ad Abbatem Andream cœnobii Cassinensis gubernatorem, quibus jubet, ne ullum e subditis Henricum adire permitteret.

[Margin: Diœcesis Cassinensis liberatur a solutione decimarum.]

An Pyrrhus Thomacellus Henrico suffectus sit anno 1413., an initio 1414., incompertum. Hoc certe anno die 20. Aprilis Abbas erat sacri montis Cassini, ut patet ex hac bulla Johannis XXIII. in regesto communi p. 168. *Johannes episcopus servus servorum dei. Dilecto Filio Pirro Abbati monasterii*

[Margin: Pyrrhus.]

sterii Cassinensis, quod nullius diœcesis existit Ordinis S. Benedicti salutem, & apostolicam Benedictionem. Personam nobis, & apostolicæ sedi devotam, nota. *tuis exhigentibus meritis zelo, ac fide & perpessis nocumentis gravissimis pro statu, honore nostro, & Romanæ ecclesiæ, & quæ jugiter pateris paterna benevolentia prosequentes, illa tibi libenter concedimus, per quæ tuis incomodis de alicujus subventionis auxilio, quantum cum deo possumus, salubriter occurratur. Hinc est quod nos præmissorum intuitu, & ex certis aliis rationabilibus causis animum nostrum moventibus, tibi fructus, redditus, & proventus, obventiones, ac emolumenta quæcumque ad episcopum Spoletanum pro tempore existentem, & ejus mensam episcopalem spectantes, ac pertinentes, ac* nota. *emolumenta quæcumque usque ad nostrum beneplacitum per te, vel procuratorem tuum ad hunc actum legitime constitutum levandos, & percipiendos, ac in subventione expensarum, & onerum quæ te oportet jugiter de necessitate subire convertendos, debitis tamen ex illis episcopi, & mensa Spoletana præfatorum supportatis oneribus auctoritate apostolica, ac tenore presentium concedimus, & donamus, mandantes dilectis filiis, capitulo, clero, populo, vassallis, colonis ecclesiæ, episcopi, & mensa Spoletana præfatorum, ac bonorum eorundem, & aliis ipsorum debitoribus presentibus, & futuris, quatenus Tibi, vel procuratori præfato dicto durante beneplacito de fructibus, redditibus, proventibus, obventionibus, & emolumentis hujusmodi tam præteriti temporis quam futuri, constitutionibus apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus ecclesiæ & capituli præfatorum, & aliis contrariis nequaquam obsistentibus debeant effectualiter respondere. Datum Bononia duodecimo Kalendas Maji pontificatus nostri anno quarto.* Duo hoc anno episcopi Spoletini esse contendebant, nempe Jacobus Palladinus ab Interamnio electus ab Alexandro V. & confirmatus a Johanne XXIII. atque Nicolaus Vivarius a Gregorio XII. inauguratus, qui cum ad concilium Constanciense provocassent, Nicolaus caussa cecidit, teste Ughellio To. I. Ital. Sac. in descriptione episcoporum Spoleti nn. 55., & 56. Anno 1415. Jacobus, & Johanna Neapolitani reges vassallis cœnobii nostri scripsere, ut Abbati Pyrrho parerent in omnibus, quas litteras in dissertatione I. dabimus. Cur antea oppidorum Abbatiæ Cassinensis possessionem non inierit Pyrrhus, infra, & in Diss. I. dicemus. Sub ejus regimine plura cœnobio nostro concessa privilegia Romanis Pontificibus, sacro concilio Constantiensi, & Johanna II. regina, quæ hoc sæculo, & in Diss. I. una cum aliis monumentis edemus, atque calumnias expendemus, quibus ob intrepida defensa cœnobii jura impetitus est. Magno illum in pretio habuit Martinus V. qui novo hactenus exemplo illum Referendarium suum creavit, aliasque illi gratias concessit, quæ in hoc brevi exprimuntur ex regesto Angeli, & Andreæ pag. 114. *Martynus Papa V. Dilecte Fili salutem, & apostolicam Benedictionem. Intelleximus, quæ dilectus Filius Angelus de Viterbio nobis pro parte tuæ devotionis exposuit, & quoad fructus prioratus S. Benedicti Suessani, quem Gentili episcopo Suessano commendavimus mentem nostram declaramus nunquam fuisse nostræ intentionis ipsi episcopo de dicto Prioratu, vel aliis quibusvis beneficiis a tuo monasterio dependentibus providisse, aut providere velle quovis modo, sed intendimus pro posse jura, & bona tui monasterii conservare, & etiam augere, & si qua forsitan sint distracta, ad jus pristinum, & proprietatem reducere monasterii prælibati. Scribimus igitur præfato episcopo, qui in impetratione dicti prioratus tacuit, quod a tuo monasterio dependeret, ut si ita est, se de illo ejusque fructibus, de cætero nullatenus se intromittat, sed tibi possessionem, & pacificam fructuum ejus perceptionem restituat, prout est debitum rationi: scribimus etiam nobili viro Duci Suessañ. ut circa recuperationem tam dicti prioratus, quam aliorum jurium, & bonorum; & illorum fructuum perceptionem efficaciter faveat, & assistat pro nostra, & apostolicæ sedis complacentia singulari, de aliis autem statum tui monasterii concernentibus, si nos informabis, curabimus salubriter providere. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XXIII. Maii pontificatus sui anno quinto. Foris. Dilecto Filio Pyrro Abbati monasterii Cassinensis Romanæ ecclesiæ immediate subiecti Referendario nostro.* Magnæ etiam opinionis apud S. R. E. Cardinales fuit, a quibus haud modica pecuniæ vi est donatus, quam pendere debuisset pro communi, atque minuto servitio, ut hisce literis Cardinalis Lucidi de Comitibus constat: *Lucidus miseratione divina S. Mariæ in Cosmedin Diaconus Cardinalis de Comitibus vulgariter nuncupatus sacri collegii Rñorum in Christo patrum, S. R. E. Cardinalium camerarius, universis præsentes literas inspecturis salutem in domino. Universitati vestræ notum facimus, quod venerabilis in Christo patris dñi. Pirri Abbatis monasterii S. Benedicti de Monte Cassino Ordinis ejusdem functi nullius diocesis asserentis se ob guerrarum turbines, necessitates, ac dampna gravissima, quibus hujusmodi monasterium fuit hactenus afflictum, non posse pro communi, & minuto servitiis cameræ dicti collegii, ac familiaribus prædictorum dominorum Cardinalium ratione promotionis suæ ad dictum monasterium debito satisfacere supplicationibus inclinati de voluntate, & consensu dominorum Cardinalium, quorum interest omne id, quod ratione servitiorum prædictorum præfato collegio ejusque familiaribus solvere debet remisimus & donavimus, ac presentium tenore remittimus, & donamus, ac eundem Abbatem monasterium suum, & successores suos earundem tenore præsentium liberamus, absolvimus, & quietamus per præsentes &c. Datum Romæ die nona mensis Aprilis anno ab incarnatione domini millesimo quadringentesimo trigesimo primo, pontificatus SSmi in Christo patris & domini nostri dñi Eugenii divina providentia Papæ quarti anno primo.* Sub ejus regimine constructum est apud S. Germanum monasterium Sanctimonialium S. Scholasticæ, ut infra dicemus. Sedi apostolicæ obsequiis, servitioque addictum ostendunt ejusdem Pyrrhi literę ad Erasmum a Narnia cœnobii nostri Priorem datę 8. Februarii an. 1434. in quibus, hæc leguntur *Licet Prioratus officii ratione tui in dicto nostro monasterio authoritate fungere nostra videaris, ne tamen cum ad servitia S. R. ecclesiæ, & SSmi Domini nostri papæ nos opus existat agere in remotis apud forte aliquorum mentibus aliquid dubietatis insurgat;* atque in diplomate quo beneficium S. Leonardi in ecclesia S. Petri in Fine concedit an. 1335. die 26. Maji ita se Pyrrhus inscribit: *Pyrrhus Thomacellus &c. Spo-*

letanique Ducatus Rector &c. Quo se etiam titulo effert pluries in regesto suo p. 15., & sequentibus, Qua tamen in præfectura summam tandem nomini suo infamiæ, dedecorisque notam inussit. Cum enim ea nomine, potestateque Eugenii IV. fungeretur, temere, inconsultoque arcem eidem Pontifici quamquam identidem requisitus restituere noluit, Quo factum, ut contumax Ecclesiæ hostis adjudicatus Cassinensi Abbatia suspensus est an. 1437. cujus administratio Priori, ac Monachis Cassinensibus demandata est, ut ex bulla mox adducenda. Hæc de eo habet Blondus apud Raynaldum ad an. 1437. nu. 26. *Defecit ad Ducem Mediolanensem, magnosque injecit tumultus ditioni ecclesiastica Pyrrhus Abbas Cassinensis Spoletana arcis præfectus, cujus fides cum pontifici suspecta esset abire jussus munere arcem restituere Eugenio recusavit, quam merita affecturus pœna, Eugenius Abbatiam ei primum Cassinensem edicto publico abrogavit, sed cum ille in perfidia obduresceret, obsideri jussus est a Spoletanis, a quibus in eas angustias adductus est, ut equinas carnes voraret, eo in auxilium vocato Francisco Nicolai Piccinini filio proditione Spoletum ingressus bona civium diripuit, dirasque cædes effecit, &c.* Quo anno, locove obierit Pyrrhus, incertum, Nam hæc tantum de eo habet emortuale nostrum: *Kalendis Novembris obierunt &c. Pyrrhus Abbas Sacerdos hujus loci.* Obiisse tamen crediderimus anno 1441., aut 1442., quo die 31. Decembris conventus Cassinensis & Carrafellus Carrafa, utpote procurator Abbatis Antonii, procuratores generales bonorum omnium cœnobii nostri constituerunt PP. Paracletum, & Martinum penes acta notarii Nicolai Biccarii a Rocca Guillelma instrumento, quod sic incipit: *Prior, & Conventus sacri monasteri Cassinensis Ordinis S. Benedicti nullius diœcesis, sed S. Romana ecclesia immediate subjecti, ac Carrafellus Carrafa de Neapoli miles regius Marescallus Abbatia Cassinensis Vice Rex procurator, & administrator constitutus per rdum. in Christo patrem, & dominum dominum Antonium Carrafam ipsius Abbatia Abbatem, & gubernatorem electum per sacram Regiam majestatem &c.*

Loco Pyrrhi cœnobii nostri, ejusque subditorum regimen ut diximus Priori, ac Monachis Cassinatibus demandavit Eugenius IV., eoque munere functi sunt ad diem 26. Maji an. 1446., quo Abbatiæ possessionem iniit Antonius Carrafa. Id vero pluribus monumentis constat, quæ in regesto Conventus reperiuntur.

Antonius. Electus quidem longe antea, nempe an. 1442. fuerat Cassinensis Abbas Antonius, ut diximus, haud tamen possessionem, nisi anno 1446. iniit, ut ex Titulo ejus regesti constat, quod a rege inconsulta sede Apostolica ad id muneris fuerat deputatus; statim pro virili bona juraque cœnobii nostri recuperare, atque monasteria sibi subdita reformare est adnixus, ut instrumento constat, quo procuratores hac de caussa constituit Kalendis Augusti anni 1446. Martinum, & Remigium monachos Cassinates, in quo hæc præ aliis leguntur: *Quantum nobis ex alto permittitur totis conatibus providere circa defensionem, & reformationem ejus, & bonorum suorum recuperationem omni studio insudare &c. necnon Visitatores, Reformatores, Provisores:* integrum dabimus in Diss. I. Festum S. Berthari Martyris, & S. Amici Confessoris instituit, eorumque officium recitari jussit, ut mox dicemus. Plura ab eo pro recto subditorum regimine statuta in dicta Dissert. dabimus. *Obiit Kal. Februarii an.* 1454. ut habetur in Emortuali nostro hisce verbis. *Kal. Februaris obierunt &c. domnus Antonius de Neapoli Carrafa Abbas hujus loci* 1454.

Ludovicus. Ad Fiduciarios tandem Abbates Cassinense monasterium cessit jussu Nicolai V. qui primum Abbatem Commendatarium constituit Ludovicum Scarampum Mezzarotam Patavinum Patriarcham Aquilejensem, & Cardinalem S.R.E. Camerarium, ut hac bulla constat. *Nicolaus episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis Conventui monasterii Montis Cassinensis Ordinis S. Benedicti nullius diœcesis salutem, & apostolicam benedictionem. Hodie monasterium vestrum monti Cassinen. Ordinis S. Benedicti nullius diœcesis per obitum quondam Antonii Abbatis, qui extra Romanam Curiam decessit Abbatis regimine destitutum, dilecto Filio nostro Ludovico tituli S. Laurentii in Damaso presbytero Cardinali Camerario nostro dicti Monasterii perpetuo administratori, per eum quoad viveret tenendum, regendum, & gubernandum cum omnibus juribus, & pertinentiis suis sub certis modo, & forma commendavimus, curam, regimen, & administrationem illius sibi in spiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca discretioni vestra per apostolica scripta mandamus, quatinus eundem Ludovicum Cardinalem, tamquam administratorem pro nostra, & apostolica sedis reverentia benigne recipientes, & honorifice pertractantes exhibeatis eidem obedientiam, & reverentiam debitas, & devotas ejus salubria monita & mandata suscipiendo humiliter, & efficaciter adimplendo, alioquin sententiam, quam idem Ludovicus Cardinalis rite tulerit in rebelles ratam habebimus, & faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Roma apud S. Petrum anno incarnationis Dominica millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, quintodecimo Kalendas Junii pontificatus nostri anno octavo P. de Noxeto gratis pro persona D. cardinalis G. de Putzo R. A. de Feletis.* (Ex originali in Archivo.) Adest sigillum plumbeum. Quanam de caussa Nicolaus cœnobium Cassinense commendaverit, incertum. Fertur id precibus Alphonsi Aragonii regis factum, quem pluribus sibi beneficiis devinxerat Luduvicus, potissimum pertractata inter eum, & Eugenium IV. pace, ut refert Raynaldus ad an. 1443. nu. 1., & seqq. Egregii viri gesta hic reticuisse sat est, cum plures celebrent præcipue Spondanus an. 1440. nu. 34., 1445. nu. 8.: & 1457. nu. 3., & 15. Raynaldus an. 1440., nu. 11. 1443. nu. 1., & seqq., 1456. nu. 13., 1457. nu. 1., & seqq., 1458. nu. 18., aliisque sequentibus annis. Ciacconius cum Oldoino To. II. col. 921. nu. 21. Johannes Franciscus Palladius in historia Provinciæ ForoJulii P. II. p. 26. & seqq. Ughellius in descriptione episcoporum Albani, Archiepiscoporum Florentiæ, & Patriarcharum Aquilejæ. Quædam ab eo in cœnobio nostro gesta narrare in animo est, quod ipse gubernavit opera Docti de Doctis Patavini, Antonii de Andreotiis Veliterni, Philippi de Milliis canonici Veronensis,

Petri

Petri de Emanatiis, Michaelis de Lambertengis canonici Cumani, & Antonii episcopi Aquinatis, qui in diplomatibus ita se inscribebat: *Antonius dei, & apostolicæ sedis gratia episcopus Aquinas in spiritualibus, & temporalibus reverendissimi in Christo patris, ac domini domini Ludovici tit. S. Laurentii in Damaso presbyteri Cardinalis Aquilegensis Patriarchæ Sanctissimi domini nostri papæ Camerarii, ac sac. monasterii Cassinensis perpetui Commendatarii &c. Vicarius Cassinensis generalis, &c.* Datæ sunt hæ litteræ, quæ extant in regesto I. Ludovici p. 16. an. 1463. die 10. Septembris indictione XII. pro regni Neapolitani more, in quo indictio a mense Septembri auspicata, cum eo anno Romana esset undecima. Per aliquod vero temporis spatium moram gessisse Lodovicum in urbe S. Germani constat ex literis, quibus beneficium S. Mariæ in territorio S. Georgii concedit D. Jacobo Scaramutiæ ex eodem oppido. In iis enim hæc leguntur ex cit. regesto p. 28. *Datum in civitate nostra S. Germani, & in nostro palatio sub appensione nostri pontificalis sigilli anno incarnationis dominicæ* 1454. *die* 25. *Julii &c.* Mense etiam Augusti ejusdem anni beneficia quædam Lodovicus confert apud S. Germanum ex eodem regesto p. 29., ex quibus constat Ludovicum, statim atque Cassinensis Abbas est inauguratus coram ejus muneris possessionem iniisse, ac propterea ibidem degisse per menses aliquot. Pluribus Ludovicum encomiis onerat Callistus III. in privilegio ipsum univisse monasterium S. Matthæi servorum Dei cœnobio nostro, indulgentias quasdam utpote legatus apostolicus iis concessit, qui statis diebus sacellum S. Severi visitassent, hisce literis. *Ludovicus miseratione divina tituli S. Laurentii in Damaso sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ presbyter Cardinalis, & Patriarcha Aquilegen. dñi Papæ Camerarius apostolicæ sedis, & classis maritimæ contra Turcas in regnis Siciliæ citra, & ultra Farum, & in partibus Orientalibus legatus de latere universis, & singulis Christi Fidelibus præsentes literas inspecturis salutem in domino sempiternam. Splendor paternæ gloriæ, qui sua mundum ineffabili illuminat claritate pia vota fidelium de clementissima ejus majestate sperancium tunc præcipue benigno favore prosequitur, cum devota ipsorum humilitate sanctorum meritis, & precibus adjuvatur. Cum itaque, sicut accepimus capella S. Severii sita apud viam, qua itur de S. Germano ad monasterium Cassinense in suis hedificiis, quasi in totum disrupta, & desolata existat, & multa reparatione indigeat, quæ sine auxilio, & suffragiis devotorum Christifidelium minime fieri potest, Cupientes igitur ut dicta capella S. Severi nullius diœcesis congruis honoribus, & etiam venerationibus a Christi fidelibus jugiter frequentetur & veneretur, nec non per eorum elemosinas atque suffragia in suis oportunis reparationibus, & aliis necessariis reparetur, restauretur, & augeatur, atque conservetur, omnibus, & singulis vere pœnitentibus, & confessis, qui annuatim ad dictam capellam in festis principalioribus beatæ Mariæ virginis, & in festo Nativitatis, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes & in celebritate corporis Christi domini nostri Jesu Christi, & in festo dicti sancti, & Dedicatione ipsius capellæ, nec non S. Benedicti, S. Mauri, & S. Scholasticæ a primis vesperis vigiliarum dictarum solemnitatum, usque ad secundas vesperas devotionis causa accesserint, & in ascensu, & descensu monasterii Montis Cassini ipsam capellam dicendo in ea Pater noster, & Ave Maria visitaverint, & ad ipsius reparationem, augmentum, & conservationem manus quoquo modo porrexerint adjutrices, centum dies, & qui in cæteris aliis diebus totius anni dictam visitationem, & manuum adjutricum porrectionem fecerint, viginti quinque dies indulgentiarum de injunctis eis pœnitentiis de omnipotentis dei misericordia, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus confisi, nec non vigore, & auctoritate legationis nostræ nobis in hac parte per sanctissimum dominum nostrum Papam concessa, tenore presentium misericorditer in domino relaxamus. In quorum fidem, & testimonium presentes literas fieri fecimus, & nostri sigilli jussimus appensione communiri. Datum Rhodi in palatio nostræ solitæ residentiæ die sexta mensis Julii millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & domini nostri dñi Calixti divina providentia papæ tertii anno tertio. Jordanus. m. Pontanus.* Alias quasdam Ludovici epistolas quibus Magistratus ditionis nostræ constituit, in Dissertatione I. dabimus. Magnam pecuniæ vim ad cœnobii Cassinensis collabentes fabricas reparandas impendisse Ludovicum constat supplici hoc libello, quo a Callisto III. contendit, ut demortui episcopi D. Antonii de Celano bona reparationi cœnobii nostri applicaret. *In nomine domini nostri Jesu Christi Amen. Anno nativitatis ejusdem* 1457. *pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & domini nostri domini Calixti Divina providentia Papæ III. anno III. de mense Maji, quinta indictionis, die undecimo ejusdem; Per præsens publicum instrumentum pateat universis, & singulis ejus seriem, & tenorem inspecturis præsentibus, futuris, qualiter prædicto die eximio, & famosissimo legum doctore domino Thoma de Judicibus de Pontecurvo vicario in spiritualibus, & temporalibus Abbatiæ Cassinensis generali, sedente pro tribunali in cancellaria ipsius curiæ sita in S. Germano, juxta mercatum publicum civitatis S. Germani, & alios confines, comparuit nobilis vir Aloysius de Ossona de Mediolano procurator, & persona legitima reverendissimi in Christo patris, & domini, domini Ludovici miseratione divina tituli S. Laurentii in Damaso presbyteri Cardinalis, Aquilejensis Patriarchæ, Sanctissimi domini nostri Papæ Camerarii, ac apostolicæ sedis, & classis legati &c. perpetui Commendatarii sacri monasterii Cassinensis &c. & procuratorio nomine, & pro parte præfati Reverendissimi domini, & dicti ejus monasterii Cassinensis, & coram eodem domino Vicario, quamdam supplicationem in carta papyrea signata nota manu dicti Sanctissimi domini nostri papæ in fine ipsius, cum verbo videlicet, Fiat, produxit, & præsentavit &c. cujus tenor talis est. Beatissime Pater. Cum devota creatura vestra olim episcopus Litterensis, qui ante assumptionem suam ad dictam ecclesiam Litterensem, ex vassallis monasterii Cassinensis existebat in civitate olim S. Germani dicti monasterii moram trahens, ac dicti monasterii, & spiritualis jurisdictionis ejus Vicarius pro reverendissimo domino Camerario ipsius monasterii Commendatario in spiritualibus existens, diem suum clausit extremum, & de ipsius Antonii episcopi, bonisque valorem trecentorum ducatorum auri non excedant condens in ultima voluntate Testamentum, licentia, super hoc ab apostolica sede, vel alio*

Indictio in Regno Neapolitano a Kal. Septembris incipit.

superiore minime obtenta, certa legatu minus legitime fecerit, supplicat sanctitati vestræ devota creatura ejusdem Lodovicus Tituli S. Laurenti in Damaso presbyter Cardinalis, ejusdem sanctitatis Camerarius, ac præfati monasterii Commendatarius, quatenus præfato monasterio pio compatiente affectu, in cujus reparationem ipse Commendatarius quamplures exposuit pecunias, prout assidue exponit, valorem dictorum bonorum, quæ, ut prædictum est, trecentorum ducatorum auri non excedunt, Fabricæ dicti monasterii applicare dignemini de gratia speciali, ac valorem ipsum in fabrica præfata exponi debere, decernere, per deputandum ad hoc ab ipso Commendatario, dantes, & concedentes eidem deputando plenam, & liberam facultatem compellendi per censuram ecclesiasticum omnes, & singulos detemptores, usurpatores, & occultatores dictorum bonorum, voluntate dicti episcopi statutis, & consuetudinibus dictæ terræ in contrarium forsan editis, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis opportunis. Fiat de medietate, & de alia medietate pro armata, & quod præsentis supplicationis sola signatura sufficiat, absque aliarum litterarum confectione, Fiat. Oblata. Romæ apud S. Petrum Nonas Junii anno secundo. In capite vero dictæ supplicationis erat hoc verbum L. Prothon. Qua quidem supplicatione visa, & lecta, per dictum dominum Vicarium, & per eundem, omni qua decuit reverentia recepta super caput, eodem instanti dictus Aloysius procurator, procuratorio nomine, & pro parte quorum supra, volens, ut asseruit, negotia dicti reverendissimi domini, & dicti ejus sacri monasterii Cassinensis caute agere instavit, requisivit, & interpellavit præfatum dominum Vicarium sedentem pro tribunali, ut supra, quatenus deberet pro expeditione dictæ supplicationis personaliter accedere ad loca, & possessiones existentia &c. quæ fuerunt, & sunt de bonis hereditariis dicti episcopi, ipsumque procuratorem &c. imponere in possessionem, & tenutam realem, & corporalem dictorum bonorum &c. Qui Dominus Vicarius dicti Aloysii petitioni annuens &c. Obiit Ludovicus Romæ die 26. Martii an. 1465. longiori vita dignus, sepultusq; est in ecclesia S. Laurentii in Damaso teste Raynaldo hoc anno num. 15. & Joãne Frãcisco Palladio loc. cit. p. 41. hoc Epitaphio,

Ludovico Patavino Patriarchæ Aquilejensi Episcopo Cardinali Albano, & divi Laurentii in Damaso S. R. E. Cancellario. Quod animi magnitudine, & singulari præditus prudentia, cum rem Romanam multitudine hostium laborantem legatus ab Eugenio IV. in splendorem pristinum armis, & victoriis vendicasset; Nicolaum Picininum apud Anglarium profligasset: Agrum Picenum a Francisci Sforzia dominatu in deditionem Romanæ Ecclesiæ recepisset: Turcas sub Calisto in navalibus prœliis contudisset: auctoritatem Romani Pontificatus longe, lateque propagasset: Domesticis quoq; virtutibus, consilio, gravitate, continentia, plurimis denique in omnes bonos liberalitatis, & beneficentiæ monumentis bellicas laudes ornatiores reddidisset: Henricus Hunis Archiepiscopus Tarentinus, Pontificis, sacrique senatus a secretis. Ærarii Apostolici Præfectus tantæ virtutis in lucem revocandi causa, quoq; veterem suam in ejus observantiam hoc recenti pietatis officio testaretur, hoc illi monumentum, quadragesimo ab ejus morte anno sua pecunia faciendum locavit. Anno salutis millesimo quingentesimo quinto XI. Kal. Aprilis. Vixit Annos LXIII. menses IV., dies octo.

Post Scarampi obitum Paulus II. Abbas Cassinensis esse voluit quartus inter Romanos pontifices, qui hoc munus non sunt dedignati. Ad monasterium, ejusque ditionem regendam gubernatorem constituit Nicolaum Sandonninum Lucensem Sacellarium suum, ut constat ex bulla IV. Kal. Aprilis an. 1465. data, quam Diss. I. edemus. Obiter hic Pauli verba adnotanda. *Ac omnia alia, & singula faciendi, disponendi &c. quæ Abbates pro tempore, & eorum Vicarii prædicti tam ex privilegiis, & indultis apostolicis, quam de jure, & longæva consuetudine facere, disponere, ordinare, mandare, & exequi potuerunt, & debuerunt, seu consueverunt, ac generaliter, quæ ordinarii episcopi in eorum civitatibus, & diœcesibus de jure communi facere, & exercere possunt, exceptis his, quæ ad ordinem pontificalem pertinent, &c.* Ex quibus constat omnimodam habuisse in Diœcesi Cassinensi episcopalem jurisdictionem Abbates nostros. Plura Nicolaus cœnobii bona Pontifice adstipulante recuperavit, jurisdictionesque illibatas servavit, ut Diss. I. dicemus. Obiit hic Pontifex an. 1471. de quo hæc habet emortuale nostrum, *VI. Kal. Augusti obiit veneranda memoria dominus Paulus Papa II. anno Domini* 1471. *indictione 4. die vero 27. Julii*. Sedit annos sex, menses decem, dies 26. annos natus 53., menses 5., dies tres. De eo fuse agunt Spondanus, & Raynaldus ab an. 1464. ad 1471. Ciaconius cum Oldoino, Doctus, Philippus Bonannus To. I. Numismatum Pontificum Romanorum &c. a p. 71. ad 90., aliique plures.

Jurisdictio spiritualis Abbatis Cassinēs.

Johannes Aragonius electus est Fiduciarius Abbas cœnobii nostri die 30. Augusti an. 1471., ut hac Sixti IV. bulla constat: *Sixtus episcopus servus servorum dei. Dilectis Filiis Conventui monasterii Cassinensis Ordinis S. Benedicti nullius diœcesis salutem, & apostolicam Benedictionem. Hodie monasterium vestrum tunc certo modo vacans dilecto Filio magistro Johanni de Aragonia clerico Neapolitano notario nostro per eum, quoad viveret, tenendum, regendum, & gubernandum de Fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica commendavimus, curam, regimen, & administrationem dicti monasterii sibi in spiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quo circa discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus præfatum Johannem Commendatarium pro nostra, & apostolicæ sedis reverentia benigne recipientes, & honorifice pertractantes ei exhibeatis obedientiam, & reverentiam debitas, & devotas; alioquin sententiam, quam idem Johannes Commendatarius rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus, auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ 1471. 3. Kal. Septembris, Pontificatus nostri anno primo Sep. X°. Reg. gratis. D. de Piscia. M. Orri. R. de Maffei. Reg. CA. Gaulliāt. M. Orri.* Erat Johannes noster Locumtenens generalis Ferdinandi I. regis Neapolitani parentis sui. Anno deinde 1477. die 10. Decembris a Sixto IV. creatus Cardinalis teste Raynaldo ad eum annum nu. 10. hisce verbis;

Johannes Aragonius. Ex originali in Archivo.

Johan-

Johannes de Aragonia Ferdinandi regis Siciliæ citerioris Filius, prothonotarius apostolicus, primum creatus diaconus S. Hadriani, deinde presbyter tituli S. Sabinæ: Is insigni labore monumenta præstantissima Romanæ ecclesiæ collegit. Hujus opus in conscribendis annalibus tum Cardinali Baronio, tum mihi magno usui fuit, &c. In administrando cœnobio nostro usus est Johannes opera Ludovici de Borsis a Neapoli, deinde Aquilæ episcopi. Priusquam Cardinalis esset, hoc se modo inscribebat Johannes noster, *Johannes de Aragonia illustriss. & serenissimi domini Ferdinandi de Aragonia regis Siciliæ, Jerusalem, & Hungariæ filius, & locumtenens generalis, sedis apostolicæ protonotarius, ac perpetuus Commendatarius monasteriorum Cassinensis, Cavensis, & Montis Virginis, &c.* Post Cardinalatum vero: *Johannes miseratione divina Sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ S. Hadriani Diaconus Cardinalis de Aragonia, ac perpetuus Commendatarius sacri monasterii montis Cassini*, &c. Deinde titulo presbyteri Cardinalis S. Sabinæ est usus, quem an. 1484. mense Augusti usurpabat.

Ejus pietatem demonstrant assignata pro Monachorum victu, ac vestitu ampla latifundia, quorum antea defectu, eo jam redactus erat Monachorum numerus, ut satis non esset ad monasticam observantiam, cujus cum ipse studiosissimus esset, pluries Monachos visitavit, jussitque S. Benedicti regulam adamussim servarent, hospitalitatem pro more colerent, ac eleemosinas impartirent, ut ex ejus literis constat in Diss. I. Quove facilius Monachorum numerus augeretur, jussit, ut ad regulæ mentem pueri reciperentur, disciplina monastica nutriendi, pro quorum domicilio monasterium S. Mariæ de Albaneta tribuit quasi per milliarium Cassino dissitum, pluraque ob id bona assignavit, ut literis constat mox adducendis. Diligens adeo bonorum cœnobii nostri Custos erat, ut cum D. Beatrix Cajetana Marchionissa Piscariæ, & Baronissa Roccæ siccæ, Castri Cœli, & Peschi solidi, Aqua dicta, Capo d'acqua in feudo S. Gregorii, quæ cœnobii nostri juris est, ad pistrinum edificandum indigeret, utque sibi sub annuo censu concederetur exposceret, hanc Johannes ad D. Pastorem Vicarium suum epistolam ex autographo in nostro Archivo scripserit. *Johannes de Aragonia &c. Vicario. Havimo receputa vostra lettera, e per quella intiso quanto ne scrivite supra de quillo Molino, che vole fare la Marchese de Pescara, e tirarli l'acqua in danno dello sacro Monasterio nostro de Monte Casino, be respondimo, che havendo ad essere interesse, e detrimento del dicto nostro Monasterio, che non volimo se habbia ad fare ne lo permictati per cosa alcuna: Se puro se potesse fare senza danno dello dicto Monasterio serriamo contenti, che lo lassi fare con lo contracta del censo, ne altramenti, ma se fosse danno della ecclesia non lo permicterite per cosa alcuna. Datum Neapuli xxix. Martii MCCCCLXXII. Johannes, G. de Flisco. A tergo vero, Venerabili viro Pastori de Colle legum doctori, Vicario nostro Cassinensi, fideli nostro dilecto.*

Pistrinum deinde, obtenta debita facultate, sub annuo censu undecim librarum ceræ ædificatum, D. Beatrix cœnobio nostro dono dedit, ut constat instrumento stipulato a notario Antonio Marzella die 5. Maii an. 1472. quod exemplatum deinde est debitis solemnitatibus adhibitis die 21. Novembris 1505. a notario Marco de Jacobo Marcutio ex oppido Bellimontis. Vasa quædam argentea, vestesque plures sacras, pretiosas, ac plane attalicas ex villoso serico sacrario nostro dono dedit, e quibus aliqua Saciniosa aureo opere contextæ supersunt. Odeum quoque extruxit, ornavitque sedilibus vermiculato emblemate consertis, quæ etsi multis in locis vetustate vitiata, operis tamen elegantiam adhuc retinebant, antequam recenter novo elegantique artificio reficerentur. Odeum viginti-quatuor ex uno latere superioribus sedibus constabat, atque septemdecim inferioribus, totidemque alio ex latere erant. Archiepiscopus etiam Tarentinus fuit Johannes noster, teste Ughellio To. IX. in descriptione Archiep. Tarenti num. 61. & Consentinus ex eodem in descript. Archiep. Consentiæ num. 38. pluriumque ecclesiarum, & monasteriorum administrator ex eodem To. I. in descriptione episcoporum Cavæ n. 1. & Ciacconio cum Oldoino To. III. col. 69. nu. 21. ubi asserit legatum quoque Sedis apostolicæ bis fuisse ad Reges Hungariæ, Boemiæ, Poloniæ, atque in Germania, ubi Strigoniensem, & Salisburgensem ecclesias administraverit. In Diss. I. plura ab eo facta monumenta referemus ex ejus novem regestis. Summo monachorum Cassinensium dolore obiit Romæ, sepultus in absida ecclesiæ S. Sabinæ. De eo hæc habet Emortuale nostrum *xiv. Kal. Novembris obierunt &c. veneranda memoria Johannes Aragonis presbyter Cardinalis, & Commendatarius hujus sacri monasterii* 1485. *&c.* Paulo post obiit Ludovicus de Borsis cœnobii Cassinensis gubernator, de quo hæc leguntur in eodem emortuali. *II. Idus Novembris obierunt &c. veneranda memoria Ludovicus de Borsis episcopus Aquilanus, gubernator hujus sacri monasterii* 1485 *&c.* Hic ita se inscribebat in patentibus literis. *Ludovicus dei, & apostolicæ sedis gratia episcopus Aquilanus, ac illustriss. & reverendiss. domini domini D. Johannis de Aragonia serenissimi domini regis Ferdinandi filii ejusque locumtenentis generalis, sedis apostolicæ protonotarii, monasterii montis Virginis, Cavensis, & sacri monasterii Cassinensis perpetui Commendatarii, &c. in spiritualibus, & temporalibus vicarius, auditor, ac gubernator Cassinensis generalis &c.* Ejus meminit Ughellius To. I. in Descript. episcoporum Aquil. n. 19. deque ejus morte, atque Johannis Aragonii expressius agit instrumentum anni 1486. de inventione, & repositione corporis SS. patris Benedicti paulo infra referendum.

Johannes Medicæus

Anno 1486. die 14. Martii Abbas Commendatarius cœnobii nostri electus est ab Innocentio VIII. Johannes de Medicis pene infans, cujus loco cœnobium, ejusque ditionem regebat Johannes de Titiis. Is hoc se modo in patentibus litteris inscribebat. *Johannes de Titiis V. I. D. in spiritualibus, & temporalibus reverendissimi in Christo patris, & domini, domini Johannis de Medicis apostolici protonotarii, sacrique monasterii Cassinensis perpetui Commendatarii &c. Vicarius, & gubernator Cassinensis generalis.* Anno 1489. die 9. Martii Johannes noster novo, inauditoque exemplo quatuordecim annorum puer ea lege ab Innocentio VIII. renunciatus est Diaconus Cardinalis, ut non nisi post triennium titulum, administrationemque, & insignia assumeret, propria tamen authoritate. Ju-

ste illi favisse fortunam gloriosa ejus gesta ostendere; jam enim a prima ætate egregiam operam pietati, ac Grecis, latinisque literis dedit sub eruditissimis præceptoribus Angelo Politiano, Bernardo Michelotio, & Urbano Bolzanio ex ordine minorum Conventualium; literatos homines, potissimum antiquitatis peritos plurimum coluit, fovitque, pluraque magnifice, splendideque gessit Cardinalis, & Romanus pontifex sub nomine Leonis X. Quæ Spondanus Raynaldus, Ciacconius cum Oldoino To. III. col. 140. & seqq. nu. 7. & col. 309. & seqq. Cardinalis Pallavicinus in historia Concilii Tridentini, & Cl. Philippus Bonannus Tom. I. Numismatum Romanorum Pontificum a pag. 163. ad 180. recensent. Quædam hic, & sequenti Sæculo pro munere nostro narrabimus, ab eo, ejusque ministris in Cassinensi monasterio gesta. Sub ejus regimine Carolus VIII. rex Galliæ privilegia confirmavit a regibus Neapolitanis origine Gallis Cassinatibus concessa, ut Diss. I. dicemus, ubi adducenda quoque erunt privilegia Sangermanensibus an. 1497. elargita a Johanne Abbate ob castellum Montis Cassini, aliaque ditionis nostræ oppida defensa privilegiaque alia Federici regis eisdem impartita.

III.

DE DISCIPLINA MONASTICA,

AC ECCLESIASTICA

In cœnobio, ac diœcesi Cassinensi.

Sub utraque specie communicatum.

HOc etiam sæculo sub utraque specie communicabant Cassinates, ut ex Missali nostro Ms. constat nu. 28. in quo p. 207. a t. hæc leguntur. *Tunc primo ministri, deinde qui volunt, communicent, subdiacono tenente patenam cum corpore domini ante sacerdotem, Diacono vero cum calice a dexteris altaris propinante singulis sanguinem domini cum fistula. Dum communicat dicat sacerdos, quando propinat calice Diaconus, dicat* Corpus Domini nostri Jesu Christi conservet animam tuam in vitam æternam Amen. Sanguis Domini nostri Jesu Christi prosit tibi ad remissionem omnium peccatorum tuorum in vitam æternam Amen. *Postquam communicatum fuerit, tollat Diaconus patenam de manu subdiaconi, & det ei calicem ubi sacerdos perfundat cum vino digitos, dehinc abluat manus aqua ministrantibus acolytis ordine quo supra.* Hic certe codex, ut minimum desinente hoc sæculo exaratus est, ut ejus characteres ostendunt, ac certo certius demonstrat missa de sancto Berthario in eodem missali posita p. 351. cujus festum nonnisi ab Abbate Antonio Carrafa est institutum, ut constat ex breviario ms. bibliothecæ nostræ nu. 34. ubi p. 118. a t. hæc leguntur. *Veneranda memoria dominus Antonius de Carrafellis U. J. D. Abbas sacri monasterii Cassinensis instituit, & ordinavit una cum conventu dicti sacri monasterii, festum S. Bertharii Abbatis, & martyris supradicti monasterii celebrari solemniter cum octava, sicut solet fieri de S. Mauro, vel de S. Scholastica Virgine 22. die mensis Octobris. Eodem modo instituit, & ordinavit festum S. Amici Confessoris, quod in sacro monasterio Cassinensi celebraretur tertia die mensis Novembris eodem modo, sicut fit de S. Mauro Abbate, vel de S. Scolastica Virgine. Supradictus Abbas fuit in regimine monasterii annis octo, mensibus septem, temporibus Romanorum pontificum Eugenii IV., & Nicolai V.* Eruitur etiam ex inventario Bonorum mobilium sacrarii Cassinensis an. 1347. facto, in quo hæc leguntur. *Missale unum pulchrum in carta membrana monasticum in littera moderna.*

Fistulæ ad absorbendum Christi sanguinem.

Fistularum meminit Petrus Diaconus lib. 3. Chron. Cass. cap. 74. hisce verbis. *Fistula aurea cum angulo* &c. *Fistulas argenteas duas* &c. In inventario an. 1188. facto, rerum mobilium sacrarii Cassinensis quod proximo sæculo retulimus inter alia describuntur. *Fistula argentea tres.* Et io inventario anni 1497. rerum ejusdem sacrarii, quod in archivo nostro asservatur. *Item tres cannella argentea, ubi Abbas sumit sanguinem Domini*: quo certe tempore Cassini Abbas erat Johannes Mediceus, nonnisi post Pontificatum consecratus presbyter, ut coævi scriptores asserunt, atque Spondanus an. 1513. n. 3. Hinc forte aliquis colligat desiisse jam tum etiam apud Cassinates usum communicandi vulgo sub utraque specie, atque Abbati id tantum reservatum, nisi forte argenteis fistulis Abbas dumtaxat uteretur, reliqui vitreis, aut inferiori aliqua materia confectis. Qua de re eruditorum esto judicium; unica hactenus in reliquiario nostro superest argentea fistula.

Hactenus alicubi hic Ritus perstat.

Neque mirum tamdiu hunc ritum apud Cassinates perseverasse, quem forte ex privilegio peculiari usurpabant, ut modo præstari alicubi testatur Mabillonius in commentario prævio ad Ordinem Romanum p. 63. hisce verbis. *Quibusdam tamen ex privilegio concessa est communio sub utraque specie, ut regibus Francorum in sua coronatione, diacono, & subdiacono ecclesia S. Dionysii prope Parisias in dominicis, & diebus solemnibus, & ministris altaris apud Cluniacum in singulis dominicis, & festis. Qua prarogativa a concilio Tridentino probata est*, & præcedenti pagina dixerunt. *In quibusdam tamen locis diutius perseveravit communio sub utraque specie, qua nullo peculiari decrete, sed paulatim ac sensim abrogata est. Non una, sed plures simul causa huic mutationi occasionem prabuerunt nullo ecclesia universe decrete praeunte, unde tempore S. Thoma immo & Paludani quadam ecclesia etiam latina veterem usum servabant. Periculum effusionis, prohibitio intinctionis, exempla communionis infirmorum, & infantium, haresis eorum, qui alteram sine altera speciem non valere sentiebant, ecclesia pastores paulatim induxerunt ad unius speciei communionem laicis impertiendam. Urbanus VI. post suam in Vaticana basilica coronationem*, omnes Diaconos Cardinales sua manu pretioso corpore, & sanguine Christi communicavit, sicut de more Pontificum semper fuit, *uti legitur in epistola de ejusdem Urbani electione, qua vulgata est in Spicilegii Tomo 4. p. 306. quod quidem contigit an.* 1378. Vid. Martene de antiquis ecclesiæ ritibus cap. 25. de disciplina in divinis celebrandis officiis p. 485. n. 27. ubi ait. *Hic observare licet quod scribit Petrus Amelius in suo Ordine Romano cap. 85. in missa pontificia, qua die Pascha celebrata fuisset, omnes, & singulos, quicumque (vere confessi, & panitentes essent atque corde contriti) potuisset a Papa sacram communionem accipere*

re

re (*absque licentia episcopi, plebani, vel alterius majoris) Deinde iisdem omnibus, (qui communicassent de manu Papa) porrectam a Diacone fistulam (ad bibendum de sanguine Christi) atque adeo communionem saltem Paschalem in missa pontificis celebratam fuisse sub utraque specie ad usque saculum XV. quo ille suum scripsit ordinem circa Martini V. Pontificatum*, &c. & Spondanus ad annum 1562. num. 29. referens disputatum in saceo concilio Tridentino, an communio calicis Protestantibus, & Catholicis Hungariæ, & Geemaniæ &c. permittenda esset, judicatumque a quibusdam Patribus, ut id illis concederetur, subdit: *Quibus & sese pro parte sua Galli Oratores adiungentes postularunt demum, ut si aliter statueretur, id absque prajudicio fieret prarogativa regum suorum, qui inauguratione sua calicem accipere consueverunt, & consuetudinis recepta ab antiquo in quibusdam regni monasteriis calicem monachis non conficientibus statis temporibus administrandi &c.* Illud certo constat jam inde ab initio nascentis Ecclesiæ ad seculum duodecimum fideles sub utraque specie communicasse, ut pluribus iisque evidentissimis rationum momentis ostendit libee insceiptus. *Traditio ecclesia de sanctissime Eucharistia Sacramente ex SS. Patribus, & authoribus ecclesiasticis collecta & in LII. officia dispertita. Parisiis ex Officina Petri le Petit Regis, & utriusque Academia Typographi MDCLXI.* Vid. Gaspae Juvenin in Commentario Historico-dogmatico de Sacramentis in genece & in specie cap. 4. art. 2. §. 1. quæst. 9. de proprietatibus Sacramenti Eucharistiæ, & §. 2. ubi sub una tantum specie majores nostros identidem communicasse probat, plueaque alia ostendit articulis 1. 3. 4. & 5. Illustre Communionis sub utraque specie argumentum refert Gregorius Turonensis lib. 3. cap. 31. edit. Ruinartii an. 1699. cum de Arianis loquens ait. *Es quia consuetudo eorum est, ut ad altarium venientes de alie calice reges communicent, & de alio populus minor, &c.* Ad quæ verba hæc notat Ruinaetius, *Mos adhuc saculo 8. in Romana ecclesia vigebat, ut ex unice calice omnibus porrigeretur communio, ut colligere licet ex epistola nona Gregori II. ad S. Bonifacium Moguntiaum, ubi Pontifex scribit congruum non esse duos, vel tres calices in Altari ponere, cum missarum solemnia celebrantur.* Vid. Mabillonius in commentaeio prævio ad Ordinem Romanum pag. 61. 62. 74. 90. 91. 129. & Martene de antiquis Ecclesiæ ritibus lib. I. art. 10. a pag. 426. ad totam 430. ubi hæc habet. *In concilio etiam Claramontano sub Urbano II. cautum est, ne quis de altari communicet, nisi corpus separatum, & sanguinem similiter sumat, nisi per necessitatem, & per cautelam*: ubi quod ait nisi *per necessitatem, & per cautelam* respexisse videtur ad infirmos & infantes, qui intincto pane communicaee permittebantue, ut constat ex Paschalis papæ secundi epistola ad Pontium Abbatem Cluniacensem, cujus hæc verba. *Novimus enim per se panem, per se vinum ab ipso Domino traditum, quem morem sic semper in sancta Ecclesia conservandum docemus, atque pracipimus, prater in parvulis, ac omnino infirmis, qui panem absorbere non possunt &c.* Vid. idem ibid. lib. 3. cap. 11. p. 546. & seqq.

Tribus modis absorptus Christi Sanguis.

Tribus modis Christi sanguis absorbebatur, vel ex calice, ut modo præstant sacerdotes, vel fistula, aut alio instrumento, quod calamum dicebant, vel tandem madefacto Christi Corpore in ejus sanguine, de quo agit Martene lib. I. de antiq. Eccl. rit. cap. 4. art. 10. nu. 13. & seqq. & lib. 2. cap. 4. num. 15. de antiq. monach. rit. eefert Cluniacensium eitus ab Udalrico etiam descriptos, in quibus hæc leguntur. *Quotquot autem ipsum Corpus sacrum dederit singulis, sanguine prius intinguit.* Fistula Christi sanguinem absorbebant Monachi, & Laici in monasterio S. Benigni Divionensis, ut ex ejus consuetudinibus constat, in quibus hæc ad rem nosteam leguntue. *Sacerdos vero accipiens prafatam fistulam, & longiorem a gibbo partem deorsum in Domini sanguinem mittens, breviorem vero, qua & superiori immitteas postea quam de sanguine domini sumserit, eundem calicem cum sanguine, & fistula diacono dat. Qui accipiens fistulam subtas digitos sacros duobus primis digitis manus dextera, manu vere sinistra calicem defert ad Altare huic officie deputatam, linteoque mundissimo reverenter ornatum, totusque conventus pro reverentia dominici corporis, & sanguinis veniam petit: &c. Qui postea quam illuc pervenerit juxta dextrum cornu Altaris stans manu sinistra calicem per medium super ipsum; duobus vere, ut dictum est digitis fistulam in ipsius calicis medio inter sumendam Domini sanguinem jugiter tenet; donec omnes, & ad ultimam ipse quoque percipiat &c. Quotquot autem ipsum corpus sacerdes dederit singulis sanguinem, Diaconus eam fistula dabit. Communicatis autem omnibus, qui voluerint, & novissime subdiacono, qui semper per consuetudinem ad majorem missam communicare debet &c. Expletis vero omnibus, qui sanguiaem domini sumpturi erant, ipso etiam diaconus accedens sumit, diaconas quoque postmodum fistulam de calice levans, & ori admovens postquam eam ex utraque parte sugendo sanguine vacuaverit, subdiacono eam interim custodiendam committit; ipseque residuum sanguinem cum ea particula dominici corporis, quam Sacerdes in eum miserat, per anteriorem partem calicis sumit &c.*

Idem apud Cistercienses usus, ut ex eorum consuetudinibus cap. 53. constat, ubi hæc habentur. *Quo facto Sacerdos communicet diaconum, & subdiaconum de tertia parte: deinde de aliis hostiis cateros, qui communicaturi sunt. Provideat autem quantum poterit, ne aliqua pars dominici Corporis remaneat; diaconus vero accedens ad communionem non osculans manum Sacerdotis, sublevet albam ab anteriori parte, flectens genua juxta altare, & resupinato capite sub manu sacerdotis, convenienter aperte ore percipiat corpus domini. Quo percepto surgat, & supplicet: similiter & subdiaconus, quod postquam fecerit sumens fistulam, si tunc necessaria est, eat ad sinistram per retro altare. Quod si tunc necessaria non fuerit, sequatur diaconum. Qui diaconus veniens ante calicem inclinet, & ad nutum Sacerdotis accipiat illum, sumatque sanguinem eadem parte calicis, qua & Sacerdos, nec tangat eam manu, donec vino abluatur; quod si unus, vel duo tantum post eum communicaturi sunt, ministret eis sanguinem eadem parte calicis, qua ipse recepit; ita ut ipso dextra manu calicem tenens, sinistram mento illorum supponat. Qui vero percepturi sunt diaconi, vel subdiaconi, sinistra manu pedem calicis tenentes, ad os suum, sicut sibi, viderint expedire, coaptent. Quod si plures fuerint, diaconus percepto sanguine, ibidem ponat calicem super sinistrum cornu altaris tenens*

nens illum, subdiacono sibi assistente, atque adjuvante hoc modo, scilicet, ut dextram manum teneat expansam juxta labium calicis de foris, sinistra vero teneat pedem ipsius calicis; Diaconus autem teneat utraque manu in calice fistulam a subdiacono antea praeparatam. Qui subdiaconus percipiat sanguinem cum fistula prinsquam se componat ad tenendum calicem eo modo, quo diximus. Dum autem Fratres percipiunt sanguinem, infundatur vinum in calice a Diacono, cum opus fuerit de ampulla a subdiacono ante praeparata juxta altare. Si quid autem residuum fuerit de ipso sanguine, bibat illud cum calice, postquam fistulam reddiderit subdiacono. Quam fistulam antequam reddat in quantum potuerit ab utraque parte sugendo a sanguine domini evacuet, & calicem reddat sacerdoti, non osculans ei manum. Subdiaconus vero tenens fistulam contra faciem suam in transverso, eat ad sacerdotem per retro altare ministrare ei vinum in calice &c. Ut fusius legere est apud Martene loc. cit. Calamo Christi sanguinem sumebant Romani Pontifices, ut refert Mabillonius cit. Commentario pagg. 56., & 63. Quo etiam nomine appellatur in statutis Carthusianorum cap. 40. Vid. Dominicus Magrius in Hierolexico verbis: *Syphon*, *Canna*, & *pugillares*. Fistularum etiam meminit Conradus in chronico Moguntino, cum ait: *Erant fistulæ quinque ad communicandum argenteæ deaurata*: Florentius Wigorn ad an. 1087., & Ditmarus in fine Libri VI. ubi ait: *Calicem aureum, atque gemmatum cum patina, & fistula*. Cur fistulæ usus invectus explicat Lidan in Panoplia Ecclesiastica lib. 4. cap. 56. hisce verbis: *Quia sanguis effusio propter incultioris populi rusticitatem merito timebatur, calicibus canna est ferruminata affabreque inserta. Hodie ea utitur summus Pontifex in solemni celebratione, quem usum retinuit ad significandam arundinem, qua spongiam aceto madefactam dederunt Christo in cruce, Christum enim in cruce repraesentat tunc in throno summus Pontifex communicando.*

Sequentię plures. Hic vero obiter adnotandum in eodem missali nostro nu. 128. pluribus in festis sequentia legi, nempe dominicis Adventus, S. Nicolai, S. Luciæ, S. Agathæ S. Ceciliæ, S. Agnetis, S. Thomæ, aliquorumque apostolorum, tribus missis Natalis domini, S. Stephani, aliorumque quorumdam martirum, S. Thomæ Cantuariensis, Epiphaniæ, S. Mauri, Purificationis deiparæ, S. Scholasticæ, S. Benedicti, Paschatis, quæ in omnibus etiam ad Ascensionem, usque dominicis diebus dicebatur, Ascensionis, Corporis Christi, S. Johannis Baptistæ, SS. Petri, & Pauli, S. Mariæ Magdalenæ, Transfigurationis, Trinitatis, Assumptionis deiparæ. An aliis quoque diebus recitari soleret, videre haud potuimus, quod tria in codice folia desint.

Ob probã Cassinatium vitam eorum Privilegia confirmat Bonifacius IX. Ex originali in Archivo. Proba Monachorum Cassinensium vita in caussa fuit, cur a Bonifacio IX. ita diligerentur, ut omnia eis privilegia, immunitatesque a decessoribus suis, alisque principibus concessas, amplissimo hoc diplomate confirmaret. *Bonifacius episcopus servus servorum dei. Dilectis Filiis Abbati, & Conventui monasterii Cassinensis nobis, & Romanæ ecclesiæ immediate subjecti Ordinis S. Benedicti, quod nullius diœcesis existit, salutem, & apostolicam benedictionem. Sincera devotionis affectus, quem ad nos, & Romanam geritis ecclesiam, promeretur, ut in hiis, quæ digne possunt fieri, vobis simus oportuno tempore gratiosi. Hinc est, quod nos vestris devotis supplicationibus inclinati, quæcumque, libertates, immunitates, privilegia, indulgentias, exemptiones, donationes, & concessiones, quæ hic alias haberi volumus pro sufficienter expressis a summis pontificibus prædecessoribus nostris, nec non imperatoribus, ac Romanis, & aliis regibus, archiepiscopis, episcopis, principibus, baronibus, & aliis quibuscumque Christifidelibus rationabiliter vobis, & monasterio vestro Cassinensi concessa indulta, ac donata, auctoritate apostolica presentium tenore confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostra confirmationis, & communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis dei, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum Kal. Februarii, Pontificatus nostri anno undecimo. F. de Montepolitian. Gratis, de mandato Domini nostri Papæ.*

Ex originali in Archivo. Neque hoc contentus, alia Innocentii III. privilegia confirmavit hoc diplomate. *Bonifatius episcopus servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam. Singularis devotionis affectus, quem ad monasterium Cassinense nobis, & Romanæ ecclesiæ immediate subjectum Ordinis S. Benedicti, quod nullius diœcesis existit gerimus, merito nos inducit, ut monasterium ipsum, ac personas in eo degentes, & bona ad ipsum spectantia specialis prærogativa gratia prosequamur. Hinc est quod nos dilectorum filiorum Abbatis & Conventus ejusdem monasterii precibus inclinati, literas felicis recordationis Innocentii Papæ III. prædecessoris nostri, Abbati, & Conventui dicti monasterii concessa presentibus de verbo ad verbum, cum inciperent vetustate consumi, & quia ex casu plumbea bulla abscissa deperdita fuit inseri fecimus ad cautelam, easque auctoritate apostolica tenore præsentium innovamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, qui ex amissione dictæ bullæ plumbeæ, intervenerint in eisdem; tenor vero dictarum literarum sequitur, & est talis vid. Innocentius episcopus servus servorum dei. Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filiis Abbatibus, & aliis ecclesiarum Prælatis, in quorum parochiis monasterium Cassinense ecclesias, vel possessiones alias habere dinoscitur, salutem, & apostolicam benedictionem &c. ut supra in seculo XIII. Datum Anagniæ XXIII. Kal. Januarii pontificatus nostri anno sexto. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ innovationis, communitionis, supplitionis, extensionis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis dei, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum Kal. Februarii pontificatus nostri anno undecimo. F. de Monte Politian. R.* Alio quoque hoc diplomate Cassinatibus concessit visitandi, corrigendique monasteria sibi subdita, eorumque superiores coercendi, exigendique censum a beneficiatis pendi solitum, etiamsi a S. Sede illis prælati fuissent. *Bonifatius episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . Abbati &* Ex originali in Archivo.

Con-

Conventui monasterii Cassinensis Ordinis S. Benedicti, quod nullius diœcesis existit, salutem, & apostolicam benedictionem. Decens, & debitum arbitramur, ut personis deo dicatis, & maxime divinis officiis voto regularis professionis astrictis, ac operibus charitatis deditis, si in eorum juribus pragraventur, subveniamus subsidiis opportunis. Sane petitio vestra nobis nuper exhibita continebat, quod licet nonnulla monasteria, prioratus, & praepositura Ordinis S. Benedicti, nec non ecclesia, & alia diversa beneficia ecclesiastica secularia, & regularia in diversis mundi partibus consistentia secundum morem ipsius ordinis, nec non de antiqua, & approbata, & hactenus pacifica observata consuetudine vobis, & Monasterio vestro subsint, & in quibus est jus visitandi, & inquirendi, nec non corrigendi, & puniendi excessus quoslibet, qui per degentes in eisdem, nec non illas personas, quæ ipsis monasteriis, prioratibus, præposituris, ecclesiis, & beneficiis præsunt pro tempore committuntur in capitibus, & in membris ad Abbatem dicti monasterii vestri pro tempore existentem, & vos filii Conventus communiter pertineat, & etiam nonnulla ex personis eisdem, quæ monasteriis, prioratibus, præposituris, ecclesiis, & aliis beneficiis ipsis præsint pro tempore, ratione hujusmodi monasteriorum, prioratuum, & præposituraram, ecclesiarum, & aliorum beneficiorum certum canonem, sive censum vobis, & eidem monasterio vestro annis singulis solvere teneantur. Tamen nonnulla ex eisdem personis eo prætextu, quod ipsa, seu earum aliqua hujusmodi monasteriis vobis subjectis, forsan per sedem apostolicam præfecta fuerint, sive illi, qui prioratus, præposituras, ecclesias, & alia beneficia supradicta sub diversis modis, & formis etiam forte a sede impetrarunt eadem, prætendentes se, licet falso per hoc etiam a superioritate, & dominio vestro, nec non solutione dicti canonis, sive census per eos vobis facienda per ipsam sedem, sub alias fore liberatas eo prætextu multa enormia quandoque committant, vobisque obedire, ut tenentur, necnon hujusmodi canonem, sive censum etiam vobis, & dicto monasterio vestro persolvere contradicant, quamvis temere, & de facto in animarum suarum periculum, & vestrum, ac dicti monasterii vestri non modicum præjudicium, & gravamen. Quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, ut providere vobis super hoc oportune de speciali gratia dignaremur. Nos itaque præmissorum intuitu volentes vos, & dictum monasterium vestrum favoribus prosequi gratiosis, ac hujusmodi supplicationibus inclinari, quod hujusmodi monasteria, Prioratus, præposituras, ecclesias, & alia beneficia vobis subjecta, nec non personas in ipsis degentes, & quas illis praeesse contigerit pro tempore præsentes, & posteras, in illis videlicet, in quibus de consuetudine hujusmodi, vel de jure in eisdem capitibus, & membris, aut alias quomodolibet id vobis competit semel, & pluries, ac totiens quotiens vobis videbitur expedire, visitare, necnon super eisdem excessibus, qui per easdem personas pro tempore committentur, inquirere, illosque, secundum qualitatem eorumdem, corrigere, & punire, ac in eisdem monasteriis, prioratibus, præposituris, ecclesiis, & aliis Beneficiis vobis subiectis, quæ ibidem reformatione indigere videritis, reformare, ac contumaces, & rebelles juxta modum culpa regularj censura percellere, ipsisque secundum ipsius beati Benedicti regulam, ac canonica instituta pœnitentiam imponere salutarem, & etiam hujusmodi canonem, & censum vobis, ut præmittitur debitum a personis, quæ præsunt, & etiam ab illis quas praeesse contigerit in futurum monasteriis, prioratibus, præposituris, ecclesiis, & aliis beneficiis ipsis vobis subiectis, ut præfertur, exigere libere, & licite valeatis in omnibus, & per omnia, sicuti alias juxta morem, & consuetudinem præfatos fieri consueverit, etiamsi persona ipsa, quæ ratione hujusmodi monasteriorum, prioratuum, præposituraram, ecclesiarum, & aliorum beneficiorum vobis in eodem canone obligantur &c. monasteria, prioratus, præposituras, ecclesias, & alia beneficia hujusmodi vobis subiecta a sede Apostolica impetrarint, sive illis præfecti fuerint per eandem, nec non constitutionibus apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus monasteriorum, prioratuum, præposituraram, & ecclesiarum, nec non Ordinis prædictorum, juramento, confirmatione apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, & aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, vobis auctoritate apostolica de speciali gratia tenore præsentium indulgemus nulli &c. Datum Romæ apud S. Petrum VII. Kal. Octobris, pontificatus nostri anno tertio decimo. F. de Montepolician. Gratis de mandato domini nostri Papæ. A. Boninc. ℞

Adest sigillum plumbeum &c.

Innocentius VII.

Proba quoque monachorum vita illectus Innocentius VII. insigni hoc privilegio illos ditavit, quo sæpe numero utentes præposituras, beneficiaque sibi olim subdita morte aut renunciatione beneficiati vacantia mensæ cœnobii nostri attribuerunt. *Innocentius episcopus servus servorum dei. Ad perpetuam rei memoriam. Sacra religionis sub qua dilecti filii Abbas, & Conventus monasterii Cassinensis ad nos, & Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis Ordinis S. Benedicti, quod nullius diœcesis existit sedulum, & devotum exhibent Altissimo famulatum promeretur honestas, ut votis eorum, illis præsertim, per quæ ipsorum, & dicti monasterii commoditatibus, & necessitatibus consulitur quantum cum deo possumus favorabiliter annuamus. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dictorum Abbatis, & conventus petitio continebat, quod nonnulli ex venerabilibus fratribus nostris S. Romanæ ecclesiæ Cardinalibus, & quidam ecclesiastici Prælati, ac aliæ personæ ecclesiasticæ nonnullas Abbatias, præposituras, prioratus, ecclesias, & alia beneficia ecclesiastica, & membra dicti monasterii ab ipso monasterio dependentia ex concessione, & dispensatione sedis apostolicæ tenent in commendam, & quæ ipsi Abbas, & Conventus ante commendam hujusmodi justo titulo in usus eorum, & dicti monasterii tenuerant, & etiam possederant, & ex quorum nonnullis ipsi Abbas, & Conventus, antequam in commendam, seu titulum eisdem Cardinalibus, prælatis, & personis concessa fuerunt, certas annuas pensiones pro tempore percipere consueverunt. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, Abbas, & conventus præfati multa subire habeant pro tempore onera expensarum pro parte ipsorum Abbatis, & Conventus, nobis fuit humiliter supplicatum, ut ipsis, & ejusdem monasterii necessitatibus in præmissis oportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eisdem Abbati, & Conventui super hiis consulere cupientes, ipsis quod cedentibus, vel decedentibus*

dicti

dicti Cardinalibus, prælatis, ac personis secularibus, vel regularibus, Abbatias, præposituras, Prioratus, Ecclesias, beneficia, & membra, necnon alia beneficia hujusmodi in commendam, aut alias, quovis titulo obtinentibus, aut alias abbatias, præposituras, prioratus, & beneficia, ac membra hujusmodi quomodolibet dimittentibus, ea libere apprehendere, & perpetuo licite retinere, fructusque, redditus, & proventus abbatiarum, præpositurarum, prioratuum, beneficiorum, & membrorum hujusmodi in usus proprios convertere, & etiam deputare valeant in omnibus, & per omnia, prout antequam Abbatia, præpositura, prioratus, ecclesia, & alia beneficia supradicta Cardinalibus, Prælatis, ac personis eisdem in commendam, aut alium titulum hujusmodi concessa fuerunt, facere consueverunt, seu etiam debuerunt, alicujus licentia, aut consensu super hoc minime requisitis, præmissis, & aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, auctoritate Apostolica tenore præsentium de speciali gratia indulgemus. Et quia juxta canonicas sanctiones, res cum ejus onere transit, volumus, & auctoritate prædicta decernimus &c. prælati, & personæ prædictæ ratione abbatiarum, præpositurarum, prioratuum, ecclesiarum, & aliorum beneficiorum suprascriptorum hujusmodi consuetum annuum censum eisdem abbati, & conventui annis singulis deincept efficaciter persolvere teneantur, quodque illi ex eisdem prælatis, & personis, qui abbatias, præposituras, prioratus, ecclesias, & alia beneficia hujusmodi obtinent, ut præfertur a Juribus ipsis competentibus ratione commendarum, & aliorum titulorum hujusmodi cadant, nisi easdem pensiones solvant annis singulis, prout ad quemlibet eorum pertinet, Abbati, & Conventui antedictis nulli &c. Datum Viterbii VIII. Kal. Februarii, Pontificatus nostri anno secundo. - - Tax. Trisporta - - - - Jo. de Lyns - - - A. de Camporegali - - - - - - - - Jo. de Pempelvoirde - - - R. - - - - - - - - - - - - - - Adest sigillum plumbeum.

Beneficiatos adigit Pontifex, ut nisi censum solitum persolverint Cassinatibus, beneficio suo cadant.

Gregorius XII.

Plura Cassinatibus privilegia Gregorius XII. concessit, quæ inter istud spirituale commodum respicit. *Gregorius episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . Priori, Monachis, Conversis, & Ydiotis monasterii Cassinensis ad nos, & Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Ordinis S. Benedicti, quod nullius diocesis existit, Præpositisque membrorum, & aliis quibuscumque personis eorundem monasterii, & membrorum numeri cujuscumque in præsentiarum existentibus, & ubicumque degentibus salutem, & apostolicam benedictionem. Provenit ex jure devotionis affectu, quo nos, & Romanam ecclesiam reveremini, ut petitiones vestras, illas præsertim, quæ animarum vestrarum salutem respiciunt ad exauditionis gratiam admittamus. Hinc est quod nos vestris supplicationibus inclinati, ut Confessor, quem vestrum quilibet duxerit eligendum omnium peccatorum vestrorum, de quibus corde contriti, & ore confessi fueritis, semel tantum in mortis articulo plenam remissionem vobis in sinceritate fidei, unitate S. Romanæ ecclesiæ, ac obedientia, & devotione nostra, vel successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium persistentibus auctoritate apostolica concedere valeat, devotioni vestræ tenore præsentium indulgemus, sic tamen, quod idem Confessor de hiis, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda eam vobis per vos, si supervixeritis, vel per alias si tunc forsan transiveritis faciendam injungat, quam vos, vel illi facere teneamini ut præfertur. Et ne, quod absit, propter hujusmodi gratiam reddamini procliviores ad illicita in posterum committenda, volumus quod si ex confidentia remissionis hujusmodi, aliqua forte commiseritis, quoad illa prædicta remissio vobis nullatenus suffragetur, quodque a tempore, quo præsens nostra concessio ad vestram notitiam pervenerit ex tunc singulis diebus, quibus jejunium per ecclesiam indictum est, & sex aliis diebus, de quibus vobis videbitur, & in quibus ad jejunandum voto, vel alias non estis astricti, nisi tunc corporis infirmitate impediti extiteritis, jejunare annis singulis teneamini, & si habentes voluerint pro hujusmodi jejunio dictorum sex dierum centesimam partem omnium redituum, & obventionum suorum annis singulis in usus pios poterunt erogare, alioquin præsens concessio nullius sit roboris, vel momenti. Nulli &c. Datum Arimini terciodecimo Kalendas Novembris, Pontificatus nostri anno octavo - - Gratis de mandato domini nostri Papæ. A. de Ferentino - - - Reg. Jo. de Montemartis. - - P. de Wertsunberg. - - - - - - - -* Adest sigillum plumbeum.

Martinus V.

Plura etiam privilegia illis concessit Martinus V. in quorum uno sub: *Datum Romæ apud sanctos Apostolos VIII. Kal. Februarii Pontificatus nostri anno X.* quo gratias exemptionesque illis a Johanna I. & secunda atque Ladislao rege confirmat, sic loquitur. *Martinus episcopus servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam. Ex debito ministerii pastoralis, quo ecclesiarum & monasteriorum omnium regimini præsidemus ad ea, per quæ illorum, necnon in ipsis pia vita studio vacantium eisque subditarum personarum commoditatibus consulitur, libenter intendimus, & ut illa, quæ pro ipsis provide facta comperimus cujusvis impugnationis materia semota peramplius illibata persistant, eis libenter, cum a nobis petitur, Apostolici muniminis adjicimus firmitatem. Sane pro parte dilectorum filiorum Abbatis, & Conventus monasterii Cassinensis Romanæ ecclesiæ immediate subiecti Ordinis S. Benedicti, quod nullius diœcesis existit, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim, postquam recolendæ memoriæ Johanna Hierusalem, & Siciliæ regina pro statu, ac indemnitatibus universitatum, & hominum terrarum, castrorum, aliorumque locorum dicto monasterio subiectorum, & ne illi per Justitiarios, Capitaneos, locatenentes, judices, assessores, seu alios officiales inibi exactionibus, vel gravaminibus afficerentur indebitis diversa, quorum etiam aliqua sub pœnis pecuniariis, & aliis pœnis a dictis Justitiariis, Capitaneis, locumtenentibus, judicibus, assessoribus, & officialibus firmiter observari voluit, prohibitiones, præcepta, jussiones, & mandata fecerat claræ memoriæ Ladislaus, Hierusalem, & Siciliæ rex omnia, & singula, gratias, & privilegia dictis Abbati, Conventui, Universitatibus, & hominibus per ipsum, ac prædecessores suos Hierusalem, & Siciliæ reges a certo inibi expresso tempore, & præsertim per dictam reginam facta, & concessa juxta illorum continentiam confirmavit, ratificavit, & approbavit, ac*

sub-

subsequenter carissima in Christo filia nostra Johanna Hierusalem, & Sicilia regina illustris, nonnullas declarationes, constitutiones, & mandata, aliaque fecit, prout in diversis desuper confectis ipsorum Regis, & reginarum sigillis munitis, quasque in cancellaria nostra diligenter examinari, & earum tenores præsentibus inseri fecimus literis, plenius continetur. Quare pro parte dictorum Abbatis, & Conventus nobis fuit humiliter supplicatum, ut gratias, privilegia, prohibitiones, præcepta, jussiones, confirmationem, approbationem, ratificationem, declarationes, constitutiones, ac mandata hujusmodi, & alia in ipsis litteris contenta pro eorum subsistentia firmiori apostolici roboris fulcire præsidio de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque, qui felicem ipsorum Abbatis, Conventus, monasterii, & subditorum successum sinceris optamus, & prosequimur affectibus, hujusmodi supplicationibus inclinati, gratias, privilegia, prohibitiones, præcepta, jussiones, confirmationem, ratificationem, approbationem, declarationes, constitutiones, mandata, & alia in literis contenta hujusmodi, nec non quacumque inde sequuta rata habentes, & grata omnia, & singula in ipsis contenta literis, præterquam in eo, quod de discursibus, & depredationibus contra eosdem Universitates, ac homines inferius subjungitur, authoritate apostolica tenore præsentium ex certa scientia confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, decernentes ea etiam eum præmissorum observantia mandatorum vim, atque vigorem perpetuos debere in omnibus obtinere: &c.

Idem. Memorandum veru cum primis est, aliud hoc Martini V. privilegium. *Martinus episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis Pirrho Abbati, & Conventui universisque Monachis, Conversis, oblatis, ac personis in præsentiarum existentibus monasterii montis Cassinensis, Romanæ ecclesiæ immediate subiecti, quod nullius diocesis existit, Ordinis S. Benedicti salutem, & apostolicam benedictionem. Provenit ex vestra devotionis affectu, quo nos, & Romanam ecclesiam reveremini, ut petitiones vestras, illas præsertim, quæ animarum vestrarum salutem respiciunt, ad exauditionis gratiam admittamus. Hinc est, quod nos vestris supplicationibus inclinati, ut confessor quem quilibet vestrum duxerit eligendum omnium peccatorum vestrorum, de quibus corde contriti, & ore confessi fueritis, semel tantum in mortis articulo plenam remissionem vobis in sinceritate fidei, unitate S. Romanæ ecclesiæ, ac obedientia, & devotione nostra, vel successorum nostrorum Romanorum pontificum canonice intrantium persistentibus auctoritate apostolica concedere valeat, devotioni vestræ tenore præsentium indulgemus. Sic tamen quod idem confessor de hiis, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, eam vobis per vos si supravixeritis, vel per alios, si tunc forte transieritis, faciendam injungat, quam vos, vel illi facere teneamini, ut præfertur. Et ne, quod absit, propter hujusmodi gratiam reddamini procliviores ad illicita imposterum committenda, volumus, quod si ex confidentia remissionis hujusmodi, aliqua forte committeritis quoad illa prædicta remissio vobis nullatenus suffragetur. Cæterum eum a festo Penthecosten, usque ad exaltationis S. Crucis singulis quartis, & sextis feriis, & deinde usque ad Resurrectionis domini nostri Jesu Christi festivitates, singulis diebus ex observantia regulari jejunare teneamini. Volumus, quod vos filii Abbas, & Monachi litterati de psalterio nocturnum sexta feria decem, & septem psalmos continens; vos vero conversi, oblati, ac persona centum Pater noster, & totidem Ave Maria singulis hebdomadis legitimo cessante impedimento una die, in qua abilius poteritis loco jejunii hujusmodi dicere teneamini, alioquin præsens concessio nullius sit roboris, vel momenti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis dei, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum VIIII. Kal. Junii, pontificatus nostri anno quarto. Gratis de mandato domini nostri papa. ℞. gratis de mandato domini nostri papa. B. de Vincio. ℞. Ja. P. de Montepolitiano.* Adest sigillum plumbeum. Ex quu constat jejunasse adhuc Cassinates IV. & VI. Feria a die Pentecostes ad festum Exaltationis S. Crucis, & quotidie ab hoc festo ad illud Resurrectionis ex S. regulæ præscripto, quu eas onere levavit Martinus, quibusdam, jejuniorum locu, impositis psalmis. Haud tamen diu hac dispensatione usi, nam ab iis paucos post annos semel in hebdumada jejunari cœptum a die Resurrectionis dominicæ, ad festum S. Crucis, a qua die ad Adventum Domini, quatuor in hebdomada vicibus, in Adventu quotidie, postque Natalem domini ad Quadragesimam quatuor item in hebdomada vicibus, quæ consuetudo servatur hactenus. Gravi certe aliqua de caussa indulgens adeo erga Cassinates fuit Martinus V.

Eugenius IV. Engenius IV. hac bulla sub *Datum Ferrariæ anno incarnationis dominicæ millesimo quadrigentesimo trigesimo octavo prid. Kal. Junii, Pontificatus nostri anno octavo* ratam Cassinatibus habuit gratiam illam, qua eos Martinus V. donaverat, nempe in mortis articulo a quolibet confessariu peccatis solvi posse, modu qualibet feria VI. septem psalmos pœnitentiales recitarent. *Eugenius &c. Dilectis filiis Priori, & universis Monachis Conversis, & oblatis monasterii Cassinensis &c. sacræ religionis sub qua mundanis propulsis illecebris in humilitate spiritus devotum, & sedulum exhibetis Altissimo famulatum promeretur . . . . . ut ea, quæ vestrarum, & in vestris monasteriis pro tempore degentium personarum statum, & animarum salutem inspiciunt, favorabiliter concedamus. Hinc est quod nos vestris devotis supplicationibus inclinati, &c.*

Cassinensis Abbatiæ regimen Monachis demandatum. Obiter hic adnotandum, hallucinatum Raynaldum ad an. 1437. nu. 26. ubi post narratam Pyrrhi depositinnem subdit. *Quo depulso* (Pyrrho) *Cassinensis Abbatiæ administrationem Pontifex, ac disciplinam monasticam instaurare annisus inter alios B. Johannis e Capistrano opera ductus est*. Emendatur Raynaldus. Nam Eugenius Cassinensis Abbatiæ administratiunem Priori, ac Monachis demandavit, ut pluribus monumentis nobis ostendere facile esset, quorum duo hic dabimus, neque ulla tum florens monastica disciplina, quod ipsiusmet Engenii, aliorumque pontificum assertione probatum est, infraque ostendemus, reformatione indigebat, neque ullum in toto archivu nostro hac de re documentum: En vero duæ Eugenii bullæ. *Eugenius episcopus servus servorum dei dilectis filiis Priori, & Conventui monasterii Cassinensis Ordinis S. Benedicti salutem, & apo-*

apostolicam benedictionem: Quoniam dilectum filium Pirrum Abbatem vestri monasterii suis culpis, & demeritis exigentibus, & præcipuè, quia arcem nostram Spoletanam, cujus illum feceramus Castellanum credentes ipsum filium obedientiæ, & fidelitatis futurum contra voluntatem nostram tenere, & occupare præsumit, ac illam licet sæpius requisitus restituere recusat in nostrum, & sedis apostolicæ vilipendium, & contemptum omni gubernatione, regimine, & administratione vestri Monasterii, ac jurium, & pertinentiarum ipsius, duximus auctoritate apostolica suspendendum, vobis tenore præsentium præcipimus, & mandamus, quatinus eidem Abbati hujusmodi suspensione durante minime in aliquo pareatis, sed tu Prior curam Conventus & loci monasterii in spiritualibus gerere, & conservare studeas diligenter, ac de fructibus dicti Monasterii ad tuas manus provenientibus ipsi Conventui necessaria congrue ministrare procures, donec aliud a nobis habueritis in mandatis. Datum Bononiæ anno incarnationis dominicæ millesimo quadrigentesimo trigesimo septimo, quinto idus Decembris, pontificatus nostri anno septimo. Poggius. de Curia. F. de Lande. Registrata per me Poggium Secretarium de mandato domini nostri Papæ. Adest sigillum plumbeum.

Ex originali in Archivo.

Eugenius episcopus servus servorum dei. Ad futuram rei memoriam. Exigit protervorum plectenda rebellio, ut qui apostolicis mandatis contraire, ac loca nostra, & ecclesiæ præter & contra nostram voluntatem occupare nituntur, suorum ex parte pœnam sentient delictorum, ne fortassis eorum importunitas audaciam ceteris tribuat delinquendi. Sane cum dilectus filius Pirrus Abbas monasterii Cassinensis Ordinis S. Benedicti, quem nobis, & ecclesiæ Romanæ fidelem sperabamus Castellanus dudum a nobis arcis nostræ Spoletanæ constitutus, nunc dictam arcem præter, & contra nostram voluntatem tenere, & occupare præsumat, ac illam restituere nobis, & eidem ecclesiæ recuset, ac multa alia circa sui Monasterii gubernationem intoleranda commiserit, propter quæ merito privandus existeret. Nos tandem ad dandam ei materiam resipiscendi mitius secum ad præsens agere volentes, ipsum Abbatem ab omni gubernatione, regimine, & administratione dicti Monasterii, ac omnium, & singulorum terrarum, castrorum, & locorum, juriumque, & pertinentiarum ipsius auctoritate apostolica ex certa scientia usque ad nostrum beneplacitum suspendimus, per præsentes mandantes eidem Abbati sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, in quam ipsum incurrere volumus ipso facto, ac etiam privationis dicti monasterii & inhabilitationis ad illud, & quælibet alia imposterum obtinenda, quatinus de gubernatione, regimine, & administratione præfatis, aut jurium, & bonorum ipsius Monasterii deinceps per se vel alium nullatenus se intromittat, nec aliquos fructus, redditus, & proventus ipsius monasterii capiat quoquo modo: ac insuper Priori, & Conventui, nec non omnibus, & singulis subditis, & Vassallis, & aliis quibusvis censuariis, aut usufructuariis præfati monasterii injungimus, & mandamus, quatinus eidem Abbati nullatenus in aliquo obediant, pareant, vel intendant, nec sibi de fructibus, redditibus censibus, & proventibus ad ipsum Monasterium spectantibus quovis modo respondeant, aut faciant responderi, sed ipsos fructus, redditus, census, & proventus Priori dicti monasterii fideliter tradant, & consignent, & in omnibus eidem pareant cum effectu. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ suspensionis, mandati, voluntatis, & injunctionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Bononiæ anno incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo tricesimo septimo, quarto idus Decembris, pontificatus nostri anno septimo. Poggius. De Curia. Ja. Bouron. Registrata per me Poggium Secretarium de mandato Domini nostri Papæ. Adest sigillum plumbeum. Omnes Monachis indulgentias concessit Eugenius, quæ a visitantibus urbis ecclesias, cum in iis statio est, lucrantur, modo altaria ecclesiæ suæ visitarent, ut hoc libello supplici, & rescripto constat ex nostro Cod. ms. n. 34. p. 161. Beatissime Pater. *Cum in monasterio Montis Cassinensis Ordinis S. Benedicti Romanæ ecclesiæ immediate subjecto, quod inter alia ipsius Ordinis monasteria solemnissimum existis a pluribus annis citra, Prior, & plures præfati ordinis Monachi sub illius regulari observancia laudabiliter permanserunt, & de præsenti permaneant. Ideo ad hoc ut ipsi, & alii religiosi Ordinis & observancia hujusmodi in præfato monasterio pro tempore existentes ad exhibendum sua Altissimo vota tanto ferventius animentur, quanto ibidem dono cælestis gracia se uberius refectos conspexerint, pro parte Prioris, & Conventus dicti Monasterii Sanctitatem vestram humiliter supplicantes, quatenus prioribus, monachis, noviciis, conversis, idiotis, vel oblatis præfati monasterii præsentibus, & futuris, nec non aliis ordinis, & observancia prædictorum ad dictum monasterium de suorum superiorum licentia devotionis causa pro tempore accedentibus, aliorumque ordinum, & regularum de simili licencia, & devocionis causa ibidem per aliquos tempora residentibus personis religiosis, qui in diebus, in quibus stationes in certis urbis ecclesiis a summis pontificibus, seu alias a Romana ecclesia instituta, & ordinata existunt, altaria in ecclesia majori præfati monasterii fundata devote visitaverint, & coram singulis eorumdem altarum unum Pater noster, & Ave Maria cum psalmo Miserere mei Deus devote recitaverint, ac dixerint singulis diebus quibus visitacionem, & recitacionem hujusmodi fecerint illas easdem gratias & Indulgencias, & suorum peccaminum remissiones consequantur, & habeant, quas alii Christi fideles vere pœnitentes, & confessi ecclesias urbis in diebus stacionum pro tempore visitantes etiam singulis diebus, quibus visitaciones faciunt, ex pontificum eorumdem speciali largicione consequuntur, & consequi possunt, & proinde in omnibus, & per omnia, ac si tunc urbis ecclesias in diebus stacionum hujusmodi personaliter visitassent seu visitarent. Ita tamen, quod præfati singuli Fratres & religiosæ personæ præsentes & futuri hujusmodi indulgenciis gaudere non possint, nisi temporibus Visitacionum suarum in monasterio, seu ordine, & observancia supradictis animum habeant perseverandi. Conversi, autem, ydiotæ, vel oblati nescientes Miserere, si dicta altaria visitantes, ter Pater noster, & Ave Maria, totidem pro quolibet altare dixerint eandem Indulgentiam consequantur, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, & expressa foret mentio facienda, & cum*

nota.

clau-

clausulis oportunis. Fiat ut petitur Gr. Et quod hujusmodi supplicacionis simplex signatura sufficiat absque ulteriori desuper expedseione litterarum decernentes. Fiat. Gr. Datum Florencia de decimo Kalendas Julii anno decimo. Bulla Eugenii PP. de stationibus. Qui altaria majoris ecclesia Cassinensis visitaverit, easdem consequetur indulgentias, quas in diebus stacionum in ecclesiis Urbis consoqueretur, si prasencialiter ibi fuisset, &c. cum signatura propria manus Papa.

Hic notantur staciones ecclesiarum Romana. Dominicis diebus quatuor de Adventu. Die mercurii, quatuor temporum, & sexta feria, & Sabbato. In vigilia Nativitatis Domini. In die Nativitatis Domini tribus vicibus, propter missas tres. In die S. Stephani. In die S. Johannis Apostoli. SS. Innocentium. In die Circumcisionis Domini. In die Epiphania Domini. In Dominicis diebus septuagesima, sexagesima, & quinquagesima. In die Cinerum, & tota quadragesima, usque ad octavam Pascha inclusive omnidie habentur ipsa staciones. In letaniis majoribus, vid. Feria II. III., & IV. ante Ascensionem Domini. In die Ascensionis Domini. In die Pentecostes, & per octavam usque ad Sabbatum inclusive, & non plus. Altaria autem, quibus ha indulgentia conceduntur, sunt ista: altare majus, altare S. Maria, altare S. Johannis Baptista, altare S. Gregorii, altare S. Nicolai, altare S. Placidi, & altare S. Mauri. Callistus III. in bulla supra relata, qua ratum habuit Monasterium S. Matthæi cœnobio nostro fuisse unitum hæc ait: Nos igitur attendentes, quod monasterium Cassinense, cujus beatus Benedictus fuit institutor, & cultor, unde totius religionis ejusdem, & monastica legis manavit exordium, & in quo continuo viget observantia regularis inter alia Orbis monasteria plurimum excellit, &c.

Sixtus IV. insigni hoc diplomate confirmavit Innocentii III. & Urbani VI. privilegia. Sixtus episcopus servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam. In eminenti specula suprema dignitatis constitutus Romanus pontifex circa statum ecclesiarum, & monasteriorum quorumlibet pracipue sedi apostolica immediate subjectorum feliciter, & prospere dirigendum aciem paterna considerationis extendens, gratias, & privilegia eis concessa approbat, & confirmat, nonnullaque circa ea statuit, & ordinat, & disponit, prout locorum, & temporum qualitas exigit, causa rationabiles persuadent, & id in domino conspicit salubriter expedire. Dudum siquidem Clemens, & Innocentius III. Romani pontifices pradecessores nostri monasterium Cassinense Ordinis S. Benedicti nullius diœcesis, Romana ecclesia immediate subiectum cum omnibus, & singulis ejus ecclesiis, monasteriis, cellis, beneficiis, terris, bonis, possessionibus, & aliis locis sub beatorum Petri, & Pauli apostolorum protectione suscipientes exemptionis privilegio etiam quoad Monachos, & singulares personas monasterio pradicto subditas, certi tenoris litteris decorarunt, usumque pontificalium ornamentorum Abbati tunc existenti, & successoribus suis, nec non illis insultos & alios invasores, ac eorum ditioni quomodolibet subiectos excommunicationes, aliasque sententias, censuras, & penas ferendi, liberas sepulturas, & confessiones audiendi, ac alia ecclesiastica Sacramenta per eum ministrandi, ea verò, qua ab episcopis susciperentur ab illis recipiendi, nec non plura alia in eorumdem pontificum litteris inserta faciendi licentiam concesserunt. Et deinde Urbanus Papa VI. etiam pradecessor noster inter catera statuit, & ordinavit, quod littera apostolica, quas per quoscumque super obtinendis monasteriis, dignitatibus, personatibus, administrationibus, vel officiis, ac aliis beneficiis ecclesiasticis quibuscumque secularibus, vel regularibus pradicto monasterio Cassinensi subjectis, vel dependentibus ab eodem, nec non castris, villis, oppidis, terris cultis, & incultis, nemoribus, molendinis, pascuis, ac aliis possessionibus, & bonis mobilibus, & immobilibus, ac de suis juribus, & jurisdictionibus, redditibus quoque, & proventibus ad monasterium ipsum pertinentibus, vel quomodocumque subiectis a Sede Apostolica, vel ejus legatis sub quacumque serie, aut forma, vel expressione verborum, ex tunc impetrari contingeret, nisi de hujusmodi dependentia, & subiectione, ac de ipsius monasterii exemptione, & de toto tenore ejusdem privilegii plena, & expressa, ac de verbo ad verbum in ipsis litteris mentio haberetur, nullius essent roboris, vel momenti, ipsasque litteras, & processus per easdem forsan habendos, & quecumque inde secuta ex tunc carere decrevit omni roboris firmitate, prout in singulis literis ipsorum pradecessorum desuper confectis, quarum tenores, signis & characteribus dumtaxat exceptis, cum litera ipsa incipiant vetustate consumi, prasentibus de verbo ad verbum annotari fecimus, plenius continetur. Quare pro parte dilecti filii magistri Johannis de Aragonia clerici Neapolitani, notarii nostri charissimi in Christo filii nostri Ferdinandi Sicilia regis nati, qui prafatum monasterium Cassinense ex concessione, & dispensatione ejusdem sedis in commendam obtinet, nobis fuit humiliter supplicatum, ut singulis litteris pradictis, illarumque vigore factis collationibus, provisionibus, prasentationibus, unionibus, annexionibus, incorporationibus, & quibusvis aliis dispositionibus, ac inde secutis quibuscumque pro illorum subsistentia firmiori robur Apostolica confirmationis adiicere, aliasque in pramissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur monasterium ipsum singulari quadam honoris prerogativa prosequi volentes hujusmodi supplicationibus inclinati singulas literas pradictas, quas diligenter inspici, & examinari fecimus, cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, ac collationibus, provisionibus, presentationibus, unionibus, annexionibus, incorporationibus, & quibusvis aliis dispositionibus tam per ipsum Johannem, quam ejus pradecessores dicti monasterii Abbates, seu commendatarios, aut ipsius monasterii rectores, seu gubernatores, tam per S. recordationis Paulum Papam II. quam alios Romanos pontifices deputatos factas, praterquam ad electionem futuri pro tempore Abbatis authoritate apostolica, ex certa scientia approbamus, & confirmamus, plenumque robur firmitatis obtinuisse, & obtinere decernimus, supplentes omnes, & singulos defectus, tam juris, quam facti, si qui forsan intervenerint in eisdem, necnon quascumque collationes, provisiones, & dimembrationes de pradictis monasteriis, dignitatibus, personatibus, administrationibus, aliisque beneficiis cum cura, vel sine cura ad prafatum monasterium Cassinense pertinentibus, & spectantibus, contra literarum, privilegiorum, ac decreti hujusmodi vim, formam, & tenorem etiam authoritate apostolica quo-

Ex originali in Archivo.

vis modo factas, & quæcumque inde secuta præscriptione, seu possessione triennali non obstante etiam, si super illis, aut eorum aliqua lis seu causa in Romana curia, vel extra eam in quibusvis etiam tertia instantiis, ac per appellationem, vel alias, coram quibuscumque causarum palatii apostolici auditoribus, seu judicibus, aut commissariis, & tam delegatis, quam subdelegatis pendeat indecisa, irrita, & inania, nulliusque roboris, vel momenti fuisse, & esse authoritate, & scientia similibus decernimus, & declaramus. Et quibuscumque Judicibus tam in ipsa curia, quam extra eam quacumque dignitate fungentibus sublata eis quavis alia interpetrandi facultate, secundum literarum, privilegiorum, ac decreti, & inde secutarum literarum nostrarum hujusmodi seriem, & tenorem judicari debere præcipimus, atque mandamus, eisque, & aliis quibuscumque sub excommunicationis, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis ne contra hujusmodi litterarum, privilegiorum, & decreti eorundem prædecessorum, nec non confirmationis, decreti, & declarationis nostrorum hujusmodi tenores, atque formas quovis modo venire, aut contrafacere per se, vel per alium, seu alios præsumant, districtius inhibemus, decernentes etiam irritum, & inane si secus super hiis a quoquam, quavis authoritate scienter, vel ignoranter attemptatum forsan est hactenus, vel in posterum contigerit attemptari, non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Verum quia difficile foret præsentes litteras ad singula loca in quibus illa necessaria forent, transferre, volumus, & eadem authoritate decernimus, quod transumpto prædictarum litterarum per aliquem notarium publicum subscripto, & sigillo alicujus ecclesiastici prælati munita, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, & illis stetur firmiter, sicut præsentibus originalibus literis staretur, si forent exhibitæ velostensæ, quodque approbatio, confirmatio, supplectio, decretum, & declaratio hujusmodi circa collationes, provisiones, ac alias dispositiones ecclesiarum, & beneficiarum prædictorum deincept faciendas quamdiu præfato Johanni vita comes fuerit, seu idem Monasterium in commendam obtinuerit dumtaxat durare censeantur, ac Abbates, seu alii commendatarii memorati monasterii, qui fuerint pro tempore, quoad collationes, provisiones, ac dispositiones hujusmodi in eum statum, in quo ipse Johannes ante præsentium emanationem existebant, reducantur. Tenor vero literarum prædictarum sequitur, & talis est. Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis filiis Roffrido Abbati monasterii S. Benedicti Cassinen. ejusque Fratribus tam præsentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Omnipotenti deo, cujus melior est misericordia super vitas, gratias agimus copiosas, quoniam gloriosus in Sanctis suis, atque mirabilis est, & virtutes suas ubicumque vult ineffabili bonitate demonstrat, ipse quippe dignationis suæ potentia beatissimum Benedictum patrem constituit Monachorum, ipsius monasticæ legislatorem, & operatorem, esse disponens, ut merito Cassinense monasterium, in quo, & sanctissime vixit, & gloriosissime obiit, omnibus per occidentem Monasteriis dignitatis privilegio antecellat. Quoniam igitur dignum est, ut tam celebre, ac solemne monasterium apostolica sedes specialiter amplectatur monasterium ipsum ad exemplar felicis memoriæ Clementis papæ, ac prædecessoris nostri sub beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut idem monasterium, & quæ ad ipsum pertinent, pleno jure quieta semper, & ab omni jugo mortalium libera, sub solius S. Romanæ ecclesiæ jure, ac perpetua defensione consistant. Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona idem monasterium in præsentiarum juste, ac canonice possidet, aut in futurum concessione, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante domino, poterit adipisci firma nobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: In primis monasterium domini Salvatoris positum ad pedem Cassini montis: Monasterium S. dei genitricis Virginis Mariæ, quod vocatur Plumbarola: monasterium S. Mariæ in Cingla, cellam S. Benedicti in Capua cum cellis, et pertinentiis suis, S. Angeli ad formam cum cellis, & pertinentiis suis, S. Johannis Puellarum, S. Rufi, S. Benedicti Piczuli, S. Angeli ad Odaldiscos, S. Agathæ in Adversa, S. Ceciliæ, & S. Dimitrii in Neapolim; in civitate Beneventana ecclesiam S. Benedicti ad Portam Rufini, S. Nicolai in civitate nova, S. Benedicti in Pantano. S. Nicolai in Petra Pulecin. S. Georgii in Fenuculo, S. Johannis in Turlecuso, S. Petri in Rossano, S. Angeli in Capraria, S. Januarii prope Beneventum, S. Martini ibidem, S. Dionysii in Ponte, S. Anastasii, S. Mariæ in Canneto, juxta Fluvium Trianeum, S. Laurentii in Salerno: S. Liberatoris in Marchia cum omnibus suis pertinentiis: S. Benedicti in Marsi, S. Mariæ in Luca, S. Cosmatis in civitella, S. Angeli in Barreo cum omnibus pertinentiis suis, S. Mariæ Ancillarum Dei in civitate Cusentin. S. Petri de Lacu, S. Petri de Avellana cum cellis, & pertinentiis suis, S. Erasmi, & S. Benedicti, & S. Scolasticæ in Gajeta, S. Magni in Fundis cum cellis, & pertinentiis suis, S. Agathæ & S. Benedicti, & S. Stephani in Terracina, S. Petri in Foresta cum cellis, & pertinentiis suis, S. Eliæ in Ambritie, S. Pauli in Foresta, S. Mariæ, & S. Vincentii in Pontecurvo cum cellis, & pertinentiis suis, S. Benedicti in Bagnarola, S. Mariæ, & S. Luciæ in Rivo Matricio, S. Nicolai, & S. Petri in Castello, S. Johannis in Carica, S. Angeli, & S. Nicandri, & S. Thomæ in Troja, S. Eustachii in Pantasia cum cellis, & pertinentiis suis, S. Benedicti, & S. Nicolai in Alarino, S. Benedicti in Pettenarii, S. Pauli in Campo Marinen. S. Mariæ in Casali plano, S. Illuminatæ in Castello Remusano, S. Trinitatis, & S. Georgii in Termule, S. Focati in Lesina, cum Foce, & Piscaria, S. Benedicti in Asculo, S. Eustachii in Petra abundanti, S. Eustachii in Vipera, S. Mariæ in Barutan, S. Scholasticæ in Pinnis, S. Salvatoris in Tave, S. Nicolai juxta flumen Trutinum in Aprutio cum pertinentiis suis, S. Johannis ad Scurfonem, S. Benedicti in Trunto, S. Benedicti in Tifino fluvio, S. Apollinaris in Firmo, qui dicitur ad Oplanis, S. Mariæ in Arboscla, S. Martini in Salinis, S. Angeli in Marano, & SS. Septem Fratrum, & S. Laurentii, sancti Benedicti in Ripaursa. In Comitatu Aquinaten. cellam S. Gregorii, & S. Mauritii, S. Pauli, S. Constantii, S. Christophori, S. Nicolai, & S. Mariæ in Albaneto, S. Nicolai in Ciconia, sancti Benedi-

cti

cti in Clia, S. Nazaris in Comino, & S. Valentini, & S. Martini, S. Urbani, S. Angeli, S. Pauli S. Felicis, & S. Salvatoris, S. Angeli in Valleluce, S. Michaelis in Oliveto, S. Nicolai in Pica cum cappellis suis, S. Honufrii, & S. Maria de Egypto, S. Angeli in Canntio, S. Johannis de Pescho, S. Maria in Verule, S. Petri in Escleta, S. Lucia, & S. Petri in Curuli, & S. Nicolai de Francavilla, S. Johannis do Pantano, S. Silvestri, & S. Martini, & S. Lucia in Arpino, S. Marie de Castello Zupponi, S. Benedicti in Cella de Insula, S. Maria in Babuco, S. Nicolai in Turice, S. Juliani in Frosolono, S. Valentini in Ferentino, in Anarnia S. Cesarii, S. Angeli in Algido, S. Marci Cecano, S. Agatha in Tusculan., & S. Hyerusalem, S. Benedicti in Albano. In Roma monasterium S. Sebastiani, quod dicitur Palladia in Lucania cellam S. Georgii, S. Salvatoris in Civitella. In Ducatu Spoletan. S. Germani in Sora, S. Benedicti in Paschesan. S. Petri in Morinis, S. Angeli in Peschio canali, S. Patris in Formis, S. Angeli in Albe, S. Erasmi in Pomperano, S. Maria in Cellis in Venafro, S. Benedicti, & S. Nazaril, & S. Martini in ipsa Furca, Curtem, S. Maria in Sala, & S. Benedicti Pizoli ibidem, S. Bencdicti in Cesima, S. Jacobi de Pace, S. Benedicti, & S. Leonis in Snessa, & curtem, qua dicitur Lauriana, & Feudum quod fuit Pandulfi de Patricio, S. Johannis in currenti, S. Benedicti in Teano, S. Maria in Calvo, & S. Agapiti in territorio Calui, S. Nazarii in Anglen. S. Adjutoris, & S. Benedicti in Alifas, S. Donili in Telesia, S. Martini in Vulturno, S. Petri in Sexto; in Amalfi S. Crucis, & S. Nicolai, S. Crucis in Seruia, & S. Marci in Carpinon. S. Maria in Calena, S. Benedicti in Trani, S. Benedicti in Bari, S. Petri Imperialis in Tarento, in Calabria cellam S. Anastasia, castellum Fella, & ecclesias Sellectani, S. Maria in Tropea, S. Euphemia in Marchia: Item civitatem, qua dicitur S. Germani positam ad pedem ipsius montis, Pontemcurvum, & castellum S. Petri, quod ab antiquis dictum est castrum Casini, castellum S. Angeli, Pignatarium, Terami, Plumbarola, Pesdemonte, & Villam de Pedemontis, castellum S. Stephani, castellum S. Georgii, castellum S. Apollinaris, castellum S. Ambrosii, castellum S. Andrea, Vallisfrigida, castellum Novum, Fracte, & ecclesiam S. Martini Mirtula cum ipsa curte, qua dicitur casa Fortini, roccam de Bandra cum omnibus pertinentiis suis, figaum, turrem ad mare juxta fluvium Gariliani, S. Salvatoris qui vocatur Cucuruzzo, Vantra Comitalis, Vantra monastica, Caminum, Juncturam, Torocclum, Cervarium S. Victorem, S. Petrum infra, S. Heliam, Vallemrotundam Saracenescum, castrum Atini cum omnibus pertinentiis suis, Cardetum Aquamfundatam, Vuccosum, ecclesiam S. Martini in pede Arcis, castrum Cetrarie cum omnibus ecclesiis, & pertinentiis suis: in Marchia Teatina castellum Lastinianum, Montem Albrici, Mucclam, S. Quirici cum Portu Frisan. S. Justam in comitatu Asculano, castellum, quod dicitur Ottavium, & post Montem Cimanum, Trivilianum, & Cavinum, in Principatu castellum Ripa ursa, Montem Bellum, Petra Fracida, in Comino Vicum album, in territorio Carseolano castellum Auricola, Piretum Roccam incameratam, Fossam cecam, & Capriatam, in Amalfi fundicum, in territorio Trojano castellum de Baroncello, S. Justam, Villam S. Nicolai, quod de Gallitiana dicitur, in monte S. Angeli, hospitale in territorio Capuano Gualdum de Liburia in Comitatu Thean. curtem S. Felicis, cum ecclesia S. Hippoliti, in comitatu Aretino monasterium S. Benedicti in territorio Pisana civitatis, S. Silvestri & S. Benedicti in Crema, ecclesiam S. Nicolai prope portam castri Martini in Pesile, in Sardinia insula ecclesiam S. Maria in Tergo, S. Helia in Monte, & S. Helisei cum omnibus earum pertinentiis, S. Maria de Sabuccio, sancta Maria de Toralbo, S. Maria do Tanecle, S. Petri de Tecingle, S. Nicolai, & S. Maria in folio cum pertinentiis earum, S. Nicolai de Talasa, S. Michaelis in Ferucisi, S. Georgii in Ticillo, S. Petri de Simbran. S. Petri in Nurchi, S. Nicolai de Ugulsuli, S. Johannis, & S. Helia de siti in comitatu Alarino medietatem Castri Serra in Tuscia prope civitatem castri monasterium S. Columbani cum cellis, & pertinentiis suis. In regno Francorum monasterium S. Mauri Glannafolien. cum cellis, & pertinentiis suis. Hac omnia ut diximus cum omnibus rebus & adjacentiis eorum, tam in finibus Beneventanis per diversa loca, quam & in Apuliis, & in finibus Marsorum, & Calabritanis etiam, & in finibus Marchia, sive ubi, & longe, lateque per diversa loca consistunt una cum colonis, & colone, servis, & ancillis utriusque sexus ad ejusdem monasterii dominium pertinentibus confirmamus. Praterea patrum nostrorum beata memoria Urbani, Calixti, & dicti Clementis Romanorum pontificum vestigia subsequentes, vestrum cœnobium cæteris per occidentem cœnobiis praferendum asserimus, & tam te, quam successores tuos in omni conventu episcoporum, seu principum superiores omnibus Abbatibus consedere, atque in Judiciis priorem cæteris in vestri ordinis juris sententiam proferre censemus, usum quoque compagorum, cyrothecarum, tunica, dalmatica, ac mitra, & virgam pastoralem, & quotidianum usum annuli, tam tibi fili Abbas, quam successoribus tuis authoritate apostolica indulgemus. Sane tam in ipso venerabili monasterio, quam & in cellis ejus cujuslibet ecclesia episcopum, vel sacerdotem prater Romanum pontificem ditionem quamlibet, aut excommunicandi, aut interdicendi, aut ad synodum provocandi prasumere prohibemus, ita ut, nisi ab Abbate, vel Priore loci fueris invitatus, nec missarum solemnia inibi audeat celebrare, liceatque ipsius monasterii, & cellarum ejus fratribus clericos cujuscumque ordinis, vel laicos de quocumque episcopatu e saculo fugientes liberos, & absolutos ad conversacionem venientes absque alicujus contradictione suscipere: liceat quoque absque cujuslibet secularis vel ecclesiastica potestatis inhibitione subiectos Monasteriis suis tam Monachos, quam sanctimoniales fœminas judicare, liceat etiam Fratribus per cellas in civitatibus constitutas ad divina officia quandocumque voluerint signa pulsare, & januas ecclesia aperire, populum dei tam in ipsum cœnobium, quam & in cellas ejus ad dei verbum audiendum ingrodi, & confitendum peccata sua, nullus episcopus excepto pro communi totius civitatis, vel parochia interdicto prohibeat, & nulli episcopo liceat ad jam dictum monasterium de subiectis sibi populis, vel de cunctis ejus ecclesiis decimas, vel mortuorum oblationem tollere

Oppida monasterii.

nota; nota; nota; nota; nota;

per quamlibet occasionem, chrisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium, sive Basilicarum, ordinationes Monachorum, seu clericorum a quocumque malueritis catholico accipiatis episcopo, (nota) baptismum vero, & infirmorum visitationes in oppidis vestris, aut villis ad vos pertinentibus pleno jure per clericos vestros agetis: ad perpetuum etiam hospitium tibi fili Abbas tuisque successoribus Palladii cellam concedimus, ut de vestra illic congregatione, quem volueritis ordinetis, quem si forte Romano pontifici in Abbatem promovere placuerit, omnino tamen tamquam vestræ congregationis Monachum sub vestra decernimus dispositione persistere, redditum (nota) quoque, qui officialibus nostris apud Hostiam, vel Portam de navibus exigi solet, navi vestra, si qua eo venerit relaxamus: obeunte vero te nunc ejusdem loci Abbate, vel suorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem Fratres communi consensu, vel Fratrum pars consilii sanioris de collegio vestro aut de alieno, si ibidem idoneus repertus non fuerit, secundum dei timorem, & beati Benedicti regulam providerint eligendum. (nota) Electus autem ad Romanum pontificem consecrandus accedat, ad hæc tam præsentium, quam futurorum avaritiæ, ac nequitiæ obviantes, omnes omnino seditiones, quas levas dicunt, seu direptiones in cujuscumque Abbatis morte, aut electione authoritate Apostolica interdicimus. Sepulturam sane loci vestri, & monasteriorum vestrorum liberam omnino esse censemus, ut eorum, qui illic sepelliri deliberaverint, devotioni, & extremæ voluntati, nisi forte excommunicati, vel interdicti sint, nullus obsistat, neque alicui Archiepiscoporum, seu episcoporum occasione decimarum, vel quartæ judiciorum, mortuariorum liceat aliquem in monasterio vestro, vel cellis ejus sepelliri deliberantem interdicere, vel pœnitentiam, aut viaticum denegare. Quod si quis adversus ista præsumpserint, sit facultas fratribus in eisdem locis manentibus prædicta petentibus sacramenta tribuere, & sepulturam christianæ religionis more perficere. Præterea cum vobis eam in capite, quam in membris ab apostolica sit sede concessa libera sepultura, Alexandri, Innocentii, & dicti Clementis prædecessorum nostrorum vestigiis (nota) inhærentes vobis, & vestris Fratribus, tam præsentibus, quam futuris duximus indulgendum, ut quoties pro corporibus mortuorum in processione vos exire contingerit, crucem, incensum, & aquam benedictam portandi juxta morem Terræ liberam, nullius contradictione, vel appellatione obstante, habeatis de nostra licentia facultatem. Ad exemplar quoque ipsius patris, & prædecessoris nostri Clementis licentiam concedimus tibi, ac legitimis successoribus tuis, ut si quis ejusdem monasterii vestri, & cellarum ejus possessiones, aut res violenter abstulerit, (nota) postquam ipsorum episcopi a vobis tertio invitati justitiam de eis facere, omnino noluerint, vos super eosdem raptores secundo, tertiove commonitos canonicam excommunicationis sententiam proferatis. Ea vero, quæ monasterium vestrum a quadraginta retro annis bona fide dignoscitur pacifice possedisse, vobis, & eidem Monasterio auctoritate Apostolica confirmamus. Ita quidem quod super his nullo umquam tempore impediri debeatis, vel quomodolibet molestari. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia, & integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis pro futura, salva apostolicæ sedis authoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam venire temptaverit temere, secundo, tertiove commonita, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore, ac sanguine dei, & domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant Amen, Amen, Amen. Datum apud S. Germanum per manum Johannis S. Mariæ in Cosmedin Diaconi Cardinalis S. R. E. Cancellarii octavo Kal. Augusti indictione undecima, incarnationis Dominicæ, anno millesimo ducentesimo octavo, pontificatus vero domini Innocentii papæ III. anno undecimo. Urbanus Episcopus servus servorum Dei ad futuram rei memoriam. Singularis devotionis affectus, quem ad monasterium Cassinense nobis, & Romanæ ecclesiæ immediate subiectum Ordinis S. Benedicti, quod nullius diœcesis existit, gerimus, merito nos inducunt, ut monasterium, ipsum & personas in eo degentes specialis prærogativa gratiæ prosequamur. Hinc est, quod nos dilectorum filiorum, Abbatis, & Conventus monasterii ejusdem precibus inclinati, tenore præsentium statuimus, & etiam ordinamus, quod literæ apostolicæ, quas per quoscumque super obtinendis monasteriis, præposituris, prioratibus granciis, administrationibus, dignitatibus, personatibus, officiis, aut aliis beneficiis ecclesiasticis quibuscumque, secularibus, vel regularibus prædicto monasterio Cassinensi subjectis, vel dependentibus ab eodem, nec non castris, villis, oppidis, terris cultis, & incultis, nemoribus, molendinis, pascuis, & aliis possessionibus, & bonis mobilibus, & immobilibus, ac decimis, juribus, & jurisdictionibus, redditibus quoque, & proventibus ad monasterium ipsum pertinentibus, vel sibi quoquo modo subjectis a sede Apostolica, vel ejus legatis sub quacumque serie, aut forma, vel expressione verborum de cetero impetrari contigerit, nisi de hujusmodi dependentia, & subjectione ac de ipsius monasterii exemptione, & de toto tenore hujusmodi nostri privilegii plena, & expressa, ac de verbo ad verbum in ipsis litteris mentio habeatur, nullius penitus sint momenti, ipsasque litteras, & processus per easdem forsan habendos, & quæcumque inde secuta ex nunc carere decernimus omni robore firmitatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti, ordinationis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis dei, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum apud majorem ecclesiam Neapolitan. nono Kal. Januarii Pontificatus nostri anno sexto. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, constitutionis, suppletionis, decreti, declarationis, præ-

cepti

gepri, mandati, inhibitionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis dei, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto, decimo Kal. Januarii pontificatus nostri anno quarto. Gratis de mandato domini nostri Papæ - - G. Policarpus - - L. Grifus A. de Gottifredis - - Reg. apud me Lelium Grifum. -

Adest sigillum plumbeum pendens ex cordula serica rubei coloris.

Ex originali in Archivo.

Sacrosanctum Constantiense concilium pluribus privilegiis cœnobium nostrum decoravit, in quorum uno dato an. 1415. Idibus Octobris hæc habet. *Sacrosancta, & generalis sinodus Constantiensis dilecto Ecclesiæ Filio . . . Priori monasterii S. Annæ de Rocca Montis Draconis per Priorem soliti gubernari Suessana diœcesis salutem & dei omnipotentis benedictionem. In ecclesiæ firmamento Ordo S. Benedicti nitore claro coruscans universalem gregis dominici aulam, & currentibus in stadio rectum iter insinuat quo ad salutis bravium facilius pervenitur. Nos quidem ob hoc ad venerabile monasterium montis Cassinen. quod nullius diœcesis existit prædicti Ordinis, & in quo ipse sanctus tunc cursum hujus vitæ peragens multis temporibus sub sancta contemplatione pie conversatus, & semper clarens virtuosis operibus vitam demum feliciter consummavit, gerentes singularis devotionis affectum ac necessitates dicti monasterii, & dilectorum ecclesiæ filiorum ejus Monachorum, & Conversorum nobis nuper reverenter expositas digna compassione advertentes, ipsis nostræ provisionis auxilium, ut quietius Domino famulari valeant, favorabiliter impertimur; &c.* Et in alio ejusdem diei, & anni hæc legere est. *Sacrosancta, & generalis Sinodus Costantiensis ad perpetuam rei memoriam. Quanto acceptius Religiosi viri deo servitutem exhibent, tanto pluribus eos, & monasteria ipsorum convenit communire præsidiis, ut per hoc in eorum juribus conservari, & ab infestatorum molestiis erui, nec non ad illa, quæ religionis sunt, animos valeant liberius applicare. Unde illis, per quæ status ipsorum perturbari posset, ope nostra est consultius accurrendum. Hinc est quod miserabili statui venerabilis monasterii Montis Cassinensis, quod nullius diocesis est, ac Romanæ ecclesiæ immediate subesse dinoscitur, ejusque Monachis, & ministris merito compatientes, & ut illud in suis libertatibus, immunitatibus, juribus, & bonis omnibus conservetur illesum: &c.* Hæc quoque ad rem nostram in alio XIX. Kal. Jannuarii an. 1416. leguntur. *Sacrosancta, & generalis sinodus Constantien. ad perpetuam rei memoriam. Quanto acceptius religiosi viri deo servitutem exhibent, tanto pluribus eos & monasteria, ac loca ipsorum convenit præsidiis communiri, ut per hoc in eorum juribus conservari, & ab infestatorum molestiis erui, nec non ad illa, quæ religionis sunt eorum animos applicare valeant, unde illis, per quæ status illorum perturbari posset, ope nostra est consultius occurrendum. Hinc est, quod miserabili statui venerabilis monasterii Cassinensis, quod nullius diocesis est, ac Romanæ ecclesiæ immediate subesse cognoscitur ordinis S. Benedicti ac dilectis ecclesiæ filiis moderno Abbati, & conventui ejusdem monasterii merito compatientes; & ut dictum monasterium, & ejus membra in suis juribus, immunitatibus, libertatibus, privilegiis, & bonis omnibus conserventur illæsa, nec non spiritualiter, & temporaliter reformentur, quantum in nobis fuerit providere cupientes: &c.* Et in alio anni 1417. *Sacrosancta, & generalis sinodus Constantiensis dilectis ecclesiæ Filiis universis Vassallis monasterii Cassinensis quod nullius diœcesis existit ac Romanæ ecclesiæ immediate subiecti Ordinis S. Benedicti salutem, & dei omnipotentis benedictionem. Ad monasterium Cassinense quod nullius diœcesis existit Romanæque ecclesiæ immediate subiectum Ordinis S. Benedicti, & ejus incrementa, res, jura, & bona recuperanda, salvanda, & etiam protegenda ob celebritatem ipsius, & reverentiam almifici confessoris Benedicti, qui monasterium ipsum, & nonnulla alia superna desuper illustrante clementia, ejus nomine, & gratia ineffabiliter illustravit, & ad dilectos ecclesiæ filios Abbatem, & conventum dicti monasterii ejusque membra, & subditos, res, & bona gerentes specialis devotionis affectum: &c.* Quæ privilegia in Dissertatione I. dabimus.

Ladislaus.

Ladislaus rex plures tincarum libras Monachis Cassinatibus quotannis concessit hoc privilegio.

Ex originali in Archivo.

Ladislaus dei gratia Hungariæ, Jerusalem, & Siciliæ Rex &c. Baptistæ Zuzzi de Aquila præsenti Erario Comitatus Albæ, cæterisque officialibus quocumque nomine nuncupatis, ac officio, & jurisdictione fungentibus, ad quos infrascripta spectant, & spectabunt, præsentibus, & futuris fidelibus nostris dilectis gratiam, & bonam voluntatem. Si omnipotenti deo indefessi animi robore servientibus ac vitæ suffragio subvenitur, omnipotens ipse cujus auxilio vivitur, & regnatur ejus devotos singulari devotione complectitur. Cum itaque attendentes vitæ modestiam, moderati victus sobrietatem, a cibisque carnium abstinentiam illibatam venerabilium virorum Monachorum, & Conventus sacri monasterii Cassinensis, ad quod gerimus merito singularem devotionis affectum, nostrorum quidem oratorum, & fidelium dilectorum, qui pro nobis, ac cunctis Christifidelibus orare, sanctis, ac assiduis orationibus non desistunt, ex quo nostri status augumentum, & prosperitas roboratur; eisdem Monachis, & conventui in ipsarum victus subventionem, & alimoniam libras mille piscium, seu thencarum Lacus Fucini de Aprutina provincia, emendas quidem per vos Erarios de pecunia Collectarum, & quarumlibet Fiscalium functionum per Universitates, & homines terrarum Comitatus Albæ nostræ curiæ debitarum, & debendarum ex nunc in antea annis singulis in perpetuum pie dedimus, donavimus & concessimus gratiose. Idcirco volumus, & vobis præsentium tenore de certa nostra scientia præcipimus, & mandamus, quatenus eisdem Monachis, & Conventui Cassinensi, aut alteri eorum parte libras mille piscium, seu tencharum dicti lacus Fucini emendarum per vos de quacumque nostra fiscali pecunia penes vos sistente, vel futura, vestræ Erariatus officii rationem & ad dictum monasterium Cassinense ad nostræ curiæ expensas mittendarum, vestrorum officiorum temporibus. ad omnem ipsorum Monachorum, & Conventus, aut alterius eorum parte requisitionem, ex nunc in ante, annis singulis exhibere, dare, & mittere debeatis, a quibus quidem monachis, & Conventu de assignatione, & receptione

dictarum librarum mille tencharum annis singulis recipiatis solitam Apodixam vobis, vestrumque cuilibet, una cum transumpto presentium per vos in publica forma recepto admittendam, & acceptandam absque nota cujuslibet questionis, & contrarium non faciatis, moram, dilationem, renitentiam, & defectum quemlibet pratermittendo, sicut habetis gratiam nostram caram, & indignationem cupitis evitare. Mandantes insuper presentium serie de dicta certa nostra scientia viro magnifico . . Logothetæ, et Prothonotario regni nostri Siciliæ ete. quatenus ad omnem requisitionem dictorum Monachorum, et Conventus, aut alterius eorum parte de pramissis sub magno nostro pendenti sigillo fieri mandet, & faciat litteras oportunas. Presentes autem litteras parvo nostro sigillo munitas vobis in pramissorum testimonium duximus dirigendas valituras, ac si magno nostro pendenti sigillo sigillata forent, & aliis solemnitatibus nostræ curiæ communita. Edicto de non admittendis eedulis, & quibuscumque presentibus forte contrariis non obstantibus quoquo. Quas post oportunam inspectionem earum pro cautela vicibus singulis restitui volumus presentanti. Datum in S. Germano die tertio mensis martii septima indictionis. Post datum: Volumusquod dictas libras mille Tencharum dicti Lacus eisdem monacis, & conventui, aut dicto alteri sui parte exhibere debeatis annis singulis de bonis Tenchis. Datum ut supra. Ladislaus Rex manu propria. Pro monasterio Cassinensi de donatione librarum mille Tencharum bonarum. Ubi multo magis testimonium a Rege de proba eorum vita apud S. Germanum, ubi facile id noscere poterat latum hisce verbis: *Attendentes vitæ modestiam, moderati victus sobrietatem, a cibisque carnium abstinentiam illibatam venerabilium virorum monachorum, & Conventus sacri monasterii Cassinensis, &c. qui pro nobis, ac cunctis Christi Fidelibus orare sanctis, ac assiduis orationibus non desistunt, &c.*

Ex originali in Archivo.

Privilegium istud confirmavit Jacobus, & Johanna regina amplissimo hoc diplomate. *Jacobus, & Johanna dei gratia Ungariæ Jerusalem, & Siciliæ rex, & regina &c. Magnifico viro Magno Camerario regni nostri Siciliæ, ejusque locumtenentibus consiliariis, nec non Ærariis Comitatus Albæ, cæterisque officialibus quocumque nomine nuncupatis, ac officio, & Jurisdictione fungentibus, eorumque locumtenentibus, ad quos infrascripta spectant, & spectabunt præsentibus, & futuris fidelibus nostris dilectis gratiam, & bonam voluntatem. Sane nuper pro parte religiosorum, & venerabilium virorum Prioris, Conventus, & Monachorum sacri monasterii Cassinensis nostrorum devotorum oratorum, & fidelium dilectorum majestatibus nostris fuit humiliter supplicatum, ut cum olim*

nota.

claræ memoriæ serenissimus, & illustrissimus princeps, & dominus dominus Ladislaus rex inclitus reverendissimus germanus nostræ reginæ gerens ad dictum monasterium specialis devotionis affectum, & moderati victus sobrietatem, Monachorum ipsorum eisdem Monacis, & Conventui libras mille bonorum pissium, seu tengarum de lacu Fucini emendarum per Ærarios ipsius domini regis in dicto comitatu statutos tunc, & statuendos de quacumque Fiscali pecunia ipsius domini regis curiæ nostræ inibi debita, & debenda, & ad dictum monasterium ad expensas ipsius curiæ mittendarum quolibet anno donavit, & gratiose concessit, prout in ipsius Domini regis Fratris, nostræ Reginæ literis suis parvo sigillo munitis propriaque sua manu subscriptis, sub data in S. Germano die tercio mensis Martii anni, septima Indictione in nostra curia originaliter præsentatis, visis, & lectis, nec non, & per nos Reginam, per quamdam nostram cedulam factam sub data in Castronovo Neapolis sub annulo nostræ reginæ secreto, & sigillo quadrato ad exhibitionem fiscalis pecuniæ deputato munitam confirmatis, hæc, & alia plenius, & seriosius continentur, dignaremur eis præfatam concessionem dictorum bonorum pissium, seu tengarum juxta dictarum regiarum, & nostræ reginæ litterarum tenores, una cum dictis literis de gratia confirmatis. Nos autem dicti domini regis Fratris, nostræ reginæ laudanda vestigia commendavimus, & ipsius actiones laudabiles erga dictum monasterium, & Conventum ostensas sequi merito cupientes eisdem monasterio, Monacis, & Conventui præfatam concessionem, & donationem dictarum mille librarum bonorum pissium, seu tengarum lacus Fucini, juxta dictarum regiarum, & nostræ reginæ literarum continentias, ipsiusque literas, & omnia, & singula contenta in illis, quarum tenores hic haberi volumus præsentibus pro sufficienter expressis præsentium serie de certa nostra scientia de speciali gratia confirmamus, ac nostræ potestatis, & auctoritatis præsidio munientes, volumus, & fidelitati vestræ earundem tenore præsentium de dicta certa nostra scientia præcipimus, & expresse mandamus, quatenus forma prædictarum regiarum, & nostræ reginæ, ac præsentium nostrarum litterarum per vos, & vestrum quemlibet diligenter attenta, & in omnibus inviolabiliter observata vos prædicti Ærarii, seu Magistri cameræ, & Officiales alii, ad quos spectat, & spectabit eisdem Monacis, & conventui Cassinensi, aut alii earum parte dictas libras mille bonorum pissium, sive tengarum dicti lacus Fucini per vos, ex quacumque fiscali nostra pecunia penes vos sistente, vel futura vestri ærariatus, seu Magistratus Cameræ Officii ratione emendarum, & ad dictum Monasterium Cassinense per vos ad expensas ipsius nostræ curiæ mittendarum, vestrorumque officiorum temporibus ad omnem ipsorum Monachorum, & Conventus, aut alterius eorum parte requisitionem ex nunc in antea & pro tempore, quo illas non habuerunt annis singulis exhibere, dare & mittere debetis a quibus quidem Monacis, & Conventu de assignatione, & exhibitione dictorum bonorum pissium, seu tengarum dicti Lacus Fucini recipiatis solitam apodixam a vobis, vestrumque cuilibet, una cum transumpto præsentium per vos in publica forma recepto admittendam, absque nota cujuslibet questionis nullis cautelis aliis a vobis quomodolibet propterea requirendis. Vosque magni Camerarii, & locumtenentes ipsius exhibitionem, dationem, & remissionem præfatorum bonorum pissium, seu tencarum, non impediatis in aliquo, quinimo eosdem Ærarios, seu Magistros Cameræ ad exhibitionem, & missionem ipsorum, si oportuerit, districtius compellatis, nec in præmissis committatis aliquam renitentiam, moram, vel defectum sicut habetis gratiam nostram caram, & mandatis nostris cupitis obedire, præsentes autem literas communi annulo nostro secreto munitas, & sigillo quadrato ad exhibitionem Fiscalis pecuniæ deputato vobis in præmissorum testimonium dirigentes, quas post earum opportunam inspectionem earum, singulis vicibus restitui volumus præsen-

sentanti. Datum in castro nostro novo Neapolis sub eisdem anulo, sigillo, die nono mensis Februarii nona indictionis: Pro monasterio Cassinensi de confirmatione librarum mille bonorum pissium, seu tengarom per onnum. De mandato regio, jubente domino Cancellario regni Siciliæ. Jor. O. - - Angelillus.

Cassinates ad reformandum.

Alphonsus Aragonum. & Neapolis rex doctrina, prudentia, reique militaris peritia suspiciendus, quanti Cassinatium monasticam disciplinam æstimaret, facto ostendit, cum ex iis quosdam ad instituendum reformandumque celeberrimum monasterium S. Mariæ Montisserrati accersiverit hisce literis, ex Regesto Conventus p. 74. a t. & 75. Rex Aragonum, & utriusque Siciliæ &c. Religiose, & dilecte noster: Tanto per la grandissimo devotione, che uni, & la illustrissima Regina nostra Carissima consorte ovimo alla ecclesia, & monasterio de S. Maria de Monteserrato quanto per reformotione, & augumentatione de lo Ordine vostro alo quale per simile ovemo grandissima devotione. Vorriamo, che lo dicto monasterio de sancto Maria fosse servuto per Frati de la observantia de lo ordine vostro, per li quali lo Divino offitio, & altri servitii de quella ecclesia se focesse, & che da mo innonsti sectu la Regula, & observanza de lo dicto ordine vostro stetesse, & per conducere o fine questo nostro proposto sia necessario tanto de quisso vostro monesterio quanto de oltri de nostri regni, & terre farenge andare delli Frati, ve pregomo, & incarricamo quanto piu affectuosamente potemo, che de quisso monastero per nostra contemplatione, & servitio ge vogliate mandare alcuno Frate lo quale porete mondare in compagnio de lo religioso, & dilecto nostro Fratre Bernardo Villalta, lo quale per questo sola rasone va do vus pregannovi perciochè in tutto quanto sopra le decte cose de nostro parte ve dirà voghate dare pieno fede & credeoza, quanto proprio o nostra persona. Certificondovi, che di questo ne farete piacere, & servitio multo accepto, lo quale in suo caso haverimo bene ad memoria. Dat. in Civit. Neopolis die 30. Marcii VI. indictionis: Rex Alfonsus Foris: Religioso & dilecto nostro Priori monasterii Cassinensis nobis dilecto. In communi Sicilia XVIII. Rex Aragonum, & utriusque Siciliæ &c. Religiosi, & dilecti nostri recipemmo vostra littera sopra lo facto de la ademanda, che la illustrissima Regina nostra carissima consorte fa, de alcuni Monachi de quisso monasterio per lo servitio de lo monasterio de Stā Mario de Monserroto, ve respondemo, & ve reingratiamo lo bona voluntote, che mostrati avere allo servitio nostro, & dela dicta illustrissimo Regina, & perche dicesi, che in quisso monasterio ce ove manchamento de Monachi, nui non intendemo de minorarlo, mo si olcuno de vui in servitio de lo decta illustrissimo Regina voluntariamente vorrite ondare a servire lo detto monasterio de serrimo molto contenti, & mandarimo le sia facto tal compagnia, che ule serranno ben contenti. Datum in Civitate Neapolis die sextodecimo mensis Madii sextæ indiccionis - - Rex - - Alphonsus Martorell - - Foris - - Religiosis, & Dilectis nostris Priori, & Monachis monasterii Cassinensis Ordinis S. Benedicti, &c. Ejusdem mentis Alphonsi uxor Maria fuit ut hisce Literis constat ex eodem regesto p. 74. a t. Regina Aragonum, &c. Venerabilis, & religiose Abbas nobisque sincere dilecte: Sobre algunes coses, que son gratia, reparatio, e reformatio de vostre orde en aquestes partes va en aqueixes lo Religios, e amat nostro frare Bener. Villalta Conventual del monastero de Sancto Maria de Monserat portodor de la present, Per tal vos pregom ab tanta affectio quanta dir se pot deiots dor fe, e creenza o tot co e quant de port nostra sobre les dites coses lo dit frare Bnr. Villalto vos dira axi com si personolment les vos diyem ab a quella obra executio, & effecte, que de urā devotio confian, certificantes vos q. de cosa alguguna no creem puxats tant merit guanyar ne tant gran premi reportar ne a nos fer moior complacentia. Dat. en Tortosa a XXVI. dies de Janer del aoj mil quatrecentes quaranta tres. El Maria - - Foris - - Venerabili, & Religioso Abbati Monasterii de Montecassino nobis sincere dilecto: &c. Sex vero Cassinates Monachos illuc missos hisce verbis in codice nostro nu. 184. constat. Anno domini 1443. indictione 6. die 25. mensis Modii residente in sede apostolica SS. Domino D. nostro Eugenio Popo IV. regnante Serenissimo D. D. Alfonso . . . . Utriusque Siciliæ rege victoriosissimo missi sunt sex de nostris Fratribus Cassineosibus in Cataloniam pro reformatione Regularis observontia in monasterio S. Moria de Monteserrato ad devotionem illustrissima regina Marie consortis serenissimi regis Alfonsi prædicti od laudem dei omnipotentis, & S. Patris nostri Benedicti. Amen. In cit. regesto Conventus p. 64. a t. prolixa extat Monachorum Cassinensium ad sex illos Epistola.

Compertos Cassinensium more habuerat Alphonsus, qui duobus assiduis annis illos obsidione cinxerat, quod intemeratam erga Eugenium IV. Romanum pontificem fidem servassent. Hinc merito in literis quibus an. 1443. die 8. Julii bona illis restitui jubet, hæc de illis prædicat: Nos antem habita super hiis nostri consilii matnro deliberotione ipsorum supplicantium precibus, utpote justis, benignius inchoati, gerentes od prefatum monasterium, & ejus ordinem ac mirificum sanctum Benedictum ejus patronum specialis devotionis affectum censentes fore consoonm rationi, ac pium bonum & caritativum opus restitui debere eisdem monasterio, Priori, & conventui, bona sua &c. Eas literas in Diss. I. dabimus.

Ferdinandi Regis Privilegium.

Ferdinandus Rex amplissimum privilegium concessit monasterio nostro, quo illi nullo soluto vectigali bona e regno extrahere liceret, ubi hęc potissimum adnotanda: Sicque considerantes, quanta devotione afficimur venerando monasterio Cassinensi &c. in quo maxima veneratione divinus celebratur cultus. Aliud concessit privilegium idem Ferdinandus an. 1468. quo gratias omnes immunitatesque a Johanna I. Ladislao I. & Johanna II. Cassinatibus impartitas ratas haber, ut Diss. I. dicemus. In eo hæc ad rem nostram leguntur. Nos vero prædecessorum nostrorum gestis laude dignis gratis animi nostri affectibus inhærentes, contemplatione, & votiva devotione, quam gerimus, supradicto monasterio, Monachis, & Conveotui Oratoribus nostris, grata quoque, grandio, utilia, fructuoso, & accepta servitia per dictum monasterium monachos, & Conventum, ac supradictas terras, castra, & loco & vassallos suos in genere, & in specie in opportuno, & acceptabili tempore præstita, & impensa, qui pro fidelitate nostro servanda variis periculis, & dispendiis se promptos exhibuerunt, & exhibere de bono in melius liberali

rali

rali animo se disponunt, ipsorumque supplicationibus benigne inclinati eisdem monasterio Monachis, & Conventui &c.

Pueri Monachi.

Cardinalis Johannes Aragonius bis purpura tinctus Abbas fiduciarius cœnobii Cassinensis hæc ad rem nostram ait in instrumento, quo bona quædam monachis assignat. *Et cum dictum celebre nostrum monasterium, ejusque Monachos ex injuncto nobis officio pluries personaliter visitaremus, ut divinum cultum, nullatenus in eo deficere contingat, utque monastica disciplina juxta Regulam praphati SS. Patris inviolabiliter observetur, attendentes, quod ubi gubernaculum disciplinæ conceditur, restat, ut religio naufragetur, providendum esse censuimus, ne per contemptum hujusmodi in his, qui Christo voto celebri se dedicarunt, quicquam reperiatur incongruum, quod in regularis ponat honestatis gloria maculam, & Divinam merito possit offendere majestatem, utque insuper monachi in eo degentes, & Domino famulantes, tam præsentes, quam futuri, libentius, & quietius valeant Domino famulari, & vitam monasticam, & regularem servare, eorum vita, & necessitatibus providere decrevimus, &c.* Et infra. *Mandamus etiam, & ita volumus, & declaramus, quod Prior, Monachi, & Conventus prædicti semper, & in perpetuum nobis, & nostro Vicario, & Gubernatori Cassinensi, ac nobis in dicto monasterio successoribus canonice intrantibus teneantur, & debeant præstare, & exhibere debitam, & omnimodam reverentiam, ac integram, & inconcussam hobedientiam juxta canonicas sanctiones, ac beatissimi patris Benedicti regulam, & aliorum sanctorum Patrum instituta, prout decet quoscumque veros religiosos, & canonicos claustrales, & prout in dicto monasterio fieri solitum est, & consuetum, nec non teneantur, & debeant in perpetuum tenere; & conservare hospitalitatem in dicto monasterio, & singulis diebus oleemosinam facere juxta eorum consuetudinem, & prout actenus in dicto monasterio observari,*

nota.

& fieri solitum est, & consuetum, &c. Quo verò aptius monastica disciplina monachorum numero vigeret, jussit idem Johannes hisce litteris, ut pueri ad regulæ præscriptum cap. 59. in monasterio S. Mariæ Albanetæ alerentur. *Johannes miseratione divina tituli S. Adriani sacrosancta Romana ecclesia presbyter Cardinalis de Aragonia perpetuusque commendatarius sacri Monasterii Cassinensis &c. Et si ad singulas religiones divinis officiis dedicatas specialis charitatis affectio nos provehat, & interna devotionis in domino sinceritas nos accendat, ad religionem*

nota.

tamen, & ordinem gloriosissimi patris nostri beati Benedicti tamquam doctrina speculum, & honestatis exemplum nos instinctus quidam singularis devotionis annectit, quem gloriosus deus Monachorum patrem constituit, ipsum monastica legis latorem, & operatorem esse disponens, ut merito Cassinense monasterium, in quo, & sanctissime vixit, & gloriosissime obiit, omnibus per orbem monasteriis dignitatis privilegio antecellat. Sane igitur attendentes, & oculis nostra mentis pia meditatione pensantes, quod dictum sacrum monasterium per sancta regula descriptionem, & pretiosissimi ejus corporis sepulturam totius Monastica disciplina caput, & fundamentum esse meruit, omni studio, omnique cura, & nostra solerti & exquisita diligentia quantum cum deo possumus ad dicti sacri cœnobii regimen, ac divini cultus augmentum, & exaltationem affectuosissime intendimus: considerantes maxime, quod nonnullorum prædecessorum nostrorum temporibus in eodem monasterio spirituali regimine penitus neglecto, monastica disciplina adusque nihilum deducta fuit, & numerum Monachorum ad octo pœne remansisse legitur, & proinde divinum cultum in eo fuisse prorsus extinctum: Idcirco ut & nostris, & futuris temporibus Monachorum numerus augeatur, & regularis observantia facilius observetur, & divinus cultus sine gravi labore adimpleatur, instituimus, & etiam nunc ordinamus, ut posthac reciperentur, & recipiantur pueri, qui secundum instituta præfati pii patris Benedicti sub regulari nutriendi institutione a parentibus offeruntur, quibus pro eorum commoda habitatione deputavimus & deputamus venerabile monasterium S. Maria de Albaneto membrum, & grangia dicti sacri nostri monasterii Montis Cassinensis, ubi sub regulari magisterio a seniore ibi per nos deputato erudiantur, & nutriantur, usqueque ad annos pubertatis devenerint. Sed qui præfatum monasterium S. Maria de Albaneto satis tenue est, & insufficiens pro eorum victu, & vestitu, & aliis rebus ad eorum alimentum necessariis, ideo providere decrevimus, uniendo, & incorporando prædicta S. Maria pro fabrica, & reparatione necessaria nunc, & in futurum cum contigeris in eodem monasterio fienda, & deinde in antea pro eorum mensa perpetua, & pro eorum victu, & vestitu, lectis & aliis supellectilibus sive massariciis necessariis, & opportunis ac reparatione, ut prædicitur, cum contigerit monasterium ipsum indigere; de certa nostra scientia, & deliberatione consulta, præposituras infrascriptas cum conditionibus, & modificationibus inferius annotatis. Unimus igitur, & incorporamus per præsentes præfata S. Maria de Albaneto pro eorum victu, & vestitu, aliisque eorum necessitatibus, prius facta dicta reparatione, & ædificatione, ut prædicitur, præposituram S. Eufemia in Aprutio, membrum, sive grangiam præfati nostri sacri monasterii Cassinensis, cum omnibus suis juribus, & pertinentiis, privilegiis, immunitatibus, & rationibus omnibus, salva tamen pensione solita, & consueta nobis, & nostra camera præstari, & respondert singulis annis, præposituram S. Maria de Palazolo membrum, sive grangiam prædicti nostri sacri monasterii Cassinensis cum omnibus suis juribus, & pertinentiis, privilegiis, immunitatibus, & rationibus omnibus &c. Datum in S. Germano die 23. mensis Augusti anno incarnationis dominica millesimo quadringentesimo octuagesimo primo, pontificatus SS. in Christo patris, & domini nostri domini Sixti divina providentia Papa IV. anno XI. Episcopus. Gratis quia Commissio pro curia. Locus † sigilli pendentis.

L. Aquilanus.

Piam hanc Cardinalis Constitutionem executioni demandatam liquet ex ejus regesto I. p. 149. ubi instrumentum emphyteuticum legitur an. 1484. die 28. Augusti cum aliquibus ex Familia Cerasio a Palatiolo stipulatum, in quo hæc leguntur. *Constitutus &c. reverendus, & religiosus vir Frater Amicus Prior Cassinensis, ac gubernator, & rector puerorum Monachorum, seu Novitiorum Albaneta &c.* & infra. *Qui Frater Amicus Prior habens curam, ut dixit, dictorum puerorum, & ecclesia sancta Maria &c.*

Societas pro suffragiis post mortem.

Pium quoddam fœdus olim Optatum inter Abbatem Cassinensem, & S. Bonifacium Moguntinum ini-

initum, ut sæculo VIII. diximus, ut sibi vicissim suffragia post mortem impenderent, hoc potissimum sæculo Cassinates cum aliquibus cœnobiis pepigere, ut luculenter patet ex hisce monumentis in nostro codice mſ. emortuali nu. 47. *IV. Non. Januarii † & Commemoratio Fratrum nostrorum sancti Stephani in Porcellis.*

II. Non. Januarii &c. † Et Commemoratio Fratrum nostrorum Hildesemensium &c.

VIII. Kal. Februarii &c. † Et Commemoratio Fratrum nostrorum S. Martini de sacro Monte Pannonia.

III. Non. Februarii &c. † &c. Et commemoratio Fratrum nostrorum Sancti Guilielmi in Castellione &c.

V. Kal. Martii &c. † Commemoratio Fratrum de Salem.

Kal. Martii &c. Commemoratio Fratrum nostrorum in Reinensen.

VI. Non. Martii &c. Commemoratio omnium fratrum S. Ciriaci de Altorf.

V. Non. Martii &c. Et Commemoratio Fratrum nostrorum S. Michaelis Inclusis.

IV. Id. Martii. Commemoratio Fratrum nostrorum S. Sophia de Benevento.

III. Id. Martii &c. Commemoratio Fratrum nostrorum S. Maria de Garsten.

XVIII. Kal. Aprilis &c. Commemoratio Fratrum nostrorum S. Martini in vineis in Alamannia.

XVI. Kal. Aprilis &c. Commemoratio Fratrum nostrorum S. Maria de Cellis.

XV. Kal. Aprilis &c. Commemoratio Lateranensium Fratrum.

XIII. Kal. Aprilis &c. Commemoratio Fratrum nostrorum in gratia Dei.

IV. Non. Aprilis &c. Commemoratio Fratrum nostrorum S. Agapiti de Cremismuster.

XII. Kal. Maii &c. Commemoratio Fratrum nostrorum S. Martini de Abusen.

III. Kal. Maii &c. Commemoratio Cluniacensium Fratrum.

II. Non. Maii &c. Commemoratio omnium Fratrum S. Floriani.

VI. Id. Maii &c. Commemoratio Fratrum nostrorum S. Michaelis de Metem.

II. Id. Maii &c. Commemoratio Fratrum Nostrorum S. Colommani de Mellito.

XII. Kal. Junii &c. Commemoratio Fratrum nostrorum S. Maria Scotorum de Vienna.

III. Kal. Junii &c. Commemoratio Fratrum nostrorum in Medeburc.

VI. Kal. Julii &c. Commemoratio Fratrum nostrorum Laureacensium.

V. Id. Julii &c. Commemoratio Fratrum nostrorum in Vorzemburg.

VII. Id. Augusti etc. Commemoratio Fratrum nostrorum in Sconavia.

VIII. Kal. Octob. &c. Commemoratio Fratrum Hospitalis S. Johannis in Hierusalem.

Kal. Octobris &c. Commemoratio Augiensium fratrum.

V. Non. Octob. Commemoratio omnium Consanguineorum nostrorum.

IV. Non. Octobris &c. Commemoratio Fratrum nostrorum S. Laurentii in Aversa.

VI. Id. Octobris etc. Commemoratio Fratrum nostrorum S. Maria de Assisio.

XV. Kal. Novembris etc. Commemoratio Fratrum S. Marie Sylva majoris.

XIV. Kal. Novembris etc. Commemoratio Fratrum nostrorum S. Marie de Othenisia.

V. Kal. Decembris etc. Commemoratio Fratrum nostrorum S. Pauli Urbis Roma.

III. Kal. Decembris &c. Commemoratio Fratrum S. Maria de Cranud.

II. Non. Decembris &c. Commemoratio omnium Fratrum nostrorum Cassinensium Monachorum.

Hanc etiam Societatem concesserat Desiderius Abbas S. Petro Damiani, ut hisce litteris constat in cod. mſ. n. 3. *Domno Petro Damiani venerabili episcopo Desiderius Abbas dei gratia quicquid est salutom. Quoniam satis clare innotuit, quod hoc monasterium S. Benedicti, cui praesse videor, plus omnibus aliis circumquaque fundatis, diligas; cunctis Fratribus nostris laudantibus, ac libenter consentientibus, promittimus tibi venerabilis Fr. Petre, ego Fr. Desiderius cum tota congregatione hujus S. cœnobii memoriam obitus tui annualiter nos habituros, posterosque nostros hoc idem observare fideliter cupientes, sicut consuetudinaliter prædecessorum nostrorum Abbatum qui noviter de hac luce migraverunt officiosissime celebramus. Satis quippe dignum, & honestum nobis videtur, ut quibus tantam dilectionem impendis, tantam benevolentiam ostendis, aliquid emolumenti rependamus; ut quos ita incœperis amare, semper dum vixeris amor tuus crescat in nobis, dum aliquid devotionis, & amoris præter solitum a nobis te sperat consequuturum. Si quis autem hujus nostræ pollicitationis violator existerit, vel nobiscum viventium, aut succedontium ante Tribunal Christi reus mendacii præsentetur. Ego qui supra Desiderius Abbas subscripsi. Ego Frater Rainerius subscripsi.*

Hinc ea potissimum adnotanda: *Memoriam obitus tui annualiter nos habituros &c. sicut consuetudinaliter prædecessorum nostrorum Abbatum, qui noviter de hoc seculo migraverunt officiosissime celebramus.* Promissis stetit Desiderius, cujus jussu Petri mentio in Emortuali nostro est hisce verbis: *VIII. Kal. Martii obiit veneranda memoria domnus Petrus Hostiensis episcopus &c.* Paulo post eandem S. Hugoni Abbati concessit teste Petro Diacono Chr. Cassin. lib. 3. cap. 51. cum ait. *Circa hac tempora Ugo venerabilis Abbas Cluniacensis vir celeberrima vita, ac fama ad patris Benedicti limina valde devotus advenit, quem venerabilis Desiderius honorifice, ut tantum decebat virum suscipient, & societatem Cluniacensium Fratrum nostra congregationi adiungens, memoriam illorum apud nos nostraque congregationis apud illos in morte, & in vita iidem viri venerabiles in perpetuum habendam sanxerunt.* Vid. Martene lib. 5. cap. 13. p. 843. & seqq. de antiquis Monachorum ritibus, laicis quoque hujusmodi societas concessa, cujus rei aliqua hic exempla in medium proferenda, omissis aliis pluribus. Eam certe Oderisius Abbas Alexio Constantinopolitano imperatori dedit, teste Petro Diacono lib. iv. Chr. Cass. cap. 7. hisce verbis. *Eundemque Imperatorem* (Alexium) *participem bonorum, qua in Casino operantur, in perpetuum manere constituit, &c.* Raynaldus Abbas eam societatem concessit Gunnario

rio Sardiniæ regi an. 1147. Richardo de Aquila Comiti Avellinæ an. 1149. quam antea concesserat Gerardus Abbas anno 1113. Ruberto Comiti de Comitibus de Lauretello, ejusque Baronibus, ut ex eorum privilegiis supra editis liquet. Anno 1301, concessa est Carolo II. Neapolis regi hoc modo ex Cod. nostro ms. 47. *Anno Domini 1301. mense Augusti die x. ejusdem mensis 14. indictionis. Nos Frater Thomas Abbas, & conventus monasterii Cassinensis recepimus excellentissimum Dominum nostrum Regem Carolum II. magnificum regem Jerusalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ in nostra societate, & promisimus ei post ejus mortem in nostra regula una cum Fratribus nostræ congregationis illum facere scribi, & in nostris orationibus ipsum admitti, & officium, commemorationem de eo solito more facere.*

Nos recepimus venerabilem episcopum Sectoren. D. Carolum in nostra societate promisimus ei post ejus mortem in nostra regula una cum Fratribus nostræ Congregationis illum facere scribi.

Anno Domini 1270. die Jovis prid. non. Septembris indictione quartadecima. Nos Abbas, & Conventus recepimus magistrum Nicolaum de Terracina in nostra societate, atque fraternitate, promittendo eidem Decretorum Doctori in Romana curia consistuto, ut audita morte suorum Fratrum affinium pro eis, sicut pro aliquo Fratre nostro . . . . actum est, hoc in Capitulo Cassinensi. Vid. Martene loc. cit. p. 850. Mutua hæc societas in Congregatione nostra hisce verbis statuta est in Declarationibus ad cap. 73. S. regulæ nu. 3: & seqq. *Præterea statim, ac innotuerit obitus cujuspiam nostræ congregationis, nisi aliud obstiterit (præterquam quod in omnibus monasteriis, celebranda erit missa conventualis pro anima ejus defuncti) observata illius conditione, suffragia particularia offerenda erunt hoc ordine, vid. Pro Abbate regiminis decem missæ ab uno quoque Abbate regiminis, totidemque pro Abbate titulari a singulis pariter titularibus celebrabuntur. Pro Priore claustrali, sive Titulari, a Prioribus respective claustralibus, vel titularibus decem; Tres vero a singulis Decanis pro Decano, & una a singulis Sacerdotibus pro Sacerdote. Pro Clerico autem semel persolvendum officium defunctorum duplex a quovis clerico. Pro Commisso a Commissis omnibus Coronam majorem de Domina, alias Rosarium dictam cum Requiem æternam &c. in fine cujusvis decadis, esse recitandam statuimus: Intendentes etiam quod singuli Sacerdotes nostri sive in dignitate, aut gradu constituti, sive non, teneantur admittere ad participationem in triginta missis quoscumque nostræ congregationis Defunctos, de illis facientes memoriam expresse, vel secreto. Quod idem injungimus cæteris Monachis in officiis mortuorum, & Commissis in consueta suarum orationum recitatione per triginta dies. Et quia post precum omissionem ad levandos purgatorii cruciatus multum confert eleemosina, ordinamus, quod in monasterio, in quo Frater decessit e vita, ponantur quotidie in loco, ubi sedere solitus erat ad mensam in refectorio omnes cibi, & vinum, sicut singulis datur, ac si viveret. Quæ postmodum dentur pro eleemosyna alicui pauperi, vel pluribus pro anima ipsius defuncti, aut tantundem, sicut superior ordinaverit, usque ad triginta dies. Nullusque sedeat in loco illo, sed vacuo remanente, apponatur crux parva lignea super mensam juxta locum vacuum in memoriam defuncti, uti cæteri memoria mortis compuncti, & pro ipso ferventius orent, & ad perfectius vivendum excitentur.*

Ordinamus insuper, quod singulis annis imponantur triginta missæ cuilibet monasteriorum in absolutione capituli generalis pro habentibus litteras gratiosas, (quæ imposterum moderate concedantur) qui forte illo anno decesserint: nec non triginta alia pro nostris religiosis defunctis.

Charitatis etiam effectum, erga Fratres congregationis nostræ exercere volentes, universos parentes, fratres, sorores Monachorum, & Commissorum nostrorum præsentium, & futurorum ad participationem omnium bonorum, quæ in nostra fiunt, & fient Congregatione (sicus fit cum illis, quibus litteræ gratiosæ conceduntur) admittimus, prohibentes, ne quis de cætero pro prædictis litteras gratiosas requirat.

Vicarius Generalis.

Quo aptius Diœcesim Cassinensem gubernaret Henricus Abbas, Vicarium suum constituit Nicolaum de Vinionis episcopum Ferentinatem, paulo ante Romanæ Rotæ Auditorem, teste Ughellio in descriptione episcoporum Ferentini col. 628. nu. 32. Vicarium fuisse constat instrumento, quo Henricus Abbas, & monachi ejus administrationem probavere an. 1397. die 23. Settembris pœnes acta notarii Archangeli a Spoleto, Vicarium inde generalem constituit Angelum de Raimo a Neapoli episcopum Arriani, ut infra ostendemus, cum de episcopis.

Spolia cameræ Cassinensi adjudicata

Archipresbyteri defuncti spolia ex beneficio aquisita cameræ Cassinensi adjudicabantur, ut hoc instrumento constat ex regesto Henrici Abbatis p. 55. a t. *In nomine domini Amen. Anno domini a nativitate ejusdem 1398. indictione VI. & die tertio mensis martii &c. Per præsens publicum instrumentum pateat universis &c. quod cum venerabilis vir dominus Riccardus olim archipresbyter S. Angeli in Todicio de anno proximo præterito quinta indictionis, & de mense Augusti, sicut deo placuit, clausisset extremum diem, & ejus mobilia, & immobilia, & spolia, quæ de beneficiorum suorum, & ecclesiarum fructibus, redditibus conquisita de jure, & antiquata consuetudine devoluta essent cameræ Cassinensi, non obstante, quod per testamentum conditum per eundem dicta bona, & spolia essent aliter distributa, relictis sibi inter alia nonnullis executoribus ad dicta bona distribuenda; Jacobus vocatus Baccus filius naturalis dicti Ricardi constitutus coram Reverendissimo in Christo Patre, & domino, domino Fratre Henrico Thomacello de Neapoli, Dei, & apostolicæ sedis gratia Abbate sacri monasterii Cassinensis reverenter genuflexus supplicavit humiliter, & devote ut bona prædicta stabilia, quæ fuerant dicti Archipresbyteri sui patris, & possidebantur pro suis tempore mortis suæ, etiam illa, quæ fuerunt patrimonii sui, quam eciam accessoria pro quomodocumque per ipsum dopnum Ricardum fuissent hactenus aquisita pro gratioso, & mitigato precio sibi tamquam fideli Cassinensi, & suis heredibus tradere, & concedere dignaretur publico Instrumento de gratia speciali, ne ipsa bona stabilia, quæ usque ad mortem dicti dopni Ricardi sui patris simul cum ipso suo patre possedit, & usus fuit, deve-*

niant

niant ad manus extraneorum. Quique dominus Abbas præfatus considerans secum prædicta omnia narrata per ipsum Jacobum, & advertens ejus fidelitatem, & quod dignius est, & honestius sibi plus, quam altori complacere de dictis bonis pro precia convenienti, & moderato, & ut ipse Jacobus ferventius ad servicia præfati D. Abbatis, & monasterii Cassinensis, nunc, & imposterum animetur, quo gratiam, & benivolentiam ejusdem domini Abbatis in se senserit abundare ipsius Baccii supplicationibus, & honestis petitionibus inclinatus, habita prius de ipsis bonis dicti Arcipresbyteri investigatione, & informatione multiplici, & deliberacione matura, sponte, & ex certa scientia per se, suos successores, & dictum monasterium Cassinense titulo intercessionis dedit, tradidit, cessit, & concessit eidem Jacobo presenti, stipulanti, & recipiemi pro se, & suis heredibus, omnia bona stobilia dicti q. dompni Ricardi arcipresbyteri supradicti, sita in territorio dicti castri, & alibi, ubicumque infra territorium Abbatia Cassinensis constituta infra quacumque latera, & confinia, excepta tamen domo dicti q. Arciprosbyteri, sita in dicta castro juxta viam publicam muros dicti castri & alia latera ad habendum &c. Et hoc ideo fecit præfatus dominus Abbas, quia dictus Jacobus de novo promisit, ac ratificavit, & emologavit, nec non ad sancta dei evangelia scripturis corporaliter manutactis juravit esse quamdiu vixerit, fidelis vassallus præfati domini Abbatis, & successorum suorum, & dicti monasterii Cassinensis, & quia ipse Jacobus dedit, & solvit, & numeravit eidem domino Abbati manualiter uncias decem & octo de carlenis argenti justi ponderis pro dictis bonis, ut supra concessis, & datis, quas uncias decem, & octo præfatus dominus Abbas sponte fuit confessus recepisse a dicto Jacobo, & suis heredibus presentialiter &c. Actum in sacro monasterio Cassinensi in domibus habitationis præfati domini Abbatis, præsentibus venerabilibus, & nobilibus viris Fratre Angelo de Raymo de Neapoli Abbate S. Honorati Lirinensis, notario Nicolao Carnitrino de Neapoli &c. & Ego Archangelus Retini de Spoleto publicus apostolica, & imperiali authoritate notarius, & Judex ordinarius, & nunc notarius, & scriba præfati domini Abbatis, & camera Cassinensis prædictis omnibus, & singulis ut supra legitur, interfui, & de mandato præfatorum domini Abbatis, & Jacobi scripsi, & publicavi &c.

Sodalitia bona sua alienare non poterant.

Sodalitia laycorom vulgo *Confraternite* bona ecclesiarum, quæ administrarent, inconsulto Ordinario locare non poterant, ut hoc Diplomate constat ex eodem regesto p. 69. *Henricus Thomacellus &c. Universis, & singulis præsentes litteras inspecturis, tam præsentibus, quam futuris, notum facimus per presentes &c. Atsendentes grata, & accepta servitia nobis præstita diu per venerabiles viros Confratres S. Maria de Vallerotunda, confratres S. Antonii, & confratres S. Margharita eisdem tamquam benemeritis concedimus, atque plenariam potestatem damus, quod concedere, & collocare valeant, atque possint bona omnia stabilia q. Nicolai Veneitali de Vallerotunda in perpetuum venerabilibus viris D. Andrea Notarii Johannis, & D. Nicolao Palumbo de eadem Vallerotunda ad annuum redditum vid. in tribus prædictis festivitatibus tarenos quindecim de carlenis argenti boni, & justi ponderis, scilicet tarenos quinque in festo S. Maria, tarenos quinque in festo S. Antonii, & tarenos quinque in festo S. Margharita &c.* Hinc patet ab anno jam 1398. tres in oppido Vallisrotundæ laicorum sodalitates institutas.

Desinente jam proximo sæculo piissimus Deus intercessione Deiparæ extraordinariis beneficiis populum affecit, qui Deiparæ cultum ante ejus imaginem impendebat in loco Piternis dicto, prope Cervarium, quibus permotus frequens jam populus tot eleemosynas ita erogavit, ut Henrici jussu ecclesia eo loco constructa sit, atque Capitulis S. Mariæ, & S. Pauli oppidi Cervarii jussum, ut eam religioso cultu deinceps colerent divina celebrando, ut hisce literis constat ex eodem regesto p. 75. *Henricus Abbas Cassinensis etc. Dilectis nobis in Christo domno Nicolao magistro Archipresbytero S. Maria de castro Cerbarii, & D. Nicolao Meuli Priori ecclesia Sancti Pauli de dicta castro, & cæterisque clericis dictarum ecclesiarum, & cujuscumque ipsorum præsentibus, & futuris fidelibus nostris Cassin. salutem in Domino. Petitiones illas digno ad exauditionis gratiam libenter admittimus, per quas honor divino cultui exhibetur, ac consulitur utilitati ecclesiarum. Sane vestra petitio continebat, quod cum peragente virtute dei, & merito beata Virginis gloriosa, unde omne donum optimum provenit, & perfectum; confluentibus multis ad quamdam imaginem beata Virginis sitam in territorio dicti castri plurima miracula visibiliter sint ostensa, eidemque imagini per confluentes præfatos sint multa eleemosyna erogata, quibus nos pium opus, & laudabile sequentes, in loca, ubi erat dicta imago ecclesiam sub vocabulo beata Maria de Piternis de Cerbario de nostra licentia construxistis, in ipsius ecclesia constructione multam curam, & sollicitudinem adhibentes, quatenus ipsam ecclesiam cum Juribus, & pertinentiis suis supradictis ecclesiis Curatis S. Maria, & S. Pauli sitis apud dictum castrum Cerborii unire, & incorporare dignaremur de gratia speciali, ut in ipsa ecclesia unienda possint debita divina obsequia, & missarum sollempnia celebrari. Nos vero vestrum laudabile propositum favore benivolo prosequentes, advertentes, quod ad ipsam ecclesiam per vestram sollicitudinem fabricatam magnum geritis devotionis affectum, & dignius fore, ac salubrius, & populo vestro acceptius per vos, quam per alium ipsam ecclesiam regi, & gubernari; dictam ecclesiam S. Maria de Piternis, cum juribus, & pertinentiis, jurisdictionibus, libertatibus, immunitatibus privilegiis, & aliis bonis suis tam mobilibus, quam stabilibus, præsentibus, & futuris supradictis ecclesiis S. Maria, & S. Pauli sitis in dicto castro, authoritate nostra ordinaria, & omni meliori modo, quo possumus aggregamus, incorporamus, & per omnia conimus, & unius ejusdem Rectoris per successorum suorum perpetuis temporibus regimine gubernentur, curam, regimen, administrationem dicta ecclesia, gubernationem Sancta Maria ut supra unita veluti forent unum, & idem corpus vobis, vestrisque successoribus plenarie committentes. Investientes te Dominum Nicolaum Archipresbyterum supradictum, & Dom. Johannem Picche presbyterum dicti castri nomine supradictarum ecclesiarum S. Maria, & S. Pauli de dicta ecclesia S. Maria de Piternis per anuli nostri ibidem præsentem traditionem.*

Cum

Bona ecclesiasticas nonnisi Abbatis licentia alienata. nota.

Cum vero haud satis pecuniæ ad perficiendam ecclesiam esset, memorata capitula Henrici Abbatis permissione latifundia quædam sua venundedere, ut Henrici literis patet ex cit. regesto p. 74. a t. in quibus hæc leguntur: *Nos vero qui de miraculis factis devote deprecantibus apud imaginem B. Mariæ de Piternis sumus ex relatu multiplici informati, advertentes, quod tam laudabile opus ad honorem B. Mariæ Virginis dedicatum debemus favore prosequi gratioso &c.* Superest hactenus hæc ecclesia a duobus Capitulis administrata, riteque missarum celebratione, aliisque functionibus ecclesiasticis culta.

Abbas constituitur.

Capitulo S. Pauli de Cervario senior e presbyteris præerat Prioris titulo, quod ut honorificentius præstaret, illum Abbatis addidit Henricus hoc diplomate ex cit. regesto p. 185. in quo salutaria quædam monita continentur: *Henricus Thomacellus de Neapoli dei & apostolicæ sedis gratia humilis Abbas sacri Monasterii Cassinensis Ordinis S. Benedicti, quod nullius diœcesis existic. Dilecto nobis in Christo presbytero Johanni Geremiæ de Guillielmo de castro nostro Cerbarii salutem in eo, qui est omnium vera salus; Ab experto didicimus, ecclesiam S. Pauli curam animarum habentem in burgo dicti castri existentem, hactenus sub nomine Prioris per aliquem antiquiorem sacerdotem ipsius ecclesiæ gubernatam, quamquam modus sit laudabilis, tamen in meliori statu in mente nostra consideravimus laudabiliter posse institui, & quia nostra interest, & officii nostri cura sollicitat, ecclesias, ecclesiasticasque personas nostro monasterio Cassinensi subiectas, omni diligentia adhibita, commode pertractare, & cum singula officia singulis sint personis committenda, qui sciant, & valeant verbo pariter, & exemplo commendabiliter exercere, ut in communi congregatione aliquis præsit, cujus industria prudenter communia in singulis disponantur perfectius in obsequiis divinorum, tam in nocturnis officiis, quam in diurnis, ut divinus cultus utique augeatur quia dum unusquisque juxta suam voluntatem nititur vivere, regularum quandoque obmictic disciplinam. Eapropter te prædictum dopnum Johannem in Abbatem dictæ ecclesiæ S. Pauli præsentium authoritate præfecimus, & de novo duximus instituendum, & per annulum nostrum investientes te presentialiter de eadem, quod sollicite, & diligenter circa spiritualia, & temporalia pro utilitate dictæ ecclesiæ vaces, alienata, & distracta perquiras, & nobis referas, ut si opus exposcerit, quæ injuste facta cognoverimus in dampnum dictæ ecclesiæ juste ad utilitatem dictæ ecclesiæ revocemus, alienandi, nec non distrahendi aliquid de bonis dictæ ecclesiæ mobilibus, & stabilibus, omni justa, & rationabili causa tam nobis inconsultis potestate penitus interdicta, omnibus autem consuetudinibus intus dictam ecclesiam S. Pauli ex una parte, & ecclesiam S. Mariæ Archipresbyteralem dicti castri nostri Cerbarii rationabiliter observatis & præscriptis ex altera, non obstante nominis mutatione de Priore ad Abbatem per nos facta, & tibi concessa de cætero in suo robore firmiter duraturis &c. Mandantes omnibus, & singulis Clericis dictæ ecclesiæ S. Pauli, ut in ordinatione officii divinorum, tam in nocturnis, quam in diurnis tibi pareant, obediant, & intendant, sicuti Abbati, & superiori ipsorum, & suo Archipresbytero dictæ ecclesiæ S. Mariæ, cui nolumus pro prædictis in aliquo derogari, honore, & consuetudine observatis, una cum domno Petro Maragonio primum locum in coro dictæ ecclesiæ S. Pauli auctoritate nostra, & vigore præsentium, visis præsentibus assignes, ut pacifice, & humiliter ut decet, tu Abbas Johannes, quod tua interest ratione tui officii, valeas exercere ad honorem dei & utilitatem dictæ ecclesiæ S. Pauli memoratæ &c.*

nota.

Indulgentiæ ab Abbate nostro concessæ.

Jussit etiam Henricus Abbas omnibus diœcesis Cassinensis ecclesiasticis, & duos ex ordine Heremitarum S. Augustini, qui stipem pro nosocomio S. Mariæ de Alto passu quæterent, indulgentiasque ad id promulgarent, fraterne exciperent, illisque eleemosinas impertirent, ut fusius hisce literis constat ex cit. regesto p. 204. a t. *Henricus Thomacellus &c. universis, & singulis Archipresbyteris, Abbatibus Archidiaconis, Præpositis, Primiceriis, Presbyteris, Cappellanis, & ecclesiarum Rectoribus, cæterisque personis ecclesiasticis per terras, & loca nostra Abbatia Cassinensis constitutis, ad quos præsentes nostræ literæ pervenerint, salutem in domino. Quoniam, ut ait Apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi, redituri prout in corpore gessimus, de factis propriis rationem, oportet nos diem messionis extremæ misericordiæ operibus prævenire, ut qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus metet vitam eternam. Sane cum religiosi viri Frater Jacobus de Scobello, & Fr. Nicolaus de Prato cum eorum sociis latores præsentium, Procuratores &c. speciales venerabilis Hospitalis S. Jacobi de Alto passu Ordinis S. Augustini Lucan. diœcesis ad vos, & loca vestra pervenerint, eleemosynas, vota, legata & charitativa subsidia a Christi fidelibus petituri pro vita, & substentatione pauperum ad ipsum hospitale confluentium; eapropter universitatem vestram monemus, requirimus, & hortamur in domino, ut eosdem Fratres, & socios benigne suscipientes, & sincera in domino charitate tractantes, sinatis ipsos in vestris ecclesiis exponere verbum dei, ac insinuare, ostendere, & prædicare eorum, & dicti hospitalis indulta, privilegia, largitiones, concessiones, indulgentias, & gratias, a summis pontificibus eis concessas, quæ, & quas omnes Christi fideles, qui in substentatione egenorum, & pauperum dicti hospitalis, & aliorum confluentium ibidem, manus porrexerint adjutrices, divina annuente clementia consequuntur, nec non vota, promissa, legata, & donata eidem hospitali a quibuscumque debitoribus exigere, & levare, quibus debitoribus sub excommunicationis pœna mandamus, quatenus ipsa vota, promissa, legata, sive donata ipsis Fratribus liberaliter exsolvere, & largiri debeant. Nos autem omnibus Christi fidelibus, qui eisdem Fratribus in substentatione eorumdem hospitalis, & pauperum pias eleemosynas erogaverint, præter alias indulgentias a summ. pontificibus eis concessas, quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis misericorditer in domino relaxamus &c.* Pyrrhus etiam Abbas an. 1416. idem præstitit pro duobus aliis religiosis viris stipem quærentibus pro nosocomio S. Jacobi, & quadraginta dierum indulgentias illis concessit, qui eleemosinas tribuerent, ut ex ejus literis in regesto communi p. 176.

nota.

Bona quædam Abbatis nostri permissione alienata.

Collabente jam majori ecclesia S. Germani, ejus canonici facultatem ab Henrico Abbate impetrarunt

runt prædium quoddam venundandi, quo illam reficerent, ornarentve, ut hisce literis constat ex ejusdem regesto p. 347. *Henricus Thomacellus &c. Dilectis in Christo nobis Venerabilibus viris dño Joanni de Peula Archidiacono, & dño Antonio de Panormo Primicerio majoris ecclesiæ S. Germani, de S. Germano salutem in domino. Pro parte dilectorum Capituli dictæ ecclesiæ S. Germani noviter coram nobis porrecta petitio effectualiter continebat, quod a diu dictam ecclesiam S. Germani dirutam, & discoopertam, atque devastatam hiis elapsis non longe præteritis temporibus, vos una cum prænominato capitulo reformari, reparari, & rehedificari incæpistis, & reformare possibiliter non cessatis omni die, verum quia de fructibus, & facultatibus incœptum laudabile opus non videtur posse penitus perfiniri, in eadem petitione extitit nobis propterea humiliter supplicatum, quatenus vendendi terram unam ad eandem ecclesiam pertinentem sitam in territorio S. Germani, ubi dicitur Ponte marmoreo, juxta stradam publicam, juxta flumen &c. vobis, & præfato capitulo licentiam concedere dignaremur &c. Datum in Civitate nostra S. Germani, sub an. domini* 1406. *die primo mensis Octobris quintedecimæ indictionis, pontificatus SSmi in Christo patris, & domini nostri domini Innocentii divina providentia papæ septimi anno secundo.* Indictio hic quintadecima recensetur pro more Neapolitano, cum communis esset quartadecima. Hinc liquet, quanam de causa in ecclesia S. Mariæ quinque turrium ab illa S. Germani haud valde dissita residerent eo tempore canonici.

Dispensationes matrimoniales.

Quonam modo dispensationes matrimoniales executioni demandarent majores nostri ex hisce literis constat in regesto conventus p. 8. *Frater Erasmus de Narnia Prior ad presens indignus sacri monasterii Cassinensis, provido viro dilecto in Christo Petro Andreæ de Vallerotunda salutem in dño sempiternam. Nuper SSmus in Christo pater, & domnus noster domnus Eugenius divina providentia papa quartus dignatus est mihi per dilectissimos Fratres meos Henricum de Alamania, & Benedictum de Francia Monachos Cassinenses apostolicum suum breve dirigere, per quod mihi mandat dispensem tecum ejus Apostolica potestate, ut cum quadam sorore tua spirituali, quam scilicet pater tuus de sacro fonte levavit, possis, & valeas contrahere matrimonium. Hujus quidem brevis Apostolici tenor de verbo ad verbum talis est Vid. A tergo: Dilecto filio Priori monasterii Cassinensis Ordinis S. Benedicti: Item ab intus: Eugenius Papa IV. Dilecte Fili salutem, & apostolicam benedictionem. Audito quod cum dilectus filius Petrus Andrea de Vallerotunda capiverit, atque tentaverit habere in Matrimonium quamdam, cujus nomen ipse tibi dicet, nec ex eo potuerit, quod ipsius Petri genitor eandem de sacro Fonte levavit, non invenitur in partibus illis qui confidat accipere ipsam mulierem in uxorem, cum timeant omnes, ne aliqua sponsaliorum primordia inter dictum Petrum, & ipsam mulierem intervenerint. Quare cum dicatur nobis, eundem Petrum si id sibi per dispensationem nostram licuerit, libenter accepturum illam, devotioni tuæ ad evitandum scandala, & ut mulieris prædictæ commodo, ac honori consulatur, ut impedimento, quod ex cognatione illa spirituali provenit, non obstante, quod Petrus, & mulier supradicti matrimonium insimul habere, & in eo postquam fuerit contractum remanere possit, & valeant dispensare, atque prolem exinde provenientem legitimam nunciare possis, & valeas, licentiam, auctoritate Apostolica, & plenariam tenore presentium concedimus facultatem, non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Florentiæ sub anulo nostro secreto die decima Junii anno* 1440. *Pontificatus nostri anno decimo. Blondus. At ego intendens Apostolica mandata diligenter exequi, atque illis ut decet, reverenter, & humiliter obedire, primum quæsivi, & interrogavi te præmissa soror tua spiritualis, quam uxorem cupis accipere, quo nomine seu cognomine vocaretur, respondisti, & dixisti: MarghThe Margharita est nomen ejus filia nimirum quondam Antonii longi de Sarracinisco habitatrix in Vallerotunda. Posthac accersitis, & examinatis quamplurimis ejusdem castri Vallisrotundæ hominibus tam clericis, quam laicis, ac præcipue viro Venerabili domno Benedicto PP. ipsius castri Vallisrotundæ Archipresbytero comperi, memoratum Andream Patrem tuum, Margharitam prædictam de sacro fonte levasse, teque post mortem patris ejus domum illius die, noctuque, sua tamen Matre præsente, ut dicitur, ac permittente intrasse, & frequentasse, insuper allocutum te illam sæpe numero clam, palamque fuisse, cum ea frequenter risisse, & lusisse mutuo, vos vehementer amasse, ad matrimonium vos ad invicem si præmissum non extitisset vinculum invitasse, tolli hoc ipsum vinculum per Apostolicam sedem usquequaque desiderasse, & anhelasse, quinimo id idem quæsivisse, procurasse, & supplicasse. De quibus quidem omnibus, & singulis usque adeo in Abbatia Cassinensi, sed maxime in memorato Vallisrotundæ castro est manifesta certitudo, atque publica vox & fama, quod valida inde rei indebitæ saltem patrantæ, suspitione exorta vulgo fertur, & creditur, vix præter te alterum reperiri virum qui illam acciperet in uxorem, quapropter ad evitandum, & obviandum gravibus scandalis, & peccatis, sed & ut mulieris supradictæ commodo, atque honori misericorditer consulatur, juxta papale breve præmissum; Ego auctoritate apostolica, qua in hac parte, ut præfertur, plenarie fungor, tecum Petro, & cum ipsa Margharita dispenso vobis, quoque ac cuilibet vestrum eadem auctoritate plenaria præbeo licentiam, ac tribuo per presentes, ut impedimento, quod ex cognatione ipsa spirituali provenit, non obstante, possitis licite ab hac die in antea contrahere insimul matrimonium, & in eo postquam contractum fuerit remanere. Pariterque, ut veri conjuges cohabitare, & mutua, ut legitimi vir, & uxor præstare servitia absque peccato, vel culpa, seu nota infamia alicujus, prolemque vestram masculinam, seu fœmininam ex eodem matrimonio provenientem, vel nascituram eadem apostolica auctoritate ex nunc pronuntio, judico, & dico legitimam, serie, & tenore presentium litterarum, ut succedat & hæreditet ex testamento, vel ab intestato bona paterna, & materna, sive alia quæcumque vera quæque, & legitima proles de jure divino, vel humano, communi, vel privato, ex constitutionibus, vel consuetudinibus successisse, & hereditasse non obstantibus prædictis omnibus, & cuilibet præmissorum sacris canonibus, & decretalibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, seu quibusvis*

busvis legibus, cæterisque contrariis quibuscumque, quibus per dispensationem presentem auctoritate præmissa ad omnia supradicta volumus derogari. In cujus dispensationis licentia, & pronuntiationis robur testimonium atque fidem præsentes litteras sigilli Conventus sacri Cassinensis appensione, & mea subscriptione munitas fieri, & dari tibi fecimus, insuper, & in Cassinensi registro de verbo ad verbum ad perpetuam rei memoriam registrari. Datum in præfato sacro Cassinensi monasterio &c. ad diem Julii vigesimam quartam. Anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo, Pontificatus vero ejusdem SSmi in Christo Patris, & domini nostri domini Eugenii divina providentia Papæ IV. anno decimo.

Visitator constituitur.

Monachi Cassinates Visitatorem beneficiorum omnium cum amplissima potestate constituere P. Benedictum a Francia Priorem suum hisce literis ex Regesto Conventus p. 50. *Subprior, & Patres Conventus sacri monasterii Cassinensis Ordinis S. Benedicti nullius diœcesis, sed sanctæ Romanæ Ecclesiæ immediatæ subiecti. Dilecto nobis venerabili, ac religioso Fratri nostro Fratri Benedicto de Francia Monacho sacri monasterii Cassinensis expresse professo, ac ejusdem in præsentiarum tempore venerando Priori salutem in Domino sempiternam. Cum commissi tibi cura regiminis in præsentiarum uti præmissimus tempore incumbat, ut nedum monasterii intrinsecus, sed etiam quæ extrinsecus sunt, & a variis personis illicite detinentur, usurpantur, occupantur ac falso titulo impetantur reperies ad jus, & proprietatem nostri monasterii reducas ac prudenti moderamine regas, & administres. Hinc est, quod tuis sisi virtutibus, tuamque sollicitudinem, prudentiam, ac morum honestatem diutina conversatione experti se solum & in solidum per totum regnum Siciliæ citra Farum, ac provincias Campaniæ, maritimæ, necnon per omnes terras Patrimonii, ubilibetque locorum quibus nostra res, & beneficia continentur, nostrum procuratorem &c. specialem, ac generalem &c. ad visitandum, recuperandum, reducendum, recuperata regendi, & administrandi, & omnia, & singula beneficia tam monastica, quam secularia bona, & jura nobis, & nostro monasterio pertinentia a SSmo domino nostro, etiam pro præmissis recuperandis privilegia, impetrandi, & obtinendi; personasque eas, aut ea, detinendi, amovendi, puniendi, privandi, & si opus fuerit brachium seculare invocandi, excommunicandi, & iterum absolvendi, auctoritate nobis a sede apostolica commissa constituimus, facimus, creamus, ac sollempniter ordinamus, teque in hiis administrandis, gerendis, & exercendis prædicta auctoritate, nostraque superaddita ordinaria, Abbatiali vacante sede, præficimus insuper tibi auctoritatem, ac plenariam potestatem damus, & concedimus pro præmissis agendi &c. Datum in prænotato sacro Cassinensi monasterio, anno dominicæ incarnationis 1445., indictione 8. mensis Junii die 13., Pontificatus vero SSmi in Christo Patris, & D. N. D. Eugenii Divina Providentia Papæ IV. anno XV.*

nos,

Licentia commigrandi ad alia monasteria.

Facile monachis Cassinatibus facultas ad alia monasteria nostri Ordinis commigrandi concedebatur, uti constat hisce literis ex regesto Conventus p. 58. *Fr. Benedictus humilis Vicarius sacri Conventus Cassinensis Ordinis S. Benedicti nullius diœcesis, sed Sanctæ Romanæ ecclesiæ immediate subiecti, dilecto nobis in Christo filio, & confratri nostro Fratri Jacobo de Arino in Sacerdotis gradu constituto, necnon præmissi Cassinensis monasterii Monacho expresse professo salutem in domino, Cum juxta egregii Gentium doctoris eloquium unicuique data sit gratia secundum mensuram donationis Christi, uni quidem sic, alii vero sic, & tu juxta tua dictamen conscientiæ in hoc sacro monasterio cum tui tranquillitate, & quiete animi vitam non possis ducere salutiferam, & hanc ob causam tu tibi a nobis liberam te ad aliud monasterium æqualis vitæ, aut arctioris, ejusdem tamen religionis transferendi, in quo omnium conditori, & almifico patri nostro Benedicto sedulum exhibens famulatum, licentiam dare, & concedi jam pluries requisisti. Habita igitur super hoc matura deliberatione, tuæ petitioni decrevimus annuere, volentesque tuæ saluti consulere, quantum cum deo possumus, tibi ad aliud monasterium æqualis observantiæ, aut arctioris, dummodo nostri Ordinis existat, transeundi, tenore præsentium licentiam tribuimus, & impertimur; & ne hujus licentiæ occasione tibi vagandi detur materia, volumus, & tibi districte injungimus tuam desuper onerantes conscientiam, ut ad aliquod monasterium, infra Regnum Siciliæ infra duorum mensium spatium, aut extra regnum infra quatuor mensium spatium te transferas, & teneaites, & stabilites juxta ritum, & formam Monasterii ad quod te contingerit adire. In cujus rei testimonium, & tui cautelam, hanc nostram licentiæ literam tibi fecimus nostri conventualis sigilli impressione munitam. Datum in sacro Cassinensi monasterio, die secunda Octobris, indictione VII. anno domini 1443.*

Frequentes peregrinationes.

Ex hisce etiam literis commendatitiis, quæ in regesto commoni p. 102. a t. extant, patet frequentes hoc sæculo fuisse fidelium peregrinationes ad S. Jacobum de Galitia, & S. Antonium Viennensem bella, quæ diu hisce in partibus grassata erant potissimum an. 1426. *Frater Hieronymus Prior sacri monasterii Cassinensis dei, & apostolicæ sedis gratia præpositus venerabilis monasterii S. Angeli Vallislucis, rmis, ac venerabilibus in Christo patribus, & dominis reverendis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Plebanis, & quibuscumque ecclesiarum rectoribus, nec non cæteris illustribus magnatibus, precelsisque Dominis in quibuscumque præeminentiis, sive Dignitatibus constitutis præsentes nostras litteras inspecturis in eo, qui salutis est author, illam, quam mundus dare nequeat, veram pacem, singulare consilium cernitur, ut in adversitatis periculo solius patientiæ clypeus apponatur, execrando flebilique scismate, jam per tot annorum curricula ecclesiam dei perturbante, quantis incommodis, & infortunii casibus, quamplures presbyteri, nec non religiosi, aliique seculares clerici compulsi sunt, cogente inopia, subjacere, experientia docente, lucidius est omnibus statis notum. Hinc est quod devotus, & honestus vir dominus Lanzellottus Rector ecclesiæ S. christophori Aquinatensis diœcesis, qui fama publica divulgante, inter collegas suos honestam satis, & laudabilem divinis obsequendo, ut decet, obsequiis, duxit vitam, & nos ipsum ut de bono in melius semper se extendat, quia virtus laudata crescit, idipsum testificamur, devotionis spe ductus, cupit visitare limina SSrum, scilicet S. Jacobi de Galitia, & S. Antonii de Vienna,*

jeut

sicut & alias, Deo duce, binis jam vicibus diligenter jam perfecis, sed propter guerrarum discrimina, quæ nostris in partibus longo jam tempore viguerunt, & ad præsens totum ipsam patriam perturbare, ad eantam inopiam est deductus, ut dubitet suum desiderium optatum sortiri effectum. Eapropter ipsum dominum Lanzellotum una cum suis sociis devotionibus vestris votive in Domino recomendamus, ut eum ad vos, & ad loca vestra pervenerint, ipsos benigne suscipientes, charitative pertractetis, & manus porrigatis adjutrices, ut eum peregrinationis, & devotionis eorum itinera, favente dei gratia, votive compleverint, participes effecti eorum peregrinationis, & laboris in eternis tabernaculis ab æternorum præmiorum largitore condignam recompensationem reportetis. Præsentes autem litteras nostras soliti nostri sigilli, quo ad presens utimur appensione roboratas, propriaque manus nostræ subscriptione consignatas, dicto dompno Lanzelotto duximus concedendas ad sui, & aliorum, quorum interest, aut interesse poterit quomodolibet in futurum evidens testimonium, & cautelam post ejus reversionem, ut speramus, in anno quintæ indictionis minime in antea valituras. Datum in sacro cœnobio Cassinensi XX. die mensis Augusti quartæ indictionis.

Ordines collati.

Quo vero cœnobii nostri subditi facile Ordinibus sacris initiari possent, Prior, & monachi Cassinates facultatem episcopalia munia in diœcesi nostra obeundi D. Antonio de Celano Litterensi episcopo hisce litteris concessere ex regesto Conventus p. 32. a t. *Prior, & Conventus sacri monasterii Cassinensis Ordinis S. Benedicti &c. Universis, & singulis ad quos præsentes litteræ nostræ pervenerint, salutem in eo, qui omnium est vera salus. Cum ad episcopale spectat officium circa Pontificalia pro animarum Christifidelium salute inter subiectos in pontificalibus ministrare pro parte majoris ecclesiæ S. Benedicti cœnobii Cassinatis, ne subjectorum animæ propter defectum præsentis administrationis detrimentum aliquod patiantur, confisi de fide R. P. D. Antonii de Celano de S. Germano, dei, & apostolicæ sedis gratia episcopi Litterensis, sperantesque quod ea, quæ eidem committimus fideliter, & juxta ritum S. Romanæ ecclesiæ exequetur. Eidem igitur ipsi auctoritate qua fungimur domno Antonio episcopo Litterensi usque ad nostrum beneplacitum tenore præsentium plenam licentiam concedimus, & omnimodam potestatem in tota Abbatia Cassinensi, & terris, ac locis subditis eidem crismandi pueros, altaria, viatica, & non viatica consecrandi, & ecclesias violatas, & de novo consecratas sanctificandi, & reconciliandi ubilibet per dicta loca, & terras, ordinandi quoque temporibus a jure statutis quoscumque ad sacros Ordines promoveri volentes juxta morem, & ritum S. R. E. In cujus rei testimonium, & cautelam cujuscumque interest, præsentes nostras litteras exinde fieri fecimus nostri Conventualis sigilli impressione munitas. Datum in Monte Cassino sextodecimo Novembris, millesimo quatringentesimo quadragesimo primo.*

In Testamento pauper semper relictus hæres.

Ex originali in Archivo.

Ex testamento Nobilis viri Antonii de Paschali stipulato a notario Antonio Piczione Sangermanensi die 3. Decembris 1409. constat usuvenisse hoc sæculo, ut semper aliquis ex pauperibus hæres institueretur, cui tamen modica hæreditatis portio cederet. Habet ergo testamentum: *In primis ergo dictus Antonius testator sibi hæredem instituit pauperem Christi, cui quidem pauperi Christi suo hæredi legavit, & reliquit tarenos tres de carlenis argenti tantum, & quod non possit plus petere in bonis suis, nisi tantum dictos tarenos tres. Item elegit sibi sepulturam in ecclesia majori S. Germani, de S. Germano vid. sepulturam suorum parentum prædecessorum, quæ est prope altare dictæ ecclesiæ in capella S. Benedicti. Item legavit pro super fossa, dictæ ecclesiæ tarenos sex. Item legavit pro vigilia fienda in dicta ecclesia pro anima sua clericis ipsius ecclesiæ tarenos quatuor. Item legavit pro vigilia fienda pro anima sua in ecclesia S. Benedicti Cassinensi tarenos quatuor. Item legavit pro vigilia fienda pro anima sua in ecclesia sancti Francisci de S. Germano tarenos duos. Item legavit pro sacra unctione dictis clericis S. Germani tarenos sex. Item legavit pro duodecim psalteriis dicendis pro anima sua in die sui obitus per dictos clericos tarenos sex. Item legavit Primicerio Tancredo Giptio de S. Germano Patino suo, pro Patinagio tarenos quinque. Item legavit D. Benedicto Spagnolo etiam Patino suo pro Patinagio tarenos quatuor. Item legavit pro male ablatis incertis tarenos quatuor. Item legavit pro anima sua de cera laborata decimas tres. De qua cera fieri mandavit, & voluit torzizia octo librarum duarum, & media per quodlibet, & de reliqua cera fieri mandavit candelas dispensandas, & comburendas pro anima sua; Quorum octo torziziorum unum legavit, & reliquid post associationem sui corporis ecclesiæ s. Benedicti prædictæ. Item legavit duo ecclesiæ s. Germani. Item unum ecclesiæ s. Francisci. Item unum ecclesiæ Annunciationis. Item unum ecclesiæ s. Petri de Castello. Item unum ecclesiæ s. Jacobi, & unum ecclesiæ s. Antonii de s. Germano prædicto componenda, & consumenda pro usu corporis Christi in ecclesiis prælibatis &c. Item legavit pro reparatione dictæ ecclesiæ s. Germani pro anima sua, suorumque patris, & matris Ziani, & aliorum mortuorum suorum uncias octo de carlenis. Item legavit eidem ecclesiæ s. Germani pro anima qm. Margharitæ Celestrinæ olim nutricis ipsius testatoris unciam unam, & mediam de carlenis, & quoddam Casulenum subsolare, quod fuit dictæ qm. Margharitæ &c. Item legavit dicti judici Christophoro Cece, quoddam casalenum magnum situm intus dictam terram s. Germani comestabilia acorariorum, viam publicam juxta Pontem Malfitanorum &c. juxta domum quam tenet censuatam de Ecclesia s. Matthæi servorum dei magister Stasius Russus &c. Item legavit pro subvencione calceamentorum Monachorum, & Conventus Cassinensis uncias quatuor de carlenis. Item legavit pro reparatione ecclesiæ s. Francisci de s. Germano uncias tres pro fiendo uno equo, & cooperimento super lectorile dictæ ecclesiæ s. Francisci. Item legavit pro reparatione ecclesiæ s. Nicolai de s. Germano tarenos quindecim. Item legavit ecclesiæ s. Crucis de s. Germano, quæ est juxta ecclesiam Annunciationis, pro reparatione uncias duas. Item legavit ecclesiæ s. Antonii de s. Germano pro duobus cubilibus in hospitali unciam unam, pro anima Ciccarelli filii sui. Item legavit eidem ecclesiæ pro reparatione unciam unam. Item legavit pro reparatione ecclesiæ s. Mariæ de Pietate, quæ est juxta ecclesiam s. Petri de Castello unciam unam. Item legavit pro reparatione Pontis Sarracinorum, & Silicis ibidem propinque unciam unam. Item legavit domno Tancredo Giptio Primicerio prædicto Patino*

nota.

nota;

nota.

tino suo domum unam solaratam cum uno casaleno contiguo sitam intus dictam terram s. Germani in comestabilia acorariorum, juxta domum Jacobi Piscioni a duabus partibus, juxta cursum aquæ Malfetanorum &c. Fecit & alia legata multa, & in calce præfati testamenti adsunt hæc verba. *Anno domini 1411. die 23. mensis octobris quintæ indictionis præsens testamentum præsentatum fuit coram me Notario Stasio de s. Germano Thesaurario Cassinensi per Primicerium Tancredum Giptii, & Colellam de Pascali, & Benedictum Spagnolum executores prædictos, a quibus recepi nomine, & pro parte monasterii Cassinensis pro canonica portione præsentis testamenti tarenos duodecim de carlenis argenti justi ponderis, alia vero jura tangentia dictum monasterium ratione Testamenti prædicti, solverunt Fratri Hieronymo Priori Cassinensi, & Fratri Johanni de s. Johanne sacristæ Cassinensi, prout constat per scripturam manus propriæ ipsorum Prioris, & sacristæ existentem penes eosdem executores, &c.* Eadem legata suffragiaque leguntur in testamento Benedictæ Viduæ qm. Nardi de Naçzo ex Vico Matronolæ, qui tum incolebatur in territorio S. Germani penes acta notarii Antonii Caczole Sangermanensis die 13. Julii an. 1405. & in testamento D. Antonii de Magistro Paulo Archipresbyteri S. Germani stipulato a notario Benedicto Jannutii de Pignatario die 2. Julii 1439. ex quo hisce verbis constat habitarum hoc tempore suburbium S. Germani dictum S. Jacobi. *Item legavit ipsi ecclesiæ S. Germani hortum suum cum balneo in burgo S. Germani, ubi dicitur S. Jacobo juxta suos fines, ita quod hortus ipse applicetur & incorporetur Canonicatui Clerici Nicolai Carboni de S. Germano.* Manuscriptos quosdam codices ecclesiæ S. Germani, & episcopo Teanensi hisce verbis legavit. *Item legavit ecclesiæ S. Germani libros Floris Sanctorum, & super Psalterium, & quod conserventur in Sacristia ipsius ecclesiæ. Item reliquit domno Johanni episcopo Theanensi librum unum qui dicitur secunda pars lecturæ domini Hostiensis tabulatum tabulis albis, &c.* Ex eodem testamento liquet in ecclesia S. Crucis apud S. Germanum fuisse Nosocomium, nam habet. *Item legavit ecclesiæ S. Crucis de S. Germano, & hospitali ipsius ducatos tres pro reparatione, & unum mataratium &c.* Alia plura suppeterent ejusdem generis testamenta, quæ consulto omittimus.

nota.

Cardinalis Ludovicus de Flisco S. sedis apostolicæ legatus indulgentias quasdam iis concessit, qui ecclesiam S. Bartholomæi visitarent intra septa monasterii nostri positam hisce literis, ex quibus disciplina ecclesiastica in concedendis indulgentiis, aliaque ad historiam pertinentia innotescunt: & earum autographum est in nostro archivo. *Lodovicus miseratione divina S. Hadriani S. Rom. ecclesiæ Diaconus Cardinalis de Flisco vulgariter nuncupatus in regno Siciliæ, & terra citra Farum apostolicæ sedis Legatus &c. Universis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Splendor paternæ gloriæ, qui sua mundum illuminat ineffabili claritate pia vota fidelium tunc benigno favore prosequitur, cum devota ipsorum humilitas sanctorum precibus adjuvatur. Cupientes igitur, ut capella S. Bartholomæi sita a latere ecclesiæ sac. monasterii Cassinensis, quod nullius diœcesis existit, a Christifidelibus frequentetur, & ipsi Christifideles eo libentius causa devotionis ad illam confluant, quo ex hoc uberioris ibidem dono cœlestis gratiæ conspexerint se refectos, de omnipotentis dei misericordia, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum ejus meritis, & intercessione confisi, nec non auctoritate apostolica nobis concessa per SS. dominum nostrum dominum Martinum Papam quintum, ut constat ex ipsius litteris hic inferius descriptis, omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui in nativitatis, circumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis, Corporis Domini nostri Jesu Christi, & Pentecostes, nec non in nativitatis, Purificationis, Annunciationis, Assumptionis B. Mariæ Virginis, & Nativitatis B. Johannis Baptistæ, & Apostolorum Petri & Pauli, ac Dedicationis ipsius capellæ festivitatibus, & in celebratione omnium sanctorum, ac per ipsarum Nativitatis, Epiphaniæ, Resurrectionis, & Ascensionis, ac cæterarum prædictarum Festivitatum octavas, & per sex dies Festum Pentecostes immediate sequentes, Capellam ipsam causa devotionis visitaverint, seu ad ejus fabricam manus porrexerint adjutrices, auctoritate apostolica, prædicta qua fungimur, tres annos, & totidem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis misericorditer relaxamus. Volumus autem, quod si alias visitantibus hujusmodi capellam, seu ad fabricam, vel reparationem ipsius manus porrigentibus adjutrices, aut alias inibi pias eleemosinas erogantibus aliqua alia indulgentia in perpetuum, vel ad certum tempus, tempore hujusmodi concessionis nostræ nondum elapsum duratura, auctoritate Apostolica concessa fuerit, præsentem concessionem nullius existere roboris, vel momenti. Præsentibus post decennium minime valituris. Tenor vero litterarum præfati domini nostri Papæ sequitur, & est talis. Martinus episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Ludovico S. Adriani Diacono Cardinali in regno Siciliæ, & terra citra Farum, quæ Juris, & proprietatis Romanæ ecclesiæ fore noscuntur, ac nonnullis aliis partibus in aliis nostris litteris denotatis apostolicæ Sedis legato salutem, & apostolicam benedictionem. Cum nuper te in regno Siciliæ, & terra citra Farum, quæ Juris, & proprietatis Romanæ ecclesiæ fore noscuntur, & nonnullis aliis partibus in aliis nostris litteris denotatis apostolicæ sedis legatum duxerimus deputandum, teque ad partes illas personaliter destinemus Nos volentes, ut ipsarum partium incolæ, & habitatores quanto spiritualium munerum potiora dona sibi provenire prospexerint, tanto de pietatis opera promptius animentur, circumspectioni tuæ præsentium tenore concedimus, ut omnibus Christi fidelibus vere pœnitentibus, & confessis, qui ad constructionem, & reparationem ecclesiarum, aut Hospitalium, seu aliorum piorum locorum, & pontium in eisdem partibus consistentium, ac sustentationem infirmorum, & pauperum, Hospitalium eorundem manus porrexerint adjutrices, & Ecclesias ipsas devote visitaverint annuatim tres annos, & totidem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis, quamdiu in hujusmodi legationis prosecutione fueris, relaxare possis, litteris tuis super hujusmodi indulgentiis per te concedendis, post decem annos a data ipsarum litterarum computandos, minime valituris. Volumus autem, quod si alias visitantibus hujusmodi ecclesias, aut hospitalia, sive loca, seu ad fabricam, vel reparationem ipsorum manus porrigentibus adjutrices, aut alias inibi pias elemosinas erogantibus aliqua alia indul-*

Indulgentia.

dulgentia in perpetuum, vel ad certum tempus tempore hujusmodi concessionis, quam facies, nondum elapsum duratura, auctoritate apostolica concessa fuerit, concessiones, quas ei vigore presentiam facies nullius existant roboris, vel momenti. Datum in monasterio Cassinensi VIII. Kalend. Martii Pontificatus præfati domini nostri D. Martini papæ quinti anno quarto. Reg. gratis. I. de Trivilio. Reg. Adest sigillum cereum rubeum pendens ex chordula serica &c.

IV.

RES HOC SÆCULO APUD CASSINATES,

EORUMQUE DITIONE GESTÆ.

Pecuniæ mutuo acceptæ.

OB varias cœnobii nostri, ejusque ditionis ærumnas vicissitudinesque, coactus est Henricus Abbas mutuo pecunias accipere proque fœnore bona quædam cœnobii nostri dare ad aliquod tempus, ut ex bulla Bonifacii noni sub datum. *Romæ apud S. Petrum II. Kal. Decembris Pontificatus nostri anno XII.* constat, in qua hæc ad rem nostram leguntur. *Et pro satisfactione aliorum debitorum, quibus ipsum monasterium propter guerrarum angustias, quæ partes ipsas diutius, & miserabiliter afflixerunt nobis humiliter supplicasti, ut pro exoneratione dictorum debitorum &c. contrahendi mutuum usque ad summam duodecim mille florenorum auri de camera sub modis, & formis infrascriptis, sine quibus creditores te putes invenire non posse, tibi largiri licentiam dignaremur. Nos igitur de tua tam in his, quam in aliis circa eadem tua, & præfati tui monasterii utilius promovenda, & expedienda negotia circumspectione, & diligentia familiari experientia nobis notis, plenius in domino confidentes &c.*

Abbas exauthoratus, ablegatique Monachi.

Anno circiter 1409. aut 1410., Rex Ladislaus abactis a cœnobio nostro Monachis, exauthoratoque Henrico Abbate, militibus illud custodiendum tradidit, totamque ditionem nostram, ac duodecim seniores Monachos in cœnobio relictos gubernandos commisit Abbati Andreæ de Capua Ordinis Cisterciensis, quem etiam vi, ut credimus, Vicarium generalem in spiritualibus esse jussit, atque alia pro monasterii reparatione constituit hisce literis ex regesto communi p.101. a t.

Ladislaus dei gratia Ungariæ, Jerusalem, & Siciliæ Rex, &c. Reverendo in Christo patri Andreæ de Capua Abbati monasterii S. Mariæ de Ferrarea, ac conservatori, seu gubernatori monasterii Cassinensis consiliario, & fideli nostro dilecto gratiam, & bonam voluntatem. Multorum nuper, & præsertim Conventus dicti Monasterii Cassinensis fide digna relatione percepimus, quod Monasterium ipsum præsertim in domibus, & ejus ædificiis, quæ ampla sunt, & nimis diffusa reparatione indigere, & pro futuro tempore propter vetustatem ipsarum domorum, & occurrentes casus verisimiliter indigebit, ac expediens fore dignoscitur quod in eo fiant nonnullæ expensæ utiles, necessariæ, ac etiam opportunæ, quibus prætermissis pervenire posset eidem monasterio jactura, & ex ipsa negligentia detrimentum, quibus, ne preveniant, obviari, & provideri decet, & debet. Eapropter volumus, & fidelitatem tuam tenore præsentium de certa nostra scientia injungendo requirimus, & hortamur, quatenus in reparationibus, & necessitatibus, seu utilitatibus monasterii antedicti, ejusque domorum, & ædificiorum cum notitia, & consilio Prioris, aut duorum sufficientium, & bonorum Monachorum dicti monasterii eligendorum per ipsum Conventum de fructibus, juribus, & redditibus dicti monasterii, seu aliis juribus quibuscumque ad tuas manus pervenientibus, ducatos centum de auro, vel infra secundum indigentiam, & necessitatem hujusmodi exponere debeas, seu expendere annuatim, quæ quidem expensæ necessariæ præsertim, & utiles in prædictis faciendæ annis singulis in tuo calculo, et computo admittantur, & quia de juribus, fructibus, redditibus, & proventis, introitibus, & exitibus, juribusque aliis dicti monasterii non es, nec esse præsumeris plenarie informatus, ideo volumus, & tenore præsentium de certa nostra scientia ordinamus, quod in administratione, perceptione, & expensis prædictorum jurium, fructuum, & redditum ejusdem monasterii, ejusque introitu, & exitu in posterum faciendis habere, & adjungere debeas una tecum aliquem Monachum dicti Monasterii sufficientem, & idoneum, & doctum, & practicum agibilium, & jurium monasterii supradicti, eligendum quidem per ipsum Conventum, cum cujus consilio; et assistentia omnia ordinare, & disponere debeat, ac etiam ministrare, ita quod per te cum dicto Monacho omnia rite, & recte ordinentur, & disponantur, & præcipue in expensis, & sumptibus occurrentibus, & faciendis in dicto Monasterio de victu tuo, tua familia, victu Monachorum, & aliorum servientium, reparatione molendinorum, & aliorum occurrentium quorumcumque. Volentes, & decernentes, quod Henrico Abbati dicti monasterii de victu, & vestitu pro se, uno Monacho Capellano, & uno famulo sibi servienti provideas, & providere debeas de fructibus, & juribus dicti monasterii ad rationem videlicet de tareno uno, & medio pro singulis diebus, donec Abbas ipse non revertatur ad monasterium antedictum, & ab eodem absens fuerit ut nunc est, cui Abbati semper in principio cujuslibet mensis a die datarum præsentium in antea numerandi providere debeas de dicta pecunia pro singulis integris mensibus, ut sibi possit de opportunis melius provideri &c. Præsentes vero literas parvo nostro sigillo munitas tibi in præmissorum testimonium dirigentes, quibus obsistere nolumus, quod magno nostro pendenti sigillo sigillatæ non sunt, nec aliis nostræ Curiæ solempnitatibus roboratæ; edicto de non ammittendis cedulis & aliis huic forte contrariis non obstantibus quoquomodo, quasve post opportunam inspectionem earum pro cautela restitui volumus præsentanti. Datum in Molis Gaetæ, sub dicto nostro parvo sigillo, die 5. Junii tertiæ indictionis. Ladislaus Rex manu propria.

Vetavit, ne subditi Henricum, gratias ab eo impetraturi, adirent, ut Diss. I. dicemus, ubi causas, cur prave adeo erga Cassinates affectus fuerit, ex Spondano, & Raynaldo proferemus. Quandam pecuniæ, grani &c. quantitatem pro Monachorum victu a Ladislao attributam, hisce literis Johannæ reginæ ex eodem regesto p. 559. constat.

Johanna secunda, &c. Johannello Carduino de Neapoli Magistro cameræ provinciæ Terræ laboris, & comitatus Molisii, ac Perceptori, & exactori jurium, fructuum, redditum, & proventuum monasterii Cassinensis &c. Familiari, nec non Thesau-

rariis, Commissariis, Perceptoribus, & Exactoribus dictorum jurium Cassinensium, cæterisque officialibus quocumque nomine nuncupentur &c. Fidelibus nostris dilectis gratiam, & bonam voluntatem. Intendentes, quod omnia, & singula tam olim per claræ memoriæ Serenissimum Principem dominum dominum regem Ladislaum reverendissimum Fratrem nostrum, quam nostram majestatem, pro victu, vestitu, & usu venerabilium virorum Monachorum sacri monasterii Cassinensis, ac reparatione dicti monasterii ipsis monachis stabilita, videlicet in pecunia pro eorum usu, & victu uncias nonaginta septem, de grano tumulos mille quingentos, de vino barilia mille quingenta, ac totum oleum proveniens ex juribus dicti monasterii, ac pro eorum animalibus annona sufficiens, nec non legumina pro victu Monachorum, & familiarum eorum in quantitate, & copia oportuna, ac pro reparatione dicti Monasterii ducatos auri centum super juribus redditibus, & proventibus dicti monasterii, annis singulis de primis scilicet juribus dicti monasterii Monachi ipsi habeant, & integrè recolligant, & eisdem Monachis Cuculla more solito assignentur.

Cuculla pro monachis.

Idcirco volumus, & fidelitatis vestræ tenore præsentium de certa nostra scientia districte præcipimus, & mandamus, quatenus eisdem Monachis, & Conventui aut alteri, vel aliis eorum parte pro eorum victu præfatas uncias nonaginta septem, de grano tumulos mille quingentos, de vino barilia mille quingenta, totum oleum prædictum, annona, seu præbenda sufficiens pro animalibus eorum, legumina in quantitate oportuna, & pro reparatione ducatos auri centum, ac cucullas prædictas solitas, de primis prædictis scilicet, & proximioribus juribus fructibus, redditibus, intratis, & proventibus dicti monasterii annis singulis, vos, & quilibet vestrum vestrorum officiorum temporibus, prout ad unumquemque vestrum spectabit, & pertinebit tradere sollicite, & assignare debeatis integre, & sine diminutione quacumque & amplius omnia, & singula privilegia, litteras, cedulas, prærogativas, & gratias eisdem Monachis, & Conventui, tam per dictum dominum Fratrem nostrum, de quibus a nobis confirmationem obtinuerunt, quam etiam per Majestatem nostram concessas, & concessa, & omnia alia per vestros Prædecessores exhiberi solita, & provisa eisdem Monachis, & Conventui observetis inviolabiliter, & faciatis vestrorum officiorum temporibus effectualiter observari, quibuscumque facientibus in contrarium non obstantibus quoquomodo, & non faciatis in contrarium, sicut habetis gratiam nostram caram, & indignationem cupitis evitare.

Confirmatio privilegiorum.

Præsentes autem litteras anulo nostro secreto, & sigillo quadrato, ad exhibitionem fiscalis pecuniæ deputato munitas vobis in præmissorum testimonium duximus dirigendas, quas post oportunam inspectionem earum pro cautela vicibus singulis restitui volumus præsentanti. Datum in Castro nostro novo Neapolis sub dicto anulo nostro secreto, & sigillo, die 26. mensis Februarii VIII. indictionis.

Sigillum Reginæ Joannæ.

Restituti.

Misero hoc in statu perstitit cœnobium nostrum ad an. 1415. quo, die 26. Septembris Pyrrhus ab anno jam proximo inauguratus Abbas Johannæ secundæ reginæ permissione, possessionem Abbatiæ iniit, ut Diss. prima constabit, in qua encyclicæ Pyrrhi literæ proferentur. In hiis hæc ad rem nostram leguntur. *Universitates vestras indubiae meditamur, quantum in nostro adventu Cassinense nostrum monasterium undique laceratum reperimus, egenum reparationibus, & Juribus diminutum, jamdiu pastorali regimine viduatum dolendo referimus, & utinam, quod non esset, ad ejus reformationem, reparationesque, divino implorato præsidio, ac beatissimi Patris nostri Benedicti meritis suffragantibus tota mente totisque viribus, una cum nostris Fratribus intendentes &c.*

Aliæ Cassinensium ærumnæ.

Cum anno 1421. regina Johanna ad stipendia sua celebrem tunc temporis Ducem Braccium a Montorio cum militibus suis adscivisset, mira hic immanente contraque fidem Pyrrho datam ditionem nostram invasit. Qua occasione arrepta Sangermanenses, quædamque oppida rebellarunt, quæ interdicto subiecta sunt, eorumque aliqui accolæ excommunicati a Cardinale Ludovico de Flisco S. Sedis legato, ut hac sententia constat ex regesto Angeli, & Andreæ p. 113. in qua patrata ab eis scelera enarrantur.

Sangermanenses rebellant.

Ludovicus miseratione divina S. Adriani S. Romanæ ecclesiæ Diaconus Cardinalis de Flisco vulgariter nuncupatus in regno Siciliæ, & terra Citrafarum apostolicæ sedis legatus &c. Rever. in Christo patribus dominis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Decanis, Propositis, Archipresbyteris, Prioribus &c. per præfatum regnum Siciliæ, & aliis ubilibet constitutis, ad quos præsentes nostræ litteræ pervenerint, salutem, & mandatis nostris hujusmodi, imo verius apostolicis firmiter obedire &c. Sane cum pridem sicut notoria facti evidentia, & publica fama divulgabat, prout etiam, & divulgat, & prout etiam accepimus ex querula lamentatione procuratoris fiscalis nostræ curiæ, & rev. patris domini Abbatis monasterii Cassinensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis perditionis filii, & maledictionis alumni homines, & habitatores, ac Universitas loci S. Germani nullius diœcesis ad eosdem dominum Abbatem, & monasterium, & per consequens ad Romanam ecclesiam pertinentes viam pacis ignorantes, & in semitis justitiæ nescientes dirigere gressus suos contra nos, qui tunc ad illum locum mandato domini nostri Papæ cum plena legationis officio declinaveramus pro tractanda concordia, atque pace inter Serenissimos dominos super regno hujusmodi dissidentes, ac contra eumdem dominum Abbatem rebellionis cornua erigentes diversas conspirationes, colligationes, & machinationes facere, ac castra multa ad idem monasterium, ac per consequens ad Romanam ecclesiam, ut supra, spectantia occupare, & occupata detinere, ac occupantibus auxilium, consilium, & favorem præbere præsumpserunt temere, & præsumunt, & insuper, ut præfata castra, & terras facilius occupare, & occupata detinere, ac alios ad consentiendum eorum iniquis voluntatibus, & operibus violenter, ut trahere possent magnam multitudinem gentium armigerorum, in ipsum locum S. Germani, & in patriam conduxissent, unde multa damna, homicidia, sacrilegia, rapinæ, depopulationes, incendia, & mala, ac damna, adulteria, & scelera, quam plurima essent secuta, & secutura verisimiliter in posterum formidaretur, infamiæ notam, sacrilegium, & pœnas, ac sententias a jure contra similes inflictas, & promulgatas, nec non crimen læsæ majestatis damnabiliter incurrendo, & quamquam etiam præmissa omnia, et singula essent, prout sunt adeo notoria, quod nulla poterant, prout nec possunt, tergiversatione celari etc.

Nos

Nos igitur præfates homines, & habitatores utriusque sexus, ac Universitatem loci S. Germani prædicti reputantes, prout merito sunt contumaces, nec valentes hujusmodi eorum excessus tolerare, eorum absentiam dominica replentes præsentia per hanc nostram diffinitivam sententiam, quam ferimus in hiis scriptis decernimus, & declaramus, prout tunc decrevimus, & declaravimus eosdem homines, & habitatores utriusque sexus loci prædicti, eorumque adherentes, fautores, & sequaces, ac eis dantes auxilium, consilium, & favorem publice, vel occulte directe, vel indirecte esse conspiratores sacrilegos, & reos crimine lesæ majestatis, & pro talibus esse puniendos, ac excommunicationis sententia innodatos, prout etiam innodamus, ac universitatem, ecclesias, & loci ipsius ecclesiastico suppositas, prout supponimus, interdicte, & pro talibus pronuntiandos fore, & pronuntiamus, mandantes vobis universis, & singulis suprascriptis, ad quos presentes nostra littera pervenerint, & in præmissis fueritis requisiti, quatenus in virtute S. obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam in vos, & vestrum quemlibet trina, & canonica monitione permissa ferimus in hiis scriptis, nisi feceritis, qua mandamus omnes supradictos etiam pro talibus in vestris ecclesiis campanis pulsatis, & candelis accensis, ac demum extinctis, & in terram projectis publica nuntietis, & nuntiari, & quantum in vobis fueris ab aliis faciatis, quas pœnas, & sententias si adhuc per sex dies animo, quod absit, sustinuerint, aut ipsorum aliquis sustinuerit indurato, ad aggravationem, & inflictionem aliarum pœnarum, & sententiarum, prout justum fuerit procedemus. In quorum testimonium præsentes nostras litteras fieri jussimus, nostrique sigilli impressione muniri.

Datum in Monasterio Cassinensi sub anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo primo quarta decima indictionis, die vero vigesimo quarto mensis Februarii, pontificatus SS. in Christo patris, & D. N. D. Martini V. anno ejus quarto.

Cassinatium erga Romanum Pontificem fides.

Mortua an. 1435. die 2. Februarii Johanna II. regina duo regni Neapolitani possessionem affectarunt, Renatus Dux Andegavensis testamento hæres, atque concessione sibi, & Ludovico Fratri facta ab Alexandro V. Martino V., & S. Concilio Constantiensi, atque Alphonsus Aragonum rex in filium a Johanna paulo ante obitum adoptatus. Cum vero Cassinates Eugenii IV. qui ut supremus regni Neapolitani Dominus Renato favebat, partes sectarentur, incredibile est, quantum ærumnarum passi sint, potissimum dira biennali obsidione, quam invicta, ac pene humanas vires superante constantia, ut fidem cui humano, divinoque juri obnoxii erant, intemeratam Romano Pontifici servarent, pertulerint, ut privilegio Johannis Cardinalis Florentini S. Sedis apostolicæ legati constat, aliisque monumentis mox, & Diss. I. adducendis. Tot Cassinatium ærumnis, ut opem quadantenus ferret Eugenius, hanc ad Citrarienses scripsit epistolam *. *Eugenius episcopus servus servorum dei. Universis, & singulis dilectis filiis notario Abbamonte Erario, sive Gubernatore terræ Citrarii, ac Sampano procuratori ecclesiæ S. Mariæ de Tropea, vel de Insula, nec non Capitaneo, & Castellano, habitatoribusque terræ Citrarii, & aliis omnibus, et singulis jura, et bona ad celeberrimum Cassinense monasterium spectantia quomodolibet habentibus, et possidentibus salutem, et apostolicam benedictionem. Cum monasterium Cassinense Abbatis ad presens gubernatione destitutum, et causante temporum malicia tantis agitatum molestiis, nullo pacto in necessitate deseri, quin potius ab omnibus Christi fidelibus, et in primis ab illis, qui ejus bona tractant, adjuvari cupiamus, Universitati vestræ, et omnibus vobis supra specialiter nominatis tenore præsentium in vim sanctæ obedientiæ, et etiam sub excommunicationis pœna mandamus, quatinus de omnibus, et singulis fructibus, redditibus, et proventibus, obventionibus, juribus, ac jurisdictionibus, et aliis quibuscumque rebus ad prædictum Cassinense monasterium quomodolibet pertinentibus tam hactenus perceptis, collectis, et habitis, quam in futurum habendis, et colligendis, Priori, et Conventui dicti monasterii Cassinensis, vel eorum legitimo procuratori, et nulli alteri respondeatis, atque obediatis, quousque ipsi monasterio de Abbate idoneo a sede apostolica provisum esse cum debita certitudine intelligetis. Datum Florentiæ anno incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo quadragesimo, VI. Idus Decembris, Pontificatus nostri anno decimo. Blondus. De Curia. P. Sucius. Reg. An.* Adest sigillum plumbeum pendens ex chordula serica.

*quam ex Archivo Cassinensi damus.

Bona Cassinatibus nonnisi an. 1443. die 8. Julii restituit Alphonsus rex, ut Diss. I. haud tamen omnia ab iis recuperata constat, nam Antonius Carrafa Abbas an. 1443. die 1. Augusti duos e Monachis Cassinatibus, ad recuperanda oppida, bona, præposituras cœnobii nostri constituit, literas quas in Dissertatione I. dabimus, & in quibus hæc adnotanda leguntur. *Attendentes igitur quod monasterium Cassinense quod nunc usque propter pastoris carentiam extitit viduatum in capite, et in membris multas tribulationes angustias, diversaque damna, calamitates, ac obbrobria undique passus est, et multa ex bonis suis mobilibus, et immobilibus, membra, jura, indebite occupantur* &c. & infra. *Recuperandi omnia, et singula loca, terras, castra, oppida, monasteria, præposituras, beneficia tam secularia, quam monastica, et religiosa, ecclesias, et grancias præpositurarum, et quaecumque alia bona.*

Monachi Cassino expulsi.

Non levia etiam incommoda integro seaennio irrogata Cassinatibus a Johanne Renati Andegavensi filio, qui post Alphonsi mortem an. 1458. Ferdinandum, cui investituram Pius II. concesserat, regno exturbare incassum est conatus ut Diss. I. dicemus, multoque majora illis obvenere mala a Ferdinando rege, qui relictis quatuor tantum in cœnobio nostro Monachis reliquos exulare jusserat, oppidaque omnia ditionis nostræ usurpaverat, postquam bello ab Innocentio VIII. est impetitus an. 1455. ut hoc instrumento constat, cujus autographum in regesto II. Bernardi Abbatis p. 171. extat. *In nomine domini nostri Jesu Christi Amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo, quadringentesimo octogesimo sexto, Pontificatus SS. in Christo patris, et domini nostri domini Innocentii divina providentia papæ octavi anno ejus tertio, die vero decima octava mensis Novembris quintæ indictionis. In sacro monasterio Cassinensi. Præsenti publico documento declaramus, notum facimus, et testando fatemur, qualiter dum magnificus, et excellens dominus Johannes Antonius Carrafa miles filius illustris, et excellentie domini Diomedis Carrafa, Comitis Magdaloni, et*

Vin-

Viceregis Abbatia Cassinensis fuisset transmissus per sacram, & serenissimam Regiam majestatem regis Ferdinandi de Aragonia gubernator in Abbatia Cassinensi, & habuisset relationem a nonnullis fidelibus probis, & fide dignis personis deum timentibus, & maxime ab experientia qua rerum magistra nuncupatur, dum gloriosissima corpora beatissimi patris Benedicti, & Scholastica ejus sororis, ac Simplicii, & Constantini, & Caroli Manni regis, & Monachi Cassinensis fuissent recondita subtus majore altari S. Benedicti, vera testante scriptura modo infrascripto, videlicet. Quia loculus, ubi posita sunt sanctorum corpora est marmoreus in dextera parte sepulchrorum longitudinis quatuor pedum, latitudinis pene duorum in quo ossa SS. patris Benedicti, & sororis ejus posita sunt, in sinistro autem latere sepulchri, loculus erat ligneus positus, in quo caro eorum posita fuit: Positi autem fuerant ita, capita eorum contra chorum, pedes contra altare S. Joannis Baptistæ habentes, juxta pedes vero eorum inventa fuerunt sepulchra, in quibus Carolus Mannus rex, & Monachus, S. Constantinus, & Simplicius requiescebant: A dextero autem altaris latere Benedictus pater SS., & Scholastica soror inventi fuerant; & quia varietas personarum erat, quod corpus S. Benedicti non fuisset in dicto loco quondam illustriss., & reverendiss. Dominus Johannes de Aragonia regis filius, ac S. R. E. miseratione divina tituli S. Adriani presbyter Cardinalis cum reverendo Ludovico de Borsis Aquilano episcopo ejus Auditore, & cum quibusdam aliis cupiens perquirere veritatem, tum aviditate corpora tantorum sanctorum repperiendi, tum etiam pro decore ecclesia dictum Altare mutavit, seu mutare fecit, die vid. decimaoctava mensis Novembris anno domini millesimo quadrigentesimo octogesimo quarto, & ipsum altare construi fecit subtus tribunam majorem dicta ecclesia, ubi prius erat altare S. Johannis Baptista, & dum magistri in arte periti amovissent dictum altare magnum, & aliquantulum subtus cœpissent effodere, & superiores lapides amovere, factus est terramotus magnus, & tempestas magna orta fuit cum ventis, & tonitruis, adeo quod quasi non cognoscebatur, an esset nox, vel dies, & territis magistris, qui ibi aderant, præ timore magno obstupuerunt, & relictis opere, & effossione, cessavit tempestas: & accedentes iterum ad effodiendum dicta SS. corpora similiter orta fuit altera tempestas, & terramotus, & relicto opere cessavit tempestas, & reversi sunt tertio ad dicta corpora effodiendum & tertio rediit tempestas. Mandato dicti illustrissimi, & reverendissimi domini Cardinalis Magistris ipsis effodere propter hoc minime cessantibus, dicta sanctissima corpora sanctorum invenerunt, eo quidem ordine, quo supra scriptum est. Et ex ipsis corporibus amotis, apertis sepulchris, corpore Caroli Manni antedicti & corporibus Constantini, & Simplicii, ipsisque in Sacristia cum aliis reliquiis sanctis collocatis, ad corpora beatissimi patris Benedicti, & Scholastica redierunt, ex quorum carne super tabulam porfiream, mannam continue distillare viderunt, & miraculose in ipsa tabula conservari, & ipsam non egredi, & ex hoc dicta corpora sanctorum non amoverunt, & continue a monachis ipsa corpora custodiri fecerunt, & stantibus istis, novitii omnes de mandato dicti domini Cardinalis Commendatarii Cassinensis e monasterio ipso foris pelluntur, & parentibus restituuntur, ac consanguineis, & pauco tempore post idem illustriss. & reverendiss. dominus Cardinalis de mandato regio accessit ad Urbem Roma ad summum pontificem, ibique per dies permanens quartana morbo egrotavit, & sicut deo placuit, eodem morbo quartana moritur, mortuusque cum eo fuit dictus episcopus Aquilanus, & quasi alii omnes de sua familia, qui amotioni dictorum sanctorum Corporum interfuerunt, moxque inter summum pontificem, & dominum regem guerra, & prælia magna insurexerunt, & in tota Abbatia Cassinensi angustia, & tribulationes ultra modum & in toto regno. Et Barones, ac Magnates regni, quasi omnes rebelles effecti sunt regi, usque ad secretarium regis, qui secrete una cum dictis Baronibus conjuram fecerunt contra regem, & quærebant opportunitatem, ut ipsum dolo caperent, & occiderent. Et durantibus guerris, & tribulationibus prædictis, ordinatisque Castellano, & custodibus in monasterio Cassinensi per dictam sacram regiam majestatem, ipsisque ibidem permanentibus Monachi Cassinenses cum Priori ex dicto monasterio expelluntur, & ad civitatem S. Germani propter guerrarum prædictarum suspitionem mittuntur, remanentibus tantum in dicto monasterio Monachis tribus cum sacristano, qui divino cultui inservirent, & missam celebrarent; & dimisso per eos dormitorio de mandato dicti Castellani cum cubiculis eorum ad sacristiam Cassinensem devenerunt, ibidemque continuo durantibus guerris, & tribulationibus prædictis permanserant. Et multa Præpositura Monachorum, & beneficia etiam de Monachali mensa, per dictum dominum regem Laycis, & secularibus personis conceduntur. Et durantibus prædictis, illustriss. dominus Franciscus de Aragonia ejusdem domini regis filius, qui vernacula lingua ferebatur eligendus in Commendatarium dicta Abbatia Cassinensis, Neapoli infirmitate gravissima infirmatur, adeo quod ex eadem mortuus fuit, & transmissis certis internuntiis dicto domino Regi, notificando ei de prædictis, & statu, ac dispersione Monachorum Cassinensium mediante dicto D. Johanne Antonio Carraffa, regno non adhuc placato, Prior Cassinensis cum decem Monachis ex ordinatione, & licentia dicti domini Johannis Antonii ad dictum sacrum monasterium cum servientibus ad missam revertuntur, moxque insperato papa cum rege placatur, multique Barones, qui fuerant primius rebelles ad devotionem, & obedientiam regiam reducuntur, & ab ipsis venia, & indulgentia postulatur. Et durantibus certis aliis Baronibus in eorum pertinacia, & mala voluntate, ipsisque cum rege non placatis ex eorum ordinatione de Turcarum adventu in regno dubitabatur, & pro certo de ipsorum adventu continue ferebatur. De aliis autem adversitatibus, & angustiis in toto regno, & præsertim in dicta Abbatia contingentibus, non est propter earum varietatem, & diversitatem possibile enarrare. His igitur attentis, & aliis mentem præfati, D. Joannis Antonii moventibus, dubitansque ipse, omnia præfata mala evenisse dicto domino regi, ejusque dilectissimis filiis, et in toto regno tribulationes, afflictiones, et angustia propter amotionem dicti altaris, et dictorum corporum discooperitionem: timensque pejora futura, ne omnipotens Deus fuisset tali causa iratus, et infestus contra dictum Dominum Regem, et regnicolas cupiens deo servire, et id se actarum, quod ei placeat, ne dicta corpora sic remanerent discooperta

dictum altare majus de novo reedificari, & construi fecit, & ad pristinum statum reduci: & corpora SS. Carolimanni, Constantini, & Simplicii, quæ inde fuerint ablata, & in sacristia recondita in locum pristinum, & in primas eorum sepulturas juxta pedes beatissimorum patris Benedicti, & Scholasticæ in cassis plumbeis propriis nominibus desuper scriptis plumbeis litteris collocari fecit, & subtus idem altare recondi, eo quidem mense, die, & hora, quibus inde fuerant ablata, remota, & discooperta: Non appensate, nec data opera, vel de industria, sed divina gratia cooperante, adeo quod omnes, qui ibi aderant admirati sunt, quod ipso domino Johanne Antonio nesciente mensem, diem, & horam prædictos putaverunt potius divino ministerio, & voluntate id operatum fuisse, quam humano. Mandavitque idem dominus Johannes Antonius Priori, & Monachis Cassinensibus dicto die officium S. Benedicti cum missa solemni in dicto altari celebrari perpetuo in honorem omnipotentis dei, ejusque gloriosissimæ matris virginis Mariæ, & gloriosissimi patris S. Benedicti, & aliorum sanctorum. Sunt autem sub dicto altari multa alia corpora sanctorum, quæ hic non sunt ascripta. Visis autem corporibus S. Benedicti, S. Scholasticæ, & prænominatorum aliorum sanctorum, dictus dominus Johannes Antonius, dicta sanctissima corpora ut supra recondi, & supra sepulchrum corporum beatissimorum Benedicti, & Scholasticæ poni tabulam marmoream pro cooperimento sepulturæ, & supra dictam tabulam marmoream fieri solarium unum de mattonis terreis, & super mattonos aliam tabulam marmoream marmoreis litteris ascriptam, & sculptam versus dicta corpora sanctorum dictis litteris revolutam dicentem: sub hac sepultura jacent corpora beatissimi patris Benedicti, & Scholasticæ ejus Sororis recondita ex ordinatione Johannis Antonii Carraffæ militis, filii Comitis Matalonis Viceregis Abbatiæ Cassinensis ob suam spontaneam devotionem. Quibus omnibus sic peractis, & ut supra gestis, fuimus pro parte dictorum Prioris, & Conventus maxima cum instantia requisiti, & interpellati, ut de prædictis omnibus ad æternam rei memoriam conficere deberemus publicum documentum. Nos vero attendentes quia nostrum officium publicum est, & nemini de jure negari potest, de prædictis hoc præsens publicum confecimus documentum, & in Registro Cassinensi annotavimus omnia, & singula, ut vidimus, & oculata fide inspeximus. Prædicta autem omnia, & singula scripta & notata sunt manu mei notarii Christofori Perroni de S. Germano procuratoris dicti sacri monasterii Cassinensis: ut omnes firmiter credant, corpora dictorum sanctorum, ut supra scriptum est, esse sub dicto altari vere collocata, & ibidem requiescere modo, ordine, & forma prædictis. In quorum omnium, & singulorum fidem certitudinem, & cautelam dicti monasterii, ac omnium, quorum, & cujus interest, aut in futurum poterit quomodolibet interesse, factum est de prædictis hoc præsens publicum documentum, & instrumentum scriptum, & subscriptum manu mei notarii supradicti, meoque solito, & consueto signo signatum, subscriptionibus, & crucum signi infrascriptorum Judicis, & testium propriis manibus roboratum, & communitum. Acta sunt hæc sub anno domini, pontificatu, die, mense, indictione, loco, modo, & forma prædictis, præsentibus ad prædicta dicto domino Joanne Antonio Carraffa, domino Mercurio Caraffa, Zenobio de S. Germano ad causas, & contractus judice pro judice Joannello Cece de S. Germano, Honorato domini Pastoris de colle S. Manni, magistro Luca marmorerio, Berardino magistri Lucæ, Johanne Michaelis de S. Helia: &c. magistro Petro de Fossato Lombardo testibus ad præmissa specialiter adhibitis vocatis, & rogatis. † Ego Christophorus Perronus de S. Germano publicus ubilibet Abbatiali, & Imperiali authoritatibus notarius præmissis omnibus, & singulis una cum prænominatis Judice, & testibus interfui, eaque omnia, ut audivi, & vidi omnia, & singula fideliter annotavi, & de notatis hoc præsens publicum Instrumentum confeci, & in præsenti registro Cassinensi manu propria scripsi, & publicavi, & in præsentem publicam formam redegi, meoque solito, & consueto signo signavi requisitus & rogatus, in fidem, & testimonium omnium præmissorum. Locus † signi notarii.

Constat hinc corporum SS. Benedicti, & Scholasticæ inventio, cujus etiam meminit Raphael Volaterranus coævus auctor Antropologiæ lib. 12. p. 216. edition. Parisiensis an. 1526. hisce verbis: *Ubi ante hos annos a Cardinali Aragonensi retecta multis videntibus fuere. Tres erant arcæ, in duabus Benedictus, & Soror, in tertia ad pedes eorum Carolomannus Caroli Martelli filius, Caroli magni Patruus &c. Hoc Cassinense cœnobium Religionis caput cujus aureorum quadraginta millia redditus fuere: Urbibus opibusque plurimis si per tyrannorum rapinam licuisset dominabatur: regna potius, quam cœnobia vir sanctus posteris reliquis.* Integrum hoc instrumentum referunt Laurerus de existentia corporis S. Benedicti in Cassinensi Ecclesia p. 161., & Lucentius in Episcopatu Cassinensi To. I. Ital. sac. p. 935. Vid. Spondans an. 1485. nu. 3. 4. 5., Raynaldus an. 1485., & 1486. Constantius lib. 20., & Summonte in vita Ferdinandi I. Pax deinde inter Innocentium, & Ferdinandum an. 1486. inita est iis conditionibus, quas Raynaldus eo anno nu. 13. refert, easque inter hæc legitur: *Item quod de Abbatia Montis Cassini, & de ejus terris, & castris disponatur per Pontificis voluntatem.*

nota:

Es restituti.

Captum vero a Carolo VIII. castellum Montis Cassini cœnobio nostro unitum, aliaque oppida, ex Dissert. I. constabit.

Castellũ Montis Cassini captum.

Ex hactenus dictis liquet, innumera propemodum mala perpessum omnibus sæculi cœnobium nostrum, ut nil mirum sit, monumenta pene omnia, publicas tabulas, argenta, sacras supellectiles pessum ivisse, oppida plura diruta, ac prorsus deserta, opere certe, pretium erit inventarium hic anni 1497. referre reliquiarum, & supellectilium, sacrarii nostri ex archivo nostro depromtum.

Inventarium omnium rerum sacri monasterii Cassinensis.

In primis de reliquiis, & argento, cæterisque Jocalibus. Una arbor argenta cum triginta tribus frondibus argenteis, & unaquæque frons habet reliquias suas. Item liber Evangeliorum coopertus ex utroque latere de argento in littera longobarda. Item lignum S. Crucis cum capsula ornata circumcirca ex argento. Item Capitulum ultimum regulæ S. Benedicti

Reliquię, & suppellectiles.

Capitulũ ultimum Regulæ S. Benedicti.

dicti cum argento ornatum. Item tabernaculum argenteum habens intus capsulam unam argenteam cum digito S. Jacobi, & unum vasculum argenteum cum particula cutis S. Bartholomæi. Item tabernaculum argenteum, ubi includitur pars maxillarum S. Joannis Baptistæ, la quale parte è in pezzi, e sono sei pezzi, tre grandi, e tre piccioli con due denti. Item tabernaculum argenteum, ubi est digitus S. Benedicti. Item tabernaculum argenteum, ubi est digitus S. Stephani. Item tabernaculum argenteum, ubi est brachium S. Mauri. Item tabernaculum argenteum, ubi est brachium S. Scholasticæ. Item tabernaculum argenteum, ubi est brachium S. Matthæi apostoli, cum uno anulo argenteo. Item tabernaculum argenteum, ubi est dens S. Nicolai, & una crux parva argentea. Item tabernaculum argenteum, ubi tenetur corpus Domini in Altari. Item icona una de diaspero ornata cum argento. Item crux una argentea magna, quam fecit fieri domnus Joannes Cardinalis de Aragonia. Item par unum ampullarum argentearum. Item thuribulum unum argenteum cum navicula argentea, & una coclearia argentea. Item tres cannella argentea ubi Abbas sumit sanguinem Domini. Item tres cruces parvæ argenteæ cum ligno Domini. Item navicula argentea, quam obtulit uxor magnifici Petri Medicis. Item una crux parva aurea ornata lapidibus. Item decem calices argentei, sex magni, & quatuor parvi. Item duo candelabra cristallina & pedibus, & verticibus argenteis. Item duo anulã aurea cum lapidibus. Item quatuor anula argentea cum lapidibus. Item cornu unum serpentinum inargentatum. Item capsula una parva ex argento, & cristallo ornata, ubi sunt reliquiæ Elisei Prophetæ. Reliquia crucis S. Andreæ. Reliquia S. Viti. Reliquia S. Hipolyti. Reliquia S. Margaritæ. Reliquia S. Benedicti. Reliquia S. Gervasii. Reliquia S. Thomæ Archiepiscopi. De reliquiis duodecim Apostolorum. De Sanguine Christi. Zachariæ Prophetæ Patris S. Joannis Baptistæ, & Elisabeth, & de indumentis B. Virginis Mariæ. Reliquia S. Catharinæ Virginis. Reliquia S. Quilieni martyris. Reliquia S. Videnmalis confessoris, Reliquia S. Barbati. Reliquia S. Petri Martyris. Reliquia S. Eucharii confessoris. Reliquia S. Andreæ Apostoli. Reliquia S. Marci. Reliquia S. Hipolyti, & sancti Sebastiani. Reliquia S. Theodori martyris. Reliquia s. Siviri Confessoris. Reliquia aliquorum ss. martyrum &c. Reliquia s. Vincentii Martyris. Reliquia s. Andreæ Apostoli &c. Item bossula una eburnea, ubi sunt infrascripta vasa, & reliquiæ. Tabernaculum parvum unum ex argento cum digito s. Sebastiani. Tabernaculum unum æneum, ubi est de pane cœnæ Domini, de ligno crucis, de reliquiis s. Nicolai, de lapide sepulchri. Tabernaculum unum parvum argenteum, ubi est de linteo, in quo extersit pedes Dominus discipulorum. Tabernaculum unum parvum argenteum, ubi est de spognia posita cum aceto in ore domini, & de ligno crucis domini. Vas unum cristallinum cum reliquiis s. Antonii &c. Reliquia s. Benedicti. Item una alia bossula eburnea, ubi sunt infrascripta vasa cum infrascriptis reliquiis. Vas cristallinum cum Reliquiis ss. Viti, & Modesti, & reliquiis s. Ceciliæ Virginis. Vas cristallinum cum reliquiis s. Tadæi, & de lapide loci, unde Christus ascendit, ubi remanserunt vestigia. Vas christallinum cum reliquiis s. Anastasii, de Vestimento s. Agathæ, de capite s. Savini martiris, de lapide loci, unde Christus ascendit, de loco ubi apparuit Deus in Rubo Moysi. De corda B. Claræ. De velo s. Agathæ &c. Vas parvum vitreum, ubi est de brachio s. Simeonis. Unum vasculum vitreum, in quo est cinis corporalis, in quo cecidit sanguis Domini nostri Jesu Christi. Item capsula una eburnea, ubi sunt hæc reliquiæ inscripta. Vas cristallinum, ubi est de tunica inconsutili Salvatoris. Vas alabastri, ubi sunt de pilis s. Joannis Baptistæ, & una reliquia sine nomine. Reliquia invensa in Altare s. Mariæ &c. Reliquia Innocentum. Reliquia s. Constantiæ Virginis. Reliquia de brachio s. Bartholomæi. Reliquia ossuum s. Gervasii martyris. Munsile s. Jacobi majoris. Reliquia s. Hipolyti Levitæ, & martyris &c. Item capsula lignea duplicata ex ære parvula, insunt infrascripta reliquiæ. Reliquia s. Deridorii militis, & Martyris. Quinque particulæ de costa Jonæ Prophetæ &c. Reliquia s. Leguri. Quatuor particulæ reliquiarum s. Laurentii &c. Reliquia Innocentum &c. Duæ particulæ de reliquiis Calixti Papæ. Reliquia s. Brunonis martyris &c. Reliquia s. Tadei Apostoli &c. Reliquia s. Pauli Apostoli. Reliquia manus s. Vincentii martyris. Duæ particulæ de Præsepe Domini &c. Reliquia s. Hipolyti Levitæ, & Martyris &c: De lapide ad quem fuit ligatus, & flagellatus Dominus &c. Reliquia s. Clementis Papæ &c. De Reliquijs sepulchri Jerusalem. Reliquia s. Sinexti &c. Item capsula una ænea depicta ex finaltis cum infrascriptis reliquiis. De lapide in quo dormivit Christus. Reliquia ss. Innocentum &c. De ossibus s. Theopompi. De lacte Virginis Mariæ, & de vestimento ejus. Reliquia s. Martini, de Vestimento s. Stephani &c. Reliquia s. Blasii &c. De vestimentis s. Ludovici. Reliquia s. Cornelii Papæ, & martyris. De petra sepulchri Jesu Christi &c. Reliquia s. Barbaniani Martyris. Reliquia s. Paulini. Reliquia s. Leonardi. Reliquia s. Mauri. Reliquia s. Luciæ. Reliquia s. Maximiani Archiepiscopi Ravennatis. Reliquia de s. Ursulina. De lapide sepulchri etc. Reliquia s. Mauritii etc. De linteo Domini salvatoris etc. Reliquia s. Sismundi etc. Reliquia s. Jannarii Episcopi etc. Item capsula una burnea ubi sunt inscripta reliquiæ. Reliquia in uno ligamine, de genu s. Marci Evangelistæ. De capite s. Rufinæ de brachio s. Anelli confessoris. De genu s. Bonifacii martyris; De costa et genu Jonæ Prophetæ. De brachio s. Petronillæ Virginis; De capite s. Vitalis martyris. De spatula s. Savini; De brachio s. Juvenalis martyris, De brachio s. Constantii confessoris. De brachio et capite s. Prisci. De brachio s. Priscæ sororis ejusdem etc. Magna particula de lapide monumenti Domini etc. Reliquia decem millium martyrum. Reliquia s. Brunonis martyris. De columna, in qua fuit ligatus Dominus. Reliquia Innocentum. Reliquia quadraginta martyrum. Duæ particulæ de sepulchro s. Johannis Evangelistæ etc. Quatuordecim particulæ reliquiarum Innocentum in uno ligamine. Brachium s. Athanasii cum cute. Brachium s. Severini. Item capsula una cipressina, ubi sunt infrascripta reliquia &c. Reliquia S. Blasii Episcopi. De illo pane, quo cœnavit Dominus &c. Reliquia SS. Marii, & Marthæ &c. Reliquia S. Constantiæ Virginis. Reliquia S. Andreæ Apostoli &c. De columna, ad quam fuit ligatus Christus. Reliquia S. Leonardi confessoris &c. Reliquia Mengiradi Heremitæ, & martyris. De capillis S. Claræ &c. Reliquia S. Johan-

[Marginal notes: nota. (×5 left margin); nota. / nota; / nota: (×10 right margin)]

hannis Baptistæ, S.Jacobi Apostoli, S.Thomæ Apostoli S. Bartholomæi Apostoli in una ampulla vitrea. Reliquia S.Vincentii Levitæ, & martyris, De manna sepulchri B. Johannis Apostoli, & Evangelistæ. Reliquia S.Vincentii Martyris. Reliquia Luciæ, & Geminiani. Reliquia de sepulchro S. Andreæ Reliquia S. Andreæ Apostoli. Reliquia cujusdam Episcopi, & martyris. Reliquia S. Martini Turonensis &c. Reliquia S. Sebastiani martyris. De velo S. Claræ &c. Reliquia S. Sebastiani. Reliquia de Tibia S. Johannis Baptistæ. Reliquia S. Mercurii, De lacte B. Mariæ Virginis &c. Reliquia S. Bernardi &c. Item Capsula eburnea cum tribus particulis de spina Domini &c. Item cassa una lignea depi'ta auro, ubi est caput S. Berthari &c. Item una Tcona cum incoronatione virginis Mariæ cum quinquaginta sanctis tenentibus reliquias suas in manibus. Item una alia Tcona deaurata cum imagine Virginis Mariæ. Item una alia Tcona cum Imagine Christi de alabastra cum quatuor sanctis tenentibus reliquias suas in manibus. Item quinque aliæ icona deaurata &c. Item quatuor poma Cristallina. Item mitra una ornata cum argento, & cum lapidibus &c. Item par unum Cirotecarum Pontificalium. Item quatuor paria planularum Pontificalium &c. Item ventilabrum ornatum de ebure cum cartis membranis &c. Item anulum unum de Diaspero &c. Item lapis unus de sanguine. Item duo bacili anei magni pro floribus in die Pentecostes &c.

De indumentis sacerdotalibus, & aliis Ecclesiasticis pannis, & libris.

In primis planeta una de broccato cremosino cum tunicellis, & pluviali, cum quattuor camisis lineis cum una stola, & uno manipulo, & duobus ammictis, quæ fecit fieri domnus Cardinalis de Aragonia, Item planeta celestina purpurata cum leonibus aureis, Item planeta de Angelis cum tunicellis & pluviali, Item planeta cremosina cum tunicellis, & pluviali, Item planeta alia cremosina cum tunicellis de gennato, Item planeta alia cremosina obscura cum tunicellis, & pluviali. Item planeta serici rubei cum auro contexta cum tunicellis de Gennato, Item planeta, qua utimur in festis Evangelistarum cum tunicellis. Item planeta, qua utimur in festis Apostolorum cum tunicellis. Item planeta quatuor purpurea in colore albo, cum tunicellis. Item planeta una alba purpurea vetusta cum tunicellis. Item planeta una, quæ dicitur regalis cum tunicellis. Item planeta una, qua utimur in Dominicis diebus cum tunicellis. Item planeta una cælestina serica cum tunicellis &c. Pluvialia septem alba purpurea, pluviale unum de Gennato rubeo ornatum cum rosis, pluviale, quo utimur in Festo Apostolorum, pluviale serici viridis, pluviale sericum pro Confessoribus, pluviale de Gennato rubeo, pluvialia viginti duo serica diversorum colorum, Tunicellæ duæ, quæ fuerunt de planeta rubea, qua utebamur in festo S. Crucis, tunicella una, qua utimur ad benedicendum cereum, tunicellæ quinque pro Acholitis. Dossale altaris broccatum de Cremosino cum frontali, dossale altaris album purpureum cum frontali, dossale serici viridis cum frontali, dossale serici in colore cineris cum frontali, quæ (supradicta quatuor Dossalia) contulit domnus Cardinalis de Aragonia. Dossale unum Cremosinum cum Frontali dossale album sericum cum Resurrectione Domini. dossale sericum rubeum cum figuris sanctorum, & sanctarum, dossale sericum cum figuris S. Benedicti, & S. Scholasticæ, & aliis sanctis, Dossale sericum cum figuris, dossale purpureum deauratum, dossalia alia serica diversorum colorum decem & septem. Quinque alia frontalia, Camisi undecim cum stolis, & manipulis, laqueis, & ammictis &c. tobalea decem listis deauratis &c. tobalea dua, quibus utimur, quando communicatur Conventus, tobalea linea septuaginta quatuor, tobalea pro Altaribus quinquaginta sex, certina decem, & septem &c. tobalea una serici rubei cum listis deauratis, tapetia duodecim b̄ancalia o.to, missale unum pulchrum in carta membrana monasticum in littera moderna, Item missale aliud monasticum in littera moderna pro usu Altaris, Item missale parvum monasticum in littera moderna. Item septem missalia in littera Longobarda monastica. Item tria missalia secundum curiam Romanam in littera moderna. Item tres libri Evangeliorum in littera Longobarda. Item quatuor Pontificalia in carta membrana in littera moderna. Item tres carta cum figuris ornata ubi est: Qui pridie, Item tres libri epistolarum in littera longobarda.

Cose trasute nella Sacristia nell' Anno 1485.

In primis &c. dossale altaris broccatum de velluto albo cum frontale, & uno belluto bianco per lo Lettorino morcato, due tunicelle di belluto bianco morcate, due coscini del predetto morcato bianco &c. manipoli tre del predetto morcato bianco, quæ fecit fieri Dominus Cardinalis &c. Una limpa ornata di seta, & oro, tobalgia una di seta con liste d' oro &c. Item corona una ex argento recuperata in Piedimonte. Item unum turibulum argenteum recuperatum a manibus Hispanorum a Piedemonte. Item crux S. Mariæ de Palazolo. Item duodecim imaginuncula argentea voto data. Item quatuor effigies oculorum argenteę cum una emplasticula, & una mammula. Item duę rotolę quę deerant in Navicella.

Cose nuovamente fatte a domno Cardinale de Arazonia.

In primis tres stolæ belluti albi deaurati, & totidem manipuli, Tres cinguli, Tres cammisi ordinati cum fibriis broccati albi, Una Planeta cum pluviale, & cum duabus tunicellis, ex broccato albo cum fibriis broccati cremosini aurei, duo pulvinaria broccati albi & pannus pulpiti broccati albi cum francia aurata. Item pluvinar rubeum ex serico cum quattuor bottonis ornatum pro uolis.

Case trovate ultra Inventarium manu Fratris Aurelii de argento in manu Fratris Ignatii sacristę.

In primis calix unus oblatus a dño Nicolao Cavaselca de Salerno. Item calix alius vid. relictus a Hieronymo Manciono. Duo alii calices reperti in manu Primicerii Humphrii, qui erant ecclesię S. Antonii quem recuperavit &c. Item sex calices recuperati a dicto Fratre Ignatio in Castro Pedemontis a manibus Hispanorum. Item tabernaculum unum recuperatum etiam in Pedemonte a manibus Hispanorum. Item crux una recuperata a manibus Hispanorum, ubi effigies crucifixi ab uno latere, & ab alio effigies agni cum pome. Item alius calix recuperatus a manibus

nibus cujusdam militis domini Fabritii recuperatus per manus dñi Benedicti Citrono Archidiaconi S. Germani. Item crux una recuperata a manibus cujusdam militis domni Fabritii, quę ex argentea, ex una parte cum effigie crucifixi, & ab alio latero cum effigie agni, & quatuor pomis recuperati a manibus magistri Angeli de Rosa, & Domni M. Martini &c. cum Tunicellis in Inventario positę, & reperiuntur duę tunicellę herbeę, & una antiqua ex purpura alba cum Planeta. Item tobalea una cum literis aureis circumcirca, Duę tobaleę sericę, tobaleę centum preter illas, quę sunt cum planetis. Et una tobalea dñi Cardinalis &c. Campana magna. Una alia pro primo signo, Dua exquillę pro secundo signo, Una alia, Duę fractę, Duę in claustra pro secundo signo ferioli, Tres campanę extra campanile, duo Tintinabula in choro &c. Ego Vincius Canonicus Neapolitanus Vicarius Cassinensis in spiritualibus fincem facio Fratrem Ignatium Sacristam sacri monasterii usq; ad hunc diem consignasse Fratri Bruno electo sacristę per reverendum dominum Gubernatorem, & Cap. Cassinensem omnia supradicta bona justa seriem Inventarii, presentibus patre Priore Benedicto de Saro, & Fratre Machario sub Priore dicti sacri monasterii Cassinensis, in sacro Monasterio ultimo Februarii 1497. Omnes hæ reliquiæ in sacrario nostro extant, quædamque additæ sunt pia Cassinatium industria. Integrum fere ut legitur inventarium retulimus confuse, citraque ullum ordinem concinnatum; nobis enim religio fuit, aliqua vel minimum expungere. Satius enim est, simplices nos, quam infideles haberi. Mannæ sepulchri S. Johannis Evangelistæ meminit Gregorius Turonensis lib. I. de Gloria Martyrum cap. 30. hisce verbis: *Cujus nunc sepulcrum manna in modum farinæ hodieque eructat, ex qua beata reliquia per universum delatę mundum, salutem morbidis prestant*, quem in locum hæc adnotat Ruinartius: *Hoc manna adhuc ex Apostoli sepulchro scaturiebat seculo VIII. ex secunda S. Willibaldi vita nu. 5. in 2. par. sec. III. Bened.* multique veteres scriptores de Johannis morte dubitasse commemorat, monetque legendum Tillemontium To. I. Hist. Ecclesiasticæ art. 7. aliosque; ex eodem inventario constat etiam milites in cœnobio nostro degisse, multaque argenta, supellectiles &c. sacrarii nostri furatos.

V.

VIRI PII HOC SÆCULO APUD CASSINATES.

Cassinates pii ac Religiosi.

NIhil magis Cassinatium omnium pietatem, religionemque prædicat, quam Cardinalis Johannis Legati S. Sedis privilegium, eorumque literæ ad Eugenium IV. & ad Alphonsum regem, quibus suam erga Romanum Pontificem supremum eorum dominum fidem testatam relinquunt. In Johannis privilegio adnotanda maxime verba illa: *Vos qui relictis juxta consilium domini charis vestris, dimissis opibus, despectis honoribus in tam celebri monasterio gloriosi patris Benedicti habitantes in unum domino Deo universorum, & sanctis ejus sedulum servitium exhibetis. Insuper & monasterium ipsum, quod ne ad manus inimicorum ecclesię cum maximo obviastis discrimine jam duobus ferme annis, & adhuc hodie ab Abbatibus omnibus derelicti, nunc quoque tribulationis, & aqua angustię sustentati, servatis firmissime pro statu Domini nostri Papę, & S. Matris ecclesię sponsę ejus, hinc inde per circuitum obsidentibus hostibus resistentes, sicque quod scriptum est impletur in vobis; Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore, &c.* pauloque post: *Nos autem, qui &c. intuita fidei vestrę ad S. ecclesiam sincerissimę, atque observantię regularis, vitę probitate vos etc.* & infra: *Constat namque firme nobis quod mense jam sexto decimo Abbatiam hostes occupant, terras et castra incendunt, et devastant, vos et monasterium obsident, adeo, ut nedum ad presens necessitates vehementes patiamini, penurias, et erumpnas, verum turbinibus guerrarum cessantibus vos oportebit pro vobis, et de paupertatis Abbatialibus stipem ab aliis, et elecmosynas querere, qui solebatis dudum aliis copiosas elecmosynas elargiri.* In prima Monachorum epistola ad Eugenium IV. hæc leguntur: *Duobus jam annis ab inimicis obsessi ludibria, et verbera passi, vincula experti, et carceres, egentes, angustiati, multi, tentati restitimus viriliter pro statu vestro, et S Matris ecclesię sponsę vestrę*, & in illa ad Alphonsum regem: *Distulisti duobus, et eo amplius annis preces pauperum, in quibus attritis nobis guerris tuis pariter, et afflictis etc.* & infra: *Obsecundamus Vicario dei altissimi pro cujus obedientia, et sincera fide quęque adversa toleramus equanimiter, et incomoda, parati insuper omnes non modo in carcerem, sed et in mortem ire etc.* In alia ad Eugenium: *At nos successori Petri Piscatori obedivimus, non regibus, neque Ægypto dimus unquam manus, et Assiriis, ut saturemur pane. Fames, nuditas, inopia, guerrę, oppressiones, pericula venerunt super nos propter fidem nostram ad vos, et ad sanctam Romanam vestram ecclesiam inclitam sponsam vicimus, nec obliti sumus vos, neque illam, et inique non egimus in fidelitate vestra, neque recessit retro cor nostrum; etc.* Idemque Eugenius hæc ad Mariam Castellæ reginam sororem Alphonsi, Carolo regi Navarræ, & Henrico ejusdem Fratribus scripsit: *Monasterium insuper Cassinense, quod propter nomen beati Benedicti, qui in illo loco vixit, & defunctus est omnibus Regibus, & principibus magnis in honore, & reverentia semper fuit, suis castris omnibus spoliavit, & multa alia fecit, in quibus nullam se modestiam habuisset &c.* Refert hanc Eugenii epistolam Raynaldus an. 1440. nu. 13. De his fusius in Diss. I. En Johannis privilegium, quod Eugenius bulla sua an. 1440. ratum habuit, eamque Cassinates Monachi in literis collationis Vicariatus, seu Archipresbyteratus majoris ecclesiæ S. Germani ad verbum inseruerunt. Extant in eodem regesto p. 108., & sunt tenoris sequentis.

nota 1

nota 2

nota 3

Frater Henricus, & Conventus sacri monasterii Cassinensis, quod nullius diocesis existit Romanæ ecclesia immediate subiecti. Dilecto nobis in Christo fideli, & devoto Cassinensi monasterio domno Benedicto Piczione de S. Germano Vicario perpetuo majoris ecclesia S. Germani salutem in Jesu, & devotionis augumentum: Etsi carissimus in Christo nobis notarius Antonius Piczionus de sancto Germano tuus genitor, tuque, aliquetus, pro Cassinensis monasterii fidelitate servanda, damna & pericula pleroque

rque personalia, & realia substulistis, exilium, carceres, & jacturas plures alias pati minime dubitastis, & nos quantum cum Deo, & beato Benedicto possumus, in necessitatibus sucurrere vobis astringere comprobamur. Laudabilis etiam probitatis, & clericalis scientia, atque aliarum virtutum merita, quibus & tu apud nos fide dignarum testimonio, ac manifesta nobis experientia commendaris, digne nostras mentes provocant, ut cum tempus est personam tuam favore benivolo prosequamur: undique nobis gratam pariter, & acceptam reddamur quoque tibi ad exhibitionem gratia liberales, in conferendis pracipue tibi beneficiis nostra authoritatis tempore vacantibus data propterea nobis integra potestate per sanctissimum dominum nostrum D. Eugenium Papam quartum ex speciali sua sanctitatis indulte, cujus tenor de verbo ad verbum, quem presentibus inseri fecimus ad cautelam, sequitur, & est talis.

Eugenius Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Priori, & Conventui monasterii Cassinensis nullius diocesis, Romana ecclesia immediate subiecti salutem, & apostolicam benedictionem. His, qua per sedis apostolica legatos edita, & facta sunt cum pia, & honesta esse dignoscuntur, si a nobis petitur libenter adjicimus nostri muniminis firmitatem: Exhibita siquidem nobis nuper pro parte vestra petitionis series continebat, quod cum dudum ex justis, & rationabilibus causis Pyrrhus monasterii Cassinensis Abbas a regimine, & gubernatione spirituali, & temporali dicti Monasterii a nobis suspensus fuisset, bona memoria Joannes Tituli S. Laurentii in Lucina presbyter Cardinalis Apostolica sedis legatus, vestris in hac parte precibus inductus, ne monasterium ipsum in spiritualibus, & temporalibus detrimenta pateretur, vobis Capitaneos in terris, & Castellanos in arcibus ad dictum monasterium spectantibus deputandi, & ponendi, necnon beneficia regularia, & secularia ipsius Monasterii quemadmodum Abbates, qui pro tempore fuerunt, contulerunt, conferendi plenam licentiam, & potestatem concessit, prout in privilegio inde confecto plenius continetur. Quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum ut deputationi Capitaneorum, & Castellanorum, & collationi beneficiorum hujusmodi, ac omnibus, & singulis aliis in dicto privilegio contentis pro firmiori subsistentia pramissorum robur apostolica confirmationis, necnon acta, & ordinata, & disposita vigore hujusmodi privilegii per vos, & ad executionem etiam deducta approbare, & ratificare de benignitate apostolica dignaremur: Nos igitur ad ordinem beati Benedicti, qui continuo in militanti ecclesia suos palmites dilatat, fructus in eadem parit salutares gerentes, singularem devotionis affectum hujusmodi etiam supplicationibus inclinati ea omnia, qua occasione, & pratextu dicti privilegii per vos rito acta, gesta, & executa sunt approbantes, & ratificantes licentiam, & potestatem pradictam vobis per dictum legatum traditam, & concessam, necnon omnia, & singula in hujusmodi privilegio contenta, & inde executa tenore presentium authoritate apostolica ex certa scientia confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus, supplentes etiam omnes defectus tam juris, quam facti, si qui forsan intervenerint in eodem: volumus autem, & decernimus per presentes, ut privilegium pradictum, ac prasens confirmatio tamdiu durent, ac robur, & efficaciam habeant, donec per nos & dictam sedem dicto monasterio de Abbate provisum fuerit. Tenor autem privilegii pradicti sequitur, & est talis.

Joannes Miseratione divina tituli S. Laurentii in Lucina presbyter S. Romana Ecclesia Cardinalis Florentinus vulgariter nuncupatus in alma Urbe patrimonii B. Petri in Tuscia, ac Campania, & maritima, necnon in Ducatu Spoletano specialis commissionis Sabina, & Arnulforum terris, regnique Sicilia citra farum, & Civitatis Beneventana Apostolica sedis legatus &c. Dilectis in Christo filiis venerabilibus & Religiosis viris Priori, Conventui, & Capitulo monasterii Cassinensis salutem in domino sempiternam: Qui veri Catholica fidei sunt cultores, & inter adversa, & prospera sinceram S. E. fidem servant, extolli debent, sublimari, pradicari, juvari penitus in necessitatibus suis. Amplius autem glorificandi sunt, amplius adjuvandi, si religiosi & servi Dei fuerint, regularem vita ducentes, quemadmodum vos, qui relictis juxta consilium Domini charis vestris, dimissis opibus, despectis honoribus in tam celebri monasterio gloriosi Patris Benedicti habitantes in unum Domino Deo universorum, & sanctis viris sedulum servitium exhibetis. Insuper, & Monasterium ipsum, quod ne ad manus inimicorum Ecclesia deveniret cum maximo obviastis discrimine jam duobus ferme annis; & adhuc hodie ab Abbatialibus omnibus derelicti, pane quoque tribulationis, & aqua angustia sustentati servatis firmissime pro statu domini nostri Papa, & sancta Matris Ecclesia sponsa ejus hinc inde per circuitum obsidentibus hostibus resistentes; sicque quod scriptum est impletur in vobis: Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore: sane auditu nostro percepimus, quod cum vos in hac vestri suspensione Abbatis, qui sua contra Dominum nostrum rebellione notoria, aliisque facinoribus, & demeritis exigentibus interdicti, excommunicationis, privationisque sententias multis in locis, terris, & roccis monasterii memerati officiales ponere, Rectores, vel Castellanos tenere, opponitur a quibusdam quod pramissa exercere, & exequi nequaquam ad religiosum vestrum Conventum, sed ad Abbatem pertinet Cassinensem; quare parere vobis, obedire, & obsequi pertinaciter renuunt, & proterve contundunt: praterea, & illud nobis relatum est, quod vacant multa ipsius monasterii beneficia tam religiosa, quam secularia solita per Abbates Cassinenses conferri, quorum proventus, fructus, & redditus, si ad vos deferrentur, grande vobis, & monasterio in instantis adversitatis inopia vita subsidium exhiberent: Nos autem, qui ex devotione patris piissimi Benedicti, & speciali sedis apostolica commissione, & intuitu fidei vestra ad sanctam Ecclesiam sincerissima atque observantia Regularis, & vita probitatis vos, & sacrum vestrum monasterium in nostro jugiter corde portamus; vobis, & vestro Conventui venerabili licentiam amplam, & plenariam potestatem faciendi, ponendi, & ordinandi Capitaneos, Rectores, Castellanos, seu quoscumque opportunos officiales in quibuscumque terris, castris, locis, & roccis ad monasterium memoratum spectantibus, donec ipsi vestro monasterio fuerit de idoneo pastore provisum, legata nobis apostolica potestate ex vera, ac certa nostra scientia damus, tribuimus, impendimus, & largimur; dandi quoque, concedendi, & conferendi omnes, & singulas dignitates, tam Religiosas, quam seculares, per-

perpetuos Vicariatus, personatus, Ecclesias, Præposituras, & generaliter omnia, & singula officia, vel beneficia ad Cassinensis Abbatis collationem spectantia in presentiarum vacantia, seu præmisso durante tempore vacatura: omnia insuper, & singula faciendi, ordinandi, & exequendi usque ad tempus præfatum, quæ hactenus Cassinenses Abbates facere, ordinare, & exequi de jure, vel consuetudine potuerunt: retinendi propterea, vobis reservandi, & accipiendi tempore prædicto durante proventus, fructus, & redditus memoratarum dignitatum, Ecclesiarum, & beneficiorum, dum tamen ad vitam congruam portionem impetraturis ea, sive in illis deservientibus tribuatis, constat namque firme nobis, quod mense jam sextodecimo Abbatiam hostes occupant, terras, & castra incendunt, & devastant vos, & monasterium obsidens adeo ut nedum ad præsens necessitates vehementes patiamini, penurias, & erumnas; verum turbinibus guerrarum cessantibus vos oportebit pro vobis, & depauperatis abbatialibus stipem ab aliis, & elemosinas querere, qui solebatis dudum aliis copiosas elemosinas elargiri; Rursumque Priori vestro Cassinensi qui nunc est, & qui supradicto durante tempore fuerit in futurum, tribnimus, damus, & impertimur omnem nostram penitentialis fori ligandi atque solvendi, quam & alteri quoties oportuerit delegare valeat potestatem etiam in casibus, qui commissionem exigerent specialem; in quorum omnium fidem presentes fieri facimus, nostrique magni sigilli appensione muniri. Datum in castris felicibus sanctissimi domini nostri Papæ, & Romanæ Ecclesiæ juxta Nucerium die decima septima Augusti millesimo quadrigentesimo trigesimo nono, Pontificatus sanctissimi domini nostri domini Eugenii divina providentia Papæ quarti anno nono. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, ratificationis, confirmationis, communicationis, suppletionis, voluntatis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Florentiæ anno incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo quadragesimo, Kalendis Augusti, Pontificatus nostri anno decimo. Cincius. Gratis de mandato domini nostri Papæ A. de Racaneto. Reg.

Cum igitur vicariatus perpetuus prædictus dictæ ecclesiæ S. Germani vacet ad præsens & vacare in nostris manibus dignoscatur, quoniam dum quondam domnus Antonius magistri Pauli ultimus, & immediatus dictæ ecclesiæ vicarius diem suum clausisset extremum, statim vicariatum ipsum, ne in longum vacaret, dilecto filio Domno Jacobo Philippi de sancto Germano contulimus, qui propter notoriam rebellionem S. Germani & ejus occupationem per Regem Aragonum dicti vicariatus possessionem obtinere nequivit, occupato quidem per summum de civitate ipsa pro ejus Pyrrho filio, qui ipsius occupationis tempore tam dicto regi affectus est, & in ipsa civitate potens authoritate regia prædicta, quod nedum possessionem dicti vicariatus adipisci poterat, imo neque verbum aliquod de re ipsa absque gravissimo personali periculo proferre, ob quod D. Jacobus ipse vicariatum ipsum, & ob causas alias rationi congruas ductus in nostris manibus per instrumentum publicum resignavit dictæ iniquitatis alumno Pyrrho summi, in dicto vicariatu temerarie intruso. Cupiamus proinde nos, atque dicta nobis apostolica authoritate concessa velimus præmissorum paternorum tuorumque meritorum intuitu tibi gratiam facere specialem, perpetuum vicariatum prædictum, qui Abbatis Cassinensis locum primum in dicta Ecclesia tenere dignoscitur præmisso, vel alioquovis modo vacantem cum plenitudine juris Canonici, omnique dignitate ejus, omnibus quoque prærogativis, fructibus, redditibus, & juribus universis illius, & ad Vicariatum ipsum pertinentibus tam de jure quam consuetudine tibi jam dicto Domno Benedicto tamquam benemerito authoritate jam dicta nobis ex Pontifice tradita, conventuali etiam ordinaria potestate, harum serie de scientia certa nostra, atque conventuali deliberatione matura conferimus, & de illo etiam providemus; investientes proinde carissimum fratrem nostrum fratrem Basilium Procuratorem, & Monachum Cassinensem tuo nomine in nostra constitutum præsentia per præsentium litterarum investituram presentialiter de eodem: Eapropter dilectis in Christo nobis Primicerio Antonio Imbratta, D. Jacobo prædicto, ac Domno Onufrio Scorsa de Civitate prædicta, & cuilibet eorum insolidum per earumdem seriem committimus & in virtute sanctæ obedientiæ mandamus expresse, quatenus cum primum dicta Civitas ad Cassinensem fidelitatem redierit, & potentia prædicta tyrannia timor abierit, seu quovis modo alio minus periculosa facultas aderit, te aut legitimum Procuratorem tuum tuo nomine in corporalem possessionem, & tenutam vicariatus prædicti dignitatis ipsius, primique loci in Ecclesia memorata pariter, & stalli inducere non postponant, & inductum defendere, aut ipsorum aliquis inducat, & defendat inductum; amoto dicto Pyrrho intruso publico, & notorio rebelle Cassinensi, & per nostram sententiam damnato, & quocumque alio detemptore: Tibi etiam, aut legitimo Procuratori tuo de omnibus, & singulis fructibus, redditibus, proventibus, & Juribus universis mandent, & faciant integre responderi absque exceptione, & difficultate quacumque. Contradictores quoslibet, & rebelles per censuram Ecclesiasticam, & alia juris remedia compescendo. In cujus rei testimonium, certitudinem, & cautelam has literas conventuales nostras cum inserta forma dictæ nostræ authoritatis apostolicæ, subque conventuali sigillo fieri fecimus, etiam propriis nostris manibus subscriptas, & in registris Cassinens. curavimus registrari. Datum in sacro Monasterio prædicto in Capitulo nostro solito sub anno domini millesimo quadrigentesimo quadragesimo secundo, die ultimo Januarii, quinta indictione. Pontificatus vero sanctissimi domini nostri domini Eugenii divina providentia Papæ quarti anno undecimo. Conservantur in nostro archivo autographa bullę Eugenii IV. & diploma Johannis Cardinalis. Litteræ ad Eugenium a Monachis scriptæ extant in regesto Conventus p. 4. a t. & 6. a t., suntque hujuscemodi.

Domino papæ Eugenio patri SS. Filioli sui, seu Prior, & Conventus sacri Cassinensis monasterii cum recomendatione obedientiam. Ecce jam venit plenitudo temporis, in quo per sanctitatem vestram dignus detur S. patri Benedicto successor secundum voluntatem suam in regula sancta sua; quotquot hactenus præter modum suæ sanctæ regulæ Abbates nobis ordinati sunt minus religiose vixerunt, quorum plerique non pastores extitere, sed lupi. Hora amo-

modo est, ut juxta regulam monachorum constituatur Abbas Monachus, isque collocetur in Sede S. Benedicti sessurus, qui quemadmodum S. Benedictus jusserat, fuerit per congregationem electus: donec idipsum dudum servatum est, monasterium crevit, & floruit, atque implebatur assidue totius Monasticæ regulæ disciplina. Non est impia Pater sanctissime res ista, quam petimus, non irrationabilis, non injusta, sed Deo, & Sanctis ejus placita valde, & Monachorum Patri beato Benedicto officium usquequaque gratissimum. Quid aliud namque de Abbate ordinando jura mandant? Quid statuunt sacri canones, quid sanctus itidem imperat, nisi ut hic constituatur monasterii Abbas, quem sibi propria voluntate de gremio suo concors fratrum societas secundum domini timorem elegerit? neque rursum rem novam poscimus, vel inventam ab homine, sed quam eternus præcepit Dominus, & eandem plurimum antiquissimam sub XVII. Deut. C. monuit sanctus Moyses jussu domini Populum domini cum inquit: super te regem constitues, quem dominus Deus tuus elegerit de medio * Fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus. Eya Pater sanctissime non hæsites sanctitas vestra, neque formidet illud pie, & misericorditer exequi, quod testimoniis hujusmodi comprobatur. David abiectus erat, & parvulus, sed quem reprobaverant homines, inter septem fratres ejus hunc regem Deus pro eisdem elegit. Fidelis ipse Deus pollicetur dicens: Quia cum exaltaverit electum de plebe, manus sua auxiliabitur ei, & brachium ipsius confortabit eum, sed & nos non sic spiritualia sequimur, ut temporalia negligamus, qui & cucullis irsutis tegimur, & tamen in pectore corda portamus; salvavimus sagaciter ab barbaris hostibus Monasterium, vim regis Aragonum, artemque multiplicem superavimus, duobus jam annis ab inimicis obsessi ludibria, & verbera passi, vincula experti, & carceres, egentes, angustiati, afflicti, tentati restitimus viriliter pro statu vestro, & sancta matris ecclesia sponsa vestra, atque victores sumus, in quibus omnibus solum deum, & S. Benedictum, dominumque legatum vestrum patrem, & protectorem nostrum fortissimum nobiscum habuimus adiutorem. Illud modo superest, ut post tempestatem sanctitas vestra tranquillum faciat, & post lacrymationem, & fletum exultationem infundat, dans patrem regularem nobis ex nobis, cum quo regulariter & pie viventes, deo omnipotenti placere possimus, ad quod celerius impetrandum hos dilectos fratres nostros ad vestigia vestra supplicita direximus. Benedictio, & gratia sanctitatis vestræ super filios vestros semper Amen. Ex sacro Cassinensi Monasterio ad diem Februarii sextam . . . 1440.

* numero

cap. 16. li. 1. Reg. 13.

nota!

Domino Eugenio Filii dei excelsi Vicario, servi sui afflicti Prior, & Conventus Cassinensis cum recomendatione obedientiam. Dirigimus per hos nostros Fratres ad S.V. responsum regis Aragonum, quod ab illo accepimus ad litteras vestras, & ab Duce Suessa: Hii recusant nobis nostras res, & bona reddere quas invaserant. Nisi igitur ipsi obedientiam præbeamus. At nos successori Petri Piscatoris obedimus, non regibus, neque Ægipto damus umquam manus, & Assiriis, ut saturemur pane. Fames, nuditas, inopia, guerra, oppressiones, pericula, venerunt super nos propter fidem nostram ad vos, & ad S. Romanam matrem ecclesiam inclytam sponsam vestram, nec obliti sumus vos, neque illam, & inique non egimus in fidelitate vestra, neque recessit retro cor nostrum. Ab hiis omnibus sola nos Beatitudo vestra potuit liberare tribuens nobis licentiam eligendi Abbatem Monachis secundum Regulam Monachorum, atque beato patri Benedicto, quemadmodum S. Benedictus scripserat, ordinans successorem. Vos autem non modo postulatis gratiis distulistis annuere, attamen compulistis, & confudistis nos dicentes. Non habetis Monachum, qui sufficiat præesse Monachis, regere laycos, spiritualia, ac terrena disponere, & quidem S. Benedictus debere fieri dixerat, sanctitas vestra fieri non posse proclamat, & jam accidisse prædicat quod Cœlestinus, Gregorius, cæterique S. Summi pontifices non evenire se credere antea fatebantur. An forte non itidem est hodie Deus, qui & heri, & nudius tertius atque a mundi principio, & ante omnia secula. Numquid manus ejus abbreviata est, quæ exaltare nequeat humilem de plebe sua, quemadmodum fecisse novimus in cunctis retro diebus. Non desperet S.V. ne desperemus & nos. Confidat in deum, ut & nos etiam confidamus. Terret fortassis vos asinum nostrum, humilis vita, vestimentorum vilitas. Rursum ad S.V. jam pridem scripsimus quia nos non ita spiritualia sequimur, ut temporalia negligamus, qui & cucullis yrsutis tegimur, & tamen in pectore corda portamus. Vim regis Aragonum, artemque multiplicem, & quosque hostes barbaros divina favente gratia superantes. Videte vocationem vestram Fratres, ait Apostolus, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi, elegit deus, ut confundat sapientes, & infirma mundi, elegit deus, ut confundat fortia, & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit deus ea quæ non sunt, ut ea, quæ sunt destrueret, & non glorietur omnis caro in conspectu ejus. Rerum vero, mensæ divisio, irritatio S. regulæ est, quam non modo ullo umquam tempore corrigi oportuit, declarari, vel ampliari, ut reliquas regulas. Verum per eam summi pontifices prædecessores vestri, atque ecclesia sancta dei sicut in multis apparet juribus errores emergentes corripuerunt, declaraverunt obscura, & minus sufficienter prolata cui discretis, & luculentis sententiis ampliarunt. Si rerum, mensæ fiat divisio, quomodo implebitur regula ipsa, quæ Abbatem dicit vices Christi in monasterio gerere, quæque ex ejus pendere arbitrio, & illi omnes in omnibus obedire regula sancta dicit, ut vitium peculiatus radicitus amputetur, demur ab Abbate Monachis omnia necessaria usque ad acum, cultellum, & graphium, neque, ait, possessiones, & agros. Rursum in Sancta sua regula pius Pater dicit, nos judicavimus expedire propter pacis, caritatisque custodiam, in Abbatis pendere arbitrio ordinationem Monasterii sui, & item: Præpositus Monasterii illa agat cum reverentia, quæ ab Abbate suo ei injuncta fuerint, nihil contra Abbatis voluntatem, aut ordinationem faciens. Et iterum: Decani sollicitudinem gerant super Decanias suas in omnibus secundum mandata Dei & præcepta Abbatis sui, & alibi: Cellararius sine jussione Abbatis nihil faciat. Omnia, quæ ei injunxerit Abbas ipsa habeat sub cura sua, a quibus eum prohibuerit non præsumat: Et rursum: Abbas post salutem animarum sibi commissarum gerat sollicitudinem de rebus Monasterii transitoriis, & terrenis, atque caducis, omniaque omnibus sint com-

nota.

communia. Quomodo igitur Pater sancte stabunt ista, & alia, quæ referre longum valde est, si caput separetur a membris. Si rerum, mensa fiat divisio, si potestas tollatur Abbati in parte Conventui tribuenda, non mensa substanciam, sed mensa tabulam, non mensa sumptum, sed mensa locum, non Abbatiam, sed coquinam, Sanctus pius pater dividendam esse decreverat, ut in certis horis supervenientes hospites, & peregrini, cum quibus Abbatis mensa semper esse debet non inquietentur Fratres, & quidem idem sanctus jusserat in omnibus omnes magistram sequantur Regulam, neque ab ea temere declinetur a quoquam; & alibi: Hanc autem regulam sepius volumus in Congregatione legi, ne quis fratrum de ignorantia se excuset, & de Abbate pracipue, ut præsentem regulam in omnibus conservet. Sed plerique Abbates, vel Monachi prætereuntes terminos, quos posuit Pater ipsorum, & novas regulas, & adinventiones faggerunt, transgredientes mandata sancti Benedicti propter traditiones suas, & credentes prudentiores, & perspicatiores sancto patre Benedicto . . . . . . *discordias faciunt, quas plerumque pariunt novitates. Prætereanon vendantur beatissime Pater castra monasterii Cassinensis, quinimo plura alia de novo emantur. Quot vendetis ejus castra, tot illi emitis inimicos. Situm namque est memoratum monasterium in vertice montis, ut in aere Aquila stat in medio castrorum suorum, & eminet omnibus. Si trahantur pennæ, Aquila ruet. Si vendantur castra, invident emptores eminenti de proximo monasterio, & vexabunt illud, & destruent. Obviare autem incomodis, & malis nostris tam præsentibus, quam futuris nemo potest, nisi sanctitas Vestra, ut videlicet juxta verba regulæ domini dei dignum dispensatorem constituat. Per hoc enim flagrabit religionis pia devotio, crescet divinus cultus, & animæ salvabuntur, celerius reddentur nobis insuper bona nostra, quærentibus hostibus capere Monasterium facultas subtrahitur. Et si eternus Deus, quod quidem absit, diutius S. V. ad superna vocaret, hoc cessabit periculum, quo a peditibus monasterium custodientibus capiamur. Dignum vero tunc reperietis Abbatem cum* . . . . *illam quesieritis Regula Monachorum, non Abbatum novorum consilio, sed divino beatissimi Benedicti Magisterio qui dixit: In Abbatis ordinatione illa semper consideretur ratio, ut hic constituatur. Quem sibi omnis concors congregatio secundum timorem dei, sive etiam pars, quamvis parva Congregationis saniori consilio elegerit. Hujus sancti Pater beatissima regatis nos consilio, cujus filii sumus, hujus Sancti gubernetur magisterio, cujus habitu cooperimur, hujus sancti observetis nobis Regulam, ad quam nostra professione tenemur. Quod si cætera omnia monasteria per novos regentur modos, & regulas, in sola Cassinate domo sancti Benedicti, suam quam ibi scripsit regulam conservetis, ut ipsius sancti meritis Deus omnipotens vos conservet, & gloriosam faciat in brachiis vestris sanctam matrem ecclesiam Sponsam vestram Amen. Benedictio, & gratia sanctitatis vestræ super nos semper. amen. Ex sacra Cassinensi domo Sancti patris nostri Benedicti ad diem Aprilis tertiam decimam, millesimo, quadringentesimo, quadragesimo.* Litteræ ad Alphonsum regem a Monachis scriptæ sunt hujusmodi ex eodem regesto p. 6.

nota.

Domino Alfonsio sacræ regi Aragonum Prior, & Conventus Cassinates oratores humiles, & Servi ejus, misericordiam, justitiam, & gratiam sempiternam. Scripsimus dudum ante duos annos ad te venientem in nos, ne res, vel loca, seu bona nostra tolleres, quæ incliti reges, & principes pio nostro patri sancto Benedicto donaverant, & monasterio suo, quinimo ablata restitueres, restituta protegeres, protecta ex regia camera donis Regiis ampliares, ut per hoc Christianitatis, charitatisque opera sancta eundem patrem nostrum pium quidem in præstolando, terribilem in feriendo dominus noster rex, & sui non adversum sensissent, vel iratum, sed propitium sed faventem, sed deprecabilem, qui te cum tuis defenderet amplificaret in mundi regno, atque post mortem tuam, animam tuam ad regna cœlorum gloriosam adduceret. Distulisti duobus, & eo amplius annis preces pauperum, in quibus attritis nobis guerris tuis pariter, & afflictis, divinus noster cultus turbatus est, sacrificium inhonoratum, atque regularis observantia haud exiguam sustinuit lesionem. Neque tamen nos sumus inimici domino nostro regi, pro cujus justis triumphis incessanter oramus, sed paremus, atque obsecundamus Vicario dei Altissimi, pro cujus obedientia, & sincera fide quæque adversa tolleramus equanimiter, & incommoda. Parati insuper omnes non modo in carcerem, sed in mortem ire. Hinc majestas regia nullum sumpserit scandalum, sed devotionem fortissimam intuens, omnipotentem deum eam dedisse despectis Monachis fidem, quam propter obedientia bonum, ipsam quoque mortem corporis nihil pendant. Nunc autem rursum abs te pacem, & bona nostra supplices petimus. Si forte misericors Deus intra duorum annorum curricula dominum nostrum regem ad pietatem, & miserationem compunxerit. Nosti enim scriptum esse, quia non nisi pacis in tempore bene colitur pacis auctor. Igitur pro bonis, & rebus nostris postulandis ad majestatem sacram tuam dilectos istos juvenes Fratres nostros dirigimus, nam nequaquam valuere oratores & servi tui seniores mittere patres, quos quidem tam longo senio, quam quadragesimali pœnitentia, & guerrarum turbinibus maceratos, viarum harum labor penitus reprobavit. Hii, qui veniunt, litteras portant Sanctissimi domini nostri papæ ad dominum regem, ferunt & libellum regulæ sanctissimi patris Benedicti pro nostro munascalo sacræ reg. V. M. præsentandum; at si fortassis dominus noster rex humilium Monachorum verba fastidiat, saltem apostolica absculter, divina pertimescat speramus, credentes quod lecto solo codice Sanctæ regulæ, dominus noster rex misericordia multa, & pietate motus, largietur facultatem nobis observandi ea, quæ majestas regia implere non potest. Pietas domini nostri regis super nos semper Amen. Ex monte Casino ad diem martii ultimam 1440. Hanc quoque Cassinates epistolam scripsere ad Johannem cardinalem ex cit. reg. p. 4. a t.

nota:

nota.

nota:

Adjutor fortis, & protector noster pissime. Ecce jam venit *plenitudo temporis, in quo per auxilium brachii tui dignus detur sancto patri Benedicto successor secundum voluntatem suam in regula sancta sua. Quotquot hactenus præter modum suæ sanctæ regulæ Abbates nobis ordinati sunt, minus religiose vixerunt, quorum plerique non pastores extitere, sed lupi. Hora ammodo est, ut juxta regulam Monachorum constituatur Abbas monachis, isque collocetur*

tur in sede S. Benedicti sessurus, qui quemadmodum S. Benedictus jusserat, fuerit per congregationem electus. Hac quidem re nulla gratior, seu acceptabilior eidem sancto poterit reperiri, nec nostris temporibus quisquam complebit nisi tua ad illum sincera devotio, per quam monasterio suo pastorem indignissimum abstulisti, ita largiaris & dignum, nemo pater, nulla mater, nec quisquam carorum eas nobiscum exercuisse misericordias, quas tua P. clementissima. Ab initio quando vidisti nos, amasti nos, vehementissime, & misertus es nobis, bona multa tua nobis dedisti, & subvenisti in necessitatibus, gratiose. Per te salvavimus ab barbaris hostibus monasterium. Per te ab inimicis duobus annis obsessi, ludibria, & verbera passi, vincula experti, & carceres, egentes, angustiati, afflicti, temptati restitimus viriliter, & victores sumus, atque in unoquoque magna, & multa tua in nos beneficia complectamur oraculo, per te post superos est hoc omne quod vivimus. Illud modo superest, ut patrem nobis dari facias regulare, cum quo regulariter, & pie viventes deo omnipotenti placere possimus. Nos tamen, & quicumque fuerit ex nobis electus, te dominum, te refugium nostrum semper observamus, & colimus. Ponimus nos, & quæque nostra sub ditione, & imperio tuo, atque pro Arra æterna mercedis, quam beatissimus pater Benedictus tibi suis precibus centuplam reddet in cœlo perpetuo de bonis suis, donec te nobis Christus in carne servaverit immortalia tua beneficia cognoscimus. Ille vos feliciter cum triumphis, cujus sanctam ecclesiam custoditis Amen. Ex Monte Cassino X. Februarii 1440. R. V. P. Humiles filii. Prior, & Conventus Cassinensis. Ejusdem generis epistolas ad Cardinales dedere Cassinates, quæ in citato regesto p. 4., & 5. extant. In hisce omnibus Cassinatium zelum suspicias, qui Abbatis sibi eligendi potestatem petebant, cum ipsi cœnobium ditionemque gubernarent, ut ex regesto Conventus constat, qua certe potestate post electum Abbatem caderent. Alphonsus ipse rex infensissimus olim eorum hostis tanti postmodum illos fecit, ut reformatores monasterii S. Mariæ Montis Serrati adsciverit, quod alibi diximus.

nota.

Gregorius.

Morum probitas Gregorii Senensis Prioris monasterii S. Annæ Mondragonis, quod cœnobio nostro suberat, constat ex confirmatione Gregorii Hungari Monachi Cassinatis ejusdem monasterii Prioris a Vincio Salernitano Canonico, & Vicario Generali Cassinensi facta anno 1492. hisce literis: *Vincius Canonicus Salernitanus in spiritualibus Cassinensis Vicarius generalis dilecto in Christo patri Fratri Gregorio Ungaro Monacho Cassinensi salutem, & obedientiam in commissis &c. & præsertim nobis incumbit de tali super gregem providere pastore, qui sciat eum spiritualibus documentis ad unanimem coadunare concordiam, & pro quo sit promptus ad fugandos latronum incursus, omnem subire laborem. Hinc est, quod cum ad aures nostras pervenerit religiosum Fratrem Gregorium de Senis, (quod sine dolore non audivimus) carnis debitum persolvisse, qui sub regula SSmi patris Benedicti in monasterio S. Annæ de Aquis vivis pro Priore tamquam bonus pastor, qui sciret de ovibus sibi commissis optimam reddere rationem omni integritate, & sanctimonia se gesserat necessitate compulsi, habita prius libera electione Patrum Monachorum dicti monasterii S. Annæ, & convocatis Monachis sacri monasterii Cassinensis, ut mecum essent, & in dolore, & in alia provisione facienda participes: ad te præfatum Fratrem Gregorium cum constet de integritate, moribus, & vita tuis, una cum præfatis patribus animum nostrum duximus dirigendum. Quapropter tenore præsentium te una cum præfatis patribus Monacis, & capitulo confirmamus, deputamus, & in Domino constituimus Priorem in dicto monasterio S. Annæ. Confirmantes, & ratificantes electionem factam in personam tuam per præfatos monachos, & patres prælibati monasterii S. Annæ. Mandantes nihilominus Monacis, idiotis, Conversis, & aliis ministris, & officialibus dicti monasterii S. Annæ sub pœna S. obedientiæ, quam bajulant sub sanctissima regula almifici Benedicti: ut tibi Fratri Gregorio tamquam Priori dicti monasterii pareant, faveant, venerentur, & obediant. In cujus rei, & electionis, ac nostræ, & capituli Cassinensis confirmationis fidem, præsentes fecimus Rmi. domini cardinalis Commendatarii Cassinensis, & conventualis sigilli imprexione munitas &c.*

nota

Fr. Thomas.

Eugenius IV. Visitatorem apostolicum cœnobii S. Benedicti apud Nursiam constituit Fr. Thomam Hungarum Monachum Cassinatem hoc diplomate autographo in Archivo nostro, quo probitatem ejus morum testatam facit: *Eugenius episcopus servus servorum dei. Dilecto Filio Thomæ de Ungaria Monacho monasterii Montis Cassini nullius diœcesis Prioratus S. Benedicti de Nursia Spoletana diœcesis Visitatori per sedem apostolicam deputato, salutem, & apostolicam benedictionem. Ad ecclesiarum, & monasteriorum, ac ecclesiasticorum, & aliorum piorum locorum omnium statum salubriter dirigendum juxta pastoralis officii debitum operosis studiis intendentes ad eorum reformationem, cum illa deformata sentimus, libenter apponimus sollicitudinis nostræ partes. Cum itaque, sicut ad aures nostras pervenerat, in monasterio S. Benedicti de Nursia Spoletanæ diœcesis defectu, ac negligentia personarum ibidem degentium debita regularis observantia, cultusque divinus juxta normam, & constitutiones ordinis prædicti minime observabatur, quod eo detestabilius videbatur, quia in terra nostra Nursia beatus Benedictus originem traxit, qui hujus religionis, & ordinis parens, & conditor extitit, ut præmissis, prout ad pastorale officium præcipue nostrum attinet providere possemus dilectum filium Johannem de Ungaria Monachum monasterii Sublacensis nullius diocesis præfati monasterii de Nursia Visitatorem, ac in spiritualibus, & temporalibus reformatorem usque ad nostrum beneplacitum, fecimus, constituimus, & deputavimus, prout in litteris nostris latius continetur. Et quoniam ex certis rationabilibus causis animum nostrum moventibus eumdem Johannem ab hujusmodi onere absolvimus. Nos itaque te de integritate vitæ, & observantia Regulari, nec non spiritualium, & secularium rerum experientia apud nos plurimum commendatum visitatorem dicti Prioratus S. Benedicti, ac in spiritualibus, & temporalibus reformatorem, usque ad nostrum beneplacitum auctoritate Apostolica tenore præsentium, facimus, constituimus, atque deputamus, tibique per apostolica scripta mandamus, quatinus ad prioratum prædictum S. Benedicti personaliter accedens, ac habens præ oculis solum deum, omnia, & singula facias, con-*

stituas, atque ordines, quæ ad frugem melioris vitæ personarum in dicto monasterio existentium cognoveris expedire. Ut igitur ex visitationis, & reformationis hujusmodi officio tua diligentia studio fructus optati proveniant, discretioni tuæ præfatum monasterium visitandi, ac ipsum in capite, & membris, & tam in spiritualibus, quam temporalibus reformandi etc. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto, quarto nonas Augusti Pontificatus nostri anno sextodecimo. Blandus. etc. Adest sigillum plumbeum pendens: Hinc illa adnotanda ad rem nostram verba: *Nos itaque te de integritate vitæ, et observantia regulari, nec non spiritualium, et secularium rerum experientia, apud nos plurimum commendatum visitatorem dicti Prioratus S. Benedicti, ac in spiritualibus, & temporalibus reformatorem usque ad nostrum beneplacitum &c, facimus, constituimus, &c,*

VI.

VIRI DOCTI HOC SÆCULO APUD CASSINATES.

Viri Eruditi.

Ignatius.

IGnatius a Praga Monachus Cassinas vitam S. Bertharii Abbatis, & Martyris elucubravit, quæ in cod. nostro mſ. n. 34. extat a p. 119. ad 133. lectionibus distributa pro die Festo S. Viri, ejusque octava, atque incipit: *Passio S. Berthari Abbatis Cassinensis odita a venerabili Fratre Ignatio Pragensi, & Priore Cassinensi.*

Tempore, quo sacrum imperium ad tuendas res ecclesiæ Romanæ in manu Francorum devenit, quæ gens cæterarum nationum gentes nobilitate, generositate, ingenii sagacitate, morum honestate, militari strenuitate excellit. His domini nostri Jesu Christi gracia favente apicem Imperialem optinentibus, juxta divini oraculi consilium, qui cuncta agunt consilio, reguntur prudencia, ut sunt in consilio providi, & in alta circumspecti extirpatis quasi quibusdam sentibus inutilibus gentili, & heretica pravitate irretitis, & dampnatis, quæ tantis temporibus Italiam oppresserant, viri virtutum cœperunt enitescere, & quasi in agro pleno, cui benedixit dominus, diversorumque florum varietate distincto, quidam ut lapides preciosi, & gemmæ fulgentes, quidam ut viola liliorum, rosarumque odorem spargentes, letificabant civitatem dei in operibus suis, Deo, & hominibus spectaculum facti. De quorum collegio beatissimus Bertharius, velut quoddam preciosum lilium nitens vitæ puritate effulsit, miro candore albescens lilii versus in rubarem coloris rubei. Qui regia stirpe progenitus generositatem sui generis, morum honestate, & sanctæ studio conversacionis decentissime nobilitat, &c.

Ejus opera.

Ejusdem Ignatii esse credimus sequentia opera in nostro codice mſ. n. 118., quæ incipiunt: *Incipiunt Flores, vel flosculi sententiarum de libris Moralium B. Gregorii Papæ collecti per Fratrem Ignatium Monachum Cassinensem ad honorem dei, & utilitatem legentium.* Ordine Alphabetico disponuntur flores, atque incipiunt a p. 1. ad. 11., & in sequenti hæc leguntur: *Incipit Elucidarius Moralium B. Gregorii Papæ demonstrativum Expositionis Ordinis, & modi, quem tenuit idem Doctor egregius in explanatione libri Job, collectus in unum, redactus per Fr. Ignatium Monachum sacri monasterii Cassinensis*, perdurat ad p. 19., deinde sequitur fusior Tractatus de Virtusibus, & vitiis. De Ignatio agit Wion lib. II. Lig. Vit. cap. 70.

Hector.

Prior, subprior, ac Monachi Cassinates mense Junii an. 1443. Ecclesiam S. Laurentii in territorio Sommæ gubernandam commiserunt Hectori de Facio ut literis constat in regesto Conventus p. 59. quæ incipiunt.

Prior, subprior, Conventus sacri monasterii Cassinensis Ordinis S. Benedicti &c. Egregio doctori domino Hectori de Facio de Neapoli in Sacra Teologia Baccalaureo Ordinis S. Benedicti &c.

Benedictus.

Pœnitentiarius S. Pœnitentiariæ, quod certe munus nonnisi a doctis viris exerceri potest, in toto regno Siciliæ citra Pharum a S. Sede apostolica electus est Fr. Benedictus Prior Sac. Monasterii Cassinensis, ut ex hisce ejus literis constat in cit. regesto p. 68. *Fr. Benedictus humilis Prior sacri monasterii Cassinensis Ordinis S. Benedicti nullius diœcesis, sed sanctæ Romanæ ecclesiæ immediate subjecti universis, & singulis presentes litteras visuris, inspecturis pariter, & audituris salutem in domino cum infrascriptorum notitia. Cum per totum Regnum Siciliæ citra farum sedis apostolicæ Pœnitentiariæ etiam in reservatis casibus, cum de ejusdem apostolicæ sedis speciali gratia curam geramus, & præsertim per totam nostram Abbatiam, quæ nulli videtur supposita diocesano episcopo, sed solum Abbati Cassinensi pro tempore existenti, nunc autem nobis sede vacante Abbatiali, nobis nuper dilecti filii dompni Blassii de massi de Vallerotunda præmissæ Cassinensis Abbatiæ oblata continebat petitio, quia cum novissimo elapso tempore idem Dompnus Blasius in labore quodam existens casu fortuito, nulla interveniente malitia aut deliberatione matura, moto saxo, & deorsum cadendo quemdam Angelum Merardi de eodem castro Vallis rotundæ oppresserit, in tantum ut mortis periculum evadere juxta medicorum dictamen evadere non possit, & præterea ipse dompnus Blasius quamquam ignoranter irregularitatis sententiam incurrit, ei beneficium absolutionis, & restitutionis in integrum de gratia speciali misericorditer indulgere dignaremur. Nos ejusdem petitioni gratiose annuere volentes, auctoritate nobis, uti præmittitur, apostolica in hoc casu, ac similibus concessa, ipsum dompnum Blasium, casu attento fortuito, & non de voluntario ac venia aparte lesa, & suis heredibus petita, & obtenta ab omni sententia excommunicationis, seu irregularitatis, quam hujusmodi causa incurrisset, aut incurrere potuisset absolvendum duximus, & absolvimus, ac communioni fidelium, ac sacrarum missarum celebrationi abilem fecimus, & abilitavimus. In cujus rei testimonium hanc nostræ absolutionis, & abilitacionis patentem literam eidem dompno Blasio fieri mandavimus nostri prioratus sigilli impressione munitam. Datum in Sacro Casino præfato die ultimo mensis maji anno domini 1445. Ind. 8. Fr. L. de mandato Prioris Cassinensis.*

Pyrrhus.

Supra ostendimus Pyrrhum fuisse Martini V. Referendarium, ideoque doctum virum. Illud etiam evincitur, quod ab Eugenio IV. electus est unus e quatuor judicibus, & conservatoribus bonorum, juriumque congregationis S. Justinæ Ordinis

dinis

dinis S. Benedicti, quæ magna tum sanctitatis, ac doctrinæ opinione florebat, illi facultate tributa omnes ejus Congregationis monasterium controversias dirimendi bulla sub: *Datum Bononiæ anno incarnationis dominicæ* 1436. *VIII. Kal. Decembris Pontificatus nostri anno sexto*, quam refert Margarinus To. I. Bullarii Cassin. p. 78.

Plures codices. Plures in bibliotheca nostra extant codices hoc, & proximo sæculo manu exarati, in quibus sermones, Expositiones in sacram scripturam, aliaque continentur, absque Authorum nominibus. An a Cassinatibus nostris elucubrata sint, divinare non possumus. Nil certe mirum, paucos admodum hoc sæculo fuisse apud Cassinates viros beatos, cum grassantia diu bella, vicissitudinesque cœnobii nostri otium necessarium adeo literas ademerint.

VII.

VIRI HOC SÆCULO DIGNITATE ILLUSTRES.

Pontifex. NEmo certe iverit inficias, magno esse Cassinatibus decori illis in Abbates præfuisse summum Pontificem Paulum II.

Ludovicus. Ludovicus Fliscus Genuensis diaconus Cardinalis S. Hadriani cœnobii nostri oblatus esse voluit, ut constat ex nostro codice mss. nu. 47. in quo hæc leguntur: *Domnus Ludovicus de Flisco Diaconus Cardinalis S. Hadriani obtulit se beato Benedicto, Scholasticæ, & nostræ congregationi sub anno domini* 1421. Fuit hic Ludovicus ex Comitibus Lavaniæ, atque episcopus Vercellensis & diaconus Cardinalis S. Hadriani creatus ab Urbano VI., sub Bonifacio IX. Legatus seu Rector Maritimæ, & Campaniæ e schismaticorum manibus Anagniam recuperavit, sub Johanne XXIII. legatus fuit Bononiæ, Ferrariæ, ac Romandiolæ & Æmiliæ, ac tandem sub Martino V. legatus in regno Neapolitano. Obiit an. 1423. III. non. Aprilis Romæ, pro eoque efferendo mille auri scuta dedit Martinus V. Vid. Ciacconius cum Oldoino To. II. col. 660. nu. 48. Ughellius To. IV. in Descript. episcoporum Vercellen. nu. 78., & Wion lib. II. lign. Vit. cap. 10.

Angelus. Angelus de Raimo Monachus Cassinensis, & Abbas S. Honorati Lirinensis, ut proximo sæculo demonstravimus, episcopus Arianensis creatus est V. Kal. Augusti 1406. ab Innocentio VII., vixitque ad an. 1432. Vid. Ughellius To. VIII. in Descript. episcoporum Ariani col. 217. nu. 21. Vicarius fuit Henrici Abbatis, ut pluribus ejus literis constat in regesto communi p. 97. a t., & seqq. quarum hic unam dumtaxat dabimus p. 97.

Angelus de Raymo de Neapoli Ordinis S. Benedicti dei gratia episcopus Ariani in spiritualibus generalis Vicarius, ac specialis ad infrascripta commissarius per totam jurisdictionem Abbatiæ Cassinensis per reverendum in Christo patrem & domnum Henricum Thomacellum Abbatem Cassinensem, quod nullius diœcesis existit. Universis & singulis presentes nostras literas inspecturis quod die Sabbati Sancto vicesimo sexto mensis Martii quintadecima Indictionis in majori ecclesia monasterii Cassinensis inter missarum solemnia rite, & in forma ecclesiæ Romanæ omnes Ordines solemniter celebrantes te dilectum in Christo Antonium filium Cicci Imbratta de S. Germano constitutum in ordine diaconatus ad ordinem presbyteratus promovimus ad presentacionem dompni Benedicti Spanguoli Canonicum ecclesiæ S. Germani de S. Germano, ipsumque examinavimus, & invenimus sufficientem, & habilem ad prædictum ordinem suscipiendum, ideo eundem promovimus ut supra inter missarum sollempnia ad titulum S. Germani secundum ordinem, & consuetudinem dictæ ecclesiæ S. Germani duximus ordinandum. In cujus rei testimonium has presentes nostras litteras nostroque consueto pontificali sigillo, appensione, & subscriptione nostra propria manus fecimus communiri. Datum in monasterio Cassinensi anno domini millesimo quatricentesimo septimo, die, & Indictione, ut supra pontificatus SSmi in Christo patris, & domini nostri domini Gregorii divina providentia papæ duodecimi anno primo. Nos prædictus Angelus episcopus Ariani manu propria subscripsi. Ex aliis ejusdem Angeli literis constat, initiatos tum subdiaconos ad titulum patrimonii.

Nicolaus. Nicolaus Thomacellus monachus Cassinas episcopus fuit Laudiceæ pro cujus sustentatione quotannis quatuor uncias assignavit Pyrrhus Abbas edito Chirographo, quod incipit: *Fr. Pyrrhus Thomacellus, &c. R. in Christo Patri D. Nicolao episcopo Laodicensi Fratri nostro dilecto. Personam suam nobis, & monasterio nostro devotam suis exigentibus meritis, zelo, ac fide & perpessis nocumentis gravissimis pro statu, & honore reverendiss. in Christo patris, & domini domini Henrici Thomacelli patrui, & prædecessoris nostri &c.*

Arsenius. Arsenius a Terracina Monachus noster Abbas evasit celeberrimi monasterii Cavensis an. 1497., postquam illud Cardinalis Oliverii Carrafæ renunciatione Congregationi S. Justinæ unitum est. Vid. Ughell. To. I. in Descript. episcup. Cavæ col. 615. nu. 7.

Antonius. Antonius de Celano Sangermanensis Sac. Theologiæ, Decretorum magister, & Doctor, Archipresbyter primum fuit S. Mariæ Rotundæ in urbe deinde Literensis episcopus renunciatus ab Eugenio IV. an. 1441. V. Kal. Octobris, eandem ecclesiam ad an. 1456. rexit. Vid. Ughellius To. VIII. in Descript. episcop. Literen. col. 273. nu. 17. De hoc episcopo supra actum.

VIII.

MONASTERIA HOC SÆCULO CASSINATIBUS DONO DATA.

Cœnobium monachorum Congregationis Montis Oliveti Neapoli fundatum. Sanctimonialium Cœnobia, & Nosocomia constructa, aut restaurata in Diœcesi Cassinensi.

Monasterium S. Benedicti apud citrarium. IN donatione an. 1104. cœnobio nostro facta a Rocca Drogonis Filia pissima fœmina S. Petri, & sancti Demetrii, quam in Diss. I. dabimus, hæc leguntur: *Domnoque Sassoni Rectori ecclesiæ S. Benedicti Cetrarii &c.* ex quibus constat in ecclesia S. Benedicti apud Citrarium monasterium extitisse quod luculentius constat hisce literis, quibus Angelus episcopus Priorem ejus monasterii constituit Fr. Gottifredum, ac deinde Fr. Marcum ab Alvito, quæ

quæ in ejus regesto p. 12. a t. & 28. extant.

Angelus, &c. Fratri Gotfredo de S. Georgio Monacho Cassinensi Prior Prioratus monasterii nostri S. Benedicti Cetrarii & Fella salutem in domino. Exigunt, &c. vacante &c. dicto Prioratu per motionem factam de Fratre Paulo quondam ipsius Prioratus Priore, &c. curam &c. investientes &c. dantes tibi potestatem ut supra datam die VII. mensis Octubris 2. indictionis &c.

Angelus &c. Religioso viro Fratri Marco de Albeto Monacho Cassinensi Priori prioratus nostri monasterii S. Benedicti Cetrarii, & Fella salutem in Domino. Exigunt &c. Vacante igitur dicto Prioratu per amotionem, per nos factam de Fratre Gotfredo olim ipsius prioratus Prioris per nos ad claustrum Cassinensis ecclesia revocato ad nostram collacionem, institucionem &c. te coram nobis personaliter constitutum instituimus usque ad nostrum beneplacitum, & mandatum in Priorem, & rectorem prioratus prædicti, & prioratum ipsum tibi conferimus, cum omnibus juribus, vassallis, redditibus, proventibus, fructibus, & obventionibus suis, & de illo de speciali gratia providemus curam &c. subtracta tibi per nos potestate Monachos recipiendi, & de possessionibus, & bonis ipsius prioratus vendendi, alienandi, seu permutandi sine nostra &c. quinimo bona ad ipsum prioratum spectantia augmentes, & conserves, & distructa recuperes toto posse, investientes &c. dantes, concedentes, & committentes tibi tenore presentium plenariam potestatem, auctoritate presentium capiendi, intrandi, & retinendi possessionem prioratus prædicti per te ipsum, &c.

Hujus monasterii pluribus in locis regesti Visitationum an. 1570. mentio est, aliaque diplomata ad illud pertinentia dabimus in Diss. I. Rem conficit hæc doctoris Jacobi Agnelli delegati Pyrrhi Abbatis sententia, qua constat in cœnobio S. Benedicti Citrarii Cassinatibus subdito monachos fuisse, qui diurnis, nocturnisque laudibus deum colerent, deinde eam ecclesiam presbyteris sæcularibus datam contra pontificum privilegia, potissimum Gregorii IX. Cassinatibus concessa. *In nomine domini Amen. Nos Jacobus Agnelli de Istro decretorum doctor Commissarius, & delegatus specialiter deputatus per reverend. in Christo patrem in domino D. Fratrem Pirrum Sacri monasterii Cassinensis Abbatem, cujus quidem commissionis, & subdelegationis sequitur in hac verba. Nos Pirrus dei, & apostolicæ sedis gratia humilis Cassinensis Abbas. Cum multis negociis nostris simus multipliciter occupati, & vacare non possimus ad expeditionem causarum, & litium, & quia nunc ad presens nata, & exorta est quadam Ecclesiastica, & beneficialis causa inter dilectos in Christo Clerum ex una parte, & quosdam laicos ex altera in castro, seu terra Citrarii in Calabria, ad nos, nostrumque monasterium in spiritualibus, & temporalibus pertinente, & spectante pleno jure. Cum igitur in eadem Terra sit quadam cappella S. Benedicti monasterii Ordinis subiecta nostro monasterio Cassinensi, & in ea multis retroactis temporibus ministraverint, & servierint seculares clerici, nunc in dubium vertitur, utrum licite, & de jure dicti clerici potuerint, & possint ipsam cappellam de jure tenuisse, & tenere, & in ea licite ministrare. Et quia ex nostri officii debito incumbit, & tenemur quantum in deo possimus tollere scandala, & pericula removere. Hinc est, quod confisi de industria, & sufficientia honorabilis viri domini Jacobi Agnelli de Istro decretorum doctoris, quem nostrum fecimus, & constituimus judicem delegatum in ipsa causa, & commissarium specialem, ut ipsam simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura judicii audiat, cognoscat, examinet, & diligenter ex suo officio inquirat de meritis dicta Causa, receptis nihilominus juribus, probationibus, & allegationibus ab utraque parte, si ea dare voluerint, & eis visis, & diligenter discussis debeat ipsam causam decidere, & terminare quantum de jure fuerit usque ad sententiam inclusive. Committendo in hac parte prædicto D. Jacobo [illegible]aliter vices nostras. Datum in nostro sacro monasterio Cassinensi sub nostri pontificalis sigilli munimine roboratum, die quinta mensis Octobris duodecima indictionis, sub annis domini millesimo quatricentesimo decimo octavo pontificatus SS. in Christo patris & domini nostri D. Martini divina providentia Papa V. anno primo. Super quadam causa, lite, seu controversia beneficiali noviter exorta inter clerum ex una parte, & quosdam de populo ex altera castri, seu terra Citrarii in partibus Calabria consistentis ad jus, & proprietatem dicti monasterii in spiritualibus, & temporalibus pertinentis, pleno jure, de & super quadam cappella prioratus S. Benedicti majoris parochialis, & curata, quæ cappella est de mensa ipsius prioratus. Qui quidem prioratus, & capella sunt, & consistunt in dicta terra Citrarii, & sunt beneficia monastica subjecta præfato monasterio Cassinensi consueta per Monachos dicti monasterii Cassinensis gubernari, administrari, & regi, ac divinum officium nocturnum pariter & diurnum per ipsos Monachos juxta ritus Monasticos in ipsis prioratu, & cappella dici cantari, & solemniter celebrari a retroactis temporibus, quorum memoria hominum in contrarium non existit. Nunc vero malitia hominum faciente, & caca avaritia ambiente, & potissime impiissimo scismate dominante, quidam seculares clerici de dicto castro abusive, & damnabiliter hoc potissime operante negligentia, & ignavia superiorum, ad quos cura, & gubernatio ipsius prioratus, & capella spectavit, & pertinebat, in dicta capella se intruserunt. Cum autem vigore delegationis præfata incumbit ex officio inquirere, indagare, & diligenter examinare merita ipsius causa, & processus simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura Judicii, quia causa beneficialis est, obviare, & prospicere, ne oriantur scandala, & pericula suscitentur, quantum justitia postulat, faciendum est. Nos igitur ex authoritate dicta commissionis, & ex mero inquisitionis, & indagationis officio visis, & diligenter intellectis ipsius causa meritis, juribus, privilegiis, indulgentiis, & rationibus liberatis, & discussis, & pracipue attento tenore indulti felicis recordationis domini Gregorii Papa noni, quod expresse prohibet, inhibet, & vetat, ne beneficia monachalia consueta per Monachos gubernari, regi, & administrari, conferantur, & concedantur in titulum secularibus clericis, conformans se canonicos juri, quod vult, & expresse mandat, quod nullatenus beneficia monachalia, sive sint prapositura, prioratus administrationes, obedientia, grancia, seu quacumque beneficia ecclesiastica sint, quocumque nomine censeantur, concedantur, seu conferantur in titulum clericis secularibus, nec dicti Clerici obtentu prascripto-*

Ex originali in Archivo.

ptionis se defendere possint quantumcumque per longissima tempora tenuerint, cum sit factum contra legem, & jure prohibente. Unde pro infecto debet haberi, cum super hoc emanaverit, gratiosa indulgentia per S. mem. D. Bonifacium PP. nonum in favorem dicti monasterii Cassinensis, quod currere non possit contra bona, & jura ipsius monasterii, nisi centenaria præscriptio, & in hoc gaudet privilegio ecclesia Romana, unde nos præfatus Jacobus habentes præ oculis solum deum, & judicium nostrum de vultu suo prodeat, & oculi nostri videant æquitatem, per ea, quæ vidimus, & cognovimus ac intelleximus & quæ nostrum animi motum ad justitiam informarant, Christi nomine invocato, pro Tribunali sedentes, dicimus, declaramus, & in his scriptis similiter diffinimus, quod dictus prioratus, & cappella parochialis majoris ecclesiæ Curata in dicto castro Citrarii existentes nunquam potuerunt, nec possunt conferri, & concedi in titulum Clericis secularibus, nec de jure in eis institui pen Abbates Cassinenses, qui pro tempore fuerunt, & qui nunc de præsenti est, & qui futa-rierunt, excepta sedis apostolicæ authoritate contra canones, sanctiones, & Romanorum Pontificum indulgentias speciales; lecta lata, & in hiis scriptis narrata fuit præsens declarationis sententia per supradictum D. Jacobum judicem delegatum, & commissariam in sacro monasterie Cassinensi in camera turris, quam pro loco juridico deputavit pro tribunali sedente, presentibus ibidem reverendo in Christo patre D. Pyrrho Abbate, Fratre Ignatio priore, patre Johanne de Hispania subpriore &c. & Fr. Luisio de Nusco priore Citrarii presente, & acceptante, & petente sibi instramentum publicum fieri, & Monachis Cassinensibus, domino Gottifredo Tomacello milite Neapolitano Carolo Mansella de Neapoli &c. Sub anno a nativitate domini millesimo quatricentesimo decimo octavo indictione duodecima, die vero Mercurii, quinta mensis Octobris &c.

Cassinates monasterium S. Gregorii in urbe incolunt.

Ex hac Eugenii IV. bulla ex archivo nostro, constat ejus concessione plures Cassinates insigne cœnobium S. Gregorii urbis pie, sancteque incoluisse. *Eugenius episcopus servus servorum dei venerabilibus fratribus Archiepiscopo Neapolitano, & Episcopo Lucerino, ac dilecto filio Archipresbytero ecclesiæ B. Mariæ Rotundæ de urbe salutem, & apostolicam benedictionem. Sacra religionis sinceritas, sub qua dilecti filii Monachi monasterii Montis Cassinensis, Ordinis S. Benedicti, quod nullius diœcesis existit, in monasterio S. Gregorii de Urbe præfati Ordinis sub regulari observantia, ex speciali concessione nostra presentialiter commorantes, mundanis abiectis illecebris, devotum, & sedulum exhibent Altissimo famulatum, non indigne meretur, ut illa ipsis favorabiliter concedamus, quæ eorum commoditatibus fore conspicimus oportuna. Hinc est, quod nos supradictis, & quibuscumque aliis dicti Monasterii montis Cassineñ. in Monasterio S. Gregorii hujusmodi ex simili concessione sub regulari præfati ordinis observantia pro tempore degentibus Monachis pro eorum vita substentatione de alicujus subventionis auxilio providere volentes ipsorum præsentialiter commorantium monachorum in hac parte supplicationibus inclinati, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatinus vos, vel duo, aut unus vestrum per vos, vel alium, seu alios beatæ Mariæ intra, & extra muros castri Babuchi ac ejusdem beatæ Mariæ in Palazolis, ecclesias &c. Verulañ., & Aquinãt. diœcesum, quæ omnes de mensa præfati monasterii Cassinensis fore, & ad illud legitime spectare noscuntur, & quarum fructus, redditus, & proventus quinquaginta florenorum auri de camera, secundum communem extimationem valorem annuum, ut ipsi supplicantes Monachi asserunt, non excedunt, cum omnibus juribus, & pertinentiis suis, supplicantibus, & aliis pro tempore commorantibus Monachis præfatis per eos usque ad beneplacitum nostrum tenendas regendas, & gubernandas, ita quod interim illarum fructus, redditus, & proventus recipere, & in suos usus convertere libere, & licite possint auctoritate nostra concedere, & assignare curetis, inducentes dictos supplicantes, vel procuratores suos eorum nominibus in corporalem possessionem ecclesiarum ac possessionis, juriumque, & pertinentiarum prædictarum, & defendentes inductos, amotis quibuslibet illicitis detemptoribus ab eisdem, ac facientes eis, & aliis Monachis præfatis de ipsarum possessionis, & ecclesiarum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis hujusmodi beneplacito durante integre responderi, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac monasteriorum, & ordinis prædictorum juramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscumque. Volumus autem quod dicta ecclesia propter hoc debitis non fraudentur obsequiis, & animarum cura in eis, si qua illis immineat, nullatenus negligatur. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo, quadragesimo quarto, decimo Kalendas Maii, pontificatus nostri anno quartodecimo. Gratis de mandato domini nostri Papæ Arnoldus. Gratis de mandato domini nostri Papæ A. de Veneniis. Reg. X. An. Cyprianus. P. Simius. Reg. an.* Adest sigillum plumbeum pendens &c. Quanto deinceps tempore cœnobium istud, cujus Scriptores omnes historiæ urbis mentionem faciunt, incoluerint Cassinates, incertum.

nota.

Monasterium S. Annæ Mondragonis.

In amenissimi montis vertice prope roccam Mondragonis loco, ob scaturientes perennes aquas dicto S. Anna de Aquisvivis, concessione Sanciæ reginæ construxerat Heremita Sarzanensis Benedictus ecclesiam S. Annæ sacram, quædamque cubicula pro sociis, ut fusius hac donatione ejusdem reginæ an. 1325. facta constat, quam ratam habuit Agnes Ducissa Dyrrachii, & Comitissa Gravinæ an. 1343. atque in archivo nostro autographa extat. *Agnes Ducissa Duracii, & Comitissa Gravine. Universis harum seriem inspecturis tam presentibus, quam futuris. In honorem, & reverenciam matris Dei, & beatissimæ S. Annæ genitricis secundæ ejusdem Virginis gloriosæ operibus pietatis dexteteram porrigentes personis ad cultum, & obsequium dictæ sanctæ in domo religionis vacantibus gratias nostras nedum libenter impendimus, sed eciam impensis ab aliis libencius assentimus. Sane pro parte Prioris, & Monachorum monasterii S. Annæ de Aquaviva siti in territorio nostro Roccæ Montis Dragonis monasterio Specus immediate subiecti ordinis S. Benedicti est presentatum in curia nostra quoddam originale privilegium serenissimæ principissæ dominæ Sanciæ dei gratia Jerusalem, & Siciliæ reginæ, quod ois*

de-

demum inserta forma presemibus originale fecimus resignari, & est continentia subsequentis. Sancia dei gratia Jerusalem, & Sicilia regina. Notificamus universis presentes litteras inspecturis, quod pridie nostra celsitudini, exponente Fratre Benvenuto de Sarzana heremita, quod ipse mundanis relictis illecebris in quodam deserto loco sterili, & inculto in cacumine Montis Terra nostra Rocca montis Dragonis de Feudi nostri dicta terra demanio existente ad laudem divini nominis quamdam ecclesiolam S. Anna vocabulo insignitam, & nonnullas alias cellulas ecclesiola circumadjacentes eidem, de nostra authoritatis licentia de novo construxit. Quodque propter dicti loci ab hominibus remotam distantiam a quibus oportet eum sibi, & sociis suis vita alimoniam mendicare, ipsius vita petendo suffragia non potest, sicut, & in mente sua disposuit, esse oracioni assiduus, & cui deditus est, divina contemplacioni vacare. Quamobrem serenitati nostra cum devocionis spiritu humiliter supplicavit, ut pro substentacione sua, & dictorum sociorum ejus cum eo morancium inibi aliquam quantitatem terra de loco predicto, sicut predicitur, sterili, & inculto tum ipsi ecclesiola, quam prafate Heremita ad culturam, & fecunditatem reducendam per eum pie concedere dignaremur. Nos de veritate hujus rei per Robertum de Matricio de Suessa Vicarium nostrum parcium Terra laboris, & Principatus ad nostrum speciale mandatum exinde sibi factum debita in scriptis informacione recepta, eadem consideracione commonita, & nolentes ejusdem Heremita, quem ad premissa videtur pium propositum commovere in predictis errare indicium, ut sibi, & dictis ejus sociis desciscendi a contemplacione predicta desit occasio, modios duodecim de dicta terra sterili, sicut predicitur, & inculta modo prefato circa ecclesiolam, & cellulas antedicta, usque scilicet ad nostrum beneplacitum eisdem ecclesiola, & heremita pro usu suo, & sociorum suorum, qui ibidem sunt, vel erunt pro tempore damus, donamus, & tradimus de liberalitate mera, certa nostra scientia, & gratia speciali regiis in hiis assensu & beneplacito reservatis, ac juribus regia Curia nostris aliis, & cujuslibet alterius juribus semper salvis. In cujus rei testimonium prasentes litteras fieri, & pendenti Serenitatis nostra sigillo jussimus communiri. Datum Neapoli per . . . . . . cziam de Ravello juris Civilis professorem nostre regia Curia Magistrum Rationalem, Consiliarium, & familiarem Regium atque nostrum anno domini MCCCXXV. die primo Octobris IX. indictionis. In ipso igitur loco S. Anne monasterio de novo constructo predicto ad supplicacionem predictorum Prioris, & Monachorum prascriptum privilegium reginale, sive dacionem, donacionem, & tradicionem factum per dominam reginam prafatam de predictis modiis duodecim terra sterilis, non obstante si noviter reducta sunt ad culturam, confirmamus, & roboramus, atque nostra confirmationis robore munimus quantum ad nos pertinet de gratia speciali reginalis curia reservato assensu, ac juribus ejusdem curia nostris, aliis, & cujuslibet alterius semper salvis, in cujus rei testimonium presentes litteras fieri, & pendenti sigillo nostro jussimus communiri. Datum Neapoli per Raynaldum de Frisolone Hospicii nostri judicem reginalem, & nostrum consiliarium, & familiarem dilectum, anno domini millesimo, trecentesimo, quadragesimo tertio, die xxvii. Julii, Undecima indictionis. Adest sigillum cereum pendens in cera rubea. Erat Sancia regis Majoricæ filia, ac secunda Roberti regis Neapolis uxor piissima. Agnes vero Comitis Petragoricensis filia, & uxor Johannis Filii Caroli II. regis Neapolis, & Ducis Dyrrachii; ob cujus obitum trium Filiorum tutrix, & administrator ditionis remanserat. Vid. Genealogia regum Siciliæ, qui a Carolo I. Andegavensi descenderant ab historiis Ptolomæi Lucensis Torcellani episcopi depromta apud Du-Chesne in calce To. V. scriptorum veterum Hist. Franc. Ea deinde ecclesia cum bonis suis omnibus a Fr. Johanne de Trupparellis Heremita donata est celebri monasterio sacri Specus apud Sublacum, cujus possessionem anno 1342. iniere duo Specuenses monachi jussu Abbatis sui, & Boni Caleni episcopi, in cujus Diœcesi oppidum Mondragonis situm est, qui a jurisdictione sua cœnobium illud exemit literis, quarum autographum in archivo nostro extat, quequæ huic Urbani V. bullæ insertæ sunt.

Nota. Specuensi datum.

Urbanus Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. His, qua pro divini cultus, & sacra religionis augumento provide facta sunt, ut illibata serventur libenter adiicimus Apostolici muniminis firmitatem. Exhibita siquidem nobis pro parte dilectorum filiorum, Prioris, & Conventus monasterii S. Benedicti de loco S. Anna de Aquaviva territorio Rocca Montis Dragonis per Priorem soliti gubernari, Ordinis dicti sancti, Calinen. diœcesis, petitio continebat, quod olim quidam Monachi monasterii Sublacen. dicti ordinis, quod nullius diœcesis existit de mandato Abbatis ipsius monasterii Sublacensis, qui tunc erat, & cum licentia, & consensu episcopi Calinen. tunc existentis de bonis eis pia fidelium largitione donatis prafatum monasterium S. Benedicti in dicto loco sancta Anna de Aquaviva ad divini nominis laudem, ac in honorem, & sub vocabulo dicti sancti fundaverunt, & etiam construxerunt, dictusque episcopus monasterium ipsum S. Benedicti, ac Priorem ipsius, & personas degentes in eo sub certis modis, & conditionibus ab omni jure Episcopali, & contributione quacumque exemit, & liberavit, eosque exemptos esse voluit, & immunes, salvo certo annuo censu pro Synodatico, & alio jure quocumque episcopo Calinensi, qui esset pro tempore persolvenda ad premissa omnia dilectorum filiorum Capituli ecclesia Calinen. accedente consensu, prout in publico Instrumento inde confecto dicti episcopi sigillo munito, cujus tenorem de verbo ad verbum prasentibus inseri fecimus plenius continetur. Quare pro parte dictorum Prioris, & Conventus ipsius monasterii S. Benedicti fuit nobis humiliter supplicatum, ut premissa apostolico munimine roborare cum suppletione defectuum, si qui intervenissent forsitan in eisdem, de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque, qui piis fidelium votis libenter annuimus, hujusmodi supplicationibus inclinati, fundationem, constructionem, & exemptionem predictas ratas habentes, & gratas, illas ex certa scientia auctoritate apostolica confirmamus, & prasentis scripti patrocinio communimus. Tenor autem dicti Instrumenti talis est. In nomine domini dei eterni Amen. An. ab incarnatione ejusdem millesimo trecentesimo quadragesimo secundo, regnante serenissimo domino nostro rege Roberto dei gratia inclite Hierusalem, & Sicilia rege, Duca-

tus

tus Apulia, & Principatus Capua, Provincia, & Forcalquerii, ac Pedemontis Comite, regnorum vero ejus anno trigesimo quarto, die vigesimo quinto mensis novembris undecimo Indictionis. Nos Bonus dei & apostolica sedis gratia Episcopus Calinensis attendentes diligenti consideratione præambula, quoniam, ut ait Apostolus, qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus, & metet vitam eternam, & qma de manibus cujuscumque pastoris, & præsulis ecclesia sibi commissi populi pendet salus, eapropter sæpe animo revolventes in agro dominico dissertis vepribus bonum semen serere centesimum fructum afferens, evulsaque zizania funditus a radice, ut nostro pastorali officio animabus exinde commissi populi salus, & sanitas derivetur, medullitus affectamus, ut metiendi tempore messis dominus non zizaniam, quod absit, sed purum conspiciens ibi triticum, suis mandet messoribus colligendum, in excelso dumtaxat horreo reponendum, quatenus divinus cultus suavissimis pigmentis redolens de bono semper in melius augeatur. Hac igitur consideratione commoti, & vestrum Fratris Petri de Velletro, & Fratris Jacobi de Sicilia Monachorum monasterii Sublacensis, visis prius, & diligenter inspectis litteris obtenta per vos licentia a venerabili vestro Fratre Bartholomæo Abbate monasterii prælibati, de novo in loco S. Annæ de Aquaviva siti in territorio Roccæ Montis Dragonis nostræ diœcesis Calinen. dicto monasterio Sublacensi per Fratrē Joannem de Trupparellis de Suessa tunc Eremitam, nunc vero vestrum Monachum gratanter oblato monasterium construendi si diœcesani episcopi assensus adesset pariter & consensus justis benivole supplicationibus inclinati cum cuique præsulum liceat honestis petentium desideriis favorem benivolum impertiri, attendentes etiam quod nostro commisso officio jam tenemur conari pro viribus ne hostis antiquus humani generis inimicus non adipiscatur quod suggerit, sed unde sua sibi cupiditas amarescat, dulcescatque ne minus angelica voluntati. Tibi Fratri Petro tamquam Priori exinde ad talia per prælibatum Abbatem procuratori constituto concedimus per nos, & successores nostros nostra auctoritate pravia, & vice, & nomine nostræ majoris ecclesiæ Calinensis construendi monasterium in præfato loco S. Annæ secundum ordinem, & regulam almifici Benedicti gloriosissimi nostri patris, ut

nota.

inibi deo auctore observantia vigeat regularis, benivolamque in domino licentiam impertimur, & ut nostra benivola concessionis gratia largius refundatur in singulis, & clarius nihilominus elucescat Te priorem præsentem, & recipientem per te, & successores tuos, ac Monachos. & oblatos præsentes, & futuros ejusdem monasterii construendi, ipsumque mona-

nota.

sterium, & ejus bona omnia, & singula tam præsentia, quam futura ab omni episcopali jure, ac contributione quacumque eximimus, liberamus, & absolvimus, nec non exemptos præterea esse volumus, & immunes, ita quod in nullo nobiscum, seu cum nostris clericis dicta nostra diœcesis generaliter, seu specialiter pro quacumque subventione, seu causa, præterita, præsente, vel futura contribuere, seu conferre teneamini quoquomodo, salvo tamen quod tu Frater Petrus, Prior, & successores tui anno quolibet nobis, & nostris successoribus nomine nostræ majoris Ecclesiæ supradictæ dare, & solvere teneamini in festo omnium sanctorum de mense Novembris jure Concilii, seu Synodi, visitationis, subvent ionis, & Juris alterius cujuscumque, ac census nomine aureum tarenum unum, & grana decem ponderis generalis, & de bonis mobilibus tantum Fratribus dicti monasterii construendi legandis, & relinquendis ob mortem, & obitum Christianorum fidelium quorumcumque nostra diœcesis memorata integram partem quartam, prout ab aliis ecclesiis dicta Rocca nobis, & dicta nostra majori ecclesia subditis, quartam ipsam sumus recipere consueti. Hanc nostram concessionis gratiam facientes in presentia Johannis de Marcone civitatis Caleni Judicis, & Francesci de Landolma ubilibet per totam provinciam Terra laboris, & Comitatus Molisii publici regia auctoritate notarii, & infrascriptorum literatorum testium ad hoc specialiter vocatorum, & rogatorum, presentibus quoque in hiis omnibus, & singulis supradictis, ac expresse, & voluntarie volentibus, & consentientibus clericis, & canonicis capituli nostra majoris ecclesia supradicta, & nihilominus ejusdem Prioris, & successorum suorum de dando integre dictam quartam, ut supra conscientiam onerantes: submittens se voluntarie dictus Prior per se, & successores, ac monasterium supradictum in presentia prædictorum Judicis notarii, & testium potestati, & jurisdictioni nostra, & suc-

nota.

cessorum nostrorum in hoc tantummodo, & non aliter, ut si aliquo adveniente tempore ipse Prior, vel successores sui dictum annuum censum, & quartam nobis ut supra dare, & solvere recusarent, quod extunc possimus, & nobis liceat ipsos, & dictum construendum monasterium excommunicationi, & interdicti vinculo innodare nihil alio nobis, & successoribus nostri, seu dicta nostra majori ecclesia pro inde reservato eundem Priorem pro se, & suis successoribus, ac monasterio recipiente, & stipulante per nostrum investientes anulum de omnibus, & singulis supradictis. Pacto nihilominus eidem Priori pro se, & nomine quo supra, promittentes expresse per nos, & nostros successores ut supra prædicta omnia, & singula perpetuo firma, & rata habere, tenere, & observare, non contrafacere, vel venire per nos, vel aliam submissam personam de jure, vel de facto. Fatemurque præterea nos præfati judex, notarius, & testes subscripti prædicta omnia, & singula esse gesta, & facta in nostri præsentia per prædictos Rdum. dominum episcopum, & Monachos, ac clericos, & canonicos capituli supradicti in omnibus, & per omnia, ut superius prælegitur: & taliter qualiter eisdem reverendo domino episcopo, Monachis, et clericis, et Canonicis dicti capituli placuit, ac aptum, et congruum fuit, ita hæc omnia voluntarie fecerunt, et sic scribere rogaverunt. Quod scripsi ego prædictus Franciscus publicus ut supra notarius, qui prædictis omnibus rogatus interfui, et publicavi. Cæterum voluerunt, et mandaverunt ex hoc contractu fieri duo publica instrumenta, per manus mei notarii supradicti, unum pro unaquaque partium earundem, quorum præsens ad cautelam prædictorum Prioris, et ejus successorum, ac Monachorum, et oblatorum ipsius Monasterii presentium, et futurorum, et ipsius Monasterii, ac omnium, quorum interest, et interesse poterit certitudinem, et cautelam reliquum vero ad dicti reverendi domini episcopi, et successorum suorum dictæque majoris Ecclesiæ Carinolensis, ac omnium, quorum interest, & interesse poterit in futurum certitudinem, & cautelam factum est exin-

de

de manu mei notarii supradicti signo meo solito, ac signo, & subscriptione prædicti judicis, & subscriptorum testium subscriptoribus, nec non subscriptione, & sigilli proprii appensione dicti reverendi domini episcopi, & subscriptorum clericorum, & canonicorum subscriptionibus roboratum. Actum Caleni; locus † *signi notarii* † *Ego qui supra Johannes judex.* (Adest signum) † *Nos Bonus Dei gratia Calinensis episcopus subscriptu fatemur, & propria manu subscripsi, & sigillari fecimus ad chautelam.* † *Ego qui supra Abbas Petrus de sexto Archidiaconus Calinensis testis sum, & subscripsi.* † *Ego presbyter Matthæus Morena Decanus Calinensis testis interfui, & subscripsi.* † *Ego presbyter Nicolaus Saxi Primicerius Calinensis testis sum, & subscripsi.* † *Ego presbyter Stabili de Barone Canonicus Calinensis testis interfui, & subscripsi.* † *Ego presbyter Jacobus de Clara Canonicus Calinensis sum testis, & subscripsi.* † *Ego presbyter Petrus de Alfano Canonicus Calinensis testis interfui & subscripsi.* † *Ego presbyter Matthæus de Marrono Primicerius Calinensis testis sum, & subscripsi.* † *Ego presbyter Petrus Gayetanus Canonicus Calinensis testis sum, & subscripsi.* † *Ego presbyter Ugo Ugerii Canonicus Calinensis subscripsi.* † *Ego presbyter Johannes de Conrado Canonicus Calinensis testis sum, & subscripsi.* † *Ego presbyter Jacobus de sancto Marco Canonicus Calinensis testis sum, & subscripsi.* † *Ego presbyter Rogerius Petri Johannis de Th. Canonicus Calinensis, testis sum, & subscripsi.* † *Ego Angelus de Francisco testis interfui, & subscripsi.* † *Ego Petrus de Caserta Notarius testis interfui.* † *Ego notarius Angelus Ferrarius testis interfui, & subscripsi.* † *Ego notarius Petrus de Bernardo testis interfui, & subscripsi.* † *Ego Bartholomæus de Alfano testis subscripsi.* † *Ego Marocius de Bernardo testis subscripsi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Avinion. II. Kal. Julii, Pontificatus nostri anno primo. Gratis pro deo . . . . Joannes de Angicuria. Gratis pro Deo. Bartholomæus. Donus de Gavatio. Reg.* Adest sigillum plumbeum pendens ex cordula. Ughellius in descriptione episcoporum Caleni To. VI. illum episcopum vocat Bonagiunta a Perusio, asseritque fuisse Perusinum Canonicum ex Ordine S. Augustini, ac factum Caleni episcopum an. 1333. obiisse an. 1347.

Priorem sibi eligebant ipsius monachi.

Anno 1345. Johannes S. Specus Abbas cum suis monachis concessit monachis S. Benedicti, seu S. Annæ Mondragonis, ut singulis triennis Priorem sibi eligerent ab eodem Abbate confirmandum, ut hisce literis ex Archivo nostro constat. *In nomine domini Amen. Anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo quinto pontificatus domini Clementis Papæ VI. anno quarto, indictione tertiadecima, mense maji die VIII. In præsentia mei notarii, & testium subscriptorum ad hæc specialiter vocatorum & rogatorum reverendus in Christo pater, & dnus D. Frater Johannes dei, & apostolicæ sedis gratia Abbas monasterii Sublacensis Ordinis S. Benedicti ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis constitutus in capitulo monasterii specus ejusdem ordinis, una cum religiosis, & honestis viris Fratre Guglielmo de Seruncone Priore ejusdem monasterii, Fr. Luca de Urbe &c. Monachis ejusdem monasterii, & conventu ipsius monasterii ad hoc specialiter ibidem ad sonum campanæ more solito congregati, nec non . . . . de Territorio Roccha montis Dragonis diœcesis Calinensis, & Fratre Francisco Monacho ipsius Monasterii Ordinis memorati, & eidem monasterio specus tamquam membrum ejus immediate subiectum, pari voto, parique consensu, & unanimi voluntate cum deliberatione solemni ad infrascripta omnia, & singula facienda, statuenda, & ordinanda perpetuo duratura eorum nomine discrepante universaliter singuli, & eorum singulariter universi unanimiter, & concorditer devenerunt, & consenserunt pro statu bono, pacifico, ac tranquillo utriusque monasterii supradicti. In primis quidem statuentes mandantes, & ordinantes quod Conventus dicti monasterii S. Benedicti teneatur, & debeat, ac possit, & ei liceat congruis, & statutis temporibus, ut infra declaratur, aliquem ex Monachis ipsius monasterii, seu alicujus monasteriorum sibi in futurum forsitan subiectorum, aut dicti Monasterii specus, seu aliorum monasteriorum, & suffraganeorum suorum nunc, & in futurum eidem specui subiectorum in nomine domini idoneum sibi eligere in Priorem infra decem dies ob octavam Resurrectionis Dominicæ quacumque die de triennio in triennium emerserit in antea continue numerandum, qui Prior electus debeat se dicto domino Abbati infra alios continuos triginta dies cum litteris dicti Conventus electionis suæ propterea præsentare. Ipse vero Abbas eundem electum teneatur, et debeat infra decem dies, et citius si commode fieri poterit nihilominus confirmare, ipso tamen monasterio Abbate vacante, vel procul ab eodem monasterio specus, et a dicto monasterio S. Benedicti per quadruginta milliaria existente totum jus potestas, et authoritas confirmationis jamdicti Prioris dicto Monasterii specus plene pertineat, et expectet, ipse tamen Prior specus cum consilio Monachorum, et Conventus dicti Specus, seu majoris, et sanioris partis ipsius, et non aliter eundem electum confirmare infra dicta tempora teneatur etc. Item quod in dicto monasterio S. Benedicti eligatur per Priorem, et Conventum ipsius monasterii aliquis ex Monachis ipsius Conventus in procuratorem, depositarium camerarium, et cellerarium dicti monasterii, per quos etiam confirmetur, qui procurator debeat, et ei liceat percipere, et pro usu, et utilitate dicti monasterii et Conventus retinere, disponere, et dispensare, et distribuere cum voluntate, et consensu ipsius Prioris omnes fructus, redditus, et proventus dicti monasterii, ac bona alia undecumque venientia, Ita tamen quod in fine singulorum quatuor mensium Priori, & Conventui dicti monasterii per quaternum teneatur debitum ponere rationem de introitu, & exitu bonorum omnium prædictorum, & antequam incipiat ministrare præstet in manibus dicti Prioris corporale juramentum de exercendo legaliter, & fideliter officium supradictum. Item quod liceat Priori, seu procuratori dicti monasterii S. Benedicti ipsum monasterium, seu bona illius in totum, vel in partem obbligare, seu mutuum recipere quacumque ratione, vel causa, nisi usque ad summam duarum unciarum auri causa expressa, & necessario exigente, & tunc si utilitas, seu necessitas monasterii immineret, fiat de consilio, & consensu Conventus*

nota.

ipsius

Nota.

ipsius Monasterii, seu majoris, & sanieris partis ejusdem, & non aliter, & semel in anno, ultra tamen dictam, quantitatem aut si fieri pluries in anno causa suppeteret, fiat cum consensu dicti Conventus ut supra a dicto domino Abbate, petita licentia, & obtenta, & omnis obbligatio in contrarium facta ipso jure sit nulla, & contrarium facientes, prout dignum fuerit, priventur. Item quod prædictus dominus Abbas per se personaliter, vel per dictum Priorem dicti monasterii Specus, aut per duos Monachos ejusdem monasterii S. Regulæ zelatores, & non per alias personas semel in anno dictum monasterium S. Benedicti, ac ipsius Priorem Monachos, Conversos, & Oblatos valeat modo congruo visitare, corrigere, & emendare, ac etiam reformare. Item quod dictus Prior S. Benedicti possit, & ei liceat cum consilio, voluntate, & consensu Monachorum dicti Conventus, vel sanioris partis ipsorum licet numero minoris recipere in dicto monasterio Monachos, & oblatos tam clericos, quam laicos. Item quod dictus Prior S. Benedicti cum consilio, & consensu dicti Conventus, vel sanioris partis ejusdem possit, & valeat in quibuscumque locis, & partibus loca, & monasteria recipere, & de novo construere, & ædificare modis, & viis legitimis, licitis, & honestis, quæ quidem monasteria ædificanda, & construenda tam in electione, & confirmatione Priorum, quam in omnibus, & singulis supradictis eandem subjectionem, & formam eundemque modum tenebunt, habebunt, & observabunt cum dicto Monasterio S. Benedicti, ejusque Prioris in omnibus, & per omnia, quemadmodum ipsum Monasterium S. Benedicti, ejusque Prior cum dicto domino Abbate, ac cum dicto monasterio Specus ejusque Priore observare, ut prædicitur, tenetur, & debet, hoc tamen salvo, quod si dictus Prior S. Benedicti nollet, aut non posset dictos sibi in futurum subjectos Priores vel eorum Conventus visitare, corrigere, & reformare sicut decet, & hoc dicto domino Abbati, vel Priori dicti Specus plene constiterit, quod semel dictum Priorem S. Benedicti commonere debeat, ut circa delinquentes Monasteriorum ipsorum rationabiliter, & omni charitate suas vires extendat, quod si denuo negligens fuerit, aut forsitan corrigere non potuerit, et hoc similiter dicto domino Abbati, aut dicto Priori casu quo supra constiterit, aut eis per Priorem, et Conventum dicti monasterii S. Benedicti suasum fuerit, quod tunc in utroque casu valeat, et possit dictus dominus Abbas, aut dictus Prior Specus in casu prædicto visitare, delinquentes ipsos emendare, corrigere, et reformare sicut decet. Item quod tam dictus Prior dicti Monasterii S. Benedicti, quam alii Priores eidem monasterio imposterum subiecturi teneantur, et debeant singulis tribus annis semel cum uno Monacho singulorum monasteriorum suorum per eosdem Conventus ad hoc electo in dicto monasterio Specus ad capitulum convenire, cui capitulo dictus

nota.

dominus Abbas, aut dicti monasterii Specus Prior debeat præsidere. Item quod Prior dicti monasterii S. Benedicti teneat primum locum in dicto triennali capitulo post Priorem dicti monasterii Specus &c. Præterea prænominatus dominus Abbas Prior, & Monachi Specus expresse, & ex certa scientia confirmaverunt dicto loco S. Benedicti diœcesis Calinensis omnia bona mobilia, & stabilia, quæ in præsentiarum possidet, vel imposterum deo propitio, modis legitimis possidebit. In cujus rei testimonium, & perpetuam memoriam futurorum præsens scriptum tam de mandato prædicti domini Abbatis, quam de voluntate Prioris, & Monachorum superius positorum scriptum, & publicatum est per me Notarium infrascriptum, & præfati domini Abbatis sigilli proprii appensione munitum. Actum in dicto capitulo monasterii Specus &c. Et ego Petrus quondam Rufuli de Sublaco imperiali auctoritate notarius publicus prædictis omnibus, & singulis præsens interfui rogatus scribere scripsi, & publicavi, meoque solito signo signavi. Easdem hasce gratias ratas habuit die 7. Februarii an. 1369. Bartholomæus Senensis Abbas S. Specus cum suis Monachis penes acta notarii imperialis Angeli de Jacobo Berardo a Sublacu, & Urbanus V. speciali bulla sub Datum: *Romæ apud S. Petrum XII. Kal. Martii Pontificatus nostri anno VII.*, cui integrum memorati Notarii instrumentum inseruit.

Donationes illi factæ.

Anno 1344. die 2. Martii penes acta notarii Francisci de Landolino Nicolaus de Peregrino ejusque nepos Simeon a Mondragone arva quædam monasterii S. Benedicti dono dedere, atque in instromento hæc aduotanda leguntur: *Epropter pietatis oculum convertentes in monasterium S. Benedicti situm in loco S. Annæ de Aquaviva de territorio dicta Rocca, ac Priorem & Monachos degentes ibidem Ordinis S. Benedicti, viros utique spirituales pauperes, et, ut dixerunt, merito laude dignos, eo quod scriptum legitur Ecclesiast. cap. 12. vers. 5., et seqq.* Da bono, & non receperis peccatorem, benefac humili; & non dederis impio, prohibe panes illi dari, ne in ipsis potentior te sit, nam duplicia mala invenies in omnibus bonis quæcumque feceris illi, quoniam & Altissimus odio habet peccatores, & impiis reddet vindictam, *prætaventes ut utumque vitam ad tempus ducunt, ne asperrimum in extremo examine valeant subire judicium, quod tenacibus impiis, crudelibusque redundabit ad pœnam, piis pauperibus viscera non reserantibus pietatis religiosos ipsos pauperes in parte fovere, et pascere affectuosissime intendentes cum terrenis cœlestia, et eterna temporalibus operentur. Idcirco quod cordialiter conceperunt effectu clarissimo elucidare volentes, et dei beatissimæque Virginis ejus matris ac gloriosissimi Benedicti almifici Patris Patrum cui affectuosius tota se intentione committunt reverentiam, et honorum sponte, et bona eorum animi voluntate etc.*

Et Indulgentiæ.

Quasdam etiam indulgentias Urbanus V. iis concessit, qui statis anni diebus visitarent ecclesiam S. Benedicti, seu S. Annæ, ut hac bulla autographa in archivo nostro constat. *Urbanus Episcopus servus servorum Dei universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem. Licet is de cujus munere venit, ut sibi a suis fidelibus digne, ac laudabiliter serviatur, de abundantia pietatis suæ, quæ merita supplicum excedit, et vota, multo majora retribuat, quam valeant promereri, nihilominus tamen desiderantes domino reddere populum acceptabilem, fideles ipsos ad complacendum ei quasi quibusdam allectivis muneribus, indulgentiis videlicet, et remissionibus invitamus, ut exinde reddantur divinæ gratiæ aptiores. Cupientes igitur, ut ecclesia et Prioratus S. Benedicti de Aquaviva, territorii Roccha-Montis Dragonis*

Ordi-

Ordinis ejusdem sancti Carinolensis diœcesis, qui de novo constructus esse dicitur, congruis honoribus frequentetur, & ut Christi fideles eo libentius causa devotionis confluant ad eandem, quo ibidem uberius dono celestis gratiæ prospexerint se refectos, de omnipotentis dei misericordia, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui in Nativitatis, Circumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis, Corporis Domini nostri Jesu Christi, Pentecostes, ac Nativitatis, Annunciationis, Purificationis, & Assumptionis B. Mariæ Virginis, Nativitatis B. Johannis Baptistæ, Beatorum Petri, & Pauli apostolorum, & S. Benedicti prædictorum, ac in Dedicatione ipsius ecclesiæ festivitatibus, & celebritate omnium sanctorum, & per ipsarum Nativitatis, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis, & Corporis Domini, Nativitatis, & Assumptionis B. Mariæ, Nativitatis B. Johannis, & Apostolorum prædictorum Festivitatum octabas, & per sex dies dictam festivitatem Pentecostes immediate sequentes, præfatam ecclesiam devote visitaverint annuatim, & ad ejus fabricam manus porrexerint adjutrices, unum annum, & quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis singulis videlicet festivitatum, & octabus diebus, ac præfatis sex diebus aliis, quibus ecclesiam ipsam visitaverint, & manus porrexerint, ut præfertur, misericorditer relaxamus. Præsentibus post decennium minime valituris. Datum Avinione VIII. Kalend. Octobris, Pontificatus nostri anno primo. B. XV Stephani R. de Laulons.

Quatuordecim auri unciæ illis quotannis datæ.

Regina Johanna pro comparandis vestibus cœnobii hujus monachis duodecim quotannis auri uncias concessit an. 1371., quæ ex collectis Fundani Comitatus colligerentur, duasque alias ex concessione Philippi CP.ni Imperatoris an. 1377. Ratas hasce quatuordecim unciarum auri donationes habuit Carolus III., easque colligendas edixit ex doganis, fundisque civitatis Cajetæ, ut hoc privilegio constat, cui illud Johannæ insertum est.

Ex originali in Archivo.

Karolus tercius dei gracia rex Jerusalem, & Siciliæ, Provinciæ, & Forcalqueris, ac Pedemontis comes, Magnifico Viro . . magna regni Siciliæ Camerario, vel ejus locumtenentibus dilectis Consiliariis, ac Capitaneis civitatis nostræ Gajetæ, secretis quoque principatus, & Terræ laboris, nec non Dohaneriis, & Fundicariis, ac quibuscumque perceptoribus jurium, redituum, & proventuum majoris Fundici, & Dohannæ dictæ civitatis Cajetæ, Cabellotis, seu Credenceriis præsentibus, & futuris fidelibus nostris graciam, & bonam voluntatem. Scire vos facimus, quod venerabili monasterio, & conventui S. Annæ super roccam Montis dragonis Ordinis beati Benedicti, ac Monacis ejusdem monasterii fidelibus, & devotis Oratoribus nostris patentes litteras nostras nuper concessimus in verba. Karolus tercius dei gracia rex Jerusalem, & Siciliæ, Provinciæ, & Forcalquerii, ac Pedemonsis Comes. Universis præsentes litteras inspecturis tam præsentibus, quam futuris. Dudum olim regina Johanna Monasterio, seu Conventui S. Annæ super Roccam Montis Dragonis Ordinis beati Benedicti ejusdem monasterii suas concessit litteras subscriptam seriem continentes. Johanna dei gratia regina Jerusalem, & Siciliæ, Ducatus Apuleæ, & principatus Capuæ Provinciæ, & Forcalqueris, ac Pedemontis Comitissa universis præsentes litteras inspecturis tam præsentibus quam futuris. Et si ad religionis singulas divinis servitiis dedicatas specialis devotionis zelus nos provehit, & sincera devotionis charitas nos accendit, ad religionem tamen egregii confessoris B. Benedicti tamquam doctrinæ speculum, & honestatis exemplum spiritus, nos quidam spiritualis devotionis annectit; Hujus itaque considerationis instinctu ad monasterium, & Conventum S. Annæ, super roccam Montis Dragonis ejusdem Ordinis B. Benedicti, cujus Monachos in illo degentes regulam confessoris ejusdem ad unguem servare didicimus, victum eorum labore manuum acquirendo pium gerentes devotionis affectum ipsosque volentes in hujusmodi dei servicio placido præsidialiter confovere eidem monasterio, seu Conventui, & Monachis in Dei famulatu in illo degentibus de annuis unciis auri duodecim generalis ponderis percipiendis per eos in perpetuum annis singulis super pecunia generalis subventionis, seu collecta per homines Comitatus Fundorum anno quolibet eidem nostræ curiæ exinde debita pro indumentis necessariis Monachorum ipsorum in nostrorum remissione peccaminum tam gratiose, quam eleemosynaliter pro confessoris ejusdem reverentia absque retentione Feudalis servitii duximus de certa nostra scientia, & liberalitate mera harum serie noviter providendum; sic equidem, quod in perceptione, & habitione dictarum unciarum duodecim annuarum dictum monasterium, & conventus, seu Monachi ipsi vigore, seu prætextu cujuscumque revocationis, seu suspensionis faciendæ per nos, seu successores nostros de quibuscumque provisionibus, seu pecuniariis stabilitionibus, generaliter, aut specialiter, sub quacumque forma, & expressione verborum, nullum diminutionis, seu retardationis incommodum, seu impedimentum aliquod ullo unquam tempore patiantur, investientes præsertim religiosum virum Fratrem Placidum de Neapoli dicti monasterii Priorem, tam nomine ipsius monasterii, quam Monachorum in illo, ut prædicitur, degentium, per anulum nostrum de præsenti nostra gratia, ut est moris, edictis, seu ordinationibus nostris aliis huic forte contrariis factis, vel faciendis sub quacumque forma verborum nullatenus obstituris. In cujus rei testimonium præsentes literas exinde fieri, & pendenti majestatis nostræ sigillo jussimus communiri. Datum Neapoli per virum magnificum Ligorium Zurulum de Neapoli militem Logothetam, & Prothonotarium regni Siciliæ, Collateralem Consiliarium, & fidelem nostrum dilectum anno domini millesimo trecentesimo septuagesimoprimo, die vigesimoquarta Aprilis nonæ indictionis, regnorum nostrorum anno vigesimo nono. Nec non præfata olim regina Johanna gerens ad dictum monasterium, & ordinem sinceræ devotionis, & pietatis affectum, duas uncias ponderis generalis, quas olim haberi monasterium conventus, & monachi ad litteras claræ mem. domini Philippi Imperatoris Constantinopolitani, & post ejus mortem confirmatas per dictam olim reginam ad preces generalium subventionum præfati Comitatus Fundorum nostræ curiæ debitam percipere, & habere debebant, privilegialiter commutavit, prout, & sicut dicta litera concessa per præfatam olim reginam data in camera ipsius, sub anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo septimo, die octavodecimo Augusti quintæ indictionis, ac nostra curia præsentata

ferro-

feriosias continent, & declarant. Verum pro parte Prioris, & Monachorum dicti monasterii, & Conventus exitiis majestati nostræ humiliter supplicatum, quatenus supradictas provisiones, confirmationem, & commutationes acceptare, & confirmare nihilominus pro illorum abiliori assecutione, tam dictarum unciarum duodecim, quam duarum ad aliam precem nostrorum jurium ipsas uncias quatuordecim in summam de speciali gratia dignaremur. Nos itaque ad præfatum monasterium diligentes nostræ benigna, sinceræ devotionis affectum, nimirum compatientes necessitatibus eorundem, prædictas concessionis confirmationis, & commutationis literas secundum ipsarum mentem, seriem, & tenorem acceptantes, confirmantes, ac confirmationis nostræ munimine roborantes, ut habilius dictis viris religiosis de præfatis quatuordecim unciis prout intendimus satisfiat ipsas uncias quatuordecim præmisso modo concessas confirmatas, & commutatas ad prædictorum redditnum, & proventuum majoris fundici, & Dobanæ civitatis Gaetæ de certa nostra scientia, & speciali gratia, harum tenore præsentium commutamus, volentes, & decernentes expresso, quod hujusmodi concessiones, confirmationes, & commutatio nostra, ut præfertur gratiosè secuta perpetuo ipsi monasterio, & conventui, ac Fratribus efficaciter stabilis, & incommutabiliter sint reales, quo circa resignatis prius per eosdem Fratres in nostra curia præfatis literis olim reginæ, tam concessionis, quam confirmationis, et commutationis, ac laceratis in illa, & in registris ipsius curiæ cancellatis, volumus, ac Dobaneriis, et Fundicariis, Cabellotis, & aliis Perceptoribus, quibuscumque jurium prædicti majoris Fundici, et Dobanæ dictæ civitatis, ad quos spectat, et spectare poterit præsentibus, et futuris de dicta certa nostra scientia mandamus expresse, quatenus eidem monasterio, seu Fratribus ipsius, aut eorum procuratori, vel nuncio jamdictas uncias quatuordecim ponderis generalis per annum eidem Monasterio elemosynaliter, ut præfertur, concessas, & per nos præmisso modo confirmatas, & commutatas de prædictorum jurium, redditnum, & proventuum dicti majoris Fundici, & Dobanæ civitatis Gaetæ, tam recollecta quam recolligenda per eos de jure proventibus, & redditibus supradictis, vigore præsentium anno quolibet integraliter exornant in perpetuum, nullumque eisdem Fratribus, super solutione hujusmodi, quocumque prætextu, vel causa obstaculum ingerant, sicut habent gratiam nostram caram, cum velimus, quod eidem monasterio, seu Fratribus ipsius de dictis quatuordecim unciis sicut prædicitur penitus, & infallibiliter satisfiat, recepturi ab iisdem Fratribus, seu dicto ipsorum procuratore, vel nuncio de iis, quæ eisdem solvuntur suis vicibus debitam apodixam, in eorum computum producendam, & etiam acceptandam: præsentes autem literas post earum opportunam inspectionem, remanere volumus præsentanti, eisdem Monasterio, conventui, & Fratribus in antea perpetuo; & efficaciter valituras. In cujus rei testimonium præsentes literas exinde fieri, & pendenti majestatis nostræ sigillo jussimus communiri. Datum Neapoli per virum Magnificum Johannem de Ursinis Comitem Manupelli Logothetam, & prothonotarium regni nostri Siciliæ, collateralem consiliarium, & fidelem nostrum dilectum anno domini millesimo tricentesimo, octuagesimo primo, quinta indictionis. Regnorum nostrorum anno primo: Intendentes itaque præfatum Monasterium, & conventum, & Monachos Monasterii supradicti assequi realiter ejusdem concessionis, & gratiæ nostræ fructum, volumus, & fidelitati vestræ de dicta certa scientia nostra harum serie mandamus expresse, quatenus tenore præscriptarum literarum nostrarum per vos diligenter attento, & in omnibus efficaciter observato, juxta illas vos prædicti dobanerii, & fundicarii, ac perceptores, cabelloti, seu credencerii dictorum majoris Fundici, & Dobanæ ipsius civitatis nostræ Cajetæ, præsentes firmiter . . . . . . eisdem monasterio, ac conventui, & Monachis dicti Monasterii, seu Priori monasterii supradicti nomine, & pro parte ipsorum, aut eorum procuratore, vel nuncio, jam dictas uncias quatuordecim dicti ponderis generalis per annum eis per nos elcemosynaliter, sicut prædicitur, confirmatas, & commutatas, ac concessas exhibere provisas, quolibet scilicet anno a die datarum præscriptarum litterarum nostrarum in antea numerande de pecunia Jurium, redditnum, & proventuum dictorum majoris Fundici, & Dobanæ ipsius civitatis nostræ Gajetæ, sistente, & futura per manus vestras officiorum vestrorum temporibus per competentes cujuslibet anni terminos integre, & sine diminutione aliqua, & absque retentione, deductione, vel præstatione feudalis servitii nostram curiam propterea contingentes, quod eis relaxamus, & remittimus gratiose, prout in præscriptis dictæ olim reginæ literis continetur vigore præsentium exolvatis, & recipiatis ab eis, seu dicto ipsorum procuratore, vel nuncio de his, quæ ipsis solvetis exinde suis vicibus debitam apodixam, quam vobis plene sufficere volumus ad canthellam, illamque una cum solutione hujusmodi in vestro computo acceptari pariter, & admitti nullis canthelis aliis, quam præsentibus nostris literis cum apodixa jam dicta a vobis propterea quomodolibet requirendis; vosque prædicti magne camerario, vel locumtenentes, ac capitanei, & secreti præsentes similiter, & futuri, non impediatis in aliquo solutionem eandem, imo dictos dobanerios, & fundicarios, ac perceptores, cabellotos, seu credencerios ad illum, sicut prædicitur faciendum, si, & prout opus fuerit arctius compellatis, præsentes autem literas post opportunam inspectionem earum, transumpta ipsarum per vos dictos dobanerios, & fundicarios, ac perceptores cabellotos, seu credencerios, prout vestra intererit in publica forma recepto pro canthela restitui volumus præsentanti, præmisso modo efficaciter in antea valituras. Datum Neapoli in camera nostra, anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo primo die vigesimo Octobris quinta indictionis, regnorum nostrorum primo. Adest sigillum pendens in cera rubea. In privilegio Johannæ hæc adnotanda: *Cujus Monachos in illo degentes regulam confessoris ejusdem* (S.Benedicti) *ad unguem servare didicimus, victum eorum labore manuum aquirendo, &c.* Philippus in hoc privilegio memoratus Princeps fuit Tarentinus, & Filius Caroli II. Duas uxores habuit, quarum I. filia fuit, & hæres Despotæ Romaniæ, altera appellata Catharina Filia fuit Caroli Valesii ex secunda uxore, quæ nata erat Balduini CP.ni Imperatoris, cui in Imperio successit, eaque de causa Catharina quoque appellata est CP.na Imperatrix, ut constat ex cit. Genealogia.

logia. Eandem donationem hoc alio privilegio confirmavit Johanna II. in quo eadem, atque in illo Johannæ I. continentur verba a nobis adnotata,

Ex originali in Archivo.

Johanna II. Dei gratia Ungaria, Jerusalem, Sicilia, Dalmacia, Croacia, Rama, Servia, Galicia, Lodomeria, Cumania, Bulgariaque regina, Provincia & Forcalquerii, ac Pedemontis Comitissa, Magnifico viro Magne Camerario regni nostri Sicilia, vel . . ejus Locumtenenti, & Præsidentibus Camera nostra summaria, Consiliariis, Capitaneis quoque civitatis nostra Gaeta, & secretis Principatus, & Terra laboris vel locatenentibus eorundem, nec non Dobaneriis, & Fundicariis, emptoribus, exercitatoribus, & quibuscumque perceptoribus jurium, redditnum, & proventuum majoris Fundici, & Dobana dicta Civitatis nostra Gaeta, Cabellotis, seu Credenceriis præsentibus, & futuris, ac Universitati, & hominibus civitatis prædicta fidelibus nostris dilectis gratiam, & bonam volnatatem. Sicut nobis plene constitit, & constat ex inspectione quarumdam litterarum claræ memoria domini regis Karoli tercii reverendi domini genitoris nostri, cum inserto tenore quarumdam aliarum litterarum illustris quondam Johanna olim Jerusalem, & Sicilia reginæ originaliter in nostra curia productarum, inspectarum, & cognitarum, prædicta olim Regina ad monasteriam, & conventum S. Anna supra Roccam Montis Dragonis Ordinis beati Benedicti pium gerens devocionis affectum, eidem monasterio, seu conventai, & Monachis in illo degentibus, & dee famulantibus de annuis unciis duodecim ponderis generalis percipiendis per eos annis singulis super pecunia generalis subventionis, seu collecta Comitatus Fundorum curia sua debita pro indumentis religiosorum prædictorum, absque alicujus præstacione servicii gratiose providit, & deinde alias duas uncias, quas dicti religiosi ad literas claræ mem. domini Philippi Imperatoris Constantinopolitani habebant, certo mode percipere post ejusdem imperatoris obitum ad pecuniam collectarum dicti Comitatus Fundorum commutavit, & illas religiosis prædictis super dicta porcione solvi jussit, & successive præfatus quondam dominus rex noster genitor ipsorum religiosoram supplicationibus motus, & ad eos gerens sincerum charitatis affectum, ac compaciens per consequens necessitatibus eorandem, tam dictas uncias duodecim, quam præfatas alias uncias duas eis eleemosinaliter per dictam qu. reginam concessas, ut prædicitur, de certa sua scientia confirmavit, illasque ad jura, redditus, & proventus dictorum majoris Fundici, & Dobana ejusdem civitatis nostra Gaeta, pro ipsarum habiliori confectione, de dicta certa sua scientia commutavit percipiendas, & habendas per jam dictos religiosos annuatim super juribus supradictis sicut hac, & alia in dictis regiis paternis literis, propterea concessis, & factis religiosis eisdem plenius, & seriosius continentur. Verum sicut dictorum religiosorum expositio nobis noviter facta continuit a diu regni nostri conditionibus, & dispositionibus satis fluctuose labentibus, & similiter propter diversas vendiciones, & locationes de juribus dictorum majoris Fundici, & Dobana Gaeta, per regiam Fraternam, & nostram curiam in præteritum factis, in quibus ex quadam inadvertencia nulla de eleemosinaria provisione prædicta reservatio facta fuit præfati religiosi ejusdem provisionis annua fuerunt habicionem frustrati, & supplicato pro parte dictorum religiosorum noviter culmini nostro devocius, ut eis magna egestate gravatis, & indumentis præsertim carentibus pie compati, & provisionem ipsam eleemosynariam juxta tenorem dictarum regiarum paternarum eis confirmare, & eleemosynaliter super dictis juribus solvi juberemus, cum jure eis quæsito super dictis juribus, non potuerint de jure frustrari, charitativis affectibus dignaremur. Nos igitur quas ad religionem dicti egregii Confessoris beati Benedicti, tamquam doctrina speculum, & honestatis exemplum spiritus cujusdam specialis devocionis annectis ad hujusmodi monasterium S. Anna, ac conventum, & Monachos in illo degentes, quos regulam Confessoris ejusdem ad unguem servare didicimus, victum eorum labore manuum aquirendo specialem, & præcipuum gerentes devocionis, & charitatis affectum, dictique quondam nostri genitoris volentes in hac parte sequi vestigia, commendanda jam dicte monasterio, nec non conventui, & monachis prædictis in ee circa dei vacantibus famulatum jam dictam provisionem annuam unciarum quatuordecim eis modo prædicto eleemosynaliter concessam juxta præfatarum regiarum paternarum literarum continenciam in plenioris cautela suffragium de certa nostra scientia tenore præsentium confirmamus, ipsamque provisionem piam, & eleemosynariam in præfatis locationibus, & vendicionibus jurium dictorum majoris fundici, & Dobana factis, ut prædicitur, & de cætero per nostram curiam faciendis, qua in præjudicium jurium dictorum religiosorum hucusque fieri non potuerunt, nec in futurum possent includi nolumus, sed eam ab illis exclusam esse decernimus, & volumus specialiter, & expresse, & tamquam ab illis exclusam exhiberi, & solvi volumus ex nunc in antea religiosis ipsis super juribus prælibatis. Ideoque vestræ fidelitati de dicta certa nostra scientia harum serie præcipimus, & mandamus expresse, quatenus vos prædicti Dobanerii, & Fundicarii, emptores, exercitores, Perceptores, Cabelloti, seu Credenceriï dictorum majoris Fundici, & Dobana præsentes, & futuri, ac Universitas, & homines dicta Civitatis nostra Gaeta jam dictis religiosis, vel ipsorum ad hoc Procuratori, seu nuncio pro iisdem hujusmodi provisionem annuam unciarum quatuordecim ponderis supradicti eis eleemosynaliter, & pro ipsorum indumentis, ut præfertur, concessam, & per nos confirmatam, ac exhiberi provisam quolibet scilicet anno, a die datarum præsentium litterarum nostrarum in antea numerando de pecunia jurium, redditnum, & proventuum dictorum majoris Fundici, & Dobana ipsius civitatis nostra Gaeta sistente, & futura per manus vestras officiorum vestrorum temporibus per competentes, & solites cujuslibet anni terminos, prout ad vos spectaverit integre, & sine præstatione, vel solucione servicii supradicti, vigore præsencium solvere, & exhibere curetis, nullumque dictis Religiosis, vel aliis pro eisdem super solutione dicta provisionis annua quocumque prætextu, occasione, seu causa, & signanter prætexta prædictarum vendicionum, & locacionum factarum, ut prædicitur, & faciendarum in antea de juribus dictorum majoris Fundici, & Dobana, a quibus dictam provisionem, & ejus solucionem, ut præfertur, exclusimus, impedimentum, vel obstaculum inferatis, & contrarium non faciatis, sicut habetis gratiam nostram caram, & indignationem nostram cupitis evitare, cum ne-

nostra firme, & incommutabilis intencionis existat, quod præmissis non obstantibus religiosis prædictis, vel alteri pro iisdem hujusmodi annua, & eleemosynaria provisio per vos super dictis juribus omnino, & penitus persolvatur, recepturi ab iisdem religiosis, seu præfato ipsorum ad hac procuratore, vel Nuncio de iis, quæ ipsis solveritis exinde suis vicibus debitam apodixam, quam vobis plene sufficere volumus ad cautelam, illamque una cum solucione hujusmodi in vestro computo acceptari pariter, & admitti, nullis cautelis aliis, quam præsentibus nostris litteris, vel ipsarum transumpto cum apodixa jam dicta a vobis propterea quomodolibet requirendis, & absque nota cujuslibet questionis; vosque prædicti Magne Camerarie, ac locumtenens, præsidenses, nec non capitanei, & secreti, vel Locumtenentes præsentes etiam, & futuri non impediatis in aliquo solucionem eandem, immo illam per jam dictos Dohanerios, & Fundicarios, emptores, exercitores, & perceptores, Cabellotos, seu Credencerios, ac universitatem, & homines fieri, sicut prædicitur, permittatis, & eciam jubeatis, ipsosque ad solutionem hujusmodi, velut præmittitur, faciendam per qualibet realia, & personalia, ac oportuna, & debita favorabiliaque juris remedia, quæ ad id expedire noveritis, arcta districtione cogatis, & in prædictis religiosis eisdem, vel alteri ipsorum nomine, cum opus fuerit, & vos requisiverint, seu requiri fecerint, præstetis opem, operam, auxilium, assistentium, & favorem. Jamdictis vendicionibus, & locationibus jurium prædictorum factis, ut prædicitur, & faciendis in antea sub quibusvis tenoribus, seu formis, ac expressionibus temporum, & dierum, aliisque clausulis quantumcumque derogatoriis, a quibus dicta provisionis solutione, ut præfertur, exclusimus, & excludi volumus, & aliis quibuscumque in contrarium facientibus, seu quidquid in contrarium forte loquentibus, jubentibus, sive dictantibus, quibus in hac parte de dicta certa nostra scientia, motuque proprio, ac per præsentes, & per nostrum eciam decretum derogamus, & derogari volumus, non obstantibus quoquomodo, cum provisiones venerandis locis, & religiosis dei servitiis assidue vacantibus pie, & eleemosynaliter concessa, specialem favorem, atque prærogativam exigant, & ab omni impedimento, & contrarietate sint, & esse debeant penitus aliena. Præsentes autem literas post oportunam inspectionem earum, transumpto ipsarum per vos prædictos Dohanerios, & Fundicarios, Emptores, Exercitores, & Perceptores, Cabellotos, seu Credencerios, ac Universitatem, & homines, prout vestra intererit, in publica forma recepto, pro cautela restitui volumus præsentanti, præmisso modo efficaciter in antea valituras, quas magno nostro pendenti sigillo sigillari jussimus, easque dedimus, & subscripsimus propria manu nostra; ritu, seu ordinatione, vel observantia nostra curie quacumque contraria nullatenus obsistente. Datum in castro nostro Aversa per manus nostri prædicta Johanne . . . . Anno domini millesimo quadrigentesimo, vicesimo sexto, die vicesimo octavo mensis Junii, quarta indictionis, regnorum nostrorum anno duodecimo. De mandato originali orete-nus, & cum deliberatione Consilii. Johannellus. Reg. in Cancellaria. Adest sigillum pendens in cera rubea.

Digna certe Monachorum Specuensium propago hoc Monasterium fuit, de quibus hæc laudat Pius II. oculatus testis in Commentariis suis p. 168. edit. Francofurtensis an. 1614. *Pars Monachorum in hoc monasterio, quod Sublacense diximus appellari dies, ac noctes gratissimas Deo laudes canit; Pars in altero quod specus vocitant, ad quod mille passibus ascenditur, via difficilis, & ferro facta, adeoque præcipiti, ut absque horrore adiri nequeat: hinc profundissima in Anienem descendente rupe in altissimo eminente saxo, nec accessibilis ullo pacto, nisi modo ad dexteram, modo ad sinixtram varios agens flexus in anguis morem, ab imo usque ad summum ducta, & plerisque in locis muro defensa fuisset Monasterium sub altissimo saxo edificatum est, ita ut magna pars ejus vicem tecti gerat, partem exterius construxere ædes; Ipsa sacra, & officina Monachorum multa intra saxum patent. Benedictus magnus ille Monachorum Pater, & Deo plenus, in quo Nursia totum, quod habuit bonitatis effudit, priusquam domus aliqua hoc in loco constructa esset, aut homo quispiam habitaret, solus in hac heremo pœnitentia sibi locum delegit procul ab humano cultu nulli cognitum nisi Deo, in durissimo sibi lapide lectum stravit. Hic se vigiliis, ac jejuniis maceravit. Hic Deo gratissimum præbuit famulatum: Secuti sunt eum discipuli, & captu est habitari spelunca, sicut in altis scopulis nidos videmus arundinum in crepidine lapidum. Ita est, hoc Monasterium cernere affixum sublimi saxo, ex quo sæpe frustra concidunt, quæ aut Monachos perimunt, aut ædificii ruinam faciunt. Multa hic sancti viri miracula referuntur, & tintinnabulum ostenditur, quo Diabolus illusisse bonis operibus conatus est: Monachi circiter viginti hic degunt, (ut par est credere) deo chari, nunquam carnes edunt* nota; *vinum multa domant aqua, jejunia longa producunt; luxuria est duo ova comedisse; oleribus, & pane vescuntur; adsunt & legumina. His epulis mensam onerant, brevissimum tempus cibo datur, nec multo majus somno, reliquum in oratione consumunt, rem divinam peragunt summa devotione, & psallunt deo confidenter. Major pars senum est, quorum plerique in offensa valetudine ad octuagesimum annum pervenere, vultu alacres, & alloquio venerabiles, quorum unica cura est dissolvi tandem, & esse cum Christo. Prius cum superius atque inferius in utroque monasteriorem divinam coram se celebrari jussisset, & omnia loca exosculatus esset; quæ fama vulgaret Benedicti corpus tetigisse, spirituales gratias olargitus, quas Monachi petivere, & omnium conscientiis abunde saturatis ad oppidum pernoctaturus descendit: &c.*

Idq; confirmat Alphonsus Rex. Ex originali in Archivo.

Rex quoque Alphonsus Aragonius idem privilegium Monac. S. Benedicti seu S. Annæ confirmat, ut hac bulla constat. *Alphonsus dei gratia rex Aragonum, Siciliæ citra, & ultra Farum, Valentiæ, Ungaria, Hierusalem, Majoricam, Sardinia, & Corsica, Comes Barchinona, Dux Athenarum, & Neopatria, ac etiam Comes Rossilionis, & Ceritania universis, & singulis presentes litteras inspecturis, tam præsentibus quam futuris. Licet adiectione plenitudo non egeat, nec firmitatem exigat, quod est firmum, confirmatur tamen interdum, quod robur obtinet, non quod necessitas id exposcat, sed ut principiantis virtus, & munificentia clareat, & rei gesta abundantioris cautela robur accedat. Sane attendentes pro parte venerabilium, & religiosorum virorum*

Prioris, & conventus Monasterii S. Annæ de Aquis vivis supra Roccham Montis Draconis, fuisse nobis humiliter supplicatum, quod cum illustrissima domina Johanna II. Jerusalem, & Siciliæ regina mater nostra reverendissima, memoriæ laude digna, ac illustris vir Jacobus Comes Marchiæ nomine utique regio, quo tunc nominabatur eisdem concesserint quoddam privilegium confirmationis, & novæ concessionis annuæ pensionis unciarum quatuordecim carolenorum argenti communis ponderis elemosinaliter ab olim in subsidium vestimentorum dicti monasterii, Monachorum, duarum videlicet per cl. mem. Philippum Imperatorem Constantinopolitanum, & duodecim per Johannam primam Jherusalem, & Siciliæ reginam, cujus tenor sequitur sub his verbis. Jacobus & Johanna secunda dei gratia Hungariæ, Hierusalem, Siciliæ, Dalmatiæ, Croaciæ, Ramæ, Serviæ, Galitiæ, Lodomeriæ, Cumaniæ, Bulgariæque rex & regina, Marchiæ, Castrensis, Provinciæ, & Forcalquorii, ac Pedemontis Comites, universis, & singulis præsenses litteras inspecturis tam præsentibus, quam futuris. Si venerandis ecclesiis nos præbuimus actenus, & præbemus assidue, dum comode possumus, piæ mentis affectionis munificos, sequens est, ut quod ablatum indigne conspicimus restitui promptius faciamus, sane gerentes specialis devotionis affectum ad Monasterium S. Annæ de Aquis vivis supra Roccham Montis draconis ordinis S. Benedicti, moti quoque devotis supplicationibus nobis noviter porrectis pro parte Monachorum, & Conventus dicti monasterii eisdem Monachis, & Conventui annuas uncias auri de carolenis argenti ponderis generalis eis annis singulis in perpetuum elemosynaliter ab olim dari provisas, & in subsidium vestimentorum eorundem Monachorum, & Conventus, qui pro tempore fuerint, duodecim videlicet per cl. mem. dominam reginam Johannam primam super prima generalis subventionis, & collecta Comitatus fundorum pro indumentis Monachorum ipsorum absque solutione fendalis servitii, & alias uncias auri duas olim concessas eisdem Monachis, & Conventui per Philippum Imperatorem Constantinopolitanum eis postmodum per dictam q. reginam Johannam super prima generalium subventionum præfati Comitatus, Fundorum, prout in litteris ipsius Johannæ primæ, & præfati Philippi Imperatoris asseritur plenius contineri commutatas postmodum ipsas uncias quatuordecim per cl. mem. dominum regem Carolum tertium nostræ reginæ reverendissimum genitorem super juribus Dohanæ Civitatis nostræ Gajetæ, prout in litteris dicti domini Caroli regis tertii plenius continetur non obstante quod ipsi Monachi & Conventus hujusmodi provisione elemosynali aliquo tempore citra destituti, & spoliati fuerint, ipsamque provisionem a dicto tempore non perceperint juxta ejusdem domini regis Caroli tertii prædictarum litterarum continentiam, & tenorem, ac ipsas regias litteras, & contenta in eis, quarum tenorem haberi volumus præsentibus pro sufficienter expresso, tenore præsentium de certa nostra scientia, specialique gratia confirmamus, ratificamus, approbamus, & acceptamus, ac nostræ potestatis, & authoritatis præsidio communimus, mandantes propterea Magno Camerario regni nostri Siciliæ vicamgerentibus, Justitiariis Provinciæ Terræ laboris, ac Capitaneis, & judicibus dictæ civitatis nostræ Gajetæ, necnon magistris Camerariis, Commissariis, secretis, Ærariis, & magistris Portulanis, Dohaneriis quoque, & Fundicariis, ac quibuscumque Perceptoribus Jurium, redditumm, & proventuum præfatæ Dohanæ Civitatis Cajetæ, Cabellotis insuper, & Credenceriis ejusdem Dohanæ cæterisque officialibus quocumque nomine nuncupatis, ac officio, & jurisdictione fungentibus, eorumque locatenentibus, ad quos spectet, & spectabit præsentibus, & futuris, quatenus, forma præfatarum litterarum præfati domini regis Caroli tertii reverendi genitoris nostri reginæ, ac præsentium per eos, & eorum quemlibet diligenter attenta, & in omnibus inviolabiliter observata eisdem Monachis, & Conventui præsentibus scilicet, & futuris dicti Monasterii S. Annæ præfatam annuam provisionem unciarum quatuordecim de dictis carlenis super juribus, fructibus, reddistibus, & proventibus Dohanæ prædictæ exolvant exolvique mandent, & faciant juxta supradictarum dicti Domini regis Caroli tertii, & presentium litterarum nostrarum continentias, & tenores, non obstante, quod ipsi Monachi, & Conventus præfata provisione elemosynali a certo tempore citra destituti, & spoliati fuerint, ipsamque provisionem non perceperint, ut superius dictum est, quibuscumque commissionibus, ordinationibus, literis, & mandatis præsentibus forte contrariis non obstantibus quovismodo, in cujus rei testimonium presentes litteras exinde fieri, & magno communi nostro pendenti sigillo jussimus communiri. Datum Neapoli per virum Magnificum Franciscum Zurulum de Neapoli Comitem Montis auri logothetam, & Prothonotarium regni nostri Siciliæ Collateralem Consiliarium, & fidelem nostrum dilectum anno domini millesimo quatrigentesimo quintodecimo, die septimo mensis Octobris, nonæ indictionis, regnorum nostri regis anno primo, nostri vero reginæ anno secundo, dignaremur de nostri solita regia clementia præinsertum privilegium, & in eo contenta acceptare, ratificare, & nostræ confirmationis præsidio validare. Nos igitur hujusmodi supplicationibus liberaliter inclinati, ob devotionem, quam beato Confessori Benedicto, & ejus religioni gerimus, volentes nostræ munificentiæ dexteram erga dictos Priorem, & Conventum porrigere liberalem, tenore præsentis ex certa nostra scientia liberalitate nostra, & gratia speciali præinsertum privilegium, & omnia, & singula in eo contenta, prout eodem hactenus melius visum fuit acceptamus, approbamus, laudamus, & præsentis nostræ confirmationis munimine roboramus, illadque, & in eodem contenta de novo concedimus, & donamus Priori, & Conventui memoratis. Mandantes propterea Magno Camerario hujus regni vicemgerentibus, Justitiariis provinciæ Terræ laboris, Capitaneo quoque judicibus dictæ nostræ Civitatis Gajetæ, necnon magistris Camerariis, Commissariis, Secretis, Herariis, & magistris Portulanis, Dohaneriis, & Fondicariis, ac quibuscumque perceptoribus jurium, redditumm, & proventuum Dohanæ præfatæ civitatis Gajetæ, Cabellotis insuper, & Credenceriis ejusdem Dohanæ, cæterisque universis, & singulis officialibus quocumque vocabulo nuncupatis, ac officio, & jurisdictione fungentibus, eorumque locatenentibus, ad quos spectet, & spectare poterit præsentibus, & futuris, quatenus privilegium præinsertum, nostramque hujusmodi acceptationem, approbationem, confirmationem, & de novo concessionem, & omnia, & singula in eis contenta teneas

fir-

firmiter, & observet, & plenarie exequatur in oppositum disponentibus non obstantibus quovis modo. In cujus rei testimonium præsentes fieri jussimus nostro hujus regni Siciliæ majestatis magno sigillo in pendenti munitas. Datum Gajetæ per Magnificum virum Algiasum de Ursinis militem, Cancellarium, Collateralem Consiliarium fidelem nobis plurimum sincere dilectum, die vicesimo sexta Aprilis anno a Nativitate domini millesimo quatricentesimo trigesimo sexto, regnique nostri Siciliæ citra Forum anno secundo, alio vero regnorum nostrorum vicesimo primo. Rex Alphonsus. Dñus rex mandavit mihi bbc. de Plachaviest. Algias Cancellarius. In communi Neapol. primo. Reg. in Cancellaria penes Cancellarium. Adest sigillum cereum pendens: Lubentissime regum Neapolitanorum diplomata in medium proferimus, quod pauca admodum sint edita, quodque ex iis eorum Chronologia deduci ab eruditis facile potest,

Facultas pistrinũ construendi.

Margharita etiam Neapolis regina uxor Caroli III., & vicaria generalis, Monachis ejusdem monasterii facultatem concessit ædificandi pistrinum, ut hoc privilegio constat quod autographum in archivo nostro extat: *Margarita dei gratia regina Ungariæ, Jerusalem, & Siciliæ, Provinciæ, & Forcalquerii, ac Pedemontis Comitissa, serenissimique principis domini regis Karoli tercii reverendi domini viri nostri, in dictis regnis, & Comitatibus Vicaria generalis. Universis præsentes litteras inspecturis, tam præsentibus quam futuris. Salutare opus animo nostra prospicimus, si regalis nostra liberalitas ad conferendas gratias, quæ caduca sunt ecclesiis, & personis venerabilibus benignis affectibus se extendit, pro quibus æterna prosequimur, & cum majori favore nobis retribuitur apud Deum. Sane ad venerandum monasterium S. Annæ de Aquis vivis Ordinis S. Benedicti, situm prope Roccham Montis Drogonis, de dyõc. episcopi Calinensis, ejusque Fratres, & ministros devotos oratores regios, nostros, qui pro salute humani generis continue intendunt, & vacant orationibus apud deum, & considerantes alias quod illa est stabilis, & firma possessio, quam quis sibi edificat ecclesiis, beneficia & gratias conferendo. Priori, & Conventui dicti Monasterii, harum serie, de certa nostra scientia, & speciali gratia Vicariatus nostri auctoritate, qua fungimur, & cum deliberatione nobis assistentis consilii, liberam concedimus licentiam, & potestatem plenariam impertimur, quod ipsi Prior, & Conventus nomine, & pro parte dicti monasterii per se ipsos, seu alios eorum, & dicti monasterii nomine possint, & valeant in solo, seu territorio, ubi dicitur a la forma, prope ipsam formam in Canali scilicet ipsius formæ construere, erigere, & hædificare, seu construi, erigi, & hædificari facere molendinum unum cum omnibus suis necessariis, & etiam oportunis ad macinandum frumentum, & alia victualia pro utilitate, & comodotam dicti monasterii, & gentium in eodem, quam aliorum quorumlibet confluencium ad eundem, qui velint in dicto molendino cum competenti precio macinare, non obstante quod dictum canale, & solum est de publico, & regio curiæ demanio, quodque possint, & valeant nonnullos diversos rivulos aquæ ab inde hinc inde dispersos coadunare, & in unum decursum colligere, ut ex illius decursu aquæ molendinum ipsum habilius possit, & valeat macinare, dummodo hujusmodi molendini constructio, & hedificacio procedat, & fiat absque dispendio reipublicæ, & prejudicio vicinorum. Dantes propterea earundem tenorem præsentium de ipsa certa nostra sciencia ejusdem Vicariatus nostri auctoritatem cum deliberatione qua supra expressius in mandatis universis, & singulis officialibus regni nostri quocumque titulo, et denominacione notentur ad quos spectat, & spectare poterit præsentibus, & futuris quod dictis Priori, & Conventui, seu aliis, aut aliis eorum, & dicti monasterii nomine circa construccionem, & edificationem dicti molendini in dicto loco, & coadunacionem dictæ aquæ, & in unum decursum colligere nullam inferant, seu inferri permittant a quocumque noxiam novitatem, quinimo ipsos construere, & hedificare molendinum ipsum, & quoadunare dictam aquam, & in unum decursum colligere libere, & sine aliqua condiccione permittant. In cujus rei testimonium præsentes litteras fieri, & pendenti Vicariatus nostri sigillo, quo utimur, duximus communiri. Datum Neapoli in absencia locumtenentis Prothonotarii Regni Siciliæ, per venerabilem virum Antonium de Sulmone decretorum doctorem, Vicegerentem Locumtenentis prædicti, dilectum consiliarium, & fidelem regium, & nostrum, anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo sexto, die vigesimotertio Aprilis nona indictionis regnorum dicti domini regis viri nostri Jerusalem, & Siciliæ anno quinto, Ungariæ vero anno primo ∴ Registratu in Cancellaria peñ. Prothonotarium.* Adest sigillum cereum pendens ex chordula serica rubei, croceique coloris. Adnotanda quæ prudentissima hæc regina ait de Monachis: *Qui pro salute humani generis continue intendunt, & vacant orationibus apud Deum &c.* Regina Johanna II. nedum hoc Matris privilegium ratum habuit, verum etiam facultatem monachis concessit ædificandi in eo canali dicto *La forma*, quidquid eorum commodo cederet, ut fusius ex privilegio, cui ipsamet manu sua subscribit, constat, sub *Datum in Castro nostro Capuano Neapolis per manus nostri prædicto Johanne Reginæ anno Domini millesimo quatricentesimo tricesimo, die sexto mensis Junii octavo Indictionis, Regnorum nostrorum anno sextodecimo. Angelillus.*

Johannes de Turrecremata Cassinatibus monasterii istud cedit.

Anno tandem 1467. Cardinalis Johannes episcopus Sabinensis Abbas Commendatarius monasterii Sac. Specus cœnobium S. Benedicti, seu S. Annæ Monachorum ejusdem precibus Cassinensi monasterio hisce literis ex archivo nostro desumptis. *Johannes miseratione divina episcopus Sabinensis, S. Romanæ ecclesiæ Cardinalis, S. Sixti vulgariter nuncupatus, ac Abbatiæ Sublacensis perpetuus Commendatarius. Dilectis nobis in Christo filiis venerabilibus religiosis Priori, & Conventui Sacri monasterii Cassinensis, Ordinis S. Benedicti, quod nullius diœcesis existit, præsentibus, & futuris salutem, & sinceram in domino charitatem. Excellentia meritorum B. Patris Benedicti, qua præ cæteris mundi Monasteriis præfatum Cassinense monasterium tamquam primum, & caput ordinis potitur, & gaudet,* nota: *nec non singularis affectus, & devotio, quas ad ipsum monasterium semper gessimus, & gerimus de præsenti, nos inducunt, ut ipsum aliquibus favoribus, & gratiis prosequamur, & attollamus, & affectuosa indicia devotionis erga deum ostendamus. Exposito siquidem nuper coram nobis pro parte præfatorum*

fatorum Prioris, & Conventus petitio continebat, quod dudum monasterium S. Annæ prope montem Dragonis Calinen. diœcesis Ordinis S. Benedicti pleno jure spectabat, & pertinebat nostro sacro monasterio Sublacensi dicti Ordinis, nec non ordinatio, institutio, destitutio ejusdem, & nihilominus ex post certis justis causis suadentibus quoddam statutum, sive constitutio debitis sollemnitatibus vallata inter prædicta monasteria, et conventus extitit ordinata videlicet, quod nostrum monasterium Sublacense, in eo Monasterio S. Annæ tantum jus haberet confirmandi Priorem electum per Conventum monasterii S. Annæ, visitationemque semel in anno, et nonnulla alia, prout in instrumento publico super inde confecto plenius dicitur contineri, et sicut præfata petitio subjungebat, præfatum Monasterium S. Annæ nimis distans sit a dicto nostro monasterio Sublacensi, atque difformis, et varias, et valde noxius in eo monachis Sublacensibus, qui dum, ut contingit, missi fuerunt ad dictum Monasterium gubernandum persæpe infirmati, sive mortui extiterunt, subjungitur præterea, quod præfatus locus incompositus, ac ineptus est, et ruinam minatur, et quod potius incommodum, quam commodum aliquod ex eo præfatum nostrum Monasterium Sublacense suscipiat, & admodum dubitetur, ne ad alienas manus deveniat, & ab aliquibus impetrari, attentis præmissis expressis, & ab ordine perpetuo alienetur. Quare noster Conventus Sublacensis antedictum Conventum Cassinensem, & literis pluribus, ac nuntiis, ut dicti monasterii S. Annæ derelicti quasi, & destitati curam susciperet, & interpellavit, ac nobis instanter supplicavit, ut separare, & dismembrare dictum Monasterium S. Annæ a dicto monasterio nostro Sublacensi, tamquam eidem onerosum, & incommodum, & tamquam commodum, & utile dicto Monasterio Cassinensi unire, incorporare, & in perpetuam aggregare, & omne jus, si quod præfatum nostrum Monasterium Sublacense in eo habet in dictum monasterium Cassinense transfundere dignaremur, & cum etiam propinquum sit præfato monasterio Cassinensi, nec non multa bona possessiones, & prædia dicto monasterio S. Annæ contigua præfatum monasterium Cassinense habeat, nec ubi commodo fructus, ut asserit, colligendos in tempore reponere possit, obtineat, polliceaturque præfatus Conventus Cassinensis, antedictum monasterium reparare, ac divina in eo augere, & alia agere, & ordinare, quæ deo altissimo placida sint, Religionique ad decus; ac nobis, & Conventibus præfatis ad honorem, & salutem cedant. Unde cupientes prædictis opportune occurrere, præfatumque monasterium S. Annæ a tali ruina, & aliis, ut præmittitur, elevare, nec non Monasterio, & Conventui Cassinensi, quibus admodum afficimur, justa petentibus complacere, & annuere, ut teneamur, præsentium tenore, & auctoritate, qua fungimur dictum Monasterium S. Annæ, accedente ad hoc expresso consensu Prioris, & Conventus nostri monasterii Sublacensis, prout accedit, primo a dicto monasterio nostro Sublacensi liberamus, separamus, distrigamus, & amovemus cum omnibus, & singulis juribus, & pertinentiis suis, & dicto sacro monasterio Cassinensi submittimus, incorporamus, unimus in perpetuum, & aggregamus, cum omnibus juribus, & pertinentiis antedictis extinguentes omnem dependentiam, jus, & superioritatem, quod, & quasi præfatum nostrum monasterium Sublacen. in dicto monasterio S. Annæ quomodocumque habet, & in dictum Monasterium Cassinense transfundentes. Dantesque, & concedentes per præsentes præfatis Priori, & Conventui Cassinensi pro se, & suis successoribus in perpetuum auctoritatem, licentiam, & facultatem dicti monasterii S. Annæ, sicut præmittitur uniti annexi, submissi, ac incorporati dicto monasterio Cassinensi auctoritate propria possessionem capiendi realem, & actualem, omniumque jurium, & pertinentiarum ejus, amovendo exinde quemlibet alium illicitum detentorem, prout nos tenore præsentium amovemus; Mandantesque ac præcipientes colonis laboratoribus, inquilinis, & quibuscumque aliis quocumque nomine censeantur possessiones, & bona dicti monasterii quomodocumque tenentibus, quatenus ex nunc & deinceps dicto monasterio Cassinensi, seu alteri per eum ordinato, sive deputato libere, ac omni prorsus excussione, sive contradictione cessante de fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis integre respondeant. Contradictores vero, contumaces, & rebelles auctoritate nostra prædicta, ac appellatione postposita compescendo, omnibus melioribus modo, via, causa, & forma, quibus melius possumus, & debemus, prædicta concedimus, facimus, & ordinamus. In quorum fidem præsentes fieri fecimus, nostrique pontificalis sigilli jussimus appensione muniri. Datum Romæ in domibus nostræ solitæ residentiæ apud S. Mariam in Transtyberim anno Domini 1467. die vero 17. Januarii Pontificatus SS̃mi in Christo patris, & domini nostri domini Pauli divina providentia Papæ II. anno 3. Et ego Johannes de Ferrera clericus Abulcn. diœcesis r̃mi domini Cardinalis dictæ Abbatiæ Sublacen. commendatarii præfati Secretarius de ejus mandato subscripsi &c. Ex quibus adnotanda magna Johannis Cardinalis erga cœnobium nostrum devotio, atque hæc verba: *Polliceaturque præfatus Conventus Cassinensis antedictum monasterium reparare, ac divina in eo augere, & alia agere, & ordinare, quæ deo altissimo placita sint, religionique ad decus, ac nobis & Conventibus præfatis ad honorem & salutem cedant, &c.* Eam Johannis donationem ratam habuit Sixtus IV. an. 1480. hoc diplomate: *Sixtus Episcopus servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam. Pastoralis officii debitum, quo summus universis orbis ecclesiis, & monasteriis obligati, assidue nos impellit, ut cura ecclesiarum, & Monasteriorum eorundem statum prospere dirigendum cum necessitas subesse conspicitur paternis studiis intendamus, ac illorum necessitatibus occurramus, prout in domino conspicimus salubriter expedire, & iis, quæ propterea processisse comperimus, ut illibata persistant, cum a nobis petitur, Apostolici adiicimus muniminis firmitatem. Sane dilectus filius noster Johannes de Aragonia tituli S. Adriani presbyter Cardinalis, qui monasterium montis Cassini Ordinis S. Benedicti nullius diœcesis ex concessione, & dispensatione sedis apostolicæ in commendam obtinet, nobis exposuit, quod olim pro parte tunc Prioris, & Conventus dicti monasterii bonæ memoriæ Johanni episcopo Sabinen. qui monasterium Sublacense dicti Ordinis etiam nullius diœcesis concessione, & dispensatione similibus in commendum obtinebat exposito, quod licet dudum monasterium S. Annæ prope montem Dragonis dicti Ordinis Caliaensis*

diœ-

diœcesis per Priorem soliti gubernari, illiusque Prioris ordinatio, institutio, & destitutio pleno jure ad Abbatem, & Conventum dicti monasterii Sublacensis pro tempore existentes spectaret, nihilominus ex certis rationabilibus suadentibus causis de consensu Conventuum utriusque monasteriorum prædictorum statutum, & ordinatum fuerat, quod monasterium prædictum Sublacense jus in præfato monasterio S. Annæ confirmandi illius Priorem, & anno quolibet ipsum Monasterium S. Annæ visitandi, ac nonnulla alia in certo Instrumento publico desuper, ut asserebatur, confecto contenta, faciendi dumtaxat haberet, quodque Monasterium ipsum S. Annæ ab eodem monasterio Sublacen. multum distabat, & aer loci ipsius Monasterii S. Annæ Monachis, qui ad illud a monasterio Sublacensi mittebantur multū contrarius, ita ut aerem ipsum perferre nequirent, ipsumque monasterium S. Annæ dicto monasterio Sublacensi potius onerosum, quam utile existebat cum Conventus dicti monasterii Sublacensis Conventum præfati monasterii Montis Cassini litteris, & nunciis requisissent, ut curam, regimen, & administrationem dicti monasterii S. Annæ fere derelicti, & destituti susciperent, ac præfato Johanni episcopo instanter supplicassent, ut monasterium prædictum S. Annæ ab eodem Monasterio Sublacense separaret & illud prædicto Monasterio Montis Casini perpetuo uniret & incorporaret. Idem Joannes episcopus, & Commendatarius ex præmissis, & certis aliis tunc expressis causis monasterium ipsum S. Annæ ab eodem Monasterio Sublacensi dimembravit, & illud cum omnibus juribus, & pertinentiis suis dicto monasterio Montis Cassini submisit, annexuit, & incorporavit, ac omnem dependentiam, superioritatem, & jus, quod, & quas ipsum Monasterium Sublacenso in eodem monasterio S. Annæ habebat in dictum monasterium Montis Cassini transtulit, prout in quibusdam litteris sigillo præfati Johannis Episcopi, & Commendatarii desuper confectis plenius dicitur contineri. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, & sicut etiam exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum moderni Prioris, & conventus ejusdem monasterii Montis Cassini petitio continebat, ipsi Prior, & conventus dicti monasterii Montis Cassini dimembrationis, submissionis, unionis, annexionis, & incorporationis, ac translationis hujusmodi vigore possessionem, vel quasi regiminis, & administrationis, ac bonorum dicti Monasterii S. Annæ assecuti fuerint, pro parte Johannis Cardinalis nobis fuit humiliter supplicatum, ut dimembrationem, summissionem, unionem, annexionem, & incorporationem & translationem hujusmodi pro illorum subsistentia firmiori, auctoritate apostolica confirmare, & approbare ac omne jus reformationis, correctionis, superioritatis, visitationis, institutionis, & destitutionis, omnimodaque potestatis, quod, seu quam præfatum Monasterium Montis Cassini, & illius pro tempore Abbas, seu Commendatarius, ac Prior, & conventus præfati pro tempore existentes in aliis monasteriis, & locis dicto monasterio Montis Cassini quomodolibet subiectis, seu unitis, annexis, & incorporatis de jure vel consuetudine exerceat ad præfatum monasterium S. Annæ, & illius personas, ac loca, nec non jura quæcumque extendere, aliasque eis in præmissis oportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod petentes beneficia ecclesiastica aliis unire, tenerentur exprimere verum valorem tam beneficii uniendi, quam illius, cui unio fieri petitur, alioquin unio non valeret, quodque semper in unionibus fieret commissio ad partes, vocatis, quorum interest, & idem in confirmationibus unionum observari voluimus fructuum, redditum, & proventuum Montis Cassini, & S. Annæ monasteriorum prædictorum veros annuos valores præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, dimembrationem, summissionem, unionem, annexionem, & incorporationem, & translationem hujusmodi, & prout eas concernunt omnia, & singula in dictis litteris Johannis episcopi contenta, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, nec non omnes, & singulos defectus, tam juris, quam facti, seu alicujus alterius solennitatis debita omissa, si qui forsan intervenerint in eisdem, eadem auctoritate supplemus, ac omne jus reformationis, correctionis, superioritatis, Visitationis, Institutionis, & destitutionis, omnimodaque potestatis, quod, seu quam præfatum monasterium Montis Cassini & illius Abbas, seu Commendatarius, ac Prior & conventus pro tempore existentes in aliis monasteriis, & locis dicto monasterio Montis Cassini quomodolibet subiectis, seu unitis, annexis, & incorporatis de jure, vel consuetudine exercent ad præfatum monasterium S. Annæ, & illius personas, & loca, ac quæcumque, itaut Abbas Commendatarius, Prior, & conventus præfati hujusmodi jus. & potestatem in monasterium S. Annæ illiusque personas, ac loca, & jura prædicta exercere, & habere libere, & licite possint, & valeant, prout in aliis monasteriis, & locis eidem monasterio Montis Cassini subiectis habent, & exercent, eadem auctoritate extendimus. Non obstantibus voluntate nostra prædicta, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, nec non statutis, & consuetudinibus monasterium, & ordinum prædictorum, juramento, confirmatione, apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, communitionis, supplementi, & extensionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemtare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto, Kal. Aprilis Pontificatus nostri anno nono. L. Grifus, R. de Vulternis. Gratis pro persona Cardinalis. Visa. Spuda. Adest sigillum plumbeum pendens ex una parte habens *S. Paulus S. Petrus*, ex altera vero: *Sixtus Papa quartus*. Ab eo vero anno 1467. ad hæc tempora monasterium illud pacifice possedere Cassinates cum bonis suis omnibus. De Cardinali Johanne de Turrecremata magna cum laude agunt Ughellius To. I. in descriptione episcop. Sabinen. col. 180. nu. 69. Labbe de scriptor. Ecclesiast. To. I. p. 615. Ciacconius cum Oldoino To. II. col. 916. Magnæ vir pietatis, ac doctrinæ hoc titulo decorari meruit a Pio II. *Fidei defensor, ac Protector:* Obiit octuagenarius an. 1468. VI. Kal. Octobris. Inter alia opera ab eo lucubrata est Commentarius in regulam S. Benedicti. Incoluere hu-

re hujusmodi cœnobium Cassinates, quoad Innocentius X. jussit, ut regulares a quolibet parvo monasterio, & Conventu discederent.

Parthenon Palatioli Cassinatibus concessus.

Ex originali in Archivo.

Bonifacius IX. monasteriom Sanctimonialium S. Mariæ de Palatiolo post Abbatissæ, Monialium, & rectoris obitum, vel cessionem Cassinatibus concessit, ut hac bulla constat. *Bonifacius episcopus servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam. Sedis Apostolica providentia circumspecta circa statum ecclesiarum, & monasteriorum omnium salubriter dirigendum prospicit diligenter, ac ecclesiis, & monasteriis ipsis, ut onerum eis incumbentium relevamen percipiant, se gratiosam quandoque exhibet, & benignam. Hinc est, quod nos dilectorum filiorum Abbatis, & Conventus monasterii Montis Casini, ordinis S. Benedicti, Romana ecclesię immediate subiecti, quod nullius diœcesis existit, supplicationibus inclinati, ut onera eis cotidie incumbentia facilius supportare valeant, monasterium S. Maria Monialium de Palazolo dicti ordinis, necnon ruralem ecclesiam S. Christophori de territorio Pedemontis Aquinatensis diœcesis diruptam, & conquassatam, prope quam nulla est hominum habitatio, quorum omnium centum dicto monasterio Montis Casini, cujus viginti milium florenorum auri fructus, redditus, & proventus, secundum communem extimationem valorem annuum, ut asseritur, non excedunt, cum omnibus juribus, & pertinentiis suis, ex nunc authoritate apostolica tenore præsentium, in perpetuum unimus, annectimus, & incorporamus. Ita quod cedentibus, vel decedentibus dilectis in Christo filiabus Abbatissa, & monialibus monasterii beata Maria, ac rectore ecclesia prædictarum, qui nunc sunt, vel alias dictum monasterium S. Maria, & ecclesiam quomodolibet dimictentibus, liceat ipsis Abbati, & Conventui possessionem ipsorum monasterii S. Marie, ac ecclesia authoritate propria apprehendere, ipsamque in usus proprios retinere perpetuo diocesani loci, vel aliorum quorumcumque super hoc consensu, vel licentia minime requisitis, ita tamen, quod idem monasterium S. Maria in divino cultu, & aliis obsequiis non fraudetur, & Abbas, & Conventus prædicti post adeptam possessionem pacificam ipsius monasterii S. Maria teneantur omnia solita eorundem Monasterii, & Ecclesia incumbentia onera supportare, non obstantibus quibuscumque statutis, & consuetudinibus monasteriorum, & ordinis prædictorum contrariis, juramento, confirmatione apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis &c. Datum Romę apud S. Petrum sexto decimo Kal. Martis pontificatus nostri anno undecimo. P. de Zambecariis. Gratis de mandato domini nostri Papa. T. Duderit.* Adest sigillom plumbeum pendens &c. Plura huic cœnobjo latifundia donata sunt sæculo XII. XIII. & seqq., quarum prima fuit an. 1142. eaque sic incipit.

nota.

Ex originali in archivo.

In nomine domini nostri Jesu Christi anno ab incarnatione ejus millesimo centesimo quadragesimo secundo, mense Februarii quinta indictione, quam & duodecimo anno regni domini nostri Rogerii gloriosissimi regis Sicilia, Ducatus Apulia, & Principatus Capua. Ideoque ego Benedictus, qui sum natibus, & habitator in castro Cœli, & filius q. Benedicti Ratti divina inspiratione compulsus pro mercede, & redemptione anima mea, ut apud omnipotentem dominum de meis delictis requiem, & misericordiam invenire valeam per hanc quoque cartam offero; & trado in ecclesiam, que est monasterium dei gratia religiosarum Monacharum sorores vocabulo S. Marie, qua sita est in loco, ubi vocatur Palaciolo, unde modo regimen tenet dominus Johannes presbyter, & domina Cecilia Abbatissa &c. duas olivarum arbores dat, ac sequitur. Et quicumque subtraxerit suprascriptam meam oblacionem de potestate prædicta ecclesia, & de ejus Rectores, & Monacharum sorores, maledictio Dei Patris, & filii, & spiritus sancti ab eo non recedat, & veniat ei anathema a trecentis decem, & octo Patribus sanctis, & separatum a regno dei, & cum Anna, & Caipha deputetur consortium ejus, & in futuro fiat socius Juda traditoris domini nostri Jesu Christi, simulque socii ejus Datan, & Abiron &c. & tibi Talgisius notarius, & judex scribere rogavi in suprascripto castro Cœli &c.

Prædia empta.

Ex originali in Archivo.

An. 1145. eadem ecclesia prædia duo emit instrumento stipulato a notario Giffrido de castro Cœli quod incipit. *In nomine domini nostri Jesu Christi, anno ab incarnatione ejus millesimo centesimo quadragesimo quinto, quam & quintodecimo anno regni Domini nostri Roggerii gloriosissimi regis Sicilia, Ducatus Apulia, & Principatus Capua mense Januarius indictione octaba. Ideoque ego Rambertus, qui sum natibus, & habitator in castro Cœli, & filius cujusdam Gerardi, seu & ego mulier nomine Donerada mater suprascripti Ramberti &c. per hanc cartam tradentes alienavimus tibi Johanni presbyteri una tecum habens Leto tuum Advocatum pro parte, & vice Ecclesia S. Maria Monacharum, qua constructa esse videtur infra fines suprascripto castro Cœli loco Palaciolo, unde videtur esse domna Cecilia Abbatissa, hoc est duas petias terra &c.*

Sententia pro eo lata.

Ex originali in Archivo.

An. 1153. hæc sententia lata est a Judice Geffrido in caussa vertente inter Sanctimoniales, & Johannem de Todalto, extatque etiam in archivo nostro. ✠ *In nomine domini nostri Jesu Christi anno ab incarnacionis ejus millesimo centesimo quinquagesimo tercio mense Augustum, prima indic. Quam & vicesimo tertio anno regni domini nostri Rogerii gloriosissimi regis Sicilia, Ducatus Apulia, & Principatus Capua. Tercio quoque anno regni domini Guilielmi magnifici regis filii ejus. Dum ego Geffridus judex castrum Cœli essem positus judicare, & diffinire inter caussantes die vero quadam ante nostram præsenciam, & præsente adque conveniente Graciano Stratigoto de castro cœli, aliisque viris quampluribus præsentibus venit vir quidam Johannes de Todaldo nomine nativus, & habitator de prædicto castello. Ex altera parte venerunt domna Cecilia Abbatissa monasterii S. Maria Palacioli cum presbytero Johanne ejusdem monasterii rector, & cum aliis Monachabus. Qui scilicet Johannes de Todaldo, & prædicta Abbatissa cum presbytero, & Monachabus coram nostra præsencia ad hanc devenerunt paccionem, quod Johannes de Todaldo renunciavit se eis habentibus advocatum Talgisium de Castellano de omnibus litibus, & calumnius, quas adversus eos, & Monasterium fecerat de terra una cum domno Guarino Aquinati episcopo, & cum eis litiginm habuerat. Set ita res apud Monasterium manere debebat sicut ab eorum parte fuit probata, & per judicium judicis Talgisii judicata. Unde Johannes de Todaldo obligavit se, & suos heredes, quod si ipsi, aut eorum summissa persona super monasterium, vel supra eos, sem-*

co-

eorum posteros, licet aliquam de hoc moverint, vel componant centum vizanteos aureos, & insuper taciti, & quieti inde maneant. Per hanc autem renunciacionem predicta Abbatissa, & presbyter Johannes habentes prafatum Talgisium advocatum dederunt guadiam ipsi Johanni, & fidejussorem posuerunt Adenulfum Johannis Maria quod redderent ei omnes res suas mobiles, quas ibi invenerunt, quando terrum illam ipse Johannes prajudicium perdidit. Cumque ego predictus Geffridus judex taliter ante me acta hac perfecta vidissem, tunc pro securitate suprascripti monasterii, & ejus rectores adque successores, & ut semper memorando, eaque gesta sunt hunc scriptum judicacionis emisi. ✠ ✠ Ego qui supra Geffridus judex. De Guarino Aquinate episcopo agit Ughellius To. I. in descriptione episcop. Aquin. col. 396. nu. 11. ubi pro cap. 66. Libri IV. Chron. Cassinen. perperam citat cap. 48.

& alia.

An. 1173. hanc pro Beatrice Abbatissa contra Archipresbyterum Aquini tulit sententiam Guilelmus judex in curia Raynaldi episcopi Aquinatis. *In nomine domini nostri Jesu Christi anno incarnacionis ejus millesimo centesimo sopsuagesimo tercio, mense Marcii indictione sexta, anno vero septimo regni domini nostri W. secundi magnifici regis Sicilia, Ducatus Apulia, & Principatus Capua. Dum ego Guilielmus judex Aquinensis judiciali fruerer officio, quadam die pradicti mensis residens in curia domni Rainaldi venerabilis Aquinen. episcopi. Beatrix ecclesia S. Maria de Palaciolo Abbatissa questionem movere cepit supra Johannem Archipresbyterum, & Abbatem ecclesia S. Johannis, dicens quod terram, quam Petrus de Crescencio suprascripta ecclesia S. Johannis judicaverat, sicut pradictus Archipresbyter, & Abbas dicebat, de jure judicare non potuit. Ad hac pradictus Archipresbyter, & Abbat respondit dicens, quod juste, ac racionabiliter judicare poterat, tamquam suam hereditatem. Sed pradicta Abbatissa coram domino Rainaldo venerabili episcopo, & in presencia nostra testes produxit scilicet Taddeum Johannis de Aquino, presbyterum Johannem Bibiani, Guerrasium presbyterum. Johannem de Ruccu, Adenulfum de Lando, & Silvestrum, qui dixerunt, se interfuisse, quando Petrus de Crescencio totum tenimentum, quod habebat, aut conquirere poterat cum voluntate domini sui Rainaldi Buccavitelli suprascriptu ecclesia S. Maria optulerat. Unde ego qui supra judex his racionibus auditis judicavi, quod pradictum tenimentum sicut pradicti testes testati sunt, ecclesia S. Maria deveniret, & tam pro securitate suprascripta ecclesia, ac semper memorando ea, qua supra leguntur, hoc scriptum judicacionis exinde peregi. Quod tibi Robberto notario scribere pracepi in civitate Aquini. ✠ ✠ Ego qui supra Guilielmus judex.* De Raynaldo supra actum.

exemtus onere solvendi census. Ex originali in Archivo.

An. 1285. Johannes Aquini episcopus monasterium hoc exemit onere solvendi censum ecclesiæ S. Petri, quam choro ecclesiæ suæ Cathedralis univerat, ut hoc instrumento constat. *In nomine domini nostri Jesu Christi anno incarnationis ejusdem millesimo ducentesimo octogesimo quinto, mense Septembris, septimo ejusdem mensis, quartadecima indictionis, dominante domino nostro Carolo primogenito illustris domini Caroli principis Salernitani, Jerusalem, Sicilia, Ducatus Apulia, Principatus Capua, ac Achaja Principe Andegavia, Provincia, Forcalcherii, & Tornodori Domino, dominii ejus anno primo. Prasenti puplico docugmento notum facimus, & testamur. Nos Frater Johannes divina miseratione episcopus Aquinas, quod religiosa mulieres, & Abbatissa, & Moniales monasterii S. Maria de Palacziolo a nobis devote, & humiliter, frequenter, & sepius petierunt supplicantes quod ipsum Monasterium, quod erat in redditibus satis tenue & exilo faceremus liberum, & exemptum a prestatione, & solutione duorum tarenorum auri, & granorum auri quinque qua, & quos ecclesia S. Petri de Aquino, quam univimus, atque incorporavimus choro nostra ecclesia Aquinatis idem monasterium annuatim reddere tenebatur. Unde nos pradictorum Abbatissa, ac monialium precibus inclinati, volentesque eisdem facere gratiam specialem, de voluntate, & consensu capituli nostri habendo nobiscum Johannem Bovem judicem pro advocato. In presentia ejusdem judicis Leonardi puplici civitatis Aquini notarii, & subscriptorum licteratorum testium, ad hoc specialiter vocatorum, & rogatorum videlicet presbyteri Adenulfi Cappellani ecclesia S. Andrea de Aquino, presbyteri Johannis de Sancto Patre, Angeli judicis Leonardi, & Angeli Nicolai de Landulpho de Aquino, liberamus in perpetuum, & totaliter exemptum facimus dictum monasterium sancta Maria de Palacziolo a prastatione, & solutione pradictorum duorum tarenorum auri, & granorum auri quinque, quos, & qua dictu ecclesię S. Petri annuatim dictum monasterium, ut pręedictum est, reddere tenebatur, propter quod obligamus nos, successores nostros, & partem nostrę ecclesię Aquinatis pręedictam nostra liberatione, & exemptione dictorum duorum tarenorum auri, & granorum quinque per nos eidem monasterio S. Mariu de Palacziolo factam semper ratam, & firmam in perpetuum tenere, & habere, attendere, & servare, & contra pradicta omnia, vel singula, per nos, vel alios, aut per submissum personam in judicio, vel extra judicium, verbo, vel facto non venire, vel facere occasione aliqua, vel exceptione, qua nobis tum de jure quum de facto competere posset interdum. Ad hujus itaque rei robur perpetuo valiturum, & pradicti Monasterii ejusdem Abbatissa, & ipsarum Monialium cautelam presens puplicum instrumentum exinde confectum est manu pradicti notarii subscriptione nostra, ipsius capituli, & pradictorum Judicit, & testium subscriptionibus roboratum. Actum in choro pradicta ecclesia Aquinatis. Quod ego pradictus Leonardus puplicus Aquini notarius, qui pradictis rogatus interfui, ut supralegitur, scripsi, & meo signo signavi D. † Ego Fr. Johannes Aquini episcopus concessi, & ss. † Ego Archipresbyter Littefridus interfui, consensi, & subscripsi. † Ego presbyter Johannes de Scem. Canonicus Aquinus interfui, consensi, & subscripsi. † Ego magister Constantius Canonicus Aquinas consensi, & subscripsi. † Ego qui supra Johannes judex. † Ego Jacobus Canonicus Aquinas consensi, & subscripsi. † Ego presbyter Andreas Canonicus Aquinaten. consensi, & subscripsi &c. † Ego Franciscus Primicerius Aquinas consensi, interfui, & subscripsi. † Ego Johannes de Alamanno Canonicus Aquinas consensi & subscripsi. † Ego Petrus Canonicus Aquinas consensi, & subscripsi. † Ego Johannes Canonicus Aquinas consensi, & subscripsi. † Ego Petrus Canonicus Aquinas consensi, & subscripsi.* De Johanne

ne agit Ughellius loc. cit. num. 17.

Oblati, Oblatæq; ab Abbatissa ad Professionem admissæ. Ex originali in Archivo.

Ex alio hoc instrumento constat Abbatissam ejus monasterii oblatos, oblatasque ad professionem recepisse, qui post bonorum suorum oblationem, abscissionemque capillorum in eo perpetuo commorarentur. *In nomine domini nostri Jesu Christi anno incarnationis ejusdem millesimo trecentesimo octavo, regnante domino nostro Karolo secundo dei gratia Jerusalem, & Sicilia rege, Ducatus Apulia, & Principatus Capua, Provincia, & Forcalquerii, ac Pedimontis Comite, regnorum vero ejus anno vicesimo quarto, mense Novembris, septima indictionis, die secundo ipsius mensis. Nos Bartholomaus de Jacobo judex Castri Cœli, & Johannes Baccaresse puplicus castri Rocca Sicca regia auctoritate Notarius, præsenti paplico instrumento fatemur, atque testamur, quod in nostri præsentia constituta nobilis, & religiosa mulier Soror Johanna Abbatissa monasterii S. Maria Monialiam de Palaczolo Casale Castricæli coram nobis exposuit, quod olim Raynaldus Scarparolus de eadem terra castri Cæli, & Maria uxor ipsius Raynaldi, volentes se a seculo ad dominum convertere, & in dicto Monasterio ipsi Deo servire, bona sua, & spontanea voluntate obtulerunt se, & bona sua dicto monasterio S. Maria Monialium de Palacziolo, & professionem in manibus olim domnæ Mendula,*

nota.

quæ tunc erat Abbatissa ipsius monasterii fecerunt, & in sigaam oblationis, et conversionis eorum tonsuram sicud alii oblati dicti monasterii deferant, et deferre consueverunt, de manibus ipsias Abbatissæ Mendula receperant, præsentibus ibidem bonis hominibas vocatis pro testibus, et sororibus sais monialibus ipsius Monasterii. Ceterum, quia in dicta oblacione non interfuerunt judex, et notarius, qui exinde conficere possent puplicum instrumentum, nobis pro parte sua, et dicti sui monasterii humiliter sapplicavit, ut dictos testes, et sorores suas Monachas, qui, et qaa tunc temporis præsentes fuerunt, et coram nobis producere intendebat, audire, et examinare diligenter, et ipsoram dicta, et depositiones ad cautelam suam, et dicti sui monasterii in puplicam formam redigere deberemus, nostrum super hoc officium implorando. Nos vero petitionem ipsius admictentes ut justam, notario Jacobo Sabino de castro Cœli habitatori Aquini, quem negotium hajusmodi tangere videbatur, primo denuntiari fecimus, ut prædicto secundo die ad mensem novembris apud ipsam monasterium, ubi prędictos testes recipere intendebamas, receptioni ipsoram testium interesse deberet, si vellet, ipsorum testium juramenta visuri, prędicentes eidem, quod si fortasse non venerit, nihilominus ad ipsorum testium receptionem procedemus. Dicto vero die in ipso termino constituto pręfato notario Jacobo veniente, dante, et commictente mihi notario Johanni vicem suam ad ipsorum testiam juramenta videnda adhibitis nobis infrascriptis testibas de eadem terra castri Cœli ad hoc specialiter vocatis, et rogatis, videlicet Johanne de Onufrio, Nicolao de Riczardo, et Joanne de Raynaldo pro assertionibus infrascriptos testes, et monachas, quos, et quas coram nobis dicta Abbatissa produxerat, recepto ab unoquoque ipsorum de veritate dicenda saper hoc in debita, & consueta forma ad sancta Dei evangelia corporaliter juramento, me subscripto notario Johanne pro parte suprascripti Notarii Jacobi in hac parte præsente, secreto, & separatim, ut moris est, in ipsa ecclesia ejusdem monasterii, recepimus, & ipsos super præmissis examinavimus diligenter. Quorum testium, & Monacharam nomina, & cognomina, & eoram dicta, & depositiones sunt hæc. In primis Nicolaus Mele de eadem terra castri Cœli testis juratus, & interrogatus si sciret, quod olim Raynaldus Scarparolus de castro Cœli, & Maria axor ejus obtulissent se, & bona sua monasterio S. Maria Monialium de Palaczolo de castrocæli, & ia signum oblationis, & conversionis accepisset tonsuram de manibus domina Abbatissa Mendula, qaa tunc erat Abbatissa ipsius monasterii, ut alii oblati ipsius monasterii, & quod fecissent professionem in manibus ipsias domina Abbatissa, dixit, quod sic. In causa scientia interrogatus, dixit, qaod interfuit, & vidit, quando obtulerunt. Se, & sua bona olim prædicto monasterio S. Maria Monialium de Palaczolo de castro cœli, & toto tempore vita sua vidit eos stare in dicto monasterio cum tonsura, ut alii oblati dicti monasterii, usque ad mortem ipsorum, & vocari eos Fratrem Raynaldam, & sororem Mariam de tempore dicta oblationis dixit interrogatus, quod jam sunt elapsi anni quatuordecim, & plus; de loco interrogatus dixit, quod fuit in dicto monasterio sancta Maria ante Altaro majus ipsius ecclesia, dixit etiam quod factam fuit eis officiam sicut fieri consuevit talibus, quando offeruntur, & convertantur sic ad deum, & hæc omnia dixit præsentialiter se vidisse &c. Quibus vero testibus receptis & examinatis diligenter, ego qui supra notarias ipsorum dicta, & depositiones fideliter conscripsi, & ea cam ipso judice, & dictis testibus ascaltavi, & de auctoritate, & mandato ipsias judicis in paplicam formam redegi &c. Quod hoc alio Instrumento confirmatur. *In nomine domini nostri Jesu Christi anno incarnationis ejusdem millesimo trecentesimo qaadragesimo quinto, regnante domina nostra Johauna, dei gratia, Jerusalem, & Sicilia regina Ducatus Apulia, Principatus Capaa, Provincia, & Fokbaiquerii, ac Pedimontis Comitissa, Regnorum vero ejus anno secando, mense Decembris, die sextodecimo ejasdem mensis, terciadecima indictionis. Nos Adeaulfus de Blasio Annalis Castricœli judex, Benedictus magistri Matthai, puplicus ejusdem terra, & ubiqae per provinciam Terra laboris, & Comitatus Molisii regia auctoritate notarius, & subscripti testes &c. notum facimus, & testamur, quod in nostri præsentia Raynaldus filius q. Jacobi Garofani de prædicta terra Castricœli pro suorum remissione peccaminam deo vivo, & vero corde, & animo servire proponens temporibus vita sua, spiritualia temporalibas, quoniam, divina testante pagina, omnia sant transitoria, prater amare, & diligere deum, ac virginem Mariam, bona saa libera, & spontanea voluntate, ea donatione, qua dicitur inter vivos, pure libere simpliciter, & irrevocabiliter, donavit, dedit, & per investituram tradidit sacrę domui ecclesia S. Maria Monialium de Palaczolo Casale castri cœli præfati de diocesi Aquinate omnia bona sua mobilia, & stabilia, seseque moventia, in quibuscamque rebus consistentia, nec non jura, & actiones sibi contra quascumque personas modo quolibet competentia, qaa donatione facta prædictus Raynaldus obtulit, oblavit, & dedicavit personam suam sacra domui sapradictę, in manibas autem venerabilis, & religiosa mulieris sororis Marotta de castrocœli Abbatissa monasterii Monialium S. Marię sapradicta, cui Abbatissa, & Catho-*

Nota.

tholicis successoribus, & sororibus ipsius Abbatissa obedientiam promisit, fidelem servitium, & stabilitatem in predicto monasterio toto tempore vita sue. Predicta autem soror Marotta Abbatissa pro se, & successoribus suis predicta omnia, nomine, & pro parte pralibati monasterii recipiens, promisit pro se, & successoribus suis nomine, & pro parte ipsius monasterii ipsi Raynaldo necessaria erogare, prout ipsius Raynaldi persona exigit, & requirit, & prout in dicto monasterio de consuetudine haberent oblatis, & ibidem personis necessaria erogari &c. Quod scripsi ege pranominatus Benedictus pupliciis dicta terra castricæli, & ubique per dictam provinciam Terra laboris, & Comitatus Molisii reginali authoritate Notarius &c. Actum in dicto monasterio, videlicet in Choro ipsius Ecclesia, & ad majorem, & tutiorem cautelam de attendendis, & observandis omnia, & singula supradicta, necnon & de attendende, & observando regulam ipsius monasterii, prout consuetum est, prefatus Raynaldus corporaliter tacto libro prastitit ad sancta dei evangelia juramentum &c.

Abbatissa translata, & electa.

Cum anno 1366. Gemma hujus cœnobii Abbatissa a Sanctimonialibus S. Mariæ de Ripa Pontiscurvi postulata fuisset, Moniales Palatioli illi suffecerunt sororem Mariam a S. Germano, quam ut confirmaret, ab Antonio Aquinate episcopo petierunt, ut instrumento in archivo nostro constat. Eodem anno Abbas S. Petri de Campegia in territorio Roccæ Siccæ, cujus modo bona mensæ episcopali Aquinati unita sunt bulla Clementis VIII. sub datum Romæ apud S. Petrum anno 1505. tertia Kal. Martii. Prædium vendidit sanctimonialibus Palatioli instrumento stipulato a notario Nicolao de Marturo a castro cœli, quod hic adducimus, quod ibi monasterii S. Petri ordinis nostri ejusque vici circum illud positi fit mentio, atque Raymundi de Baucio, & Isabella de Apia ejus conjugis.

Ex originali in Archivo.

✠ *In nomine domini nostri Jesu Christi anno incarnationis ejusdem millesimo trecentesimo sexagesimo sexto, regnante serenissima domina nostra Johanna dei gratia Jerusalem, & Sicilia regina magnifica &c. regnorum vero ejus anno vicesimo quarto, mense Agusti, die secundo ejusdem mensis, quarta indictionis apud S. Petrum de Campegia. Nos Nicolaus Fangatus Casalis nuncupati S. Petri judex illiteratus ordinatus ad infrascriptum contractum per venerabilem virum fratrem Nicolaum Abbatem monasterii predicti S. Petri juxta potestatem, quam habet idem Abbas inventario ipsius monasterii creandi Judices in eodem Casali, Nicolaus de Marturo de castrocæli pupplicus ejusdem castri, & ubique per totam Provinciam Terra laboris, comitatus Molisii, regia authoritate notarius, & subscripti testes &c. prasenti puplico instrumento fatemur, notum facimus, & testamur, quod in nostri presentia personaliter constitutus religiosus, et honestus vir Fr. Nicolaus de Valle Abbas monasterii S. Petri de Campegia coram nobis ostendit, ac publice legi fecit quamdam litteram ratificationis, et acceptationis sibi concessam per magnificos, et potentissimos dominos D. Raymundum de Bantio Comitem Soleri, et magnum regni Sicilia Camerarium, et Isabellam de Apia Soleri Comitissam coniuges sub eorum sigillis propriis sigillatam cera rubee, in quibus quidem sigillis, videlicet sigillo dicte Comiti erant stella, et . . . . . cum aliis suis consuetis pressuris, et sigillo vero Comitisse erant Aquile cum aliis suis consuetis pressuris, quam vidimus, legimus, et diligenter inspeximus non vitiatam, non cancellatam, nec in aliqua sui parte suspectam, qua erat per omnia tenoris, et continentia subsequentis. Raymundus de Bantio Soleri Comes, et magnus regni Sicilie Camerarius, et Ysabella de Apia Soleri Comitissa coniuges. Universis, et singulis officialibus nostris terrarum nostrarum Baronie S. Johannis de Incarico presentibus, et futuris, et personis aliis ad quas spectat salutem. Expositione facta nobis noviter pro parte religiosi, et venerabilis viri domni Fratris Nicolai de valle, dei, et apostolice sedis gratia Abbatis monasterii S. Petri de Campegia percepimus noviter, quod ipse habens, tenens, et possidens certe successionis modo petiam unam terre seminatoriam sitam in territorio castroCœli, loco ubi dicitur Lupuczunovu, vel ad sanctum Bartholomeum juxta terram S. Marie Monialium de Palaczolo, a duabus partibus viam puplicam, et alios confines, pro qua terra tenetur nobis, et nostris heredibus in perpetuum annuatim in festo nativitatis domini de uno pari ferrorum equinorum, intenditque terram ipsam alienare, seu vendere Abbatisse, et monialibus Palazoli predicti, dignaremur propterea in predictis alienatione, seu venditione facta, seu fienda nostrum prestare beneplacitum, et assensum. Nos igitur dictis supplicationibus inclinati, intuitu Abbatis, et monialium predictarum, venditionem, et alienationem predictas, dicto redditu, vel majori si teneatur nobis, et nostris heredibus reservato . . . . ac ratificamus, et acceptamus in quantum nobis pertinet, et pertinere in futurum, presentibus post oportunam inspectionem earum remanentibus presentanti, modo premisso efficaciter valituras. Data Neapoli die tertiedecimo Martii quarte Indictionis. Subsequenter vero tractatu eodem die ibidem instanti dictus Abbas Nicolaus Monasterii supradicti, nobis qui supra judice, notario, et testibus presentavit quoddam instrumentum ipsius terra olim concesse in locationem, seu in pheudum dicte Nicolao pro se, et suis heredibus in perpetuum, cum pondere supradicto per q. bone memorie nobilem virum dominum Johannem de Apia dominum terre castri Cœli etc. pure, libere, etc. vendidit, dedit, ac per investituram tradidit religiose, et honeste mulieri sorori Gemme de Gallinario Abbatisse monasterii S. Maria Monialium de Palaczolo ibidem presenti, ementi, & recipienti pro se, ac nomine, & pro parte monasterii S. Maria predicta quandam terram suam positam in territorio castri Cœli, loco ubi dicitur Lupuczunovu, vel ad S. Bartholomeum &c. Consentiens prius dicta Abbatissa in nos predictos judicem ut in suum, cum sciret ex certa ejus scientia nos judicem terra castricæli in hoc contractu non esse, ut est in pertinentiis ipsius terra per dictum monasterium sancta Maria predictam utique terram suis finibus consignatam &c. predictus Abbas Nicolaus eidem sorori Gemma Abbatissa ipsius monasterii terram ipsam vendidit, dedidit ad habendum, &c. nisi anno quolibet in festo nativitatis domini curia predictorum Comitum Soleri, vel ipsorum heredum dominorum Castricæli par unum de ferro pro equo; pro qua quidem venditione, & traditione terra supradicta dictus Frater Nicolaus Abbas ut supra venditor in nostrum qui supra judicis, Notarii, & testium presentia presentialiter, & ma-*

Abbas S. Petri de Campegia.

nualiter recepit, & habuit a prædicta Sorore Gemma Monacha S. Mariæ prædicta de pecunia ipsius Monasterii, ut asseruit Abbatissa ipsa, uncias auri duas in carlenis argenti boni, electis, ponderati ad generale pondus Regni ad rationem de sexaginta pro uncia, & duobus carlenis pro tareno quolibet computatis finitum pretium &c. Actum ut supra in sala monasterii prædicti S. Patri, anno, mense, die, & indictione prætitulatis.

Ego qui supra Fr. Nicolaus Abbas supradicti monasterii omnia supra acta fateor, & me subscripsi. Ego qui supra Fr. Lollus rogatus testis interfui, & me subscripsi. † Ego qui supra Fr. Lucas rogatus testis interfui, & me subscripsi &c.

Possessio hujus Cœnobii inita a Cassinatibus.

Nonnisi an. 1442. Cassinates hujus cœnobii possessionem iniere, ut hisce literis Prioris, & Monachorum Cassinensium constat ex regesto Conventus p. 57. a t. *Prior, & Conventus sacri monasterii Cassinensis &c. viro venerabili, & religioso fratri Remigio Monacho Cassinensi expresse professo, præpositoque ecclesiarum S. Crucis de Peschis de Isernia, & S. Marci de Aquasonula de castro Carpinonis, nostro fratri in Christo dilectissimo salutem. Vita tua honestas, religionis zelus, aliaque laudabilia tuarum virtutum merita inducunt nos merito, & excitant mentes nostras, ut tibi Ecclesia præposita in commendationem Monasterium concedamus, & libentissime conferamus. Cum itaque per obitum venerabilis, & religiosæ mulieris sororis Ritæ Abbatissæ monasterii S. Mariæ de Palatiola in commendationem vacaverit, & ad præsens vacet, Monasterium monialium S. Mariæ de Palatiola villa terræ nostræ castri cæli, quod quidem monasterium colendæ memoriæ Bonifacius nonus eidem nostro sacro monasterio Cassinensi indulto, motuque proprio concessit, & dedit ad perpetuum dominium, & proprietatem, liberum, & exemptum cum omnibus, & singulis juribus, jurisdictionibus, utilitatibusque, & privilegiis, & pertinentiis suis, quod de ipso monasterio monialium Cassinensis Abbas disponere, & ordinare posset, sicut de aliis ecclesiis memorato sacro monasterio Cassinensi subiectis, exinde amoto episcopo Aquinate, & successoribus ejus, qui pro tempore fuerunt in ecclesia Aquinaten. ac ab eorum dominio, subiectione, & obedientia totaliter sit exemptum, sicut in bulla exinde confecta plenius continetur. Dispositia autem, & ordinatio memorati monasterii monialium ad nos harum tempore noscitur pertinere, qui ex indulto, & gratia domini nostri, domini Eugenii papæ quarti plenarias vices Abbatis præsentiarum tempore fungimur, scripturarum sicut exinde confecta bulla latius noscitur continere. Cupientes itaque dicto Monialium Monasterio quantum nobis ex alto datur, cum nulla ibidem nunc degat Monialis de ydoneo providere Rectore. Tibi monasterium prædictum sanctæ Mariæ, prædicto, seu quovis modo vacans cum omnibus, & singulis juribus, jurisdictionibus, utilitatibus, & pertinentiis suis auctoritate prædicta nobis per SS. dominum nostrum D. Eugenium papam quartum indulta, & concessa damus tenore præsentium in commendis, investientes te de eodem per tradicionem præsentiarum literarum, dantesque, & concedentes, ac conferentes tibi earundem serie liberam licentiam, facultatem plenariam, & omnimodam potestatem, auctoritate nostra possessionem, & tenutam corporalem, & realem memorati monasterii cum omnibus, & singulis juribus jurisdictionibus, &c. in memorato sacro monasterio Cassinensi ad diem Octobris vicesimam nonam MCCCCXLII. Pontificatus vero SS. in Christo patris, & domini nostri domini Eugenii divina providentia papæ quarti anno XII. &c.* Hactenus illud pacifice cum bonis suis omnibus possidet Cœnobium nostrum.

Cœnobium montis Oliveti apud Neapolim.

Cum pius, ac nobilis Gorellus Aurilia regni Neapolitani Prothonotarius religiosissimis Monachis Congregationis Olivetanæ monasterium ædificaturus locum prope Neapolim, *Ampuoro* dictum, a Cassinatibus, quorum juris erat petiisset, lubentissime gratuitaque donatione in id consensere Henricus Abbas, & Monachi ea tamen lege, ut vere Monasterium construeretur, atque Olivetani Monachi in ara S. Benedicti cœnobii Cassinatis duas ceræ libras quotannis offerrent, locus erat extra urbem solitarius, apricus, amænusque cum aliquibus ædificiis, viridariis, ac prædiis, ut hoc instrumento constat, stipulato a notario Antonio Piczione Sangermanensi.

Ex originali in Archivo.

In nomine domini nostri Jesu Christi Amen anno a nativitate ejusdem millesimo quadrigentesimo nono regnante serenissimo domino nostro D. Ladislao dei gratia Ungharia Hierusalem, Siciliæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galitiæ, Lodomeriæ, Cumaniæ, Bulgariæque rege, Provinciæ, & Forcalquerii, ac Pedemontis Comite, Regnorum vero ejus anno vigesimo secundo, feliciter. Amen. Die octavo mensis Februarii secundæ indictionis. Nos Joannellus Sorrentinus de Neapoli Civis S. Germani singularum terrarum, & locorum omnium Abbatiæ Cassinensis ad causas, & contractus judex, Antonius Piczionus de S. Germano publicus ubilibet per totum prædictum regnum Siciliæ regia auctoritate notarius, & infrascripti testes litterati &c. Præsenti scripto publico declaramus, notum facimus, & testamur, quod ad preces nobis factas pro parte venerabilium virorum, & religiosorum reverendi in Christo patris & domini, domini Henrici Tomacelli de Neapoli, Dei, & apostolicæ sedis gratia Abbatis monasterii Cassinensis ordinis S. Benedicti, nec non Prioris, ac Monachorum, & Conventus ipsius monasterii, ac discreti viri Cicci Boni de civitate Gaietæ procuratoris procuratorio nomine, & pro parte excellentis domini domini Gurelli Aurilia de Neapoli militis Logotheta, & Prothonotarii regni Siciliæ &c. de cujus procuratione nobis constitit per quaddam instrumentum publicum scriptum manu Dominici de Bono de civitate Aversæ publici per provincias Terræ laboris, & Comitatus Molisii regia auctoritate notarii, & subscriptione Pippi Vallantis de Neapoli per totum prædictum regnum Siciliæ ad vitam regia auctoritate ad contractus Judicis, & nonnullorum testium in numero opportuno factas nobis judici, notario, & testibus supradictis, accessimus ad locum capituli ipsius monasterii Cassinensis, in quo dominus Abbas, Prior, Monachi, & Conventus ipsius Monasterii, pro ordinandis, tractandis, & exequendis negotiis ipsius monasterii ipse dominus Abbas, & Conventus, & alii sui prædecessores, ut dixerunt præteritis temporibus congregari capitulariter consueverunt, & nobis ibidem existentibus ad sonum campanellæ dictus dominus Abbas Henricus, ac venerabilis pater Prior Frater Geronimus, Frater Maurus sub Prior, frater Andreas de Messana, frater Johannes de Hispania, &c. frater Ygnatius

tius de Beemia, Frater Dominicus de Ragonia &c. Frater Vincentius Teuthonicus, Frater Placidus de Brusin Frater Michael Theutonicus &c. Frater Hilarius Theutonicus &c. Frater Johannes de Ungaria &c. Conventum ipsius monasterii, seu famorem, et majorem partem facientes &c. ibidem existentium præsente quoque dicto Cicco-Bono procuratore dicti domini Gurelli, & coram ipso procuratore præfatus dominus Abbas, Prior, Monaci, & Conventus prædicti unanimiter concorditer, & pari voto sponte asseruerunt, & in veritatis testimonio legitime, & ex certa eorum scientia recognoverunt ipsum monasterium varia, et diversa obsequia favorabiliter, realiter, et fructuose in arduis, et magnis negotiis ipsius monasterii seu ad ipsum monasterium pertinentibus, recepisse a dicto viro eccell. domino Gurello Aurilia de Neapoli milite, Logothета, et Protonotario, et propterea teneri ipsos, et ipsum monasterium sibi, et ad omnia sibi grata, subiungentes etiam, quod ad ipsorum notitiam certitudinaliter jam pervenit quod idem dominus Prothonotarius ad honorem dei, et ejus matris gloriosæ Virginis Mariæ intendit edificari facere unum monasterium ordinis S. Mariæ de Monte Oliveto in quodam territorio ipsius monasterii Cassinensis site extra mœnia civitatis Neapolis, ubi dicitur ad Ampuore consistente in edificio dirupto quod vulgariter nominatur hospitium quondam Ducis Andria, quod tenebat a præfato monasterio, nec non viridariis, seu terris mensura modiorum . . . . . . et in arboribus populi, et aliarum arborum diversi generis, ex quo ipsum monasterium, seu ipsi dominus Abbas, et Conventus Cassinensis ad plus uncias auri duas annuatim percipere consueverunt, quodque propterea diversis, & interpellatis vicibus, & diebus capitulariter congregatis more, & loco prædicto solitis ad sonum campanellæ inter eos habitos fuisse colloquium, & tractatus ad instantiam eis factum pro parte ipsius domini Gurelli dictum territorium cum dicto edificio pro edificando ibidem dictum monasterium vendendi sibi pro certo pretio pro ejus parte eis, & dicto monasterio eorum verbo inde oblato, & proinde ab ipso domino Prothonotario recepisse litteras tenoris, & continentiæ subsequentis; reverendi, ac deo devoti in Christo patres, & Fratres carissimi post salutationem & recomendationem. Hactenus per venerabiles viros Fratrem Joannem de Padua ordinis S. Mariæ de Monte Oliveto, & per judicem Nicolaum Surice de Neapoli nostram devotionem vobis seriose exponentes devote exoravimus Sanctitatem vestram, promittendo condecens excambium pro quodam situ vestro cum edificio ruynoso, & undique inhabitato prope Neapolim ad construendum ibidem per nos unum monasterium pro gloria dei, & ejus beatissimæ Matris virginis Mariæ, eo quod locus est satis solitarius, devotioni nostræ, & fidelium visitationibus congruus, quam supplicationem nostram vos diu dissimulantes infamiam nobis, & vobis cumulatis permaximam, cum hoc tam ex parte vestra, quam ex parte nostra multorum repleverit aures, & successus operis dei cunctis peroptabilis minime apparet quod sanctitas vestra pati non deberet, quia quanto deus magnificavit vos præ cæteris in rebus divinis, & humanis, tanto præ cæteris ardenti amore debetis honorare deum, & horribiliter timere retrahere vos quantumcumque parum ab honore suæ sanctissimæ majestatis, conquerente ipso domino, ac dicente: filios enutrivi, & exaltavi, ipsi autem spreverunt me, & qui non colligit mecum dispergit, quanto autem voluerit deus vos esse perfectos, & exemplaria vitæ humanæ subjunxit, & ait: vos estis sal terræ, & vos estis lux mundi, nos autem de sola divina gratia utcumque respirantes anxie cupimus honorare deum de nostra substantia, & volumus prædictum locum pro talamo Regis eterni, ac reginæ Cælorum acquirere, & dedicari facere, atque unire sacræ religioni Monachorum alborum, qui nuncupantur ordinis sanctæ Mariæ de Monte Oliveto de regula, & observantia S. Benedicti, pro quo ruvinoso edificio cum omnibus suis pertinentiis volumus solvere secundum æstimationem factam per fide dignos, vel fiendam de novo mille ducatos auri pro excambio emendo, utcumque placuerit vobis. Ergo quia vos estis a deo electi luminaria mundi concurramus similiter ad augmentum honoris dei salvatoris nostri Jesu Christi, ac ejus matris Virginis gloriosæ, & sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in Cælis est, ex hoc etiam complacebitis deo plurimum, & Matri gloriosæ fructum sanctitatis reportantes, odoremque bonorum operum, finem vero vitam eternam. Insuper nos magis devotos, promptos, & paratos reverentiis vestris, ac gratiis, oportunisque obsequiis vestris obligabitis realiter, & personaliter pro quo in, & super prædictis, & aliis necessariis circa predicta iterum mittimus ad reverentias vestras suprascriptum virum venerabilem, & religiosum Fratrem Joannem de Padua carissimum nobis ut fratrem pro executione præmissorum plenius informatum de nostra intentione, cui in omnibus credulam fidem adhibeatis tamquam nobis. Valete feliciter. Gurellus Aurilia de Neapoli miles, Logotheta, & Prothonotarius regni Siciliæ &c. supra reverendis in Christo patribus domino Henrico Thomacello de Neapoli Abbati Cassinensi, ac venerabili, et religioso fratri Priori, & Conventui ejusdem monasterii Cassinensis devotis, & prædilectis nobis Patribus, & fratribus in Christo. Ad cujus devotæ supplicationis tenorem ipsi dominus Abbas, Prior, Monaci, & Conventus monasterii Cassinensis de tam excellentis viri proposito sancto certificati, & gavisi gratias omnipotenti Deo referentes, eo quod spiritus sanctus ubi vult spirat, & nescitur unde veniat, aut quo vadit, quia non est in hominis potestate consilium Dei, sed cujus vult miseretur, & quem vult indurat. Sed hoc pro certo habet omnis homo, qui colit deum, quod inclinantes se Majestati suæ propitius respicit, & clementer suscipit, & tantis immensæ clementiæ suæ charitatis circumfovet, & refovet beneficiis gratuitis, ut dignetur dicere: diligentes me diligam, & quicumque honorificaverit me, honorificabo eum, itaque ipsi D. Abbas, Prior, Monachi, & Conventus prædicti subiungentes, et cupientes tantæ clementiæ esse participes, et consortes devotissime consideraverunt, et inter se deliberaverunt, et terminaverunt esse magis honorificum deo, & consonum voto Christi illud edificium cum omnibus suis pertinentiis pro divino opere gratis dando, honorare deum, & augere fidem, & devotionem tanti domini circa divinum cultum, & pia loca, quam vendere eidem, vel excambiare, ut exinde reddantur ipsi domino nostro Jesu Christo bonorum omnium largitori, ac ejus beatissimæ virgini Matri Mariæ gratitudinis vices, & debitæ gratiarum actiones, ac etiam attenta devotione,

nota. nota. nota.

ne, quam ipse dominus Gurellus gessit, & gerit erga ipsum monasterium Cassinense, poterit in aliis negotiis ipsius monasterii Cassinensis esse favorabilis, & ipsi Monasterio fructuosius; attendentes & pium, & devotum propositum ipsius domini Prothonotarii tendens ad propagationem, & exaltationem cultus divini, beataque Virginis, cujus insignitur nomine, dictum monasterium de novo construendum, merito ad ejus imitandum propositum invitantur, eique omnium fidelium vota conformare tenentur, per quam virginem gloriosam via salutis aterna nobis tuta, & aperta libere facta est, & quia ejus contemplatione omnia concessa fuerunt monasterio Cassinensi, dignum fore providerunt, & consonum rationi juxta doctrinam evangelicam, quod ex quo per illam ipsum Monasterium gratis accepit sibi pro exaltatione sui nominis, & honoris gratis detur. Igitur prefati dominus Abbas, Prior, Monaci, & Conventus premissorum consideratione, & tam habita inter ipsos plena deliberatione consilii ex tam pia, & favorabili causa dictum territorium cum dicto edificio & cum omnibus pertinentiis suis, & cum omnibus viis ingressibus, & egressibus, juribus, & pertinentiis suis nota. *omnibus, & cum integro statu ipsorum ita quod ex nunc, & omni futuro tempore sint facta sancta sanctorum, & non ad alium usum deputata eidem procuratori, & procuratorio nomine & pro parte ipsius domini Gurelli ibidem presenti & recipienti, & ab ipsis domino Abbate Priore Monacis, & Conventu Cassinensi legitime stipulanti donaverunt, & irrevocabiliter inter vivos perpetuo liberaverunt, alienaverunt sub censu duarum librarum cera offerende annis* nota. *singulis Altari sancti Benedicti ipsius monasterii Cassinen. prestando ipsi monasterio Cassinensi in die obitus S. Benedicti de mense martii per Monachos S. Maria de monte Oliveto habitantes in dicto loco, & monasterio inibi construendo, domini Gurelli, de qua prestatione ipse dominus Abbas, seu Conventus Cassinen. teneatur singulis vicibus de recepto facere gratis eisdem Monacis apodixam, statim ipsa prestatione facta, omni occasione, & dilatione remotis. Cedentes, & transferentes ex causa donationis ipsius in eum nomine quo supra, omne jus, omnemque actionem ipsi Monasterio Cassinensi, & eis nomine ipsius monasterii competens, competentem, & competiturum & competituram sub hac conditione, quod ipse dominus Gurellus teneatur dictum territorium cum dicto edificio offerre ordini S. Maria de Monte Oliveto, & ibi donec visa sibi con es fuerit incepi facere edificare pro ipso monasterio ibidem edificando, & dotare monasterium ipsum edificandum quod si aliquo eventu predicta per ipsum dominum Gurellum non fieri, & realiter adimpleri contingeret, que in dicta conditione sunt declarata, pro ex nunc, prout ex tunc dicta donatio, & cessio nullius sit roboris, vel momenti, & habeatur ac si nunquam facta fuisset, & tunc liceat ipsi domino Abbati & successoribus suis, & ipsi conventui Cassinensi per se, vel per alium ipsorum nomine, vel alterius eorundem dictum territorium cum dicto edificio auctoritate propria capere, & retinere ad beneficium Monasterii Cassinensis, & ut ipse dominus Gurellus habilius possit adimplere predicta ex nunc predictus dominus Abbas, & conventus Cassinensis eidem domino Gurello absenti tamquam presenti, & dicto procuratori suo procuratorio nomine quo supra recipienti, & legitime stipulanti dederunt, & concesserunt predicti dominus Abbas, Prior, monaci, & conventus Cassinensis liberam potestatem per se, vel per alium, seu per alios ipsius domini Gurelli nomine ex nunc in antea auctoritate propria, solum presentis scriptura auctoritate intrandi, & capiendi corporalem possessionem dicti territorii, & edificii, viridarii, terrarum, jurium, & pertinentiarum eorum omnium, ibidem edificandi monasterium predictum, & de ipso territorio, & edificio disponendi libere pro ipso monasterio edificando, prout eidem domino Prothonotario melius, & aptius visum fuerit, subsistatque, & valeat deinde tamquam si edificaretur, & edificatum esset in solo proprie ipsius domini Gurelli &c.* Ea adnotanda Gorelli verba. *Quia quante Deus magnificavit vos pra ceteris in rebus divinis, & humanis, tanto pra ceteris ardenti amore debetis honorare Deum &c.* & infra: *Ergo quia vos estis a Deo electi luminaria mundi, concurramus similiter ad augumentum honoris dei &c.* Hinc quanto jam urbs Neapolis creverit constat, nam Montis Oliveti cœnobium extra Urbem olim, modo in frequentiori Urbis parte situm est. De eo præ cœteris agit Lancellottus in Historia Congregationis Olivetanæ p. 185., ubi agit etiam de censu duarum librarum ceræ ab iisdem Monachis cœnobio nostro pendi solito.

Parthenon S. Scholasticæ.

A. 1433. die 4. Novembris obiit pia, ac nobilis fœmina Elisabeth relicta qm. Johannis de Rentio Sangermanensis, jussitque testamento suo, ut in suis domibus prope viam publicam, domumque Antonii Cetrone, aliorumque, ædificaretur sanctimonialium cœnobium Ordinis nostri sub invocatione S. Scholasticæ, cui bona sua omnia legavit, atque executorem Testamentarium constituit memoratum Antonium Cetrone. Hic obtenta facultate a Pyrrho Abbate urbis S. Germani Ordinario impigre rem aggressus cœnobium perfecit prope ecclesiam S. Johannis, quæ modo una ex quatuor Urbis Parochiis est, accitisque sanctimonialibus quibusdam Cajetanis, aliisque piis Virginibus, die primum 22. Novembris an. 1434. quo solemnem missam in ea ecclesia tum S. Scholasticæ dicta celebravit Prior Cassinensis monasterium habitari cœptum. Quæ omnia constant ex libro Rationum ejusdem Antonii in Archivo nostro asservato. Perduravit hoc cœnobium ad annum 1570. quo ultima sanctimonialis, & Abbatissa obiit Ursolina Ventolina Sangermanensis, ejusque bona seminario Cassinensi sunt attributa sub titulo beneficii S. Scholasticæ ex bonis ab Elisabeth relictis colligitur fuisse olim suburbium prope ecclesiam S. Antonii, modo Capuccinorum, aliudque dictum *de ogni Santo*: atque Elisabeth construxisse sacellum SS. Annunciatæ, cujus capellanum esse jusserit D. Jacobum de Plumbariola, illique Oliveti sui medietatem assignaverit. Situm illud erat in Carpineta prope illud ecclesiæ S. Germani. Construxit quoque ecclesiam S. Mariæ Pietatis, quæ seminario etiam Cassinensi modo unita est.

Extra mœnia S. Germani a diuturno jam tempore erat ecclesia S. Antonii cum nosocomio, quod Cassinatium juris erat, ut pluribus monumentis constat, quæ longum esset referre. Illud cum ob grassantia diu bella pessumdatum, destructumque fuisset, ut restauraretur, hasce literas pro colligendis eleemosynis dedere Prior, & Monachi Cassinates, ex regesto Conventus p. 35. a t. *Prior Supprior, & Conventus sacri monasterii*

Caf-

Cassinensis Ordinis S. Benedicti nullius diœcesis, sed sanctæ Romanæ ecclesiæ immediate subiecti dilecto nobis in Christo Bartholomæo de Guindol. de Pontecurvo nostro magistro massario salutem in domino sempiternam. 'Solet fidelium probanda personarum devotio glorioso nomini beati, mirificique Antonii exhibere reverentiam vehementer, ac in eis honorem, & laudem copiosas eleemosynas elargiri. Cum itaque extra muros civitatis S. Germani in honorem mirifici Antonii, et sustentationem, subventionemque, ac refugium pauperum, egenorum, infirmorum, et miserabilium personarum, ordinatum, ac constructum sit eleemosynis devotarum personarum fidelium, et piarum hospitale nobis, et nostro Cassinensi monasterio immediate subiectum cumque illud sint in partem imminentes guerræ, et belli turbines demoliti, illud idem intendimus dante domino pacem, et opitulantibus eleemosynis hominum devotorum in auxilium, substentationem, subventionem, & refugium egenorum pauperum infirmorum, & miserabilium personarum, peregrinorum quoque, creaturarum, & infantium nutriendorum reparare, & necessariis præfulcire, ut qui ad id accederint reddentes domino gratias, & mirifici Antonii nomini glorioso, benedicentesque animas devotarum personarum fidelium, & piarum refici valeant charitate. De tua igitur prudentia, & solerti vigilantia ut plurimam confisi, plenam licentiam, & omnimodam facultatem tibi damus, & concedimus per præsentes exigendi, recipiendi, & conservandi omnes, & singulas elemosynas, vota, legata relicta, charitativa subsidia, animalia, victualia, pecunias, pannos, & alia bona quæcumque promissa in honorem, & laudem dicti mirifici Antonii, & ejus nominis gloriosi, seu forte in nomine hospitalis superius nominati. Tu vero omnia, quæ hujusmodi litterarum vigore colliges, & recipies fideliter conservabis, ut ex ipsis dictum hospitale reparare, & fulcire possimus in salutem, & refectionem animarum fidelium devotorum. In quorum omnium fidem testimonium, & robur præsentes litteras tibi fecimus scriptas manu notarii Nicolai Biccari de Roccaguillelmi Cancellarii nostri, nostrique Conventualis sigilli impressione munitas. Datum in præfato sacro monasterio Cassinensi Kal. Martii 1442.

Deum piis eorum votis obsecundasse hisce literis constat, quibus Vicarius Cardinalis Medicei an. 1496. ejus Nosocomii curam demandat ex regesto ejusdem primo p. 428., *Carolus Orpheus de Medicis apostolicus Prothonotarius, ac rm̃i domini dñi Johannis Cardinalis de Medicis perpetui Commendatarii sacri monasterii Cassinensis in spiritualibus, & temporalibus Cassinensis locumtenens, & Gubernator generalis &c. Scientia, cura, integritate, & diligentia nobilis viri Tebaldi Raff. clerici Trevireñ. Camerarii dicti rm̃i dñi dñi Cardinalis Commendatarii, & continui commensalis &c. ipsum propterea Tebaldum omnibus meliori modo, via, Jure &c. Yconomum, procuratorem, commissarium, & nuntium specialem vigore, & auctoritate nostri gubernationis officii, facimus, creamus, constituimus, & ex certa nostra scientia in domino deputamus ad gubernandum, manutenendum, & reparandum Ecclesiam Sancti Antonii situatum in monte Casino, juxta viam publicam, juxta rem nobilis viri Johannelli Cece, juxta rem Jacobi Marcistasii de civitate sancti Germani, & alios confines, & ipsius domos, & mansiones, ac pauperum hospitalitatem in eodem solitam, & consuetam temporibus congruis conservandam, & conservari mandandum, & ordinandum, juraque, fructus, redditus, & proventus, oblationes, & elemosynas, vota, animalia, & alia charitativa subsidia inquirendum, recipiendum, habendum, & exigendum in tota Abbatia, & ejus districtu existentes, & existentia, ac inquiri, recipi, haberi, & exigi mandandum &c. & ubernium sibi, quoad vixerit ex certa etiam nostra scientia dantes, & concedentes cum onere tamen singulis annis, & annuatim cameræ Cassinensi solvendi, & præstandi tarenos duos pro censu, & recognitione directi dominii dicti sacri monasterii in Festo S. Benedicti de mense Martii, & in die festivitatis dictæ ecclesiæ, ut assolet divinus cultus in aliquo non fraudetur &c. sed ipsos in proprios usus, & conservationem dictarum Ecclesiæ domorum, & hospitalis convertendum &c. ita quod post obitum dicti Tebaldi ad præfatum monasterium & ejus cameram ipso jure, & facto devolvatur, & revertatur &c. Datum in civitate S. Germani in cancellaria Cassinensi die secundo mensis Decembris XV. indictionis MCCCCLXXXXVI. Pontificatus SSm̃i dñi nostri dñi Alexandri divina providentia Papæ VI. anno quinto.* Concessa deinde est hæc ecclesia a monasterio nostro Capuccinis, ut suo loco dicemus.

Et in oppido S. Victoris;

Hoc sæculo constructum credimus nosocomium in oppido S. Victoris a Johanne de Bartholomeo de Jacobo ex eodem oppido, ut hisce Abbatis Henrici literis constat in regesto communi pag. 26.

Henricus &c. Dilectis nobis in Christo Antonio de Neapoli, & Mariæ ejus uxori habitatoribus Castri nostri S. Victoris fidelibus nostris, salutem in domino. Hospitalium potissime illis personis sunt pia illa ministeria committenda, quorum virtus, & conscientiæ puritas, ac charitativa sollicitudo noscuntur per experientiam in aliis comprobata, de zelo conscientiæ, honesta vita conversacione, & moribus vestris, quibus apud nos fidedignorum testimonio commendamini plenam in domino fiduciam obtinentes, sperantes indubie, quod quæ vobis committenda duxerimus in dei laudem, honoremque vestrum, & animarum vestrarum pia sollicitudine exequamini. Vos Rectores, hospitalarios, & gubernatores hospitalis siti in dicto castro nostro S. Victoris, olim constructi per qm. Johannem Bartholomæi de Jacobo de ipso castro, quod communiter nuncupatur hospitale . . nobis, et dicto nostro monasterio immediate subiecti etc. tenore præsentium facimus, constituimus, et ordinamus vestra, et vestrorum quemlibet vita durante, ipsumque hospitale cum omnibus, et singulis Juribus, possessionibus, domibus, vineis, et rebus aliis suis mobilibus, et stabilibus, fructibus, redditibus, et proventibus, ac obventionibus universis vobis regendum, manutenendum, et gubernandum concedimus. In quorum testimonium et vestrorum Anthonii, et Mariæ cautelam, et vestram, et successorum nostrorum certitudinem, has nostras præsentes patentes litteras vobis fieri mandavimus per Notarium Robutinum civem Beneventanum nostrum, et cameræ nostræ Cassinensis notarium, et scribam, et in registro nostræ cameræ jussimus registrari nostro pontificali pendenti sigillo, et dicta propria manus subscriptione munitas. Datum etc. Extat hactenus hoc nosocomium, quod Procurator a patre Vicario generali Cassinensi deputatus gubernat, eidemque administrationis suæ rationes reddit.

SÆCULUM UNDECIMUM

A CONSTRUCTIONE SAC. COENOBII CASSINENSIS.

AB ANNO CHRISTI MD. AD ANNUM MDC.

I.

SERIES ABBATUM

SACRI MONASTERII MONTIS CASSINI,

Ab anno vulgaris æræ millesimo quingentesimo, ad sexcentesimum supra millesimum.

D. Johannes Mediceus a die 14. Martii anni 1486. ad Kal. Decembris an. 1504.

D. Eusebius a Mutina a die XI. Januarii anni 1505. ad mensem Majum an. 1506.

D. Zacharias a Patavio a mense Majo circiter an. 1506. ad mensem Majum an. 1509.

D. Gratianus a Mediolano a mense Majo an. 1509. ad XI. Kal. Septembris an. 1510.

D. Ignatius a Florentia a mense Octobris an. 1510. ad totum Decembrem an. 1516.

D. Vincentius a Neapoli a Kal. Januarii 1517. ad Decembrem 1518.

D. Theophilus a Mediolano a Kal. Januarii 1519. ad Majum 1520.

D. Ignatius a Florentia iterum a Majo 1520. ad totum Decembrem 1521.

D. Ludovicus a Mediolano a Januario 1521. ad mensem Majum 1522.

D. Justinus Hispanus a Majo 1522. ad totum Decembrem 1523.

D. Ignatius a Florentia tertium a Januario 1524. ad totum Decembrem 1526.

D. Chrysostomus a Neapoli a Kal. Januarii an. 1527. ad Majum an. 1531.

D. Augustinus a Patavio a Majo 1531. ad Majum 1533.

D. Chrysostomus a Neapoli iterum a Majo 1533. ad Majum 1538.

D. Hieronymus a monte Rubeo a Majo 1538. ad Majum 1539.

D. Ignatius a Genua a Majo 1539. ad Majum A. 1541.

D. Hieronymus a Placentia a Majo 1541. ad Majum 1546.

D. Laurentius a Mantua a Majo 1546. ad Majum 1549.

D. Hieronymus a Placentia iterum, a Majo 1549. ad Majum 1551.

D. Innocentius a Novaria a Majo 1551. ad Majum 1554.

D. Hieronymus a Papia a Majo 1554. ad Majum 1555.

D. Isidorus a Placentia a Majo 1555. ad Majum 1556.

D. Ignatius a Neapoli a Majo 1556. ad Majum 1559.

D. Angelus a Castello Sangri a Majo 1559. ad Majum 1564.

D. Ignatius a Neapoli iterum, a Majo 1564. ad Majum 1565.

D. Angelus a Castello Sangri iterum a Majo 1565. ad Majum 1568.

D. Bernardus ab Aversa a Majo an. 1568. ad Majum 1570.

D. Matthia a Lignasco a Majo 1570. ad Majum 1572.

D. Angelus a Castello Sangri tertium a mense Maji 1572. ad Majum 1575.

D. Hieronymus a Consentia a Majo an. 1575. ad Augustum 1577.

D. Bernardus a Neapoli a die 15. Augusti 1577. ad Majum 1580.

D. Desiderius a Brixia a Majo 1580. ad Majum 1585.

D. Bernardus a Neapoli iterum a Majo 1585. ad totum Januarium 1587.

D. Ægidius a Matelica a mense Majo 1587. ad Majum 1589.

D. Andreas a Suessa a Majo 1589. ad Majum 1590.

D. Hieronymus a Perusio a Majo 1590. ad Majum 1595.

D. Basilius a Brixia a Majo 1595. ad Septembrem 1596.

D. Victorinus ab Aversa a Januario 1597. ad Majum 1598.

D. Zacharias a Mutina a Majo 1598. ad Majum 1599.

Seriem hanc Abbatum Cassinensium a Regestis accepimus collationum Beneficiorum, & magistratuum &c. Visitationum, Concessionum in Emphyteusim, emtionum, ac permutationum. Abbatum pene omnium regimen a Majo ad Majum incipit, desinitve, quod eo potissimum mense Congregationis Cassinensis Generalia Comitia haberentur fere semper.

II.

NOTÆ AD ABBATUM SERIEM.

Abbates Regulares. Eusebius.

D Eusebius Mutinensis ex nobili Fontana gente professionem monasticam non in cœnobio S. Petri Mutinensi, quod per errorem credidere aliqui, dedit, sed in illo S. Nicolai littoris Venetiarum. De eo hæc an. 1501. scribit elegantissime Jacobus Cavacius in Historia insignis cœnobii S. Justinæ p. 257. apud Patavium: *Patres Congregationis Præsidem, & Abbatem S. Justinæ designant D. Eusebium Fontana Mutinensem e cœnobio S. Nicolai Venetiarum, qui splendorem egregii generis mira eruditione, ac opinione sanctitatis sustentabat. Alias Præpositi, quem Priorem claustralem appellamus, hic officium gesserat, & natus ad maximas res agendas, plura olim mente concepta postea dignitate auctus confecit. Antea aliquot annos cupierant Monachi templum extruere, quod dignitati sanctorum apud eos quiescentium, & Congregationis magnificentiæ responderet: atque delecti fuerant publico decreto sex viri, qui de loco, forma, & impensa coram deliberarent. Sed domestica impedimenta, & Prælatorum mors optimis consiliis intercesserant. Eusebius illico torpentes animos in vetus desiderium traxit. &c.* Narrat deinde magnis voraginibus hausta in fundamentis conficiendis cœmenta omnia, quæ universæ ecclesiæ ædificandæ fuissent satis. De Eusebio nostro agit etiam Placidus Puccinellus in insignis Abbatiæ Florentinæ chronico p. 65., & Placidus Petruccius Romanus, qui monasticum habitum Cassini accepit an. 1570. in brevibus annalibus cœnobii Cassinensis, hæc de eo habet: *Abbas Eusebius una cum monachis sibi creditis regularem observationem amplectens, (cujus erat valde amator) secundum ritum, ac statuta congregationis S. Justinæ de Padua (quæ post hac Cassinensis dicitur) maxima devotione, ac fervore vivere cœpit, Fratresque verbo, & exemplo in conversatione sancta præcessit. Erat enim vir eruditione literarum morumque integritate inter Prælatos nostræ congregationis clarissimus, ut merito primus hujus monasterii regimen (Sanctissimo P. Benedicto ita disponente) habere meruerit.* Quod si hæc de Eusebii doctrina, ac pietate testimonia deessent, evideus certe argumentum esset primum illum a prudentissimis Patribus electum regularem Abbatem, qui solidam observantiam monasticam in cœnobio Cassinensi instauraret, inveheretque ad S. regulæ amussim, & constitutionum Congregationis Cassinensis, quæ quam rigidæ fuerint videre est in editione latina, & Italica, Florentina an. 1520., quam primam fuisse autumamus. Ampla quoque diœcesis, ac in plures vassallos jurisdictio ei concredita est, quæ nonnisi a pio, doctoque viro rite administrari possunt. Tertium Congregationis nostræ Præsidens, pluriumque cœnobiorum Abbas fuit. Quædam obtinuit pro cœnobio nostro privilegia a Julio II., & a comitiis generalibus Congregationis nostræ. Demum sancte obiit in monasterio S. Petri Mutinensi, cujus erat Abbas.

Zacharias.

D. Zacharias Castagnola a Patavio monachus fuit nobilissimi monasterii S. Justinæ, ac de eo honorifice agit Cavacius Historiæ suæ lib. V. nu. 229. Insigne pro cœnobio nostro privilegium obtinuit a Ferdinando Catholico, quo privilegia omnia nostra confirmantur. Vir fuit in œconomica politia expertus, ingenio pollens, quodque magis est, pius, ac disciplinæ monasticæ studiosissimus.

Gratianus.

D. Gratianus a Mediolano celebris monasterii S. Benedicti de Padolyrone monachus, dum Abbas noster esset, electus est Congregationis Cassinensis Præsidens an. 1510. quo XI. Kal. Septembris obiit, atque in cœmeterio nostro S. Annæ sepultus est cum magna probitatis opinione. Post ejus obitum Priori claustrali ad constitutionum nostrarum præscriptum jurisdictio in cœnobium, ejusque vassallos, & diœcesim Cassinensem cessit, isque utpote Ordinarius, & dominus beneficia contulit, magistratus creavit, aliaque præstitit, quæ Abbas exercere solebat, ut monumentis constat in archivo nostro asservatis. De Gratiano agit Puccinellus in chronico insignis Abbatiæ SS. Petri, & Pauli de Glassiate apud Mediolanum p. 182., & seqq.

Ignatius.

D. Ignatius Florentinus ex nobili Squarcialupa gente monachus fuit Abbatiæ Florentinæ. Tertium Abbas noster semper laudatissime se gessit, quemadmodum cum Abbas fuit S. Justinæ, ut narrat Cavacius lib. VI. p. 263., & S. Mariæ apud Florentiam, ubi insignem quoque bibliothecam excitavit, teste Puccinello in Historia ejusdem monasterii p. 67., 70., & seqq. Quinto Præsidens, Congregationis nostræ fuit an. 1509. 1512. 1515., 1520., & 1524., atque quatuor tum vicibus Abbas Cassinensis erat, nam prima cœnobium regebat S. Benedicti de Padolyrone. Plures ejus lucubrationes numerat Wion lib. I. Lign. Vitæ p. 19., & seqq. Puccinellus cit. loc. p. 75. Petruccius in supplemento ad Petrum Diaconum de Viris Illustr. Cass. cap. 3., & Marus in notis, ubi Michaelis Poccianti de script. Florent. verba de Ignatio nostro honorifica refert, Petrus Ricordati in Hist. Monast. die 4. p. 457. a t., ubi tamen, quemadmodum, & Pocciantius hallucinatur, cum Ignatii mortem ad an. 1520. refert, quo certe Abbas noster secundum erat, ac deinceps iterum fuit, ut diximus. Plura pro cœnobio Cassinensi privilegia obtinuit a Leone X., & Ferdinando catholico; qua de causa ad Hispanias miserat D. Columbanum a Mantua probatæ vitæ, doctrinæque monachum, plura quoque beneficia cœnobio attribuit, quæ ab ejus mensa divulsa fuerant, idque privilegiorum nostrorum jure. Rigidioris disciplinæ monasticæ custos acerrimus fuit, claustrum ante ecclesiam construxit de novo, ordinavitque columnis, pluribusque ædificiis. Dormitoria auxit, Sacrarium nobili fornice, ac pavimento e versicolori marmore ornavit. Chorales plures libros optimis characteribus, ac picturis minio factis scribendos curavit. Sacellum nobile S. Berthario Abbati Sacrum pavimento versicolori marmoreo, picturisque sancti viri gesta referentibus ornatum construxit in calce minoris basilicæ nostræ porticus ad levam ingredientium ubi modo S. Michaelis Sacellum visitur. Corpus deinde S. Berthari, quod sub Ara maxima erat, eodem transtulit solemni supplicatione, cui universus diœcesis clerus, frequensque populus utriusque sexus interfuit, quo indulgentiam plenariam a Leone X. hac de re concessam

Ricordatus & alii emendatur.

cessam lucrarentur, atque absolverentur censuris omnibus sedi etiam apostolicæ reservatis præterquam in bulla Cœnæ, ut fusius hoc brevi constat. *Leo Papa X. Universis, & singulis Christi fidelibus presentes literas inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem. Licet is, de cujus munere venit, ut sibi a suis fidelibus digne, & laudabiliter serviatur, ex abbundantia sue pietatis qua merita supplicum excedit, & vota, bene servientibus multo majora retribuat, quam eorum merita valeant promereri, nihilominus nos desiderantes populum domino reddere acceptabilem, & bonorum operum sectatorem, fideles ipsos ad complacendum ei quibusdam allectivis muneribus, indulgentiis videlicet, & remissionibus libenter inducimus, ut exinde reddantur divine gratie aptiores. Cupientes igitur, ut ecclesia monasterii Cassinensis nullius diœcesis, Ordinis S. Benedicti congruis frequentetur honoribus, monasteriumque ipsum in suis structuris, & edificiis congrue reparetur, & conservetur, Fidelesque ipsi eo libentius devotionis causa ad dictam ecclesiam confluant, & ad reparationem conservationemque hujusmodi manus promptius porrigant adjutrices, quo ex hoc dono cœlestis gratiæ uberius conspexerint se refectos de omnipotentis dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus antedictis vere pænitentibus, & confessis, qui capellam S. Berthari martyris in eadem ecclesia in die translationis corporis ejusdem S. Berthari a primis Vesperis usque, & per totam diem dicta translationis devote visitaverint, & pro reparatione, conservationeque hujusmodi manus adjutrices porrexerint, plenariam omnium peccatorum suorum remissionem, & indulgentiam elargimur, & insuper, ut visitantes ipsi hujusmodi indulgentia capaciores reddantur, dilecto filio Ignatio Abbati dicti monasterii deputandi in eadem ecclesia idoneos presbyteros seculares, vel cujusvis Ordinis regulares, qui confessionibus illorum diligenter auditis, eosdem ab omnibus, & singulis criminibus, excessibus, & delictis quantumcumque gravibus, & enormibus in singulis etiam sedi apostolica reservatis, casibus exceptis contentis in cœna Domini, & * asnminum bullis absolvere, & pænitentiam salutarem injungere libere, & licite valeant, vota vero quæcumque per eos emissa * ultramarino visitationis liminum beatorum apostolorum Petri, & Pauli, ac S. Jacobi in Compostella, nec non religionis, & castitatis votis dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium indulgemus semel dumtaxat presentibus valituris. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XVI Iul. Julii MDXIII. Pontificatus nostri anno primo.* Adest sigillum in cera rubea cum S. Petro Piscatore. Fertur, Ignatium Abbatem voto adstrictum corpus S. Berthari constructo sacello, quod sub ara maxima quiescebat inde transtulisse, quod D. Fortunatus a Novaria diligentissimus Cassinensium Cellerarius dum morbo gravissimo absumtus animam pœne ageret, S. Berthari opem ea conditione, interpellante Abbate convaluerit. Sancti Viri caput thecæ argenteæ inclusum inter sacra similia insignis collegiatæ ecclesiæ S. Germani, in qua martyrium est passus, asservatur, atque brachium inter nostra theca etiam argentea clausum.

Ex originali in Archivo.

* Ita in originali.

* Ita in originali. Forte ultramarinæ vel ultra mare.

Quantus autem vir esset Ignatius, ostendit Clemens VII. Pont. max. bulla sua edita a Cornelio Margarino in Bullario Cassinensi To. II. p. 450. Const. 413. in qua Pontifex comploratis pœne Christianitatis rebus ob hæreses, invasionesque Turcarum ad placandam dei iram morum reformatione serie admovens animum, Ignatium tanto operi præfecit. Nos ea hic tantum proferemus hujus bullæ verba, quæ ad Ignatium immediate pertinent. *Clemens Episcopus servus servorum dei Dilecto Filio Ignatio Abbati monasterii Montis Casini, Ordinis S. Benedicti Congregationis Cassinensis alias sanctæ Justinæ, salutem, & apostolicam benedictionem: &c. Habita super his cum Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, matura deliberatione, te, cujus vita exemplaris, & doctrina, & virtus, cum omnibus tum nobis præcipue nota est, & quem scimus nihil magis optare, quam ut Fides, & christiana religio augeatur, & defendatur, tollanturque hæreses vinea domini Sabbaoth a bonis agricolis colatur, bonique mores ubique vigeant, & vitia de cordibus, & operibus hominum extirpentur, extollantur boni, mali autem castigentur, & ad viam domini reducantur, Nuntium, & commissariam nostrum per universa Italia partes ad inquirendum, & investigandam super præmissis per te, & deputandos a se, ac infrascripta peragendum de eorundem Fratrum consilio duximus deputandum, prout tenore præsentium auctoritate Apostolica deputamus, tibique singulas ecclesias tam metropolitanas, quam cathedrales, ac Monasteria tam virorum, quam mulierum, nec non Prioratus, propositura, dignitates ecclesiasticas, beneficia quæcumque, & hospitalia in tota Italia consistentia tam secularia, quam regularia, etiam Ordinum mendicantium, exempta, & non exempta quæcumque, & personas in illis degentes tam in capite, exceptis Archiepiscopis, & Episcopis, quam in membris, auctoritate præfata visitandi, & errores eorum, quibus ipsos illaqueatos esse deprehenderis, ecclesiasque, & beneficia reparatione indigentia annotandi, eosque ad se emendandos, & ecclesias ipsas restaurandas, & reparandas, vitamque honestam, & laudabiles mores juxta sacros canones servandos, nec non horas canonicas, & alia divina officia de more celebranda monendi, ac omnia, & singula ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum, nec non hospitalium, domorum, & omnium locorum piorum hujusmodi bona immobilia, & pretiosiora mobilia, ac fructuum, redditimm, & proventuum annuum valorem sigillatim annotandi, & de illis inventarium manu publici notarii diligenter confici faciendi, ipsosque notarios, quos ad præmissa accessarios fore judicaveris, creandi, & quæ ex bonis immobilibus ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum, nec non hospitalium, & domorum, aliorumque locorum piorum hujusmodi, usque ad illorum tertiam partem, quorum fructus pauperibus, juxta juris dispositionem per beneficia ipsa obtinentes erogandi essent, ecclesiis, Monasteriis, ac beneficiis ipsis minus, utilia, & damnosa esse viderentur, si illa pro hujusmodi fidei defensione per nos suscipienda alienanda forent examinandi, & de omnibus particularem notam. & inventarium confici faciendi, & secum ad nos deferendi, ut cum ad ipsorum bonorum alienationem, & venditionem deveniendum fuerit, ita æqua ratio, ac distributio*

Quantus vir.

fiat,

sint, ut omnis justa querelæ occasio, & locus tollatur. Hæreses vere, & hæreticos quoscumque puniendi, seu illos, quos in Italia partibus hujusmodi inveneris ad locorum Inquisitores hæreticæ pravitatis per eos puniendos, prout tibi magis placuerit, remittendi. Contradictores quoslibet, contumaces, et rebelles cujuscumque dignitatis etiam archiepiscopalis, & episcopalis, ac status, gradus, Ordinis, præeminentiæ, nobilitatis, vel conditionis fuerint, Episcopis inferiores per excommunicationis, episcopos vero, & Archiepiscopos, ac capitula, et conventus per suspensionis, et interdicti, aliasque formidabiliores etiam pecuniarias, de quibus tibi, et deputatis præfatis videbitur sententias, censuras, et pœnas, et alia juris oportuna remedia cum censurarum, et pœnarum prædictarum aggravatione, quavis appellatione postposita compescendi, et si opus fuerit, auxilium brachii secularis implorandi, et invocandi, omniaque alia, et singula, quæ in prædictis, et quolibet ipsorum tibi necessaria, et oportuna quomodolibet videbuntur, agendi, mandandi, ordinandi, disponendi, et exequendi plenam, et liberam auctoritate, et tenore prædictis concedimus facultatem, potestatem, et auctoritatem. Mandantes propterea omnibus, & singulis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, & Prælatis, ac aliis personis ecclesiasticis, & officialibus secularibus, & ecclesiasticis civitatum, nec non locorum nobis, & S. Romanæ ecclesiæ mediate, & immediate subiectorum cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ, ac mille ducatorum auri de camera, cameræ apostolicæ applicandorum pœnis, quatinus tibi in prædictis exequendis possibilibus, auxiliis, & favoribus oportunis assistant, tibique, & a te deputatis, ut nobis ipsis pareant, & obediant, ac intendant. Nos enim sententias, censuras, condemnationes, & pœnas quas rite tuleris, sive statueris in rebelles, ratas, & gratas habebimus, ac faciemus auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus, ac privilegiis, indultis, exemptionibus, immunitatibus, & literis apostolicis eisdem Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, & aliis Prælatis, ac domorum Mendicantium Guardianis, eorumque ecclesiis, monasteriis, locis, & Ordinibus in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & ex certa scientia, & sub quibusvis formis, ac verborum expressionibus, & cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis concessis, & confirmatis quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, tua, & deputatorum a te commissionis explicatio in hac parte impediri valeret quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis, quæ, quoad hæc, alicui nullatenus suffragari posse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque. Tu igitur in virtute illius, a quo cuncta bona procedunt, & qui ubi vult spirat confisus, suscipe hoc onus a nobis tibi impositum, in quo agrum dominicum, ut solita est tua prudentia colendo, fructus uberes deo reddes, & servus bonus ab ipso deo vocaberis, in cujus agricultura labores tuos impendes, & qui centuplum reddere consuevit, adeo enim tibi salvatoris benignitas, & te in hoc tam laudabili exercitio ita adjuvabit, ita diriget actus tuos, ut præter laudem, & famam hominum æterna præmia, quæ sola appetenda sunt, suscipere merearis &c. Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo vigesimo quarto, pridie Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno primo. Evangelista.

Vincentius.

D. Vincentius a Neapoli ex nobili gente Risia Monachus celebris monasterii S. Severini, & Sossii probatæ vitæ Monachus fuit, & rigidioris disciplinæ monasticæ apud nos custos, cœnobium nostrum ædificiis auxit, atque habitu monastico induit D. Angelum Sangrinum, D. Honoratum Fascitellum, ac D. Bernardum Averlanum, qui viri deinde clarissimi fuere, ut mox dicendum. Insigni pictura ornavit fornicem, & parietes, qui ad secundæ cœnobii januæ ingressum erant, de quibus infra. Quædam obtinuit pro cœnobio nostro privilegia a Leone X. pluraque alia monasteria diligentissime gubernavit, quæ inter est illud S. Justinæ, teste Cavacio lib. VI. p. 267., atque Congregationis nostræ Præsidens renunciatus est an. 1517.

Theophilus.

D. Theophilus a Mediolano ex gente Placentia monachus S. Benedicti de Padolyrone quædam pro cœnobio nostro privilegia obtinuit a Leone X. cœnobium ædificiis auxit, servavitque intemeratam disciplinam monasticam. Inter alia Cœnobium S. Justinæ rexit, teste Cavacio cit. loco pagg. 265., & 269. Præsidens quoque Congregationis Cassinensis renunciatus est an. 1519.

Ludovicus.

D. Ludovicus a Mediolano ex nobilissima Trivultia gente, Monachus fuit S. Petri de Glaxiate, verbo, & exemplo intactam disciplinam monasticam servari curavit, & ædificiis cœnobium nostrum auxit. De eo agit D. Placidus Puccinellus in Chronico SS. Petri, & Pauli de Plaxiate Mediolani edito an. 1654. pagg. 203., 221., & seqq., ubi typorum forsan errore Ludovicus an. 1531. Abbas Cassinensis fuisse dicitur.

Justinus.

D. Justinus de Taderico Harbes Hispanus Monachus S. Justinæ de Padua magna diligentia universam diœcesim Cassinensem perlustravit. De eo laudatissime agit Puccinellus loc. cit. p. 79.

Chrysostomus.

D. Chrysostomus a Neapoli ex clarissima gente de Alexandro Monachus S. Severini, bis cœnobium nostrum laudatissime gubernavit, nousque fuit ex iis Monachis decanis, qui cum primum in cœnobium nostrum S. Justinæ congregatio invecta est in eum venit, a quo tempore magna charitate erga res nostras affectus semper fuit. Diligentissimus fuit rigidioris monasticæ disciplinæ custos, juriumque ac ædificiorum monasterii amplificandorum studiosus. Tabulas quasdam pingi jussit a celebri Andrea Sabatino Salernitano; magno, ac plane admirando ausu scalpro excavari curavit cisternam illam amplissimam, quæ in claustro ante ecclesiam nostram sita est, atque sacrarium elegantissime compaginatis scriniis, ac varie cœlatis ornavit. Nobilibus quibusdam sacris habitibus baculo pastorali argenteo elegantis formæ, mitra phrigio opere, multisque gemmis ornata auxit, atque organo, duabusque campanis. Pluraque alia addidit ad ecclesiam, cœnobiumque ornandum, quodque omnium maximum fuit ad

insta-

instaurandam ecclesiasticam disciplinam optimam Synodom dioecesanam habuit an. 1530. Bisdum Abbas noster esset, Præsidens Congregationis Cassinensis renunciatus est anno 1529. & 1535.

Augustinus. D. Augustinus ex nobili Bonfiliorum Patavina gente monachus S. Justinæ morum honestate, ac doctrina clarus fuit, atque Philosophiæ, ac Theologiæ studia, quibus maxime valebat, in cœnobium S. Justinæ invector, nam antea nonnisi sacræ scripturæ, SS. Patrum, Sacræ Theologiæ morali, historiæ, aliisque id genus studiis vacabant Congregationis nostræ monachi. Hæc narrat Cavacius loc. cit. p. 269. Probis moribus suis monachos ad exactam monasticam observantiam excitabat, monasterii redditus, & ædificia auxit, privilegiaque pro cœnobio nostro obtinuit a Clemente VII., & Carolo V.

Hieronymus. D. Hieronymus a Monte rubeo Monachus S. Hieronymi de Cervaria, plura dum meditaretur ad cœnobii nostri decus augendum, morte interceptus est, dum rediret a comitiis generalibus in cœnobio S. Petri Motinensi. Quo tempore nota jurisdictio in clericos, laicosque penes Priorem claustralem mansit pro more.

Ignatius. D. Ignatius Genuensis Monachus S. Justinæ, cujus cœnobii Abbas fuit, deque eo pluribus nominibus optime meritom prædicat Cavacius loc. cit. p. 271. ac ejus vitæ integritatem, pietatemque laudat. Cassini Abbas monasterii ædificia longe auxit curante cum primis D. Angelo Sangrino Priore viro probatissimo, summeque ad res œconomicas promto. Obiit Ignatius in cœnobio S. Justinæ an. 1552. nono Kal. Augusti, sepultusque est prope altare S. Danielis hoc epitaphio.

Post obitum benefacta manent, æternaque virtus, Non metuit stygiis, ne rapiatur undis.

Hieronymus. D. Hieronymus Scloccuetus a Placentia Monachus cœnobii SS. Felicis, & Fortunati apud Vincentiam, secundum Abbas noster fuit, qoo tempore, quædam obtinoit privilegia a Paulo III. Togurium in ecclesia nostra construendum curavit, dicatis ad latera facellis in honorem S. Mauri, & S. Placidi, & odæum post aram majorem, quod vetosto more anterius erat cum fornice, & coronis marmoreis, dicatis etiam ad latera facellis in honorem deiparæ, & S. Gregorii Magni, turrim campanariam, aliaque complura. Construendi odæi caussa, ara major loco mota, effossaque sacratissima corpora SS. Benedicti, & Scholasticæ 13. Martii an. 1545. quæ die insequenti magistratoi S. Germani, ejusque urbis Primoribus, ac universis monachis Cassinensibus, visenda venerandaque exhibuit, eodemque iterum in loco repostuit, majoremque aram porphiretico, aliisque marmoribus ornavit. De hac corporis S. Benedicti inventione habetur mentio apud Petrum Recordati historiæ Monasticæ fol. 15. qui tamen in anno fallitur, quo illa contigit, qoum pro anno 1545. annum signat 1543. Plura etiam egregie præstitisse cum Abbas S. Justinæ esset, potissimum admiranda subselliorum odei constructione commemorat elegantissime Cavacius loc. cit. p. 275. Quater Præsidens Congregationis fuit annis 1553., 1556., & 1559. & 1562. atque disciplinam monasticam pro viribus intemeratam servari curavit.

Laurentius. D. Laurentius Zambello a Guarnoolo monachus S. Mariæ Prataleæ monasterium nostrum ædificiis auxit, illibatamque servavit monasticam disciplinam. Inter alia cœnobium S. Benedicti da Padolyrone rexit, ac ter Congregationis nostræ Præsidens fuit annis 1549. 1552. & 1555. qoo obiit.

Innocentius. D. Innocentius a Novaria ex gente Nicolao Monachus fuit Abbatiæ Florentinæ, de quo Puccinellus magna cum laude agit loc. cit. p. 84., interque alia commemorat ejus etiam opera Patres Societatis Jesu in orbem Florentinam admissos. Plura gubernavit cœnobia, quæ inter illud S. Georgii Majoris Venetiarum, & S. Vitalis Ravennæ, atque Præsidens Congregationis Cassinensis fuit Laurentio suffectus an. 1555.

Hieronymus. D. Hieronymus Calcini a Papia S. Salvatoris in patria sua monachus, Abbas noster fuit, interque alia gubernavit cœnobium S. Mariæ Florentinæ ex Puccinello loc. cit. & S. Simpliciani ubi mortem oppetiit an. 1575.

Isidorus. D. Isidorus Mantegazzi a Placentia S. Sixti in Patria sua monachus, cujus etiam Abbas fuit, atq; bis Congregationis nostræ Præsidens annis 1560., & 1563.

Ignatius. D. Ignatius Vicani a Neapoli dictus Meleatius, Monachus S. Severini bis cœnobium nostrum rexit, in cujus basilicæ tugurio parietes pingi curavit a celebri Marco de Pino dicto Senensi, atque gesta exprimi SS. Benedicti, Mauri, & Placidi in uniuscujusque facello, extraqoe D. N. Jesu Christi orationem in horto, flagellationem, Cruci affixionem, depositionemque ab ea, ingressum in Hierusalem, & resurrectionem, quatuor evangelistas in angulis, ac quosdam prophetas, & SS. Monachos ejusque fornicem, eo picturæ genere, qood *Grottesco* dicitur, ac marmorato opere ab eodem pictore delineato. Altaria quoque eorundem Sacellorum ornavit, aliaque cœnobii ædificia auxit. Jura cœnobii nostri defendit intrepide, visitavitque diœcesim, ac synodum celebravit an. 1564., quo decreta de reformatione a Sac. Concil. Trid. edita in diœcesi Cassinensi ioveheret. Inter alia cœnobium rexit S. Justinæ, ubi sanctè obiit. Præsidens Congregationis Cassinensis fuit an. 1565. De hoc vero sic loquitur laudatus Ricordati loco non ita pridem adducto. *E quest' Abbate, Vuomo d' intelletto, e d' ingegno acuto, di ornati costumi, e di rara dottrina, e persona di gran governo, &c.*

Angelus. De Angelo de Fagiis a castello Sangri S. cœnobii Cassinensis monacho, ac tertium Abbate, agemus fusius, cum de viris pietate illustribus.

Bernardus. D. Bernardus de Adamo Aversanus monasterii nostri monachus, ejus jura, ac privilegia summa contentione defendit, amplificavitque. Vir fuit doctus, ac pius, quas virtutes suis in monachis conservare obnixe studuit. Dum Abbas Cassinensis esset, S. Pius V. Turcarum bello pressus indixit, ut doodecim monasticæ Congregationes qoatoor centum scutatorum millia persolverent, ex quibus octuaginta millia fere Congregationi Cassinensi obtigere, ea tamen lege, ut Congregationes omnes a solvendo quacumque de caussa charitativo sub-

subsidio eximerentur, etiam pro Seminariorum erectione, earumque privilegia sarta, tectaque deinceps servarentur, ut instrumento constat inter easdem facto, atque Cardinalem S. Marci, S. R. E. Camerarium, Aloysium Cornelium in Bullario Cassinensi To. I. p. 209. & seqq. Pie obiit D. Bernardus in cœnobio S. Mariæ Montis Cesenæ, dum ejus Abbas esset.

Matthias. D. Matthias Mattaleja a Lignasco vir doctus Kalen. Octobris an. 1571. Synodum diœcesanam celebravit, in qua decreta edidit ad roborandam disciplinam ecclesiasticam, extirpandaque vitia apprime utilia. Inter alia gubernavit Cœnobium S. Benedicti de Padolyrone, cujus etiam monachus erat, & S. Petri in Glaxiate, cujus monachos exemplo suo, ac monitis induxit, ut posthabito vitæ discrimine peste laborantibus ecclesiæ Sacramenta ministrarent, teste Puccinello in ejus cœnobii Chronico cap. CXL pag. 242. Bis Præsidens Congregationis Cassinensis fuit an. 1572. & 1575. Jura cœnobii nostri pro temporum calamitate servavit, auxitque ædificia.

Hieronymus. D. Hieronymus a Consentia ex nobili Sersaliorum gente monachus cœnobii nostri in humanis, divinisque literis versatus apprime fuit, multoque magis in peragendis negociis. Jura cœnobii nostri defendit, ejusque ædificia auxit, atque die 22. Martii an. 1576. in Synodo diocesana plura decreta edidit pro Clericis laicisque. Anno insequenti 1577. obiit in cœnobio S. Johannis Evangelistæ Parmæ, quo se pro comitiis nostris contulerat mense Augusto celebrandis, quæ grassante peste post Pascha haberi pro more non potuerant.

Bernardus. D. Bernardus Ferrajolus a Neapoli monachus S. Severini monasterii sui Abbas fuit, & SS. Trinitatis Cavæ, S. Petri Perusini, S. Xisti Placentiæ, ac secundum Cassinensis; atque an. 1584. Congregationis nostræ Præsidens. Is justis de caussis, quas suo loco dabimus statuit, ut deinceps vicarius generalis diœcesis nostræ Monachus semper esset. Egregie cœnobii nostri jura spiritualia, temporaliaque asseruit, ædificiaque auxit. Capuccinos Patres in S. Germanum invexit, omnique cura disciplinæ monasticæ conservandæ incubuit. Colicæ dire vexatus mortem oppetiit die 5. Februarii an. 1587. eique solemni ritu in basilica Cassinensi die sequenti parentarunt monachi præsentibus quatuor dignitatibus, & canonicis insignis collegiatæ ecclesiæ S. Germani, omnique urbis, atque quorundam oppidorum clero. Recitata in ejus laudem panegyris a D. Clemente Neapolitano cœnobii nostri monacho. Plura privilegia, declarationesque pro cœnobii nostri juribus asserendis obtinuit a Sixto V. Pontifice vere maximo.

Desiderius. D. Desiderius a Brixia cœnobii nostri monachus, ac rigidioris monasticæ disciplinæ assertor acerrimus plurimum sudavit, & alsit ad ejusdem jura defendenda potissimum contra episcopi Aqoinatis molimina ut mox dicemus, ædificia auxit, construxitque majorem partem cœnobioli S. Mariæ de Albaneta, haud multum Cassino dissitum, primumque ipsemet lapidem posuit die tertia Augusti. Sacrarium supellectili ditavit, atque anno 1580. mense Octobris Synodum diœcesanam habuit, in qua optima pro disciplinæ ecclesiasticæ conservatione, instaurationeque decreta edidit, atque iterum an. 1583. die 4. Octobris eandem ob caussam. In prima sermonem de utilitate frequenter celebrandi Synodos habuit D. Thomas Vicarius ejus generalis, eademqoe de re in altera Synodo disseruit D. Desiderius a Monte Regali Vicarius etiam generalis: Insignia plura cœnobia gubernavit, quæ inter sanctissimæ Trinitatis Cavæ, S. Severini Neapolis, S. Placidi Messanæ, S. Petri Perusini, ubi pie obiit.

Ægidius. D. Ægidius Sarnicola a Matelica antiqui, ac celebris monasterii S. Michaelis Archangeli Montis Caveosi monachus rigidioris disciplinæ monasticæ custos, juriumque cœnobii nostri fuit. Synodum diœcesanam habuit die 22. Martii an. 1588., quo etiam Præsidens Congregationis nostræ est renunciatus. Quædam privilegia, declarationesque obtinuit pro cœnobio nostro a Sisto V.

Andreas. D. Andreas a Suessa cœnobii nostri monachus in sacris humanisque literis versatus fuit. Ejus vitam moresque usdem successoris sui D. Hieronymi Perusini verbis dabimus ex ejus diariis, ubi hæc ait. *Ma venendo nel Fiorentino* (de se ipso loquitur) *nel fine dell' Alpe, tra S. Piero a Scena, & Pratolino nel fiumicello Gaza, li fu mostrato il luogo dove l'antecessore suo sopra l'istesso cavallo, volendo uscire fuori del fiume essendo per la pioggia ingrossato, e trovando una fossa di fango nell' arboreto della Prode, dove gl'altri passorono senza intoppo, questo vi si distese dentro, dove andò sotto il povero Padre, e così coperto di fango cavalcò fino a Scarparia sei miglia discosto, oltre che era infermo di gotte, e dolore di reni, li si accese una febre putrida, che appena si condusse a Bologna a cavallo, di lì a Modena in carrozza, dove più anni avanti D. Girolamo Genovese detto monte rosso Abbate centesimo di questo monasterio (Cassinense) restò sepolto. Era questo Padre (D. Andrea) di statura piccola, di color fosco, di pelo crespa, di apparenza aspra, però di animo vivo, e svegliato, e come somigliava uno grano di pepe, così era in effetto, subito ardente, mordace, senza flemma, esecutivo oltre modo, ma quel, che importa, zelante del publico, & amoroso del monasterio, del quale ragionando s'infiammava in modo, che quel poco sangue, che aveva usciva negl' occhi, per la bocca, per il naso, talmente, che pareva ferito. Scrisse con tanto affetto vicino a rendere lo spirito al Definitorio, che commosse a lagrime più d'uno. Perse assai la congregatione, ma il monasterio di monte Casino molto più, che si sperava conforme a i beneficii fatti da Cellerario, scritti in altri luoghi, che dovesse giovare, tanto più, quanto era in maggior grado, & in quei pochi mesi, che governò, ancorchè infermo di corpo, si mostrò animoso, e fece assai ottenendo il* moto proprio *di Sisto V. della confermazione, concorso, lettere di giustizia, e di grazia, cose importanti alla giurisdittione spirituale assaissimo &c.* Privilegium quoque a Sisto V. obtinuit erigendi seminarium eo in diœcesis loco, qui sibi aptior videretur. Cum vicarius, ac Locomtenens Abbatis nostri in oppido Citrarii esset, optime juribus nostris in eo oppido consuluit, ut ea regestis ab eo factis, quæ in Archivo nostro asservantur, constat. Jurisdictio pro more penes Priorem mansit. Andreas cœnobium etiam sancti Severini gubernaverat.

D. Hieronymo Brugia a Perusio cœnobii S. Petri in

In patria sua monachus, vir fuit Matheseos, & Architectonicæ artis peritus. Possessionem Abbatiæ Cassinensis summa devotione pedes montem ascendens iniit mense Junio in ipsa cathedrali basilica cœnobii nostri, ac festo deinde corporis Christi ad S. Germani urbem veniens celebrata in ecclesia solemni missa, pro more SS. Eucharistiæ Sacramentum supplicabundus per urbis vias detulit. Monasticæ disciplinæ studiosissimus fuit, supellectili, vasibusque argenteis sacrarium auxit, ecclesiam nostram pluribus in locis sarsit, muro viridarium circumdedit. Xistum prope monasterii januam construxit, atque hospitium ad viros nobiles excipiendos, & valetudinarium pro monachis, cum triclinio, & culina, Nosocomium, aliaque plura. Redditibus cœnobium magnopere œconomia sua auxit, nova potissimum extructa chartaria officina in oppido S. Elia, veterique sarta, aliisque excitatis diversis in locis hujus generis ædificiis, quæ lucro, utilitatique essent, summa vi, ac diligentia jura cœnobii nostri spiritualia, ac temporalia asseruit. Magnam in tricliniio nostro positam tabolam pingendam curavit a Francisco Ponte a Bassano, quo vita functo, illam perfecit ampliavitque, Leander ejus frater. Nummi pretium operis non nisi paulatim persolvebantur, ac non nisi nova facta a Pictoribus apocha.

Præter Sac. Theologiæ, Philosophiæ, aliarumque scientiarum, quæ tum apud nos publice docebantur, prælectionem Sac. Theologiæ moralis instituit. Die 21. Martii 1591. synodum diœcesanam habuit magno apud omnes in pretio habitam, tum ob alias causas, tum ob frequentes S. Scripturæ, Conciliorum, SS. Patrum, SS. Canonum, insigniumque Authorum citationes, atque Romæ editam apud Guillelmum Faciottum an. 1592. Eam laudat Wion. lig. vit. lib. V. cap. 8. p. 597. ubi seriem Præsidentium Congregationis nostræ texit. Alteram habuit anno 1594. Abbatis hujus meminit D. Petrus Ricordati in historia monastica die IV. p. 473. a t. hisce verbis. *Dirovvi ora di Girolamo Perugino, quantunque egli sia nato d'un Fiorentino, ma per abitare il Padre suo in Perugia lo chiamo di quella patria, costui è oggi quasi raro nel governare, e nel suo monastero di S. Pietro di Perugia, del quale per molti, e molti anni è stato Cellerario, l'hà dimostrato. Egli è ancora di molte scienze acconciamente ornato, e particolarmente nella matematica. E dotato d'una singolar prudenza, & oltr'a modo gratioso, & umano. Hoggi si trova in S. Faustino di Brescia Priore.* De eo multa cum laude agit etiam Puccinellus loc. cit. p. 96. & seqq. ubi beneficia commemorat Florentino, aliisque cœnobiis ab eo exhibita, additque ex gente Rossetta fuisse. Tertium Congregationis nostræ Præsidens fuit an. 1592. 1596. & 1600.

Basilius. D. Basilius a Brixia Monachus insignis cœnobii S. Johannis Evangelistæ Parmæ fere integram renovavit magnificam cœnobii S. Liberatoris Cassinatibus subditi ecclesiam, atque jura cœnobii nostri defendit. Haud plura præstare potuit morte interceptus magno omnium desiderio die 8. Octobris an. 1596. Die insequenti illi monachi parentarunt præsentibus collegiatæ insignis ecclesiæ S. Germani Canonicis, aliorumque quorumdam oppidorum clero, præter urbis magistratum, ac syndicos. Jurisdictio omnis penes Priorem claustralem pro fine mansit. An. 1591. in locum demortui D. Pauli Veneti Præsidens Congregationis nostræ suffectus fuerat. Insignia quædam cœnobia gubernavit, eaque inter sancti Johannis Evangelistæ apud Parmam.

Victorinus. D. Victorinus de Anso ab Aversa Monachus SS. Trinitatis Cavæ Magnæ integritatis, ac doctrinæ vir fuit, ut ejus libri plores demonstrant, quorum meminit Ughellius in descriptione Episcop. Scabiensium To. VI. num. 37. cujus ecclesiæ episcopus renunciatus est anno 1599. & To. VIII. in descript. episcop. Ariani nu. 32., ad quam ecclesiam translatus est an. 1603. Toppius in Biblioth. Neapolitana p. 311. & Nicodemus in addendis p. 249. cœnobii nostri ædificia perfecit, ejusque jura servanda curavit.

Zacharias. D. Zacharias Mutinensis cœnobii S. Petri patriæ suæ monachus monasterii nostri ædificia auxit, atque ut monastica disciplina innoxia servaretur enixe studuit.

Cur tamdiu protracta ædificia. De Abbatibus hactenus memoratis agendum etiam hoc sæculo in Dissertationibus. Mirum vere haud videri debet lectoribus nos identidem hic scribere cępta ab Antecessoribus suis ędificia prosequotos esse Abbates nostros. Cum enim valde magnifica illa sint, ac nonnisi summa difficultate impensis, ac temporis intervallo perfecta, haud poterat quinquennalis, aut brevioris temporis Abbas cępta perficere. Equidem in Monte Cassino nonnisi lapides suppetunt; arena, calx, trabes, tabulæque aliunde convehendæ summis impendiis, ipsique artifices, utpote patria, urbeque dissiti, nonnisi magno proposito præmio ad montem conduci possunt.

III.

DE MONASTICA

DISCIPLINA.

Hispani Regno Neapolitano potiti. IN Dissertatione prima fusius narrandum, quomodo Hispani regno Neapolitano universo potiti sint, Consalvi de Corduba ducta, & auspiciis. Ferunt, ipsum antequam prælium apud Cirignolam in Apulia iniret, obnixe S. P. Benedicto fortunas suas omnes commendasse, ab eoque victoriæ omen accepisse. Plures id Scriptores Monachi referunt. Unius nos Antonii Sabellici partium certe quippe qui Venetiis scribebat, studio haud abrepti testimonio utemur. Is an. 1503. vivebat, quo, die 28. Aprilis apud Cirignolam cum Gallis bellatum ab Hispanis, ait itaque lib. X. Exemplorum cap. VI. §. ult. cui titulus est: *De Consalvo magno Agidiario:* ita scribens *Magnam eam animi solertiam fuisse necesse est, qua usus Consalvus Agidiarius Barulana obsidione a Gallis pressus, non modo eos refudit, sed demum, & vicit. Incluserant Galli Consalvum intra Barulum, qui ingentibus copiis assidebant: tenuit septem menses obsidio, cum Hispanus miles, occupatis omnibus locis, unde commeatus invehi in oppidum possent, ne a muribus quidem, & herbarum omni genere abstineret. In hac temporum difficultate nihil non exogitatum ab illo est, qua vi-

militum animos placaret, nunc monendo, nunc hortando, sepe se segregariis inferendo, sepe spe venturi commeatus, & subsidii solando, adeo effecit, ut qui de eo necando cogitarant, mutata sententia in fide manserint. Quo tempore constat, illum divi Benedicti oraculo victoriam sperare monitum: ex quo mox ille victoria potitus, ejus familia, Cassinatem saltum cum vetustissimo cœnobio restituendum curavit. Obiit Sabellicus ex Spondano ad an. 1504. nu. 13. die 18. Aprilis 1507. & ex Labbe de Script. Eccles. an. 1506. Scripsit de hac historia librum D. Ignatius Sqoarcialupus teste Arnoldo Wion coævo lib. I. Lign. Vit. p. 30., ubi alias ejusdem locubrationes referens hanc addit. *De Visione illustris Principis Ferrandi Consalvi Compendium lib. I. Divinam illustris Ferrandi, &c.* eamque manuscriptam asservatam asserit a D. Constaotino Syracusano Monacho Catanensi. Eadem testatur D. Placidus Puccinellus in Chronico Abbatiæ Florentinæ p. 75., & Johannes Baptista Marus in Notis ad Petrum diaconum de Vir. Illustr. Cass. p. 113. Idemque Igoatius in oratione eo die habita, quo monachi Congregationis S. Justinæ Cassinense cœnobium sunt ingressi, quæ incipit: *Introibimus in tabernaculum ejus, adorabimus in loco, ubi steterunt pedes ejus*, hæc de Consalvo ait. *Ita tu illustrissime, atque invictissime Princeps, & Dux Consalve, qui efficacissimam hactenus expediendis rebus, & perficiendo negotio curam impendisti: Quique pietate in primis, ac religione, sine qua nullum regnum, nulla imperia rite administrari possunt praditus, atque ornatus es, id mercedis, & premii expectato, quod piissimis, & religiosissimis Principibus a deo opt. max. dari equum est, apud quem potissimum patronum tibi comparasti, cujus auspicio fretus, & apud mortales immortalem gloriam, & apud Superos felicitatem tibi perpetuam peperisti. Age, perge ut cœptum est, opusque egregium perfice, quo tuis quasi e manibus prodeat absolutum &c.* Integra hæc oratio extat in Cod. ms. bibliothecæ nostræ sign. num. 449. & apud Petruccium in Cassinensibus Annalibus. Sive aotem vera, sive fabulosa hæc morosioribus quibusdam criticis videaotur, illud constat, Ferdinandom regem Catholicum, & Consalvum Ducem enisos omni studio, ut Fiduciarius Abbas Cassinensis Johannes Mediceus dignitati suæ cederet, atque cœnobium nostrum decreto Julii II. Romani Pontificis Congregationi S. Justinæ uniretur, ut videre est in pactis, quibus Johannes juri suo renunciavit, & ex privilegio, quo cœnobium nostrum, atque Congtegationem S. Jostinæ Ferdinandus Catholicos in sui clientelam recepit, ex versibus mox adducendis, memoratisque Ignatii verbis. En autem pacta inter Cardinalem Johannem inita, atque Congregationem S. Justinæ magna tum sanctimonia florentem cum Abbatiam Cassinensem renunciavit.

Conventiones, & pacta inter reverendissimum Patrem, & dominum, domnum Johannem Sancta Maria in Dominica Diaconum Cardinalem de Medicis ac venerabilis monasterii Cassinensis perpetuum commendatarium ex una, & infrascriptos Patres vid. domnum Eusebium de Mutina venerabilem Presidemom Congregationis S. Justina de Padua atque Abbatem S. Petri de Perusio, & D. Ignatium do Florentia Abbatem Florentinum, Visitatoremque ejusdem Congregationis procuratores ad hoc per spetialo mandatum Capituli generalis, rogatum manu Johannis Petri ser Andrea de Colovatis publici notarii, sub die tertiadecima mensis Maii MDIV. vii. indictione, partibus ex altera, in causa reformationis pradicti monasterii Cassinensis, & unionis ejusdem prafata Congregationi die infrascripta inita, & firmata. Sacrosanctissima Trinitatis, B. Maria Virginis, beati Benedicti, atque omnium Sanctorum nominibus invocatis: juxta privilegia per fel. rec. Eugenium IV. & Alexandrum VI. Romanos Pontifices prafata Congregationi concessa, quod super monasteriis recipiendis per dictam Congregationem possint inter partes tractatus, & conventiones fieri ad infrascripta pacta & Capitula pari consensu, & unanimiter convenerunt. Primo. *Quod facta cessione, & unione dicti monasterii Cassinensis, & data cedula subscripta, & signata sigillo prafati domini Cardinalis Commendatarii, & constituto procuratore ad consignandam possessionem dicti monasterii Cassinensis, Congregatio prafata etiam sub pœna regressus teneatur solvere Roma sub sententiis, censuris, & pœnis ecclesiasticis solitis, & consuetis, & in cedula relationis ponendis singulis annis pradicto reverendissimo domino Cardinali Commendatario quoad vixerit tantum, loco, & nomine omnium fructuum dicti monasterii pensionem quatuor milium ducatorum auri de camera, & quadrigentorum rubiorum ordei, ac librarum mille candelarum cera alba unciarum xii. pro libra, in duobus terminis videlicet in domini nostri Jesu Christi, & beati Johannis Baptista Nativitatum festivitatibus, in quolibet videlicet pradictorum terminorum dimidiam partem, incipiendo solutionem a Natali domini nostri Jesu Christi proxime futuri. Ita tamen quod a die cessionis prafati monasterii in manibus domini nostri Papa, ac unionis Congregationi, omnes, & singuli fructus ejusdem monasterii incipiant esse, & sint cum effectu dicta Congregationis, & ad effectum horum, & cautelam ejusdem domini Cardinalis prafati agentes pro Congregatione obligabunt omnem generaliter Congregationem, & in specio ipsum venerabile monasterium Cassinense, ac S. Justina de Padua, S. Benedicti de Mantua, S. Pauli de urbe, S. Maria de Florentia, et s. Petri de Perusio, ac reliqua dicta Congreg. monasteria.* Secundo. *Quod dictam pensionem teneatur ipsa Congregatio solvere prafato domino Cardinali Commendatario in omnem eventum, & casum belli, pestilentia, alluvionis, grandinis, sterilitatis, & omni penitus exceptiono remota, ac omnibus aliis damnis, & impedimentis cessantibus, qua contra solutionem dicta pensionis excogitari, & tam de jure, quam de facto allegari possent, relicta conscientia, & arbitrio prafati domini Cardinalis remissione alicujus partis dicta pensionis, si quando dictum Monasterium aliquod magnum damnum pateretur.* Tertio. *Ipsa Congregatio erit libera, & immunis a decimis, & impositionibus quibuslibet, quas per sedem Apostolicam, vel ejus auctoritate quomodocumque, vel qualitercumque imponi contigerit super fructibus ipsius monasterii Cassinensis, ad quas solvendas, ut dictum est, ipsa Congregatio non tenebitur, quia reverendissimus dominus Cardinalis reservat sibi omnes fructus Monasterii.* Quarto. *Et licet fructus extantes dicti monasterii usque ad diem cessionis de jure pertineant ad ipsum cedentem, pro majori tamen*

Nota:

Ex originali in Archivo.

cautela, & ad tollendum omnem materiam disputandi convenerunt ut fructus hujusmodi pertineant ad ipsum dominum Cardinalem cedentem usque ad diem dicta cessionis contrahendum. Eidem vera Cardinali debita hactenus contracta, & usque ad diem dicta cessionis contrahenda etiam ratione censuum per ipsum dominum Cardinalem exigi & similiter onera quecumque per eundem supportari debeant, & debitores per præfatum D. Cardinalem, proinde ac si minime cessisset cogi possint. QUINTO. *Convenerunt, ut prædictus dominus Cardinalis incolumis, & nulla infirmitate detentus possit (pro quo exprese SS. D. N. supplicabit) sine licentia, & consensu dicta Congregationis infra triennium a die cessionis dicti monasterii transferre dimidiam partem dicta pensionis in quamcumque personam ecclesiasticam sexagesimum saltem annum agentem, ita tamen quod si dicta persona, in quam translata erit dicta medietas pensionis ipso Cardinale adhuc superstite decesserit, pensionem ipsam, ut ante dictam translationem integram exigere, ac percipere possit, ac si medietatem prædictam in ipsam personam minime transtulisset, elapso vero triennio, si non transtulerit, cesset penitus facultas hujusmodi pensionem transferendi, & illa nullatenus uti possit, aliter autem nec ipse reverendissimus Commendatarius, nec ille, in quem ut supra taliter pensio translata fuerit, ipsam, vel partem ejus permutare in quemquam, seu transferre non valeant.* SEXTO. *Quia Catholica majestates regis, & regina Hispaniarum, & similiter Illustrissimus Capitaneus Consalvus Ferrandus, ut ad hoc præfata congregatio promptius, & facilius hujus onus, & provinciam reformationis assumant, & fructus illius venerabilis Monasterii prope desolati in ejus instaurationem citius verti possint, & sacer ille locus debitis obsequiis per sufficientem Monachorum numerum ocius valeat honorari ultro, & sponte SS. D. N. supplicare, & cum affectu procurare promittunt, ut infra duos, vel tres annos conferat tot beneficia unum, vel plura præfato reverendissimo domino Cardinali, qua pensio ipsa pro majori parte, vel etiam penitus extinguatur, convenerunt, & ipse Dominus Cardinalis SS. D. N. supplicabit, quod si, procurante præfata Congregatione, quocumque tempore provideretur eidem domino Cardinali de aliquibus ecclesiis, sive monasteriis, vel aliis beneficiis ecclesiasticis secularibus, vel regularibus, sive illa ei commendarentur, & pacifice ea assequeretur, qua & acceptare teneatur pro quolibet centenario valoris beneficiorum prædictorum tres quartas partes centenarii dicta pensionis eisdem remittere, vel eandem congregationem procuratores ad recipiendum pro se ipsis, & tamquam suos in proprios usus convertendum omnes fructus dictorum beneficiorum sibi concessorum constituere, & hac ad ejus electionem, & procuratoribus hujusmodi constitutis integram pensionem, ut prius exigere possit.* SEPTIMO. *Præfatus reverendissimus D. Cardinalis Commendatarius reservat sibi, quoad vixerit, super quo & specifice SS. D. Nostro supplicabit jus conferendi omnia, & singula beneficia ecclesiastica secularia cum cura, & sine cura, & instituendi præsentatos ad eadem beneficia vacantia, & præsentandi ad ea quomodolibet spectantia ad collationem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem Abbatis, seu Commendatarii dicti monasterii, reservatis tamen in eisdem beneficiis monasterio Cassinensi prædicto censibus omnibus, visitatione, & subjectione solitis, & consuetis, & omnibus juribus ad prædictum monasterium hactenus pertinentibus, exceptis etiam beneficiis mensa ipsius monasterii unitis, qua quomodocumque hactenus de facto separata, seu deperdita, & alienata forent. Item omnibus aliis beneficiis monasticis, & manualibus, qua in quorumvis manibus ad presens inveniantur quamprimum per cessum, vel decessum vacaverint, non possint amplius a prædicto domino Cardinali Commendataria conferri, sed eorum collatio statim ad prædictum monasterium & Congregationem rediisse censeatur, & præter hoc etiam ipse reverendissimus D. Cardinalis non ex pacto, sed ex gratia speciali, & humanitate sua supplicabit SS. domino nostro Papa, prædicta beneficia redintegrari, & quatenus opus, sit uniri præfato monasterio Cassinensi.* OCTAVO. *Circa Monachos professos Monasterii Cassinensis convenerunt ipsa partes, prout de jure communi, & prout in litteris SS. D. N. PP. exprimetur.* NONO. *Circa alienationes factas de rebus immobilibus Monasterii prædicti tempore ipsius domini Cardinalis, & per ejus ministros, tam super his, qua a dominatione sua reverendissima confirmata fuerunt, quam super cæteris omnibus, convenerunt partes, prout de jure, vid. ut recuperari possint bona alienata, & rescindi contractus, qui maxime in evidens damnum dicti monasterii celebrati sunt. Si quos tamen familiares, aut amicos suos commendabit ipse dominus Cardinalis, non ex vi alicujus præcedentis pacti, sed simpliciter, & amicabiliter transigetur, & recuperabuntur bona expensis dicta Congregationis, si qua eis, qui illa detinent, de jure restitui deberent.* DECIMO. *Partes ipsa se invicem obligabunt altera alteri, ut commodius, & cautius sibi visum fuerit, & subscribent manu propria, & sigillo suo munient, & confirmabunt prædicta omnia, & si opus fuerit, redigi facient in publicam formam ad perpetuam rei memoriam, & pro observatione omnium prædictorum.* UNDECIMO. *Et quia in mandato supradictorum procuratorum posset esse aliquis defectus, prædicti agentes pro congregatione promiserunt, quod in proximo futuro eorum Capitulo dicta Congregatio ratificabit per instrumentum amplioris forma. Datum Roma in domibus habitationis præfati domini Cardinalis die XI. Mensis Novembris* MCCCCCIIII.. *Quia superius in sexto Capitulo dicitur, quod si, procurante congregatione, præfatus reverendissimus dominus Cardinalis assequeretur aliquod Beneficium &c. pro declaratione illorum verborum additur, quod si summus Pontifex concederet aliquam reservationem ad requisitionem Catholicarum majestatum, in dominiis illorum ad istum effectum, vel si prædicta reservatio obtineri non posset, & ipse Catholica Majestates litteris suis procurarent, & impetrarent a sanctissimo domino nostro aliqua beneficia dicto domino Cardinali conferri, vel commendari ad eundem effectum, teneatur illa acceptare sub conditionibus quibus supra. Ita est. Joannes Cardinalis de Medicis manu propria. Ita est. Eusebius Præsidens qui supra manu propria. Ita est. Ignatius Visitator qui supra manu propria.* Adsunt duo sigilla in cera rubea. Cardinalis unum, Congregationis alterum. Quasdam deinde Cassinatibus gratias concessit Cardinalis Mediceus, quæ supplici hoc libello continentur.

Memoriale de alcune gratie ha concesso el Rever. Car-

Cardinale de Medici dignissimo olim Commendatario del sacro, & venerabile monasterio di Monte Casino alla Congregatione de santa Justina, & sopra la fede sua ha promesso non mai per alcuno tempo contravenire, ne contrafare a epse, come so proprio per expresso patto convenute, & per contratto stipulato fussino, & in fede del tutto sua Signoria Rma subscriverà di sua propria mano, & sigillerà col suo proprio, & solito sigillo questo presente memoriale. Hoggi queste di XXII. di Febraro 1504. more Florentino. 1. Che ognivolta sua Rma Signoria fusse, disponente domino, promosso al Sommo Pontificato, quamprimum se intenda cessare, & con effetto cessi tutta la pensione, che riceve da detta congregatione per la cessione del detto monasterio Cassinense, & così non possa ne prima, ne poi altrimenti de epsa disponere, se non come nel quinto capitolo de altre conventione fatte tra noi, & nella bolla della sua pensione per dispositione Apostolica si contiene. 2. Sua Signoria Reverendissima promette presentare alla Congregatione ogni favore cosi in curia, come con lo illustrissimo Capitano, & dove sarà bisogno ad recuperatione de li beneficii proprietà, & beni de ditto monasterio Cassinense. 3. Che in arbitrio della Congregatione sia dare a sua Reverendiss. Signoria quatrocento rughia d' orzo ò in orzo, ò in denari ad ragione di carlini X. per rughia, quando l' uno, & quando l' altro anno per anno come a detta Congregatione piacerà, con queste due condittione, vid. che volendo la congregatione dargli denaro glie lo abbia a intimare, & notificare ciascuno anno in Kalende di Gennajo, & tutta la somma de denari per dette 400. rughia darglele per la Festa di santo Johanni, accio che sua Signoria si possa in quello tempo fornire, & fare il fatto suo, ma el pagare denari, & ò orzo nella predetta forma stia ad elettione della detta Congregatione, ut prafertur. 4. Sua Signoria Reverendiss. è contenta nel pagamento, che si fà a sua Signoria Reverendiss. delli ducati quattromila di camera acceptare ducati larghi, acciò la Congregationo non abbia a comperare ducati di camera, & li debba acceptare sua Reverendiss. Signoria secondo la valuta corrente, & non ad XXXVI. per XXXVII. anco che la non habia a perdere piglandoli ad 36. per 37. Et li agenti per detta Congregatione sono contenti, & così promettono al prefato Reverendiss. Cardinale fare ogni anno in perpetuo uno anniversario, ò vero officio de morti per la anima del suo charo Fratello Piero de Medici, il corpo del quale è sepulto nel detto monasterio Cassinense. Ita est. Johannes Cardinalis de Medicis manu propria, locus † Sigilli. Supplicis hujus libelli exemplar subscripsit Abbas Ignatius.

[Margin: Congregatio S. Justinæ appellata Cassinensis.]

Cum itaque in Julii II. Romani pontificis manibus Cardinalis Johannes Mediceus Cassinensem Abbatiam resignasset, hic illam Congregationi S. Justinæ copulavit ea lege, ut ob cœnobii, quod omnium proculdubio Ordinis S. Benedicti caput est dignitatem, ea Congregatio deinceps Cassinensis alias S. Justinæ appellaretur, ut fusius hac bulla constat.

[Margin: Ex originali in Archivo.]

Julius episcopus servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam. Super cathedram praeminentia pastoralis, dispositione divina, meritis licet insufficientibus consedentes, pio, ac sancto desideria cupimus efficere, ut monasteria, & loca religiosa quacumque per nostra operationis diligentiam, gratia quoque cooperante divina, salubriter dirigantur, & in eis regularis disciplina norma servetur, cultus divinus augeatur, charitas vigeat, humilitas perseveret, et omnis bene vivendi modus cum aterna vita premio valeat foliciter stabiliri. Sane monasterio Cassinense ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinente, Ordinis S. Benedicti nullius diœcesis, quod dilectus filius noster Johannes S. Maria in Dominica diaconus Cardinalis, ex concessione, et dispensatione apostolica in commendam nuper obtinebat, commenda hujusmodi ex eo, quod idem Johannes Cardinalis illi hodie in manibus nostris, sponte, et libere cessit, nosque cessionem ipsam duximus admittendam, cessante adhuc eo quo ante commendam eandem vacabat, modo vacante, Nos verum, et ultimum dicti Monasterii vacationis modum, etiamsi ex eo quevis generalis reservatio, etiam in corpore juris clausa resultet prasentibus pro expresso habentes, ad provisionem super ipsius Monasterii regimine celerem, et felicem, ne monasterium ipsum longe vacationis exponatur incommodis paternis, et sollicitis studiis intendentes post deliberationem, quam desuper cum fratribus nostris habuimus diligentem; demum ad dilectos filios congregationem Monachorum S. Justina de Padua dicti Ordinis sub regulari observantia ejusdem Ordinis viventium direximus oculos nostra mentis sperantes, quod sicut congregatio ipsa per universam Italiam, per incrementa temporum suos palmites dilatavit, sicque ubique virtutum radiis jugiter crescit, si monasterium ipsum eidem congregationi perpetuo uniretur, annecteretur, et incorporaretur, [Margin: nota:] vigeretque in eo regularis observantia dicti Ordinis, monasterium ipsum regulari observantia hujusmodi hactenus destitutum, cum tamen caput omnium monasteriorum dicti Ordinis existat, et in eo corpus S. Benedicti multa cum veneratione conservetur, [Margin: nota:] exinde votive reformationis susciperet incrementum, et eorumdem monachorum exemplari vita, Nobis tunc in minoribus constitutis, eorum protectore existentibus, nota, & accepta in spiritualibus, & temporalibus sperate prosperitatis successibus gratularetur, succederetque in eo divini cultus augumentum, cum incolarum, & habitatorum, ac circumvicinorum omnium animarum salute; quibus omnibus debita meditatione pensatis, monasterium predictum sic, ut prafertur, vacans cum illi annexis, ac omnibus juribus, & pertinentiis suis eidem Congregationi per Abbatem temporalem juxta ejusdem Congregationis laudabiles ritus, & mores, ac regularia instituta ejusdem Ordinis, & eidem Congregationi per sedem apostolicam concessa privilegia, & indulta perpetuis futuris temporibus ad instar aliorum monasteriorum dicti Ordinis eidem Congregationi unitorum, annexorum, & incorporatorum per Congregationis hujusmodi prasidentem, & diffinitores pro tempore existentes deputandum, tenendum, regendum, & gubernandum de eorumdem fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate tenore prasentium perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus, ac volumus, statuimus, & ordinamus illud de cœtero dicta Congregationis esse, ac juxta ritus, & mores, & instituta pradicta perpetuo regi, & gubernari debere, liceréque Prasidenti, & diffinitoribus, ac Congregationi prefatis per se, vel per alium, seu alios regiminis, & administrationis, ac bonorum omnium mobilium, & immobilium dicti monasterii pos-

possessionem, vel quasi propria auctoritate libere apprehendere, ac perpetuo retinere, ac illud, ut præfertur, regere, & gubernare cujusvis licentia super hoc minime requisita, ac illos, ex Monachis dicti Monasterii, qui sub dicta observantia vivere nollent, inde amovere, ac ipsis ad quavis alia Monasteria dicti Ordinis, ubi benivolos invenerint receptores se trasferendi licentiam concedere, eis tamen ubi beneficia ecclesiastica, vel alias, unde vivere possint, non habuerint, quoad vixerint, aut donec dictos benivolos invenerint receptores monachali portione, ex fructibus dicti monasterii assignata, nec non Congregationem ipsam propter nomen, & dignitatem monasterii hujusmodi, quod aliorum monasteriorum dicti Ordinis caput est, ut præfertur, de cætere Cassinensem Congregationem, alias S. Justinæ nuncupari debere, omnibus tamen, & singulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, concessionibus, & indultis, hactenus Congregationi S. Justinæ hujusmodi concessis in suis robore, & firmitate persistentibus in omnibus, & per omnia per inde, ac si hujusmodi nominis, ac tituli matatio, seu variatio facta non esset, & hujusmodi privilegia a principio sub nomine Congregationis Cassinen., alias S. Justinæ hujusmodi specialiter, & expresse concessa fuissent. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Monasterii, ac congregationis, & Ordinis prædictorum juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque &c. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super hiis a quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contingerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ unionis, annexionis, incorporationis, voluntatis, statuti, ordinationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis dei, ac beatorum Petri, & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

nota.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo quarto XVII. Kal. Decembris, Pontificatus nostri anno primo. Adest sigillum plumbeum pendens &c.

Neque hic tantum Pontifex, summis Congregationem hanc laudibus effert, sed imperatores, etiam, regesque, ac principes, quorum diplomata aliqua retulit Margarinus To. I., & II. Bullarii Cassinensis. Ejus certe pietate freti plures, qui fiduciario jure Abbatias possiderent, eidem illas concessere Romanorum Pontificum scito, ut pietate, doctrina, atque œconomia pristino splendori restituerent. Egregie id præstitum, insignia tot monasteria testantur; quorum vix nomen remanserat. Hæc obiter dicta sunt. Quot enim beneficia illustris hæc Congregatio dei ecclesiæ præstiterit, satis colligere est a Ludovico Barbo ejus authore in suis commentariis, Jacobo Cavacio in historia celeberrimi monasterii S. Justinæ lib. V., Alberto Miræo libro inscripto: *Origines Benedictinæ*, cap. 92. pag. 360., & seqq., Placido Puccinello in Chronico Abbatiæ Florentinæ p. 31., & seqq. Julio Ambrosio Lucentio tom. I. Ital. Sac. in descript. Episcopatus Cassinensis col. 955., & seqq. Philippo Buonanni in Catalogo Ordinum religiosorum militantis ecclesiæ nu. 100. eruditissimo amico nostro Abbate D. Mariano Armellino in bibliotheca, seu catalogo scriptorum Congregationis Cassinensis, quam molitur. Quo vero monachi Cassinates Abbati a Congregatione Cassinensi, seu S. Justinæ statuendo morem omnino gererent, has ad illos literas misit Julius II.

Ex originali in Archivo.

Julius episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis conventui monasterii Cassinen. ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis S. Benedicti nullius diocesis Salutem, & apostolicam benedictionem. Hodie monasterium vestrum Cassinen. ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis S. Benedicti nullius diocesis tunc certo modo, quem pro expresso haberi volumus vacans, dilectis filiis congregationi Cassinen. alias Monachorum S. Justinæ de Padua dicti Ordinis per Abbatem temporalem juxta ejusdem congregationis laudabiles ritus, & mores, ac regularia instituta dicti Ordinis, & eidem congregationi per sedem apostolicam concessa privilegia, ac indulta perpetuis futuris temporibus ad instar aliorum Monasteriorum dicti ordinis eidem congregationi unitorum per congregationis hujusmodi Præsidentem, & diffinitores pro tempore existentes deputandum, tenendum, regendum, & gubernandum de fratrum nostrorum consilia auctoritate apostolica univimus, anneximus, & incorporavimus, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatinus in Abbatem dicti Monasterii pro tempore deputandum, tamquam patrem, & pastorem animarum vestrarum grato admittentes honore, ac exhibentes ei obedientiam, & reverentiam congruentes ejus salubria monita, & mandata suscipiatis humiliter, efficaciter adimplere curetis, alioquin sententiam, quam idem Abbas deputandus rite tulerit in rebelles ratam habebimus, & faciemus, auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ, millesimo quingentesimo quarto, decimo septimo Kalendas Decembris, pontificatus nostri anno primo &c. Adest sigillum plumbeum pendens.

Die XII. mensis Januarii VIII. indictionis 1505. præsentes apostolicæ litteræ fuerunt exhibitæ, & præsentatæ per reverendum in Christo Patrem D. Eusebium de Mutina Præsidentem congregationis S. Justinæ de Padua nunc Cassinensis nuncupatæ, & Abbatem sacri monasterii Cassinensis, præfatis conventui, & monachis ejusdem sacri monasterii professis præsentibus, & ipsas omni, qua decuit reverentia recipientibus, & admittentibus ac genibus flexis in signum obedientiæ manum dicti reverendi Abbatis sedentis in capitulo dicti sacri monasterii osculantibus, offerentibusque omnia, & singula in dictis litteris contenta fideliter, & reverenter adimplere, præsentibus D. Ferrado dellarcone Vicerego dignissimo, civitatis S. Germani, & Abbatiæ Cassinensis, domno Francisco de Ambrosinis de Florentia, dño Francisco Coronato de Neapoli Actorum Magistro magnæ cameræ summariæ, & aliis multis ibidem astantibus, videntibus, & audientibus.

nota.

Cum has Monachis literas Eusebius Mutinensis Abbas præsentasset, lubentissime sese parituros responderunt promiseruntque genuflexi Abbati obedientiam osculata illius manu. Similes dedit literas ad Monachos Congregationis S. Justinæ, &

ad

ad Ferdinandum regem, in quibus hæc leguntur. *Quo circa serenitatem suam rogamus, & hortamur attente quatinus in Abbatem dicti monasterii Cassinensis pro sempore deputandum, & ipsum monasterium habens pro nostra, & dicta sedis reverentia propensius commendatos ipsos benigni favoris auxilio prosequaris, itaquod ipse Abbas pro sempore deputandus tua celsitudinis fultus præsidio in commisso sibi dicti monasterii regimine, possis, deo propitio prosperari, ac tibi exinde a deo perennis vita præmium, & a nobis condigna proveniat actio gratiarum.* Præsentatæ hujusmodi literæ fuerunt magno duci Consalvo, ut hisce verbis in iisdem literis appositis constat: *Die VIII. mensis Januaris 1505. Præsentes apostolica litera præsentata fuerunt illustrissimo domno Consalvo Ferrandes de Corduba serenissimi, & Catholici regis Aragonum utriusque Siciliæ, &c. & Gubernatoris Castellæ, &c. armorum Capitaneo Viceregi, & Locumtenenti generali, Ducique Terra nova S. Angeli, &c., qua recepta fuerunt cum omni debita reverentia, & paratum se obtulit omnia adimplere, qua in ipsis apostolicis litteris continentur. Bernardinus Bernaudus Secretarius.* Non absimiles epistolas scripsit vassallis sacri monasterii, in quibus hæc habentur. *Quo circa universitati vestra per apostolica scripta mandamus, quatinus in Abbatem dicti monasterii pro tempore deputandum pro nostra, & dicta Sedis reverentia devote suscipientes, ac debita honorificentia prosequentes eidem fidelitatem solitam, necnon consueta servitia, & jura a vobis sibi debita exhibere integre studeatis: &c.* Adest sigillum plumbeum. *Die vigesima tertia mensis Januarii octava indictionis 1505. præsentes apostolica littera fuerunt exhibita, & præsentata per rev. in Christo patrem D. Eusebium de Mutina Præsidentem congregationis Cassinensis alias S. Justina de Padua, & Abbatem sacri monasterii Cassinensis nobilibus, & spectabilibus viris Berardino Pirri de Plumarola, Bartholomeo Cerrono, Bartholomæo Jacobi Stasii, Nicolao Martuccio, & Dominico Capoctio quinque ex Sindicis universitatis S. Germani, præsentibus nobilibus, & egregiis viris Ludovico de Marra, Antonio Citronio, Johanne Summo, Johannello Cece, & Andrea Jacobi Fabbetes de dicta civitate S. Germani, quas omni, qua decuit reverentia receperunt, & admiserunt offerentes sese paratos exequi, & adimplere omnia contenta in dictis litteris, & præstantes juramentum fidelitatis, & obedientia nomine dicta universitatis scripturis corporaliter tactis. Præsentibus Venerabili Patre Domno Bartholomæo Mariani Simeonis de Florentia &c. Johannes Marcellus Actorum Magister subscripsi.*

Omnes memoratæ literæ datæ sunt Romæ: *apud S. Petrum anno incarnationis dominica millesimo, quingentesimo quarto XVII. Kal. Decembris Pontificatus nostri anno primo.*

Possessio Abbatiæ Cassinensis magna solemnitate inita.

Primum itaque regularem cœnobii nostri Abbatem, cum Congregatio S. Justinæ statuisset D. Eusebium Fontana Mutinensem Præsidentem suum, is die 10. Januarii an. 1505. quibusdam Abbatibus Visitatoribus, ac centum monachis comitatus ad S. Germanum pervenit, dieque insequenti ad ecclesiam S. Germani collegiatam supplicabundus pergens solemnem missam de Spiritu Sancto celebravit, quod etiam die duodecima ejusdem mensis præstitit, qua elegantem ad clerum, & populum concionem habuit hoc themate: *Venite, & ascendamus ad Montem domini, & ad domum dei Jacob, & docebis nos vias suas, & ambulabimus in semitis ejus, quia de Sion exivit Rex, & verbum domini dei Jerusalem &c.* Ea finita solemni supplicatione ad monasterium Cassinense pergi ceptum, in qua præibant Fratres laicarum congregationum, tum universus diœcesis Cassinensis clerus, deinde centum Monachi, atque Abbas cum aliis Abbatibus, ac demum frequens populus, quos inter Ferrandus de Alarcone Pro Rex in Abbatia Cassinensi Quæstionum capitalium. D. Franciscus de Ambrosinis Vicarius generalis Cardinalis Johannis, & Franciscus Coronati a Neapoli magister Actuum regiæ cameræ Summariæ. Inter eundum psalmi, hymniq; decantati, ac Orationes iu quibuslibet per montem positis sacellis, donec ad monasterii januam perventum est, ubi novus Abbas possessionem cœnobii iniit, atque Monachos Cassinenses ad manus osculum, & obedientiam in Ecclesia recepit. Longam hac occasione orationem habuit Ignatius Squarcialupus, quæ, ut diximus, in cod. Ms. bibliothecæ nostræ nu. 449., aliisque extat, eodemque die magnus Consalvus Pro-Rex Neapolitanus dono S. Benedicto misit pallium insigne, quo urbem Neapolim triumphans erat ingressus, aliaque Phrigii operis, quæ in sacras vestes conversa sunt. In foroice post alteram cœnobii januam ad annum 1688. supererant insigni opere picti plures Romani Pontifices ex ordine nostro, S. Benedictus duodecim congregationibus regulam suam elargiens, S. Carolomannus, S. Ratchis rex, Julius II. Romanus pontifex, Ferdinandus rex catholicus, Magnus Consalvus, pluresque Monachi, sub quibus hæ inscriptiones appositæ erant, quarum prima ad Abbatem Eusebium, Monachosque S. P. Benedictum salutantes referebatur.

Isaiæ cap. 2. nu. 3.

Ut modo qua longis fuerant destructa ruinis,
Ingredimur templi claustra sacrata tui:
Sic Benedicte Pater frueris, quibus atria cœli
Da, Monachis liceat scandere posse suis.

altera ad Julium secundum Romanum Pontificem

Ut domus hac prisci culmen servaret honoris
Omnis, qua fuerat religionis apex,
Julius antiquo reparandam more secundus
Perpetuo nobis munere restituit.

tertia ad Ferdinandum Catholicum.

Bethica cui tellus, cui trinacris ora Latina
Cui subiecta plaga pars quoque magna fuit.
Ferdinande jubes priscis sacra claustra colonis
Tempore qua longo semisepulta dari

quarta ad Magnum Consalvum.

Magna licet claris esset tua gloria in armis
Maxime Dux, major religione tamen;
Nam cum sacrata deperdita claustra Casini
Aspiceres Monachis das renovanda suis.

quinta ad S. Carolomannum.

O miranda Dei pietas, terrisque incognita virtus,
O mons, qui tanto tollis honore caput.
Carolus hic Mannus regnis, opibusque relictis,
Ingreditur sancta religionis iter.

Cœnobium Cassinense, ejusq; bona sub S. Sedis protectione recepta.

Urbs quoque S. Germani & aliaque oppida ditionis nostræ Eusebio Abbati Cassinensi eorum dominio se juramento obstrinxere.

Adeo vero Cassinates diligebat Julius Romanus Pontifex, ut cœnobium, ejusque bona sub S. Sedis clien-

clientela receperit, eorumque privilegia omnia hoc diplomate confirmaverit. *Julius episcopus servus servorum dei dilectis filiis Abbati, & Conventui monasterii Cassinen. ordinis S. Benedicti congregationis Cassinen., alias S. Justine de Padua, nullius diocesis, salutem, & apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod justum est, & honestum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in domino filii vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras, & locum in quo divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, que in presentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum justis modis prestante domino poteritis adipisci sub beati Petri protectione suscipimus, atque vestras omnesque libertates, & immunitates a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sive per privilegia, indulta, vel alias indulgentias vobis, & monasterio Vestro concessas, nec non, & libertates, & exemptiones Secularium exactionum, a regibus, & principibus, ac aliis Christifidelibus vobis, & eidem monasterio rationabiliter indultas, specialiter autem decimas, primitias, oblationes, census, fructus, redditus, proventus, terras, domos, ortos, vineas, Campos, possessiones, agros, prata, pascua, nemora, sylvas, oppida, castra, villas, casalia, grangias, aquas, aquarumque decursus, stagna, Lacus, piscarias, molendina, jura, jurisdictiones, & alia mobilia, & immobilia, bona ad predictum monasterium spectantia, nec non perpetua beneficia ecclesiastica eidem monasterio canonice unita, annexa, & incorporata, sicuti ea omnia juste, & pacifice possidetis, vobis, & per vos eidem monasterio auctoritate Apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostra confirmationis, & communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei, ac beatorum Petri, & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Roma apud S. Petrum anno incarnationis dominica millesimo quingentesimo quinto, tertio nonas Januarii Pontificatus nostri anno tertio.*

Ex originali in Archivo.

Pietas, ac doctrina reflorescunt.

Post unitum Congregationi S. Justinæ cœnobium pietare, literarumque peritia reflorescere cępit, ut hisce verbis testatur Leo X. in bulla an. 1517., mox adducenda. *Ob paternam dilectionem, qua monasterium istud vestrum multis religiosis doctrina, & exemplari vita prastantibus, deoque jugiter famulantibus refertum, jam dudum prosequimur &c.* quod aliis quoque diplomatibus confirmat. Idem testatur Magnus Ferdinandus Catholicus in epistolis ad Julium secundum, Cardinalem Mediceum, & legatos suos in urbe hisce verbis. *Per la devotione io tengo alla religione del ben avventurato S. Benedetto multo glorioso, che sta recondido nel dicto monasterio suo corpo, e perche la se guarda la verdatera observancia de sua regola, &c.* atque in iis ad Cardinalem Mediceum, legatosque suos addit. *Suo corpo sta recondido* (idest S. Benedicti) *nella ecclesia del ditto monasterio, e la fa di continuo molti miracoli &c.* verum dandæ integræ ipsæ literæ, ex apographo, ex quibus, quantum Cassinates eorumque jura dilexerit Ferdinandus, satis constabit.

Nota.

nota.

El Rey. Ambasciatori. Ne li di passati havemo scripto al Commendatore D. Francesco de Royas, perchè supplicasse nostro multo S. Padre de nostra parte, che piacesso a la sua Santità atorgare al Cardinale de Medici a nostra intercessione una reserva de beneficii ecclesiastici in questo nostro reamo da fino a la summa, ò valore de tre milia ducati d'oro de rendita, perche havendo effetto la dicta reserva, sia contento cedero, & renunttare al monasterio de Monte Cassino de la città di S. Germano altrotanto della pensione, che paga al ditto Cardinale de cinque milia ducati ciascun' anno, della quale el dicto monasterio sta multo carricato secundo li carrichi ordinarii, che tene, & la diminusione, ch' ha receputo de soe entrate per causa della guerra del reamo, & si medesimo havemo scripto al medesimo cardinale, pregandolo, che in caso d'effecto de la dicta gratia fosse contento fare la dicta renuntiatione, & non se havendo possuto proseguire questo negotio, a causa, che al tempo de dicte nostre lettere furono date, se partì lo nostro multo S. Patre per Bologna, & perche tenimo multa voluntà in questo, & multa devotione a la dicta casa per la verdatera observantia, che in ella se guarda della regola del glorioso S. Benedetto, il corpo del quale sta recondido ne la ecclesia del dicto monasterio, onde fa continuamente multi miracoli, & cercando noi, che in tutta manera questo havesse effetto, per questo ve ne caricamo, & comandamo, che subito siati con sua Sanctità sopra di questo, & li dicati quanto dio serà servito in questo, che non se potria substinere tanto gran carrico de pensioni, & che voglia atorgare questa reserva al dicto cardinale per questo effetto, che lo riceveremo a multa singolare gratia, & questo medesimo fabularete al dicto cardinale, & li darete l'altra nostra lettera sarà con questa pregandolo da nostra parte, che voglia restare contento del supradicto, & se contenti della dicta gratia, havendo effetto in disconto de altro tanto della dicta pensione, si per lo gran beneficio, & remedio, che sequira di questo alla dicta casa: si anco ne le saremo obligati; quello medesimo scrivemo a li multi reverendi Cardinali Vicecancellario cardinale di Napoli, cardinale di Pavia, cardinale Colonna, pregandoli affettuosamente, che se vogliano interponere con sue forze sopra da ciò con sua santità. Voi darete a ciaschuno sua charta, & solecieterete questo negotio tanto como quel'altro nostro, & con tanta industria, & diligentia, che al possibile poterete, & lo farete como de voi confidamo, che non meno ce teneremo de voi servito in ello, che se a nostra persona tochasse, e ne darete aviso de tutto quello sequirà. Da Napoli, quarto Junii 1507. El Rey. Calcena secretario.

Multo reverendo in Christo Patre Cardinale de Medici amico multo caro nostro. Già ne li dì passati ve havemo scritto circa la relevatione del monasterio di Monte Cassino, & facto a sapere de li tre milia ducati de la pensione, che a vui paga, & la reserva, che per ello se pote havere senza vostro danno, & per causa, che se partì allora essa corte per Bologna se soprasedette questo negotio. Al presente percho questa è cosa, che multo desideramo, tornamo de novo a supplicar nostro S. Patre, perchè li piaza atorgar la reserva de facta alla summa de li dicti tre milia ducati de beneficii in questo nostro reame per desconto, & relevatione d'altrotanti de la pensione de cinque milia

du-

ducati, che ve paga el dicto monasterio ciascun' anno, che è caricho molto grande, & intolerabile per li molti carrichi ordinarii, che sene, & per la diminutione, che hanno recepute soe rendite in le guerre passate, & perchè lo desideramo, moltopiu, che dir se possa per la molta devotione, che tenimo al dicto monasterio, dove se guarda la verdadera observantia della regola del glorioso patre S. Benedicto, dove suo corpo sta recondito nella ecclesia del dicto monasterio, & la fa di continuo molti miracoli, molto affectuosamente ve pregamo, che habiate per beno, & esser di ciò contento, & che havendo effecto la dicta reserva sa habbia ad cedere, & renuntiaro per voi altrotanta de dicta pensione, che senza vostro danno farete molto servitio a dio, & nui ce obligareti piu che dir possiamo, molto reverendo in Christo patre Cardinale de Medici amice nostro molto caro. La Santissima Trinità sia in vostra continua protetione. Da Napoli quarto Junii 1507. El Rey. Calcena Secretario.

nota.

Al Papa. Jesus Maria. *Molto sancto Patre. El vostro humile, & devoto figliolo el Ro de Aragona, & delle due Sicilie, e d'Hierusalem basa li vostri Santi pedi, & mano, & multo humilmente mi raccommando a Vostra Santità a la quale facio a sapere, che io scrivo a mio Ambasciatore in sua Corte perche da mia parte supplica a Vostra sanctità alcune cose, che ne li dì passati le fece supplicare per il monasterio di Monte Cassino della mia città di S. Germano, che fosse relevato in alcuna parte della pensione de cinque mila ducati, che paga al Cardinale de Medici, & per causa, che se partì la vostra Sanctità per Bologna, non se potete proseguire allora questo negotio; essendo el dicto monasterio carricato de dicta pensione, e multo intollerabile, perche la diminutione, che have receputa in questa guerra sue intrate, & singoli carrichi ordinarii, che tengono. Supplico a Vostra Santità multo humilmente, che li piacia dare audienza al dicto mio ambasciatore in quello da mia parte li supplicarà sopra di ciò, & mandarelo ad executione: che per la devotione io tengo a la Religione del benaventurato S. Benedicto multo glorioso, che sta recondito nel dicto monasterio suo corpo, & perchè là se guarda la verdatera observantia de sua Regula io lo receverò in multo singulare gratia da vostra Santità multo santa persona nostro Signore guarde, & li soi jorni accrescente al felice regimento de sua universale gloria. Da Napoli quarto Junii 1507. De Vostra Santità. Molto humile, e devoto figlio gli vostri Santi Pedi, & mani basa el Ro de Aragona, delle due Sicilie, & de Hierusalem. Fernandus. Calcena secretario.*

nota.

Neapoli scribuntur literæ, ubi rex eo anno degebat teste Spondano ad annum 1507. num. 7., & Summonte in vita Ferdinandi Regis.

Beneficia Cassinatibus Leo X. impertit.

Mense Martii anni 1513. renunciatus est Romanus Pontifex Cardinalis noster Johannes Mediceus annos tantum natus triginta septem cum nomine Leonis X. qua quidem ætate nonnisi raro ad summam illam dignitatem ascenditur, ut merito Paris de Grassis in Diariis suis hæc apud Raynaldum num. 14. an. 1513. dicat. *Omitto clamores hilares cleri, & tubarum, & campanarum, & bombardarum. Omnia sic erant præ lætitia confusa, præ admiratione, quod Cardinalis de Medicis juvenis ætate annorum triginta septem cum dimidio, & de quo nihil unquam cogitatum fuerat, ut multi tam extra, quam intra palatium obstupuerunt, vix credentes &c.* Miro hæc res gaudio Cassinates perfudit, quod ab optimo, & beneficentissimo Principe fausta quæque sibi ominarentur, quippe qui semper eos peculiari quadam dilectione prosecutus esset. Levamini id quoque eis fuit, quod grandi admodum pensione liberati essent, quam Cardinali quotannis persolverent, ut hac declaratione constat ejusdem Pontificis manu subscripta, signataque annulo Piscatorio. *Nos Leo Papa X. cui dum in minoribus essemus pensio annua quatuor milium ducatorum auri de camera, & quadringentorum rubiorum ordei, ac librarum mille candelarum ceræ albæ expiratura tamen quandocumque nos ad summi Apostolatus apicem eligi contingeret, ex eo nobis singulo quoque anno per Congregationem Cassinensem alias S. Justinæ de Padua ordinis S. Benedicti integre in certis terminis persolvenda apostolica auctoritate assignata fuit quia Commenda monasterii Cassinensis dicti ordinis nullius diœcesis in favorem dictæ Congregationis cessimus; confitemur nobis de dicta pensione usque in diem nostræ assumptionis debita ab ipsa Congregatione satisfactum fuisse, & propterea eandem congregationem a solutione dictæ pensionis quietamus, absolvimus, & perpetuo liberamus. In quorum fidem, & testimonium presentem scedulam qua congregationem ipsam ad solutionem dictæ pensionis ultra diem nostræ assumptionis amplius non teneri, nec ad solvendum de cetero compelli posse decernimus, & declaramus nostra manu subscriptam & anulo Piscatoris signatam fieri mandavimus. Datum Romæ apud S. Petrum die ultima Julii MDXIII. Pontificatus nostri anno primo. Ita est J.* Adest sigillum anuli Piscatorii.

Ex originali in Archivo.

Quod etiam bulla sua declaravit, sub *Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo tertio decimo XI. Kal. Augusti, Pontificatus nostri anno primo*, quamquam pacta inita in Conclavi inter Cardinales fuerant, ut beneficia, quæ ab electo in Pontificem possiderentur inter cardinales alios equa lance distribuerentur. Haud tamen violatæ fidei reus judicandus est Leo, qui verbis sese antea Congregationis Cassinensi obstrinxerat.

Potestas uniendi Præposituras.

Alterum beneficentiæ suæ erga Cassinates monumentum exhibuit Leo hoc diplomate, quo Innocentii VII. privilegium ratum habuit, sanxitque, ut Præposituras omnes suo antea juri subjectas, quæque a Romanis Pontificibus datæ aliis fuissent, possidentium obitu, vel renunciatione cœnobio suo unirent. Imo pensionem aliquam absque simoniæ suspicione possidentibus promitterent, modo beneficio renunciarent. *Leo Episcopus servus servorum dei, ad perpetuam rei memoriam. Decet Romanum pontificem ea, quæ per prædecessores suos in favorem monasteriorum omnium, præsertim in quibus ecclesiastica persona sub suavi Religionis juge altissimo famulantur, concessa sunt, approbare, & confirmare, suarumque litterarum præsidio communire, ut eo firmius remaneant, quo majori fuerint munimine roborata, ac etiam de novo concedere, prout id cognoscit in domino salubriter expedire. Dudum siquidem felicis recordationis Innocentio Papæ septimo prædecessori nostro pro parte tunc Abbatis, & dilectorum Filiorum Conventus monasterii Cassinen. ordinis S. Benedicti nullius diocesis exposito, quod nonnulli ex sancta Romana ecclesia cardinalibus, ac*

Ex originali in Archivo.

qui-

quidam ecclesiastici Prælati, ac alia ecclesiastica personæ nonnullas Abbatias, Præpositaras, Prioratas, Ecclesias, aliaque beneficia ecclesiastica, & membra dicti monasterii, ab ipso monasterio dependentia, ex concessione, & dispensatione sedis apostolicæ tenebant in commeadam, & quæ ipsi Abbas, & conventas ante commendam hujusmodi justo titulo in asas eorum, & dicti monasterii teauerant, & etiam possederant, & ex quorum nonaullis ipsi Abbas, & conventus antequam in commendam, sea titulum eisdem cardinalibus, prælatis, & personis concessa fuerant certas annuas pensiones pro tempore percipere consaeverant; quodque Abbas, & conventus præfati multa subire habebant pro tempore onera expensaram, idem Innocentius prædecessor capiens eisdem Abbati, & conventui super hiis consulere, ipsis, quod cedentibus, vel decedentibus dictis cardinalibus, prælatis, ac personis secularibus, vel regularibas, Abbatias, Præposituras, Prioratas, ecclesias, beneficia, & membra necnon alia beaeficia hujusmodi ia Commendam, aut alias quovis titalo obtineatibus, aut alias Abbatias, Præpositurat, Prioratus, ecclesias, & beneficia, ac membra hujusmodi quomodolibet dimittentibus, ea libere apprehendere, & perpetuo licite retinero, fructusque, redditus, & proventus Abbatiarum, Præposituraram, Prioratuum, beaeficiorum, & membrorum hujusmodi ia usus proprios convertere, & etiam deputare valerent, in omnibus, & per omnia, prout antequam Abbatiæ, Præpositura, Prioratus, ecclesia, & alia beneficia supradicto cardinalibus, prælatis, ac personis eisdem Commendam aut alium titalum hujusmodi concessa fuerant, facere consaeverant, sea etiam debaerant, alicujus licentia, aut consensa super eo minime requisito indulsit, ac voluit sapra relata &c. Sequuntur alia, quæ sunt in Bulla Innocentii VII. *Quare pro parte moderni Abbatis, & conveatus monasterii hujusmodi ad præsens Congregationis Cassinen. alias S. Justiaa asserentium a nonnullis dubitari litteras, & indultum Innocentii prædecessoris hujusmodi, etiam ad illas cessiones, in quibus aliqua peasio a partibas constituenda, & solveada foret miaime extendi, ipsumque monasterium propter bella, qaa ia regno Neopolitaao proximis annis viguerunt, valde desolatum, & in ædificiis collapsum existere, ac non modica reparatione indigere, nobis fuit humiliter supplicatum, ut litteris, & indulto Innocentii prædecessoris hujusmodi robur apostolicæ confirmationis adjicere, ac quod cedentibus prædictis ab agentibus pro dicto monasterio licite, & sine aliquo conscientiæ scrupulo, aut simoniæ vitio aliqaa pensio annas, seu fructuum ia totum, vel in partem reservatio, tam super fructibus beneficii sic resigaati, quam ipsius monasterii Cassinen. assignari possit, concedere, aliasque in præmissis opportune providere de beaignitate apostolica dignaremur. Nos igitur præfatos modernum Abbatem, & conventum, ac conventus hujusmodi singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspeasionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis seatentiis, ceasuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus qaomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendarum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, litteras Innocentii prædecessoris hujusmodi, præter quam qao ad Monasteria concistorialia auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamas, & innovamus, ac præsentis scripti patrociaio communimas, illasque perpetaa firmitatis robur obtiaere deceraimus, & nihilominus pro potiori cautela omnia in dictis litteris contenta innovamus, & de novo concedimus, ut quotiescumqae contingat cardinales, prælatos, & personas, antedictos, qui pro tempore fuerint aliter nolle cedere, ne ipsi cedentes nimium dispeadiam patiantur, & præfati Abbas, & conventas in præmissis facilius desideratum conseqaantur effectum, quod cadentibus ipsis per monasteriam ipsum, & agentes pro eo licite, & sine aliquo coascientiæ scrupulo, aut simoniæ vitio aliqua peasio anaua, seu fructuum in totam, vel in partem reservatio tam super fructibus illius beneficii, sic resigaati quam dicti monasterii Cassinen. alia ejusdem sedis licentia super hoc minime reqaisita, assignari possit, ipsosque modernum Abbatem, & conventam, ad iategram solutionem pensionum hajusmodi per eos, as præfertur, assignandaram, etiam sub sententiis, censuris, & pœnis, ac si litteræ Apostolicæ desuper confecta fuissent teneri auctoritate, & tenore præmissis deceraimus. Quo circa dilectis filiis S. Severini Neapolitan. & S. Angeli Caietan. ac S. Trinitatis Caven. monasteriorum Abbatibus per apostolica scripta mandamus, quatinus ipsi, vel duo, aut unus eoram per se, vel alium, seu alios eisdem moderno Abbati, & conventui, in præmissis efficacis defeasionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra eos approbatione, innovatione, & decreto, ac aliis præmissis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos per quoscumque desuper quomodolibet molestari indebite. Contradictores per Ceasuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, non obstantibus premissis, & quibasvis aliis constitutionibus, & ordiaationibus Apostolicis, ac monasterii Cassinen., & ordinis prædictoram jaramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetndiaibas, ac quibusvis gratiis, expectativis, specialibus, vel generalibus reservationibus, etiam in nullius savorem, & mentalibus, ac unionibus, iacorporationibus, sappressionibus, extinctionibus, & aliis citra tamen accessus, & regressus, ac coadiutorias de consensu facaltatibus, & mandatis, cum actualibus provisionibus, ex tunc, prout ex nunc, & e converso quibusvis personis etiam familiaribus nostris continais commeasalibus, etiam descriptis nuncupatis, ac capellano capellæ regiæ Neapolitan. etiam ad sapplicatioaem regis concessis, & quacumqne alia praeminentia faagentibus, & cum quibusvis clausulis quantamcumqae fortissimis, efficacissimis, & iasolitis, etiam talibus, quod illis nullatenus derogari posse videatar, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolica potestatis plenitudine, & quavis consideratione, intaita, vel respectu coacessis, & conceedeadis, qaas, & quæ omnia, & singula, eorumqae vim, & effectam teaores illoram, ac si de verbo ad verbum præsentibas insererentur pro expressis habentes suspeadimus, & suspensa esse decernimus, contrariis quibuscumque, aut si aliquibus communiter, vel divisim ab eadem sit sede indultum quod interdici, suspeadi, vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes pleaam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hajusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbatioais, innovationis, communionis, concessionis, mandati, suspen-*

sio-

sionis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo tertio decimo, undecimo Kalendas Augusti, pontificatus nostri anno primo. Aug. ccl. P. Millinus &c. Adest sigillum plumbeum pendens. Hoc privilegio pluries usi sunt Cassinates.

Pensiones extinctæ.

Poterat quidem Leo ob pacta sub Julio II. cum Cassinensi Congregatione inita majoris pensionis, quæ illi a cœnobio nostro persolvebatur, partem in alios transferre, quod ipse tamen haud præstitit, sed mille dumtaxat, & ducentum scutata ea lege duobus hominibus dedit, ut statim post eorum obitum nulli amplius solutioni obnoxii essent Cassinates, ut ex suo Brevi constat. *Datum Romæ apud S. Petrum sub añulo Piscatoris, die 18. Februarii 1517. Pontificatus nostri anno 4. Ja: Sadoletus.*

Nimius essem, si omnia Leonis erga Cassinates suos beneficia commemorarem. Sufficiat hic aliud in medium proferre privilegium, quo cœnobium Cassinense, ejusque membra ab omni charitativi subsidii, ac decimarum solutione per sedem apostolicam imponenda eximit. A tergo. *Dilectis filiis Abbati, & Conventui monasterii Montis Cassini Ordinis S. Benedicti Congregationis S. Justinæ. LEO PP. X.* Intus vero: *Dilecti filii salutem, & apostolicam benedictionem. Cum, sicut accepimus, licet alias nos ex certis causis tunc expressis motu proprio, & ex certa scientia Monasterium vestrum montis Cassini ordinis S. Benedicti Congregationis S. Justinæ a charitativo subsidio, & ab omnibus decimis a nobis, & sede apostolica quacumque ratione, vel causa eatenus impositis, & imposterum imponendis immune, & exemptum esse per alias nostras litteras in forma brevis decreverimus, & declaraverimus, & quatenus opus esset de novo fecerimus, prout in eisdem litteris plenius continetur. Nihilominus a nonnullis hæsitatur, an membra dicti Monasterii, & loca illi unita sub hujusmodi declaratione, & decreto comprehensa, & ut dictum Monasterium exempta sint, & esse censeantur. Nos qui dictum monasterium, quod in minoribus constituti multis annis in commendam obtinuimus, speciali affectu prosequimur, attendentes bene convenire membra cum capite, eisdem privilegiis gaudere, ac volentes vestris, & dicti monasterii dispendiis obviare, & indemnitati consulere, motu, & scientia similibus, auctoritate prædicta, tenore præsentium decernimus, & declaramus, quacumque membra, & loca præfati Monasterii, & illi unita sub hujusmodi declaratione, & decreto comprehensa, & illa, prout dictum monasterium ab omnibus, & singulis decimis, & charitativis subsidiis a nobis, vel dicta sede, quacumque occasione, vel causa impositis, & imponendis libera, & exempta esse, & censeri debere, prout pro potiori cautela, auctoritate, & tenore prædictis eximimus, & liberamus, & sic per quoscumque judices & commissarios quavis auctoritate fungentes, sublata eis quavis aliter judicandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere. Districtius inhibentes in virtute S. obedientiæ, & sub pæna nostræ indignationis omnibus, & singulis collectoribus decimarum seu charitativi subsidii nunc, & pro tempore existentibus, ne vos super solutione decimarum, & charitativorum subsidiorum hujusmodi, & ratione locorum, & membrorum prædictorum quovis modo molestare, seu molestari facere quoquomodo presumant, ac decernentes irritum, & inane quidquid secus contigerit attemptari, non obstantibus præmissis, ac quibusvis privilegiis, indultis, & literis apostolicis eisdem collectoribus, & subcollectoribus, & alias quomodolibet, & sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in genere, vel in specie concessis, & concedendis, quæ adversus præmissa nemini suffragari posse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die vii. Julii MDXX. Pontificatus nostri anno octavo. Evangelista.* Adest sigillum Anuli Piscatorii in cera rubea.

Ex originali in Archivo.

Clementis VII. beneficia.

Leonem Decimum patruelem suum imitatus Clemens VII. beneficum se erga Cassinates exhibuit hoc potissimum diplomate, quo illis privilegium confirmat a Leone X. concessum, posse Abbatem Vicarii sui generalis opera illos ad solvendum pensiones adigere, qui Beneficia, Præpositurasque a cœnobio nostro dependentes obtinerent, atque ad dandam Abbati obedientiam statuto die. Cum vero juberet Pontifex, ut a Vicarii sententia ad Abbatem provocarent, ac pensionarii id ægre ferentes suspiciones plures contra Vicarium ingererent, ejus loco Clemens substituit Vicarios generales Archiepiscoporum Neapolitani, & Theatini, & Archidiaconum S. Germani. *Clemens episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis Archidiacono ecclesiæ S. Germani oppidi ejusdem S. Germani nullius diœcesis, ac Vicariis venerabilium Fratrum nostrorum Archiepiscoporum Neapolitani, & Theatini in spiritualibus generalibus salutem, & apostolicam benedictionem. Dudum felicis recordationis Leoni Papæ X. prædecessori nostro pro parte dilectorum filiorum Abbatis, & Conventus monasterii Casinen. ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis S. Benedicti Congregationis Cassinen., alias S. Justinæ de Padua, nullius diœcesis exposito, quod propter difficultates, quæ super possessionibus, & beneficiis, ac membris dicti Monasterii, tempore bellorum, & alias eatenus distractis, vel deperditis in dies suboriebantur, vix aliquid ex illis recuperari, & eidem monasterio magnis sumptibus, & laboribus reintegrari poterat, & preposituras, ac beneficia, & grangias eidem monasterio subjecta, vel ab eo dependentia obtinentes solitam obedientiam, & annuas pensiones per eos juxta antiquam, & laudabilem consuetudinem eidem Monasterio debitas, a certis annis tunc retroactis citra prestare, & solvere recusabant in diminutionem jurisdictionis, & proventuum dicti monasterii non modicum, dictus predecessor eorumdem Abbatis, & conventus sibi desuper tunc porrectis supplicationibus inclinatus, quod pensionarii, nec non præposituras, ac beneficia, & grangias eidem monasterio subjecta, vel ab eo dependentia obtinentes hujusmodi coram Vicario Abbatis dicti monasterii pro tempore existenti in curia dicti monasterii super solutione censuum, seu pensionum, ac præstatione obedientiæ hujusmodi, nec non alienatione bonorum immobilium, ac pretiosorum mobilium Præpositurarum, beneficiorum, & grangiarum præfatorum, ac illorum bono regimine ad judicium undecumque trahi, ac mihi ad solutionem censuum, seu pensionum, nec*

Ex originali in Archivo.

non

non præstationem obedientiæ, ac reparationem Præpositurarum, beneficiorum, & grangiarum hujusmodi cogi, & astringi, & contra illos, ex eis, qui legitime citati coram eodem Vicario comparere contumaciter recusarent, ac pensiones per eos eidem monasterio debitas, anno quolibet, tempore debito non persolverent, usque ad privationem Præpositurarum, ac beneficiorum, & grangiarum præfatorum inclusive per dictum Vicarium libere, & licite procedi valeret, ac a dicto Vicario ad Abbatem prædicti monasterii pro tempore existentem appellari deberet, & Pensionarii, seu Præposituras hujusmodi, & grangias obtinentes præfati in casibus prædictis jurisdictionem Abbatis seu Vicarii præfatorum declinare nequirent, S. Romanæ ecclesiæ Cardinalibus pro tempore existentibus dumtaxat exceptis, & quo ad exemptos servato statuto desuper in ultimo Lateranen. concilio edito, statuit, & ordinavit, irritumque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate contingeret attemptari, decrevit per suas litteras, prout in illis plenius continetur. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte dictorum Abbatis, & conventus petitio continebat, cum debitores censuum, seu pensionum hujusmodi hactenus coram dicto Vicario juxta tenorem dictarum litterarum citati fuerint nimis de facili dictum Vicarium suspectum recusarunt, & an ulterius cum recusandi videantur habere, & sic Abbas, & conventus præfati effectu dictarum litterarum possent frustrati remanere, ac pro parte dictorum Abbatis, & conventus nobis fuerit humiliter supplicatum, ut eis, ac dicto monasterio super his opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos hujusmodi supplicationibus inclinati auctoritate Apostolica tenore præsentium vos in locum dicti Vicarii, quo ad litteras præfatas, & in eis contenta quæcumque substituentes, & surrogantes discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, & committimus, quatinus vos, vel duo, aut unus vestrum ad litterarum prædictarum executionem, alias illarum forma servata procedatis in omnibus, & per omnia perinde, ac si vos illarum executores a principio deputati fuissetis, non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, nec non omnibus illis, quæ dictus prædecessor in dictis litteris voluit non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo tricesimo tertio, idibus Junii, Pontificatus nostri anno decimo. Adest sigillum plumbeum pendens &c.

Paulus III. privilegia Leonis X. & Innoc. VII. confirmat. Ex originali in archivo.

Paulus III. eadem Innocentii VII., & Leonis X. privilegia hoc diplomate confirmavit.

Paulus episcopus servus servorum dei. Ad perpetuam rei memoriam. Benignitas sedis apostolicæ consueta eaque per Romanos pontifices pro monasteriorum, & aliorum piorum locorum, ac personarum, in illis sub regulari castimonia domino famulantium commodo, & subventione provide concessa reperit, libenter approbat, & innovat, ac de novo concedit, & alias circa earum statum providet, prout in domino conspicit salubriter expedire. Dudum si quidem postquam fœlicis recordationis Innocentio Papæ * octavo predecessori nostro pro parte tunc Abbatis, & dilectorum filiorum conventus, monasterii Cassinensis Ordinis S. Benedicti nullius diœcesis exposito, quod nonnulli extunc S. Romanæ ecclesiæ Cardinalibus, & quidem ecclesiastici Prælati, ac aliæ personæ ecclesiasticæ nonnullas Abbatias, Præposituras Prioratus, ecclesias, aliaque beneficia ecclesiastica, & membra dicti monasterii, & ab ipso monasterio dependentia ex concessione, & dispensatione sedis apostolicæ tenebant in commendam, & quæ ipsi Abbas, conventus ante Commendam hujusmodi justo titulo in usus eorum, & dicti monasterii tenuerant, ac etiam possederant &c. Narrantur ea omnia quæ sunt in literis Innocentii VII. & postea sequitur, ac piæ memoriæ Leoni Papæ X. etiam predecessori nostro pro parte similiter tunc Abbatis, & conventus monasterii hujusmodi tunc congregationis Cassinen., alias s. Justinæ asserentium a nonnullis dubitari litteras, & indultum Innocentii prædecessoris hujusmodi, etiam ad illas cessiones, in quibus aliqua pensio a partibus constituenda, & solvenda foret minime extendi, ipsumque monasterium propter bella, quæ in regno Neapolitano tunc proximis annis viguerunt, valde desolatum, & in edificiis collapsum existere, ac non modica reparatione indigere humiliter supplicato, ut literis, & indulto Innocentii prædecessoris hujusmodi robur apostolicæ confirmationis adiicere, ac quod cedentibus prædictis ab urgentibus prædicto monasterio licite, & sine aliquo conscientiæ scrupulo, aut simoniæ vitio, aliqua pensio annua, seu fructuum in totum, vel in partem reservatio, tam super fructibus beneficii sic resignati, quam ipsius monasterii Cassinen. assignari posset concedere, ac alias in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaretur, præfatus Leo prædecessor tunc Abbatis, & conventus præfatorum supplicationibus hujusmodi inclinatus, litteras Innocentii prædecessoris hujusmodi, præterquam, quo ad monasteria concistorialia per suas litteras approbavit, & innovavit, illasque perpetuæ firmitatis robur obtinere decrevit, & nihilominus pro potiori cautela omnia in dictis litteris contenta innovavit, & denuo concessit, ut quotiescumque contingeret, Cardinales, Prælatos, & personas antedictas, qui pro tempore forent aliter nolle cedere, ne ipsi cedentes nimium dispendium paterentur, & præfati Abbas, & conventus in præmissis facilius desideratum consequentur effectum, quod cedentibus ipsis per Monasterium ipsum, & agentes pro eo licite, & sine aliquo conscientiæ scrupulo, aut simoniæ vitio, aliqua pensio annua, seu fructuum in totum, vel in partem reservatio, tam super fructibus illius beneficii sic resignati, quam dicti monasterii Cassinen. alia ejusdem sedis licentia super hoc minime requisita, assignari posse, ipsosque modernum Abbatem, & conventum ad integram solutionem pensionum hujusmodi per eos, ut præfertur, assignandarum, etiam sub sententiis, censuris, & pœnis, ac si littera apostolica desuper confecta fuissent, teneri decrevit, prout in singulis litteris prædictis plenius continetur. Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum modernorum Præsidentis, & diffinitorum congregationis hujusmodi petitio continebat ipsi Præsidens, & diffinitores, ac congregatio cupiant indultum, & concessionem, ac litteras Innocentii, & Leonis predecessorum hujusmodi pro eorum subsistentia firmiori nostræ approbationis munimine roborari pro parte eorumdem Presidentis, & Diffinitorum, ac congregationis nobis fuit humiliter supplicatum, ut indulto, concessioni, & singulis litteris prædictis nostræ approbationis robur adjicere, ac aliis in præmissis opportune providere de benignitate apostolica di-

* Septimo &

dignaremur. Nos igitur, qui monasteriorum, & aliorum religiosorum locorum, ac personarum eorumdem profectum, & quietem sinceris exoptamus affectibus &c. hujusmodi supplicationibus inclinati indultum, & concessionem, ac cum omnibus, & singulis in eis contentis decretis, & clausulis, singulas litteras Innocentii, & Leonis prædecessorum hujusmodi, nec non in eis contenta, & inde secuta quæcumque ex certa nostra scientia auctoritate apostolica tenore præsentium approbamus, & innovamus, ac perpetua roboris firmitate subsistere, & firmiter observari, nec non congregationi hujusmodi, & illius personis suffragari debere decernimus, & nihilominus pro potiori cautela præmissa omnia, & singula, prout per dictos Innocentium, & Leonem, ut præfertur, indulta, & concessa fuerunt, de novo in omnibus, & per omnia, itaut congregatio, ac illius personæ præfati illis uti, potiri, & gaudere libere, & licite possint, & debeant auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & pariter indulgemus. Quo circa venerabilibus Fratribus nostris Neapolitanis, & Capuanis Archiepiscopis, ac episcopo Casertan. per Apostolica scripta mandamus, quatinus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel per alium, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quotiens pro parte modernorum, & pro tempore existentium Præsidentis, & Diffinitorum congregationis hujusmodi, ac ejusdem congregationis, seu alicujus eorum desuper fuerint requisiti solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant authoritate nostra præsentes, & in eis contenta hujusmodi firmiter observari, ipsosque Præsidentem, & diffinitores, ac congregationem illis pacifice gaudere, non permittentes eos desuper per quoscumque contra præsentium tenorem quomodolibet molestari. Contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & pœnas ecclesiasticas appellatione postposita, compescendo, ac censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis, non obstantibus præmissis, & constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non monasterii Cassinen., ac Ordinis, & congregationis prædictorum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, ac omnibus illis, quæ dicti prædecessores in præfatis litteris voluerint, non obstare contrariis, quibuscumque, aut si aliquibus communiter, vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, innovationis, decreti, concessionis, indulti, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis dei, ac beatorum Petri, & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo trigesimo septimo, nonis Novembris, Pontificatus nostri anno quarto. Mar. C L X X. Jo. Mileti. F. Galleanus &c. Adest sigillum plumbeum pendens.

Amplissimæ facultates Abbati nostro concessæ.

Concessit etiam Abbati Cassinensi facultatem mulctandi, coercendique quoscumque protonotarios, notarios, acolythos, cappellanos, aliosque sedis apostolicæ ministros diœcesi suæ subditos quavis de causa, & quavis amplissima clausula, electos, eligendosve, ut hoc diplomate liquet.

Ex originali in Archivo.

Paulus Papa III. Dilecte fili salutem, & apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecisti, quod cum in diversis locis tuæ ordinariæ jurisdictionis monasterii S. Benedicti Ordinis ejusdem sancti Congregationis Cassinensis, cui praees subjectis quamplurimi clerici, & aliæ ecclesiasticæ personæ existant, quæ diversa crimina, excessus, & delicta in dies committere, ac perpetrare non perhorrescant, ac sub prætextu, quod nostri, ac apostolicæ sedis notarii, seu accoliti, cappellani existant, aut conservatorias, & alias litteras apostolicas, seu alia privilegia, & indulta sibi a sede prædicta concessa habeant, & propterea a tua ordinaria jurisdictione exempti existant tuam ordinariam jurisdictionem eludere conantur, & hoc modo correctionem, & ultionem hujusmodi criminum, excessuum, & delictorum suorum subterfugiant, & ad alia graviora committenda, ac perpetranda quotidie audaciores fiant in maximum totius ordinis clericalis vilipendium, & contemptum, quare pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, ut in præmissis providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos attendentes privilegia hujusmodi non ad delictorum impunitatem, sed ad virtutum studium a dicta sede concedi consuevisse, ne sub prætextu prædicto delicta hujusmodi impunita remaneant, providere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Tibi per te, vel Vicarium tuum Generalem, contra quoscumque clericos, & alias Ecclesiasticas personas, quorum vis locorum vestræ ordinariæ jurisdictioni subjectorum, etiam si nostri, ac dictæ sedis prothonotarii, & accoliti, cappellani, aut alias per ejusdem sedis litteras, etiam conservatorias eis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, & decretis etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac ex quibusvis causis, concessis, & concedendis ab ordinaria jurisdictione exempti, & dictæ sedi immediate subjecti existant juxta eorum demerita, ac excessuum qualitates auctoritate nostra procedendi juxta canonicas sanctiones debitis pœnis plectendi, & puniendi, & puniendi, & circa illos vestra ordinaria Jurisdictione utendi, & exercendi plenam, & liberam licentiam, & facultatem auctoritate apostolica per præsentes concedimus, & indulgemus. Decernentes prædictas, & alias quascumque exemptiones, immunitates, & litteras apostolicas dictis clericis, seu personis contra præsentium tenorem sub quibuscumque tenoribus, & formis concessas, & concedendas nullius roboris, & momenti existere, sicque per quoscumque judices, & commissarios, quavis authoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & definiendi facultate judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attemptari, non obstantibus præmissis, ac quibuscumque constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, privilegiis quoque, indultis, libertatibus, & exemptionibus, & conservatoriis, ac aliis litteris apostolicis, etiam in forma brevis per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & sedem eamdem prothonotariis, accolitis, & cap-

cappellanis, illorumque collegiis, & personis prædictis, ac quibusvis aliis in genere, vel in specie sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, alisque efficacioribus, & insolitis clausulis irritantibusque, & aliis Decretis etiam motu proprio, & ex certa scientia, etiam iteratis vicibus, ac ex quibusvis causis concessis, confirmatis, & innovatis, ac concedendis, quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia servanda foret forma, & in eis caveatur expresse, quod illis nullatenus derogari possit, illorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, harum serie specialiter, & expresse derogamus, illaque adversus præmissa nullatenus suffragari posse decernimus, cæterisque contrariis quibuscumque, aut si aliquibus communiter, vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die xxiii. Februarii MDXXXXIII. Pontificatus nostri anno nono. Blo. Cl. Fulgin.

Cardinalis de Monte ad Cœnobium Casinense missus. Ex originali in Archivo.

Probis Cassinensium moribus ductus S. Pius V. ad cœnobium Cassinense misit Innocentium de Monte Cardinalem, quo in via domini aliquid proficeret, ut hoc brevi constat. Foris. *Dilecto Filio N. Abbati Montis Cassini. Intus. Pius PP. V. Dilecte fili salutem, & apostolicam benedictionem. Dilectum Filium Innocentium Cardinalem de Monte, quem nos ad habitandum in isto, cui praes, monasterio quibusdam justis de causis adducti mitsimus, dilectioni tuæ nostris his literis commendamus, ut ei in ipso monasterio de habitatione accommodes, in qua & ipse, & pauci familiares, qui cum eo erunt commode commorari possint. Nam cæteris in rebus quæ ad victum, ac reliqua si quæ sunt, ad vitam necessaria pertinent, neque tibi, neque Monachis tuis ulla ex parte molestus, aut onerosus erit, sumptibusque suis vivet, &, ut speramus, adjuvante deo, ita vivet, ut nullam ex illius istuc adventu molestiam, aut incommodum sis perpessurus. Gratissimum igitur nobis erit, si eum una cum suis benigne exceptum per idoneos Monachos in via Dei instruendum, atque ad bona opera excitandum curaveris, quos ei socios te assignare volumus, ut habeat, quorum religiosis sermonibus, piisque hortationibus ad amorem dei, propriæque animæ salutem procurandam incitetur. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die xiii. Junii MDLXVIIII. Pontificatus nostri anno quarto. T. Aldobrandinus*: pauloque post has ad

Ex originali in Archivo.

eundem Abbatem litteras dedit. Foris. *Dilecte fili salutem & apostolicam benedictionem. Cum dilectum filium nostrum Innocentium Cardinalem de Monte ad vestrum monasterium Cassinense venire, in eoque morari jussimus, & familiares, quibus uteretur, amotis veteribus assignavimus. Quoniam autem accidere potest, ut aliqui eorum, qui dimissi sunt ad ipsum Cardinalem redire quærant, quod maxime cavendum est, ne, dum eum ad meliores mores, probatamque vivendi disciplinam revocare studemus, illi eum in deterius, sicut ipsos hactenus fecisse, verisimile est, detorqueant. Idcirco tibi in virtute S. obedientiæ mandamus, ut neminem præter eos, quos ejus curæ, & servitio, ut diximus adhibuimus sub specie sive familiaritatis, sive propinquitatis, seu cujusvis alterius coloris ad eum accedere, seu cum eo sermonem habere, vel aliquas literas illi reddere absque nostra licentia sinas, quinimmo literas ipsas ad nos transmittas, & de omnibus nos certiores facias, ut quid tibi agendum fuerit, ex nobis scire valeas. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die xxii. Junii MDLXVIIII. Pontificatus nostri anno quarto Cæ: Glorierius.* De hoc Cardinali agens Ciacconius cum Oldoino To. III. col. 760. nu. 1. hæc de ejus relegatione scribit. *At cum adhuc in vitiis perseveraret suis, Pius V. successor iterum illum in vincula coniecit, & castigatum, atque omnibus præter eos quibus tantum victum parabat redditibus ablatis, in cœnobio Montis Cassini inclusit, eique multorum Cardinalium postulatu curator pietatis, ac Rector Josephus Cortesonus Societatis Jesu datus est.* Haud tamen hæc cum S. Pii V. mandatis conveniunt, qui Abbati jubet, ut Monachis suis ad id idoneis eum in viam domini dirigendum committeret. Cortesono forte cura hæc ante relegationem demandata. Biennio Cassini commoratus Cardinalis, ad monasterium inde ejusdem Pontificis permissione S. Petri Pontidæ Congregationis Cassinensis exulatum abiit, in quo annum alterum vixit.

Indulgentiæ concessæ.

Beneficus etiam erga Cassinates spiritualibus potissimum donis fuit Gregorius XIII. hoc brevi, in quo Altare Gregorianum constituit illud S. Benedicti, & S. Scholasticæ. En diploma Pontificium.

Ex originali in Archivo.

Gregorius Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam. Salvatoris domini nostri Jesu Christi æterno patri consubstantialis, & coæterni, qui pro redemptione generis humani de summo cœlorum solio ad hujus mundi infima descendere, & carnem nostram ex utero virgineo assumere dignatus est, vices, licet immeriti gerentes in terris, & ejus exempla sectantes animabus Christi fidelium defunctorum in purgatorio existentibus, quæ per charitatem deo unitæ ab hac luce decesserunt, & piorum suffragiis juvari meruerunt, opportuna de thesauris Ecclesiæ subsidia subministrare studemus, ut illæ quantum divinæ bonitati placuerit, adjutæ ad cœlestem patriam facilius pervenire valeant. De divina igitur misericordia confisi, tenore præsentium concedimus, ut quoties quicumque sacerdos, sive secularis, sive regularis missam ad altare S. Benedicti, & S. Scholasticæ situm in ecclesia monasterii Montis Cassini ordinis ejusdem S. Benedicti pro liberatione unius animæ in purgatorio existens celebraverit, ipsa anima per hujusmodi celebrationem easdem indulgentias, & peccatorum remissiones consequatur, & ad ipsius liberationem, pro qua celebrabitur dicta missa, operetur, quas consequeretur & operaretur, si prædictus Sacerdos hac de causa missam ad altare situm in ecclesia B. Gregorii de urbe ad id deputatum celebraret; non obstantibus nostra de non concedendis indulgentiis ad instar, & aliis Constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die decima Januarii MDLXXVII. Pontif. nostri an. V. Ca. Glorierius. Adest sigillum annuli Piscatoris in cera rubea.

Obi-

Obitce nótamus, hujusmodi bullas vocari brevia, quod breviter, & absque rei discussione a solo Pontifice sponte conceduntur, anulo Piscatoris signantur in quo B. Petri effigies dumtaxat exprimitur: Constantinus Cajetanus in Commentariis ad vitam S. Gelasii II. fol. 142. de hoc anulo sic loquitur. *Angelus Massarellus Septempedanus, vir quidem eruditus a secretis Patrum Sac. Conc. Trid. penes se breve, quid simile asservatum habebat a Summo pontifice circa annum domini septingentesimum regi quidam directum signatumque annulo Piscatoris, & arcula argentea in quo post illa verba salutem, & apostolicam benedictionem, pontifex ipse statim subjungebat. Tibi scribimus sub annulo Piscatoris, quo utuntur Romani Pontifices in rebus seriis, & caetera, qua sibi sequebantur. Hac mihi communicavit Johannes Snvouerius Leodiensis, SS. D. N. Urbane VIII. eorumdem Brevium conscriptor sane pius, ac de Sac. Congregatione fidei propaganda benemerentissimus.*

Sigillo hoc, qui ceræ imprimitur, illi etiam Pontifices usi sunt, qui Clementi IV., anno demum 1264. in papam electo, præiverunt in litteris scilicet, quas Egidio Grosso consanguineo suo dedit ita loquitur: *Non scribimus tibi, nec Consanguineis nostris sub bulla, sed sub Piscatoris sigillo, quo Romani Pontifices in suis secretis utuntur.* Nondum itaque in brevibus, quibus etiam tunc temporis bulla plumbea appendebatur, sed in litteris tantum familiaribus, ac privatis adhiberi cœperat Piscatoris anulus, & sæculo tandem XV. in brevibus usurpatum ostendit Mabillonius laudato loco num. XI. qui cap. XV. de sigillis etiam Episcoporum Abbatum, Capitulorum, Abbatissarum, ac monasteriorum prolixe agit.

De Sixti V. Beneficentia infra.

Quædam etiam Cassinatibus utilissima privilegia concessit Sixtus V., quorum aliquot mox dabimus.

Cassinates laudat Ferdinandus Rex.

In privilegio Ferdinandi Catholici regis an. 1515. die 20. Augusti, quo ministris suis jubet, ut executioni demandetur bulla Leonis X. de beneficiis, ac præposituris cœnobio Cassinensi uniendis, quam supra dedimus, hæc ad rem nostram leguntur:

Ex originali in Archivo.

Propterea præteritis annis videntes oculis conniventibus sacrum monasterium Cassinense, ordinis S. Benedicti, cujus nos potissimum, & ferventes cultores sumus ruinari, eundemq; sacrum sanctissimumque cœnobium Cassinense per nonnullas personas in commendam longo tempore occupari, qui nec eandem sanctam religionem norant, sed tantum procuratores mittebant ad extrahendum redditus a dicto sacro monasterio sacella, & ecclesia corruebant, cultus divinus cessabat, numerus monachorum diminuebatur in dies, propterea nos tantam ruinam, & perniciem in tam sanctam religionem Sacrosanctumque cœnobium tolerare non valentes, procuravimus cum SSmõ dño nostro PP. Leone X. nunc canonice, & feliciter in cathedra beati Petri sedente, tunc Cardinali de Medicis nuncupato, Commendatario dicti sacri monasterii Cassinensis, ut dictum sacrum monasterium redigeretur in pristinam observanciam, ordinemque, ac modum bene vivendi, & Abbates, & Priores ex Congregatione S. Justina de Padua Ordinis S. Benedicti quot annis eligerentur, prout factum fuit. Cognescens itaque eadem sanctitas, postquam cathedram beati Petri ascendit, quod bona ex redactione dicti sacri monasterii ad observanciam, regularemque disciplinam ac ordinem bene vivendi reducti provenerunt, nam numerus Monachorum in dies sacrificia deo offerencium augmentum suscepit, suscipit, & deo propicio suscipiet, ecclesia, & sacella, qua corruebant, rehedificantur, multaque alia, ac innumerabilia bona in dies proveniunt, & provenient. Quapropter sua sanctitas suis cum bullis oportunis per privilegium concessit eidem sacro monasterio facultatem, licenciam, & permissionem uniendi per cessum, vel decessum cum impositione, & reservacione annua pensionis, vel sine, omnia beneficia monastica spectantia ad collationem dicti sacri monasterii Cassinensis pro augmenti divini cultus, & reparatione dictorum beneficiorum, & ecclesiarum, qua manus Commendatariorum corruerunt, & corruunt, prout per bullam Apostolicam in authentica forma nobis exhibitam constare videmus, cujus tenor talis est. &c. Hæc insuper adnotanda in eo Ferdinandi diplomate die 21. Augusti ejusdem anni dato, quo Cassinensem congregationem universam nostrumque cœnobium sub protectione sua recipit: *Quapropter omnium fidelium Christianorum præsentiumque scilicet, & futurorum noverit solers industria, qualiter nos externis annis nostras interposuerimus partes apud SSmũm dominum nostrum tunc Julium Papam, ut sacrum monasterium Cassinense toto mundo celeberrimum caput omnium monasteriorum, initiumque totius Ordinis S. Benedicti in regno nostro Sicilia citra Farum positum, ubi corpora ipsius SSmĩ patris Benedicti, ac sororis ejusdem Virginis S. Scholastica in uno, eodemque sepulchro condita humataque sunt, & sine dubio requiescunt ad pristinam redigeretur observantiam, prout redactum fuit, nosque praterea decreverimus ob devotionem pracipuam, quam habemus semper divo Benedicto omnium Monachorum patri, & institutori, & dicti sacri monasterii Fundatori, totique congregationi Monachorum ipsius, alias nominata S. Justina de Padua nunc Cassinensi dicta, & pro peccatorum nostrorum remissione continuis, oportunis, & debitis favoribus prosequi, & ut ruina ipsius sacri monasterii, & aliarum Ecclesiarum, seu membrorum ipsius restaurentur, prout melius fieri poterit, ac etiam ut debitus dei cultus in ecclesiis, & membris ad dictum sacrum monasterium Cassinense spectantibus, &c. per monachos ejusdem ordinis, & congregationis, prout convenit exerceatur &c.* Hæc privilegia, aliaque dabimus in Diss. I.

Et Carolus V.

Eadem verba habet Carolus V. Ferdinandi successor in diplomate anno 1517. die 15. Januarii, quo & ipse Cassinensem Congregationem, & cœnobium nostrum clientelæ suæ adscribit, ut Diss. I. dicemus.

Decreta pro cœnobio Cassinensi.

Plura quoque decreta in comitiis nostris generalibus edita pro monastica disciplina in cœnobio nostro servanda, proque ejusdem privilegiis, ac prærogativis solidandis. Quædam hic dumtaxat dabimus. Anno itaque 1505. hæc decreta edita:

Ex originali in Archivo.

Sacrum, ac venerabile monasterium Cassinense toto orbe celeberrimum utpote, a quo, velut uberrimo fonte totius monastici Ordinis in omnem terram largi, ac diversa flumina derivarunt, per SSmũm dominum Dominum nostrum Papam Julium secundum, Congregationi nostra unitum est anno dñi 1504. die quintadecima mensis novembris. Qui dominus

minus noster in pleno concistorio Rñorum Cardinalium de ipsorum consensu, & judicio, voluit, decrevit, congregationem ipsam Cassinensem, alias S. Justinæ debere dici, & nuncupari, ut a præfato monasterio congregatio principaliter denominationem acciperet, a quo militans ecclesia, tantum virtutum decorem, & pulchritudinem sanctitatis consecuta est. Patres igitur Capituli generalis summi Pontificis voluntati, & decreto reverenter annuentes, ac sanctissimum monasterium ea, qua decet pietate, ac devotione complectentes statuerunt pariter, & ordinaverunt, quod Abbas Cassinensis omni tempore, & in omnibus locis jurisdictioni suæ suppositis possit, & debeat uti mitra, & missam cantare in pontificalibus, nota. *ac Tonsuram, & Ordines minores suis conferre monachis, & clericis, & generaliter in sua diocesi, & in subditos, omnem auctoritatem, & dominium exercere. Addentes insuper, quod non obstante alia quacumque ordinatione, quæ in contrarium posset adduci, futuris in perpetuum temporibus singulis annis interesse debeat capitulo generali: Præfati patres capituli justum, & rationabile arbitrantes personam reverendi Patris præsidentis debita veneratione prosequi ordinaverunt, quod si accideret eundem P. Præsidentem ad sacrum accedere monasterium possit, & debeat in præcipuis solemnitatibus missam in pontificalibus celebrare, si vero contingeret in die corporis Christi, in quo fit processio, aut in festo Sanctissimi patris nostri Benedicti Abbatem absentem esse, aut taliter impeditum, quo minus possit idem Abbas, seu qui vices ejus in monasterio gereret, unum ex prælatis circumstantibus advocare, qui auctoritate capituli in præfatis solemnitatibus itidem possit uti mitra, & missam in pontificalibus celebrare: Monachos vero professos sacri monasterii, qui reperti sunt in monasterio, & in locis conjunctis speciali dilectione prosequentes ob reverentiam loci, cui se dedicarunt, statuerunt patres, quod si voluerint remanere in congregatione, & habitum mutare acquieverint, in loco professionis suæ collocentur, ac ubique perhumanissime tractentur. Si vero habitum suum tenere maluerint, & in S. Liberatore, aut in S. Anna residere æquanimiter supportentur, & in necessitatibus illorum charitative subveniatur. Ut reliquiis Sanctissimi patris nostri Benedicti congruus honor exhibeatur, feria tercia per anni circulum, officium, & missa in honorem ejusdem celebretur, nisi aliud festum impedimentum præbuerit, quo casu illa ebdomada nihil aliud* nota. *fiat in supplementum. Mulieribus omnibus juxta antiquam, & inclitam consuetudinem ad ecclesiam aditus præcludatur, nec plus solito permittantur visitare Sacras reliquias: Patres capituli generalis piam intentionem semper approbantes laudaverunt quod quantum fieri potest in sacro monasterio serventur regulæ, & ordinationes patrum, quia ideo suadent in eodem loco omnem rigorem observantia vigere debere: &c.* Ex horum ultimo constat semper usuvenisse, ut Feminæ ecclesia cœnobii nostri arcerentur, excepta feria VI. Majoris Hebdomadæ, quod ex alio etiam mox adduccudo luculentius constat. Anno 1506. *Concessum est Abbati sacri monasterii Cassinensis, ut possit mittere monachos suos ad curiam pro negotiis monasterii sine licentia Præsidentis &c. In celebranda octava Sanctissimi patris nostri Benedicti in Quadragesima servetur consuetudo.* Anno 1507. *Octava S. Benedicti, & S. Scholasticæ sub duplici officio celebranda decrevimus. Item Vigilia S. Benedicti quantum ad missam celebretur. Quod Prior Cassinensis locum teneat supra omnes Priores Cogregationis sancimus, &c.* Anno 1508. *Concessum est, ut in sacro monasterio Cassinensi de S. Gregorio Papa, & Monacho fiat duplex majus &c.* Anno 1509. *Visitentur omnino Præpositura, nec non beneficia dependentia ab ipso monasterio, ne jura præfati monasterii depereant, &c.* Anno 1514. *Concessum est, ut Gubernator S. Germani sindicetur. Prælatus autem provideat de modo, cum consilio peritorum & pro identitate monasterii caute procedatur, &c. Mulieres die Veneris sancti possint ingredi sacrum monasterium, idest ecclesiam, sed non ibi pernoctare. &c.* nota: Anno 1518. *Ordinatum est a Patribus, quod degentes in S. Germano, & S. Anna, propter intemperiem aeris possint ter in hebdomada comedere carnes, incipiendo ab octava Paschæ Resurrectionis, usque ad festum S. Crucis: non tamen dentur hospitibus, nisi infirmis, hoc idem intelligentes de Monachis Cassinensibus, quando illuc descendunt. Præterea nullo unquam tempore recreationis causa, possint pernoctare Fratres nostri in castris, & curtibus: verum si quis infirmitatis causa indigeret restaurratione, possit ultra membra monasterii accedere ad S. Michaelem, & ibi morari quamdiu opus fuerit.* Anno 1519. *Patres ordinaverunt quod in sacro monasterio nullo pacto teneantur linteamina in lectis, sed bianchetæ de panno albo. Sacrista, Foresterarii, & Aromatarii non possint dispensari ut in officinis suis comedant, nisi si superior aliquem ex Foresterariis sedere faceret ad mensam, dum ibi comedit: & hoc idem faciant infirmarii, casu infirmitatis excepto.* Hoc alio decreto dignitati prærogativis, ac præeminentiis Abbatis Cassinensis consultum: *Cum sacrum Cassinense cœnobium forma, devotione, dominio, dignitate, atque privilegiis celeberrimum esse nec non Abbatem ejusdem sacri monasterii excellentia Abbatem Abbatum nuncupari, universis non sit incognitum. Congruum igitur, ac laudabile est, ne dignitas præfati monasterii, & fama minuatur, vilescat, quod & nobis incumbit, ut aliqualiter provideamus. Idcirco singulis annis Abbatem omnino ad generale capitulum accedere, omnibusque locis, & tempore, visitatoribus dumtaxat exceptis, cunctos nostræ congregationis Prælatos excedere ordinando statuimus, hac tamen limitatione adiecta, ut a monasterio S. Pauli inclusive, & citra Prælatum prædicti monasterii in quo fuerit non præcedat. In monasterio autem Cassinensi, & suis locis ipsum Abbatem supra Visitatores, excepto visitationis tempore, locum tenere volumus, & ordinamus: insuper clamide, pileo, & bavaro uti debeat, dumque equitat quinque equitaturis associari decrevimus, & hoc per totum regnum, & usque Romam exclusive, & non aliter observetur. Volumus etiam Priorem Cassinensem universos Priores claustrales ubique locorum præcedere.* Insertum postmodum fuit hoc decretum constitutionibus Congregationis Cassinensis Florentiæ editis an. 1520., & Venetiis apud Dominicum Nicolinum an. 1580. clarius hœc leguntur in declaratione cap. 63. Regulæ S. Benedicti p. 62. nu. 14. *Abbatem vero Cassinensem propter dignitatem loci, ac reverentiam, merito ab hac generalitate excipientes, statuimus, quod in toto regno*

Præeminentia Abbatia montis Casini.

Neu-

Neapolitano præcedat omnes Prælatos etiam loci, & Visitatores, excepto tamen Visitationis tempore. Tam in suo Monasterio, quam in aliis extra regnum Neapolitanum præcedat omnes Prælatos, exceptis Visitatoribus, & Prælato loci. Prior quoque Cassinensis in regno Neapolitano præcedat omnes alios etiam Priores loci, extra autem, teneat locum suæ Professionis.

Cassinensium laudes.

Diœcesis Cassinensis ecclesiastici in supplici libello Paulo III. porrecto, quem mox dabimus, hæc de Cassinatibus prædicant: *E se per alcuno se dicesse con bossia, che il clero, & tutta la Abbatia non fosse ben trattata da ditti Padri, fecemo fede per la presente, como non solo semo ben trattati, & non da sudditi, ma da figlioli in non sentire mai uno minimo aggravio, nè de caritativi subsidii, ne d'altri extraordinari, ma multe volte delli Ordinarii havere gratia, ò in tutto, ò in parte, ò de summa, ò di tempo. Tacemo del culto divino, & de loro inaudita edificazione, & exemplarità, perlochè non solo noi clero, Archipreite, & Rettori, & altri prefati non avemo consentuto, ne consentimo di tale loro domanda, ma domandamo siamo conservati in quella santa pace, dove ce trovamo con ditti Padri. Signalatamente in questa jurisdittione episcopale per essere ben trattati, & da figlioli admoniti nelle Visitationi con loro sante admonitioni nelli sermoni fanno in dette Visite ad populum, con lassare di poi infinite elemosine alli poveri, & povere, cercando in ciò non quæ sua sunt, sed quæ Jesu Christi. &c.* Pauloque post: *Ne persuademo, che le Orationi di quel SSmo Patriarca Benedetto, e quello suo angelico Convento siamo tutti noi Abbatiali conservati, una con la Santità Vostra, &c.*

nota.

Ritus Congregationis S. Justinæ.

Aliquos etiam ritus Congregationis S. Justinæ, cui cœnobium nostrum unitum fuit hic referre opere pretium ducimus, quo servatum hactenus morem, haud ablegemus. Codex bibliothecæ nostræ manuscriptus nu. 555. Breviarium monasticum continet, juxta ritum Congregationis S. Justinæ an. 1472. exaratum, in quo pag. 478. hæc de recitando Deiparæ officio in Choro leguntur: *Notandum quod Officium B. Mariæ non dicitur a dicto Completorio ante Vigiliam Nativitatis domini, usque post Octavam Nativitatis. Item a dicto Completorio ante Vigiliam Epiphaniæ usque post octavam ejusdem. Item a dicto Completorio 4. Feriæ majoris Ebdomadæ, usque ad vesperas Sabbati in Albis. Item a dicta Nona in Vigilia Pentecostes, usque post Festum Trinitatis. Item per Octavam Corporis Christi. Item per Octavam Visitationis virginis Mariæ. Item per octavam Assumptionis, ac Nativitatis ejusdem & quandocumque duplex officium celebratur &c.*

nota.

Præter jam dicta, pauca admodum officia sub ritu duplici celebrabantur in Congregatione S. Justinæ, nempe mense Januario officium S. Mauri, S. Antonii Abbatis, Conversionis S. Pauli; Februario Purificationis Deiparæ, S. Scholasticæ, Cathedræ S. Petri, & S. Matthiæ; Martio S. Gregorii Papæ, S. Patris Benedicti, & Octava, ac Annunciationis Deiparæ; Aprili S. Marci evangelistæ tantum; Majo SS. Philippi, & Jacobi, Inventionis S. Crucis, & S. Johannis ante Portam latinam; Junio S. Barnabæ, Nativitatis S. Johannis Baptistæ, SS. Petri, & Pauli, & Commemorationem S. Pauli; Julio Octavæ SS. Apostolorum Petri, & Pauli, & S. Jacobi Apostoli; Augusto S. Petri ad vincula, S. Mariæ ad Nives, S. Laurentii, S. Bernardi, S. Bartholomæi, & S. Augustini; Septembri Exaltationis S. Crucis, S. Matthæi apostoli, S. Michaelis archangeli, & S. Hieronymi; Octobris SS. Placidi, & Sociorum, S. Justinæ V., & M. S. Lucæ evangelistæ, & SS. apostolorum Simonis, & Judæ; Novembris Festi omnium Sanctorum, S. Martini episcopi, & S. Andreæ Apostoli; Decembri S. Ambrosii episcopi, Conceptionis Deiparæ, S. Thomæ apostoli, S. Stephani prothomartyris, & S. Johannis apostoli, & evangelistæ.

Declarationes ad Regulam nostram.

In Declaratione ad Regulam S. Benedicti cap. 6. ad illa verba: *Scurrilitates vero, vel verba otiosa, & risum moventia æterna clausura in omnibus locis damnamus:* hæc habentur: *Moti hac terribili sententia Patres nostri, mandamus Prælatis, cæterisque Superioribus monasteriorum nostrorum, ut diligenter faciant hanc partem regulæ observari. Et pro hujusmodi excessibus graves constituant pœnas. Et ut scurrilitatum, ac levitatum occasiones tollantur, interdicimus in monasteriis teneri aves, aut animalia ad jocum, aut levitatem provocantia. Ludum quoque Scacchorum, & omne ludi genus minime religiosis conveniens, tam intus quam extra Monasteria. Vana etiam spectacula, & choreas, omnemque habitus transformationem, & ludicra omnia penitus inhibemus.* Ad cap. VIII. habetur: *Ideo juxta nostram antiquam observantiam hyemis tempore post Completorium Fratres vacent orationi peculiari omni tempore usque ad dormitionem, & hora prima noctis pulsetur pro dormitione &c.* Jubentque, ut octava noctis hora ad matutinum recitandum surgerent monachi: *Ordinamus præterea, quod a prædicto festo beatissimi patris nostri Benedicti usque ad Kalendas Octobris, nocturni, & Laudes B. Virginis conventualiter non dicantur in choro ob noctium brevitatem, & ut ordinarium officium morosius, & devotius dicatur. &c.* Ad cap. XVII. *Secundum antiquam nostram consuetudinem, dicta Prima, immediate processionaliter exeundo de ecclesia, commemorationem facimus de fratribus defunctis, familiaribus, & benefactoribus nostris cum psal. De profundis, & oratione Deus veniæ largitor, & humanæ salutis amator &c. & pergimus ad Capitulum ubi pronuntiantur in martyrologio Festa Sanctorum occurrentium, & dicitur: Pretiosa, more Romanæ curiæ, ultimo legitur una lectio Regulæ, & datur benedictio more Romanæ curiæ, & audiuntur culpæ, præterquam in diebus Dominicis, vel festis de præcepto ecclesiæ, aut de consuetudine civitatum, in quibus legitur principium evangelii cum aliqua particula homiliæ. In Dominicis diebus intra octavas legitur de Homilia Festi, & non Dominicæ &c.* Ad cap. XVIII. *Pater noster. S. Benedictus nullum ex Monachis excipit a divino officio dicendo, & quilibet professus tenetur dicere officium sui Ordinis, ideoque ordinamus, quod quilibet Monachus professus sciens dicere officium, dicat, etiam si non sit in sacris &c.* Ad cap. XIX. *Statuimus, quod secundum morem nostræ Congregationis alta psallatur voce: Sonora, & pari: verba non protrahantur: pariter incipiatur versus & terminetur: punctus bonus, & bona pausa interponatur in medio cujuslibet versus: vocibus non parcatur. Volumus etiam quod officium B. Virginis dicatur ita morose, sicut officium Domini: sed voce*

aliquanto summissiore. Et in monasteriis, in quibus sunt ultra Prælatum quatuor clerici omnino dicatur officium conventualiter in choro. In cantu autem morose cantetur: pausa in virgulis, (prout decet) fiat: & cantus figuratus vitetur omnino. Et propter hoc in septimana Sancta nullo pacto mutetur, aut varietur cantus, tam in lamentationibus, & Benedictus, & passione domini, quam in aliis omnibus, sed secundum ritum, & morem antiquum Congregationis fiat: ut simplicitas, & uniformitas servetur in omnibus, ne scandalizentur laici hujusmodi vanitatibus &c. Ad cap. 22. *Silentium continuum in dormitorio ab omnibus, omnibus horis servetur: nisi aliquis voluerit aliquid breviter, & submissa voce dicere:* & infra: *Vestiti dormiant. Declaramus hoc modo vestitos dormire Fratres: in hyeme cum gunella, & scapulari loco de super, quod habet quasi formam cucullæ secundum Clementinam. In æstate cum eodem scapulari super tunicellam laneam propter nimios calores, & propter immunditiam.* Ad cap. 33. *Intentio regulæ est, quod non solum in exterioribus amputanda sit proprietas, sed etiam quando Prælatus perpendit aliquam rem nimio affectu possideri, ita ut forte Frater resisteret, si ab eo auferri contingeret. Propterea Patres caveant, ne aliquid concedant alicui ad usum in vita ejus: quia talis concessio est valde proprietati similis, sed concedant usque ad beneplacitum superioris. Permittimus autem Fratribus nostris habere breviaria, & diurna cum licentia suorum Prælatorum, & pro usu suo tenere etiam si missi fuerint ad alia loca Congregationis nostræ, restituenda nihilominus cum aliis libris post usum eorum, vel decessum, vel mortem illis monasteriis, quibus inscripta fuerint, &c.* Ad illa verba cap. 39. *Carnium vero quadrupedum omnino ab omnibus abstineatur comestio præter omnino debiles, & ægrotos,* hæc leguntur: *Ibi quadrupedum: multo magis volatilium: quam prohibitionem servare volumus etiam in itinere constitutos. Unde ut honestas religionis arctius conservetur, & nulla proximis propter hoc scandali præbeatur occasio: ordinamus, ac strictius prohibemus, ne quis nostræ Congregationis, etiamsi hospes fuerit extra ipsius Congregationis monasteria carnes ullatenus manducare præsumat, neque etiam in locis, vel membris eis annexis, cessante legitimo infirmitatis impedimento: qui forte ei extra dicta monasteria posito supervenerit: aut si causa infirmitatis ad balnea accesserit, cui pro sua sublentatione eo casu carnes comedere: stando, & redeundo de indulgentia singulari concedimus: quod tamen ita fiat, ut nemini scandalum præbeatur: quam constitutionem si quis transgressus fuerit, quot vicibus carnes comederit, tot diebus jejunet in pane, & aqua. Absolutionem vero ab hujusmodi peccato Præsidenti, aut uni ex Visitatoribus reservamus: ubi vero alterius eorum præsentiam commode adiri non posset: Si Prælatus ab uno ex senioribus monasterii: Si Monachus a Prælato absolvatur hac injuncta pœnitentia: ut quam primum commode poterit alteri prædictorum se præsentet: quas pœnas incurrere volumus etiam illos, qui (quod absit) suadente diabolo in monasteriis, vel extra carnes comederint. Quod si convicti fuerint, contra hujusmodi constitutionem intus, vel extra carnes sine licentia comedisse: jejunent tot diebus in pane, & aqua in refectorio in terra: quoties contrafecerint, & insuper stent per mensem degradati.*

Ad cap. XLI: ad illa verba: *Ab Idibus autem Septembris usque ad caput Quadragesimæ ad Nonam semper reficiant Fratres,* hæc leguntur: *Declaramus secundum consuetudinem ecclesiæ hoc jejunium non esse servandum in Dominicis diebus &c. Infirmitati humanæ condescendentes, Fratribus nostris concedimus, ut ante adventum domini, una dumtaxat die: Ante vero Quadragesimam duobus solummodo diebus jejunium relaxetur &c. dispensamus autem ab Idibus Septembris usque ad adventum & a festo Nativitatis usque ad caput Quadragesimæ, tertia, & quinta Feria: & Sabbato detur pro collatione serotina in refectorio modicum panis duarum videlicet, vel trium unciarum, præterquam si dies jejunii fuerit de præcepto.* Ad cap. XLVII. hæc habentur: *Cum vero impium, & a monastica disciplina alienum sit, inertia, otioque languescere, & ab antiquis Patribus, qui ecclesiam militantem omni doctrina genere, & facultate illustrarunt filios degenerare, ut hujusmodi ignominiam, & notam fugiamus, otiumque, & nugas efficax diaboli virus evitemus, divinarumque scripturarum speculationi efficacius intendere possimus, simul, ut coalescenti in dies, auctore Deo, congregationi nostræ hæc etiam inter cæteræ scientiæ gemma non desit: hac præsenti constitutione decernimus, ut ordinatione antiqua de docenda Grammatica, & casibus conscientiæ, quam præsenti statuto renovamus, & pro inserto haberi volumus &c. Prælati infrascriptorum monasteriorum, etiam in jure canonico, in Logica quoque, & Theologiæ magistros conducere procurent &c. Monasteria vero, in quibus hoc studium eligitur, hæc sunt: Cassinense, Neapolitanum, Perusinum, Florentinum, Parmense, Mantuanum, Patavinum, S. Georgii, & S. Salvatoris. Ad quæ quidem monasteria Fratres idonei cum in monasteriis suis in Grammatica prius instructi fuerint, per patres Diffinitores in aliis scientiis erudiendi traducentur.* Ad cap. XLVIII. *De opere manuum quotidiano,* hæc leguntur.

Post primam mensam, transacta una hora, Fratres vacent lectioni, aut exercitio manuali prout fuerit ordinatum usque ad completorium. Completorium hoc tempore pulsetur paulo ante horam vigesimam tertiam. Et notandum, quod, quando Fratres debent ire ad exercitium, pulsetur campana Capituli per ictus distinctos &c. & tunc Fratres se congregent in locum ad id deputatum, ut audiant a superiore qui ibi fuerit, quale exercitium sit faciendum, & in principio cujuslibet exercitii unusquisque genibus flexis dicat Ave Maria, &c. ut devotius opus perficiatur, quando autem ire debent ad cellas, ut vacent orationi, vel lectioni, campana Capituli pulsetur extense &c. Item hortamur, quod quando fit exercitium, in loco quieto pro ædificatione legatur aliquid: si autem exercitium fuerit in motu, fiat cum silentio &c. Ad cap. XLIX. ad illa verba. *Istis diebus Quadragesimæ* hæc leguntur. *Hanc quadragesimam declaramus incipere quoad abstinentiam hujusmodi secunda feria post quinquagesimam. Et ut juxta regulam augeamus aliquid ad solitum pensum servitutis nostræ, ultra psalmos Pœnitentiales, & Officium mortuorum, disciplina, quæ fit omni tempore feria sexta, fiat tota Quadragesima quarta, & sexta feria, in ebdomada sancta addatur feria quinta. Similiter a prima Dominica de Adventu inclusive incipimus abstinere a lacticiniis, & secunda feria jejunare*

nare continuando usque ad festum sacratissimæ Nativitatis Domini. Ad cap. LI. ad illa verba: *Non præsumant foras manducare* : hæc leguntur: *Declarando ordinamus, quod nullus nostræ Congregationis quantumcumque rogatus, præsumat manducare in domibus, possessionibus, vel locis quibuslibet sæcularium in civitatibus, aut locis in quibus habentur monasteria, vel loca nostra, etiam si sit in itinere constitutus: Qui autem contrafecerit, comedat in terra in Refectorio in pane, & aqua pro qualibet vice*. Ad cap. LII. ad illa verba: *Expleto opere Dei omnes cum summo silentio exeant:* hæc leguntur. *Volumus item, quod secundum dispositionem juris communis, servetur semper silentium in choro, in dormiterio, ut prædictum est, & in Reffectorio etiam extra horam refectionis, & in quadam parte claustri circa Capitulum &c. ad ignem communem Fratrum.* Ad cap. LIII. ad illa verba. *Ubi nunciatus fuerit hospes:* hæc leguntur: *Aquo* (hospes) *tunc, sive ab uno superiorum, aut hostiariorum, vel curam hospitum habentium, vel ab alio, cui jussum fuerit, seu pluribus ipsi occurratur, & ad orationem, & pacis osculum inclinato capite, vel prostrato corpore, sive genibus flexis, si fuerit Prælatus, vel aliquis dei servus, aut religiosa vita, recipiatur officiosissime. Quæ omnia, ut commodius fieri valeant, sit sacellum quantum possibilitas permittit juxta portam monasterii, quod ad orationem hujusmodi hospites introducantur*. Et ad illa verba: *Adoretur Christus*: hæc adnotantur: *Mentali scilicet oratione, & devotione*, atque ad illa: *legatur coram hospite lux divina*, subditur: *Maxime laudamus hoc fieri, si commode possit, & tempus hoc permiserit, ut dum refectio paratur, aliquid hospiti legatur, vel spiritualia dicantur, unde ædificetur, habito respectu ad personæ qualitatem, & necessitatem: saltem non omittatur, quin ad mensam hospiti aliquid legatur juxta conditionem personæ ut ædificetur*. Item ad illa: *Aquam in manibus Abbas hospitibus det:* hæc leguntur: *Intellige si est præsens, alias Prior, vel alius superior, aut ipsi curam hospitum habentes:* itemque ad ea: *pedes hospitibus &c.* sic legitur: *Hæc solemnis lotio pedum præcipue exhibetur iis, qui conversionis desiderio ad monasteria nostra veniunt. Aliquando iis etiam, qui devotionis gratia longo itinere monasteria nostra visitant, aut aliis honestis causis sicut Patribus monasterii visum fuerit laudamus etiam hanc lotionem fieri, maxime personis unde magis ædificatio sequi possit, &c. Ipsa autem lotio ita fit, convenientibus fratribus in Capitulo, aut in alio loco, sicut decet, Prælatus & in ejus absentia Prior Claustralis &c. genibus flexis ante hospitem pedes ejus lavet, quos dum incipit lavare, mox duo fratres in medio loco genuflexi incipiant aliquid cantare etc. Cum vero superior ambos pedes laverit, tergat primo pedem sinistrum, deinde dextrum, quo terso cooperiet lintheo, excepta parte quadam, quam ipse primo osculatur, & sic successive omnes Fratres hospiti pedem osculantur incipiendo a superiore, & subsequendo per ordinem utriusque chori, &c. Completa deosculatione, calceatisque pedibus hospitis, statim surgit, & simul cum hospite genuflectens, omisso a fratribus cantu, incipit versum &c. postea mandet brevem orationem fieri, pro hospite, & facto signo dataque benedictione, omnes exceptis habentibus curam hospitum, si quos retinere voluerit Prælatus pro consolatione, aut obsequio hospitis, vadant cum silentio ad cellas suas. Cæteris autem hospitibus, maxime qui de longe venerint, vel qui alias in ipsum monasterium fuerint hospitati, sicut opus fuerit, habentes curam hospitum pedes lavent &c. & ne conversatione secularium hominum pacem, & quietem fratrum nostrorum perturbari contingat, cum non deceat in eodem monasterio diversorum morum, & habitus homines commorari: statuimus quod nullus secularis cujuslibet status, aut conditionis existat, etiam si aliqua parentela, & affinitate alieni ex nostris Monachis fuerit coninnctus, ad habitandum longo tempore in monasteriis nostris, ut saecularis suscipiatur, etiam sub prætextu cujuscumque donationis, testamenti, legati, vel aliqua quavis occasione commodi temporalis, sine licentia Capituli generalis, vel regiminis &c. mulieres verò sive laicas, sive Religiosas cujuscumque ætatis, gradus, status, & conditionis sint, prohibemus districtius intra septa monasteriorum nostrorum quavis occasione duci, ingredi, aut morari. Quod si contra scienter fuerit attentatum secundum Privilegium Domini Eugenii Papæ IV. tam ipsæ mulieres, quam earum ductores, & receptores, si voluntarie hoc fecerint, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, &c.* Ad cap. LIV. *Si qua utili, & honesta causa volunt Fratres scribere litteras, habita prius scribendi licentia scribant, deinde litteras apertas deferant Prælatis*, hæc habentur: *quas mandamus ab ipsis Prælatis legi, & signari, similiter, & qui ipsas recipiunt antequam ipsas legant, clausas præsentent Prælato suo, quas volumus omnino, & jubemus Prælatum legere, vel eo absente, vicem ejus gerentem, & si videbitur sibi, Fratribus, quibus directæ sunt reddat, nisi forte Congregationis sigillo videlicet* Pax *essent signata, quas nec a Prælato, nec a Convisitatore, nec a Præsidente, nec ab aliquo alio aperiri permittimus, nisi ab iis dumtaxat, quibus diriguntur, vel de eorum voluntate; qui autem contrafecerit, tribus primis diebus Mercurii sequentibus jejunet in pane, & aqua, nec ab aliquo dispensari possit, nisi in casu gravissimæ infirmitatis. Sub eadem quoque pœna districta prohibemus, quod nemo litteras Præsidenti, Deffinitoribus, aut Visitatori cuilibet, vel regimini intra annum directas, nisi de eorum voluntate ad quos diriguntur, aperire præsumat, quod si quis de hujusmodi errore convictus fuerit, siquidem litteræ sunt munitæ sigillo* Pax *ultra prædictam pœnam stet degradatus per mensem: quod si Prælatus fuerit, dicat ex ordine totum psalterium, & jejunet ter in pane, & aqua secreto &c. eidem quoque pœnæ Prælatos, & Fratres nostros quoscumque, qui litteras etiam privatis sigillis munitas, vel Fratribus quibuscumque directas intercipere, seu aperire præsumpserint, subjacere decernimus. Præter casus autem prædictos fratres, qui sine licentia Prælati sui scripserint, aut litteras ad se directas legerint, absolvi non possint, nisi a Prælato suo, & præter hoc totiens jejunent in pane, & aqua quotiens contravenerint nec aliter absolvi possint. Quicumque vero ex nostra Congregatione, etiam si fuerint hostiarii, vel hospites portantes litteras, vel munuscula, Prælato ea statim præsentent, & nihil dicant, nec quibus diriguntur, nec aliis. Contrafacientes dicant suam culpam in capitulo, & comedant in terra in Refectorio*. Ad cap. LV. *Fratres vero nostri amodo nulla ratione usantur*

rascia, seu surgia Flandrensi, sed secundum nostram antiquam consuetudinem grossiore: & super illa verba. *Quod vilius comparari potest:* inquit: *Diligenter attendatur hæc particula regulæ, nam cum dicit:* quod vilius, *omnem mollitionem, & pretiositatem, habitumque delicatum excludit, quod proculdubio non modo pro vestibus, sed pro omnibus rebus, quibus tum ad necessitatem, tum commodum corporis apparenter utimur, est accipiendum &c.* ad illa verba: *Qui tamen lecti &c.* hæc leguntur: *Et cum Monachis usus lineorum interdicatur, hoc præcipue in Stramentis lectorum servari debet, quod etiam de caligis intelligitur, licet tamen super saccum, aut mattum pannum laneum habere, aut lineum grossiorem qui possit removeri, & ablui.* Ad cap. LXII. hæc sunt: *Et quia ad Sacerdotis officium pertinet ligare, & solvere, ubi auctoritas, & scientia requiritur, injungimus Prælatis, ut ad audiendas confessiones secularium eligant Fratres ad id idoneos, &c. Fratres vero sic electi studeant diligenter huic tam commendabili operi se aptos reddere, omnemque industriam adhibeant, & curam ob dei honorem, & salutem animarum, qua nihil est deo acceptius, ut quam melius possunt tam pium opus utiliter exequantur, quod, ut dignius impleri queat, etiam Visitatores si opus fuerit, Prælato ea sollicite servare mandabunt &c. Interdicit etiam Prælatus iis, quos ad audiendas confessiones instituit, ne quavis occasione, seu prætextu pietatis, & eleemosynæ faciendæ pauperibus, neque etiam pro missis celebrandis aliquam pecuniam petant, aut oblatam accipiant a confitentibus quovis quæsito colore, sibi hunc casum si quis contrafecerit reservando, & pro qualitate excessus, si sibi videbitur, etiam usque ad privationem dicti officii puniendo. Quod si quis ex confitentibus pertinacius insisteret aliquid dare, ad sacristam monasterii dirigatur, &c.* Ad cap. LXVI. super illa verba. *Hanc Regulam &c.* hæc leguntur. *Legatur singulis diebus lectio de regula in Capitulo post Pretiosa &c. præterquam in Dominicis, & festis &c.* Ad cap. LXVII. ad illa verba: *sine jussione Abbatis:* hæc leguntur: *Curantes quoque juxta regulam omne periculum proprietatis extirpare, volumus, quod fratres mutati, cum primum ad locum mutationis suæ pervenerint, pecuniam, resque omnes superiori consignent intra triduum, aliter in pane, & aqua jejunent, quam pœnitentiam totiens iterent, quot diebus id facere distulerint &c.*

Statuta Synodalia pro ecclesiastica disciplina ante Concilium Tridentinum.

Quo verò constet quænam ecclesiastica disciplina in diœcesi nostra ante Concilium Tridentinum initio hujus sæculi vigeret, quædam in medium proferemus statuta ab Eusebio Abbate edita pro clero insignis ecclesiæ collegiatæ S. Germani, atque constitutiones Andreæ Visitatoris diœcesis Cassinensis, necnon & constitutiones Synodales a D. Chrysostomo an. 1530. factas. *In nomine domini nostri Jesu Christi Amen, anno a nativitate ejus millesimo quingentesimo sexto, pontificatus SS. in Christo patris, & domini nostri domini Julii divina providentia papæ secundi anno tertio, die vero primo mensis aprelis nona indictionis, de mandato reverendi in Christo patris, & domini nostri domini Eusebii de Mutina dignissimi Abbatis sacri monasterii Cassinensis, ut mores Priorum, Canonicorum, Clericorum Capituli collegiatæ ecclesiæ S. Germani in omnibus, & præsertim circa divinum officium, nocturnum pariter, & diurnum melius reformentur, & quilibet eorum studeat pura corde, & mundo corpore omnipotenti Deo placere, ac valeat deservire, infrascripta constitutiones, ordinationes, & capitula, congregato dicto Capitulo in palatio Cassin. coram prædicto reverendo domino Abbate edita, & publicata fuerunt. In primis quod omnes, & singuli Priores canonici, & clerici, dum dicitur divinum officium nocturnum pariter & diurnum, stare debeant cum cottis, & legere, & cantare antiphonas, & lectiones, reputentur aliter pro absentibus. Item quod divinum officium dicere teneantur, & debeant punctatim sine sincopa, ita quod ipsi se intelligant, & intelligantur ab aliis. Item quod quando dicitur officium in choro, & in processionibus colloquia, aut rissa fieri non debeant sub pœna unius carleni, Item quod dum in divino officio dicitur Te Deum laudamus, Credo, Pater noster, Benedictus Dominus Deus Israel, Gloria in Excelsis Deo, Magnificat, Nunc dimittis, & orationes tam in missa, quam in aliis horis canonicis, & simpliciter dum dicitur evangelium, recti reverenter, & devoti stare debeant, & teneantur, & non sedere sub pœna unius grani. Item quod processionibus consuetis, & illis, quæ fiunt pro aliqua causa, omnes, & singuli interesse teneantur, & bini bini secundum prioritatem, & Sacerdotalem gradum incedere debeant, ita quod primi clerici, secundi subdiaconi, tertii diaconi, quarti canonici, ultimi vero Priores, sub pœna granorum quinque. Item quod omnes, & singuli Priores, Canonici, & beneficiati teneantur, & debeant interesse divino officio, & si quis ad matutinum dum legitur ante finem ultimi Psalmi primi nocturni non venerit in ferialibus diebus perdat denarios duos, & similiter si recesserit antequam dicatur Prima, duos denarios perdat, nisi vellet celebrare, aut esset pro aliqua causa necessaria, aut animarum cura vocatus. Item quod venientes ad missam Tertiarum antequam cantetur epistola, & in vesperis antequam compleantur vespera beatæ Virginis duos etiam denarios perdant, & tantundem si recesserint ante communionem in missa, & ante finem Completorii de die, nisi esset ut supra vocatus, aut celebrare voluerit, & tunc liceat, absque incursione pœnæ post elevationem Dominici corporis celebrare. Item quod in Dominicis diebus, & duplicibus festis, in quibus Matutinum cantari debeat venire teneantur, & debeant ante finem quarti psalmi primi Nocturni, & tunc non venientes perdant denarios duos, & similiter si recesserint ut supra, perdant denarios duos, & ad missam ante finem Chyrieleison, & ad vesperas ante finem secundi Psalmi venire teneantur, & debeant, aliter perdant denarios duos, nisi essent vocati, aut celebrare voluerint ut supra, inceptis laudibus, & post elevationem Dominici Corporis, & hoc intelligatur in festis descriptis, in festis autem majoribus duplicibus, vid. Nativitatis, Circumcisionis, Epiphaniæ, Purificationis, diei Palmarum, Jovis, Veneris sancti, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Corporis Christi, Transfigurationis, Assumptionis, Nativitatis B. Mariæ, Dedicationis ecclesiæ S. Germani, ipsius S. Germani, omnium sanctorum, S. Bertharii, & S. Benedicti, non venientes ante finem secundi psalmi, ad missam ante finem tertiarum, & ad Vesperas ante finem primi psalmi perdant denarios quatuor, & tantumdem recedentes amittant ut supra antequam dicatur nona,*

nota.

nota.

nisi

nisi celebrare contingerit, ut in aliis supra continetur. Item quod omnes celebrare volentes in ecclesia, vel extra possint, & valeant inceptis laudibus, celebrare, & post elevationem Dominici Corporis majoris missa in diebus ferialibus, & duplicibus festis, in aliis autem ut supra descriptis usque ad finem missa, & donec dicatur nonn stare, & manero sub dicta pœna teneantur, nisi opus esset baptizare aut pro aliqua causa celebrare. Item quod quilibet de capitulo teneatur pronunciare antiphonam, & lectionem sibi competentem legere, aliter pro absente reputetur. Item quod edomedarius prima Missa in diebus Dominicis teneatur in majori Altari benedicere aquam, & asperges facere circa altare omnibus ibidem existentibus, qui vero hac facere recusaverit, pœnam granorum quinque ipso facto incurrat. Item Edomedarius majoris missa per se, vel per alium teneatur suam edomedam deservire, & hoc intelligatur de sacerdotibus, qui missam dixerunt, qui vero sunt ad sacerdotium promoti, infra annum sub pœna tarenorum duorum cum dimidio a die promotionis missam cantare teneantur, & debeant. Item quod in majori missa debeant esse duo ministri pro epistola, & pro evangelio, & cum presbytero de sacristia induti exire, stare, & redire teneantur, & debeant sub pœna granorum quinque. In majoribus vero festivitatibus infra nominatis sex, duo pro evangelio & epistola, duo pro incenso, & pace, & duo pro cereis portandis. Item quod omnes presbyteri, & parrochiales teneantur, & debeant missam Sponso, & sponsa non bigamis celebrare, benedictionemque sollempnem, antequam dicatur Pax Domini facere; qui vero contrafecerit, pœnam unius Augustalis incurrat; prædictam pœnam extendi volumus etiam ad alios presbyteros non parrocchiales, quoties talia fieri contingerit, & istis absque licentia sub eadem pœna facere non liceat, & similiter baptizare, & confessiones audire non debeant, absque superioris licentia, aut prædicti Archipresbyteri. Item fuit statutum, & ordinatum ad evitandas discordias, & dissentiones in Capitulo per majorem, et saniorem partem prædicti Capituli, ut ex tunc in antea nullus de dicto Capitulo percipiat portionem, nec quando fit extrema unctio, nec etiam in funeralibus nisi interfuerit, excepto quod in funerali fuerit aliqua infirmitate detentus. Item quod promoti ad Diaconatus, vel ad subdiaconatus ordinem cum licentia Capituli, seu Superioris mandato infra mensem teneantur epistolam, seu evangelium cantare, et Capitulum ab ipsis pro hujusmodi re nil possit petere, aut exigere, sed tantummodo licentiam cantandi ordinatus petere teneatur, & a Prioribus, vel superiore obtenta cantare possit, qui autem hujusmodi constitutioni contradixerit, pœnam excommunicationis, & unius ducati incurrat. Item quod nemo ex canonicis, seu clericis prædictis cujuscumque ordinis, status, & dignitatis audeat, seu præsumat insurgere contra Priores ecclesiæ Archidiaconum, & Primicerios, verbaque injuriosa, & minus honesta dicere, nec idem facere audeat quisquis dictorum Priorum contra Canonicos, aut aliquem clericorum, & qui contra fecerit, pœnam unius augustalis ipso facto incurrat, & similem pœnam incurrant beneficiati talia contra Priores, aut quemque de capitulo committentes. Item quod Priores, Canonici, & beneficiati quacumque auctoritate creati, dum possessionem recipere volunt, teneantur præstare juramentum fidelitatis, obedientia, conservationis bonorum, observationis statutorum, & consuetudinis ecclesiæ, qui autem tale juramentum præstare noluerit, tamdiu pro absente reputetur, & fructus non percipiat, quamdiu hujusmodi juramentum præstare distulerit. Item quod Priores, & Canonici dumtaxat bis, aut semel in mense ultima sexta feria sub pœna perjurii, & unius ducati se in sacristia congregare teneantur, & debeant ad Capitulum faciendum de rebus ecclesiæ, & pro utilitate ipsius occurrentibus, qui autem ad hujus modi Capitulum faciendum dum fuerint vocati per sonum campana, aut alio modo ire distulerint, pœnam prædictam incurrant, nisi extra Terram, aut essent gravi infirmitate detenti. Item quod dum aliquid in hujusmodi Capitulo præponitur, unusquisque in suo loco respondere, & suam sententiam dicere teneatur, & quicquid per majorem & saniorem partem determinatum fuerit servetur, & verba, qua in dicto Capitulo tractantur, nulli sub dicta pœna liceat alicui revelare, nisi esset injunctum a Capitulo pro responsis faciendis. Item quod dum aliquid præponitur in Capitulo per clericos, sive laicos, de rebus ecclesiæ, vel de aliis occurrentibus, in quibus aliquid præjudicium ecclesiæ, vel alteri nulli nisi facto Capitulo ut supra inconsulto liceat respondere. Item quod ad baptismum faciendum nemo debeat admittere ultra tres personas ad compaternitatem sub pœna unius ducati. Item quod non liceat Canonicis, aut clericis de suo loco recedere, & ad alium locum, seu latus causa loquendi, & confabulandi, sed in loco suo stare, & manere honeste debeat, qui vero contrafecerit, pœnam unius grani quantum ad primam partem: quoad secundam granum unum vice qualibet incurrat. Item quod nulli liceat Decano requisitionem aliquam sub certa pœna aliquo modo facere in choro, vel alibi, sed quicquid petere voluerit in Capitulo, aut per justitiam in curia Cassinensi petere teneatur, & debeat, qui vero contra fecerit, pœnam unius ducati incurrat. Item quod non habentes titulum de beneficio suo in dicta ecclesia S. Germani per Ordinarium, aut superiorem eis factum, & possessionem prædicti beneficii debite perceperit, & juramentum ut supra præstiterit, nil omnino percipiat, nec petere possit de fructibus, & obventionibus ecclesiæ prædicta, qui vero ausu temerario contra hujusmodi constitutionem venire præsumpserit, pœnam excommunicationis, & duorum ducatorum incurrat. Item quod nemo cujuscumque gradus sacerdos, vel clericus ludat, cartis, taxillis, vel aliis turpibus jocis, nec eos inspicere audeat sub pœna unius tareni, nec etiam scbacchis in locis publicis cum secularibus. Item quod conversatio sacerdotum, & Clericorum sit seorsum a secularibus, cum quibus non se ingerant maxime publice nisi pro necessitatibus occurrentibus, & per consequens non admittat seculares, quando causa recreationis in aliquem locum se contulerint. Item quod silentium in choro jugiter teneatur, nisi causa necessitatis exegerit aliquid dicere, quod tunc modeste, & breviter fiat sub pœna grani unius. Item quod venientes in choro debitam reverentiam faciant ante Altare, & manentes in choro graviter, & morigerate se habeant sub pœna grani unius. Item quod Primicerii cantare debeant, & teneantur invitatorium in quocumque festa cantandum est; & qui contrafecerit, vice qualibet incurrat pœnam unius caroleni nisi esset infirmus vel extra civitatem. Item quod Procurator finito anno, in ter-

termino dierum decem tunc immediate sequentium debeat consignare Capitulo librum clarum de administratis per eum, & viso computo dicta administrationis per Auditores, per dictum Capitulum eligendos, in eodem termino solvere debeat, & teneatur quicquid deberet dicto Capitulo sub pœna ducatorum decem non obstante appellatione. Item quod nemo de dicto Capitulo cujuscumque gradus exigat funeralia debita dicto Capitulo, contrafaciens perdat portionem suam, & quod exegerit, dicto Capitulo reddere teneatur, sed illa debeat exigere Decanus, ut solitum est, & si exigere distulerit, dictum Capitulum possit exigenda committere alii, cui voluerit. Item quod quilibet de Capitulo cujuscumque gradus antiphonas pronunciare, & lectiones legere, vel cantare debeat cuicumque praceperit primicerius, ut solitum est sub pœna granorum duorum. Item quod Archidiaconus in omni festo sollemni debeat dare ministros cuilibet celebraturo ut solitum est, & electus a dicto Archidiacono si renuerit solvat grana quinque. Nos Eusebius prænominatus Abbas Cassinensis prædicta Capitula confirmamus, & mandamus sub pœna inobedientiæ, aliaque nostro arbitrio reservata, quatenus dicta Capitula observari, & pœnas, quas rebelles incurrunt, per Sacristam notari curet, & in fidem subscriptorum me manu propria subscripsi, sigilloque Monasterii inprimi jussi. Item ordinamus quod unusquisque teneatur obedire his, quæ concernunt officium suum, signanter dum divina celebrantur, quo ordine, & tempore debeant missa celebrari sub pœna reverendi patris Abbatis arbitrio reservata, & quod prima missa dicatur circa ortum solis; missa vero Tertia sive Nona dicatur hora competenti, ita ut unusquisque valeat adesse sub simili pœna. Item quod nullus presbyter possit exire de Sacristia sive choro ad celebrandum, nisi ostenso, & elevato sanctissimo Sacramento corporis, & Sanguinis domini nostri Jesu Christi præcedentis missæ vid. elevato SS. Sacramento primæ missæ exeat alius Sacerdos pro secunda missa, & elevato SS. Sacramento secundæ missæ exeat tertius pro tertia missa celebranda, & non ante sub pœna prædicta, & sic de reliquis missis dicendis. Item fuit injunctum, & mandatum omnibus Rectoribus, & clericis S. Germani in actu Visitationis, ut sub pœna excommunicationis, ac privationis officii, & beneficii, unusquisque ipsorum debeat tempore divini officii residere in proprio loco sibi deputato, ex quo propter eorum absentiam reperimus multa incommoda, inobedientias, & deordinationes in prædicto choro accidere, & hoc ipsis omnibus præsentibus audientibus, & intelligentibus. Item statuitur, quod omnes Priores, Canonici, Præbendarii, & omnes & singuli, qui obtinuerunt, & obtinebunt pro tempore Canonicatus, & alia officia & beneficia in ecclesia S. Germani a suo ordinario, vel a Papa, quod percipere minime possint de distributionibus quotidianis, nisi medietatem non habentes, & promoventes se infra annum ad ordinem connexum ad ejus officium, seu Canonicatum, & præbendam, ad hoc, ut possint personaliter deservire. Item statuitur, quod omnes prædicti obtinentes dicta beneficia, canonicatus, & præbendas in dicta ecclesia, existentes in minori ætate, quod non possint habere ordinem Sacrum, vel promoveri saltim ad ordinem subdiaconatus, de fructibus, & distributionibus quotidianis ordinariis tantummodo dictarum distributionum medietatem percipere possint, de aliis vero occurrentibus, quæ sunt funeralia, & his similia, minime aliquid de eis percipere possint nisi candela, &c. Item statuitur, & ordinatur ad evitanda scandala in festis majoribus, in quibus est consuetudo portare in processionibus pallium, portare, & ferre debeant clerici ordinandi a suis majoribus ecclesiæ S. Germani. Item se ordina, & commanda ad ogni Clerico tanto Sacerdote quanto a Diacono, tanto a quegli, che sono de capitolo quanto a quelli, che non sonno de Capitolo vadano con habito, & tonsura.

Capitula pro Sacristis.

In primis, quod sacrista teneatur parare ecclesiam in omnibus majoribus festivitatibus, in quibus Decanus teneatur portari facere mirtum, seu laureum pro ornamento ecclesiæ, bonaque ecclesiæ custodire, & omnia pro posse verbo, & opere conservare, sub pœna unius caroleni, & quod teneatur scopis mundare Ecclesiam semel in mense, sub pœna prædicta. Item quod Sacrista, nisi sit in sacerdotio constitutus, ut possit officium in Sacramento unctionis facere, nil penitus de mercede inde habita percipiat, tunc officium facere teneatur, qui ultimo loco de Canonicis presbyteris in ordine fuerit, & quod teneatur ungere infirmum. Item quod Sacrista, qui pro tempore fuerit, sonare teneatur ad Matutinum, missam, & vesperas debito, & congruo tempore, & non ad petitionem alicujus edomedarii, & postquam sonatum fuerit, non statim ad officium procedatur, set aliquantulum expectetur donec unusquisque possit commode interesse, & de domo venire: & hoc, ne detur alicui materia clamandi: qui autem contrafecerit vice qualibet solvat grana quinque nisi esset injunctum a superiori, & idem cum juramento punctare, seu annotare debeat non venientes ad officium secundum formam supra notatam. Item quod Sacrista qualibet edomeda teneatur lavare pilas aquæ benedictæ, & mutare pannum pro manibus in Sacristia, & teneatur bene conservare pannos ecclesiæ vid. planetas, pluviales, & reliqua ecclesiastica indumenta sub pœna pro vice qualibet granorum quinque, & etiam obedire majoribus canonicis, & aliis de Capitulo in ecclesia, & si contrafecerit, incurrant pœnam prædictam vice qualibet. Item quod teneatur sacrista claudere chorum ecclesiæ post pulsatam Nonam omni tempore, nisi aliter fuerit injunctum a majoribus, & ita etiam claudere ecclesiam S. Mariæ quinque Turrium, sub pœna prædicta pro qualibet vice.

In nomine domini nostri Jesu Christi Amen. Anno a nativitate ejusdem millesimo quingentesimo nono, pontificatus SS. in Christo patris, & domini nostrī domini Julii div. prov. Papæ II., anno sexto, sedente Præside, & Abbate reverendo in Christo patre, & D. Zaccaria de Padua in monasterio Cassinensi venerabilis in Christo pater dominus Andreas de Placentia Prior dicti Sac. monasterii, de mandato specialiter prædicti rev. Abbatis, visitando ecclesias, clericos, & populos in tota jurisdictione Cassinensi, una cum venerabili Arduino Vicario generali in spiritualibus invenit, in aliquibus locis clericos abuti conviviis, & commessationibus in festivitatibus subdiaconatus, diaconatus, & presbyteratus contra Canonicas sanctiones, ac vitam, & honestatem clericorum, quibus dictus venerabilis Prior, & Vicarius provide-

re

re volentes dei timore compulsi &c. Quædam capitula instituit, & observari mandavit, & convivia, sive commessationes modo infrascripto refrenavit, & moderatus est &c.

In primis statuit, & ordinavit præfatus Prior (D. Andreas) & Visitator, ut quando scolaris parvus vult introire ad Ecclesias suas, & incipit stare inter clericos, debeat portare ad ecclesiam, ubi vult se clericum ordinari, languenam unam vini: Similiter faciat quando dicit, Parce mihi domine, & aliam languenam vini, quando dicit in lectorali lectionem primo tempore; & quod ex illo tempore usque ad extremum ordinem maneat ad servitium ecclesiæ, & clericorum pro ecclesia tantum, & teneatur obedire præceptis Majoris sui per ordinem: & si oportet esse sacristam, sit ad voluntatem clericorum, & teneantur pulsare campanas, servire missis, purgare ecclesiam, & ornare altaria, & ecclesiam in festis principalibus, & ire pro herbis odoriferis, & rosis, prout est tempus congruum, & alia necessaria facere prout solitum est.

Item statuit, & ordinavit, quod quando Scolaris, seu servitor prædictus, vadit ad recipiendum ordines hostiarii, lectoris, exorcistæ, & acolythi, debeat facere prandium unum pro exorcista, & alterum pro acolytho tali ordine vid. Si est hyems præparet in convivio presbyteris ecclesiæ suæ carnes porcinas, & ad rustam, tempore æstatis carnes castratinas, & ad rustum, & aliud prandium similiter faciat pro Acolythi, & addat gallinas, caseum, uvam, & alia necessaria prædictis presbyteris tantum ecclesiæ suæ.

Item statuit, & ordinavit, quod quando vadit ad suscipiendum ordinem subdiaconatus, teneatur petere licentiam primo presbyteris ecclesiæ suæ, & deinde Presbyteris alterius Ecclesiæ, & quando vult cantare epistolam, teneatur facere prandium solemne, & conveniens utrique capitulo, videlicet omnibus clericis in minoribus, & sacris ordinibus constitutis.

Item statuit, & ordinavit, quod promovendus ad diaconatus ordinem, faciat idem, quod in subdiaconatu de postulatione licentia, & convivio, ut supra.

Item statuit, & ordinavit, quod promovendus ad ordinem Sacerdotalem, faciat, ut supra de ordine subdiaconatus, & diaconatus de postulatione licentia, & faciat convivium prima missa privata solemne, ut supra declaratum est in Capitulo Subdiaconatus, & teneatur convivare omnes presbyteros & clericos ecclesiæ S. Mariæ, & S. Pauli.

Item statuit, & ordinavit, quod quando vult celebrare missam majorem prædicti presbyteri teneantur ordinare duos procuratores: unum pro ecclesia S. Mariæ, alterum pro ecclesia S. Pauli; qui provideant, & disponant secundum formam prædictorum Capitulorum, & dominica præcedenti omnes unanimiter congregentur, & per ordinem a majori usque ad minorem debeant ire ad domum presbyteri novelli, qui teneatur omnibus discumbentibus parare unam porcellam cum cimino, caseum, & vinum, ac panem.

Item statuit, & ordinavit, quod in die Jovis procuratores præparent cœnam ordinatam presbyteris, & clericis secundum ordinem prandii in subdiaconatu.

Item in die veneris procuratores prædicti debeant præparare cœnam cum pastillis, seu sangiis, & piscibus.

Item in die Sabati post vesperas presbyter novellus teneatur præparare presbyteris, & clericis utriusque ecclesiæ collationem competentem, cum confectionibus, fructibus, & vino, ut videbitur procuratoribus.

Item in die dominico presbyteri debeant ire ad prandium, & prandeant in loco remoto separato a laicis, & non possint petere præter ea, quæ sunt parata laicis, & si volunt offerre, seu donare presbytero novello, donent: sin autem, non teneantur, & ante missam presbyter novellus faciat portare canistram ad discreptionem procuratorum pro collatione clericorum.

Item facta collatione die dominico dicti clerici in ecclesia congregati bini, & bini vadant ad conducendum, & comitandum presbyterum novellum ad ecclesiam cum tibicinibus more solemni, servata tamen honestate clericali. Osculantes ipsum presbyterum a primo, usque ad novissimum; postea archipresbyter, & Abbas S. Pauli accipiant per manus dictum presbiterum novellum, & eum conducant, & comitentur ad ecclesiam, ad quam cum pervenerint, collocent eum in prospera majori (idest sede) & ipse novellus presbyter alta voce ad tertiam incipiat, deus in adjutorium &c. cæteris respondentibus, ut moris est, finita tertia cum ministris, ut decet, parat se presbyter ad celebrandam missam more solemni. Et prædicto die dominico dictus presbyter novellus mittat Archipresbytero canistram cum duabus petiis carnium unius rotuli cum dimidio pro qualibet petia cum duobus veccellatis, & una cannatella vini.

Item in die lunæ, & martis presbyter novellus debeat præparare convivium presbyteris, ut supra in capitulo subdiaconatus.

Et ipsa die Martis facto prandio omnes vadant ad ecclesiam novelli presbyteri ad assignandum eidem prosperam, seu locum in choro, & partem bonorum ecclesiæ, ut solitum est, & dictus presbyter faciat portare canistrum cum pastia, quatuor veccellatis, octo petiis carnium, & cannatella una vini, & clerici dent inventarium dicto presbytero novello, ut dividat possessiones, census, & alia inter eos communia, ut solitum est, & ipse presbyter novellus pro tarenis, quos solebat dare Archipresbytero, & cuilibet presbytero, & pro quindecim carlenis, quos similiter solvebat dictus presbyter novellus dictis presbyteris die martis teneatur, & debeat solvere dicto die procuratori ecclesiæ suæ tantum ducatos sex de carlenis convertendos per ipsum procuratorem seu capitulum dictæ ecclesiæ in necessaria reparatione, & utilitate dictæ ecclesiæ ad arbitrium dicti procuratoris, & presbyterorum dictæ ecclesiæ &c.

Item ex antiqua consuetudine reperta, & observata statuit, quod dicti diaconi, & subdiaconi debeant solvere visitam, & Camerlengatam, & decimas imponendas, & impositas a Pontifice vid. Diaconus pro medio presbytero, & subdiaconus pro quarta parte.

Capi-

1530.

Capitula Synodalia edita per R. P. D. Chrisostomam de Neapoli Abbatem Cassinen. ac Præsidentem Congregationis Cassinensis ven. P. D. Nicolao de Cava existente Priore &c.

IN nomine sanctissimæ Trinitatis, novæ compilationis, constitutionam Synodalium per R. P. D. Chrisostomum de Neapoli Abbatem Cassinen. & Præsidentem ut supra edita Liber primus incipit.

Decet, ut cujus in pace factus est locus, ejus cultus sit cum debita veneratione pacificus in tantum inquam quorumdam perversitas divino cultui inimica inolevit, ut merito ad præsentem compilationem Deo annuente accedamus, in qua & illud quod antea obtinebat, & quod postea a nostra sollicitudine illuminatum est dilucide continetur. Et quia specialiter ecclesiam nostram Cassinen., ac clericos nostræ diocæsis omnes quos in visceribus caritatis gerimus, nostræ sollicitudinis studio ut ex officii pastoralis debito tenemur, ea caritate amplectimur, ut circa illa assidue vacemus, quæ ad laudem omnipotentis Dei, ejusque gloriosæ virginis matris Mariæ, & omnium Sanctorum præcipue, & Scholasticæ, ac divini cultus ornatum, & aliorum quietem, & pacem tendere dignoscuntur. Quapropter constitutiones, præsentes ordinationes, & statuta in reformationem ecclesiarum, & clericorum nostræ Cassinen. ecclesiæ gubernationem ac salubre incrementum aliorum duximus ordinandas, quas tenore præsentium ab omnibus ecclesiarum prælatis, Rectoribus, presbyteris, hospitalariis, iconomis, & respective laicis quibusvis in spiritualibus nostræ jurisdictioni subjectis sub pœnis & censuris in eis contentis ac alia nostro arbitrio reservata præcipimus inviolabiliter observari.

Beatissimi Patris nostri Benedicti.

Quod unusquisque unicam Dei Filium in essentia Dei, & æternaliter subsistentem verum corpus de Virgine assumpsisse firmiter credat.

Cum & plantare divinum cultum debeamus, & plantatum fovere, cum etiam ubi non est primum non valeat boni operis adesse fundamentum, & primum nostræ reparationis fides esse noscatur, ideo a divinis exordium sumentes, unicum Dei filium in essentia Dei æternaliter subsistentem verum corpus de Virgine assumpsisse & in eo passum, crucifixum, mortuum, & sepultum, ipsumque resurrexisse & ad cœlos ascendisse, ac cætera Trinitati, & fidei nostræ congrua prout sancta Rom. tenet ecclesia, si ultionem divinam, ac nostri arbitrii irremissibiliter pœnam effugere cupiunt, omnes hoc perpetuo edicto firmiter tenere præcipimus.

Ut fidei articulos ac sacramenta ecclesiæ, & præcepta Legis unusquisque expliciter sciat.

Quia quos Dei timor a malo non revocat, specialis saltem pœna cohibere debet a peccato ideo insuper volumus, & mandamus, quod unusquisque in sacris ordinibus constitutus, maxime curam habens animarum debeat fidei articulos, & sacramenta ecclesiæ & præcepta legis expliciter scire, & ejus in spiritualibus filios in talibus instruere, ac alia suo ordini necessaria, & opportuna non ignorare, si nostri arbitrii pœnam cupit evitare.

De Horis Canonicis & missis, suis hora & ordine dicendis.

Cum singula officia sint singulis committenda personis, & duo sint christianorum genera, clericorum, qui divinis vacare debent, & Laicorum, ideo volumus & mandamus, quod quilibet in sacris ordinibus constitutus, maxime dignitatem vel curam habens animarum debeat sub nostri arbitrii pœnis, in ecclesia hora condecenti canonicas celebrare horas, diurnas pariter & nocturnas, illud idem de clericis in minoribus ordinibus constitutis, & beneficia habentibus præcipimus observari, & ut habens animarum curam assidue quantum potest, dicto officio, saltem ad primam usque inclusive, missam ad fidei augumentum, ac christianæ devotionis, & pro salute viventium & mortuorum celebrare procuret.

De cantando divinum officium in ecclesiis collegiatis.

Quia cultum divinum ampliari non minus nostræ firmissima est intentionis, propterea districte præcipimus, quod diebus dominicis, & festivis celebrentur solemniter cantando in ecclesiis collegiatis divina officia, ac missarum solemnia, presbiteris & clericis indutis vestimentis ecclesiasticis, in talibus deputatis & consuetis, deficientes autem nostri arbitrii animadversione puniantur.

De commemoratione sanctorum Benedicti Mauri, & Scholasticæ, & Placidi in divinis officiis facienda.

Quoniam dominum in sanctis suis secundum propheticum præceptum laudare jubemur, ideo præsenti statuimus edicto, quod quilibet in sacris ordinibus, vel non sacris, ut supra horis matutinis & vespertinis, sanctorum Benedicti, Mauri, Placidi, & Scholasticæ patronorum ecclesiæ nostræ Cassinensis commemorationem facere teneatur, contrafacientes nostri arbitrii volumus ultioni subjacere, quod tam in ecclesia cathedrali, quam etiam in tota nostra Cassinensi diocesi indistincte volumus observari sub pœna juxta nostrum beneplacitum infligenda.

De non turbando divinum officium.

Decet, ut cujus in pace factus est Locus, ejus cultus sit cum debita veneratione, & sine perturbatione pacificus, quapropter statuendum duximus, quod quilibet dum in ecclesia divina officia celebrantur, honeste ac devote in ipsa permaneat, & divinis officiis tantum intendat, nec ipsa divina officia verbis aut factis si arbitrii nostri pœnam effugere desiderat, perturbare præsumat, sed silentium eo tempore omnino teneatur, similiter dum ipsa divina celebrantur, suam vestem desuper teneant, vid. coctam, pœna dimidii carleni contrafaciens puniatur.

De Præ-

De præparatoriis, & his quæ observari debent in celebratione divini officii sive missarum.

Solita benignitatis affectu districte præcipimus, quod quilibet in peccato mortali, vel odio constitutus ad missarum celebrationom accedere non præsumat, nisi post reconciliationem, vel pœnitentiam, ac divino officio dicto, & candelis accensis, ac paramentis, & cæteris necessariis ab episcopo benedictis præcedentibus, & tunc non sibi per laicum sed clericum inserviri procuret, necessitatis casu excepto, contrafaciens unius Ducati pœnas substineat. Similiter curam habens animarum diebus dominicis & festivis in ecclesia propria celebrare teneat, aliis vero diebus jejunus stabit usque ad horam statutam, pro necessitate quæ potest imminere. Contrafacientes pœnam expectent arbitrariam, quod etiam in Diaconibus, & subdiaconibus præcipimus observari.

De tenendis duabus ampullis plenis pro sacrificiis, & de non dicendo memoriter testamentum, sive canonem.

Quia officii nostri debitum remediis invigilat sacrorum, & subditorum, propterea ut etiam error qui in celebratione missarum posset evenire, penitus evitetur, præcipimus, & sub suspensionis officii Sacerdotalis, & aliis nostro arbitrio pœnis reservatis mandamus, quod duæ ampullæ, & non in una vinum aqua mistum prout repperimnt in multis locis quarum altera vino, alia vero aqua plena teneantur pro Sacramento dominici Corporis si opus foret conficiendo, nec sub simili pœna quisquam memoriter testamentum missæ præsertim, qui pridie, & simili modo, dicere præsumat, cum secundum legitimas sanctiones hominum memoria labilis esse noscatur.

Quod Clericus advena non celebret in diocæsi nostra, sine licentia & litteris non ostensis.

Ex debito pastoralis officii nobis licet indignis commissi, variis periculis occurrere cupientes hac perpetuo valitura constitutione mandamus, quod nullus clericus qui non sit de diocesi nostra Cassinensi, audeat sine nostra aut nostri Vicarii licentia, & ostensis litteris suis, in nostra diocæsi aliquo modo celebrare; Contrafaciens vero unius ducati pœnæ subjaceat.

De ordinandis duobus hebdomadariis in ecclesia qualibet distribuentibus antiphonas & alia secundum ord. dignitatis, & ordinis.

Quia ubi non est ordo, confusionem inesse necesse est, propterea præsenti mandamus edicto, quod sub nostri arbitrii pœnis, in qualibet ecclesia duo ordinentur hebdomadarii, qui secundum ordinem dignitatis & ordinis antiphonas distribuant, ac alia secundum quod ad eorum officium noscitur pertinere, dum divina officia celebrantur.

Quod Laici non sedeant cum clericis, dum divina celebrantur officia.

Secundum canonicas sanctiones nescire debent laici, quod clerici faciunt, quia oppido eis sunt infesti: mandamus propterea, quod laici dum divina celebrantur officia, quia ea, vel clericos possent impedire, sub nostri arbitrii pœnis, tam laicis, quam clericis intromittentibus, nullo modo cum dictis clericis sedere audeant, nec præsumant.

Quod non celebretur in ecclesia polluta.

Pia consideratione statuit mater ecclesia, ut non celebretur in ecclesia polluta, & si aliquos non terreat prohibitio prædicta, eos saltem temporalis pœna terreat, districte sub nostri arbitrii pœnis prohibemus, quod nullus in ecclesia polluta sive sanguinis sive seminis effusione celebrare aliquo modo audeat, ut in sanctificatione & non in pollutione locus domini esse noscatur.

De celebrando attente ut defectus aliquis non interveniat.

Cum operæ pretium sit, quod ubi major intentio requiritur, ibi major attentio adhibeatur, præsenti constitutione mandamus, quod celebraturus ita attente celebrare procures, quod propter ejus culpam etiam levissimam, hostia, calix, ita ut sangais effundatur, non corruat, aut aliquis alius defectus interveniat, contrafaciens arbitrii nostri subiaceat ultioni, pœnis aliis legalibus in suo robore permansuris.

Quod aliquis non appellet a nobis nisi ad sedem apostolicam vel ejus de latere legatum.

Quia secundum legitimas sanctiones, quæ de novo emergunt, novo indigent auxilio, propterea hac perpetuo valitura constitutione præcipimus & mandamus quod nullus Clericorum nostræ Cassinensis diocæsis sanctæ Romanæ ecclesiæ immediate subiecta, audeat ex aliquo gravamine provocare, reclamare, aut appellare ad aliquem judicem, nisi ad sedem apostolicam aut ejus de latere legatum; contrafacientes vero pœnis privationis officii, & beneficii, unciarum quatuor irremissibiliter exigendarum ipso facto subjaceant.

De non habendo recursum contra nos, aut ecclesiam nostram ad aliquem.

Quam sit grave, & divini dignum animadversione judicii, ut nobis subditi contra nos & nostram ecclesiam ab aliis auxilium vel favorem imploret, nullus ignorat: propterea præsenti perpetuo valitura constitutione decernimus atque præcipimus, quod nullus clericus ecclesiæ Cassinen. & totius nostræ diocæsis, sanctæ Romanæ ecclesiæ immediate subiectus, sub pœnis nostro arbitrio reservatis, si secus contra factum fuerit, audeat vel præsumat ad aliquem dominum temporalem quovis nomine censeatur, vel communitatis, sive civitatis habere recursum, pro favoribus sive auxiliis, aut literas impetrare, auxilium vel favorem, contra honorem, statum vel libertatem ec-

ecclesia nostra, aut personæ propria, sine nostra aut nostri Prioris licentia petita, & obtenta, nisi in casibus a jure permissis.

De residendo sive residentia in propria parochia.

Ad nostrum, quod dolentes referimus, pervenit auditum, quosdam maxime ecclesiarum Rectores residentiam in propriis ecclesiis non curare, & ut periculosa clericis evagandi materia subtrahatur, præsenti mandamus constitutione, quod quilibet habens dignitatem curatam, & non curatam, seu ecclesiam habentem curam animarum, vel sine, de consuetudine tamen residentiam requirentem personalem, debeat per se aut (legitima stante necessitate) per procuratorem, vel vicarium idoneum personaliter in ecclesia residere, qua necessitate cessante, ad ipsam redire cogatur, & in eadem deservire in Sacerdotio vel alio Ordine secundum quod ipsius ecclesiæ cura requirit, contrafacientes pœna privationis ecclesiarum & beneficiorum præfatorum se noverint subjacere, præmissa tamen monitione canonica.

De non eundo extra diocœsim sine licentia.

Perpetua hac duximus constitutione prohibendum, ne ullus clericus peregrinationis causa, aut alia, exire extra diocœsim ultra duas dietas, sine nostra aut nostri Prioris licentia speciali, sub nostri arbitrii pœnis audeat, & si monitus non redierit, privetur beneficio, Idem de aliis vagantibus per alias terras, & infra duas dietas, nisi moniti infra duos menses redierint.

Quod quis non possit plura beneficia retinere.

Cum secundum canonicas sanctiones sit ars artium cura animarum, præsenti declaramus edicto, quod cum habere plura beneficia ecclesiastica maxime dignitatem & curam habentia sit contra canonum statuta, ac de avaritiæ radice procedat, nullus clericorum vel presbyterorum duas dignitates curatas, vel non curatas aut duas ecclesias curam animarum habentes, vel curatam, cum dignitate simul, absque potestatem habentis legitima dispensatione, retinere audeat aut præsumat, contradictores omnium beneficiorum quæ sic præsumpserint retinere, nec non fructuum perceptorum animadversione puniendos se noverint.

De non retinendo beneficia sine canonica institutione.

Cum secundum juris regulas ecclesiasticum beneficium sine canonica institutione retineri non possit, præsenti declaramus ordinatione, quod nullus in quocumque ordine ecclesiastico constitutus ecclesiastica beneficia cum cura, vel sine cura, sine canonica institutione tenere præsumat, tam de ipsis quæ spectant ad nostram meram collationem, quam de his quæ spectant ad confirmationem ratione præsentationis nobis factæ ab ecclesiastico vel laico patrono, ratione jurispatronatus, quod competeret patronis ipsis, cum simpliciter a laicis beneficia recipere, jura abhorreant, contrarium præsumentes pœnam restitutionis fructuum perceptorum ac aliam nostro arbitrio imponendam se noverint incursuros.

De honorifice retinendo corpus Christi pro imminenti necessitate.

Gravi nimirum perturbatione movemur, quod nonnulli ecclesiarum Rectores, & alii adeo desides erga eucharistia ac alia sacramenta se gerunt, quod nedum ut decet, sed nec cum necessitas occurrerit, ea in promptu habeant, quapropter præsenti constitutione sancimus, quod quilibet clericus curam habens animarum, in sacristia, vel alibi in ecclesia corpus Christi, ac alia sacramenta ecclesiastica honorifice, venerabiliter, & in promptu retinere teneatur, maxime pro infirmis, cum necessitas occurrerit, ipsa devote petentibus, ut celeriter pro salute animarum valeant exhiberi, cum secundum dominicum verbum, vigilandum sit, quia qua hora non putatur, filius hominis veniet.

De retinendo ecclesiastica sacramenta cum debita custodia, & veneratione luminaribus accensis.

Convenientissimum nobis esse videtur, ut cujus in pace factus est locus, ejus cultus sit cum debita veneratione custodiendus; quare tenore præsentium præcipimus, & mandamus, ut sacramentum eucharistiæ, ac alia omnia ecclesiastica sacramenta cum debita veneratione & custodia, ac luminaribus accensis, & clausura, continue teneantur, & ecclesiæ ubi talia sunt dicto officio claudantur, ne in ipsis (quod absit) fiat aliquid inhonestum: secus agentes nostro arbitrio se mulctandos agnoscant.

De renovando quolibet anno fonte baptismatis.

Hac perpetuo valitura lege præcipimus & mandamus, quod singuli ecclesiarum Rectores quolibet anno tempore ab ecclesia ordinato fontem baptismatis novo chrismate renovare procurent ac benedicere, contrarium attentantes nostri arbitrii ultioni decernimus subjacere pœnis aliis a jure statutis in suo robore duraturis, simili pœna, mulctandi, si ultra tres in baptismo ad compaternitatem admittant.

Explicit liber primus; Incipit secundus.

De Vita, & honestate, ac officio Clericorum.

Cum Sacerdotis sit officium, nulli nocere, omnibus autem velle prodesse, maxime in his quæ curam concernere animarum dignoscuntur, præsenti constitutione volumus, & mandamus, quod quilibet Sacerdos curam habens animarum, diurno atque nocturno tempore sit sollicitus infirmos visitare, nec non eis de his quæ spectant ad animarum salutem, ad memoriam reducere, maxime de facienda confessione, ac Sacramentorum devota receptione, & aliarum rerum quæ ad manus eorum quomodolibet illicite pervenerint, restitutione, contrafacientes arbitrii nostri ultioni se subjacere pernoscant.

De quolibet anno visitando limina S. Benedicti.

Attendentes quod ubi gubernaculum disciplinæ & obedientia contemnitur, restat, ut religio ac omnia pariter

riter naufragentur, ideo hoc perpetuo dicto statuimus, quod quilibet Abbas Archipresbyter aut Rector dioecesis Cassinensis sub unius uncia pœna Sanctissimi P. N. Benedicti quolibet anno limina visitare in festo ejusdem teneatur, secundum laudabilem consuetudinem hactenus observatam, privilegiis, immunitatibus, consuetudinibus in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, nisi de nostra licentia duxerit abstinendum.

Quod Clerici utantur veste ac tonsura clericorum & de annulis non deferendis, nisi quibus competit ex officio dignitatis.

Ut Clericorum mores & actus in melius reformentur, districte præcipimus, quod quilibet Clericus sæcularis, aut religiosus nostræ jurisdictioni subiectus, in quocumque ordine constitutus clericali tonsura, ac condecenti veste utatur, nec annulos nisi quibus ex officio dignitatis competit, deferat, pœnam privilegii clericalis contrafaciens, ac aliam nostro arbitrio imponendam, se noverit incursurum.

Quod Clerici honeste vivant, & quod arma non portent, nisi in itinere constituti.

Et si milites Dei non sit dubium clericos nuncupari, nemo tamen Deo militans, sæcularibus negotiis ac militaribus se debet implicare, propterea volumus ac districte præcipimus, quod quilibet prædictorum honeste vivat, nec arma prohibita quocumque tempore diurno seu nocturno deferre præsumat, nisi forte in itinere constitutus, tempore bellorum & similium, pœna privationis officii, ac beneficii, ac alia nostro arbitrio reservata contrafaciens puniatur.

De non retinendo concubinam, vel de qua possit suspicio haberi aliqua rationabilis.

Cum ab omni specie mali præcipiat apostolus abstinere, maxime illos, quos aliis exemplo esse debent, quapropter præsenti statuimus edicto, quod nullus in domo sua concubinam retinere præsumat, vel aliam de qua possit suspicio haberi, nec alterius thorum violare, aut cum suspecta muliere consortium vel colloquium habere pœnis privationis officii, & beneficii, ac duarum untiarum auri contrafaciens se subjacere non ignoret, laicus vero maxime Uxorem habens, & contrafaciens excommunicationi subiaceat.

Quod Clerici non ludant, aut tabernas adeant, nisi in itinere, nec artem macellariorum ac similia exerceant.

Cum secundum humanas sanctiones tanto conspectius omnis in se crimen habet, quanto major qui peccat, habetur, propterea districte præcipimus, quod quilibet clericorum honeste vivat, & non rixator, aut ambulator nocturnus existat, nec ad aleas, taxillos, cartas aut alium ludum prohibitum ludat, nec præfatis ludis aliquo modo intersit, nec tabernas adeat, nisi necessitatis urgente causa, in itinere constitutus, nec in domo sua similem artem exerceat, nec macellariorum in persona, cum talia sint clericis penitus interdicta, nec in laicorum servitio vili maxime persistant, nec cum eis in conviviis, ludis, sive recreationibus suis consortium habeant, nisi ex justa & rationabili causa, & tunc cum licentia Superioris, comam, barbamque minime nutriant, crapulæ, ebrietati, coreis, saltationibus, & venationibus illicitis se non immisceant, nec canes, aut aves venaticos retineat, nec pannos rubeos, virides, sed congruentes ordini eorum deferant clericales, pœnis privationis beneficii, ac unciarum quatuor contrafacientes se noverint subiacere.

Quod Clerici sine licentia ad Monialium monasteria non accedant.

Injuncta nobis servitutis debitum exposcit, ut quos amamus, castigemus ideo præsenti declaramus edicto quod nullus in quocumque ordine constitutus, sine expressa nostra, aut Prioris nostri licentia ad monialium monasterium accedat, nisi ibi capellanus de nostra, aut nostri Vicarii licentia existeret, contrafacientes pœna unius untia vice qualibet puniantur.

Quod Clericus moneat populum de confessione & eucharistia percipienda semel in anno ad minus, & si.

Quoniam secundum canonicas sanctiones omnis utriusque sexus fidelis postquam ad annos discretionis pervenerit, tenetur sua omnia peccata proprio sacerdoti confiteri, ideo hac perpetua constitutione declaramus, quod quilibet curam habens animarum, diebus dominicis & festivis moneat de confessione, & perceptione Eucharistia semel in anno ad minus facienda populum sibi commissum, postquam ad præfatos annos discretionis pervenerit pœnam privationis officii & beneficii Clericus contrafaciens, laicus vero excommunicationis sententiam se noverit incursurum, & prædicti (si taliter mori contigerit) ecclesiastica sepultura priventur.

Quod Rector populum moneat, ut ad ecclesiam antequam ad alia se conferat, venire procuret.

Quæ bono sunt inchoata principio, meliori peraguntur exitu, ideo volumus, & mandamus, quod Rector suum populum moneat, & prius ad ecclesiam antequam ad opus rurale, se conferat, quoniam secundum dominicum præceptum primum quærite regnum Dei, & temporalia ac alia adjicientur vobis, negligentes in hoc rectores pœna nostri arbitrii subiacere pernoscant.

Quod Clerici aliquem non accusent, nec advocationis, aut procurationis officium exerceant, nisi in casibus permissis.

Quoniam clare omnibus innotescat, Clericos a sæcularibus tam judicialibus quam extrajudicialibus abstinere negotiis debere, ideo hoc declaramus statuto, quod nullus Clericus in judicio sæculari aliquem accusare præsumat, nisi suam aut suorum, & cum nostra licentia injuriam prosequatur, nec advocationis aut procurationis officium exerceat, Nisi pro ecclesia sua, pro ipso, & personis eidem conjunctis, viduis, pupillis, orphanis, & aliis miserabilibus personis, & cum Nostri licentia supradicta, nec alias mercantias facere, contrafacientes in eorum locis ecle-

ecclesiastico priventur privilegio, ac pœnis aliis nostro arbitrio punientur, realiter vel etiam personaliter, restitutione nihilominus facta illis quos læserint, aut lædi fecerint, congruenti, adjicientes nihilominus, quod nullus Clericus, cujuscumque conditionis existat, pro quacumque causa criminali in curia laicali convenire aliquem præsumat, pœnis excommunicationis, ac unius uncia Nostra cameræ applicanda contrafaciens subjacere noscatur.

Quod Clerici negotiis sæcularibus non se immisceant inhonestis.

Ne facilitas veniæ incentivum tribuat delinquendi; ideo districte præcipimus, & mandamus, quod nullus aliquod negotium sæculare etiam honestum exerceat, cum negotiis sæcularibus indistincte se immiscere non debeat, nisi reperiatur evidenter indigere, tunc honestis tantum, ab inhonestis sive illicitis tamquam a lepra abstineant, si divinam ac nostris arbitrii ultionem cupiunt irremissibiliter evitare.

Quod nullus audeat blasphemare Deum, ejusque Matrem & Sanctos suos.

Quoniam Deum in sanctis laudare & non blasphemare jubemur, præsenti propterea perpetuo valitura constitutione districte præcipimus, ut nullus Deum omnipotentem nec intemeratam Mariam virginem blasphemare præsumat, nec Sanctos Petrum & Paulum, & beatos Benedictum, Maurum, Placidum, Ecclesiæ Nostræ Cassinensis patronos, aut aliquos alios Sanctos Dei, contrafacientes pœna privationis beneficii & unius unciæ se noverint subiacere, ac pœnas canonicas sustinere, ut in capitulo secundo extat, de maledictis.

Quod nullus sine licentia ordinetur ab alio episcopo & de idoneitate ordinandorum.

Plus timeri solet quod specialiter præcipitur, quam quod generali prohibitione inhibetur ideo tenore præsentium inhibemus, ne aliquis ordinem ecclesiasticum ab alio sine nostra aut nostri Prioris licentia accipere audeat, si dicti ordinis executione carere non intendit, & quod ordinandus de legitimo matrimonio sit natus, scientia, ætate, moribus idoneus existat, alias pœnitentiam agat, donec nostram meruerit obtinere misericordiam, saltem sint competentes grammatici, & sufficienter canere sciant.

De non administrando in alio ordine, quam in eo, ad quem est ordinatus.

Juris esse ambiguum non videtur, ut non per saltum, sed seriatim & gradatim sit in ecclesia Dei ministrandum, ideo districte præcipimus & mandamus, quod nullus præsumat solenniter in aliquo ordine ministrare, ad quem non sit ordinatus, sed in suo ordine quantumcumque fuerit opportunum, sollicite & solenniter facere sufficiat, si majoris ordinis arrestationem, & aliam pœnam nostro arbitrio imponendam cupiat evitare.

Quod Clericus teneatur reparare ecclesiam ex qua percipit fructus.

Cum sit naturæ congruum, illos non recusare onera, qui rerum commoda complectuntur, ideo præsenti ordinamus edicto, ac ordinatione, quod quilibet clericus curam habens animarum, ecclesiam ex qua fructus percipit, in tectis & muris, ac aliis necessariis reparare teneatur, aut reparari facere, cum fuerit opportunum, contrafacientes pœnis privationis prædicta ecclesia subiacere noscantur.

De faciendo inventarium rerum ecclesiasticarum & illis non alienandis.

Cum usufructuarii non autem Domini ecclesiarum Rectores esse noscantur, ideo volumus, & mandamus, quod quilibet Rector alicujus ecclesiæ, de bonis ipsius tam mobilibus quam immobilibus, tam sacris vel benedictis, quam non inventarium sub testimonio fide digno conficere teneatur, nec de his aliquid alienare præsumat, nisi in casibus a jure permissis, & tunc cum solennitatibus de jure requisitis, & nostri speciali Authoritate pœnis privationis ac nostro arbitrio imponendis contrafacientes subjaceant, pœnis aliis a jure statutis in suo robore permansuris.

De non pignorando res ecclesiasticas maxime sacras, benedictas & Deo dicatas.

Adjiciendum prædicta duximus sanctioni, quod nullus res ecclesiasticas maxime sacras benedictas aut Deo dicatas pignorare aut ipothecare sine nostra aut nostri Prioris licentia casibus a jure permissis, sub pœnis prædictis præsumat, cum talia canonica jura abhorreant.

Quod nullus usuras exerceat, alias non tradatur Ecclesiastica sepultura nisi satisfaciat.

Usurarum voraginem quæ veritati inimica est, compescere cupientes, præsenti mandamus perpetuo edicto, ut nullus usuras aliquo pacto vel modo audeat exercere juxta evangelii dictum, mutuum dantes, nihil inde sperantes, si secus fecerit, ecclesiastica sepultura privetur nisi satisfacto, vel idonee cauto, quia secundum juris regulas, nisi ablatum restituatur, peccatum non dimittitur.

Quod Clerici usuras aut sacrilegia non exerceant.

Latere aliquem nolumus, quod secundum canonicas sanctiones usura prædicta animas devorat, & facultates exhaurit ideo prædictis adjiciendum duximus, quod nullus aliquas usuras nedum expressas sed nec tacitas & mentalis exercere, aut sacrilegium committere audeat, si divinam ac nostri arbitrii cupit evitare vindictam.

Quod Clerici suis majoribus ordine dignitate in ecclesiis debitum impendant honorem.

Si qua ordinem habent, habere debent & divina & ecclesiastica, & quia secundum ordinem & merita dignitatum præstare in ecclesiis convenit honorem debi-

debitum atque locum, propterea hac præsenti mandamus edicto, ac constitutione, quod Clerici in minoribus majoribusque ordinibus constituti gradatim suis majoribus in ordine vel dignitate honorem debitum atque locum impendant, nec alter alterum Clericum vel laicum verbis injuriosis aut inhonestis quovis modo afficiat, & in ordinibus suis sollicite ac reverenter deserviant, atque coadjuvent in divinis, & celebratione missarum sive cantando, sive submissa voce celebrentur excommunicationis ac nostri arbitrii pœnam contrafacientes subsineant.

Explicit liber Secundus, Incipit Tertius.

De executione testamentorum infra annum, & de relictis, canonicaq; portione solvenda.

Ad abolendam in plerisque locis pessimam quorundam corruptelam, in grave animarum defunctorum dispendium, quorum voluntates quandoque ad triginta annos usque prout alias vidimus, differuntur, ac defraudantur, districte præcipimus & mandamus, quod quilibet ecclesiarum Rector curam habent animarum populum sibi commissum executores testamentorum monere procuret, ut ipsorum testamentorum executionem infra annum exequi non postponant, a die mortis testatoris, maxime de relictis ad pias causas, & ut de relictis ecclesiæ ad usus non privilegiatos nobis canonicam solvant portionem, infra mensem, postquam ad dictas ecclesias bona prædicta pervenerint, & ipsorum possessionem acceperint, corporalem, quod si executores præfati prædicta non fecerint, nostro arbitrio puniantur, pœnis aliis prædictis executoribus infligendis suo loco irremissibiliter permansuris, si vero Rectores præfati prædicta non curaverint, nostri Arbitrii pœnis subiacere noscantur.

De devolutione Executionis testamenti, nisi exequatur infra annum executor.

Prædictis adjiciendum duximus, quod cum pium existat, defunctorum exequi voluntates, volumus insuper & mandamus, quod quilibet executor in testamento deputatus, maxime in iis qua spectant ad pias causas, executionem infra annum a die mortis computandum, facere teneatur, alias prædictam executionem nobis devolutam ipso Jure penitus judicamus, quod etiam ad præterita ne dum præsentia & futura extendi mandamus.

De habendo copiam testamenti, antequam corpus tradatur sepulturæ & infra octo dies postea transmittenda ad Reverendissimum Abbatem.

Plenius defunctorum voluntati consulere cupientes, districte præcipimus, quod antequam corpus ecclesiastica tradatur sepulturæ, sive infra triduum post, sumptibus ipsius hæredis, ipsorum testamentorum copias Rectores habere procurent, quas nobis sive Priori nostro infra octo dies transmittere non postponant, idem de parte nobis contingente intelligi volumus, ut nobis transmittatur, infra mensem tamen, quod si intestatus aliquis decesserit, id nobis ut quod expediens est provideatur, nuntiari volumus: contrafacientes vero pœnis nostro arbitrio imponendis subiacere dignoscantur.

Quod nullus audeat excommunicatum, interdictum, vel usurarium ecclesiastica tradere sepulturæ.

Quoniam qua sunt in Christo aliena ab eo abhorrent, præsenti propterea prohibemus constitutione, ne aliquis fidelis aliquem excommunicatum vel interdictum præsumat ecclesiastica tradere sepulturæ, aut manifestum usurarium, nisi usurarius ipse ad mentem rediens satisfecerit, vel de satisfaciendo idonee caverit, pœnis privationis Officii & beneficii ac aliis nostro arbitrio imponendis, contrafaciens se noverit subjacere, addentes insuper, quod nullus alienum parochianum in sua ecclesia ad sepeliendum recipiat, nisi ecclesia fuerit privilegiata, aut religiosa, in qua aliquis suam elegerit sepulturam, eisdem pœnis si secus actum fuerit, contrafacienti imponendis.

Quod nullus tempore interdicti celebret divina officia.

Novit ille qui ignorat, quod in visceribus caritatis, non malevolentia omnes æqualiter habemus, propterea hac præsenti declaramus constitutione, quod quilibet sacer * Edictum generale seu particulare observare teneatur, quo durante nullus divina officia celebrare præsumat, nisi in casibus a jure permissis, contrafacientes pœnis nostro arbitrio imponendis subjaceant, aliis a jure statutis in suo robore permansuris. Addentes insuper, quod tali tempore interdicti, nedum in ecclesiis, sed nec in ipsarum cimiteriis liceat aliquem alium sepelire, vel sepeliendi jus in eis vendicare, secus agentes nostri animadversione arbitrii puniantur.

* Interdictum.

Quod fratres Minores fratres aut sorores tertii ordinis tempore interdicti in divinis non admittant.

Ne cui quod una via non licet contra juris regulas, alia permittatur, præsenti prohibemus edicto, ne fratres minores tempore interdicti fratres aut sorores tertii ordinis in divinis admittere audeant, si nostri arbitrii pœnam cupiunt evitare.

Quod nullus audeat aliquem excommunicare, sine nostra aut nostri Prioris licentia.

Quia nulla major pœna excommunicationis pœna reperitur, propterea mandamus, quod nullus ecclesiarum Rector vel presbyter aliquem excommunicare, aut anathematizare sine nostra aut nostri Prioris licentia præsumat, pœnam contrafacientes nostri arbitrii se noverint incursuros.

Quod nullus participet cum excommunicato.

Perpetuo declaramus edicto, ne quis cum aliquo excommunicato participare præsumat, dando ei consilium, auxilium vel favorem, pœna nostri arbitrii contrafaciens afficietur, ultra alias pœnas a jure statutas.

Quod nullus Clericus celebrare in præsentia Excommunicati præsumat.

Aperto jure omnibus innotescit, quod ubi chorus Angelorum adesse noscitnr, choro dæmonum conjunctus præsto esse non debet, præsenti propterea constitutione prohibemus, ne aliquis Clericus in præsentia excommunicati celebrare præsumat, contrafaciens nostri arbitrii subdetur ultioni.

Quod nullus absolvat a casibus reservatis.

Quoniam secundum præceptum dominicum in messem alienam falcem mittere nemo debet, ideo volumus & mandamus, quod nullus rector aut alius presbyter a casibus de jure aut consuetudine nobis & nostro arbitrio reservatis aliquem absolvere audeat, sine nostra aut nostri Prioris licentia, pro quibus unusquisque Rector quolibet anno mittere aut venire teneatur: si qui vero contrarium tentare præsumpserint, nostri arbitrii pœnas se noverint incursuros.

Quod quæstores non quærant sine litteris patentibus nostris, aut vicarii nostri.

Aliquorum audacia nos sollicitat, ut ultra prohibitiones pœnam contrafacientibus imponamus, ut eorum fraudibus obviemus, quare præsenti perpetuo prohibemus edicto, ne ecclesiarum rectores aut presbyteri aliquem quæstorem sub quocunque sanctorum, vel religionis vocabulo sine nostris aut nostri vicarii patentibus litteris quærere permittant, qui si sic quærere præsumpserint, tamquam falsarii ab eis capiantur, & captos sic teneant, aut sub fideli custodia ad manum nostram fideliter destinare procurent, a nobis puniendos, contrafaciens pœnis duarum unciarum & arbitrii nostri subiacere noscatur.

Infra quæ tempora patroni præsentare teneantur, & de pœna non præsentantium infra tempora ipsa.

Ne negligentia quæ in omnibus obest in spiritualibus foveatur, maxime ubi canonum provident statuta, præsenti declaramus constitutione, quod nisi ecclesiasticus patronus infra legitima tempora, vid. sex mensium, vel Laicus quatuor, idoneam præsentaverint personam, collationem talem pro illa vice ipso jure devolutum nobis declaramus.

Quod nullus Clericus Cassinensis diœcesis præsumat accommodare paramenta ecclesiæ sine speciali licentia nostra vel Vicarii nostri.

Inter cunctas sollicitudines nostri pastoralis officii, nobis etsi indignis commissi, illa convenit esse præcipua, quæ ad ecclesias nostras Cassinenses opportuna esse noscuntur, præsenti propterea ordinatione volumus, & mandamus, quod nullus Canonicus Archidiaconus, archipresbyter, vel sacrista, aliqua paramenta vel indumenta ecclesiastica aut alia ipsis ecclesiis necessaria alicui accomodare præsumat, sine nostra, aut nostri Prioris speciali licentia, contrafaciens pœnas unius unciæ, ac alias nostro arbitrio imponendas, se noverit incursurum.

Quod tempore prohibito presbyteri matrimonia contrahi non permittant.

Quia clerici his quæ sibi incumbunt vacare debent & tenentur, ideo omnibus jubemus clericis, ne permittant tempore a jure prohibito matrimonia solenniter contrahi, laicis ne similia audeant, pœna unius unciæ mulctandi contravenientes, maxime Clerici si hoc Laicis penitus non interdicant, eadem nihilominus mulctandi, si secundas nuptias benedixerint contra canonum statuta, aut in aliis solitam benedictionem & missam celebrare non curaverint.

De ter nuntiando in ecclesia futura matrimonia.

Exigit personarum negligentia, ut non simus sola delictorum prohibitione contenti, sed etiam pœnam delinquentibus imponamus, ideo præsenti statuimus ordinatione, ut antequam matrimonia contrahantur, & in facie ecclesiæ solennizentur, tribus vicibus in ecclesiis dicatur, ne forte consanguinitas vel affinitas aliqua inter contrahentes existat, quæ si inveniatur, matrimonium fieri non permittatur: pœnis excommunicationis ac aliis nostro arbitrio imponendis subiacere contrafacientes noscantur.

Quod nullus aliquid obiiciat contra legitima matrimonia.

Prædictis duximus adiiciendum, quod nullus propter invidiam & scienter aliquid obiiciat contra legitima matrimonia, & si monitus non destiterit, nostri arbitrii ultioni se noverit subiacere.

Quod unusquisque custodiat dies dominicos & festivos.

Quia dominum in sanctis suis laudare, ac festivitates illius custodire jubemur, ideo districte præcipimus, & mandamus, ut ecclesiarum Rectores singulos suos parochianos in ecclesiis diebus dominicis & festivis dum missarum solennia celebrantur, monere procuret, ut sanctos dies dominicos ac festivos cum debita veneratione custodiant; pœnas excommunicationis ac nostri arbitrii contrafacientes sustineant.

De non custodientibus festa, qui tenentur pro absolutione nostro conspectui infra octo dies se præsentare.

Ne pro defectu pastorali Lupus rapax invadat gregem domini, præfatæ constitutioni duximus addendum, quod ecclesiarum præfatarum Rectores non custodientes festa monere debeas, quod infra terminum octo dierum nostro aut nostri Prioris conspectui se præsentent, recepturi pro absolutione, & tali contumacia, sive ut rectius loquamur, facinore, condignam pœnitentiam, quod si venire contempserint, infra eundem terminum nobis aut nostro Priori intimare curent, provisuris de opportuno remedio, quæ omnia inviolabiliter ab omnibus observari præcipimus.

De sol-

De solvendo decimas de omnibus fructibus.

Avaritia quæ est idolorum servitus, occurrere cupientes, ac sacris canonibus inhærentes, districte mandamus, ut quilibet Laicorum de fructibus terrarum & omnibus licite acquisitis ecclesiis decimas solvant congruentes, vid. ecclesiis, in quarum parochia sunt prædia constituta, alias vero principales in quibus divina audiunt officia, ac ecclesiastica recipiunt sacramenta, contrafaciens censura subiaceat ecclesiastica.

De non deferendo arma nisi ex causa.

Nullum Clericum arma posse deferre, nisi in itinere constitutum, & tunc ad defensionem tantum, per præsentes obtestamur, & sub pœna nostri arbitrii omnino prohibemus, neque actibus criminalibus intersit, aut promissor existat Clericus, aut actus quosvis venereos exerceat, si evitare cupiat similem pœnam, idem de alienantibus res ecclesiasticas, ultra pœnam excommunicationis, a jure statutam.

Quod nullus det operam incantationibus, sortibus, & similibus.

Cum tanto sint graviora peccata, quanto diutius infelicem animam tenent alligatam, & ad aures nostras pervenerit, quosdam incantationes, brevia sub incognitis nominibus, ac sortes & divinationes sive superstitiones, & similia perquirere, eisque incumbere, propterea præsenti prohibemus edicto, quoniam solius est Dei scire futura, ac occulta, ne ullus talia exercere, seu per illa aliquid quærere de futuris, & similia præsumat, contrafacientes vero pœnis excommunicationis, ac aliis nostro arbitrio imponendis volumus subiacere.

De restituendis rebus alienis, & qualiter fiat restitutio.

Quoniam secundum juris regulas, non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ, atque in domino exhortamur, ut si quis de rebus alienis illicite acquisitis habere dignoscatur, illas patronis aut eorum hæredibus restituere debeat, prout de jure tenetur, quibus deficientibus, pauperibus erogentur, dum vixerint ablatores, & post eorum obitum, eorum hæredes nobis consignare non postponant, erogandas ut superius est expressum, ut a peccatorum nexibus illarum receptores valeant liberari.

Quod Iconomus, procurator, vel Rector non committat negligentiam in rebus ecclesiasticis.

Et si deceat, nemini officium suum debere esse damnosum, volumus tamen illud intelligi prout intelligendum est, ne negligentia alicujus aliud suadeat, ideoque districte præcipimus, quod quilibet Iconomus, procurator, ac Rector officium sibi commissum cum debita exerceat diligentia, nec negligentiam aliquam in rebus ipsis ecclesiasticis committere, ut ex his eis aliqua jactura proveniat, contrafaciens vero ad damnum omne resarciendum compellatur manu regia.

Contra retinentes filios in lectis, vel tripudiantes in Ecclesiis.

Quod nullus retineat filios parvos in lectis ante tres annos completos, & quod nullus tripudiet in ecclesiis sub pęna nostro arbitrio reservata: idem de non blasphemando Deum, aut Sanctos ejus etiam privatim per præsentes interdicimus, ac prohibemus.

Quod Procuratores, Iconomi, ac alii reddant rationem suæ administrationis.

Evangelica mandare præcepta neminem latet, unumquemque suæ villicationis rationem reddere teneri, ideo districte præcipimus, quod Iconomi, Procuratores ecclesiarum sive hospitalium aut alii similes suæ administrationis de rebus ecclesiasticis singulis annis in manibus nostris, aut per nos deputandis rationem reddere teneantur, alias censuræ subiacere ecclesiasticæ se cognoscant, Volumus tamen, quod si debitores reperiantur, brevi ac regia manu satisfacere compellantur.

De debitis ecclesiæ nostræ Cassinensi, clericis, vel ecclesiis persolvendis & pœna contrafacientis.

Quia secundum & canonicas & legales sanctiones, qui in commoda & onera sentiunt, honores ac emolumenta consequi debent, ideo præsenti declaramus constitutione, atque omnes in domino hortamur, ut vestrum quilibet de his quæ ad nos, sive ecclesias, aut clericos nostræ Cassinensis diœcesis spectare quolibet modo noscuntur, vid. decimarum mortuariorum, ac aliis ordinariis, ac etiam extraordinariis, scilicet pœnitentiis, legatis, male ablatis, & aliis quibuscunque accidentibus, quoquo modo legatis piis, factis particularibus ecclesiis, decimis, proventibus, redditibus, etiam ipsis clericis debitis, sive ex labore aut prospera fortuna personarum aut ecclesiarum intuitu relictis, vel debitis quovis modo de jure, vel de consuetudine, post requisitionem satisfacere non omittant, quod & ad ea quæ pauperibus terrarum, infirmis pupillis, orphanis, ac aliis piis locis & miserabilibus personis debentur, extendi mandamus, contrafacientes vero ac Rectores, qui prædicta non curaverint, ecclesiastica censura, ac nostri arbitrii pœnis subiacere noscantur.

Quod nullus Simoniam quovis modo exerceat.

Detestabilis criminis scilicet Simoniæ labem abhorrentes, ac in hoc sacris canonibus inhærentes, perpetuo prohibemus edicto, ne ullus nostræ jurisdictioni in spiritualibus subiectus Simoniæ labem aliquam in dando pecuniam vel rem similem, vel etiam accipiendo, aut ordinibus recipiendis, aut beneficiis obtinendis, vel re simili, speciali expressa, sive etiam tacita, vel mentali, dando, recipiendo, vel promittendo, vel sperando, quovis modo, per se, vel per alium exercere præsumat, contrafacientes censura ecclesiastica ac nostri arbitrii ultioni subiacere noscantur, pœnis aliis a Canonibus statutis in suo robore permansuris.

Quod nullus inferat manus violentas vel iniurias in Clericos.

Gravi nimirum perturbatione movemur, quod prout ad nostrum pervenit auditum, quod non sine mœrore maximo referimus, nonnulli iniquitatum filii contra præceptum dominicum quod graviter ferendum est, nolite tangere Christos meos, ac contra canonicas sanctiones in Clericos manus violentas sive alias iniurias iniicere non verentur, præsenti propterea mandamus perpetuo edicto, ac etiam districte præcipimus, quod nullus suadente diabolica suggestione prædictas manus violentas in clericos, monachos, sive alios tali privilegio gaudentes, aut iniurias personales, vel etiam propter reverentiam tanti ordinis & religionis verbales, temerarias imponere, vel injicere præsumat, quod si secus attentatum fuerit, secundum personarum, ac delicti qualitatem excommunicationis ac nostri arbitrii pœnarum aliarum irremissibilium ultionem contrafacientes se noverint incursuros, pœnis cæteris a canonibus introductis, firmiter & duraturis, & permansuris.

De observatione mandatorum Dei, & præceptorum ecclesiæ & similium.

Dies festos & tam præcepta ecclesiæ quam decem mandata domini observari debere, & quod nullus a casibus episcopalibus absolvere possit sub pœnis nostro arbitrio reservatis, per præsentes præcipimus & mandamus.

Quod quilibet omni anno confiteatur & communicet, alias nobis denuntietur per eorum Rectores.

Ubi majus periculum imminet, ibi procul dubio est plenius consulendum, ideoque saluti animarum consulere cupientes, omnibus ecclesiarum Rectoribus, ac cæteris districte mandamus, quatenus populum sibi commissum monere, exhortari, ac inducere procurent ad salutifera confessionis salubrem pœnitentiam, ita ut omnes secundum prædecessorum nostrorum ordinationes ad minus semel in anno sua propria peccata proprio sacerdoti cum omnibus circunstantiis confiteantur, ac Eucharistiæ sacramentum, nisi causa rationabilis subsistat, fideliter & devote ita ut sibi Judicium non manducent & bibant, accipere teneantur, in festo vid. sanctissimæ domini nostri Resurrectionis, idem intelligentes de Medicis corporis, antequam adhibeatur eorum medela, secundum canonicas sanctiones, quibus adjiciendum putavimus, quod si secus fiat, & eos mori contigerit, ecclesiastica careant sepultura, sin vero supervivere præstetur, & confessos & non confessos, ut quod expediens fuerit, provisioni mandetur, infra quindecim dierum spatium a præfato die Resurrectionis denuntiare procurabunt, contrafacientes nostri arbitrii pœnis subiacere non lateat.

Quod nullus præter Rectores se intromittat in confessionibus audiendis.

Neminem latere volumus, quod ars artium est cura animarum, præcipueque in confessionibus audiendis, ubi qui lepram a lepra discernere noscat, eligi debet, ideo omnibus præcipimus, ne aliqui ipsorum præter curatos in confessionibus audiendis sine nostra aut nostri Prioris licentia speciali intromittere se audeant, quæ licentia in aliis quolibet anno requiratur, in curatis vero sufficiat solum una nostra, aut nostri Prioris generalis: si secus per quemcumque attentetur, nostri arbitrii pœnis ac ultioni subjacere noscatur.

De remedio Vivorum & Mortuorum.

Saluti tam vivorum, quam mortuorum providere cupientes, præsenti decreto statuimus, quod omni sero pulsata Ave Maria quater aut quinquies ab uno latere campana pulsetur, & tunc Gloria Patri, sive Ave Maria, sive Requiem æternam, vel quid simile pro mortuis ab omnibus dicatur, & pro infirmis quando timetur de eorum periculo mortis, fiant per curatum sive aliquem Clericum infirmo interrogationes S. Anselmi consignata clericis, astantes quoque dicant sex Pater Noster & una Ave Maria, pœna unius ducati mulctandi clerici contravenientes.

Quod nullus indebite imponat exactiones contra Clericos.

Cum decorem domus Dei ac ecclesiæ suæ & clericorum conveniat ampliari, & ex parte aliquorum extitit nostro conspectui reseratum, quod quidam laici, qui omnes secundum canonicas sanctiones, oppido sunt clericis infesti, libertatem ac immunitatem ecclesiasticam lædere ac minuere moliuntur, tamquam privilegii ac honoris ecclesiarum invidi, diversa onera, & exactiones eis imponere non verentur. Quare ut ecclesiasticæ personæ ac aliæ clericali privilegio gaudentes nostræ Cassinensis diocesis plenitudine sui juris, & libertatis integritate lætentur, hoc perpetuo prohibitorio edicto præcipimus, & mandamus, ut nullus prædictis personis sive Ecclesiis nostræ diocæsis Cassinensis aliquas exactiones angarias idest in persona tantum, vel parangarias in persona & rebus, onera, vel extorsiones, collectas imponere præsumat, contrafacientes Ecclesiastica censura ac pœnis aliis nostro arbitrio imponendis se noverint subiacere, & pœnis aliis a jure statutis in suo robore permansuris, donec suum confessi reatum, a similibus firmato proposito deliberaverint abstinere.

Quod nullus mandet Clericis aliquid denegari, vel cum eis non contrahi.

Cum laicis quot obsequendi manet necessitas non authoritas imperandi, nulla super clericis sit tributa facultas, præsenti propterea prohibitione ac constitutione mandamus, ac districte præcipimus, ut nullus per se, vel alium, ne prælatis, aut clericis, aut ecclesiis, & personis ecclesiasticis quicquam alii vendant, aut emant aliquid ab eis, aut aliquid eis interdicere audeant, aut similia faciant, vel procurent fieri per alios, mandare quovis modo præsumant, aut aliæ quibus simidiores ipsi fiant, jubeant obsequia præstari, vel denegari, aut alia contra eorum personas, vel famam tendentia qualibet modo mandent, vel procurent, contrafacientes ecclesiastica censura, ac aliis pœnis nostro arbitrio imponendis se noverint subiacere.

pœ-

pœnis aliis à canonibus introductis in suo robore duraturis, cum talia & similia in derogationem ecclesiasticæ libertatis tendere dignoscantur, consuetudinibus, privilegiis, statutis, & aliis contra has præsentes binas constitutiones de ecclesiarum & Clericorum immunitate facientibus, cujuscumque tenoris existentibus non obstantibus, nec etiam valituris.

De pœnis eorum qui abutuntur Sacramentis, vel aliis similibus, & similiter de pœnis eorum, qui aliquid tentaverint contra constitutiones prædictas, vel alias in corpore juris clausas.

Quoniam secundum legitimas sanctiones, pœna tenere ac afficere debent suos authores, & ut ipsa sint metus multorum, volumus, & mandamus, ac omnibus districte præcipimus, quod nullus Sacramentis aut chrismate, aut aliis ecclesiasticis & similibus abutatur, aut aliquid inhonestum, turpe, indecens, injustum, inconveniens, vel vituperabile dictu aut factu, quod contra divina, ecclesiastica, ecclesias, sacerdotes, & religiosos alios, aut alias, aut contra nostras prædictas constitutiones tendere dignoscatur, aut alias constitutiones, jura, & canones, in corpore juris clausos, (excipimus tamen ab istis personas, quæ jura prædicta communia scire non tenentur) tentare præsumat, contrafacientes excommunicationis, ac nostri arbitrii pœnis subjacere noscantur pœnis aliis in dictis nostris constitutionibus ordinatis, ac aliis in prædicto corpore juris clausis, singulas singulis referendo, nec non ultra pœnas prædictas nostri arbitrii, aliis etiam ultionibus in suo robore firmiter permansuris ;) & duraturis, ac irremissibiliter imponendis &c.

Nos Chrisostomus de Neapoli qui supra Abbas Cassin. suprascripta omnia approbamus constituimus, & inviolabiliter observanda ordinamus, ideo manu propria subscripsimus, & parvo nostro sigillo munivimus.

Locus ✠ Sigilli.

Casus Episcopales, qui reservantur reverendissimo Abbati Cassinensi, sive in ejus absentia venerando patri Priori, a quibus non valeant confessores absolvere sine licentia reverendissimi patris Abbatis, sive ejus Prioris, sub pœna excommunicationis, & alia arbitraria, videlicet Cruce signati ✠ Excommunicati excommunicatione majori ✠ Maledici ✠ Incendiarii ecclesiarum, vel rerum ecclesiasticarum, Sortilegi, Usurarii ✠ Sacrilegi ex Sacramentis, Perjurii, ✠ Falsarii in judicio, ✠ Homicidę voluntarii ✠ Oppressores filiorum, Stupratores virginum, ✠ Corruptores monialium, Incestuosi, Sodomitæ, Coeuntes cum brutis, ✠ Clandestine contrahentes ✠ Commutatio votorum ✠ Male ablata incerta ultra duos ducatos ✠ Verberantes Patrem, vel Matrem, Solemnis pœnitentia.

S. Ignatius Cassinum venit.

Probis Cassinatium moribus, locique sanctitate ductus ad monasterium Cassinense venit an. 1538. S. Ignatius de Loyola celeberrimæ societatis Jesu institutor, una cum Petro Ortizio procuratore per id tempus Romæ Caroli V. imperatoris, ibique per aliquot dies mansit, ut testantur in ejus Vita Petrus Ribadeneyra lib. II. cap. 12. & Johannes Petrus Maffejus lib. 2. cap. 6. Hac de re sic scribit Nicolaus Orlandinus in Historiis Societatis Iesu P. II. Lib. I. cap. 35. *Interea Petrus Ortitius cujus non semel est facta mentio, Ignatii consuetudine degustata, animum ad divinas ejus exercitationes adjecit, facturus & ipse salutaris illius institutionis periculum, quam multorum, & usus commendabat, & fama, qui quo liberius, salubriusque animum exerceret, neve aut Cæsareæ procurationis munus, aut amicorum salutationes obstreperent, perexiguo famulorum numero in Cassinatem montem secessu olim S. Benedicti, ac magnifico hodieque cœnobio, & insignium pietate Monachorum familia nobilem secedit. Ibi magistro Ignatio continenter ei contemplationi ad dies quadragima operam dat, & pio studio par exitus fuit: &c. Per id tempus cum in hoc secessu Ortizio adesset Ignatius, Patavii Baccalaureus Hozius, cui provinciam illam cum Codurio obtigisse diximus, dum in suo munere intenta cura versatur, brevi morbo solutus corpore ad deum abiit, &c. & beatus Ignatius in Cassinensi secessu cum pro eodem, quem ex gravi morbo periclitari cognorat, Deum supplex oraret, repente animo a sensibus avocatus, vidit ejus animam, ut olim eodem loco Germani episcopi Benedictus luce clarissima circumfusam, eamque inter angelorum manus evectam ad Paradisi gaudia pervolare. Cumque ad missæ Sacrificium aliquanto post se conferret, atque in concipienda generalis Confessionis formula, omnes rite cœlites invocaret, splendidissimum item Beatorum agmen ejus repente aspectibus sese obtulit, Hozio sic corruscante, ut exuperantia fulgoris, ac lucis secerneretur a cæteris. Fidem visi fecit recens ad multos dies Ignatii lacryma e dulcissimæ voluptatis hausta memoria, &c.* Johannes Paulus Oliva Vicarius generalis societatis Iesu hæc ad D. Johannem Baptistam Beccium die 22. Decembris anno 1663. scribit. *E veramente pare, che non senza grande ragione il famosissimo ordine Benedittino sia interessato in propagare le glorie di S. Ignazio, mentre egli abbia tanta parte in accrescere le sue virtu, i figlinoli del gran Benedetto diedero al nostro santo Padre la prima idea della santità in Monserrato, e parimente i figlinoli del gran Benedetto vi aggiunsero il colorito d'ogni perfezione nel Santuario di Monte Cassino: onde mirandolo come cosa loro propria, se tutto l'ordine concorse già ad ergere splendidissime memorie sopra quel famosissimo colle, Ella ha voluto con intrecci di erudite ghirlande, e fregiarè, & immortalare maggiormente il suo nome.* Eam epistolam integram refert Beccius in libro inscripto: *Veritas anagrammate explorata ad varia texenda encomia, &c.* V. Marcus Antonius Scipio in Appendice ad Elogia Abbatum Cassinensium post illud Johannis II. p. 76. & seqq. ubi fusius de S. Ignatii adventu agit.

nota.

I V.

RES APUD CASSINATES

Gestæ.

Parvus S. Benedicti digitus datur.

PRimum omnium notatu dignum nobis videtur hoc testimonium anno 1505. ab Abbate montis Caveosi factum de parvo digito cum carne sicca, & pelle S. P. N. Benedicti a Priore Cassinensi dato D. Michaeli Doro Hispano.

An-

Ex originali in Archivo.

Anno 1505. 9. Januarii. Nota, como a di, & anno supradetti: Mi donno Joanne Francesco Abate del monasterio de santo Michele Archangelo de Monte Scbaioso, anaando a monte Casino, quando si piglia la prima possessione de dicto monasterio. Zonto che fui a la terra, che si chiama Leoni, in casa de lo hoste venne Johanne Chalaurese famiglio del quondam misser Michele Doro Spagnolo, presente don Placito de Genua, e lo dicto hoste, & altre persone; dixe per discarigo de la sua conscientia, como a quello tempo, che Monte Cassino fude preso da Spagnoli, che el Priore, che era in quello tempo dete un digito de sancto Benedicto, cioè lo piccolo con la carne secha, e pelle, e un pezo di Spogna del Sig. nostro Jesu Christo, & uno dente de uno sancto, e fu dicto al dicto Spagnolo, che restituisse decte reliquie, aliter che lo morirebbe. Si regravò, & venne a la morte; & avanti che lui morisse, fece domandare lo Priore de la Nunciata de Capua, perche lui era infermo in Capua; dicto Priore è de l'ordine de sancto Domenico, e fe anche domandare Misser Cola de Capua Notaro con testimonii, e fece testamento, & præsentibus omnibus dete dicte reliquie al sopradicto Priore de S. Domenico, che le restituisse a monte Cassino al monasterio. Et in fede di ciò mi donno Joanne Francesco soprascripto ho scripto questo de mia propria mano. Joannes Franciscus.

Ærumnæ cœnobii nostri.

Plures hoc sæculo ærumnæ cœnobio nostro obvenere ob bella Hispanos inter, & Gallos, ut rex Ferdinandus in memoratis litteris ad Julium II. testatur hisce verbis. *Per la diminuzione, che hanno recepute in questa guerra suo entrate, &c.* Inter alia oppidum Collis S. Magni ereptum nobis est a Gallo duce, quod hactenus haud recuperatum.

Cœnobiũ nostrum excidio liberatũ.

Post infandam illam Romæ factam a militibus Caroli V. depopulationem Philibertus Arausiensis princeps regnum cum militibus suis ingressus magna oppidis Cassinatibus subditis damna intulit, ultimamque cladem cœnobio nostro illaturus montem ascendisse fertur, argenta, supellectilesque potissimum diripiendo. Ejus iram indolemque veritus Chrysostomus de Alexandro Abbas Cassinensis cum Abbate S. Pauli de Urbe, qui & ipse ducis iram fugiens, Cassinum concesserat, duobusque aliis Cassinensibus monachis omnique pretiosa supellectili in oppido Roccæ Evandri sese abdidit, permissione Cassinensibus data, ut in munita, quibus magis arriderent loca sese reciperent. Verum D. Urbanus Cremonensis Cassini Prior, S. Johannis evangelistæ apud Parmam monachus vir magnanimus, ac pius cum monachis assentiente Abbate in loco permansit, divina potissimum ope, ac S. patris Benedicti precibus fretus, nec spes vana fuit, nam Arausiensis Princeps quamquam infenso animo Montem conscenderat, ut cœnobium invisit, tantam loci dignitatem admiratus publice fateri coactus sit motatam sibi divinitus voluntatem, jussitque ut Sangermanenses, qui cum rebus ad cœnobium nostrum confugerant, quantocius suas ad domos redirent, ac panem tantum militibus præpararent, indicta etiam morte cuilibet militi, qui minimum e cœnobii rebus, ejusque oppidis abriperet, ac positis pro statione militibus aliquot, qui cœnobium custodirent, eriperentve furtiva aliqua direptione. Quanta pietate fuerit Urbanus satis ostendit prænunciata ab eodem sua mors, nam eum Abbas monasterii Parmensis esset, resignato paulo ante obitum regimine mortis meditationi intentus post recepta summa devotione ecclesiæ Sacramenta, hortatosque Monachos, ut ad S. regulæ amussim mores componerent, dixit animam sese efflaturum cum in choro caneretur. *Magnificat anima mea Dominum*, quod facto comprobatum est.

Exercitus Galliarũ Regis ditionem nostram ingressus.

Ejusdem anni initio infestis signis exercitus Francisci I. Galliarum regis Neapolitanum regnum ingressus sub Odeto Lautrechio celebri Duce brevi magnam ejus partem subegit; haud defuere hac occasione cœnobio nostro ærumnæ, nam Berlengerius Caldora oppidum S. Petri de Avellana, aliique Galli Duces alia quædam Cassinatibus subdita occupavere. Notarii hoc tempore hæc publicis in instrumentis apponebant. *Regnante Serenissimo, Christianissimo rege Francisco Galliæ, Siciliæ, Hierusalem rege, ac sanctissima liga: &c.*

Pestis grassatur.

Nec minor clades in Abbatia Cassinensi potissimum in urbe S. Germani accepta ob grassantem diu pestem, cui avertendæ omnem operam, curamque adhibuit Abbas Chrysostomus exhibitis ad animam, ac corpus juvandum ope, remediisque.

Proregis cum exercitu adventus.

Anno 1556. ob bellum inter Paulum IV. regemque Philippum II. in regno Neapolitano excitatum, D. Ferdinandus Alvarez de Toleto Prorex, ac supremus exercitus Regii imperator cum duodecim millibus peditum, mille, & ducentum velitibus, ac tercentum gravis armaturæ ditionem Cassinensium adiit, occupatoque Pontecurvo hisce in partibus mansit, priusquam ditionem Pontificiam invaderet. Vid. Raynaldus, & Spondanus ad an. 1556. & 1557. omnesque historici Neapolitani.

Lites excitatæ.

Vix credi potest, quot hoc sæculo lites adversus cœnobii nostri jurisdictiones spirituales, ac temporales excitatæ sint, quæ tamen omnes pro cœnobio nostro Deo Præside diremtæ. Hic præcipuas quasdam brevissime recensere in animo est.

Ab Ecclesiasticis S. Eliæ, & S. Victoris.

Cum itaque an. 1530. D. Benedictus a castello Sangri ab Abbate Cassinensi Delegatus visitaret ecclesias oppidorum S. Eliæ, S. Victoris, &c. recusavere presbyteri cibaria illi ad Canonum præscripta, veteremque consuetudinem exhibere, caussati, haud amplius se ea post unionem cœnobii nostri cum Congregatione S. Justinæ persolvisse. Non longe tamen post fassi sponte sua sunt semper Visitatoribus ab Abbate Johanne Mediceo missis cibaria præbuisse, atque ideo aliis non exhibita, quod nullus petiisset: Cœterum nedum memorato D. Benedicto persolverunt, sed spoponderunt etiam id se deinceps oneris lubentissime subituros, ut videre est in regesto III. Visitationum p. 49. a t. 53. & 88. a t.

Sangermanenses Episcopũ habere tentant;

Anno circiter 1537., & 1538. Sangermanenses a Paulo III. episcopum patriæ suæ restitui petiere, quo se comminiscebantur privatos pœna sacrorum canonum, quod episcopum majores sui occidissent, ejusque rei satis superque luisse pœnam. Habuisse jam olim episcopum urbis suæ S. Severum, aliosque, multisque gravaminibus ab Abbate, ejusque ministris premi. Contra Pontifici demonstratum, fuisse quidem an. 486. episcopum S. Severum Cassinatem, non Sangermanensem, quæ

urbs

urbs nonnisi sæculo nono ædificata fuerit a S. Berthario, non Sangermanensi episcopo, ut ipsi jactitabant, sed Abbate Cassinensi; quo titulo universam diœcesim nostram rexerat. Alios etiam sæculi XIV. episcopos Cassinenses fuisse, non S. Germani, quæ nunquam caput, sed membrum diœcesis nostræ fuit, ut fusius, clariusque demonstrat sacra Rot. Roman. coram Merlin. 8. Martii Sorana Beneficii 1627., & coram Albergato decano montis Cassinen. Præeminentiarum 30. Aprilis 1677., 14. Aprilis 1679., & 27. Januarii 1681., quas aliasque decisiones sæculo sequenti adducemus D. Antonium Celanum septuaginta ante annos occisum a scelestis quibusdam Sangermanensibus, civem quidem aut Sangermanensem, aut Sanctelianum fuisse, non tamen episcopum Sangermanensem, sed Licterensem, ut sæculo præcedenti demonstravimus; injuste vero gravatos se conqueri, quos constabat paterne, sancteque gubernatos. Id certe falsi sunt, plures presbyteri Sangermanenses, omnisque pene Diœcesis Cassinensis clerus hoc supplici libello ad Paulum III. Romanum Pontificem.

Beatissime Pater. Post pedum oscula beatorum. Lo infrascripto Clero, Archipreite, Rectori, & altri beneficiati subditi de la Santità vostra, & dela ecclesia Cassinense, humilmente fanno intender ad V. Santità, como intendono, non senza cordoglio, & amaritudine de mente alchuni Sangermanensi pieni de livor, & odio per loro commodo hanno erexa altre volte, & de presente erigono lor cervice dura contra quella sancta casa, & angelico Convento in domandare lo episcopo. Per discarco de loro conscientia ipsi supplicanti fanno intendere ad V. Santità, che ciò non vene per zelo, che ditti alchuni de S. Germano habiano, ma più presto per alcune differentie pendeno in lo sacro consiglio de Napoli fra dicto monasterio, & dicti de S. Germano. Per le quale differentie dando dicti de S. Germano più volte petitioni al Rdo Abbate, & Monachi de dicto loco de diece cose, vel circa dicti Patri per lo pacifico vivere, licet havessero facto constare per uno doctore famoso del paese: nomine Messer Antonio dela Marra de Sessa conti libri in mano, che loro non teneano ragione. Niente dimeno dicti Padri per lo prefato pacifico vivere con li soi figlioli de dicti diece Capitoli negli volsero concodere octo. Ma loro pigliando baldanza de cio fra loro dissero: ormai avemo li Padri como volemo. Tenemo in mano, & dicemo, che overo li hanno da conceder tutti, o nullo, & così resposero con effecto. Et perche concederli tutti sarria stata una jactura, & diminutione troppo grande de la substantia de dicto Monasterio, non volendo dicti Padri concedere dicti dui altri Capituli, dicti homini de Sangermano per addurre dicti Padri allore voto circa cento persone se ne andorono in Napoli. Et quelli Signori intendendo la loro facilità, li remandorno in drieto non con poco loro scorno, remectendo tamen tucte le prefate loro differentie ad justitia, così como anchora prima erano remesse. Et andando in Napoli ut supra, dicevano per la via: mo mo lo Reverendo Abbate, & Monachi ce mandarando alchuno appresso, & ce concederando tutti li Capituli, delche restando defraudati, penserno, (come gia hanno facto) cho per un' altra via havessera possuto obtinere loro desiderio, con recorrere ad V. Santità in domandare dicto episcopo sub pretextu, che alias ce fosse lo episcopo, & che loro lo ammazarono ad effecto de essere reintegrati alla asserta pristina episcopale dignità, verius a cio se li passano tutti dicti Capituli. Et parche beatissime Pater licet alias ce sia stata la episcopale dignità, pero per cause urgentissime la felice recordacione de Papa Urbano V. la extinse, secondo appare per sua balla, & non fo extincta, che loro o avessero ammazzato lo episcopo Cassinense. Che licet alias, loro havessero ammazzato uno episcopo mo sonno circa sexanta anni, de la Cità de Lettera vicino Napoli, & Commissario tunc apostolico, & dicto episcopo era Citadino de santo Helya, sive de Santo Germano, tamen non era episcapo Cassinense, ma Episcopo de Lettera. Et se per alchuni se dicesse con bossia, che il clero & tutta la Abbazia non fosse bentractata da decti Padri, fecemo fede per la presente, como non solo semo ben tractati, & non da subditi, ma da figlioli, in non sentir mai uno minimo aggravio ne de charitativi subsidi, ne de altri extraordinarii, ma multe volte delli ordinarii aver grazia, e in tutto o in parte, o de somma, e di tempo. Tacemo del culto divino, & de loro inaudita edificatione, & exemplarità, per lo che non solo noi clero, Archipreite, & Rectori, & altri prefati non havemo consentuto, ne consentimo ad tale loro domanda, ma domandamo siamo conservati in quella santa pace, dove ce trovamo con dicti Padri. Signalatamente in questa jurisditione episcopale per essere ben tractati, & da figlioli admoniti nelle Visitationi con loro sante admonitioni nelli sermoni fanno in dicte visite ad Populum. Con lassare depoi infinite eleemosine alli poveri, & povere. Cercando in ciò non quæ sua sunt, sed quæ Jesu Christi. Unde stantibus præmissis, & aliis infinitis, si per dicta extensione, & fondamento del Monasterio vero, & stante lo fondamente de alchuni de santo Germano falso quoad episcopum per eos occisum ut supra, non de sancto Germano ma de Lettera, & commissario apostolico, & tanto loro bono governo, & exemplarità, & commodità nostre ut supra. Per loro non havere de bisogno de cose nostre, & altre utilità suo loco, & tempore quando sarà de bisogno ad allegarle. Iterum genibus flexis, & in visceribus Jesu Christi domandamo essere mantenuti como ce trovamo, che ne persuadono, che le Orazioni de quello sanctissimo patriarcha Benedetto, & de quello suo angelico convento siamo tutti noi Abbatiali conservati una con la Santità V. quale nostro Signore conserva ad vota Amen. Nos infrascripti supplicavimus summo pontifici prout per presentes iterum supplicamus ut supra. Et obligamur non petere episcopum nec petentibus consentire, sed petimus manuteneri ut supra propter optimam Cassinensem gubernationem constituendo per præsentes in procuratores nostros vidilicet rmum Procuratorem congregationis Cassinensis Romæ existentem, & tres alios per ipsum nominandos in solidum, & irrevocabiliter &c. cum potestate substituendi &c. Promittentes &c. nec hac cum aliquo loqui &c. & hæc omnia sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, & centum ducatorum pro quolibet, & privationis beneficiorum, officiorum, dignitatum, administrationum ipso jure &c. & in fidem nos ipsos subscribimus omni meliori modo &c. obligantes &c. renunciantes &c. jurantes &c. & quod de præsenti juramento absolvi, & absolutio non suffragetur &c. offerentes nos ipsos Romam accedere qua-

nota.

quatenus opus sit pro his omnibus exequendis &c. Sequuntur subscriptiones Archidiaconi, Primiceriorum, septem Canonicorum, & omnium semicanonicorum ecclesiæ collegiatæ S. Germani, nec non Archipresbyterorum, Presbyterorum, & Clericorum totius diœcesis Cassinensis.

Anno 1578. circiter clericus Leonardus Rubeus, & Pomponius de Toto Sangermanenses quædam contra Abbatem Cassinensem, ejusque Vicarium, & Monachos exposuere capita in Sac. Congreg. Concilii, quæ Gregorius XIII. decidenda remisit Cardinali Johanni Morono Congregationis Cassinensis protectori; Aliqua capita, decretafacta hic recensere optimum credimus, quod quædam contineant, ad jurisdictionem nostram pertinentia.

In primis rev. Abbas Cassinensis visitando per se, vel alium ab eo deputatum, terras, oppida, & loca eidem Abbatiæ subjecta, & beneficia in eisdem existentia, in primis volunt sibi subministrari victualia, & insuper exigunt etiam pro visitatione pecuniam, & quod deterius est, etiam pecunias exigunt ab iis, quas non visitant, contra Can. 3., & sess. 24. & in sexto censib. cap. exigit.

In causa Capitulorum porrectorum per V. D. Joannem Baptistam Ruffum, & Pomponium de Toto de S. Germano, contra Sac. monasterium Cassinense, R. Abbatem, & ejus R. Vicarium in spiritualibus illmis, ac reverendiss. dominis Cardinalibus Congregationis Concilii, & per SS. D. N. P. P. Gregorium XIII. remissa illustriss. ac reverendiss. D. Cardinali Morono protectori Congregationis Cassinensis, auditis partibus, & servatis servandis fuit in sequentem modum provisum, vid. Quoad primum caput fuit provisum, monasterium bene posse exigere censum, qui ab ecclesiis, & capitulis persolvitur tum ratione immemorabilis consuetudinis tum authoritate Sac. Trid. Concilii sess. 24. cap. 3. Patriarcha, ubi dicitur salvo jure &c. tum etiam, quia ipsa solutio non ratione visitationis a visitatoribus, sed recti, & utilis dominii redditur, & exigitur a monasterio, 2. unum ex monachis dictæ Abbatiæ faciunt vicarium generalem in spiritualibus in omnibus terris, ac tota ditione dictæ Abbatiæ &c. Bene posse Monachum esse Vicarium episcopi, & eo magis Abbatis, cum monasterium, & Rev. Abbas Cassinen. habeat jurisdictionem episcopalem, & temporalem in tota Abbatia, & diœcesi Cassinensi in prædicta terra S. Germani, quæ est caput cæterarum terrarum dictæ Abbatiæ montis Casini subditarum præter dictum Monachum Vicarium in spiritualibus retinent etiam quendam Gubernatorem secularem in civilibus, & cum contingit a sententiis tam dicti gubernatoris in civilibus, quam prædicti monachi in spiritualibus Vicarii generalis ad Abbatem appellari causas appellationum hujusmodi committunt uni ex monachis simplicibus dicti monasterii &c.

Fuit provisum, quod abstineat a spiritualibus in secunda instantia. In temporalibus pro gravitate judicii cum consilio juris periti bene poterit Rev. Abbas committere ejus Vicario.

4. *Et quia in dicta terra S. Germani ultra prædictum monachum Vicarium in spiritualibus, retinent etiam quemdam alium judicem doctorem, quem gubernatorem civilium causarum nuncupant, a duobus annis incirca statuerunt, ut idem Monachus Vicarius in spiritualibus sit judex secundarum instantiarum, & appellationum in causis temporalibus a dicto gubernatore interpositarum, cum minime possit Monachus se de hujusmodi temporalibus intromittere: Prout in præcedenti &c.*

9. *Abbas Cassinensis, jam sunt multi anni, contulit quoddam beneficium simplex domno Antonio de Nasso Archidiacono S. Germani cum pacto expresso, quod durante ejus vita monasterium gauderet de fructibus dicti beneficii, & illos perciperet, ita tamen, ut annuatim solveret, prout solvit, eidem D. Antonio certam frumenti, ac pecuniarum quantitatem, ut in morte habeat illud, prout in instrumento, quod exhibetur.*

Quia plene constare fecerunt de licentia, & indultis apostolicis, bene potuisse exposita fieri decernimus.

14. *Excommunicationes generales a sancta sede apostolica pro revelationibus expeditas, & obtentas, alicui ex vicinioribus episcopis commissas, ipse Vicarius Cassinensis Monachus in dicta terra S. Germani a se ipso, & ex sua licentia, & absque alia scientia illius episcopi, cui dirigebatur publicari fecit, quod videtur omnino contrarium Canon. 3. sess. 24., & tenori ipsius bullæ, quæ dirigitur episcopo, & rem omnem ad ejus prudentiam remittit.*

Quia bulla excommunicationis obtenta a monasterio a S. Sede Apostolica multas continebat diœceses, bene judicavimus committendam ordinariis locorum in eorum tantum diœcesibus. In diœcesi tamen Cassinensi nihil obstitisse judicavimus, quin Vicarius non potuerit prædictam publicasse mandare, ideo absolvimus.

15. *Monachos solos sine socio in aliquibus suis villis habitatis, & non habitatis residere, & habitare faciunt, contra C. ex parte de capel. Monachorum, & C. ad Audien. eo tit.*

Reverendiss. Abbatem bene potuisse, & posse pro exactione fructuum, & introituum, & pro conservatione rerum monasterii, Monachos, & conversos in Massariis, & locis ipsius monasterii deputare, qui cum familia, alii copiosa, alii aliqua permaneant, solos permanere minime cognoscitur, &c.

19. *Simplex Monachus Cassinensis, qui pro Vicario in Spiritualibus in dicta terra S. Germani residet, passim ab omni juramento, & perjurio incurso indifferenter absolvit, non habita aliqua distinctione juxta tradita per Silvestrum juramentum. vid. n. 3.*

Non incompetens esse Vicarium, causa cognita, & discussa prædictos a juramento habilitare ad effectum agendi, & excipiendi, non in forma cameræ juratos, decernimus &c.

20. *Excommunicationes generales pro rebus deperditis, & subtractis idem Vicarius Cassinensis Monachus concedit, quod quidem ipse facere non potest, cum id soli episcopo sit concessum; & illas etiam pro rebus minimis, quæ omnia sunt contra Concilium sess. vigesima quinta Cap. 3.*

Bene posse Vicarium, servata forma decreti Sac. Concilii, pro deperditis, sententias excommunicationis impendere &c.

29. *Cum vacant in illa ditione beneficia curata, ipsi Abbas, & monachi illa conferunt examinatis solum a seipsis, absque legitimo concursu, & absque examinatoribus in Synodo deputatis, contra Conc. cap. 18. sess. 24.*

Plu-

Plures fuisse electos examinatores constitit, nec alicui curatorum beneficiorum collatio sit facta, nisi pravio examine, ideo ab imputationibus absolvimus, & caveant de contrarie &c.

31. *Ordines minores Abbas regularis sacularibus Clericis confert contra decretum Concilii Tridentini sess. 23. cap. 10.*

Quamvis Ordines conferre sit munus episcoporum tamen cum simplicibus Abbatibus regularibus eorum subditis minores Ordines conferre datum sit, multo magis Rev. Abbati Casinen. habenti episcopalem, & spiritualem jurisdictionem in diœcesi, & Abbatia Cassinensi predictos minores Ordines sibi subditis dumtaxat conferre posse decernimus prascriptione immemorabili existente &c.

35. *Monachum Vicarium, solum in processionibus solemnibus per totam civitatem maxima hominum frequentia, & mulierum ire permittunt.*

Bene, & laudabiliter Vicarium publicis interesse Processionibus judicavimus &c.

39. *Synodum fecerunt maxima pompa, & apparatu, & decreta synodalia sanxerunt, cum Abbatibus minime permittatur, ex sess. 24. cap. 2. in sess. 25. cap. 4., & in Concil. Lateranen. sess. 10.*

Cum reverendi Abbates Cassinenses jurisdictionem spiritualem habeant, & non sint simplices Abbates, sed exercent episcopalem jurisdictionem in diœcesi Cassinensi, & tota Abbatia, & ex prascriptione immemorabili prascriptum non solum ante, sed post Concilium Tridentinum tamquam Ordinarius Synodum celebrare non novum, & incongruum est, quia predicta faciat secundum sac. Conc. decreta sess. 24. cap. 2. Provincialia &c.

Magni pendenda esse hac decreta, illi sciunt, quibus liquet, quantus vir fuerit Cardinalis Moronus bis in Concilio Tridentino Legatus Apostolicus, idest an. 1542. sub Paulo III., & 1563. sub Pio IV., ac proinde optimus mentis ejusdem Concilii interpres. Vid. Spondanus, ad eos annos nu. 10., & Raynaldus nu. 43. an. 1542. & num. 60., & seqq. an. 1563. Cardinalis Pallavicinus in historia Concilii Trid., & Ciacconius cum Oldoino tom. 3. col. 680. num. 44., aliique plures. In Can. Conquerente, & cap. Placuit, ac sapius Sac. Congregatio episcoporum, & regularium, & in una Beneventana 28. Februarii 1687., & in alia Lavell. 6. Junii 1693. decrevit a qualibet ecclesia, & beneficiato solvendam certam pecunia quantitatem episcopo, seu Ordinario in signum subjectionis cathedra episcopali, contra que prascribi non posse. Vocatur id a pluribus cathedraticum, ab aliis synodaticum, quod in quibusdam diœcesibus in Synodo persolvatur, ab aliis visitatio, nam eo tempore repeti a quibusdam solet. Jure itaque poterat Cassinensis Abbas etiam, ut Ordinarius, prater cibaria, qua illi cum visitat debentur, exigere ab ecclesiis sibi subditis cathedraticum, cum illud non pro visitatione persolvatur, sed vel ob erga cathedram subjectionem, vel ob immediatum supra ecclesias dominium, qua cum antea membra cœnobii nostri essent Presbyteris concessa sunt.

Usu etiam jam receptum erat ut Cassinensis Abbas diœc. sua Vicarium generalem, aut Monachum, aut presbyterum aliquem eligeret. Cum vero experimento compertum esset haud ita diligenter custodita curia acta a presbytero, cui nequidem tantum reverentia exhibebant subditi, quamadmodum Monacho, qui magis intrepide, attentiusque jura cœnobii nostri tutabatur contra Principem Asculi quastionum capitalium dominum, aliosque principes, gubernatores saculares, Bernardus IV. Abbas Vicarium suum generalem elegit D. Thomam ab Ebulo Monachum impigrum doctrina, pietateque celebrem, jussitque ut deinceps id muneris non nisi monachis committeretur, quod hactenus servatum est magno disciplina ecclesiastica reflorescentis commodo nam identidem Vicarius sua in aula S. Theologiam ecclesiasticos docere, conciones habere publice in ecclesiis, puerosque in doctrina christiana instruere, aliaque prastare utilissima diœcesi universa opera consuevit. Illud etiam a veritate abhorret solum Vicarium in hospitio nostro Sangermanensi habitasse, cum ibi, & Cellerarius, duoque ejus socii degerent. Contendit etiam hoc saculo D. Antonius Grinitus episcopus S. Marci ecclesias, ecclesiasticos, laicosque oppidi Citrarii visitare, aliasque jurisdictiones exercere, qua a Sac. Concilio Tridentino viciniori episcopo conceduntur in loci nullius diœcesis. Lis in Sac. Congregatione Concilii instituta in qua a cœnobio nostro longissima diuturnaque possessionis privative quoad quemcumque episcopum, aliaque Jura, qua hic repetere longum esset, & inutile, allata sunt, ac pra ceteris hoc Matthai Guerra decessoris episcopi S. Marci doctissimi Theologi, qui sacro etiam Concilio Tridentino interfuit teste Ughellio Tom. 1. in descriptione Episcop. Fundani col. 732. num. 43., & Episcop. S. Marci col. 880. num. 29. Testimonium quo fatetur vocatum se, utpote amicum ab Abbate Cassinensi, quo eo in oppido confirmationis sacramentum conferret, reconciliaret pollutas duas ecclesias.

Conatus Episcopi S. Marci.

Adi 7. di Decembre 1557. si fa fede per me Matteo Guerra di Cosenza Vescovo di S. Marco, come ritrovandose pollute l' ecclesia di S. Benedetto, e S. Nicola della terra del Cetraro della jurisdittione, e dominio del Sac. monastero di Montecasino in spiritualibus, & temporalibus per la morte delli Mag. Felice, e Silvio Falconi, e D. Ottavio de Bertino di detta terra a richiesta, e chiamata del reverendiss. Sig. Abbate di detto monastero, come amico, & amorevole della religione di S. Benedetto, hò volesto far quest' officio di carita a riconciliare dette chiese pollute, e cosi medemamente a richiesta di detto reverendiss. Sig. Abbate hò conferito il Santo Sacramento della Cresima, & in fede di cio hò fatto fare la presente sottoscritta di mia mano, e sigillata del mio sigillo. In la Città di S. Marco a di 7. de Decembre delli 1557. Matteo Vescovo di S. Marco. Eadem rata habuit per acta notarii Joannis Antonii de Rodi Citrariensis die 9. Decembris 1577.

Ex originali in archivo.

Quare audito pluries episcopo S. Marci Sacra Congregatio ita decrevit. *Foris: Reverendiss. Dño episcopo S. Marci,* Intus vero. *Reverendissime Domine. Ex adjunctis scripturis ea cognosces, qua in Sac. Congregatione Cardinalium Concilii Tridentini interpretum tam tuo, quam Abbatis, & monachorum Cassinensium nomine, proposita sunt, & deducta super controversia visitationis, & ut jurisdictionis inter te, atque illos jam pridem suborta.*

Ex originali in Archivo.

Quamobrem Cardinales omnibus mature consideratis, censuerunt, non posse te oppidum illud Citrarii visitare, nec debere ulla amplius molestia Abbatem, & monachos hac de causa afficere. Tua igitur amplitudo quod huic sententia consentaneum fuerit

ex

ex officio, & fide tua ages, valebitque in Domino. Romæ die xx. Martii 1581. Amplit. T. Rmauti Fr. Hon. Cardinalis Lancellottus. D. episcopo sancti Marci.

Hoc idem decretum refert Fagnanus in prima parte tertii Decretal. De Paroch., & alienis C. nullus nom. 42. Longe major, diuturniorque fuit controversia ab Aquini episcopis contra cœnobium nostrum instituta. Nam Hadrianus Fusconius ab an. 1552. ad 1579. Aquini episcopus, teste Ughellio To. I. in descriptione episcoporum Aquini col. 401. nu. 42. decretis Sac. Concilii Tridentini sess.24.cap. 9. & sess. 25. cap. 11. fretus contendit, ecclesias, ac ecclesiasticos diœcesis Cassinensis visitare, ut episcopus vicinior, haud satis animadvertens Sac. Concilium Tridentinum iis in capitibus de locis, quæ in nullius diœcesis esse dicuntur, agere, deque ecclesiis, ac beneficiis, quæ in alicujus diœcesi sunt sita, excipereque ea monasteria, seu domos, in quibus Abbates, aut alii Regularium superiores jurisdictionem episcopalem, & temporalem in parochos, & parochianos exercent, &c. Nam Urbs S. Germani, aliaque Abbatiæ Cassinensis oppida vere, ac proprie in diœcesi Cassinensi sunt, ut optime advertit S. Rot. Rom. coram Bourlemont Capuana, seu Montis Cassinen. Parochialium Veneris 10. Martii 1679. hoc §. *Retento namque pro constanti, ut etiam admittit contraria decisio §. in aliis vero, quod ecclesia Montis Cassini, quæ olim a sui origine fuit cathedralis, & postea quasi cathedralis, ejusque Abbates sint immediate subiecti sanctæ Sedi, habeant separatam diœcesim, & in ea jurisdictionem omnimodam, & quasi episcopalem, indictionem concursus, convocationem Synodi, aliaque spectantia ad cathedrales, & episcopos in eorum diœcesibus non per modum æquiparationis, sed vere, & proprie, ex quo in monte Cassino, ubi fuerat præclara civitas cum suo episcopo, S. Benedictus missus a Deo ad conversionem civium successit episcopis, ut late demonstrant Bulla Pontificia in Summ. impresso D. Abbatis nu. 11., & probant Barbos. de jur. univers. lib. 1.cap. 17.nu. 22. Add. ad Buratt. decis. 667.num. 25.& seqq. Merlin. decis. 264. num. 4. usque ad 23. Bich. decis. 459.num. 4. & seqq. in Caven. Collat. Ordinum 26. Junii 1654. fere per tot. coram bo. me. Verospio in alio Montis Cassinen. Præminentiarum 30. Aprilis 1677. & 22. Aprilis 1678. coram Reverendiss. Albergato Decano; adeout diœcesis Montis Cassini reperiatur descripta inter episcopales in libris Cancellariæ, & camera Apostolica, quibus fides adhibetur, ut testatur Add. ad Buratt. decis. 677. num. 25. & Merlin. decis. 264. nu. 4. Ac summi Pontifices transmittere soliti eorum litteras apostolicas personis tantum jura episcopalia habentibus, ut dicit Seraphin. decis. 1052. num. 1. Abbatibus etiam Montis Cassini illas dirigere consueverint, ut in cap. 1. de Consang. & affinit. Add. ad Buratt. decis. 667. num. 5. in fin., Merlin. decis. 264. num. 5. & 6., & in dicta Montis Cassinen. 30. Aprilis 1677. §. Præterea ecclesia in fine coram reverendiss. Decano.* Quod idem confirmatum est coram Matthæjo 17. Junii 1686. & coram Ursino 6. Aprilis 1693. omnibusque satis superque notum Abbatem Cassinensem nedum omnimodam, in urbem S. Germani, aliaque oppida jurisdictionem episcopalem exercuisse, verum etiam temporalem in parochos, & parochianos.

Lis itaque in sacra Congregatione Concilii instituta, cujus jussu a Cardinali Lodovico Simoneta S. Rotæ examinanda commissa est. Anno 1566. die 11. Martii, Fusconius episcopus habitam a Pio V. delegationem præsentavit Decano sac. Rotæ D. Julio Oradino, factisque aliquibus utraque ex parte actis ad an. 1572. de prospero rei exitu desperans episcopus cœpto destitit. Suffectus ei est Johannes Aloysius Guarinus ad paucos menses superstes, teste Ughellio loc. cit. nu. 43., ac proinde nullius novandæ rei auctor. Huic successit Flammius Philonardus die 13. Novembris an. 1579. teste Ughellio nu. 44. vixitque ad annum 1608. quo obiit die 12. Septembris. Studiosissimus hic ecclesiæ suæ episcopus alia a Fusconio via inita, supplicem hunc libellum Sac. Congregationi Concilii exhibuit. *Illustriss., & Reverendiss. Sig. Il Padre Abbate Cassinense contra la forma del sacro Concilio Tridentino sess. 23. de reform. c. 10. chiama Vescovi forastieri a tenere ordinationi, & indifferentemente concede lettere dimissorie alli Chierici delle terre sottoposte al monasterio, & Abbadia di Monte Cassino. In oltre il Vescovo di Aquino secondo la facoltà concessali per un Breve da Nostro Sig. ha in animo di erigere un seminario, overo una scuola per i chierici della sua diocesi, & luoghi vicini, tra quali luoghi vicini vengono compresi secondo la forma di esso Concilio ead. sess. de reform. C. 18. le Terre di detta Abbadia Cassinense. Pertanto si supplica le Signorie Vostre illustre reverendiss. che si degnino ordinare a detto Vescovo quanto nelli due capi esposti sopra, come Vescovo viciniore per osservantia di esso Concilio ad honore de Dio, & beneficio de chierici di detto paese barà da fare, accioche con la dichiaratione, & authorità loro si fuggano le liti, & tutto si facci con più quiete, & il Signore le conceda ogni contento.* Huic autem supplici libello hoc adjunxit decretum ad petitionis suæ confirmationem.

SS. D. N. initio sui Pontificatus ordinavit, supplicationes de promovendo ad ordines, &c. expediri, cum infrascripta decreta &c. si monasterium, vel ecclesiam quantumvis exempta, etsi nullius diœcesis esse dicatur committatur ordinario, intra cujus diœcesis fines dictum monasterium, vel ecclesia existit, si vero intra fines alicujus diœcesis non existit, vel dubium sit, an existat, committatur episcopo viciniori. Vel hoc modo &c. & committantur ordinario, intra cujus fines dictum monasterium, vel ecclesia existit, aut alias viciniori. Et ita fuit observatum in omnibus monasteriis, & beneficiis etiam Cardinalium, quæ nullius diœcesis nuncupantur quamvis eorum Prælati utramque jurisdictionem in eisdem locis habeant, non modo per Italiam, sed etiam per totam Hispaniam.

Haud tamen satis, & ipse advertit sacrum Concilium Tridentinum sess. 23.de Reformatione c.10. non de Abbate Cassinensi agere, sed de iis intra fines alicujus diœcesis consistentibus, etiamsi nullius diœcesis, vel exempti esse dicantur. Eadem de cap. 18. ratio est, quo jubetur, ut beneficia omnia aliquid pro seminarii erectione, conservationeque tribuant, etiam exempta, etiamsi nullius diœcesis quæ certe verba allatis de caussis pro cœnobio Cassinensi non militant, quod, illique subjecta oppida, nedum intra fines alterius diœcesis non est, verum propriam, veram, ac separatam diœ-

cesim habet ab eo tempore constitutam, quo diœceses sont divisæ, & cum illius episcopus fuerit sæculo quinto S. Severus, ut clarius, fusiusque demonstrant septem laudatæ S. Rotæ decisiones, aliæque quædam sæculo sequenti dandæ, Angelus Nucceus in excursu Historico ad cap. IV. lib. I. Chron. Cass. Ughellius To. I. col. 571. & seqq. in descript. episcopatus Cassinensis, & To. X. a col. 40. ad 54. Illud certo constat Abbates Cassinenses semper per semet minoribus ordinibus subditos suos initiasse, & pro majoribus dimissorias ad quemcumque episcopum dedisse. Diu lis hæc actitata, cumque Gregorius XIII. auditis utriusque partis rationibus nosset, haud Cassinatibus refragari Concilii decreta, neque declarationem a Sac. Congregatione editam, sanxit die 9. Februarii 1585. ut Cassinensis Abbas, ejusque generalis Vicarius dimissorias literas ad quemcumque episcopum darent diœcesanis suis sacris ordinibus initiandis. Verum morte initio Aprilis ejus anni interceptus, diploma expedire non potuit, quod deinde edidit Sixtus V. an. 1586.

Ex originali in Archivo. *Sixtus Papa V. ad perpetuam rei memoriam. Totis desiderantes affectibus, ut monasteriorum, & locorum ecclesiasticorum quorumlibet status, prout apostolica servitutis officio astringimur, salubriter dirigatur, libenter illa concedimus, per qua status hujusmodi de bono in melius laudabiliter augeatur. Cum itaque celebre monasterium sedi apostolica immediate subjectum in monte Cassino, Ordinis S. Benedicti, nullius diœcesis, provincia Capuana plures habeat civitates, terras, & oppida, in quibus jurisdictionem temporalem, & spiritualem exercet; & quia consideimus Abbatum pro tempore existentium in eligendis, & approbandis idoneis deo ministris timoratam conscientiam, discretum judicium futurum, motu proprio, non ad illorum, vel aliorum pro eis nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione, & certa scientia nostris, ac de apostolica potestatis plenitudine, Abbatibus, qui pro tempore monasterio Cassinensi hujusmodi prafuerint, illorumque in spiritualibus Vicariis generalibus, ut eorum subditis secularibus existentibus scilicet intra limites proprios terrarum, qua pro majori parte ad radices montis Casini posita, terra monasterii, sive Abbatia nuncupantur, litteras dimissorias, tam pro clericali charactere, ac minoribus, quam pro aliis, etiam presbyteratus ordinibus a quocumque maluerint ex episcopis vicinis eidem monasterio, etiam si non sit proximior suscipiendis concedere possint, auctoritate Apostolica, tenore prasentium plenam, et liberam licentiam concedimus, & facultatem, eisque pariter indulgemus. Has tamen licentiam, & facultatem ad eos, qui in diœcesi sunt alicujus episcopi, etiamsi Abbatum jurisdictioni in spiritualibus, & temporalibus alioquin subsint, nullatenus extendi, sed horum omnium ordinationem ad episcopos, intra quorum diœcesis fines existunt, omnino pertinere volumus, praviis tamen litteris testimonialibus Abbatis Cassinen. vel ejus in Spiritualibus Vicarii. Non obstantibus quibusvis apostolicis, ac in provincialibus, & synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus, constitutionibus, & ordinationibus, statutis, quoque & consuetudinibus monasterii, & ordinis pradictorum, juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Roma apud S. Marcum sub annulo Piscatoris die 6. Augusti 1586. Pontificatus nostri anno secundo. Tho. Thomas. Gualterutius.*

Sulmonensi. Sulmonensis etiam episcopus caussatus oppidum Pesculi Constantii intra fines diœcesis suæ esse presbyteros ejusdem promulgato edicto, ut ad Synodum accederent jussit, contenditque ecclesias ibi positas ecclesiasticosque visitare. Quare Cassinensis Abbas, qui hactenus a vetustissimo tempore jurisdictionem omnem episcopalem privative quoad omnes episcopos in illum oppidum obierat, vocaveratque ad Synodum presbyteros, ad Clementem VIII. provocavit, obtinuitque ut in S. Romana Rota producerentur partium jura; expeditæ sunt literæ citatoriæ, & inhibitoriæ a D. Petro Francisco Giptio contra episcopum Cæsarem Pezium an. 1596. die 8. Junii, cui ejusque Vicario generali D. Vespasiano Ridolfino intimatæ fuerunt die 20. ejusdem mensis. Acta deinde quædam facta plures in annos, quibus tandem episcopi Sulmonenses mala caussa diffisi consultius abrenonciaverunt. Anno tantum 1710. D. Bonaventura Martinelli episcopus Sulmonensis, quo Sulmonæ civibus, qui facile oppidum Pesculi Constantii jurisdictioni suæ subjici posse venditaverant, gratificaretur, neve in ecclesiæ suæ juribus defendendis negligentior, fractiorque videretur, ut ingenue fassus est D. Gregorio Galisio tunc temporis Abbati Cassinensi meritissimo medio promotore sui Fiscali supplicem hunc libellum Sac. Congregationi Concilii exhibuit.

Eminentiss. & Reverendiss. Domini. Promotor Fiscalis curia episcopalis Sulmonen. exponit humiliter EE. VV. qualiter ab an. 1588. ad instantiam reverendissimi P. Abbatis Cassinen. proposita fuerunt isti Sac. Congregationi adiuncta dubia ad serenandam ejus conscientiam resolvenda, circa jurisdictionem a prafato episcopo exercendam vigore Concilii Tridentini in oppido Pesculi Constantii sito intra limites diœcesis Sulmonen. etiam si foret nullius, ut per D. Abbatem pratendebatur, & pracipue circa visitationem, & concursum ad parochiales. Qua quidem dubia licet resoluta fuerint favore episcopi cum quibusdam declarationibus, ut in iisdem continetur, nihilominus ad prasens non servantur. Quo circa prafatus orator humillime supplicat pro observantia earumdem resolutionum, salvo tamen majori jure episcopi, ut Deus, &c. Adnotanda, illa Promotoris verba de Decretis, petente Abbate Cassinensi, emanatis. *Nihilominus ad prasens non servantur*, fatius dixisset, nunquam observata ab episcopis decessoribus suis. Plura reposuit huic libello monasterium nostrum, quæ inter pendere hactenus caussam in Sac. Rota; quare auditis partibus sanxit die 27. Maii 1711. D. Papæ Auditor, ut in sacra Rota quæstio prosequeretur. Falsum vero, oppidum Pesculi Constantii intra fines diœcesis Sulmonensis esse, omnique ex parte ejusdem diœcesis finibus circumdatum. Nam oppidi Barreæ Cassinatibus in spiritualibus subditi territorium ad fines Pesculi Constantii pervenit medio celebri monte Chiarano, quem in territorio Barreæ esse, nemo revocare potest in dubium, quod & pervulgata res est, quodque semper Barreæ Duces inter feuda alia in territorio ejus oppidi posita Montem hunc numerant, atque Relevium, & Adoham regiæ coriæ pro eo solvunt. Imo Pesculi Constantii territorium pluribus

ribus aliis Cassinatium subditis conterminum est. Anno certe 1546. D. Bernardinus Fumarellus Sulmonensis episcopus nil aliud juri suo vindicare conabatur, nisi solam ecclesiam S. Nicolai, cui nullus presbyter adnexus erat. Ejus deinde consensu, & Abbatis nostri, arbiter pro controversia hac dirimenda electus est celebris Canonista D. Benedictus Canophilus Monachus Cassinas, qua occasione cœnobium nostrum multa proposuit examinanda capita, ut episcopum male concepta spe alienaret, quæ duodecim juratis testibus, atque monumentis aliis probata sunt. Cur deinde partium consensu arbitrium datum sit episcopo Cerenen. Vicario generali Cassinensi incompertum. At mortuo Cerenen. episcopo, causa iterum commissa est eidem Canophilo uti ex epistola constat, ab episcopo Sulmonensi ad Abbatem Cassinensem data.

Citaverat D. Benedictus Canophilus partes ad sententiam, quæ deinde prolata non est, qua de caussa, ignotum. Nusquam tamen deinceps Sulmonenses episcopi jus aliquod eam in ecclesiam obtendere. Illis certe memoratæ S. Rotæ decisiones satis esse poterunt. De Cesare Petio viro docto, ac pio agit Ughellius To. I. col. 1383. nu. 64. asseritque creatum episcopum 1593. obiisse an. 1621. De Bonaventura Martinellio agitur ibidem col. 1386. num. 71. ubi celebris jurisconsultus fuisse dicitur, atque Vicarius apostolicus Reate. Obiit an. 1715. De Bernardino Flumarello mentio est ibidem col. 1382. nu. 61. deque eo nos infra agemus.

& Iserniensis. Ne quid augendis in Cassinates litibus deesset, episcopus etiam Iserniensis eadem, quæ Sulmonensis jura sibi in oppidum Pesclarum urbi suæ conterminum vindicare conatus est, sed incassum, iisdem de caussis.

Jura Abbatis demonstrata. Quo verò assiduis tot se vexationibus eriperet Cassinensis Abbas, ostendit in Sacra congregatione Concilii validis, iisque ineluctabilibus rationum momentis, se, decessoresque suos exercuisse semper in omnibus oppidis sibi in spiritualibus subditis omnimodam episcopalem jurisdictionem privative quoad alios, ac proinde jus sibi esse congregandi synodos, quas semper decessores sui habuerunt, in iisque deputandi examinatores ad beneficia curata, idoneos approbasse, illique beneficium contulisse, qui magis idoneus videretur, si quidem mense suo illud vacasset, sin mense pontifici reservato, testimonium de magis idoneo scripsisse, œconomos deputasse cum curata beneficia vacarent, administrasse Sacramentum confirmationis, atque executioni demandasse litteras apostolicas, quæ gratiam, justitiamque respicerent, atque dispensationes matrimoniales. Quare sacra Congregatio Concilii decretum pro cœnobio nostro edidit, ut Sixti V. diplomate constat, in quo, & decretum confirmat munificentissimus princeps, & privilegia omnia cœnobio nostro ab antecessoribus suis concessa, jubetque, ut deinceps Vicario etiam generali Abbatis nostri dispensationes matrimoniales exequendæ committerentur. Hoc loco Sixti V. privilegium omittimus, quod in bulla Benedicti XIII. sequenti sæculo in medium adducenda referatur ad verbum.

Omittimus excitatas ab Abbate S. Benedicti apud Capuam, aliisque beneficiatis quæstiones ne solverent vetustissimum justumque censum pro ecclesiis, quæ olim cœnobii nostri fuerant. Prætermittimus alias hujusmodi lites ab episcopis quibusdam actas ob erecta Seminaria, nam eorum aliqui nummos a cœnobio nostro tribui petebant, atque alii, quos inter præcipue episcopus Aquinas seminario adnectere contenderant beneficia Cassinatium intra diœcesim suam posita.

Alternativa mensium acceptata. Anno 1590. Andreas a Suessa Abbas gratiam alternativæ mensium a Sixto V. archiepiscopis, episcopis, & Abbatibus omnimodam episcopalem jurisdictionem habentibus factam recepit, ut hoc testimonio Cardinalis Pallottæ Datarii constat. *Die decima quarta mensis Martii 1590. pro parte reverendissimi D. Andreæ a Suessa Abbatis monasterii Cassinensis præsentata, & recognita fuerunt litteræ acceptationis gratiæ alternativa mensium concessæ a SS. D. nostro Sixto PP. V. Archiepiscopis, episcopis, & Abbatibus, jurisdictionem omnimodam episcopalem habentibus apud suas ecclesias residentibus. In quorum fidem &c. E. Cardinalis Pro-Datarius. Locus ✠ sigilli. Cinthius Rev. de Mandato.*

Contentio Regii Fisci. Regius Fiscus sibi vindicare contenderat Portulaniam Abbatiæ Cassinensis, quo consilio illius redditus sequestro subjecerat, post tredecim tamen annorum litem causa cecidit, & quæstio cœnobio nostro adjudicata est die 16. Octobris anno 1567. quod etiam in Portulania Citrarii evenit; Decreto etiam regiæ cameræ Summariæ sancitum est, obnoxium haud esse cœnobium nostrum solvendæ Adhoæ, seu militaris servitii pro jurisdictione civili, ac mixta primarum, secundarumque caussarum Abbatiæ Cassinensis, proque quæstionibus capitalibus in oppido Citrarii, aliisque.

Marcelli Pignone. Omnium maxime lis exarsit cum Regente cancellariæ Marcello Pignone, qui cancellariam sibi, seu Magistratu Actuum civilium, mixtorumque Abbatiæ Cassinensis vindicabat, quod a Philippo II. rege eam sibi tributam jactitaret. Ea tamen cœnobio nostro adjudicata est. Nec minor principis Asculani conatus, quia contendebat sibi quoque jurisdictionem quæstionum capitalium competere nundinarum tempore in universa Abbatia Cassinensi, suique juris esse, facultates venandi subditis Cassinatium dare. Irritos conatus fecere decreta regiæ cameræ Summariæ. Teatini Silvam Ream sibi vindicare, oppidani Bonifati Fidam solvere, ac damna reficere detrectabant, cum in territorio Citrarii pastum animalia sua ducerent, atque pendere decimas pro prædiis, quæ in feudo Fella possiderent. Omnia fere ditionis nostræ oppida renuere prandium dare, ut omittamus assidue motas a Magistratu quæstionum capitalium, & Sangermanensibus lites, quas omnes in Diss. I. aliisque fusius describemus. Sangermanenses contendebant, pro bonis emptis a cœnobio nostro vectigal, quod collectas vocant, solvendum. Verum post excitatam in regia camera controversiam ea nobis hoc decreto adjudicata est omnium Locumtenentium, ac Præsidentium sententia. *Die 15. mensis Septembris 1565. In Causa Universitatis, & hominum civitatis S. Germani, cum ecclesia, & venerabili monasterio Montis Casini super solutione functionum Fiscalium pro bonis emptis per dictum monasterium, & aliis ut in actis. Visis actis per magnificum V. I. D. D. Scipionem Bucinum regiæ cameræ Præsidentem, & præsentis causæ commissarium, factaque de prædictis omnibus relatione in regia camera Summaria excellenti* domi-

Principis Asculani.

Teatinorum, & Bonifati.

Ex originali in Archivo.

domino locumtenenti, & aliis magnificis dominis Præsidentibus ipsius regiæ cameræ, fuit per dictam regiam cameram consensu provisum, & decretum, quod Ecclesia, & dictum monasterium montis Cassini servetur immunis, & immune a collectis functionum fiscalium, & aliarum rerum Universitatis prædictæ pro bonis emptis, prout præsenti decreto decernitur, & providetur, hoc suum &c. Scipio Bucinus, Johannes Baptista Crispus pro magistro actorum, consensu. Franciscus Palumbus pro Notatore.

Principis Conchani molimina.

D. Matthæus de Capua Conchæ princeps, ac Comes Palenæ, & magnus classis regiæ Præfectus sub Philippo II. & III. potentissimus, & genere suo, & inita cum D. Johanne de Zunica Mirandæ Comite, & Prorege Neapolitano ab an. 1586. ad 1595. affinitate ob ductam D. Johannam Pacecco ejus neptem, pecunia emit die 5. Februarii 1594. jurisdictionem quæstionum capitalium ditionis S. Germani a principe Asculano ad ejus vitam dumtaxat, ut constat instrumento stipulato a notario Vincentio de Alfano a Neapoli. Nec tamen hic Principis intentio substitit. Nam post tres menses emit in feudum jurisdictionem in primas caussas quæstionum Capitalium, & in secundas civiles, mixtas, & quæstiones capitales in omnibus ditionis nostræ oppidis. Ægre id passi Cassinates, quod adversus Caroli V., & Philippi II. mandata, iis insciis, hujusmodi jurisdictiones venditæ fuissent, potissimum secundarum caussarum civilium, & mixtarum, a Prorege anno 1594. die 10. Maii obtinuerunt, ut Principi Conchæ earum possessio non tribueretur hisce verbis. *Rispetto delle seconde cause Civili, appresso vi ordinaremo quello che averete da esequire.* Haud ob id despondens animo Conchæ Princeps jurisdictionem tertiarum caussarum emere contendit, omnibusque artibus subditorum nostrorum animos ad se allicere; ubi id cognovissent Cassinates, ita contra enisi sunt, ut & Asculanus princeps anno 1595. jus suum iterum repetierit, & venditionem Concano Principi a Prorege factam Philippus II. ratam esse noluerit.

Caritas, & Grassatorum Direptiones.

Hisce ærumnis aliæ non spernendæ accesseruut ex dira caritate, atque Grassatorum incursionibus, qui omnia hisce nostris in partibus maxime vastabant omnium scelerum eluvione teste Hieronymo Abbate in Diariis suis an. 1593. hisce verbis. *Non è da esser tacciuto, acciò sappino i posteri à lor consolazione, si se trovaranno opressi d'altri infortuni, & affine di rendere le debite gratie al Sig. trovandosi in tempo migliore l'infelicità di questi tempi presenti, che oltre la carestia d'ogni cosa non essendo memoria d'huomo, della peggiore di questa continuata hormai per quattro anni la moltitudine, che hà da questa anche parte origine de i banditi, quali non son' di quella specie de i tempi passati, che per disgratie occorse, sieno così à star' fuori sforzati, mà questi son' volontarii, & che si vantano d'eleggere questa sorte di vivere, per il miglior', dove si può dire con David,* Domine quid multiplicati sunt, *essendo ducento al presente in questi contorni dispersi in diverse compagnie, vedendosene pessimi effetti d'incendii di formenti, occisioni di animali, ricatti giornalmente, morte d'uomini, & altri infiniti misfatti da non dire, & dove mancano questi suppliscono i Soldati, a talche i poveri, e Ricchi si vanno anichilando, mancando le genti, & gl'essercitii, & si il Signore non vi provede, quei, che vi restano, sarranno forzati, come hanno cominciato a dissabitare. Un' Vigliacotto di S. Elia &c. giovane, che aveva superato in Vicaria tutti i possibili tormenti per aver' uccisi più uomini, che non avea nel mento peli non perdonato al proprio sangue, ne a Sacerdoti, essendo libero dalla corte, si deliberò di voler' far' corte da se, facendo malignissimi discorsi, non credendo, come diceva più di quel che si vede, si prometteva farsi tiranno trovandosi attissimo a far' ogni sorte di male, & così si dette in campagna, effettuando assai peggio di quel che si era proposto essequire con mettere in essecutione un' suo nuovo pensiere di far' ricatti, senza pigliar' gl' uomini, ma conscrivere, che avea potuto occidere di quella casa, in tal luogo, il tale, & il tale, però che non temessero, se non mandavano i denari, d'esser' occisi soli, perche gli voleva esterminare tutt' insieme, del che s'erano tant' atterriti le genti, che dissabitavano il paese &c. & si gl'altri portavano rispetto alle genti del Monastero, questo scriveva sotto le pene delle leggi de i fuoresciti, che si facesse quelche gli veniva in pensiere, & tut gli succedeva felicemente in tanto, che restavano gl' huomini fuor' di se da una cosa in poi, che fu il numero, che s'era promesso di gli anni (che non fu meno di giorni) intorno al regnare, essendoche gl'istessi compagni in un' luogo, dove si dice Valle d'inferno nelle montagne vicino al suo paese, vi fu confitto con pugnali, per dover' essere anche di nome perpetuamente infernale, dicendo i compagni occisori, non poter' far' altrimenti, perche passava i termini dei malvagi, talmente, che non harrobbero possuto loro durare, durando lui.*

Fù anco mirabile caso appresso questo d'una compagnia di nove tali, havendo scorso sin' alle porte di Napoli, venivano si carichi d'oro, che non lo potevano portare caricavano chi trovavano sino ai nostri serventi, doveche come piacque al Signore essendo sopra il largbetto di Caira, vicini alla possessione comprata l'anno addietro dal Monastero, in un vallone, detto pozzo oliveto fur' seguitati dalla Corte, & dalli huomini di Sangermano, dove a furia di pietre per il più furon' tutti nove occisi il dì 6. Agosto 1593. non senza perdita di sangue dell' assalenti, però con utilità smisurata, fu fatta una preda incredibile di scuti d'oro, diceano, che fur' trovate da cinquanta sette catene d'oro, una sola delle quali valeva, settecento ducati, con altre gioje, & coralli, oltre i carichi d'oro, & quel che avevano adosso loro, nè fur' trovate molte centinaja ammucciati in quell' angustia per quei cantoni.

Si dice, che in questi dì passati dal Vicerè istesio di Napoli, essendoli stato preso uno prigione si mandassi ad altra compagnia di questi tali, undeci mila scuti, & l'indulto a fine che li rimandassero il prigione, & che essi gli ne rimandorno dieci mila in dietro, & il prigione, renuntiando al beneficio dell' indulto, con dire, che volevano stare così ancora qualche dì tornandoli meglio, che in remettersi, & che pigliavano scudi mille, per tener' conto del suo presente &c.

Et an. 1594. habet. *Successero dell' infermità, & morte, così nei Secolari, come nei nostri in questi travagli di banditi, quali non come l'altre volte per i boschi, ma a 10. Agosto entrano in san Germano di notte non ostante, che fosse presidiato di tanti soldati, niun' si mosse, ma si salutavano come i Nemici alle*

fenestre, e porte con archibugiate non avevano rispetto di venire al sacro monte sino alla prima porta con dimandare di parlare all' Abbate si bene non con imperio, ma con preghiere, e mostrare restare con la negativa sodisfatti. A dì 22. entrarono in S. Vittore, & vi accisero quanti li si purono avanti ne perdonando a Preti, nè putti, dove, che si stava di continuo in questi spaventi, & ridondavano nel corpo i patimenti dell' animo &c.

Furono in questi dì fatti dishabitare i Francescani dal Convento di S. Germano, e da Mignano, oltre averli uccisi, i medemi banditi, furono anco gl' abbitatori dispersi &c. però fu visitato san Germano, e reformati, & visitati quei Castelli; che si poteva all' occasioni, che dava da respirure la prasenza de i Commissarii Regii, dando nelle loro rete, nè venivano occisi moltitudine in pochi dì; Sessantu capi nè furno estirpati, però rinascevano immediate, guastando Terre, & disertando l' habitato, parea non si pensassi ad altro, che alla vita salvarsi &c.

Mo la maggior tribulatione era in generale quella di questi proscritti, essenda di san' Cermano, dove havevano capitali Nemici, non era sicurtà da niuna banda, poiche stando noi neutrali eravamo reputati si non nemici, non amici dall' una, e l' altra parte, nocendo più quei dentro, che quei di fora, &c. & infra.

A dì 19. Gennaro essendo l' Abbate in S. Germano per esserci stato molti dì il Commissario Loppos contro i banditi con qualche successo, ma erano multiplicati tanto, & moltiplicavano, che non si conosceva niun' giovamento, dove che la Corte si risolse di dare a tutti quei, che volevano andare alla guerra l' indulto &c. quali in Sangermano sotto l' indulto, come avevano da prima con pericolo loro essequito nel Bosco, & nelle strade appresso, & Castelli sicuri fecero quel ricatto, che volsero, non perdonando nè amici nè alla chierica, vedendo la vessatione, che dicevano del futuro pigliando in ogni luogo, quanto li veniva in apetito senza niuna sorte di rispetto, finche chiamati a di 30. di Gennaro in Sessa dove era il Commissario, che dovea spedirli. Nell' entrare uno di questi, come alla morte vicino presenti il mal suo, esclamando, dove è oggi l' tua sapienza Ibardella, così ridotti nel castello, mentre si trattava lo scritto si venivano levando d' attorno i condustori, quando così in un' tratto nel Salone sentano pagarsi di quella moneta, che avevano spesa nel prossimo ui furono estinti vilmente cinquanta sette in un' momento a quali sopra trovorono tant' oro, quanto volsero i ministri regii, quali harrebbono patito se non si fossero difesi con le vigliacherie fatte di questi sotto nome d' indulto, così nel medemo tempo ne furono occisi altri diversi in Castelforte, & in Rocca secca un' capo, che si vantava non volere lassar' altro, che la tonica a i Monaci di Montecasino &c., & inferius.

Anonymus Sangermanensis, qui plura ab anno 1593. ad 1646. adnotavit, hæc scribit de Perfugis.

In questa Provincia di Terra di lavoro nell' anno 1593. una infinità di Banditi infestavano tutti questi luoghi, sequendo trà molt' altri un' loro principal capo dimandato Angelo Ferro di S. Oliva, terra della Baronia di Rocca Guglielma, costui teneudo molti capi di squadra sotto di se, manteneva in campagna più di quattrocento Forestiti, e venne in tanta insolentia, che trà gl' altri ardiri, che mostrò con la corte regia a di 30. Maggio nell' anno 1594. giorno di lunedì della Pentecoste, fu che passando per il territorio della Terra di Mignano D. Alvaro Unzeda Spagnolo Auditore di D. Emanuel Pontio di Lione Comissario contra Forasciti mandato dal Vicerè del Regno, e proprio dove hora si dice lo fosso della rava, portando seco una quantità grande de' carcerati; oltre molt' altri soldati, acciò guardassero detti Carcerati dall' insolentie di essi Forésciti, dett' Angelo con ottanta altri de' suoi seguaci intesero l' avviso, trovandosi da quei contorni, l' uscirono in contro, e di poi averli assaliti, & l' Auditore, & li soldati con una vituperosa fuga lasciorno li carcerati in potere di essi Forésciti, quali in un' subito disciolti furono, e condotti sopra una montagna ivi vicina, & con quest' occasione non voglio mancare di riferire un' atto magnanimo fatto da detto Angelo in persona de' detti carcerati, quale fu, che di poi haverli condotti in detta Montagna, li fe ridurre tutti insieme, e feceli un' accommodato raggionamento, dove trà l' altre cose, li disse la vita infelice, che si sopportava da Forésciti, e però essortava tutti a fuggire tant' infelicità, mà se però alcuno desiderava di seguirlo, esso l' haveria dato arme, & vestiti, e se volevano tornare alli loro paesi l' averria dato tanto denari, che li fossero bastati per il vitto fin' a tanto, che ivi fossero gionti, mà alcuni, che furono disperati più dell' altri, elessero la strada di seguirlo, & altri poi elessero di pigliarsi li denari offertoli, & avendoli riceputi sen' andorno alli loro paesi magnificando il nome d' Angelo Ferro dounque giungevano (mà stavano poco sicuri d' essere di nuovo carcerati dalla giustizia), onde pareva, che ormai, per la gran copia cresciuta di lore, nè da viandanti, nè d' abbitatori in qualsivoglia luogo si possa stare sicuro dall' oltraggi, & assassinamenti di quelli, alla fine D. E. Herrico Gusman Conte d' Olivares Vicerè di Napoli mandò Carlo Ioffredu Marchese di S. Agata, acciò con il valore, e con il senno oppugnasse, & estinguesse detti Forasciti dandoli il mero, e misto imperio sopra di ciò, mà esso di Ioffreda più con il senno, che con l' arme volse estinguere essi Forasciti, perche circa la fine dell' anno 1595. fe trattare con detto Angelo, e suoi seguaci, se volevano andare a servire S. M. E. alla guerra di Fiandra per trè anni continui, esso l' haverria dato l' indulto, finalmente di poi molti trattamenti esso Angelo, & altri settecento de suoi seguaci se contentorno andarveci, e nella primu vera dell' anno 1546. sotto il governo del Colonello Aniballe Macedonio cavalier' Napolitano si mesero in viaggio verso la Fiandra; dove gionti mostrorono più viltà con l' inimici della santa sede, che con gl' amici di queste parti, e quell' altri forasciti, che rimasero, parte con il medemo indulto concessoli andorno a servire altri potentati, e parte furono dissipati da lor' nemici in questa parte, e parte furono dalli Soldati regii discacciati, & così per virtù di detto Carlo, mà prima per voler' di Dio, restò libera questa povera Provincia, che ormai era quasi diffabitata per tante calamità.

Eadem narrat D. Honoratus Neapolitanus in Brevibus Annalibus Cassinensibus, additque insuper. *Venne in San Germano nel nostro ospizio D. Carlo Laffreda Marchese di S. Agata contro li suddetti banditi con amplissima potestà datali dal Vice Rè per estirparli, o pure d' indultarli, con condizione,*

che

che andassero a servire in Fiandra sotto il Colonnello D. Annibale Macedonio nobile Napolitano del Seggio di Porto. Il Leffreda vedendo, che la forza non giovava, si servì della dolcezza con indultarli tutti con la sudetta condizione, e creò Capitano il sopradetto Angelo Ferri. Vid. Dominicus Antonius Parrinus in Theatro Heroico, & Politico Regiminis Proregum Neapolitanorum, cum de Prorege Johanne Zunica agit, ubi scelestissima mala commemorat regno a Grassatoribus illata, quos inter, solus Benedictus Mangonus quatuor centum homines occiderat. Adnotanda etiam quæ in diariis suis antea dixerat D. Hieronymus an. 1591. *In questi di non si poteva piu sopplire alla fabrica della clausura, & in monasterio all' arena, & pietre, quando il Signore a' aperse un tesoro de l' uno, & l' altro in casa nel primo cortile sotto l' istesse fabriche, quale con il cavare per ridur a un piano tutto il monasterio si trovò tanta robba, oltre i porfidi, serpentini, marmi, & altre pietre lavorate, di arena copia grandissima, & di pietre nuove altre volte usate, che ne ritornorno l' animo, & le forze.*

Si vidde la grandezza del monasterio altre volte, & i vestigii de gl' incendii, dove erano state chiese sopra chiese, & queste anche sopr' altre fabriche costrutte rovinate da barbari, & teremoti, e di nuovo refrabicate in altra forma, non sapendo i fondamenti delle prime. La chiesa era sotto il refettorio, & la porta, quasi grande com' è quella presente d' oggi, costrutta come questa, con varii ornamenti, e pitture.

Abbas Hieronymus Visitator cœnobii de Ferraria constitutus.

Eidem Abbati Hieronymo jussu Clementis VIII. onus demandatum ab Archiepiscopo Montis Regalis, & Audoeno Cassani episcopo, ut monasterium S. Mariæ de Ferraria Ordinis Cisterciensis inviseret, omniaque decerneret, quæ cultui divino, ac Monachis opus essent. In Epistola ad id scripta hæc præ aliis leguntur. *E per l' opinione, che abbiamo della pietà, e prudenza di V. P. non le ricordiamo cosa niuna in questo particolare.* Et in epistola ad Abbatem Commendatarium ab iisdem data. *Et a noi ha commesso sua Santità, che scriviamo a V. S., che riceva, & esseguisca con ogni obedientia gl' Ordini del detto Pre. Abbate, il quale per* nota. *la qualità sua meritaria, che d' ogni suo ricordo si tenesse molto conto, quando bene non v' intervenisse l' autorità di nostro Signore, a chi duole, che V. S. non abbia voluto da se stessa provedere a quel, che doveva, come le è stato in nome suo ricordato altre volte. &c.* Meminit hujus visitationis idem Hieronymus hisce verbis in Diariis. *Da Roma d' ordine di nostro Signore in tant' angustie, fù commessa la visita, & provisione dell' Abbadia della Ferrara all' Abbate, dove delegato apostolico gli convenne eseguir' à 28. di Febraro, nè pare di pretermettere, oltre gl' atti, che si conservano nell' Archivo di questa essecuzione à nostra istrazzione, di toccare la miseria, in che si trovano quei monaci comendati infelici, che li pioverà sopra in ogni luogo, in chiesa, in cella, & eran allagati ancora, quando non veniva acqua di sopra, l' aria inclemente entrava per le fenestre, in chiesa, oltre le porte senza chiadende, ò riparo di niuna sorte, non aver' da sciugarsi nè fuoco, nè panni senza strammenti, vesti, utensili, doi, ò trè vasi, & otto, ò dieci piattelli, senza poter' coprire le tavole, nè sciugarsi il viso, letti d' Animali, e tutta l' habitazione non da uomini. Le vesti, & vasi ecclesiastici pochi, & quasi in pezzi, dir' l' officio in libri accatati, vino à giornata, pane da fameglì, si può pensare del resto, non havendo pur' luochi de' i bisogni naturali, e dal' altra banda cantar' al sereno dì, & notte gl' officii con quello della* nota. *Madonna indispensabile, e da Morti, & altre molte devozioni, & suffragii, fino alla benedizzione della mensa in canto con le grazie, erà parieti coperti d' erbe, & pavimento di fracidume, intanto, che come havea preso già il luoco di Ferrara in nome dalle fiere, hoggi è ritornato in stato peggiore dalla vita peggio, che di fiere come repugnante alla humanità di quelli infelici, quali non son' per questo liberi dal rigore antico, & aggiunte moderne della vita monacale, mà pare, che quello, che hanno mancato gl' avi, si risquoti da questi, & mentre non conobbero l' honore della Signoria, sian' comparati ai giumenti, & piaccia al Signore, che come forzate non siano accetti tanti patimenti, & non gl' avenga come à i Palestini d' osservare la legge fuor' di tempo rigorosamente, & in danno, ò disutile, & sieno essempio à noi mentre potiamo meritare di far di modo di non cadere, come sono anche i nostri antichi cadati in luoghi diversi, & anche in questo Sac. Monte in simil miserie, & forse peggiori, mà di meritare la grazia di lassare in stato migliore i successori nostri, essendoche non si guardando alla gravezza, ch' apporta il cadere, non ci giovi caduti il far' poi oltre le forze, essendo difficilissimo il regresso, come si è provato in quelli, che con il favore del SS̃mo Padre, & altri notabilissimi ajuti, à pena gli si può in parte soccorrere, essendo che i possessori servendosi delle grandezze, & intrate della chiesa, & monaci per arme contra questa, e questi, con non lasciarli levar' capo, tenendoli percossi avviliti, & al tutto oppressi. Furono approvate le cose fatte da quella visita, & comandato al Nuntio di Napoli, che le facesse eseguire.* Quæ hic referre voluimus pro nostra erga laudatissimam Cisterciensium congregationem observantia, atque ad posterorum documenta. Agit de insigni hac Abbatia Ughellius in descript. Episcop. Teanen. a col. 552. ad 569.

V.

VIRI PII HOC SÆCULO.

D. Angelus de Fagiis a castello Sangri Monasticum habitum in cœnobio nostro induit an. 1518. die 14. Aprilis, semperque maxima morum probitate, ac gravitate illustris deinceps fuit, ut ii testantur, qui cum eo diu vixerant, illiusque mores perspectos optime habebant, nam Arnoldus Wion Monachus S. Benedicti de Padolirone, qui lignum vitæ duobus tomis Venetiis edidit, an. 1595. cap. 16. lib. 1. pag. 31. hæc de eo scribit: *Angelus Sangrinus tertio præfuit annis tribus. Obiit Casini anno Domini 1593. die 17. Martii hora 16. ætatis suæ 93. assumptæ religionis 74., & ibidem sepultus est. Vir fuit dum vixit reverendus, & omni bonitate, & sanctitate redimitus, religione, & conversatione probatus, & in divinis scripturis versatissimus, Poeta quoque non contemnendus, ut ejus opera indicant, quæ ut pœne sunt innumera, ita, & pietatem ubique redolent. Vide autem subjecta &c.*

D. Johannès Evangelista Neapolitanus, qui & Monachus Cassinensis evasit die 24. Junii 1563. de Angelo Elogium texit.

Sancte senex hodie, quo non clementior alter,
Nostraque, nec pessum Sacla dedero mala:
Paupertas, cui semper adest, humilisque voluntas,
Et caro, candenti semper honore micans;
Haustus, qui dulces sacris a phocidos urnis
Ad nos deducens, flumina lata facis:
Regia Syderei, cui jam patet aula Tonantis,
Es pedibus calcas terrea queque tuis:
Caruleo suspensa Polo mens, cujus anhelas
Elysias sedes, tecta beata, Deum.
Cujus fulta domus quondam labefacta Casini
Civibus ingratis, Numine constat adhuc;
Accipe Johannis non lata sonantia metra,
Quid leta? hac olim fiuximus, aegra modo.
Humidulis tegor a Caveis, similisque madenti
Rana, fluminea condor in ade miser,
Et vitreos humor dentes, pituitaque jugis
Hac stomachum, illa caput non requiesse sinunt.
Sollicitat me chare Pater non parva cupido
Et pectus cruciat, nocte, dieque meum.
Te simul, & Socios, sedesque revisere sanctas
Fert animus, votis annue quaso meis,
Ter deni nobis sex jam numerantur, & anni
Intempesta caput canitiesque tegit.
Non atate quidem senui, sed cladibus, heu, tot
Nostra quibus perpet subdita vita fuit,
Sexque decem messes Cereri, totidemque Liao
Vidimus arva patri deposuisse suo.
Hac inter Fratres tam longa temporis hora
Nulla ni nocuit Musa jocosa mihi.
Exilium crudele tuli quin pluribus annis
Non culpa decoris, sed ratione mei.
Quem Calaber turbare volens, suadente maligno
Hoste mea Patria, dispulit ade sacra
Tu mihi certus ades testis pia cura nepotis
In nostrum peperit tanca pericla caput.
Ne male suadentum mores sequeretur iniquos,
Nescius & lata curreret ultro via.
Quo demum miser in praceps ad multa ruisset
Prasentis vita vix fugienda mala.
Jam nostris extrema manus finisque liceret
Damnis, qua pendent semper adaucta mihi.
Culpavi si quid, detur puerilibus annis
Et superi norunt parcere sape pii.

D. Jacobus Cavacius an. 1583. factus Monachus S. Justinæ de Padua hæc in Historia cœnobii sui edita an. 1606. de Angelo nostro ait lib. VI. *Subiit hic Ignatii Vices D. Angelus Sangrinus Monachus Cassinensis, sanctitate, & eruditione illustris. A Scholasticis disputationibus ad lectionem veterum Patrum conversus, inde tantum hausit doctrina, ut publice disserens, ex eis catenas, & centones probe conficeret. Ad Poesim natus multa subsecivis horis conscripsit, qua pietatem, & eruditionem olent. Ea Patavii, Roma, ac Neapoli impressa ubique leguntur. &c.* Pluraque refert pro utilitate illius cœnobii ab eo facta. D. Hieronymus Abbas in Diariis suis hæc habet. *A di 4. di Novembre 1592. essendosi partiti li PP. Visitatori molto sodisfatti, avendo voluto il reverendo Padre D. Angelo Abbate titolare trovarsi in visita in quella età decrepita, e congratularsi de i progressi del Sagro Monte cosa insolita, e dismessa da questo Padre di tutti da molti anni attendendo solo al gusto delle cose spirituali e quiete &c.* Et an. 1594. post narratam D. Eusebii Abbatis Cataniæ, & Monachi Cassinatis mortem, subdit de Angelo nostro. *Anniversario del reverendo P. D. Angelo, che, nell'istesso dì, l'anno avanti, volse, consapevole di quello, che doveva succedere, il SSmo viatico, & l'estrema unzione spirando doppo il riposo di un altro dì, pieno di buone opere, & santi esempi conforme alla vita, in mano de i suoi figliuoli in orazioni, & salmi sino all'ultimo spirito, essendo per compire anni settantacinque vissuto con l'habito nella nostra Congregatione, fu di dolor commune con i secolari di tutti i nostri. Era in tanta opinione di santità, che le donne di S. Germano avevano congiurato di rapirli le vesti sino a i peli, gli si fecero esequie solenni dal clero, & con lacrime, e molt'affetto d'animo.*

D. Placidus Petruccius Monachus Cassinensis omnium fusius in annalibus suis de Angelo hæc scribit. A. 1559. de Angelo Sangrino hujus monasterii Abbate CVIII. cap. 62. lib. 9.

Per idem tempus turbatus erat terrarum orbis, Italiaque intestinis seditionibus vexabatur, & ut sæpe in bellis contingere solet, Monachorum observatio in hoc cœnobio facta erat remissior, cum monachi Cassinates de Abbatis postulatione tractantes divino quodam instinctu, internisque significationibus Angelum Sangrinum hujus cœnobii professum, & tunc Abbatem S. Severini, quem scripturis optime imbutum, & sanctis moribus adornatum sciebant, & utilem pastorem futurum sperabant a patribus in comitiis congregatis sibi dari in Abbatem per internuncium magnis precibus postularunt. Qui Angelus cum fratrum Cassinensium voluntatem cognovisset, non in superbiam se extulit, sed jejuniis, & orationibus causam omnino Domino commendavit. Patres vero Cassinatibus Fratribus morem gerere cupientes communi voto Angelum prædictum in Cassinensem Abbatem eligunt. Electus itaque post paucos dies cum sociis, qui tunc ibi aderant, domino comitante Cassinum properans versus Aprmium iter arripuit, atque decimo quarto Kal. Junii ad castrum nostrum S. Petri de Avellana perveniens magno incolar. plausu, & letitia susceptus est. Primum pueris ipsius castri procedentibus, deinde fœminis subsequentibus, postremo universis hominibus clamantibus, & dicentibus, Vivat S. Benedictus, vivat Pater Angelus. Ubi ob oppidanorum benevolentiam, quia ibidem a puero fuerat educatus, per aliquot dies comoratus est. Inde ad castrum S. Eliæ omnibus oppidanis exultantibus descendit. Audito Abbatis Angeli adventu cives S. Germani confestim ad eum suos syndicos mittunt, qui eum totius universitatis nomine salutarent, atque ad proximum festum SSmi corporis Christi, in quo rem divinam ex more celebraturus erat invitarent, qui licet longo itinere fessus, amore tamen civium annuit. Itaq; nono Kal. Junii civitatem versus magna populi comitatus caterva pergit. Cum autem ad Sangermani urbem apropinquaret, frequentes hominum copia ei obviam prodierunt.

In primis pueri palmas gestantes, deinde pedestrum, equestrumque multitudo: qui lætissimis animis, ingentique letitia eum salutantes acclamabant, felicior sit Augusto, ac Trajano melior, sicque ad civitatem deducunt, cum vero prope portamque S. Johannis dicitur perventum fuisset, puer in vatem gressus hæc carmina decantavit.

Urbs

Urbs nostra auratos posito squalore capillos
Indue, & aurata candida veste nite,
Tu quoque celsa sacri domus alma augusta Casini
Ad cœlum erectas tendere perge manus
En venit, æthærea tandem Pater Angelus arce
Angelicos mores nomen, & ora refert
En speratus adest tanto post tempore, qui nos
Angelico fuerat, officioque regat.
Ingredere ergo urbem Præsul pater optime fœlix,
Intersis populo dulce decusque tuo; (dixit
Cui, & ipse pater Angelus versu statim respondes,
Sit precor ingressus Domino aspirante secundus,
Ut valeam populo ferre libenter opem.

Quibus dictis civitatem omnibus lætantibus ingreditur, in cujus aditu, & aliis urbis locis SSmi Patris Benedicti insignia apparebant, ac scriptum erat: Benedictus qui venis in nomine domini. Postero die solemniis celebratis, peractoque prandio, Petrus Germanensis monachus hujus monasterii coram ipso, ac monachorum, populique assistentis cætu orationem habuit de laudibus Patriarchæ nostri Benedicti, ac Abbatis Angeli, qua perfecta omnes ad propria redierunt, Angelus vero Abbas post paucos dies montem Casinum ascendens a Monachis obviam ad monasterii januam occurrentibus, magna omnium letitia suscipitur, & ad ecclesiam, ut SSmi Benedicti reliquias, simul venerarentur, deducitur.

De vita moribus, & Doctrina Angeli Sangrini Abbatis Cap. LXIII.

Anno igitur dominicæ nativitatis millesimo quingentesimo quinquagesimo nono Angelus Sangrinus in hoc monasterio Abbas constitutus est, præfuit autem in magna religione, & sanctitate annis undecim diversis licet vicibus, in quibus statum monasterii & circa monasticam disciplinam, & regularem observationem, quæ tunc valde declinaverat, nec non cœnobii restaurationem mirifice dilatavit: ut merito plus ceteris Abbatibus nostræ congregationis Deo ita disponente, & Sanctissimo P. Benedicto intercedente præesse dignus fuerit. Natus est in oppido castri Sanguinis in citeriori Aprutio sito, honestis parentibus procreatus, patrem habuit natione Siculum ex familia nobili Riccorum Messanæ urbis, qui a pueritia sua literarum studiis traditus a consanguineis usque adeo profecit, ut neminem suæ ætate habuerit parem. Deinde crescentibus annis divina inspiratione attactus sub Vincentio Abbate in hoc cœnobio cum sexdecim annorum esset, monachus factus est, ubi se spirituali exercitio totum dedit, ita ut in multis etiam senioribus juvenis exemplare virtutum existeret. Fuit autem quantum ad dispositionem corporis attinet, homo satis decorus, & statura mediocris, vultu pulcher, & jocundus, incessu rarus, & firmus, voce sonorus, sermone facundus, atque disertus, moribus vero compositus, & placidus erat, consilio promptus, & cautus, & in omnibus actionibus circumspectus, mitissime, ac tranquillissime inter fratres conversationis extitit, & nullum unquam per injuriam offendit. Denique cum tanta se diligentia ad serviendum omnipotenti Deo contulit, ut semper in chorum cum primis intraret, exiretque cum ultimis, & die noctuque lectioni scripturarum, meditationibusque sanctis & orationibus ferme continuus vacaret. nota. *Ingenium ejus subtilissimum, & in omni scientia, tam humana, quam divina eruditus fuit, quemadmodum sua præclara volumina ostendunt, quæ, & monachus, & demum Abbas edidit, quæ si quis diligenter cum intellectu revolverit, quanto intellectus acumine præditus fuerit, sciet; ab adolescentia enim sua (ut diximus) in monasterio constitutus, omne illud tempus, quod ex horis regularibus, & cæteris laboribus monasticis superesse potuit, aut orationi impendit, aut studio bonarum litterarum.*

Nemo illum in cœnobio, vel extra unquam vidit otiosum. Semper aliquo spirituali, vel certe literali fuit intentione occupatus. In ea facultate, quam poesim vocant, eruditissimus fuit, ut merito ab omnibus pius poeta vocaretur.

Quid autem ediderit obiter indicabimus &c. Descriptisque lucubrationibus Sangrini, subdit.

De optima conversatione Abbatis Angeli Sangrini, & de ejus promotione ad diversas dignitates Cap. LXIV.

Præterea in Sac. Scripturis studiosissimus fuit, in quarum lectione dulce contubernium omni quo advixit tempore habere consuevit, erat vir per omnia dignus honore, cujus etiam dispositio corporis quendam reverentiæ cultum ab intuentibus exigebat. In exhortando multum valuit, ita ut dulcedine vocis, & quadam authoritate sermonis modestissime, præstans, animos auditorum in sua videretur habere potestate, dum quicquid dicere voluisset administrabili facilitate, pulchritudineque auditoribus potuis persuadere. In corrigendis vero dolinquentibus, & si aliquando videbatur severus, mira tamen prudentia, & discretione utebatur, tantaque sagacitate morbos animarum discernere, & curare noverat, quanta nullus medicorum corporum ægritudine sanare potuisset. Summa in Deum charitate fervebat, pro cujus amore, nullis laboribus, nullisque parcebat expensis, quibus vel Dei honorem, vel proximorum salutem operari potuisset. nota. *Corpus suum abstinentia, vigiliis, orationibus pene continuis pro Christi amore macerabat. Jucundus erat in conversatione fraterna, non dissolutus, ineratque ei cum gravitate pastorali dulcis affabilitas, qua cunctos in sui favorem facile attraxit, Fratres suos, & in Christo filios mirabili dilectionis affectu fovebat, singulorumque causas, & necessitudines non secus, quam animam suam curare studebat. Nullus unquam suorum quantumlibet tristis, vel tentatus ad eum gratia consolationis accessit, qui non dulcedine verborum ejus abiret magnifice consolatus. Summa in pauperes clementia fuit, omnesque infirmos, egenos, debilesque, quos reperit, paterno fovebat affectu, usque adeo se vestimentis multoties spoliaret suis, quibus nuditatem alicujus pauperis operiret.* nota. *Multa enim pauperibus, & hospitibus larga manu distribuit, & tamen in omnibus curam fratrum non neglexit. Magnus fuit charitatis amator, ut neminem Deo servire volentem repelleret, non paupertatem, non imperitiam personarum attendit, sed omnes ad obsequium creatoris venientes, nobiles, & ignobiles, divites, & pauperes, doctos, & indoctos, sine generis, aut gentis discrimine admisit. In victu, & amictu, nec curiosus fuit, nec superfluus, mediocritatem in omnibus amavit. In mensa nunquam cibariis, aut poculis uti singularibus consensit, sed mox, ut quippiam talium fuisset ei appositum,* infir-

infirmioribus distribui præcepit, omnem notam singularitatis in exteriori conversatione fugiendam Monacho ex regula docebat, qui tamen in conversatione interiori laudabiliter multum singularis erat. Nam in compunctione cordis, in devotione mentis, & in fervore divini amoris multum fuit singularis, adeo ut se in quotidiano lacrimarum, & orationum sacrificio totum mactaret Domino. nota *Quibus autem gradibus ad præsulis culmen ascenderit, breviter referam. Audita itaque Patres fama religiosæ conversationis Angeli Sangrini Decanum hujus monasterii ipsum constituentes novitiorum etiam regimen ei tradiderunt, quod cum quatuor strenue exercuisset annos ad Prioris munus assumptus est, in quo annos octo tres in monasterio Cavensi, & quinque in hoc cœnobio perseverans ad Abbatiæ dignitatem promotus est, in qua usque ad decrepitam senectutem perduravit. Namque primum Abbatiam S. Mariæ de Grancia in Sicilia duos rexit annos, Abbatiam Montis Realis annum unum, Abbatiam S. Nicolai Cathanea annos quatuor, Abbatiam Cavensem annos tres, Abbatiam S. Severini Neapolis annos sex, Abbatiam S. Benedicti de Mantua annos quatuor, Abbatiam S. Justinæ Paduæ annum unum, Abbatiam Cassinensem annos undecim. Præterea Diffinitor annos sexdecim, & totius Congregationis Præses annos duos extitit.*

De gestis Abbatis Angeli Sangrini, & ultima Monasterii instauratione Cap. LXV.

His igitur prælibatis ad ea, quæ sub ejus regimine in hoc monasterio relatione digna gesta sunt scribenda veniamus. Illud vero præcipuum hujus Abbatis præclarum facinus æterna dignum memoria, & laude est, cum monasterium fere totum, quod nunc extat, ipse instauraverit, ac renovaverit, nam ab eo tempore, quo Prioratus munere fungebatur, omni diligentia hujus cœnobii instaurationem inchoavit, cum vero Abbatiæ onus suscepisset, animosior factus, nihil ei magis cordi fuit, quam, ut monasterii renovationem ab eo inceptam perficeret; convocatis itaque artificibus ad opus necessariis, cœpit illorum uti consilio, & quid mente gereret aperire. Igitur consilio, tam architectorum, & aliorum artificum, quam prudentum virorum accepto, primum dormitorii fabricam ab orientali plaga, alias ab eo inceptam persequi est aggressus, firmissimisque muris exterius cingi curavit, ubi cellas plures pro Monachorum habitatione decenter construxit, nam prius multa Monachorum cubicula contignatis tabulis claudebantur, præterea dormitorii superioris tectum, quod lateritiis tegulis veterum more coopertum, ac monachorum negligentia, temporumque malitia semidirutum erat, renovari mandavit, suppositisque trabibus ligneum abjetis tabulatum arte sculptum posuit. Quibus peractis ad officinas construendas in monasterii partibus inferioribus ab ipsius montis latere meridionali in corpore durissimi saxi ferro præcavatas non sine magno labore, & expensis se convertit, videlicet domum Aromatariam, Vestiarium, Tostrinam, Lavatorium, cellamque vinariam, quæ omnia cum ex sententia perfecisset ad claustrum evertendum, prope dormitorium satis vetustum, & deforme erat, novumque magis decorum, & amplum exigendum se accinxit. Interea lapides ex hoc monte quadratos, & ligna, cæteraque ad tantum opus necessaria magnis sumptibus fecit adduci, & quicquid requirebatur ad novi claustri ædificium copiosissime præparari. Demum cum prædicti claustri partem unam ipso sui regiminis quinquennio extruxisset, reliquæ deinde partes a suis successoribus, atque ab ipsomet, dum iterum atque iterum ad hoc regendum monasterium venit, perfecta sunt, non solum autem ipsum claustrum, sed etiam ecclesiæ, cappellas claustro adhærentes, nec non refectorium, & coquinam Fratrum, Refectorium quoque hospitum, Cellariam, Capitulum, Bibliothecam, atque cubiculum ignis communis egregius Pastor, diversis licet temporibus, quibus huic cœnobio præfuit, construxit, & sicut hodie videntur renovavit, ut merito inter præcipuos Cassinensis cœnobii instauratores connumerari possit. Hujus etiam Abbatis tempore primo videlicet sui regiminis anno sepultura Petri de Medicis, quæ in hac ecclesia erecta perspicitur perfecta fuit. Nam lapideas imagines Apostolorum Petri, & Pauli, ipsiusque Petri de Medicis, ac sepulchri arca, quæ longo tempore Florentiæ servata fuerant, Abbatis Angeli jussu a Florentia Cajetam, usque maritimo itinere, deinde per flumen Garigliani, usque ad portam Schauri, demum diversis machinis huc usque perducta fuerunt. Post hæc die decima Mensis Decembris anno Dominicæ Nativitatis MCCCCCLIX. canonicis horis persolutis, reque divina peracta pro anima ejusdem Petri, ossa ipsius, quæ in lateritio monumento in hac ecclesia a parte meridionali servabantur, a Cassinatibus Monachis magno cum honore, & reverentia, ut decebat, delata, magna populi comitante caterva, atque in ipsa marmorea sepultura collocata fuerunt. Per idem fere tempus, brachia S. Berthari Abbatis Cassinensis, & Martyris, sanctique Athanasii Episcopi, quæ in Sacrario in vitreis vasculis, seu capsulis cupressinis servabantur, Abbatis Angeli jussu in brachia argentea, sicut hodie extant, fuerunt decenter posita.

De tertio adventu Angeli Sangrini ad hoc Monasterium, & ejus gestis. Cap. LXXIV.

Vacante igitur Cassinensi Abbatia ob Matthiæ Abbatis remotionem, Angelus Sangrinus a Patribus tertio huic Monasterio præficitur. Electus itaque cum ingenti lætitia huc properans, Cassinum pervenit. Cui a Cassinatibus magna hominum frequentia obviam proditur, summoque cum honore, lætantibus cunctis suscipitur. Ascendenti deinde Cassinum montem Fratres usque ad januam Monasterii in occursum veniunt, osculantesque ejus manum lætanter ad ecclesiam S. P. Benedicti salutaturum perducunt, suscepto deinde pastoralis curæ onere, omne studium suum pro instauratione Monasterii, quam cœperat, adhibuit in utroque etiam cœnobii statu recte gubernando mirum in modum invigilavit bonus Pastor, nam in temporalium rerum recuperatione, & jurium defensione non mediocriter profecit. In spiritualibus vero usque adeo profecit, ut exemplo sui, qui jam septuagenarius erat, somnolentos, & pigros Monachos Juvenes ad Monasticæ vitæ rigorem, observationemque regularem die, noctuque amplectendam ipse excitaret, & verbis inflammaret. nota *Cum igitur Cassinenses Fratres ad rectiorem vivendi formam reduxisset, ad reliquos sibi subditos visitare, & corrigere se convertit &c.*

Et

Et in Cap. LXXVII. Sequitur.

Post hac anno MDLXXV. qui fuit annus Jubilei, Angelus Abbat noster a Patribus comitiorum ad Abbatiam Cavensem Sanctissima Trinitatis translatus est; Qui cum esset annorum septuaginta quinque, cupiens privatam, & tranquillam hic vitam ducere, vitaque ferte transacta negligentias, pœnitentia diluere, ut animam salvaret suam, Abbatiam in manus Patrum sponte, ac libere resignavit, resignatione autem facta in hoc cœnobio cum omni humilitate, ac pietate, permultos vixit annos. Vir certè memoria dignus, & perpetua laude apud posteritatem celebrandus, quippe totius virtutis, religionis, & sanctitatis exemplar nostris temporibus fuit, qui ex ec die, quo sancta conversationis habitum in præsenti cœnobio semel assumpsit, semper in anteriora proficiens retro non aspexit, in oratione fuit continuus, in oblatione corporis, & sanguinis Dominici quotidianus.

nota.

Post resignationem vere Abbatia absolutus a regimine hujus monasterii, ita se totum ad interiora contulit, ita Mundi curas, & negotia universa contempsit, in tantaque humilitate, & simplicitate se ipsum propter dominum nostrum Jesum Christum depressit, ut à nescientibus ipsum omnium simplicissimus esse videretur. Nemo deinceps ociosum illum vidit unquam, sed mentali exercitio spiritus semper occupatus, aut in oratione fervebat cum lachrymis, aut in lectione divinarum scripturarum erat intentus, aut in scriptione piarum meditationum, gestorumque diversorum sanctorum varie metri genere vacabat, et quoniam tranquillam, & vacuam curis sapientia mentem ejus imbuerat, & placidi pectoris hospes erat, idcirco requieverat super eum spiritus sapientia salutaris, quo animum ejus mirabiliter illustrante inter doctissimos etiam doctior apparuit, & in iis maxime, quæ ad rationem salutis, ad discretionem virtutum, & institutionem monastica conversationis pertinebant tam proprie, tam concinne, tamque ornate loqui, & persuadere non solum fratribus, & subditis suis, sed etiam alienis, tàm religiosis, quam secularibus solebat, itaut quicumque audissent, in sermone ejus vehementer obstupescerent. Totus siquidem erat internus ardens in amore Divino, plenus charitate, devotione, & pietate, unde quoties in eum irruente spiritu domini ad proferendum verbum exhortationis auditoribus suis os aperuit, non humana, sed divina verba loqui videbatur. Vivit usque hodie octuagesimum nonum atatis excedens, cum prafuisset in regimine hujus Monasterii annis undecim, ut supra diximus &c.

Fuerat Petruccius ab anno 1570. ad 1590. Monachus Cassinensis, ac proinde optime omnium Sangrini gesta nosse poterat. In serie Monachorum Cassinensium scripta a D. Honorato Neapolitano, qui Monachus evasit anno 1571. hæc in margine ad nomen D. Angeli leguntur.

Abbas Cassinensis præses, & vir sanctissima conversionis mortuus est 17. Martii 1593., hora 16. secunda hebdomada quadragesima, & sepultus est in S. Anna. D. Apollinaris Martiale a Bahuco Monachus factus est anno 1551. die 15. Januarii; ejus virtutes brevissime describit D. Placidus Petruccius in supplemento ad Petrum Diaconum de viris illustribus Cass. hisce verbis cap. 29. *Apollinaris a Bance ab adolescentia sub Laurentio de Mantua Abbate in Cassino monachalem vestem induit, ubi per triginta ferme annos Angelicam potius, quam humanam vitam duxit. Hic vir vita integerrima humanis, & divinis litteris satis instructus adeo in scripturis sacris deditus erat, ut exercitationis causa, atque ne otio torpesceret ex veteri, & novo testamento, atque ex diversis catholicis, ortodoxisque patribus innumeras aureas sententias excerpserit, & scripserit. Decanus praterea in hoc Cassinensi Monasterio existens noviciorum curam invitus, ac renitens suscepit. Tali igitur fungens officio, me licet indignum Cassinensium Monachorum cœtui adscripsit sub domino Matthia de Lignano hujus cœnobii Abbate, cum viginti essem annorum in anno Domini MDLXX. De hoc magistro meo illud silentio non prætereundum esse judicavi, quod ad vita integritatem, & puritatem pertinet. Nam talis ejus vita fuit, ut mortis sua tempore, in vigilia scilicet Nativitatis S. Joannis Baptista, eum in missa Gloria in excelsis Deo cantaretur in ecclesia, ejus anima ab ergastulo corporis egrediens, in cœlum ab Angelis deferri cerneretur. Sepultus verò est in cœmeterio S. Anna anno Domini MDLXXXI.*

nota.

D. Pius.

D. Pius Neapolitanus an. 1552. die 19. Februarii Monachus evasit, de quo hæc habet Petruccius loc. cit. cap. 23. *Pius Patria Neapolitanus ex nobili, & antiqua familia Lottheriorum civitatis Florentia ducens originem Monachus in Casino factus est sub Innocentio de Novario hujus cœnobii Abbate. Vir religione, & bonitate perspicuus, in divinis scripturis doctus, & notitia juris civilis, & ecclesiasticorum dogmatum sufficienter instructus: Qui cum xxv. annis religiose, & laudabiliter vixisset in nostra Congregatione Cassinensi existens, Prior S. Severini in civitate Neapolis, a Papa Gregorio XIII. episcopus Fundanus creatus est, de quo quia adhuc vivit meum judicium subtraham, ne in alterutram partem, aut adulatio in me reprehendatur, aut veritas.* De eo sic scribit D. Hieronymus Abbas in Diariis suis an. 1591. die 7. Februarii. *Mentre si fece il viaggio del Cetraro monsignor di Fundi Padre D. Pio da Napoli come presago della sua morte venne (in Monte Casino) essendosi trattato seco, che ricevessimo il corpo suo, & trattava disporre delle spoglie al Monasterio, però non ottenuto questo 2. intento, si condusse da se, e vestitosi da puro Monaco pochi dì appresso rese con gran edificatione de circostanti, e gran contentezza, e grazia sua nel monasterio della sua professione l'anima al creatore suo.* Episcopali dignitate fultus acerrime pro ecclesiastica libertate tuenda se gessit. Palatium ecclesiæ suæ construxit teste Ughellio To. I. Ital. sac. in descript. episcop. Fundan. col. 732. num. 44.

nota.

D. Honorius.

D. Honorius Urbevetanus factus Monachus an. 1576. die 19. Martii, de quo hæc ait D. Hieronymus in diariis suis mense Septembris an. 1593. *Mandò anco il Padre D. Onorio da Orvieto Commissario del Sant'officio di Roma in certe cause de i Falconi del Cetraro huomo di molta bontà, e valore.*

D. Chrysostomus.

D. Chrysostomus a S. Geminiano factus Monachus die 26. Junii 1529. de quo hæc scribit Petruccius, cap. 12. *Chrysostomus de S. Geminiano Calaber, Monachus Cassinensis factus sub Chrysostomo Neapolitano Abbate, postea Archiepiscopus Ragusinus creatus est; vir sanctitate insignis, reformator*

Mo-

nota. *Monasteriorum insula Melita prope Ragusiam, in scientiis doctissimus: sed & in græca lingua valde eruditus transtulit diversos tractatus a Græco in latinum sermonem. Claruit temporibus supradicti Imperatoris. Obiit Ragusii temporibus nostris, & sepultus est in suo Archiepiscopatu.* V. Wion. lib. 2. cap. 29. p. 256.

D. Hieronymus. De D. Hieronymo a Neapoli habet Petruccius cap. 16. *Hieronymus patria Neapolitanus ex nobili, & illustri Caracciolorum familia oriundus Monachus ab adolescentia factus est sub Hieronymo de Monte Rubeo. Vir humilitate summus, castitate pudicus, prudentia, animi magnitudine, morum gravitate, ac religionis conversatione insignis: nobilis carne, sed nobilior spiritu, humanis, & divinis literis sufficienter instructus. Floruit temporibus nostris, & adhuc vivit, Abbasque titularis existit.* (nota.) Monachus evaserat die 14. Septembris an. 1538. fuitque Abbas insignis monasterii SS. Trinitatis Cavæ, ac paulo post Magistratu sese omnino abdicavit. V. Ricordati die II. Histor. Monast. p. 217.

D. Paulus. D. Paulus Pica Ticinensis Monachus factus in cœnobio S. Spiritus patriæ suæ die 16. Augusti 1508. diu apud nos vixit, & obiit, atque prolixo nimium carmine, ut vocat, triumphali hactenus inedito ab Angelo Sangrino commendatur, ex quo ne molestiæ lectori simus hos dumtaxat versus adducimus.

Hunc demum studiosa Patrum sententia duxit,
Majori decorare gradu: quo dignus honore,
Factus vasorum custos: sub lege magister,
Quam bonus extiterit, non me sed vivida testor
Facta: probant juvenes, quos casto e ventre Ticini
Protulit: asperitas vitæ: moderata regendi
Cura, suprema gregis custodia, fervor amoris
Ac doctrina vigil: quem nec solertia Jacob,
Vicit in augendo: nec David strenua virtus
In tutando gregem: fœlix o pastor: ab ortu
Quem Deus elegit sibi charum e millibus unum
Fœlicem te Paule canam: fœlicia dicam
Quæ super excelso frondent arbusta Casino
Falce tua: nam qua te laudum voce beatum
Dixero, si miranda sequar? si gesta fatebor
Inclita: quæ terra, quæ cœlo testibus ipsi
Vidimus: o quoties dum nos sopor altus haberet
Tu vigil angelico conceptus agmine Divum
Intercras epulis: quoties te vidimus omnem
Absque cibo complere diem: lustrare tenebras
Cum prece nocturnas: o vir dignissime; quis te
Pertulit iratum: quis te unquam labe notavit
Conspersum invidia: vel te quis dente canino
Rynocerata fero videt cum nare misellos
Oppetere: aut mordere Patres: aut lædere Fratres
In te non odium: charitas, quia digna relata
In te grandis erat: quæ te sic præstitit astris
Ut Terris clarum quis nam dimittere posset
O fœlix anima: o summi dilecta parentis
Sponsa, quod occurrit jussis sine fletibus: hora
Adventante, Deus qua te decreverat orbis
Carcere de tetro eripere: ac ut pareat inde
Angelicis unire choris: conferre perenni
Cum requie patriam: cum regno munera vitæ
Astitit o mirum pauper, qui grandia Pauli
Gesta probet, qui magna sui testetur in Orbe
Præmia sudoris: Vos vos absolvite linguam
O quibus æthereo fas est e cardine rorem
Fundere gratificum: liceat modo vera fateri
Nec cœleste tegant infesta silentia donum
Pauper ab ignota veniens regione: Casinum
Ascendit: panem poscit cum veste: petenti
Occurrit Paulus. Nudo compassus, amictu
Exuitur proprio: fervens charitate pruinas
Non timet hybernas: gelido sub sydere corpus
Detegit, ac spolio miserum circundat egenum
O miranda viri pietas: o fervida virtus
Propria denudat cupiens aliena fovere
Membra: quid expediat miseris succurrere Paulus
Noverat o charitas, quæ mox communia fiunt
Omnia præcidit clamidem Martinus, egenti
Dimidium tribuit: vestem mi Paule, roganti
Porrigis intactam: qua te nunc dixero laude
Dignum? quo merito! vita mihi finis honesta
Exprimat. Interea simplo contentus amictu
Frigore paulatim cœpit frigere: furenti
Hinc languere malo: quo nec sacrosancta reliquit
Bis trino celebrare Deo mysteria: natis
Concilium præstare suis: operamque labori
Navare imposito: tandem ferventior æstus
Incessit: majora ferens incendia lecto
Decubuit: sperans dissolvi, ac esse per ævum
Cum Christo superans vero cum rege phalanges
Adventare piis orabat vocibus: unde
Tam gravis obrepsit morbus, quod lumine mentis
Offenso variata diu fantasmata passus
Nil aliud, quam sacra cheli modulata propheta
Cantica Davidis bucca promebat anhela
Hæc solamen erant: isthæc lamenta: roganti
Hæc responsa dabat: quo quid jucundius? Hora
Denique nocturna. Vitæ calor omnis abesse
Cœpit, & ingeminans vix rauco e gutture vocem
O Deus: angelico actutum decorandus honore
Paulus olympicas animam transmisit in arces
Hic ubi perpetuo degens patris ante Tribunal
Expiet admissi sceleris contagia nostris.

V I.

VIRI HOC SECULO

APUD NOS DOCTI.

Viri Docti.

D. Angelus. DE Angelo Sangrino hæc scribit Petruccius in supplemento ad Librum Petri Diaconi de Vir. Illustr. Cass. cap. 8. *Angelus Sangrinus Abbas, & restaurator cœnobii Cassinensis sub Vincentio Neapolitano Abbate hujus monasterii Monachus ab adolescentia in Cassino factus est vir reverendus, & omni bonitate, & sanctitate redimitus, religione, & vita probatus, & in divinis scripturis versatissimus, Poeta insignis, & admirabilis. Scripsit innumera pene opera, inter quæ hæc tantum brevitati consulens referam. Carmen heroicum de ineffabili Jesu nomine &c. Scripsit etiam quamplura alia Poetica, quæ longum esset singula enarrare. Edidit etiam Dialogos, homilias, & Sermones multos soluta oratione. Vivit usque hodie, & septuagesimum octavum excessit annum.* (nota.)

Wion lib. I. Lign. Vit. pag. 31., & Toppius in bibliotheca Neapolitana p. 19. omnia Sangrini opera describunt. Primus Angeli fœtus editus est Basileæ apud Nicolaum episcopum Juniorem an. 1561. hac epigraphe. *In Psalterium Davidis Regis,*

gis, & Prophetæ clarissimi Paraphrasis vario metri genere exculta, ita ut neque sanctæ linguæ fidem, neque interpretum sententiam, neque Poetæ diligentiam desiderare quisquam possit; Angelo Sangrino Abbate Cassinensi authore. Davidis encomium præfationis loco ab authore Psalmis præfixum. Adjecta sunt & alia ejusdem autoris poemata pia, sane, & religiosa Basileæ per Nicolaum episcopium Juniorem. Lucubrationes post Psalterii Paraphrasim sic inscribuntur. Deiparæ Virginis Mariæ Canticum Magnificat. Triumphus amoris, Christus Jesus sua humilitate humanam superbiam extundens, divitiarum cupidinem sua, qua usus est ab ortu usque ad obitum paupertate extenuandam, mitissime docet. De contemptu divitiarum, & vanitate humanæ vitæ super parabolam a Jesu dictum: Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura, & bysso, & epulabatur quotidie. Elegia prima supra verba Lucæ cap. 23. Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt, ubi apertè noscitur, quam piissime Jesus oret pro suis Crucifixoribus in Cruce: tum multo magis oret pro nostris culpis. Elegia II. De pœnis, & morte Christi Jesu. Elegia III. De immenso Christi amore in peccatorem, quo non tantum pro eo & nasci, & mori voluit, verum, & eum inter sua brachia requiescere, & e suis vulneribus opportunum in tentationibus auxilium sperare. Elegia IV. Quod nulla via sit secura, nisi via crucis, cujus fidelis ductor est Jesus, quem sequi debemus. Elegia V. Quod nostra vera salus sit Christus Jesus, quod in ejus vulneribus, & mortem peccatores plurimum debent sperare. Elegia VI. VII. VIII. & IX. ad animam, X. de Christi amore, XI. ad animam, XII. ad Jesum. Alterum ab Angelo nostro editum opus in IV. sic inscribitur. Poesis Christiana, Authore Angelo Sangrino cœnobii divæ Justinæ Patavinæ Abbate. Patavii apud Gratiosum Perchacinum 1565. Hæc initio hujus Libri Epistola nuncupatoria legitur. Floridulæ Christi Jesu pubi in erecta nuper pia divini seminarii Schola christiana instruendæ orthodoxia tum candida, tum studiosæ Congregationis Cassinensis juventuti: & ad lectorem p. 5. Apologeticum Hendecasyllabum. Primus liber hæc continet. De ineffabili Jesu nomine. De nominibus Jesu. De Nativitate Domini. De Humilitate Jesu. Pastorum salutatio ad puerum Jesum. Hymnus in Epiphania Domini. Magorum salutatio ad puerum Jesu. Quod in cruce Jesu, & non in Mundi fastu &c. sit gloriandum. Meditationes septem in septem verba Christi Jesu, quæ dum penderet in Cruce, affatus est. De misericordia & pietate Dei erga peccatorem. De desperatione post peccatum. Speculum peccatoris. Quod nullum sit tam inane crimen, quod Jesu benignitate non deleatur. Ad Jesum super illud: Pulsate, & aperietur vobis. Oratio Isaiæ Prophetæ. Oratio Jesu filii Sirach. In Hebdomada sancta. Parenæses sex. Devota Peccatoris deploratio ad S. Communionem. De contemptu divitiarum, & vanitate humanæ vitæ. Elegia duodecim de Jesu pietate, & amore in peccatorem. Epitaphium in Jesum. Triumphus divini amoris. Epicedium in mortem domini. De amore Jesu in peccatorem. De Jesu charitate, & benignitate in peccatorem. De Jesu beneficiis in hominem. De suavitate Jesu. De Jesu dilectione in peccatorem.

Secundum opus.

In altero. De Conceptione virginis Mariæ. De Nativitate. De Præsentatione. De Desponsatione. De Annunciatione. De Visitatione. De Purificatione. De Assumptione in ejusdem deiparæ Virginis laudem. Canticum Virginis. Elegia in laudem Virginis. Quod illustre Mariæ nomen sit producendum, & non corripiendum contra nonnullorum sententiam. Quod nulla creatura post Jesum excelsior sit Virgine Maria. Quod sit unica inter cæteras creaturas. Quod dicatur Stella Maris. Quod non sit stella, nec Helice, neque Cynosura. Quod sit lux, & fons gratiæ, januaque cœli. Quod sit medicina Animæ, & corporis. Quod sit Mater miserorum, & strenua patrona reorum. Deploratio peccatoris ad Virginem. Deprecatio devota ad eandem. Quod sit inter mulieres dignissima. Sex salutationes ad eandem. Oratio ad eandem Virginem pro peccatorum venia. De pulchritudine, & claritate Virginis. De laudibus Virginis Mariæ. Quod sit filia, sponsa, parens. Deprecatio peccatoris ad Virginem. Hymnus de nominibus Virginis Mariæ. Hymnus in festo ejusdem ad Nives. In tertio libro. De cruenta Innocentium strage. Hymni de Vita S. Johannis evangelistæ, S. Benedicti, S. Francisci, S. Placidi martyris, S. Flaviæ martyris, S. Berthari martyris, & Abbatis Cassinensis SS. Quadraginta martyrum. S. Mauri, S. Severini Abbatis, S. Sossii Martyris, S. Renati episcopi, Sanctorum Patrum quiescentium in cœnobio Cavensi. B. Joannis Appuli Monachi Cassinensis, S. Annæ, S. Scholasticæ, S. Agathæ Virginis, & martyris, S. Mariæ Magdalenæ, S. Catherinæ, & Epythalamium, in laudem S. Ceciliæ Virginis & martiris. Aureæ sententiæ ex nonnullis Davidis Psalmis excerptæ. In fine hujus libri hæc inedita apud nos leguntur. De Vita & obitu SS. Virginum & Martyrum Floræ, & Lucillæ. Dialogus de nonnullis cœnobii Montis Regalis rebus componendis, Interlocutores dei genitrix Maria, & Serenissimus Siciliæ rex Villermus. De Caroli Cæsaris ejus nominis Quinti laudibus. Ad Christianissimum Gallorum regem Henricum de dirimendo cum Turca fœdere lacrymabile Phalegium. Ad R. P. D. Benedictum Canophilum Hendecasyllabum carmen.

nota.

Tertium Angeli opus in 4. inscribitur. Speculum, & exemplar Christicolarum. Vita beatissimi Patris Benedicti Monachorum patriarchæ Sanctissimi per R. P. D. Angelum Sangrinum Abbatem Congregationis Cassinensis carmine conscripta. Florentiæ apud Bartholomæum Sermartellium MDLXXXVI. Illud nuncupatum est Cardinali Farnesio, atque iterum editum Romæ pulcherrimis figuris, miracula S. Benedicti repræsentantibus Romæ an. 1587. apud Bartholomæum Bonfadinum, Principi Odoardo Farnesio. Hæc hactenus inedita in cod. biblioth. nostræ sign. n. 158. leguntur. Vita S. Benedicti in quatuor Cantica. Vita S. Gregorii Nazianzeni in tria Cantica, Vita S. Januarii Episcopi, & martyris in tria Cantica. Vita S. Donati episcopi & martyris in tria Cantica. Vita S. Margaritæ Virginis, & martyris in tria Cantica. Vita S. Agnetis Virginis, & mart. Vita, & passio SS. Virginum Floræ, & Lucillæ in tria Cantica. Vita S. Claræ de Assisio. Vita & passio S. Christinæ Virginis. Vita, & passio S. Barbaræ Virginis. Vita & passio S. Ursulæ Virginis in tria Cantica. Vita & passio S. Benigni in quatuor Cantica. Vita sancti Bruni Signensis Episcopi in tria Cantica. Vita sanctæ Mariæ Magdalenæ in tria Cantica. Vita S. Marthæ Virginis in tria Cantica: Vi-

Tertium opus.

Quartum opus.

ta

ta S. Mauri Abbatis in tria Cantica. Passio sancti Stephani Prothomartyris in quatuor Cantica. Vita, & Passio S. Luciæ Virginis. Passio Sanctorum Innocentum in duo cantica. Vita B. Vilelmi Anacorita. Vita B. Petri Abbatis SS̃mæ Trinitatis Cavæ in quatuor Cantica. Passio S. Justinæ Patavinæ Virginis. Passio S. Euphemiæ Virginis, & Mart. Passio S. Juliæ Virg., & mart. Passio S. Apolloniæ virginis, & mart. Triumphale carmen de vita, & obitu domni Pauli Papiensis. Vita S. Romualdi eremitæ. Encomium montis Camalduli; Sylva ad eruditum P. D. Prosperum Martinenginm Brixianum. Vita B. Alpherii Abbatis SS̃mæ Trinitatis Cavæ in quatuor cantica. Vita B. Leonis Abbatis SS̃mæ Trinitatis Cavæ in quatuor cantica. Vita B. Constabilis Abbatis SS̃mæ Trinitatis Cavæ in quatuor Cantica. Vita, & Passio S. Johannis Baptistæ in tria volumina. Vita, & Passio S. Placidi Abbatis, & martyris in quatur volumina. Vita S. Mauri Abbatis in quatuor volumina. Encomium ad illustriss. Ugonem Gallum Magnum Rhodi Magistrum, Encomium ad R. P. D. Victorinum Atellanum Abbatem sac. Monasterii Cavæ. Ad eximium V. J. D. Domnum Leonardum Petram podagra laborantem. Ut quosdam ab Angeli mente scrupulos ob suam in Psalmos Paraphrasim eliminaret, hánc ad eum epistolam dedit Cardinalis S. Severinæ. *Molto Reverendo Padre. Quando da V. P. mi fu scritta quell' altra lettera, li fo subito risposto, e mandata la resolutione di quel, ch' ella desiderava intendere. Hora avendo reccvuta un' altra dal Padre Cellerario intorno al medesimo particolare, li respondo il medesimo. Che V. P. può liberamente senza scrupolo alcuno tenere, e leggere i suoi versi fatti sopra la sacra Scrittura, essendon pieni di meditationi santi, & devoti. Ma quei sono prohibiti, che passano à fatto la littera de la Sacra Scrittura, o perverteno il senso, e che trattano con puoca veneratione li sacri misteri, e che contengono cose vani, e fabulose, o inutili, e curiose, senza edificazione, o ne quali miscentur Sacra profanis con comptento delle scritture, e scandalo di fideli. In tanto mi raccomando alli suoi santi Sacrificii, e continue orationi, e dal Signore li prego ogni salute, e contento. Di Roma a XIII. di Luglio 1577. Di V. P. R. Come Fratello. Il Cardinal di Santa Severina.* De Cardinali Julio Antonio Santorio vulgo S. Severinæ, ejusque virtutibus agit fuse Ciacconius cum Oldoino To. III. nu. 10. col. 1042. Ughellius To. IX. in descript. Archiepiscoporum S. Severinæ nu. 36. col. 486. Nicodemus in additionibus ad Bibliothecam Neapolitanam p. 141. & seqq. At de opere Poeseos Christianæ, ejusque Authore agit luculentissime Hieronymus Girellus in hac epistola, quæ Operi præfixa est.

Angelo Sangrino Abbati S. Justinæ in Civitate Patavina Frater Hieronymus Girellus Brixiensis publicus Theologiæ interpres S. D. Legi tua carmina integerrime Pater summis, mediocribus, & infimis frugifera, nulli tamen tam necessaria, quam iis, qui sese religioni votis abstrinxerunt, quibus potissimum hic desudavit labor, quorumque tota vita in rerum divinarum contemplatione insistere debet. Hoc te nemo melius præstasse hactenus mihi videtur. Nam dum de Deo Opt. Max., ac rebus Divinis, quæ animo concipi, imaginatione fingi, oratione complecti vix possunt, carminum felicitate quadam incredibili multa modularis, plurima de ejus unigeniti Christi Jesu Salvatoris nostri Passione, & gestis, Deiparam virginem celebras, ac eorum Divorum vitam delineas, quos Deus pro sua ineffabili clementia patria sua dignatus est, & regni cœlestis, quod quidem premium est certaminis pro Christi gloria amplificanda suscepti sive sanguinis effusione, sive carnis maceratione, consortes efecit, ab his inferioribus ad superiora, a perituris ad nunquam desitura mortalium animo revocas, allicis, & quasi manu ducis. Doces enim quomodo Deus verus ubi est quieta vita omnis fructus, colatur, & ad vitam vere beatam, quæ non nisi eterna est, perveniatur, ubi jam nec prudenter discernentur mala, quæ non erunt, nec fortiter tolerabuntur adversa, quia non ibi erit, nisi quod amemus, & quo fruamur, quod ut facilius consequi possimus, sanctorum nobis exempla proponit, aut ut imitemur, aut saltem discamus quomodo his calamitatis temporibus vivendum sit, & recte vivendum, ut tandem summam illam Beatitatem, & Regnum nobis ab Orbe condito promissum adipiscamur. Sapienter itaque facis, & consulto, dum metrica oratione ea concinis, quæ sola beatum hominem reddunt. Spero autem hoc aliis eventurum, quod mihi accidit inter legendum, sensi enim in me, sensi quadam velut incantamento delinita mitescere, præsertim cum legi septem verba illa, quæ Christus servator noster in cruce pendens proximus morti debita pro nobis satisfaciens maximas inter angustias versans & anhelans miro quodam affectu protulit. Taceo cætera a te pulcherrime decantata, ne hic omnia congeram, quæ pius lector per se videre poterit, si ea imprimenda curabis. Nemo enim est, qui non solum hoc comprobet suo suffragio, verum etiam gratiam haud vulgarem sit habiturus. Sciunt quidem quamplurimi ex tua Familia, quanta benignitate, humanitate, dexteritate, & clementia tum alibi locorum præfecturam egeris, tum vel maxime hic Patavii agas, semperque tuam gravitatem, constantiam, fidem, integritatem, præstantiam in tua religione, non solum tuenda, sed etiam augenda, curam, atque prudentiam mortalium fama celebrabit. Neque velim existimes, hæc a tuis tantum laudibus excipi, sed etiam ab aliis: tui, quibus præter ea vident, cæteri audiunt, & prædicant, ego unus, inter cæteros, semper juratus testis adero. Reliquum est igitur, ut quemadmodam tui labores honestissimi apud tuam familiam noti sunt, ita etiam eisdem alios haud quoquam defraudes. Non defraudabis autem, si eos in lucem emiseris: expectantur enim, & desiderantur summopere, id quod te facturum non dubito, si piis animis in edendis tuis poematibus eruditissimis, & sanctissimis consultum esse volueris. Vale, meque ut facis, ama, Patavii IV. Nonas Martii MDLXV. Deque Angelo nostro hæc habet Recordatus die 4. p. 461., & seqq. *Satisfacendo al resto della promessa: Vive hoggi, per comminciarmi da piu vecchi, Angiolo da Castro Sanguine, terra dell' Abruzzo, il quale da picciolo fattosi Monaco nel monasterio di Monte Casino attese di maniera a gli studi non puro delle sacre lettere, ma dell' humane ancora, che non solo ga meritato essere come è hoggi, Abate del detto monasterio, e Presidente della Congregatione, ma d' essere annoverato fra i piu dotti Monaci dell' Ordine nostro, conciosiache egli è eloquentissimo nella lingua latina, e vago Poeta, & oltr' à ciò*

cosi

così gentile, così humano, e così gratioso, e di dolce conversatione, e presenza, quanto alcun altra, ch' io abbia conosciuto già mai. Ha tradotto questo dottissimo Padre tutti i Salmi di Davitte dall' Hebreo in Ode latine di più sorti di versi con tanta vaghezza, e dolcezzo di stile, che più tosto pajono fatte nuovamente da un altro Horatio, che tradotte, così sono dotte eleganti, e dolci. Che più? Fa questo buomo con tanta facilità i versi latini, che egli puo dire come si dice d' Ovidio. Quicquid conabar dicere, versus erat. *Onde ha fatta un opera in versi, dove si tratta in sette libri della Natività, Presentazione, Disponsazione, Annunziazione, Visitazione, Purificazione, & Assunzione della Vergine Maria. In lode di cui ancora, e di molt' altr' Santi ha fatto molti hinni, & Orazioni. Ho veduto anco di lui un Dialogo, dove si ragiona de' nomi di Dio, che sparsamente si leggono nella scrittura, & altre cose assai, senza che mai non risina di scrivere, e comporre molte cose, che quando, che sia, che vadino in luce recheranno a tutti gli studiosi delle buone lettere, non men giovamento, che piacere, e pur hor mi ricorda haver veduto alcuni altri libri bellissimi pur in lode della immaculata Vergine. Ma di questo buon Padre non si può dir ogni cosa per esser egli vivo, e non meno modesto, che litterato, e osservantissimo della disciplina monastica.* Vid. Petruccius in supplem. ad Petr. Diac. de Vir. Ill. Cass. cum Notis Mari. Wion lib. I. lign. Vit. p. 31. Toppius in Bibliotheca Neapol. p. 141. Tractatum etiam edidit Angelus de Quadraginta Horarum Oratione editum Florentiæ an. 1587. quam in rem hæc ait Mari in laudatis Adnotationibus: *Opuscula, qua edidit teruntur passim eruditorum manibus impressa Colonia Agrippina. Psalmos David mira Paraphrasis arte colligavit imitatione Hebreorum quos numeris decurrere author est Hieronymus, ut & Jobi pleraque, & Hieremia Threnos: extat impressa Paraphr. ista Venetiis M D X L., & Basilea M D L X I. Roma vero M D L X X X V I I. in 4. excusa est Vita S. Benedicti carmine heroico. Tractatus quadraginta Horarum habetur impressus Florentia M D L X X X V I I. in X I I., & Tridenti in X V I.* Vid. Possevin. in Apparatu Sac., & Ciarlante in memor. Histor. Samnii cap. 20. p. 487. lib. V.

Quintus opus.

D. Honoratus.

De Honorato Fascitello qui an. 1518. die 8. Decembris Monachus Cassinensis evasit, hæc scribit Petruccius cit. loc. cap. IX. *Honoratus Hiserniensis ex familia Fascitella in Casino Monachus susceptus est sub Vincentio Neapolitano. Postea vero creatus est episcopus de Insula in Calabria, vir in Grecis, humanis, & divinis literis versatissimus Poeta insignis. Scripsit quamplurima opera, qua temporum calamitate ad manus nostras non devenerunt. Floruit temporibus Caroli V. & Maximiliani Imperatorum.* Et Mari in Adnotationibus subdit. *Marci filius natus anno M D I I. laudatus a Bembo, Johanne Casa, Flaminio, aliisque doctissimis Viris, cujus etiam poemata lepidissima leguntur apud Jovium in Elog., suntque impressa quoque in delitiis Poetarum Italorum. Insigne edidit opus de factis Alphonsi Avali Marchionis Vasti. Anno Domini M D L I. die X X X. Januarii a Julio Papa I I I. ornatus insula episcopali; praceptor datus Innocentio Montio Cardinali ejusdem Pontificis nepoti adoptivo. Meminere Joannuccius Gerus lib. I. Poetarum Illustr. Italia, & Caramella in suo Museo illustriorum Poetarum hoc disticha.*

Lacteus est Vates. Cur lacteus? undeque lactis
Nomen habet? versu est candidus, atque tener.

Interfuit Concilio Tridentino. Roma obiit mense Martii M D L X I V., ibidemque sepultus postquam episcopatum resignaverat anno M D L X I I. Vid. Toppius in Biblioth. Neapol. p. 228., & Nicodemus in Additionibus p. 190., & seqq., ubi asserit laudatum a Johanne Matthæo Hetrusco in Peplo Italiæ. *Onorato Fascitello il quale si registra a carte 346. nel catalogo de nomi di coloro, che sono nominati nella Raccolta di Rime, e versi in lode della Signora Duchessa di Nocera, vien lodato da Gio: Matteo Toscano nel Peplo d' Italia al lib. 3. pag. 78., e 79., il qual luogo qui si trascrive cavandosi da quello molte notizie così intorno alla Patria, come alle Poesie del Fascitello.*

Honoratus Fascitellus Episcop. Insul.

Fascitelle satum blanda seirenis ad Urbem
Te probat ille, madent quo tua plectra, lepos.
Parthenope aternos veris tua fundit honores:
Perpetuo vernas flore Camana tibi
Citria nativo Patria auro mala renident:
Aurea sunt musa pignora cuncta tua.
Quam tibi cum Patria bene convenit? illa Poeta
Est Patria, at Patria es ipse Poeta tua.

Fascitellum protulit Neapolis, Cardinali Farnesio ob ingenii elegantiam, charum: a quo & Episcopatu honestatus est. Purissima ejus, & dulcissima Poemata, quotquot in manus nostras venerunt, typis exaranda curavimus, primo volumine carmine illustrium Poetarum Italorum. Multo tamen majorem carminum numerum, nondum luce donatum, Poetices studiosi desiderant, quę aliquando proditura non desperamus.

Si trovano le Poesie d' Onorato Fascitello a carte 257. del primo volume di: Carmina Illustrium Poetarum Italorum *: pubblicate dal suddetto Gio: Mattee Toscano, il quale in principio vi pone i seguenti versi del Flaminio.*

Ad Honoratum Fascitellum M. A. Flaminii.

Fascitelle quid otio in beato:
Dictavit tibi rosidis sub antris
Musa candida? nil soles profecto
Unquam scribere laurea corona
Non dignum: ipse miser tumultuosa
Urbe detineor. tibi benignus
Dedit Juppiter in remoto agello
Latentem placida frui quiete,
Inter Socraticos libros, & inter
Nymphas, & satyros, nihil profani
Curantem populi leves honores.
Verum, sive aliquid Marone dignum
Pangis, sive modis Horatianis
Juvat ludere, quicquid est sodali
Tuo mitte. alii sibi, atque musis
Scribant: en cave carmina occulas, quæ
Digna sunt medio legi Theatro.

De eodem Jo: Matthai Toscani

Citria mala tua, & quot flores Parthenopes, tot
Munditia versus sunt Fasitelle tui.

&c. ac demum subdit: *Veggasi una lettera di Piervittori a Onorato Fascitello nel libro 2. a carte 36., e 37., nella quale si rallegra, che sia stato*

ereato Vescovo, lodandolo grandemente. Ughellius To. IX. in Descript. Episcop. Insulanensium col. 509. nu. 29. de magno hoc viro, præter narrata a Mario ait: *Insigne edidit opus de factis Alphonsi* nota. *Marchionis Vasti heroico versu concinnatum, cujus cum laude meminit Scipio Capice de principiis rerum.*

Tum vita unanimem socium, comitemque laborum
Fasciculum, irati rapuit quem numinis ira,
Redde meum, uiltriste illi, durumque recepto,
Ipse tuam cœlo dimissam Virginis alvo
Progeniem canet, ille Ducis, magnique triumphos
Avalida, qui nunc vires Orientis, & acrem
Impia compressit reparantem prælia Gallum.

Vid. Ciarlante ibid. p. 494. cap. 21., ubi plures laudat, qui Honorati honorifice meminere.

D. Gregorius. De D. Gregorio Urbevetano a die 24. Novembris an. 1520. Monacho pauca hæc scribit Petruccius cap. X. *Gregorius de Viterbio, Monachus Cassinensis utriusque juris doctissimus, Floruit temporibus dictorum Imperatorum, & sepultus est in Casino:* additque Marus in Adnotationibus: *Meminit Arnoldus lib. 2. ligni Vitæ, de script. Eccles. litt. G. hoc lemmate. D. Gregorius Viterbiensis I. U. D., & Monachus Congregationis Cassinensis, alias S. Justinæ de Padua, qui claruit A. D. MDXL. Scripsit tam pie, quam docte super Evangelium Joannis:* In principio erat Verbum; *Homilias, sive sermones tres, qui sic incipiunt. I. Dicibilis sermo de indicibili Verbo in verbis dicibilibus. II. In principio erat Verbum. III. Non licet filiis veritatis. Sunt m. ss. apud D. Constantinum Siracusanum Monachum Catanensem.* Ita Arnoldus.

D. Benedictus. De D. Benedicto Canophylo a Castello Sangri Monacho a die 11. Aprilis 1523. hæc scribit Petruccius cap. 11. *Benedictus Canophilus Sangrinus Monachus in Casino factus est sub Ignatio Florentino Abbate Cassinensi, Vir utriusq. juris doctissimus. Scripsit quamplurimos libros in jure canonico. Edidit quoque Repertorium quoddam in jure civili, & extractum de Foro fori, & de foro poli, qui quidem est impressus. Claruit temporibus Caroli V. & sepultus est in Casino. Quibus hæc adnotat Marus. Benedictus Canophilus de Castro Sangri fecit Compendium Juris Civilis, ac Canonici, & summam rerum. Scripsit etiam Repetitionem super primum Decretalium de Constitut. fori, & Poli, qui tractatus excusus est Venetiis anno MDXLII. in VIII., quem Bernardinus Bonfius I. U. D. Lector Ordinarius, ac Decanus Patavinus testatur a doctissimo Marco Mantua, aliisque clarissimis viris in Patavina Academia examinatum, approbatum, commendatumque merito fuisse. Scripsit etiam de Privilegiis ecclesiæ, & ecclesiasticarum personarum. De criminibus in Deum, & proximum, & pœnis eorum. Floruit anno Domini MDL.* Librum dumtaxat Canophili vidimus, inscriptum: *Compendium Tractatus qualiter judicandum sit in foro fori, & qualiter in Foro Poli, cum multis aliis ad R.P. Præsidentem, & cæteros Patres, & Fratres Congregationis Cassinensis, alias S. Justinæ per Benedictum Canophilum Monachum Cassinatem, Venetiis 1542. per Aloysium de Tortis.* Quanti habitus sit a Viris doctis hic liber satis ostendunt, & Facultas, ut imprimeretur a Patriarcha Venetiano data, & epistolæ celebrium juris consultorum Jo: Antonii Rubei, Sigismundi Brunelli, & Benedicti Bonfio, quæ eo in libro sunt editæ, atque iterum hic dare haud ab re erit.

Hieronymus Quirinus miseratione divina Patriarcha Venetiarum, Dalmatiæque Primas, universis & singulis impressoribus librorum, quibus præsens libellus dabitur imprimendus, intitulatus; summa rerum incipiens a primis legum cunabulis, cum tractatu, qualiter judicandum sit in Foro fori, & Foro poli. Salutem in Domino. Quoniam vidimus, & revidimus dictum libellum, & visus etiam fuit per multos Patavinos lectores tam legistas, quam canonistas, & propterea ipsum libellum consistentem in tribus thomis, approbavimus, & approbamus imprimendum fore, & esse, & imprimi debere, dando, prout damus per præsentes vobis impressoribus, & cuilibet vestrum, licentiam, & facultatem imprimendi, & imprimi faciendi dictum libellum. In quorum fidem præsentes fieri jussimus, & nostri sigilli impressione muniri, & per Cancellarium nostrum infrascriptum subscribi. Datum Venetiis in nostro Patriarcali Palatio die tertio mensis Decembris MDXLI.

Jo: Franciscus Gentilinus Cancellarius subscripsi.

Jo: Antonius Rubeus Jure Con: Alex. venerabili Dom. Benedicto Sangrensi Monacho divi Benedicti fœlicitatem.

Non possum non admodum gratulari Seculo huic nostro, quod aliquod insigne habeat, quo, & vetustatem vincat, & totam ferme deterreat posteritatem, quam laudem, ut sibi optimo jure vendicat: ita & tibi Benedicte Sacri cœtus jubar unicum debet. Quis enim inter cæteras fœlicissimi ingenii tui faturas, hoc recens de differentiis inter Forum Fori, & forum Poli opus non admiretur? quo nihil me Hercules mundius nihil (ut equidem sentio) examussim perfectius, aut excultius esse vel ipse torvo lumine livor fatebitur. Apage tu, quid urges? quid vexas? ut adhibeam me illi judicem. Vis Momi personam induam, ut sandalium Veneris tandem culpem, cum Venerem nequeam? nihil enim tuum ornatissime vir, aut ungue deleri, aut obelisco confodi, expungive patitur; quod vero ais, ut aliquid pro arbitrio addam hoc perinde esset, ac ebur nitidissimum atramento candefacere, aut summo soli mortale lumen inferre. Porro autem in illo tuo speculo vere aureo tam raras, tamque varias animi tui divitias vix me capiens anxie mirari non desino: quas in eo sic expressas speculari licet, ut nullus Apelles corporis effigiem in tabula repræsentet evidentius, jam vero quid de tua fœcundissima arbore? quam adeo pertinaciter, ac strobe subacta consevisti, & tanta cura produxisti, ut nullis ventorum flatibus, nullis procellis concutiatur, nulla temporum spatio convellatur, nec ullo squallentis ævi senio decoloretur, alii enim aliam arborem serere adnixi, ut Jo: Cremon. ac Bap. de Sancto Blasio: sed horum alter persuventem arripuit ubertatem: alius vero elegantiam secutus. At tu arborem hanc, & copia pariter, & elegantia, & ordine; side multa, judicio perspicaci, mira denique majestate illustrasti: ex qua omnis studiosa cohors fœtus generosissimos legat, decerpatque feliciter, perge itaque quod facis, juvare hac sanctissima jura ad commune studiosorum emolumentum, nec sciolorum ronchos perhorrescas: res enim tuas tam egregias prodire

dire admirari possunt omnes, amulari tam pauci possunt, quam nemo carpere, mihi verò ita meritissime persuadeo tam praclara, & politissima tua opera omnem esse iniuriam temporum superatura. Hoc ego sentio, hoc meum de singulari virtute tua elogium &c. Vale Religionis columen: ex Urbe Patavio IV. Kal. Maji anno ab Orbe redempto MDXLI.

Sigismundus Brunellus juris utriusque Doctor Patavinus venerabili D. Benedicto Sangrensi Monacho divi Benedicti S. P. D.

Literas tuas ita libenter, atque avide legi, ut plane appareret illa die in maximam tranquillitatem, ac latitiam animum meum reposuisse; incredibile quidem dictu mi R. P. & juris Pontificii pracipuum lumen, quo incomparabili gaudio opus tuum de differentiis inter forum Fori, & Forum poli, revidendum arriperim. Quod cum diligentissime perlegerim, tanto ex ea re sum gaudio affectus, ut vix verbis exprimere valeam. Gratulor in primis patria tua, gratulor universa religioni, gratulor demum doctis hominibus, quod Benedictus Sangrensis vir litteratissimus, ac integerrimus hodie illuxerit, qui suo admirabili ingenio, exquisita doctrina, summa cum diligentia tot difficultates antea confusas, & apud doctores sape dubitabiles, pro omnium studiosorum utilitate miro ordine, atque, (ut ajunt) divino quodam Spiritu motus ad breve compendium reduxerit. Vera fateri possum mi Benedicte non solum alios, qui antea scripserant adequasse, verum etiam longe superasse. Id enim quod alii multis commentariis separatim in diversis locis perficere non potuerunt: tu brevi quodam compendio perfecte adimplere curasti. Doctrina tua ac ingenium singulare, quibus non modo in hac juris Pontificii scientia, sed omnibus bonis in litteris excellis, faciunt, ut quicquid proficiscatur a te, id non solum utile sed etiam optabile atque jocundum omnibus esse debeat. Opus tuum adeo utile, adeo necessarium hujus nostra scientia Professoribus futurum fore arbitror, ut non sine omnium maxima admiratione, a tota juris prudentia tamquam speculum sacrarum legum conservabitur. Quid est enim per Deum immortalem homini utilius? Quid dignius humanarum simul, & divinarum rerum cognitione? Certe nil optabilius huic nostro saculo contingere potuisset. Quod vero desidtras humanissime vir opus tuum per me corrigendum, castigandumque fore. Id enim humanitati tua ascribendum censeo: cum adeo in omni ejus parte perfectum videatur, & ex se resplendeat: ut non solum corrigendum, sed summis laudibus extollendum esse judicaverim. In eo namque superfluis Doctorum rejectis nugis: quicquid erat utile, scitu memoratuque dignum, mira facilitate, dicendi elegantia, laudabili claritate amplexus es, ita quod & Novitii, ac veterani ex eo poterunt jocundos colligere fructus. In eo tot difficultates, mea quidem sententia resolvuntur, in quibus alios potius laborasse, quam profecisse dicemus, ut & nomini tuo gloriam, & posteris utilitatem non exiguam producturum sperem. Quo factum est, ut ad tale, ac tantum opus edendum, non hortator solum, verum etiam rogator esse voluerim. Vale religionis tua maximum decus, ac ornamentum.

Bernardinus Bonsius reverendissimo P. D. Benedicte de Castro Sangri Ord. S. Benedicti Cassinensi Monacho dignissimo.

Legi reverende, ac religiosissime pater vigilias, lucubrationesque, quas interpretande cap. 1. de constitutionibus, ac universum jus canonicum in unicam convenientiam referendo, ut studiosis laborem, difficultatemque auferres cum tua summa laude, eorumque maxima utilitate impendisti, quas quidem sub meo nomine in lucem prodire te voluisse, & doleo, & lator: doleo enim in me non esse eam authoritatem, qua possent tute per ora malevolorum obtrectatorumque, quorum hac nostra tempestate, proh dolor, maxima est copia, incedere; lator autem, cum video me a tam docte, tam religioso tamque laudato viro amari, plurimique fieri, speroque, quod plene ipse prastare non possum, Deum ipsum Opt. max. qui te non alicujus laudis acquirenda studio, ut plurimi solent, sed sola charitate accensum, incredibilique desiderio motum, quo cum religiosos tum etiam cateros studiosos juvandi detineris, tantos te labores suscepisse conspicit prastaturum, quod ut fiat, supplex etiam, atque etiam rogo. Reliquum est, ut te certiorem faciam hasce tuas lucubrationes a Marco de Mantua hujus civitatis, ac totius jureconsultorum Academia facile principe, a plurimisque aliis ejus ordinis clarissimis viris lectas laudatasque merito mirum in modum fuisse, nosque omnes in dies majora a te expectare. Vale Pater optime Decanique tui in tuis precibus immemor ne esto. Datur Patavii octavo Kal. Maji MDXLI. Bernardinus Bonsius Decanus jurisque utriusque Doctor ac Lector ordinarius Patavinus. Eodem anno edidit Venetiis. *Tractatum*, ut fert Epigraphe, *necessariissimum de censuris Ecclesiasticis*, nuncupatum Guillelmo episcopo Montis Pessulani hac epistola, ex qua constat alia quædam ab eo elucubrata.

Reverendissime D. Gulielme Pollicerio episcope Mompileril Francorum regis Consiliario, ac oratori apud Senatum Venetum facundissimo Benedictus Monachus Cassinas felicitatem.

Quoniam ingratitudinem vitium esse fontem divina pietatis desiccans non ambigitur, propterea ut brevibus agam, postquam instante excellentiss. Jureconf. facile Principe domino Alexandrino Patavii jura civilia divinitus, ut ita dixerint, interpretante, illud utcumque opus nostrum, Pralatis omnibus, ac cateris tam necessarium, pracipue de rebus ecclesia alie. vel non, cum aliis tractatibus por maxime de mille centum, & septuaginta septem privilegiis tam ecclesiarum, quam ecclesiasticarum personarum tuo nomini dicatum imprimendum duxisti, pro gratiarum actione, & tanti muneris compensatione, etiam pro nunc prasentem Tractatum de censuris animabus tam expedientem tua Dominationi Reverendissima dicare, & nuncupare opere pretium fore duxi. Quam sit periculosa censurarum ignorantia, & ipsarum peritia necessaria, ex ipsarum effectibus licet dignoscere, excommunicatum namque extra communionem positum, & sathana traditum, testante Paulo non dubitamus, nam & eodem Diabolus utitur tanquam pecore suo, & Angelum ad ejus custodiam de-

putatum minus valere compertum est, & ubi majus periculum ibi cautius agendum. Propterea de his censuris hac paucula fragmenta in medium proferre curavi per D. V. R. revidenda, emendanda, & corrigenda. Vale Religionis, & Præsulum decus. Hos in ejus laudem versus hactenus ineditos composuit Angelus Sangrinus,

Ad R. P. D. Benedictum Canophilum Endecasillabum Carmen,

Parnasi Juga dum perambularem
Excerpens violas, Legens ligustra
Formose dryadis stolis amicta
Auratis: rutilis caput Triaris
Exculta: gremium rubris referte
Fragris: mox facie mihi corusca
Heserunt calathis humi locatis
His juncte comites cito Napee
Et sertis roseis: & arte mira
Aptata fide surculis oliva
Tum coram positis mihi cicutis
Compactis, modulante voce promunt
O quicunque levi secas odora
Cultro lilia: carpis ungue rubras
Candentisque rosas: sinum venustis
Florum Fasciculis reples, donatus,
Audi Canophilus vir arte legum
Per quam conspicuus, nimis probate
Tam virtutis honore, quam modesta
Vita moribus, usquequam clarus
Hac dono capiet: minerva olivam
Mittit: Pegasides polita serta
Aptatamque fidem hanc Apollo: nam illum
His dignum canimus fuit Pirenis
Olim tam laticis vigil Minister
Sangrini modo, quam fluentis Amnis
Custos: cum quibus ipse; ferte dona
Hinc Ninphe nihil his opus Donata
Inquam Canophilo. decore terris
Majori decoratus ecce fulget
Nam prata hic utriusque juris ampla
Ingressus, veluti disertus horum
Cultor; nobilium rosета legum
Explorans, apis instar acris hausta
Hinc dulcore favos ubique fudit
Sed ne rosida mella fusa passim
Quandoque effluerent: favos in unum
Pressit alveolum: quibus per ora
Doctorum sitibunda dulciorem
Fructum suppeditaret unde terris
Illustri super astra laude vectus
Celesti meruit suam Corolla
Frontem cingere eo micantiori
Inter cælicolas honore fultus
Quo inter terrigenas fuit togatos
Spectato ingenio lepore tersa
Doctrina Celebri favore prompto
Summa dexteritate, non minori
Fama, quam probitate non parata
Tantum consilia, sed usque fida
Grandique auxilio vir undecunque
Effulgentior, ergo quid moraris?
Cur tempus teris? usqueque latere
Thesaurum sub humo cupis verendo
Mi presul Benedicte nube tetra
Obduci quid adhuc sinis coruscum
Lumen? quid tenebris latebricosis
Abdi quid latebris tenebricosis
Occludi rutilos tui lapillos
Fratris dissimulas? nefanda res est
Quod multos poterit juvare clausum
Observare bonum: nihil benigna
Quod prodesse valet suis negavit
Natura unigenis: paris fidelis
Tellus germina; qua solum medullis
Effert interioribus: latere
In radice rosam quis ibit usquam
Hortorum inficias rosa hec solutas
Hyberna glacie comas ab hudo
Ducit stipite vere gratiori
Jam præluſtre puta quod arte summa
Summo Consilio, labore summo
Germanus tuus invidam ante mortem
Immortale opus edidit, nec atro
Tangi pulvere: squallida nec arca
Celari patiare mi pater molestum
Nil ducas mage: quam quod ipse pressus
A torpore finas: inerti nemo
Infelicior: Ocio quid audis
In vita horridius? en situ volumen
Squallet: quid carie exedi vetusta
Corrodi tineis volumen ultra
Permittis? nihil est labentis avi
Damno flebilius velim supremo
Mox ungue expolias tuo tuisque
Impressis copularier libellis
Francisciquе tui modo sacratis
Divine sophia libris suba.
Quid præstantius? aut quid utriusque
Fœtura utilius? forum fori ipse.
Cantasti, atque forum poli forum ille
Ornat Consiliis fori; forum aque
Fulcis judiciis poli quid inde
In vita melius? quid ad futuram
Vitam impensius? & dari, & parari
Nil mortalibus hoc in orbe quibis
Exoptatius; Eia age omni amate
Pastor: cura opus imprimi daturum
Lectori utilitatis, & decoris
Summam perpetueque laudis arram
Postfatum hautor honore dignus omni
Sumet: nec tibi que decent sub astris
Laudum munera: nec super corusca
Celi sidera, cœlitum inter agmen
Sudorum pia præmia, & laborum
Usquam deficient in ævum, & ultra.

FINIS.

Ad librum de Consiliis prænotatum.

Liber, quid iter trahis, o liber optime lenta
Nil tibi desidia turpius esse puta
En Aurora: modo roseis invecta quadrigis
Quam capias tutam pandit ab axe viam
Surge quid expectas nocuit mora longa paratis
Et levius volitat temporis hora notis
Deficis an tibi Consilium, qui consulis orbi,
Qui de Consiliis diceris esse liber.
Te bone consultum brevior via dirigat ecce
Auricomis Titan æthera sulcat equis.
Si tibi contingat doctorum clara virorum
Ut fas est, prompto tecta subire pede,

Nil

Nil pavoài admissus ibi nam illustre Donati
Nomen erit Felix portus, & aura tibi
Zoilus hinc aberit tetricus: nec momus aduncum
Qui moveat nasum Rhinocerontis erit
Ergo vade liber felici sidere quisquis
Te capiet grata volvet utraque manu
Quin tua certatim relegent monumenta periti
Legis te ingenio prediti, & arte viri
Hinc alii gemmas, alii vacinia carpent
Purpureis alii lilia mixta rosis.
Deo gratias.

De eo hæc scribit Ciarlante loc. cit. p. 487. desumta ex apparatu Sacro Possevini, & a Chiocchatello de illustr. Script. *Castel di Sangro diede parimente al mondo alcuni insigni personaggi degni in vero d'ogni gran lode, Benedetto Canofilo Monaco Cassinense eccellentissimo dottore in ambedue le leggi ha dato fuori questi parti degni del suo sublime ingegno. Compendium juris Canonici, & Civilis Enchiridion, sive Repertorium juris civilis, & Canonici. De Haresibus, & Haresiarchis damnatis, & reprobatis. Tractatum de Regulis juris Fori, & Poli, sub repet c. 1. de Constit. de censuris ecclesiasticis. De duplici Matrimonio spirituali, & temporali. De rebus ecclesia alien. vel non. De Privilegiis ecclesiarum, & de Privilegiis ecclesiasticarum personarum, stampati nel 1543. Repetitionem in C. cum Jo. Eremita, de fide instrumentorum, & repetitionem super primum librum Decretalium, & de criminibus in Deum, & proximum, & pœnis eorum; come testimonianza ne fanno il Possevino, & il Chioccarello, opere in vero utilissime, o di gran dottrina.*

D. Chrysostomus. De D. Chrysostomo a S. Geminiano actum, cum de viris piis.

D. Benedictus alter. De D. Benedicto Sargermanensi a die 15. Januarii an. 1544. Monacho, hæc scribit Petruccius cap. 19. *Benedictus de S. Germano in Casino sub Hieronymo de Placentia Abbate Monachus factus est. Vir egregius, & ingenio magnus in Latinis, Gracis, & Hebraicis literis valde eruditus, in Philosophia autem, & Theologia doctissimus, adeo ut suis temporibus in nostra Congregatione nemini fuerit secundus. Scripsit Commentaria in Psalterium Hebraicum, in epistolam Pauli ad Romanos. Tractatum de usuris: edidit quoque expositiones super Psalmos. Scripsit praterea super libros Perhiermenias, Priorum, & Posteriorum Aristotelis, super libros de Anima ejusdem: Est quoque in lucem editus, & impressioni traditus ipsius tractatus de imitatione Ciceronis. Extant disputationes in libros Predicamentorum Aristotelis, & pulcherrimum illud opus, quod inscribitur Proverbia animalium. Scripsit etiam Apologiam contra calumniantes ejus opera. Claruit nostris temporibus, & adhuc vivit. Anno Domini MDLXX.* Vid. Wion lib. II. cap. 63. Abbas inter alia cœnobia S. Eugenii Senarum fuit. In pervetusto tamen Monachorum syllabo vulgo Matricula per P. D. Thomam Giuliani Venetum adornato hæc de eodem leguntur in Margine. *Obiit Abbas Castrovillarum in Comitiis generalibus Pratalea vir doctissimus, peritus lingua ebraica, & graca multa scripsit; an opera ejus alicubi supersint, incompertum.*

D. Antonius. De D. Antonio Fractensi Monacho a die 8. Maji 1545. hisce verbis agit Petruccius cap. 21. *Antonius de Fractis Monachus in Casino sub Laurentio de Mantua hujus cœnobii Abbate susceptus est. Vir acris, & magno ingenio in Gracis, & humanis litteris versatissimus, in jure etiam Pontificio valde instructus. Scripsit quoddam Repertorium Polyanthea dictum alphabeti ordine distinctum pro archivio Casinensi, in quo quidem opusculo, & jurisdictiones, & dignitates, & quacumque bona fuerint, vel sint Monasterii Cassinensis facile est invenire. Edidit quoque librum quendam confinium bonorum Cassinensis cœnobii, sed morte praventus imperfectum reliquit: qui postea a me Placido Romano monacho Cassinensi repurgatus, & perfectus fuit. Floruit temporibus Maximiliani Imperatoris, & sepultus est in Monasterio S. Liberatoris de Majella. Floruit anno Domini MDLXXV.* Haud rite tamen parvum appellat Petruccius immensi laboris opus, quod nonnisi post lectas omnes quotquot extabant in archivo nostro scripturas confici potuit, ut ordine alphabetico quælibet recenserentur, ut e. g. in voce. *Civitas S. Germani* quæ urbs ducentum, & amplius in monumentis nominatur, omnia diligentissime adnotat. Egregius fuit jurium nostrorum propugnator.

Theophilus. De Theophilo Senensi a die 24. Junii an. 1560. Monacho hæc scribit Petruccius cap. 24. *Theophilus Senensis in Casino sub Angelo Sangrino Abbate Monachus factus est vir ingenio perspicax in scientiis valde eruditus, verum in Philosophia, Mathematica, & Theologia doctissimus, adeo ut suis temporibus in Congregatione nostra Cassinensi admirabilis haberetur. Floruit temporibus nostris, & adhuc vivit. Hic bis vocatus a Romano Pontifice fuit, ut ejus opera in quibusdam ecclesiasticis negotiis uteretur. Edidit tractatum de nova restitutione Kalendarii.* Subditque Marus. *Theophili Martii nobilis Senensis meminit Petrus Ricordatus Histor. Monast. Roma in Basilica S. Pauli Pœnitentia ministris Pontificiis a Gregorio XIII. adscriptus legitur. De ejus laudibus scripsit Fr. Isidorus Ugurgierius Azolinus Ord. Pred. lib. cui nomen prafixit. Pompe Sanese tit. xxi. pag. 667. Extat apud nos tractatus ms. de Reformatione Kalendarii, incipit:* Magna quidem aggredi laudabile est. *Obiit Casini MDLXXXVI.* Vid. Wion l. II. cap. 78. p. 467. & Ricordatus die IV. p. 466. a t. ubi hæc scribit. *Teofilo Sanese della nobil Famiglia de Marzii, che al presente si truova in Roma, è un area, e un fonte di scienza, & in tutte le sette arti liberali esercitatissimo, & insino da giovanetto lesse* (lesse) *publicamente nello studio di Roma. E ancora gran Teologo Cattolico, & oltr' a modo zelatore della S. Fede, come più volte ha dimostrato co i fatti, & e Matematico raro, per lo che da Sua Santità e stato messo nella Congregazione di nuovo ordinata in Roma per racconciar il tempo.* Creatus est an. 1581. Prior Monasterii S. Annæ nobis subditi ab Abbate D. Desiderio Brixiano, atque in Pateotibus literis hæc leguntur. *Desiderius &c. Dilecto nobis in Christo venerando P. D. Theophilo a Senis Monacho Monasterii nostri Cassinensi, Sac. Theologia peritissimo, ac moribus pradito salutem, &c.* Ad illum hanc epistolam scripsit D. Johannes Evangelista Mormile Cassinas.

Theophilo Senensi Patri optimo. Jo. S. D.

Ea lege erga illos, qui aliqua virtute praditi sunt, Cicerone teste, movemur, ut quamvis eos coram mi-

minimo noverimus, tamen ipso nominis auditu duntaxat magno amore prosequi cogamur, quod si ignoti, quos sæpius vana nominis umbra, & popularis fallacia gratie a vera virtute distare facit, tanta a nobis benevolentia officia sibi vendicant, quanto magis erga eos, quorum virtutes, & oculis videmus, & manibus contrectamus majori amore, & obsequio ferri deberemus, quamobrem Pater optime Theophile vere Dei amator, quantum tibi, tuisque virtutibus nedum ego, sed tota Cassinensis Congregatio debeat, non est præsentis negocii sic breviter pertractare, quod si diffusius agere tentarem, adulationis, & assentationis vitium vererer, mihi adscribi: Verum ne prorsus a laude, & officio, quibus te mirum in modum veneror, destitisse videar, has paucas, & tyrocinii nostri primitias, assertiones tibi dedicare volui, ut tanquam ad asylum securissimum fugientes obtrectatorum caninos morsus possint evitare. Quæ etsi tanto viro indigna censenda sint, non eas tamen, sed animum, quo illas offerimus oro perspicias, qui enim quod habet bono animo offert, quamvis parvum videatur quicquid illud sit, non pro minimo haberi debet, cum quicquid habuit, dederit. Has igitur conclusiones, quas in incertorum achademia Patavii nuper mihi agredienti tractatum Perhiermenias defendere contingit, boni equique consulas, tuoque favore videar animatus, ut altiora, & digniora virtutum culmina Te auspice, assequi possim, Vale. Patavii Cal. Octobris 1572.

D. Benedictus III.

De D. Benedicto de Uva Capuano a die 10. Februarii 1562. Monacho, hæc scribit Petruccius cap. 25. *Benedictus Capuanus in Casino sub Angelo Sangrino Abbate Monachus susceptus est, vir discretus, & valde eruditus in divinis, & humanis literis. Verum in scribendis carminibus materna lingua Poeta insignis, & nostris temporibus admirabilis. Edidit librum unum carminum materna lingua, in quo Martyrium D. Agnetis, Agathæ, Luciæ, Justinæ, & Catherinæ decantat. Scripsit quoque eadem lingua, & metro tractatum de cogitatione mortis: Triumphum Martyrum, Confessorum, & Virginum: librum unum piorum carminum diverso metri genere, extat etiam ejusdem Tragædia Jephtæ Ducis Israelitici Populi. Scripsit & Commentaria in Dantem Poetam. Edidit quoque librum unum epistolarum materna lingua. Floruit temporibus nostris, & adhuc vivit.* Et Ricordatus hæc habet loc. cit. *Benedetto dell'Uva Gentil'uomo Capuano ancor lui merita di esser nominato infra gl'illustri Scrittori, che hoggi al mondo vivano di Monaci. Costui si può dire, e così è stimato da chi lo conosce uno de rari, e singolar Poeti d'Italia. Ha scritto, e sovente scrive nella nostra Toscana lingua bellissime rime spirituali, con tanto studio, & arte, che con molta ragione di lui si potrebbe dire:* Omne tulit punctum, nam miscuit utile dulci; *perciochè adornando i suoi, & honorati concetti con leggiadrissimi coloriti Poetici, giova parimente, e diletta. Per infin a qui si leggano quest'opere delle sue. Un libro di rime Spirituali. Stanze cinquanta del pensiero della morte. Trionfi quattro, uno de martiri, uno delle Vergini, uno de Confessori, & uno della gloria de Beati. Il Martirio di Santa Giustina, di S. Agnese, e di S. Agata. La Tragedia di Jette, e de suoi costumi, e del suo valore. Si trova oggi Priore di S. Liberatore, Badia posta nell'Abruzzo unita a Monte Casino, il qual mi stimo, che del continuo scriva, essendo egli d'anni trentacinque, ò in circa a punto in sul fiore della sua età.*

At omnium fusius Nicodemus p. 48. sic scribit. *Benedetto dell'Uva, di cui si parla a carte 44. compose il Doroteo, e'l pensier della morte, che si trovano stampati nell'istesso volume. Ed il titolo intero del libro è il seguente.*

La Vergini Prudenti di D. Benedetto dell'Uva Cassinense, cioè il Martirio di S. Agata, e di S. Lucia, di S. Agnesa, di S. Giustina, di S. Caterina. E di più il Pensier della morte, e il Doroteo. In Firenze nella Stamperia di Bartolomeo Sermartelli. 1587. in 4.

Dedica le Vergini Prudenti, e il Doroteo, Scipione Ammirato; e nella Dedicatoria alla Sig. Felice Orsina Vice Reina di Sicilia, loda grandemente D. Benedetto dell'Uva. Il Doroteo lo dedica Camillo Pellegrino, e tra l'altre cose nella Dedicatoria al Signor D. Luigi Carrafa, Principe di Stigliano, scrive.

Quanto il Padre D. Benedetto dell'Uva abbia nella Poesia e grave insieme, e dolce lo stile, non solo dalle sue molte, e rare composizioni, ma eziandio da queste poche ottave, che egli invia a V. E. può conoscersi facilmente. Egli per esser sempre chiaro nelle sentenze, non perde punto di maestà, ne per ispargere nell'opere sue sensi severi estratti dalli più intimi luoghi della Filosofia, o pur dalla divina scienza, diviene però rigido, o in qualche parte oscuro, ma in modo conosciuto da pochi, si può dire, che la sua gravità sia piacevole, e che la sua piacevolezza sia grave, mezzo veramente difficile a ritrovarsi per unire due estremi, si che partecipi l'uno dell'altro; lascio di dire quanto egli sia giudizioso nel far la scelta delle voci, quanto felice in far, ch'elle or propriamente, or sotto traslato, o metafora vestino i concetti; e quanto è raro artefice nel collocargli, si che con armonico moto tirino le menti di chi legge a maraviglia e diletto. Mi tacerò anche dello spirito ardente di Poesia, nato, e nodrito seco insin dalle fasce, e di mille altre bellissime parti necessarie alla Poetica facultà, le quali i Cieli hanno felicemente congiunte in lui, poichè questo non è luogo delle lodi di persona così dal mondo lodata. &c.

Compose ancora le Rime, le quali si trovano nel seguente volume.

Parte delle Rime di D. Benedetto dell'Uva, di Gio: Battista Attendolo, e di Cammillo Pellegrino. Con un breve discorso dell'Epica Poesia. In Firenze nella Stamparia del Sermartelli. 1584. in 8.

Le Rime di D. Benedetto dell'Uva nel detto libro arrivano insino alla pagina 50. l'Ammirato ne Ritratti a carte 251. del secondo Tomo de suoi opuscoli parlando di questo Autore scrive

Don Benedetto dell'Uva.

Don Benedetto dell'Uva Capuano si rese Monaco Cassinese essendo assai ben oltre con gl'anni, tal che potè recare al Monastero, tutto quello, che aveva apparato nel Secolo. Le Vite ch'egli scrisse delle Vergini prudenti, il Pensier della morte, e il Doroteo con altre sue Rime fan piena fede, quanto egli valesse nelle cose Poetiche. Costumi ebbe dolcissimi, ed infino innanzi, ch'entrasse nella Religione, non d'altro notato, se non alquanto arrendevole a donneschi, ma onestissimi amori. Fu di debolissima complessione, e la quale andò in parte fortificando come fanno i Monaci con la sobbrietà, e con la pellegrinazione, essendo

do mandati da loro superiori or in un luogo, ed' or'in altro, onde potè veder la Lombardia, e la Sicilia, ove servì per Confessore di Marc' Antonio Colonna Vicerè di quel Regno.

Camillo Pellegrino nel Dialogo intitolato il Carrafa, overo dell'Epica Poesia a car. 127.

Dico dunque per venire al fatto, ch'avendo io avuto carico dal Padre D. Benedetto dell'Uva singolar mio amico, e gentilissimo Poeta del secol nostro di presentare al Sig. Principe di Stigliano la bellissima Operetta del Doroteo in ottava rima &c. Carrafa. Che vi pare Signor Attendolo del dono, che ne fa il Padre D. Benedetto. Attendolo. Il dono Signor mio se vogliamo aver riguardo alle vigilie, e fatiche sofferte da quel Padre per dargli fregi, e arricchirlo delle più rare, e nuove bellezze di Poesia, non è di picciolo valore, accompagnato poi da altri Poemi, si dolci di stile, e si pietosi di soggetto, da quali puo l'autore aver non vana speranza di viver per sempre &c. Carrafa. Io non ho ancor letto ne il martirio delle cinque Vergini, ne il Pensier della morte, ma il Doroteo a me dedicato, (che scritto à penna lessi già i mesi addietro, pare a me, che nel suo picciol corpo nasconda una anima grande: ha egli ne suoi pochi versi concetti altissimi vestiti di così belle, e nuove frasi del dire in rima, che d'altezza, o di novità di stile si può dire, che non cede al Tasso Figliuolo. Attendolo. Poteva l'Ecc. V. dire al Tasso Padre, e non al Tasso figliuolo, poiche lo stile del P. D. Benedetto per la sua dolcezza ha piu somiglianza con quello di Bernardo, che di Torquato Tasso: ma ella ha così detto forsi perche il figliuolo ha superato il Padre così nella lira, come nella Tromba.

Dalla pag. 165. di questo Dialogo si vede, che il Padre D. Benedetto dell'Uva fu amico di Torquato Tasso.

Il Cavalier Marino nella prima parte della Galleria ne Ritratti de Poeti volgari.

Benedetto dell'Uva

Parmi alla bruna veste
Spento carbone oscuro,
Ma fù fiamma celeste
L'intelletto mio puro.
Sembrai Corvo nel manto,
Ma fui cigno nel canto.

Tra le Rime di Cammillo Pellegrino si trovano due Sonetti a D. Benedetto dell'Uva, a carte 102. uno comincia

Se Valle incolta, Uva gentil, s' alpestre

L'altro.

Uva, che poggi al destro calle alpino
D'ogni affetto terren libero, e sciolto,
Ove fra pochi al sommo sol rivolto,
Godi la luce sua sera, e mattino.

Ma tanto basti intorno a questo gentil Poeta. &c.

Joannes Evangelista Mormile.

De D. Johanne Evangelista Mormile a Neapoli a die 24. Junii 1563. Monacho hæc scribit Petruccius cap. 26. *Johannes Evangelista patria Neapolitanus, ex nobili Mormiliorum familia oriundus, Monachus in Casino ab Ignatio Neapolitano susceptus est. Vir ingenio perspicax, & divina, & humana eruditione valde instructus. Verum in versificandi scientia antiquis per omnia comparandus. Scripsit quam plurimos tractatus. Librum scilicet, in quo continentur præcipuæ Domini festivitates, vario metri genere illustratæ. Librum de laude gloriosæ virginis Mariæ, in cujus calce ejus Psalterium elegiaco carmine concinitur. Librum, qui nonnullorum Sanctorum vitas hymnosque vario carminum genere continet. Extat & alius ejusdem liber carminum, in quo illa præsertim opuscula continentur. De insigni Christianorum victoria contra Turcas temporibus Maximiliani Imperatoris, & Pii V. Pontif. Max. De laudibus Cassinensis Juventutis: ibidemque liber Odarum appenditur, & in fine continetur liber Tristium, ubi suas, & amicorum ærumnas elegiace decantat: sunt & quatuor ejusdem Eclogæ. Scripsit præterea innumera epigrammata. Edidit quoque declamationes, & sermones aliquot, homilias duas prosa oratione. Item expositionem in Epistolam D. Pauli ad Romanos: & in librum Perhiermenias Aristotelis. Materna autem lingua quamplurima pia carmina de laudibus gloriosæ Virginis Mariæ, & usque in præsentem diem scribit.* Et Marus addit. *Scripsit etiam de S. Febronia Virgine, & Martyre versus, qui habentur impressi Romæ MDLXXXIX. una cum operibus Prosperi Martinengi. Memorata opuscula mss. uti etiam multa alia se legisse testatur lib. 2. ligu. Vit. p. 430. Arnoldus Wion, dum Casini morabatur. Meminit & Possevinus in suo Apparatu. Clarescebat anno MDXC.* In codice bibliothecæ nostræ sign. nu. 298. hæc ejus opera latino idiomate continentur. *Homiliæ super evangelia prima II, III, & IV. Dominicæ Adventus, sermones duo de Adventu Domini; Homilia in Vigilia Nativitatis Domini; Sermones duo de ejusdem Nativitate. De Circumcisione, & de Epiphania. Homiliæ de Septuagesima, sexagesima, quinquagesima, & pro quolibet quadragesimæ die, Sermones de Resurrectione Domini; de II. Dominica post Pascha, de Ascensione, de Pentecoste, de S. Trinitate, de Corpore Christi, de Sacerdotio, pluresq; Homiliæ in quibusdam Dominicis post Pentecosten, Sermones de Nativitate, Visitatione, Purificatione, & Assumtione Deiparæ, de SS. Angelis, de S. Johanne Baptista, de ejus Decollatione, de S. Johanne Evangelista, de SS. Petro, & Paulo, de S. Stephano Prothomartyre, de SS. Innocentibus, de Inventione corporum S. Placidi, & Sociorum, de S. Mauro Abbate, de S. Antonio Abbate, de S. Lucia, de S. Scholastica duos sermones, de Festivitate omnium Sanctorum; ad condiscipulos Sermo Exhortatorius. De institutione novitii ad nepotem: Deprecatio ad Deum in tribulatione constituti: Oratio ad Patres pro amico: Epitaphium in morte Matthiæ Patavini: Præfatio in librum Perhiermenias Aristotelis Patavii, & nonnullæ aliæ præfationes: præfatiuncula in epistolas Pauli explanandas: Præfatio ad epistolam ad Romanos: liber epistolarum familiarium.* In alio codice in archivo nostro asservato longissimi hymni leguntur a Johanne nostro compositi. *De Nativitate Domini: De ejus passione: De Resurrectione: De Nativitate, Assumptione, aliisque Deiparæ festivitatibus; de S. Johanne Evangelista: de S. Luca: de S. Augustino: de S. Mauro: de S. Justina, de ferendis adversis ad Amicum. De instituendo novitio ad nepotem; De insigni victoria contra Turcarum rates, sub Johanne Austriade. Oratio ad Deum. De laudibus Condiscipulorum, de altaris Sacramento: de Beneficiis Dei erga homines: Psalterium B. V. genitricis Dei Mariæ tribus rosariis*

di-

distinctum, primo quod gandiosum, secunde quod dolerosum, tertium quod gloriosum nuncupatur, quorum singula dystica Dominica Orationi, & Angelica salutationi accommodata sunt, ut illarum continuetur sensus per varios relativi casus quasi Oratio descendat ad carmen, quod ita amicorum vota faciendum expostularunt. In conceptione B. Virginis Mariæ, Præsentatione, Annunciatione, & Visitatione, de S. Johanne Baptista, de SS. Petro & Paulo, de S. Andrea, S. Thoma Apostolo, S. Berthario Abbate, S. Nicolao, S. Maria Magdalena, S. Scholastica, de omnibus Sanctis, de Monasterio Pratalea, de Lirinensi monasterio, de vestium ambitione fugienda, de laudibus Philosophiæ ad Cardinalem Alexandrinum; de carnali mœrore fugande, de Vesevi laudibus, de sacro cœnobio Cassinensi. Deinde sequitur *liber Tristium; plures ad Deum elegiæ, ad Deiparam, ad S. Benedictum, ad S. Maurum, ad Angelum Sangrinum, aliosque Monachos, amicosque: In morte Johannis Aloysii Mormile, & Sarra Moccia Parentum: in morte Marii Mormilii Fratris sui, Planctus Faustinæ Caracciolæ in ejusdem viri sui morte, in morte Justinæ Visiæ; Elegia in plurium obitu.* Deinde legitur *liber lyricorum, in Epiphania, Passione, Resurrectione Domini. De beneficiis Dei. De S. Anna. De SS. Angelis. De SS. Innocentibus. De Decollatione S. Johannis; De S. Stephano Protomartyre. De S. Johanne Evangelista; De S. Placido, & sociis, deque aliis pluribus sanctis. Ode ad plures; tum Liber Epigrammatum de Circumcisione, Epiphania, & Passione Domini, de quibusdam Deiparæ festivitatibus: De SS. Petro, & Paulo; aliisque Sanctis. Deinde Liber Epistolarum stricta oratione ad plures, postmodum liber Eclogarum, ad plures: In professione amici: Vita Honorati Abbatis Lirinensis tribus libris distributa: Vita S. Benedicti; hymnus de spiritu Sancto, elegia ad Deiparam Albaneta patronam, ad S. Phebroniam virginem, & martyrem, epitalamium Cæsaris Ferlingerii, & Sarræ Mormilæ, elegia quædam ad Amicos; meditatio in crucifixum; epitaphium in Christi tumulum.* Alios Johannis nostri Operum tomos deesse suspicamur, quod in memorata S. Benedicti vita hæc leguntur; *Est in alio libro correctio.* Toppius p. 118. hæc ait: *Giovanni Evangelista di Napoli Monaco Cassinense ha dato alla luce un libro sopra l' Epistola a' Romani, leggesi nella Bibhoteca Classica fol. 339.*

D. Thomas.

De D. Thoma ab Ebulo filio Gasparis Morra, ac Munacho a die 15. Augusti 1565. hæc scribit Petruccius cap. 27. *Thomas ab Ebulo Cassinensis Monachus sub Angelo Sangrino Abbate factus est. Vir prudentia, & ingenio insignis: in Philosophia, & divinis scripturis doctissimus. Scripsit libros Synodalium: librum examinis Confessorum, & promovendorum ad sacros Ordines, & eorum, qui mittendi sunt ad parochiales ecclesias. Edidit materna lingua conciones quinquaginta. Floruit temporibus nostris, & adhuc vivit, & Vicarius generalis in tota diœcesi Cassinensi existit.* Ejus meritorum causa, Cassinates hereditatem, quæ ipsi a Patris morte obvenerat, sororis suæ D. Lucretiæ uxori D. Pauli Sproverii dono dederunt, obtentis debitis facultatibus, ut instrumento constat stipulato a notario Cesare Martuccio Sangermanensi die 17. Septembris 1569. Vid. Wion lib. 2. cap. 78. p. 467.

D. Apollinaris.

De D. Apollinari Martiali a Babuco; actum cum de viris piis.

D. Andreas.

De D. Andrea a Suessa hæc scribit Petruccius cap. 30. *Andreas a Suessa juvenis præclaræ indolis, & vivacis ingenii, de civitate Neapolitana, ubi a parentibus studiis litterarum erudiendus traditus fuerat, egrediens Casinum advenit, atque ab Isidoro de Placentia hujus Sac. cœnobii Abbate Monachus factus est. Hic exiguus quidem corpore, sed ingenio magnus, ab ipso fere suæ conversationis initio, ob sui ingenii vivacitatem, & rerum mundanarum experientiam cum singulari quadam prudentia, ac solertia conjunctam, multis annis hujus nostri monasterii negotiis operam dedit. Inter multa præclara ingenii sui monumenta existens in regimine terræ nostræ citrarii, scripsit regesta duo omnium jurium, & bonorum, quæ in præsentiarum in eadem terra a nostro monasterio possidentur. Humanis insuper, & divinis litteris apprime eruditus, magnam suam apud omnes adhuc vivens expectationem concitavit. Vivit etiam, & temporibus nostris hujus Cassinensis Monasterii Præpositus existit.* De hoc actum in Notis ad seriem Abbatum Cassinensium.

D. Gregorius.

Alios quoque doctos viros numerat Petruccius, quos an aliquid scripserint haud constat. Hos inter est D. Gregorius Viterbiensis, de quo hæc ait cap. 10. *Gregorius de Viterbio, Monachus Cassinensis V. J. Doctissimus; Floruit temporibus dictorum Imperatorum, & sepultus est in Casino.* Monachus evaserat die 24. Novembris 1520.

D. Severus.

De D. Severo die 8. Septembris an. 1530. Monacho hæc scribit Petruccius cap. 14. *Severus Aversanus in Casino Monachus sub Chrysostomo Abbate susceptus, vir in Philosophia versatissimus, & in divinis scripturis studiosissimus. Floruit temporibus supradicti Imperatoris, & sepultus est in Casino in cœmeterio S. Annæ.*

D. Lucas.

De D. Luca Fractensi a die I. Octobris 1534. monacho hæc scribit Petruccius cap. 15. *Lucas Fractensis monachus in Casino sub Chrysostomo Abbate factus est. Vir acer ingenio, & in divinis scripturis, & in Philosophia doctissimus. Claruit temporibus Maximiliani Imperatoris, & sepultus est in monasterio S. Benedicti Mantuanæ diœcesis, in quo Philosophiam publice docuit.*

D. Paulus.

De D. Paulo ab Altavilla a die 7. Junii 1540. Monacho agit cap. 17. hisce verbis Petruccius. *Paulus de Altavilla Monachus in Casino susceptus sub Hieronymo de Placentia Abbate; vir in Græcis, Hebraicis, & Latinis litteris doctissimus, memoria tenax, ingenio vivax. Fuit temporibus nostris, & sepultus est in Casino in cœmeterio S. Annæ.*

D. Matthias.

De D. Matthia Bergomensi a die 2. Februarii an. 1545. Monacho hæc ait Petrucius cap. 18. *Matthias de Bergomo Cassinensis monachus, vir in divinis litteris versatus, & memoria adeo pollebat, ut plures novi, & veteris testamenti libros memoriter recitaret. Obiit temporibus nostris, & sepultus est in Casino in cœmeterio S. Annæ.*

D. Bernardus.

De D. Bernardo Genuensi a die 1. Aprilis anni 1545. Monacho, ait Petruccius cap. 20. *Bernardus de Janua Monachus Cassinensis factus est sub Hieronymo de Placentia hujus monasterii Abbate; vir disertus, & eruditus in Philosophia, & divinis scripturis. Fuit temporibus Maximiliani Imperatoris, & sepultus in Casino.*

De

D. Lucas alter. De D. Luca Antonio Firmano a die 12. Aprilis 1550. hæc scribit Petruccius cap. 22. *Lucas Antonius de Firmo in Casino sub Hieronymo de Placentia Abbate Monachus factus est, vir in Philosophia, & Medicina doctissimus. Floruit temporibus supradicti Imperatoris. Obiit Cajeta temporibus nostris, & sepultus est in monasterio S. Angeli.*

D. Flavius. De D. Flavio Ferrariensi agit Petruccius cap. 13. nosque infra.

D. Hieronymus. D. Pius. D. Hieronymus alter. De D. Hieronymo Caracciolo egimus supra, quemadmodum de Pio Lotterio, & D. Hieronymo Sersale, cujus meminit P. Placidus Petruccius cap. 28.

D. Placidus. D. Placidus Petrucci Romanus monasticum habitum sumsit 16. Septembris 1570. anno ætatis suæ vigesimo: scripsit Latino idiomate breve Chronicon cœnobii nostri ab origine ad 1580., atque quidem ad an. 1138. nil habet quod a Leone Marsicano, & Petro Diacono non sit mutuatum. Ab an. 1138. ad 1580. brevissime cœnobii nostri historiam commemorat intermixtis sæpe contra Chronologiæ, atque historiæ fidem erroribus. Quolibet anno historiam prophanam, & ecclesiasticam texit: laudandus tamen quod plura nobis de Abbatibus, & Monachis ab an. 1505. ad 1580. reliquerit. Scripsit etiam supplementum ad Petrum Diaconum de Vir. Ill. Cass. & librum alphabetico ordine, in quo solum nomina monasteriorum omnium meminit, ecclesiarum, oppidorum, aliorumque bonorum ad monasterium nostrum pertinentia, ac nonnulla monumenta Archivi laudar. Plures alios ad archivum nostrum juvandum labores insumsit Placidus Petruccius.

D. Honoratus. D. Honoratus Medici a Neapoli Monachus evasit die 10. Februarii 1571. pluresque magistratus Cœnobii nostri obiit, ac præcipue Vicarii generalis diœcesis Cassinensis. Jurium nostrorum, bonorumque studiosissimus fuit, pro quibus magnos, diutinosque labores exantlavit. Scripsit cœnobii nostri vulgari idiomate historiam ab origine ad an. 1610., sed erroribus refertissimam, quod in omnibus Petruccium sit secutus: quolibet anno Historiam ecclesiasticam, & prophanam texit. Laudandus tamen & ipse quod plura nobis de Abbatibus, ac Monachis sui temporis narraverit. Petruccii, ac Medici historiæ in archivo nostro asservantur.

D. Matthias. De Matthias Venusinus Monachus a die 2. Julii 1571. Prælector pluribus annis fuit, quo tempore commentarium in Aristotelis Logicam concinnavit, an etiam in reliquam Philosophiam, incompertum. Pluribus annis summis laboribus cœnobii nostri caussas defendit in curia Neapolitana, quia ejus procurator.

D. Zacharias. D. Zacharias Serenus ab urbe ab an. 1575. die 24. Junii cœnobii nostri Monachus, dum in sæculo versaretur, duo volumina in 4., unumque in folio, quæ in archivo nostro asservantur, composuit, quorum Epigraphe est. *Commentarii del cavalier Bartolomeo Sereno della guerra di Cipro, e cagione di essa. Della lega de Principi Cristiani, & vittoria con l'armata loro contro il Turco. De progressi della Lega fino alla desunione per pace, & dell'impresa di Tunisi, con l'armata del Re di Spagna in cinque libri scritti dall' autore nel tempo, che personalmente v' intervenne.* Initio primi tomi hi Coperchii, Cateux, & Leonis versus in ejus laudem leguntur.

Al Cavalier Bartolomeo Sereno. Alessandro Coperchio.

Gia de barbari lidi, e queste, e quelle
Parti, e l'areno dell' Egeo varcasti
E contra gente al vero Dio rubelle
Vivace ingegno, e pronta mano oprasti.
Et hor le stragi, e l'armi invitte, e belle,
Ove altri segni di virtù mostrasti,
Spieghi, e descrivi, e'l nome alzi à le stelle
D'opre, e d' Eroi, che vincitor mirasti.
E la tua mano à vera gloria nata
Sparge ora inchiostro in gloriose carte
Che sangue o stil già trionfando sparso.
Felice man, ch', ò della Spada armata,
O de la penna a Febo cara, e à Marte
Puo con doppio valore eterna farse.

AD BARTHOLOMÆUM SERENUM. IO: HIERONIMUS CATENA

Scribere Threicio respersum sanguine Pontum,
Tantaque Victrici parta trophæa manu.
Insignes celebrare viros; heroas, & arma
Condere veridico gesta SERENE modo.
Nec minus adversum ferro te currere in hostem
Hac referunt magni Cæsaris Acta ducis.

AD EUNDEM. JO: FRANCISCUS LEO.

Victorem hunc victum cernens victoria dixit
Sese cum Selimis hos superasse duces.
Sed mage Fœlices, scriptis quod fortia veris,
Eterno maneant, non moritura, die.
Gloria quæ tua præstabit jam magna SERENE?
Si victor palmam; scriptor & hanc retines?

En tomi primi proœmium. *Non dubito punto, che di vaghezza, & d' ornamento molte scritture in ogni tempo si potran leggere, le quali di gran lunga avanzarono la mia forse nella stessa materia, ch' io proposta mi sono. Ma chi mai con più verità racconti, & con minore affetto di me quel tanto, che io presente ho per singolar beneficio di Dio, potuto vedere, & ricordarmi della guerra con Selim Ottomano gran Signore de Turchi, & della incomparabil vittoria, la quale i Christiani a 7 d' Ottobre del 1571. con l' armata della Lega, che per tal guerra si fece, ottenero in improvisa, ma determinata battaglia, senza di là, ne di quà usar altro, che la virtù, & l' armi, niuno mi persuado che sia, per avanzarmi il quale avendo militato tra i soldati ecclesiastici, & appresso alla persona di Onorato Caetano Generale delle Fantarie del Papa, l' ufficio del quale io ministrava, mi trovai quel di à combattere sopra una delle dodici galee di Fiorenza, che a soldo del Papa servivano, detta la Grifona, che in ordine era la terza appresso alla Reale di Don Giovanni d' Austria a banda dritta vicino alla Capitania di Savoja; come a parte a parte descriverò, dapoi che havrò narrato le cagioni, sopra le quali esso Selim si dice aver fondato il movimento di detta guerra in Cipro, Quelle, che in esso Regno si fece, & le difficultà, che in*

far

far la lega i' ebbero. Oltre alle quali cose la impresa di Tunisi ancora, la quale fece D. Giovanni con l'armata del Re da poi che per pace celatamente da Veneziani fu sciolta la lega, & quello che ne seguì m'apparecchio di scrivere. No paja strano a chi legge, che de fatti, & de consigli de Turchi abbia io potuto minutamente scrivere il vero, poichè da Mahemetto Bei, Sangiacco di Negroponte vecchio, & prudente consigliero, & dal Secretario generale della stessa armata nemica, che nelle nostre mani sone stati lungamente prigioni, ho di tutto hauto pieno ragguaglio. Ea ad rem nostram Proemii verba adno tanda. *Avendo militato tra i soldati ecclesiastici, & appresso alla persona di Onorato Caetano Generale delle Fanterie del Papa, l' ufficio del quale io ministrava &c.* ex quibus liquet, strenuum valde, magnique factum militem Zachariam nostrum fuisse: Jam Monachus composuit Epitome historicum & ipsum in archivo nostro asservatum, rerum cœnobii Cassinensis hac epigraphe. *Compendio Historico delle cose del sacro monasterio di Monte Casino, ove si legge la vita, & molti miracoli del Santissimo Padre Benedetto; la Regola scritta da lui come giace testualmente, & oltre a quello, che la Cronica di Leone Cardinale Ostiense contiene si conservano, le vite, & miracoli di molti Santi Monaci, & altre cose segnalate d'esso monasterio, descritto da D. Zaccaria Sereno Monacho Cassinense. Volume primo.* Cujus procemium hic damus.

Se mai nella famosa ripa del Tevere grato portorio alle navigante merci ha osservato animo curioso, & diligente, che da poiche di generosi vini l'alma città di Roma è satiata, sogliono gl' industri mercanti delli medesimi vini le feccie con diligenza ragunare, & di esse con acqua pura meschiate poiche di nuovo posate si sono, bevanda così grata ritrare, che di guadagno non picciolo li contenta, ben potrà a coloro, che leggono persuadere, che da poiche il buon liquore in me già dal celeste favore riposto per colpa del tempo de nostri sentimenti devoratore, venuto è meno; da schifare in tutto non sia la feccia, che mentre altro non ho che dare volontario, o supplichevole offerisco al Signore, & al santo mio Padre Benedetto, ne che sconvenevole paja, ch' io prieghi esso benedettissimo Padre che da Dio, a cui si caramente egli ha servito, tanta acqua dalla sua gratia m' impetri, che con questa mia feccia meschiata, qualche sorso se ne tragga, onde alla sete di loro si soccora, che con devoto affetto le azzioni de santi ricercano, & di leggere gl' accrescimenti della santa madre chiesa co i frutti, che per la cultivatione de suoi cari Figli ha prodotto di giorno in giorno dolcissimi si dilettano. Perciochè ho determinato di scrivere se a Dio piacerà di farmene degno, la vita i costumi, e i fatti maraviglosi del SS.mo Padre Benedetto, la institutione del Santo Ordine Monastico, la dignità de gradi a quali è stato inalzato. Il guadagno dell'anime, ch' egli hà acquistato, le temporali corone d'oro, & di gemme, che molti gran regi, & imperadori per l' habbito monastico in terra han calpestrato (& d' altre piu ricche, & eterne nel cielo coronati si sono. I gran tesori de martiri, e confessori dell'Ordine stesso, che a guisa di lucidissime stelle il christianesimo hanno adornato, & arricchito, & i grandissimi governi temporali, & spirituali da Monaci ben trattati con una lunga, e meravigliosa serie di Cardinali, & sommi Pontefici; a quali dal sacro monasterio di Monte Casino, e dal suo Ordine tratti ha Dio la santa chiesa sua ne maggiori travagli d' essa raccolta, e maritata, o come non meno con l' arme temporali, che con le spirituali, e con le proprie sostanze tal' ora della religione, l' hanno difesa, ornata, conservata, & inalzata, le quali cose tutte gia lungo tempo chiarissime con l' authorità di molti gravi, e santi Scrittori non hanno bisogno del testimonio mio, ne io tanto temerario sono che a tal fine di scriverle m' apparecchii. Ma mentre desideroso, almeno nella tarda hora della compieta del viver mio, di far qualche lavorio nella vigna del Signore, allettato dalla benignità, ond' egli suole non men bene pagare gl' ultimi lavoratori, che i primi gia vicino ero a por mano alla coltivatione della Sacra Cronica Cassinense, ove di ampliar molti luoghi, che per la brevità si rendono scuri voleva provarmi, e non m' escludeva il mio ardire dalla speranza di restituirla almeno allo splendore, & alla purità dell' antico idioma del lazio, quando da due Venerabili Padri di questa Santa Casa dotti, prudenti, & di vera charità pieni, fui fatto capace di quanto poco frutto riuscito sarebbe il mio pensiero, e quanto poco conveniva, che a scrittura si grave di scrittori si chiari, e tanto santi, come sono Leone Cardinale Ostiense, e Pietro Diacono, un minimo jota per emendarla se ne movesse, e che il dare de gran fatti che a tempi tanto remoti sono avvenuti, chiarezza maggiore di quella, che essi dato ce n' hanno, malagevole troppo alle deboli forze mie riuscito sarebbe. Ma poiche dello stare piu lungamente scioperato mi viddero impaziente, spirati (come mi persuado) da Dio, un altro lavoro mi proposero, dove l' opera mia con util maggiore impiegare si potesse, & è questa, alla quale m' apparecchio, cioè di trasportare dalla latina nella nostra commune favella tuttociò, che nella detta cronica si ha delle cose, che proposte mi sono, non come di parola in parola interprete diligente, & fedele, ma come fidelissimo scrittore de gran fatti, di che essa ci da contezza descrivendo le vite, o le azzioni de diversi huomini santi, che con questo habito nella S. Casa di monte Casino professato, ingradito hanno la Chiesa di Dio. M' appresi dunque subito al buon consilio, e ragionevole giudicai, che mentre coloro, che il latino idioma intendono per tutto il mondo cristiano godono di leggere le gran maraviglie, che ha Dio dato à suoi Fedeli col mezzo del Padre Santissimo Benedetto; gl' altri, che meno intendono non siano dalla dolcezza, e dall' utile di si grande Storia frodati. Quest' opera di cotanta fatica, a che mi pongo; non dovendo tutte le cose della cronica raccontare, ma delle chiare azzioni de santi, e de huomini segnalati farci conserva: Compendio historico delle cose del Sacro Monasterio di Monte Casino: *ho intitolato, poichè non altramente, che le piu pregiate gemme i resplendenti fatti, che adornano la Chiesa di Dio ci rapresenta, e se bene alle straniere nazioni non posso con questa commune nostra propria favella sodisfare, altretanto ragionevole, & giusto m' è paruto, che da si poca fiamma quale io sono non lungi gran luce per via de miei scritti si spanda. Contento dunque, che i stretti confini della Italia l' opera della mia penna non passi; alle santa Vergini, che ne sacri chiostri fan l' opera di Dio, a idioti & semplici laici Religiosi, & a tutti coloro, che altro idioma non sanno di quello, che col latte dalle*

mam-

mammelle delle Madri Italiane succhiarono, lieta la mia fatica s'incamina, che certa di recar loro non picciolo l'utile, & il diletta, spera con molta raggione d'essere gratamente ricevuta. Ma contento maggiore nel pormi a quest' opera provo, poiche di migliore, e piu gagliardo ajuto, che il mio non era ha Iddio proveduto alla dignità della cronica che io proposto mi havova &c. Ora io contento delle cose, che ho detto allegramente col nome di Dio, e sotto l' auspicio del santissimo Padre Benedetto, l'Opera, che dalla mia penna mi provo di trarre, comincio, nella quale niun' altra cosa pretendo di dover porre del mio, che l'ordine, & il modo di raccontare tutto quello, che fedelissimamente sono per trasportare dal latino al nostro idioma, senza mai traviare, o da un minimo passo dilungarmi dalla verità della detta cronica sagra, dal sagro Martirologio Romano, da i fedeli scritti del santo Papa Gregorio dottore della chiesa, che coll' istesso habito, e coll' osservanza della regola del nostro Beato legislatore pervenne in vita al supremo Pontificato temporale, & in morte al regno eterna del Cielo, e dagli altri santi, & autentici scrittori, che per certo sappiamo, che con lo spirito di Dio scrivendo, per niuna lor passione dal vero si sono allontanati. Officio sarà caritativo, e pietoso di chi legge; se cosa troverà ne miei scritti, che a devozione lo mova, di ringraziare il Signore, che tanto del suo favore comparte a suoi servi, che delle grazie sue li faccia dispensatori, e di pregarlo, che mentre di raccorre, e di scrivere tanta parte delle suo glorie mi affatico, non mi abbandoni con lo spirito suo, e per colpa delle mie fragilità, dal numero de suoi benedetti non mi escluda, & affidato da tanta speranza comincio. Ex illis ejus verbis. *Gia vicino ero à por mano alla coltivatione della sagra Cronica Cassinense, ove vi abbiamo molti luoghi &c., e non mi escludeva il mio ardire dalla speranza di restituirla almeno allo splendore, & alla purità dell' antico idioma del Lazio, &c.* Satis peritum purioris latinæ linguæ fuisse deducitur. In calce primi voluminis hæc charactere D. Antonini a Neapoli Archivistæ Cassinensis exarata leguntur, ex quibus discimus Zachariam nostrum haud perfecisse hoc opus, aliaque conscripsisse, quæ dolemus, ab eo non recensita. *Hic morte præventus ob diuturnam ætatem ac canitiem longam opus suum complere non potuit; fas igitur erit tibi C. lector istorum Sanctorum Vitas descriptas perlegere, eorumque exempla imitari, miracula glorificare, ac patientiam, humilitatem, cæterasque virtutes adimplere. Ora tamen pro ipsius Zacharia anima, qui hoc opus sibi legendum proposuit, ejusque labores non solum in hoc opere, verum & in aliis, quæ edidit, mirifice lauda. Amen.* Cœtera Zachariæ gesta nobis ignota.

VII.

VIRI DIGNITATE ILLUSTRES

ARCHIEPISCOPI, EPISCOPI,

Et Abbates.

D. Chrysostomus. D. Chrysostomus a S. Geminiano Archiepiscopus fuit Raguisinus, ac successor D. Ludovici Beccatelli Bononiensis, qui dignitati renunciaverat die 21. Octobris an. 1564. ut constat ex Actibus Concistorialibus a Mari laudatis.

D. Flavius. D. Flavius a Ferraria episcopus Ravelli fuit, teste Petruccio cap. 13. hisce verbis: *Flavius de Ferraria Monachus Cassinensis, & postea episcopus Ravellensis Græca, & Latina lingua valde instructus a Papa Julio III. plurimum dilectus, atque ob hoc ab eodem episcopus creatus est. Floruit temporibus Maximiliani Imperatoris.* Monachus evasit die 22. Julii 1529., atque in Matricula Monachorum in margine ejus nominis legitur: *Episcopus Ravelli.* Quare divinare non possumus, cur Ughellius To. I. nu. 36. col. 1192. in descriptione episcoporum Ravelli asserat, vocatum hunc fuisse Herculem Tambusium, atque inauguratum episcopum a Julio III. die 18. Septembris 1555., quo certe mortuus jam erat Julius die 23. Martii, ut omnes Historici asserunt, & Actus Concistoriales apud nos mss. ab Alexandro VI. incipientes, & usque ad diem 16. Octobris an. 1564. producti habent: *Roma die Veneris 22. Mensis Martii 1555. fuit congregatio generalis coram Sanctissimo Domino nostro, qui jam erat de vita sua desperatus, & animam agebat, in qua regimen, & administrationem omnium rerum ecclesia eodem Decano proponente, mandavit sacro Cardinalium collegio, ut provideret &c. quo facto data certo modo benedictione postquam multi Cardinales osculati sunt ejus manus, erexit se, & emisis intelligibilem ab omnibus vocem, dando Cardinalibus licentiam discedendi, & ita articulate dicendo: Le SS^tie. vostre se ne vadano, & ita discessum est, &c.* dieque sequenti ita a Cardinalibus responsum Baronibus Romanis, qui conquerebantur deputatum ad custodiam suburbii S. Petri D. Ascanium della Corgna Julii III. Nepotem Regi Galliæ obligatum, & captivum. *Et tandem decretum debere eos contentari de provisione jam facta, & propter honorem ipsius illustr. Ascanii & ipsius Sac. Collegii, & etiam propter pietatem debitam sancta mem. Julio III. avunculo suo, & quod ipsi Barones poterant esse tuti, & securi, proptereaque suprema authoritas esse penes Legatum, & Gubernatorem Burgi, cui teneretur ipse illustr. D. Ascanius, & etiam Capitanei, & milites obedire, & dicentibus Baronibus, quod authoritas Legati erat Titularis, sed effectus auctoritatis penes eum, qui milites, & Capitaneos conducebat. Fuit dictum, quod tam illustris D. Ascanius, quam etiam Capitanei omnes debebant pendere a Sacro Collegio, & legato, & quod debebant præstare super hoc juramentum, & quod si unum voluisset illustr. D. Ascanius, aliud vero legatus, quod debebant obtemperare legato, & ita discesserunt, &c.* quo constat, mortuum jam eo die Pontificem. Forte alius a Flavio nostro erit hic Hercules.

D. Honoratus. De D. Honorato episcopo Insulanen. supra actum.

D. Pius. De D. Pio Lotterio episcopo Fundano actum etiam. Ejus meminit Ughellius loc. cit. ubi asserit inauguratum episcopum die 30. Januarii 1576. Vocabatur in sæculo Carolus Filius Thomæ Lottherii, & Camillæ Mormile qui ambo ex familia patritia Neapolitana erant maternæ, paternæque hæreditatis portio ad ipsum, quod ante professionem illam non renunciaverit, obveniens, data deinde est a cœnobio nostro ejus Fratribus.

Abba-

Abbates, Prioresve.

Abbates Prioresve.

D. Placidus.

D. Placidus Mediolanensis a die 15. Augusti 1511. Monachus, Abbas fuit S. Simpliciani, ut ex veteribus matriculis cunstat.

D. Marcus.

D. Marcus de Apolla Monachus a die primà Maii 1514. Abbas fuit SS. Trinitatis Cavæ ex eisdem matriculis.

D. Augustinus.

D. Augustinus Genuensis Monachus à die 24. Iunii 1519. Prior fuit Cavæ ex eisdem Matriculis.

D. Benedictus.

D. Benedictus a Castello Sangri a die 11. Aprilis 1523. Monachus Prior adnotatur fuisse in Matriculis.

D. Eusebius.

D. Eusebius a Parma Monachus a die 4. Junli 1526. Abbas fuisse S. Pauli de Urbe, ibique obiisse dicitur in Matriculis.

D. Hieronymus.

D. Hieronymus Caracciolus a Neapoli Abbas fuit SS. Trinitatis Cavæ.

D. Benedictus.

D. Benedictus Sangermanensis a die 15. Januarii an. 1544. Monachus, Abbas fuit S. Eugenii Senarum ex iisdem Matriculis.

D. Alexander.

D. Alexander a Girace a die 21. Decembris 1551. Monachus, Prior fuit Sacri monasterii Cassinensis.

D. Fulgentius.

D. Fulgentius a Mantua a die 13. Decemb. 1556. Monachus, Prior fuit S. Petri apud Regium, ubi obiit, aliorumque cœnobiorom.

D. Benedictus III.

D. Benedictus a Valle Cursa a die 24. Junii 1559. Monachus, Prior fuit S. Michaelis Archangeli montis Caveosi, ubi obiit.

D. Anastasius.

D. Anastasius ab Atina Monachos a die 6. Aprilis 1559. obiit Abbas ejusdem cœnobii S. Michaelis Archangeli.

D. Eusebius.

D. Eusebius a Rocca Gloriosa a die 4. Maii 1560. Monachus, Abbas fuit S. Mariæ Andriæ, aliorumque cœnobiorum.

D. Laurentius.

D. Laurentius ab Aversa a die prima Novembris 1562. Monachus, fuit Abbas.

D. Fabianus.

D. Fabianus a Cajeta a die 13. Januarii 1572. Monachus, Abbas fuit S. Mariæ Andriæ.

D. Johannes Paulus.

D. Johannes Paulus Sangermanensis, a die 6. Martii 1582. Monachus, Prior, ac deinde Abbas titularis fuit.

D. Petrus Paulus.

D. Petrus Paulus ab Aversa Monachus a die 29. Junii 1585. SS. Trinitatis, aliorumque cœnobiorum Abbas fuit.

D. Antonius.

D. Antonius a Sarzana a die 13. Junii 1587. Monachus, obiit Prior S. Mariæ Miraculorom Andriæ.

Bernardinus Episcopus.

Bernardinus Fiumarellus ex oppido S. Angeli Diœcesis Cassinensis inauguratus est Minervini episcopus die 7. Augusti 1528. teste Ughellio To. VII. in descript. episcop. Minervini, col. 747. nu. 14. asserit tamen Ethruscum fuisse, ex S. Geminiano, & To. VI. col. 210. num. 20. electum Aliphanum episcopum die 16. Augusti 1529. ac repetit Ethruscum ex S. Geminiano, ac deinde factum episcopum Sulmonensem, & Valvensem. In descriptione deinde episcoporum Valvensium, & Sulmonensium To. I. col. 1382. nu. 60. hæc scribit Ughellius. *Bernardinus Fumarellus a S. Germano Alifanus antea episcopus ex cessione Cardinalis de la Valle, in quem iterum harum ecclesiarum regressus ceciderat, ad supradictam dignitatem translatus est an. 1532. die 4. mensis Novembris. E vivis autem exemptus est 1547. sepultusque est in Sulmonensi Cathedrali cum hoc epitaphio.*

D. O. M.

Bernardino Fumarello Episcopo Sulmonensi indefesso, vel vitiorum hosti, vel ecclesia defensori, Non. Junis mortalitatem ineunti MDXLVII. Leo Caracenius Sulmon. Patruo p.

Ab anno jam 1514. mense Januarii Bernardinus hic patriæ suæ oppidi S. Angeli Archipresbyter erat, ut constat ex sacris visitationibus ibi factis eo anno die 23. Maji 1515. die 4. Aprilis 1516. die 28. Maji 1517. die 21. Novembris 1518. 12. Novembris 1519; aliisque sequentibus. Imo dispensante certe Romano Pontifice archipresbyteratum honc ad mortem usqoe retinuit, cum in ejus collatione an. 1547. die 10. Junii facta a Priore Cassinensi Abbatis Locumtenente hæc leguntur. *Bernardus de Aversa Prior sacri monasterii Cassinensis dilecto nobis in Christo D. Angelo Stummo de terra Citrarii salutem in domino sempiternam &c. Sano vita, ac morum honestas, scientia claritas, aliaque tua probitatis, virtutum, & donorum merita, quibus apud nos multiplici fide dignorum commendaris testimonio nos merito excitant, & inducunt, ut te specialibus favoribus prosequentes tibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque nuper beneficium Archipresbyteratus castri S. Angeli per mortem R. episcopi Sulmonensis olim Archipresbyteri, & ultimi beneficiati, & immediati possessoris ejusdem vacare dignoscitur, &c.*

Floruit etiam hoc sæculo Nicolaus Antonius Gizzarellus ex oppido S. Petri in fine Cassinatibus sobdito, qui ob insignem joris scientiam Consiliarius S. Claræ a rege est renonciatus. Hoc is edidit valde commendatum opus. *Aurea Decisiones S. regii Consilii Neapolitan. in duos libros distributa cum Additione Baldavaris de Angelis Neapolitani judicis M. C. V. in criminalibus, Josephi Mele Bitontini, & Didaci de Mare Regini, postrema editio Neap. apud Camillum Cavallum 1656. in fol.* Vid. Toppi in Bibliotheca Neapolitan. p. 225.

VIII.

MONASTERIA CASSINATIBUS

Donata. Conventus, & Seminarium erectum.

Cœnobium S. Angeli in Formis Cassinatibus restitutum.

CArdioalis Antonius Carrafa pietate, ac doctrina celebris, com Prior Fiduciarius cœnobii S. Angeli in Formis olim Sacro monasterio montis Cassini subditi esset, iterum ibi Cassinates Monachos, vel ex ea Congregatione invehere studuit, quibusdam initis cum Desiderio a Brixia Abbate Cassineosi pactis, ut instrumento constat stipulato die 12. Januarii 1581. penes acta Notarii. . . . . in quo hæc leguntur. *Personaliter constitutus illustrissimus, & reverendissimus in Christo Pater D. Antonius Carrafa miseratione divina S. Maria in Via lata diaconus*

Car-

Cardinalis, necnon Prioratus S. Angeli in Formis extra muros Capuanos ordinis S. Benedicti perpetuus Commendatarius principalis ex una; qui quidem asserens cum pridem vehementer optasse & adhuc ex intimis cordis desideriis eptare, disciplinam vita Momonastica a primava dicti Prioratus institutione ibidem vigentem, nunc vero fere doperditam quoquomodo fieri potest in illo restituere, & pro hujus pii, & laudabilis desideris implememto Monachos sacri monasterii Cassinensis ejusdem ordinis, ad quod, & universam venerabilem Congregationem Monachorum Cassinensium alias S. Justine de Padua dicti ordinis, cui monasterium ipsum perpetuo apostolica auctoritate unitum existit, singularem gerit devotionis affectum in eodem Prioratu constituere proposuisse, ex parte altera devotus & R. in Christo pater D. Desiderius de Brixia dicti monasterii Abbas suo, ac uti procurator, & eo nomine ipsius monasterii, seu Conventus, prout de ejus mandato procura docuit instrumento publico sub die 22. mensis Decembris proxime praterius per D. Johannem Benedictum de Robertis de S. Germano notarium publicum rogato in nostra itidem prasentia personaliter constitutus, & asserens dudum sibi, ac conventui ipsius monasterii Cassinen. propensam voluntatem pranominati illustrissimi Dom. Antonii Cardinalis erga ipsos, & prafatum eorum monasterium, ac universam Congregationem innotuisse, & propterea votivo illius in hoc proposito se confirmare delibcrasse, sperantes inde regularis disciplina augmentum, ac in eodem Prioratu, qui ab ipso monasterio Cassini dependet, & alias de mensa illius Abbatiali fuit, cultus divini incrementum, & salubrem conservationem, multaque alia divina voluntati beneplacita, cum non medica ipsorum illustr. D. Antonii Cardinalis, & Commendatarii, necnon Abbatis, & Conventus, cunctorumque Christi fidelium illarum partium spirituali consolatione proventura ut propositum, & deliberatio pranarrata ad laudem omnipotentis Dei eum, quem decet, celerem, & felicem sortiantur effectum, tractatum, & conventiones, qua sequuntur sponte &c. &c. Confirmatum hoc instrumentum bulla Gregorii XIII. sub *Datum Roma apud S. Petrum anno incarnationis dominica millesimo quingentesimo, octogesimo primo, tertio Kal. Aprilis Pontificatus nostri anno nono.* Possessionem hujus cœnobii iniit Desiderius die 16. Octobris 1582. ut ex actis notarii Johannis Benedicti de Rubertis Sangermanensis, atque ibi Monachi Cassinates ad an. 1600. vixere, quo tandem eum Prior Commendatarius Antonii successor pactas Monachis pensiones non solveret, Cassinates cœnobium Cardinali Sfondrato renunciavere, ut ex Instrumento constat, quo potestas hæc a Monachis Cassinatibus data est D. Juliano ab Asula procuratori generali Congregationis Cassinensis stipulato die 29. Decembris 1600. a notario Benedicto Pantaleone Sangermanensi.

Cœnobium Ordinis Prædicatorum erectum.

Permissum jam olim S. Thomæ Aquinati a Bernardo Abbate fuisse, ut cœnobium sui ordinis in civitate S. Germani construeret, supra ostendimus. An constructum postmodum fuerit, incompertum; illud constat, Dominicanis concessam an. 1562. a Fratribus laicis ecclesiam SS. Annunciatæ cum aliquot domibus ea lege, si sibi redditus augerentur, construendi cœnobium vivendique. *Così religiosamente, & observantialmente secondo la costumanza, & il modo di vivere della nostra Provincia del regno di Napoli, e delle Costituzioni del loro ordine de Predicatori, quanto che permette la fragilità umana: &c.* ut fusius constat instrumento stipulato eo anno die 6. Februarii a notario Julio Atticano Sangermanensi. Quo etiam liquet iniisse ejus ecclesiæ possessionem F. Archangelum Velardium ex Petra Vairana jussu Fr. Vincentii Justiniani Magistri Generalis Ordinis Prædicatorum consentiente ordinario Cassinensi, Syndicis S. Germani, & Fr. Ambrosio a Pontecurvo Priori Provinciali provinciæ Neapolitanæ. Facultatum harum autographa in archivo nostro servantur, e quibus ad insignis Prædicatorum ordinis laudem dabimus illas ordinarii, & syndicorum.

Magnifici Sign. Sindici mei. Son venuto qui li Confrati dell' Annuntiata vostra, e molto me hanno pregato, che io sia contento, che possano collocar' in la ecclesia, estanze di ditta Nuntiata alcuni Frati de S. Domenico, & in specie frà Salvatore Siculo persona religiosa, & antiqua. Io, che non hò bisogno di speroni in simile pio negotio, purche si faccia il servitio del Sig. Iddio, e della gloriosa Vergine Maris, à cui e consecrata la ecclesia, resto più, che contento, confortando anco le signorie vostre a questo, tenendo per certo, che essendo la religione de S. Domenico dignissima, e celeberrima, non se ne pò sperare dalli soi Frati, se non frutto dell' Anime, accepto a Dio, e consolatione spirituale grata all' huomini del mondo, & altro non occorrendomi, mi recommando, & offero alle Sign. vostre. Da Montecasino hoggi è che la sollennità della Vergine Maria ad Nives, quale sia sempre vostra advocata appresso allo suo Figliolo in Cielo: Si come cercamo noi honorarla in Terra. 5. Luglio 1561. al piacer di V. S. D. Angelo Abbate Casinese.*

nota à

* Agosto.

A tutti, e singoli, che la presente perveneră, e serà presentata Noi Domenico de Riccardis V. S. B. notaro Marco Casatino Mastro Pietre di Capo russo, & Antonio de Ranaldo al presente Sindici di Sangermano, significamo, e famo noto qualmente havendomo visto l'assenzo del Rev. P. Abbate Cassinense per due littere expedite in Sac. Monte sub die quinto mensis Julii 1561. concesso alli devoti Confratri de la venerabile Cappella de la Nuntiata di questa città di S. Germano, & cognosciuta la buona voluntà de' detti Confratri esserno intenti, & inclinati al culto Divino in far detta cappella Convento della celeberrima religione di S. Domenico a laude, e gloria dell' eterno Iddio, e della gloriosa Vergine Maria, à salute dell' anime de li devoti, e fideli Christiani, & prasertim do li homini, e Donne de detta città, stame anco noi inclinati à tant' opera pia, e laudabile in honor, e servitio de Iddio, & quo supra nomine una con il detto R. Padre Abbate Cassinense consentimo, che in detta cappella se conducano Fratri esemplari, e di buona vita de detta celeberrima religione con ordine, e licenza de loro Ministri, e superiori (ut decet) ad officiare, & celebrare Messe, & altri divini officii quotidianamente secondo l'ordine de la Santa madre ecclesia, e de detta religione, & in fede de ciò havimo fatta far' la presente scritta per mano dell' egregio notaro Giov. Battista di Babo de San Germano nostro Scriba &c.

Ad tempora Innocentii X. cujus decreto (incipit bulla instaurandæ regularis disciplinæ. *Datum apud S. Ma-*

S. Mariam Majorem anno incarnationis dominica 1652. Idibus Octobris, Pontificatus nostri anno nono) extincti fuerant parvi Conventus, perseverarunt ea in urbe Dominicani, ut hac relatione, & decretò constat.

nota.

Relatione, e parere dell' Abbate, e Capitolo di Montecasino intorno all' applicatione, e repartimento de' Beni de' Conventi suppressi in quella sua giurisdizione in virtù della bolla della Santità di nostro Sign. sopra ciò publicata.

Le lettere gionte qui alli 8. del corrente mese di Aprile sotto la data delli 10. di Decembre 1652. m' hanno recato i commandi di V. Eminenza, e di codesta Sac. Congregazione deputata dalla Santità di Nostro Signore sopra lo stato de' Regolari, in essecutione de' quali, havendo ben essaminato con ogni maggior diligenza li bisogni di questa chiesa Cassinense, con il parere, e conseglio del Venerabile Capitolo di questa chiesa di Montecasino, si è concluso, dover supplicare, come humilmente supplicamo V. Eminenza, e tutti loro Eminentissimi Signori di voler impiegare l'entrate del conventino de' Padri Domenicani, sito nella città di S. Germano, in erettione d'una Prebenda Theologale, per beneficio de' poveri, che non hanno commodità di mandare li loro figlioli Preti a studiare nelle città principali, con trasportare insieme il Seminario nel sudetto Conventino, acciò così da i Seminaristi, come dal Prete prebendato da farsi, venghi offitiata la chiesa, & insieme continuata la devotione del SS. Rosario già istituita con molta frequenza di popolo dall' istessi Padri Dominicani, e la casa, dove al presente abbitano gli Seminaristi, quella affittare, o vendere colle debite sollennità, e circostanze à beneficio dell' istesso Seminario, stimandosi il tutto à maggior gloria di Dio, e benefitio de' popoli &c.

nota.

Suprascriptam applicationem, ac partitionem bonorum in vim constitutionis Sanctissimi Domini nostri, quæ incipit *Instanranda* ab Abbate, & Capitulo montis Casini propositam, atque ad Sacram Congregationem super statu Regularium transmissam, Sanctitas sua ad se relatam approbavit, executionique demandari, atque in Cancellaria Abbatiali registrari præcepit ad perpetuam rei memoriam, contrariis quibuscumque non obstantibus. *Datum Romæ die 17. Junii 1653. Locus ✠ sigilli. P. Fagnanus Secretarius &c.*

Haud tamen præbenda Theologalis instituta justis de causis, cujus vice tres capellani constituti, ut alio decreto constat die decima Julii 1658. ab Alexandro VII. approbato. Cum tamen magna erga Ordinem Prædicatorum devotione ferretur civitas S. Germani, prævio assensu regio, illis quo redire, aptiusque substentari possent, concessit vectigal, Catapaniam dictum, quo jus dabatur percipiendi certam carnis, piscium, fructuum, ac fruguum quantitatem quæ in urbe venduntur, ut instrumento constat stipulato 8. Junii 1673. a notario Johanne Petro Cavalieri Sangermanensi. Aliæ quædam donationes iisdem factæ, ac postmodum decreto Sac. Congregationis permissum, ut Domenicani ad urbem S. Germani redirent. Hactenus apud nos perseverant, diuque perseveraturos speramus.

& Capuccinorum.

Optaverat jam diu Bernardus Abbas ad S. Germani Fanum Capuccinos transducere, optaverant & Monachi, atque Sangermanenses, quare an. 1579. apud Generalem Capuccinorum egit, ut Fratres aliquos mitteret, qui locum ad Conventum construendum aptum eligerent. Votis annuit Generalis, missisque duobus fratribus, ab iis locus, uno circiter lapide urbe distans, electus est, in quo ecclesia S. Antonii Abbatis, ac casæ quædam, uberes, ac limpidæ aquæ, & viridarium erat, quæque omnia illis dono dedere Cassinates. Mense deinde Septembris ad S. Germanum concessit Provincialis Capuccinorum in provincia Neapolitana F. Hieronymus a Sorbo cum aliis quibusdam è suis Fratribus, magnaque solemnitate crucem in eo loco fixit, quo cœnobium construendum erat. Aderat Vicarius generalis Cassinensis cum aliis Monachis, Dominicani, Franciscani, Clerus Sangermanensis, aliorumque oppidorum Confraternitates, frequensque populus, qui omnes supplicabundi ab ecclesia matrice, in qua inter missarum solemnia concionem habuit Provincialis, aliamque in loco, ubi crucem posuerat, loci ædificandi signum. Plures ad id eleemosynas, & Bernardus Abbas, & Sangermanenses dedere, quo facilius cœptum opus exequeretur. Anno deinde 1580. die 7. Martii Abbas assistentibus multis Cassinatibus Monachis, Clero Sangermanensi, Dominicanis, & Franciscanis, Pontificalibus indutus primum lapidem solemni ritu posuit pro ecclesia construenda Deo ad honorem S. Antonii, & S. Scholasticæ dicata, ut in hac epistola narrat D. Johannes Evangelista Mormile.

Rev. Patri Bernardo Abbati Cassinensi

Jo: Fil. com.

Non fortuito Rev. P. Festum gloriosi patroni nostri Thomæ Aquinatis inter hæc nostra solemniorum gaudia, quibus in primo lapide fundando super hoc templo, Deo, & B. Antonio confessori dicato venerabilis cœnobii Capuccinorum, universa hæc civitas Germanensis exultat, obtigisse censendum est: sicut enim idem Sanctissimus Doctor, dum in humanis ageret, plurimum in ædificandis spiritualibus templis non cæmento, & arena, sed vivis ex lapidibus orthodoxa, catholicaque doctrina sua, & intaminatis vitæ exemplis insudavit, ita nobis divina consultum est bonitate, ut tu in ejus festo, cujus & devotissimum tamquam patriæ civis, & morum probitate imitatorem prætetulisti, hujus materialis templi primum jaceres fundamentum, quamvis in edendis plerisque aliis spiritualibus, & exemplo, & exhortatione inter nos non destiteris. Horum igitur gratia, cum tua erga me benevolentia, qua probe hactenus usus sum, tot his gaudiis interesse mihi licuerit, nolui ad istas spirituales nuptias ante Domini conspectum vacuus apparere. Verum cum & temporis angustia, & peculiaris præsentis Quadragesimæ observatio, qua divinis laudibus diu, noctuque indesinenter occupamur, me ab aliquo exacto, dignoque opere dehortentur, ne mutus omnino hos viderer, hæc pauca in ejusdem Sanctissimi patroni nostri Thomæ laudibus carmina decantanda tibi obtuli, conjiciens affatim illa tibi grata fore, cum totus dulcedinem & humanitatem distilles, utpote qui instar pii domini duo minuta inopis viduæ in templi gazofilacium oblata non aspernantis, hæc exigua humilitatis nostræ dona minime parvipendens, cum humilia probe respicias, alta vero a longe cognoscas, tanto acceptius habebis, quanta

ex

ex humili corde, & de se non magna sentienti deprompta perspexeris. Accipe igitur optime Pater filii tui breve compendium vitam tanti Doctoris Saphice continens, ea animi prodigalitate, qua si possem sublimius quippiam tibi dicarem; & in tuorum clientelam me quoque suscipe. Vale, Casini 1580.

Et Minorum observantium.

Constructum hoc eodem sæculo est non longe ab oppido Citrarii cœnobium Fratrum Ordinis minorum Observantium, assignata illis ecclesia S. Mariæ Gratiarum, in qua admodum devota imago Deiparæ visitur, deque ea plurima miracula narrantur. Ampliatum paucis ab hinc annis cœnobium hoc fuit.

Seminarium excitatum.

Quo disciplina ecclesiastica renovaretur, atque clerici facilius scientias ediscerent, Andreas Abbas construendum decrevit Seminarium ad Sacri Concilii Tridentini præscriptum Sess. 23. de Reform. cap. 18., obtinuitque e Sixto V., ut non nisi a se ipso, suoque Vicario generali, ac successoribus, & fundatio, & regimen deinceps dependeret, ut hac bulla constat. *A Tergo.*

Dilecto filio Abbati monasterii Montis Cassini nullius Diocœsis ordinis S. Benedicti Congregationis Cassinensis.

Sixtus. PP. V.

Ex originali in archivo.

Dilecte fili salutem, & apostolicam benedictionem. Cum sicut Nobis nuper exponi fecisti, monasterium Cassinense nullius diocœsis sedi apostolicæ immediate subiectum, ordinis S. Benedicti Congregationis Cassinensis, cui praesse dignosceris, satis amplam jurisdictionem in spiritualibus, & temporalibus habeat, in qua tu, & pro tempore existens ejusdem Monasteris Abbas diversis privilegiis Apostolicis muniti pontificalia munia exercere soletis, & in ipsius jurisdictionis districtu, amplissimum subditorum numerum habetis, quibus, ut in catholicæ religionis, & literarum studiis, & sacrorum rituum institutis ad omnipotentis dei honorem, & sanctæ sedis hujus utilitatem benedicente domino, in dies magis proficiant, de utili alicujus seminarii institutione providendum duceris, nobis humiliter supplicari fecisti, ut in hoc nostram interponere auctoritatem de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur pium tuum in hoc desiderium plurimum in domino commendantes, ac pro pastoralis officii divina disponente clementia nobis injuncti munere, quantum cum Deo possumus, eorumdem subditorum commoditati quamprimum consulere, & quæ ad illorum progressum pertinent, ut felici inchoentur principio, & meliori concludantur exitu, providere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, tibi, & pro tempore existenti ejusdem monasterii Abbati, ut in civitate tua S. Germani, vel alio loco tibi beneviso, & ad id idoneo, & magis commodo jurisdictionis, & districtus monasterii prædicti unum adolescentium seminarium pro certo puerorum subditorum monasterii prædicti in eo recipiendorum, alendorumque ac religiose educandorum, & ecclesiasticis disciplinis instituendorum, numero instar aliorum seminariorum puerorum ecclesiasticorum, juxta Sacri Concilii Tridentini decreta per Archiepiscopos, & Episcopos in eorum civitatibus, & diœcesibus hactenus erectorum, & institutorum (salvis tamen infradicendis) erigere, & instituere, nec non ad ipsius seminarii fabricam incipiendam, mercedemque illius Præceptoribus, & ministris assignandam, & solvendam, nec non eosdem pueros alendos, & alias impensas, & sumptus per vos ipsos, vel Vicarios generales necessarios instituendos absque aliquo alio coadjutorum, vel procuratorum interventu præmissa omnia efficere, & exequi valeas, nec non aliquam honestam, & moderatam taxam super fructibus, redditibus, & proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis universis quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum, tam sæcularium, quam prædicti, & cujusvis alterius ordinis regularium cum cura, & sine cura, & alias quomodolibet, qualificatorum imponere, illaque annis singulis a beneficiorum eorumdem possessoribus, nunc, & pro tempore existentibus, etiam quoad ratam pensionum super eorumdem beneficiorum fructibus, nunc, & pro tempore impositarum, quam ipsi possessores sibi ad hunc effectum retinere possint, exigere, sive exigi facere, nec non aliqua perpetua simplicia beneficia ecclesiastica sine cura, & personalem residentiam, non requirentia in eadem jurisdictione, & illius districtu consistentia, etiam ante illorum vacationem sine cultus divini, & illa obtinentium præjudicio, & alias juxta eorumdem decretorum formam, & tenorem eidem seminario perpetuo unire, annectere, & incorporare, cæteraque omnia alia, & singula circa præmissa necessaria, & opportuna, nec non ea, quæ in eisdem decretis circa præmissa continentur, facere, exercere, & exequi valeatis in omnibus, & per omnia, prout illa Archiepiscopis, & episcopis in eorum Civitatibus, & diœcesibus faciendi, exercendi, & exequendi per eadem decreta ejusdem concilii concessum est, excepto dumtaxat, quod præmissa omnia, quæ ipsi Archiepiscopi, & Episcopi cum interventu, & consensu deputatorum ex præscripto ejusdem sacri concilii Tridentini facere tenentur, tu, & pro tempore ejusdem monasterii Abbas existens soli per vos ipsos, vel per Vicarios vestros Generales, absque aliquo coadjutorum, & procuratorum interventu facere, vel exequi valeatis, auctoritate apostolica, tenore præsentium, licentiam, & facultatem, & omnimodam potestatem, & auctoritatem concedimus, & impartimur, Vobisque pariter perpetuo indulgemus. Non obstantibus quibuscumque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & in generalibus Conciliis editis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die XX. Martii. M.D.LXXXX. Pontificatus nostri anno quinto.

nota.

M. Vestrius. Barbianus.

Locus † Sigilli.

Verum morte præventus, provinciam successori D. Hieronymo Perusino reliquit, qui an. 1590. die 20. Decembris in ecclesia S. Mariæ Pietatis in Platea lanionum, prope collegiatam S. Germani, illud erexit. Dederat hanc ecclesiam D. Antonius de Jannutiis Sangermanensis beneficiatus ecclesiæ, cum ædificiis, ac redditibus; utque facilius alerentur alumni ad annum redditus omnes non contemnendæ quantitatis attribuit Hieronymus Abbas quos ex Sycla, & Portulania in tota ditione Cassinensi cœnobium nostrum acciperet, plura simplicia beneficia vacantia, aut vacatura attribuit, jussitque, ut reliqui Cassinensis diocesis beneficiati ducata quinque pro quolibet, centenario ex per-

perceptis fructibus quorannis persolverent, ut ex instrumento erectionis constat, stipulato a notario Benedicto de Rubertis Sangermanensi, memorato anno, ac die. Plura deinde successores Abbates beneficia Seminario univere, quibus, ac diligentia generalium Vicariorum factum, ut brevi, & redditus sint aucti, & alumnorum numerus, atque non nisi brevi pensionem beneficiati solverint. Viget hactenus, Deo præside, morum, scientiarumque disciplina, atque numero, conspicuum hoc seminarium.

Parthenon S. Johannis apud Capuam renunciatus.

Celebre Sanctimonialium cœnobium S. Johannis apud Capuam fundaverat Aligernus Abbas sæculo XI., a quo tempore Cassinatibus semper subditum, magna morum probitate floruerat, nam in visitatione die 13. Novembris an. 1412. facta jussu Abbatis Cassinensis a Fr. Bernardo Monacho Cassinate, & Johanne Senensi V. I. D. examinata D. Isabella Abbatissa respondit ad octavam, & nonam interrogationem: *Quod bene servatur officium in ecclesia, & dicunt matutina, & missa, & alia hora, & quod competenter servatur regula S. Benedicti in monasterio.* Ad X. dixit: *Quod nulla Monialium habet proprium*; Ad XIII., XIV., & XV. *Dixit, quod habet unum cappellanum, qui est honestus, & bonus homo, quem domini Visitatores viderunt, & apparuit eis honesta persona. Quod monasterium clauditur ante crepusculum, & claves portantur Abbatissæ, & ipsa Abbatissa tenet claves, & de mane in ortu solis semper aperitur monasterium. Quod nulla persona inhonesta ingreditur ipsum monasterium, nec ibi conversatur.* Ad XIX., & XX. *Quod ipsi Visitatores viderunt ipsum monasterium, & erat integrum in edificiis, & non indigebat aliquali reformatione. Quod Monasterium non indiget aliquali reformatione, quod ipsa sciat.* Quod clarius explicat D. Blanca de Aczia ad I., II., III., & IV. articulum hisce verbis: *Dixit quod Abbatissa bene se habet erga Moniales, & erga monasterium, & bene gubernat eas. Quod in ipso monasterio servatur honestas, secundum Regulam S. Benedicti, & post constitutionem ipsius Ordinis. Quod Abbatissa bene gubernat temporalia, & spiritualia. Quod Abbatissa est sollicita.* Ad VII. VIII., & IX., *Dixit, quod omnes Moniales sunt valde obedientes ipsi Abbatissa. Quod bene servatur Officium in ecclesia, & quod semper surgunt de nocte ad Matutinum cantandum, & quod missa quasi omni die in dicto monasterio celebratur. Quod bene servatur Regula S. Benedicti.* Ad X., & XI. *Dixit, quod nulla Monialium habet proprium, quod honestissime, & castissime vivunt omnes moniales.* Ad XIII., & XIV. *Dixit, quod habent unum cappellanum honestissimum, & sine suspectione: Quod Monasterium clauditur sub bona clausura ante crepusculum.* Ad XV., & XVI. *Dixit, quod in dicto monasterio non conversatur aliqua inhonesta persona, nec laica, nec secularis, quod bona monasterii bene, & sollicite gubernantur intra per Abbatissam, & extra per Petrillum procuratorem dicti monasterii, & quod optima videtur ratio de bonis ipsius monasterii.* Ad XIX., & XX. *Quod monasterium est totum integrum, & quod suo videtur, non eget aliqua reformatione. Quod dictum monasterium non indiget reparatione aliqua.* Eadem confirmarunt D. Jabellutia de Toro, D. Florderisia, D. Constantia de Toro &c. Abbatissam tamen Visitatores eo nomine reprehenderunt, quod ad V. articulum dixerit: *Quod plures possunt vivere de proventibus ipsius Monasterii, sed ipsa non potest invenire Novitias nobiles, quod consuetum est in ipso monasterio, quod sint tantum nobiles moniales, & quod nolebat recipere aliquas, quæ non essent nobiles; & Visitatores reprehenderunt eam dicentes, quod non nobilitas generis, sed virtutum merita gratum Deo reddunt idoneum servitorem, unde mandaverunt ipsi Abbatissæ, ut reciperet moniales, & novitias sive nobiles, sive plebeas, sive rusticas, dummodo apparerent bona, & virtuosa, & quod reciperet in ipso monasterio tot, quot possint de proventibus ipsius monasterii congrue substentari.* Nobiles, certe, tantum in cœnobio recipere regulæ nostræ cap. 59. contrarium. Vid. Martene, & Menardus ad illud caput, & Mabillonius Annal. To. I. p. 56. Remissior hoc sæculo fuerat disciplina monastica apud Sanctimoniales S. Johannis, pro qua instauranda clausuram invexit Abbas Ignatius an. 1556. sine qua haud satis facile mores virgine digni conservari possunt, pluraque decrevit, ut susius instrumento constat a notario Cesare Martutio Sangermanensi die 14. Octobris hujus anni constructo, in quo testimonium hoc Electorum Urbis Capuæ legitur.

nota.

nota:

Noi Eletti al Reggimento, e governo della fedelissima Città di Capua facemo piena, & indubitata fede a chiunque la presente spettarà, pervenerà, ò sarà quomodolibet presentata, qualmente il R. P. Abbate di Monte Casino è venuto a fare la reformazione, e clausura del monasterio di S. Giovanni de detta città de le Monache chiamato da detta città, e da li magnifici parenti di dette Monache, & a loro requisitione, & instantia, unitamente se ei data principio a detta clausura, & reformatione, il che è stato poi successivamente concluso da tutto il consiglio di detta città, della quale clausura, & reformatione tutta detta città, e li parenti di dette Monache, se ne sono chiamati, e chiamano contenti, come de cosa necessaria, onesta, & laudabile, & in fede del vero abbiamo fatta fare la presente sigillata del solito sigillo di detta citta dall' infrascritto Cancelliere di essa. Capua die 12. Januarii 1557. Locus † sigilli impressi. Jo: Antonio Manda Cancelliere.

Ægre id tulere Sanctimoniales, quare a Paulo IV. obtinuerunt, ut proposita ab iis rationum momenta a D. Vincentio Spinello episcopo oppidi examinarentur; cumque factum ab episcopo decretum haud satis arrisisset, is ab eodem Pontifice obtinuit, ut eadem causa episcopo Suessano D. Galeatio Florimonti committeretur. Diu postea successores Abbates in idipsum enixe laboraverunt, potissimum D. Angelus Sangrinus, D. Bernardus Aversanus & D. Matthias a Lignasco, ut ex pluribus S. Pii V. diplomatibus constat, ex quibus unum hic dabimus. *A tergo: Dilecto Filio Abbati monasterii S. Benedicti Montis Cassinen. Ordinis ejusdem S. Benedicti Congregationis Cassinen. alias S. Justinæ de Padua.* Intus vero: *Pius Papa V. Dilecte Fili, salutem, & apostolicam benedictionem. Cum, sicut accepimus, licet alias nos, qui antea acceperamus, dilectas in Christo Filias Abbatissam, & moniales monasterii S. Johannis Capuan. non solum dicti Ordinis, sub qua se altissimo famulandas professæ sunt regulam deseruisse, verum etiam nec in communi*

Abbati Cassinensi.

Ex originali in Archivo.

vivere

vivere, necnon famulas sibi particulariter inservientes in dicto monasterio habere, & extra dormitorii claustra in propriis cameris dormire, ac earum cappellanam intra illas admittentes, eumque inibi sæpius celebrare jubentes, eucharistia sacramentum ibi sumere, ac earum confessorem etiam ipsis infirmis non existentibus, earum confessiones similiter intra dicta claustra audire, sicque monasticam clausuram violare contra earum, & dicti Ordinis regularia instituta, nec non sac. Concil. Trid. decreta non erubuisse, propria quoque bona retinere, & possidere, necnon ipsius monasterii fructus, redditus, & proventus inter ipsas pro rata dividere, eosque tam pro earum particularium, & privata, quam famularum prædictarum manutentione consumere, in animarum suarum grave periculum, & dicti Ordinis, necnon civitatis Capuañ. Christifidelium non modicum scandalum per alias nostras in forma brevis motu proprio expeditas literas discretioni tuæ, cujus ordinaria jurisdictioni monasterium ipsum subesse dinoscebatur mandaverimus, quatenus te ad monasterium prædictum personaliter conferres, illudque tam in capite, quam in membris, & dependentiis visitares, & sub certis modo, & forma reformares, ac hujusmodi Abbatissam, & Moniales ad dicti Ordinis Regularem observantiam, illiusque regularia instituta, etiam juxta decreta dicti Concilii, & illius reformationes, ad debitamque clausuram reduceres, & restitueres, necnon illas, & quascumque alias in eodem Monasterio degentes personas, etiam si illase a tua jurisdictione & potestate ordinaria exemptas, & sub nostra, & sedis Apostolicæ protectione susceptas esse prætenderent, quas a regularibus hujusmodi institutis deviasse, aut alias quomolibet deliquisse reperisses, secundum criminum, & excessuum qualitatem, ac dicta earum regularia instituta puniri, & castigari procurares, easque ad Regulæ prædictæ, necnon dicti Concilii decretorum, & reformationis hujusmodi observationem omnino compelleres, in easdemque omnem superioritatem, & ordinariam tuam, ac, ut præfertur tibi commissam jurisdictionem, & auctoritatem exerceres, aliasque, & alia in præmissis necessaria quomodolibet, & oportuna faceres, prout in eisdem literis plenius continetur. Tu postmodum ad monasterium prædictum accessisses, illudque tam in capite, quam in membris, earundem litterarum vigore visitasses, & certis modo, & forma reformasses, dictamque Abbatissam, cum illa per triennium munera Abbatiali functa fuisses, ac juxta Concilii decreta, & Ordinis regularia instituta hujusmodi ulterius confirmari, seu eligi non potuisset. Nihilominus Moniales prædicta, etiam forsan via scrutinii, aut alia electionis forma servata eandem Abbatissam etiam iteratis vicibus, tuis super hoc interpositis monitis, non parendo, sed imo illis contraveniendo & contra decreta, & constitutiones hujusmodi, etiam confirmarunt, seu elegerunt. Nos præterea præmissa conniventibus oculis pertransire nequeuntes, literarum prædictarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso habentes, illasque harum serie approbantes, & confirmantes, motu simili, non ad tuam, vel alterius pro te nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex deliberata, & certa nostra scientia, eidem discretioni tuæ, de qua in his, & aliis specialem in Domino fiduciam obtinemus per præsentes committimus, & mandamus, quatenus Abbatissam ipsam ab officio, munere, & dignitate Abbatiali hujusmodi deponas, & prives, & si inobediens fuerit, & tuis monitis obedire recusaverit, eam e dicto monasterio ejicias, & expellas, ac carceribus mancipes, ipsisque postmodum monialibus ut infra tibi bene visum, & per te eis præfigendum terminum ad alterius Abbatissæ secundum qualitates a Sacro concilio Tridentino præscriptas electionem procedant injungas, eoque termino elapso, si mandatis tuis obedire recusaverint, tu ipse alio ipsarum voto minime expectato, nec scrutinii, aut alia electionis via servata, aliam ejusdem Capuañ., vel si tibi expedire videbitur, alterius monasterii ejusdem Ordinis Monialem professam, & idoneam juxta prædicti concilii Tridentini decreta in Abbatissam, dicti monasterii Capuañ., auctoritate nostra deputes, instituas, præficias, & ordines, eique sic a te deputatæ ab eisdem Monialibus debitam obedientiam præstari facias, ita ut illa sic per te deputata eandem facultatem, auctoritatem, & potestatem habeat, ac eisdem privilegiis, libertatibus, immunitatibus, prælationibus gaudeat, perinde, ac si electionis forma servata, electa fuisset, tibique super præmissis omnibus tam Abbatissam, & Moniales hujusmodi, quam etiam contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas, aliaque oportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendi, legitimisque super his habendis, servatis processibus, sententias, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravandi, ac etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilium brachii secularis invocandi, omniaque, & singula alia in illis, & circa ea necessaria quomodolibet, & opportuna faciendi, gerendi, & exercendi plenam per easdem præsentes facultatem concedimus, & impartimur. Non obstantibus quibusvis apostolicis, ac etiam in provincialibus, & synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, nec non etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris apostolicis eisdem monasterio Capuañ., illiusque Conventui, Monialibus, præsidentibus, superioribus, & personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus etiam, si de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, individua, & expressa mentio, seu quavis alia expressio, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenore hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserta forent præsentibus pro sufficienter, & plene expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, contrariis quibuscumque. Aut si Abbatissæ, & monialibus prædictis, vel quibusvis aliis communiter, vel divisim ab Apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Romæ apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die 19.

Januarii 1569. Pontificatus nostri anno quarto. Cæsar Glorierius. Cum demum Sanctimoniales clausuræ sese legibus obstrinxissent, quo etiam diutius intemerata ibi permaneret monastica observantia, jurisdictionem in cœnobium illud sponte Abbas Cassinensis an. 1574. Archiepiscopo Capuano D. Cesari Costæ renunciavit, qui, utpote vicinior, illas gubernare aptius poterat. Pensionem sibi tamen annuam reservavit cœnobium nostrum pro recognitione immediati dominii. Vid. Michael cognomento Monachus in Sanctuario Capuano pag. 478.

Gratiæ Fratribus Disciplinantibus confirmatæ.

Anno 1565, die 6. Martii, Ignatius Abbas confirmavit Fratribus Congregationis S. Mariæ Disciplinantium sacellum sub eodem titulo situm in ecclesia matrice oppidi S. Apollinaris, atque Congregationem ipsam cum rationibus suis omnibus, latifundiis &c. Inter alia pia opera sepeliebat hæc Congregatio mortuos pauperes, atque peregrinos in nosocomium suum excipiebat, quod & modo præstat. Id fusius constat ex patentibus literis in regesto II. Congregationis p. 135., & seqq. quibus insertum est privilegium ab Abbate Ignatio Genuensi eidem societati an. 1541. concessum, aliudque Pauli III. in quo præ cœteris jubet Pontifex, ut nemo illam in beneficii titulum impetrare posset, aut erigere, sed gubernandam semper a sodalibus ipsis.

Matthias Abbas Sanctimonialium Cœnobium erigere tentat.

Anno 1570, Abbas Cassinensis D. Matthias de Lignasco vires omnes contendit, ut Sanctimonialium cœnobium in civitate S. Germani erigeretur, quam ad rem aptam esse ratus ecclesiam S. Petri de Castello;, sic dictam, quod Roccæ Janulæ subjaceat in eminentiori urbis loco; eidem destructum jam cœnobium S. Scholasticæ cum ejus bonis, partemque reddituum nosocomii S. Mariæ quinque Turrium attribuit, procuratoresque constituit ad cœnobium construendum, ut fusius ex instrumento constat stipulato a notario Cesare Martucio Sangermanensi die 25. Septembris 1570.

SÆCULUM DUODECIMUM

A CONSTRUCTIONE SAC. COENOBII CASSINENSIS.

AB ANNO CHRISTI MDC. AD ANNUM MDCC.

I.

SERIES ABBATUM

SACRI MONASTERII MONTIS CASSINI,

Ab anno millesimo sexcentesimo, ad septingentesimum supra millesimum.

D. Ambrosius a Puppio a mense Maii 1599. ad totum Decembrem 1602.

D. Desiderius a Monteregali a mense Januarii 1603. ad totum Decembrem 1604.

D. Gregorius a Castione a mense Januario 1605. ad 2. Augusti 1608. quo die obiit.

D. Paulus a Consentia a 14. Octobris 1608. ad 21. Octobris 1609.

D. Honoratus a Panormo a 22. Octobris 1609. ad 19. Aprilis 1614.

D. Isidorus a Parma a 20. Aprilis 1614. ad 22. Aprilis 1617.

D. Paulus a Parma a 23. Aprilis 1617. ad initium Maii 1621.

D. Bernardinus a Trano a mense Maii 1621. ad initium Decembris 1624.

D. Simplicius a Tito, a mense Januarii 1625. ad Decembrem 1628.

D. Paulus a Parma iterum, a mense Januario 1629. ad totum Decembrem 1630.

D. Angelus a Fundis a mense Januario 1631. ad 18. Decembris ejusdem anni, quo die obiit.

D. Paulus Camillus a Placentia a mense Januarii 1632. ad Decembrem 1634.

D. Desiderius a Fractis a mense Januario 1635. ad Decembrem 1639.

D. Severinus a Castro forti a Januario 1640. ad initium Maii 1645.

D. Andreas a Parma ab initio Maii 1645. ad totum Decembrem 1647.

D. Desiderius a Fractis iterum a Kal. Januarii 1648. ad 15. Julii 1649. quo die obiit.

D. Dominicus a Neapoli a Januario 1650. ad totum Decembrem 1653.

D. Carolus ab Aversa a Januario 1654. ad Martium 1657.

D. Angelus a Neapoli a fine Martii 1657. ad Majum 1661.

D. Anastasius a Neapoli a fine Maii 1661. ad totum Aprilem 1665.

D. Angelus a Neapoli iterum, ab initio Maii 1665. ad totum Aprilem 1669.

D. Maurus a Nola a Majo 1669. ad Aprilem 1675.

D. Severinus a Neapoli a Majo 1675. ad Aprilem 1680.

D. Andreas a Neapoli a Majo 1680. ad Majum 1681.

D. Sebastianus a Mediolano a Maio 1681. ad totum Aprilem 1687.

D. An-

D. Andreas a Neapoli iterum a majo 1687. ad Aprilem 1693.

D. Severinus a Neapoli iterum a majo 1693. ad 27. Augusti 1697. quo die obiit,

D. Hyppolithus a Neapoli a mense Novembris 1697. ad totum Aprilem 1704.

I I.

Abbates Cassinenses.

NOTÆ AD SERIEM ABBATUM CASSINENSIUM.

D. Ambrosius.

D. Ambrosius Rastellini a Poppio SS. Floræ, & Lucillæ apud Aretium monachus Kal. Octobris 1601. post quam universus diœcesis clerus ipsi obedientiam detulisset, Synodum habuit, cujus decreta optima sunt. Jura cœnobii nostri intrepide, prudenterque defendit. Tertium Congregationis Cassinensis Præsidens fuit an. 1598., 1604., & 1609. jussitque, ut quolibet Sabbato in omnibus Congregationis monasteriis missa Deiparæ, & Litaniæ post Completorium canerentur, & in ejusdem solemnitatibus post secundas vesperas, ut in omnibus Cœnobiis pro monachorum captu, atque opportunitate Publici lectores constituerentur Theologiæ moralis, Sac. Scripturæ, & Philosophiæ, utque non nisi pro gravibus causis casus reservatos Prælati statuerent. Abbas fuit S. Georgii Venetiarum, S. Severini apud Neapolim, & S. Mariæ apud Florentiam, qua de caussa de illo agit Puccinellus in Chronico ejusdem monasterii p. 102. & seqq. Obiit in cœnobio Aretino 1611.

D. Desiderius.

D. Desiderius. . . . . a Monte Regali cœnobii nostri monachus, ac proinde jurium ejus haud ignarus, quæ magno conatu propugnavit. Ejus tempore quidam Cassinates monachi Lotharingiam missi, ut magno Desiderio Congregationis SS. Victotis, & Hydulphi reformatori opem ferrent, ut infra dicemus. Cum vero magis, quam Abbatem deceret, splendide viveret Desiderius, idque a monachis rescissent Visitatores, illum hoc regimine exauthoratum ad aliud Abbatiæ S. Nicolai littoris Venetiarum transtulerunt Diæta insequenti.

Gregorius.

D. Gregorius a Castione Aretino SS. Floræ, & Lucillæ monachus Kal. Octobris post receptam pro more totius Cleri obedientiam, synodum habuit in ecclesia cathedrali Cassinensi, servaram ms. in nostro Archivo. Ædificiis cœnobium auxit. Anno 1608. quo Congregationis Cassinensis Præsidens inauguratus fuerat podagra, ac febri mense Julio correptus obiit die 3. Augusti. Solemniter illi parentarunt monachi, Canonici Collegiatæ, & Clerus diæcesis in cathedrali ecclesia Cassinensi, atque in cœmeterio S. Annæ humatus est. Tota Abbatis authoritas penes Priorem Cassinensem D. Victorinum a Neapoli pro more mansit, atque plures ab eo editos jurisdictionis actus constat ex archivo nostro.

Paulus.

D. Paulus . . . . a Cosentia a die 21. Decembris an. 1576. monachus magna semper humilitate se gessit teste D. Honorato coævo Scriptore hisce verbis an. 1608. *Essendo marta D. Gregorio Presidente, era primo Visitatore della Congregazione Cassinese D. Alfonsa di Napoli Abbate di S. Severino, e Professa. Costui restò Presidente in quest' anno. D. Alfonso Presidente per non fare, che il Sac. Casino stia senza prelato, intimò à tutti li prelati, che volea far la Dieta nel mese di Ottobre nel monastero di S. Severino di Napoli.*

Adì 14. del mese di Ottobre D. Alfonso Presidente havendo congregato li Visitatori, & Abbati al numera di sette nel monastero di S. Severino, fè la Dieta, & in essa &c.

D. Paolo di Cosenza professo Cassinense fù fatto Abbate del Sac. Casino nel num. CXXII. &c. D. Paolo Abbate havendo notta in S. Pietro dell' Avellana, ch' era fatta Abbate di Montecassino in cambio di venir in S. Germana, andò in Napoli à resignare l' Abbadia al Presidente, & in contu nuuo la voleva accettare. In tanto, che il Presidente li commandò sotto pena d' obbedienza l' avesse accettata, & fusse venuto al Governo di Monte Cassino. D. Paolo per obedire venne in S. Germana, e poi in Montecasino, qual fù ricevuto con amore da Monaci, Clero, e Vassalli, e perche ritrovò il monastero con molti debiti, subito si pose con ogni studio, e vigilanza per levarli, con reformar il manastera, S. Germano, & massarie, reseccanda le spese superflue. nota.

Nell' anno 1609. nel mese di Ottobre D. Paolo di Cosenza Abbate Cassinense non volenda essere Abbate determinò di farsi deponere dall' Abbazzia. Dovendosi far' la Dieta nel mese di Ottobre nel monasterio del Sacro Speco, D. Paolo scrisse resolutamente al Padre Presidente, & altri Prelati, che v' intervennero. All' ultimo vinti da tante dimande, & per sodisfarlo si contentorono di deponerlo dal Regimento, e lo ferno Abbate titulare. nota.

Honoratus.

D. Honoratus Scalisi a Panormo insignis cœnobii S. Martini de Scalis non longe a patria sua monachus, quo honores novis Abbatibus præstari solitos fugeret, noctu urbem S. Germani est ingressus. Haud tamen aliorum diligentiam ejus modestia fefellit, nam obviam illi præ ceteris fuit cohors militum gravis armaturæ Proregis Neapolitani quæ tum forte ibi erat, magnaque equitum, ac peditum manus, cum funalibus, omnisque Clerus pro more. Infirmorum curam exactissime habendam jussit ad S. regulæ præscriptum cap. 36. pacem inter Monachos sancte colendam studuit; jurisdictionesque intactas diligentissime defendit contra regium Fiscum, aliosque. Præsidens Congregationis Cassinensis evasit an. 1614. rexitque plura monasteria, quæ inter, illa S. Martini Panormi, & S. Mariæ Florentinæ, deque eo magna cum laude agit Puccinellus p. 107. & seqq. loc. cit. potissimum hisce verbis. *Ritiratosi à vita privata, e solitaria con ottima fama di vero servo di Dio campì il periodo di sua vita, & al di lui funerale concorsero tutti li Popoli convicini (essendo il Monastero in Campagna) e la più scelta Nobiltà di Palermo, e di Monreale, che gli taglierono per divozione la cocolla in pezzi, & in una cassa di legno racchiuso, fu appartatamente sepolto nel capitolo. Il Medico istesso del monastero havendo portata molti anni il dolore di testa, e considerata la vita religiosa di questo Prelato, spinto da divozione si bagnò la testa coll' acqua, che li Conversi avevano lavato il cadavera, & incontinente restà senza dolore.*

Isidorus.

De D. Isidoro Agresti a Parma patriæ suæ monacho, hæc ait D. Bernardinus a Trano ejus tempo-

re

re Cassini Prior. *Nel mese di Aprile del 1614. si fece il Capitolo generale in Perugia, e fu eletto Abbate del Sag. Casino il R. P. D. Isidoro da Parma professo di S. Giovanni di Parma, & Abbate allora di Bazia di Fiorenza, uomo molto religioso, e di santa vita eletto da Dio, e dal Padre S. Benedetto, poichè ne lui, ne altro si pensava, che devesse venire a questo governo. Nell'istesso Capitolo fu deputato per Priore D. Bernardino da Trani professo di Monte Cassino, che si trovava Priore di Arezzo. In questi quattro anni nel monasterio Cassinese si visse con molta quiete, e pace, & anco con molta religiosità, attendendosi alla santa osservanza, & al servizio di Dio benedetto, & con molto fervore anco allo studio, col quale la gioventù si tenne ben' occupata. Con li Vassalli anco si visse in pace, ne vi nacque lite di nuovo, anzi se ne smorzorono, & aggiustorono delle vecchie, come appresso si dirà. Il clero si mostrò obbediente. Li secolari anco non ferono cose in contrario, e particolarmente li Germanesi, che sempre più di tutti per il passato hanno travagliato il monasterio, in questi quattr'anni sono stati manco male, forse per il governo ordinato delli cinquanta deputati, che si è introdotto, e levato quel tumultuario della plebe, dal quale ogni giorno ne seguivano dispareri, liti, e dispendii della città, mentre & nelli publici Consigli non vi andavano più ne uomini discreti, ne di riputazione, ma solo acorari, contadini, & gente, che non avevano ne consiglio, ne discorso, e perciò a guisa di animali, come un sedizioso si buttava avanti, tutti quelli ignoranti si precipitavano appresso. Ma poi mutato governo non sieguono tanti inconvenienti, perchè nel consiglio concorrono solo cinquanta deputati uomini più discreti, quali hanno levato molti debiti alla Città, & si cerca più l'utile del Publico.* Eadem fere habet D. Antoninus a Neapoli in quibusdam adnotationibus. Cœnobium nostrum ære alieno quadam ex parte solvit, ædificiis auxit, agrum amplissimum prope prædium clausæ novæ emit a Marcello Grimaldo. Plura cœnobia rexit, quæ inter Sanctæ Mariæ de Florentia teste Puccinello loco citato pag. 107. ubi narrat erogatas pauperibus Parmæ amplissimas eleemosynas an. 1591. jussu Isidori, qui tum Cellerarius cœnobii S. Johannis Evangelistæ erat in magna annonæ per sexennium caritate, neque tamen aliquid opulentiæ monachorum defuisse. Obiit Abbas S. Flaviæ in Sicilia anno 1624. in cœnobio Parmensi.

nota.

nota.

Paulus alter.

D. Paulus Parmensis ex nobili Scotorum gente Monachus, & ipse S. Johannis evangelistæ satis doctus, negotiorumque peragendorum peritus fuit. Juvenes ita ad optima quæque studia accedit, ut Cardinali Gaspar Borgiæ, qui Roma eum Prælatis pluribus, magnatibusque excesserat, Proregis munus obiturus, edita ab ipsis literaria specimina summopere grata fuerint, quemadmodum, & disciplina monastica, quare magnis deinceps laudibus cœnobium nostrum ubique est prosecutus. Synodum Diœcesanam an. 1620. die 2. Octobris habuit in nostro archivo servatam. Monachorum precibus inductus Urbanus VIII. Congregationis Cassinensis patribus jussit, ut Paulum regimine cœnobii nostri haud removerent, teste Cardinali Ludovisio tum Congregationis Cassinensis Protectore, in epist. ad D. Petrum Veronensem Monachum Cassinatem 5. Maii 1629. hisce verbis. *Reverendo Padre. I Padri congregati nel capitolo, che oggi si sarà cominciato in Parma esseguiranno con la devuta prontezza, e riverenza l'ordine di Nostro Signore, di non rimuovere dal governo di Montecasino il padre D. Paolo da Parma, e di conferire il Priorato dell'istesso monasterio al padre D. Severino da Castelforte, & in conseguenza quel santo luogo restarà ben provisto, & i padri, che dimorano in esso consolati, &c.* Emit a curia regia jurisdictionem quæstionum capitalium, qua in re plurimum antecessor etiam ejus insudaverat, sed irritus labor fuit, quod ratum id habere noluerit Rex Hispaniæ. Rexit inter alia cœnobium S. Pauli de urbe, & S. Severini apud Neapolim.

Bernardinus.

D. Bernardinus Saivedrus a Trano Monachus cœnobii Cassinensis, cujus jura perspectissima habuit, quod pluribus annis noster in tribunalibus Neapolitanis procurator fuerit, quatuor Prior Cassinensis, aliaque ministeria obierit. Hinc magna dexteritate dissidia quædam inter cœnobium illique subdita oppida, S. Petri de Avellana, Serræ Monacischæ, & Cirrarii compescuit, constantissimeque aliis vassallis obstitit, qui aliquot sibi in res spirituales, ac temporales jura arrogabant. Magnam, admirandamque in montis vertice testudinem aræ majori basilicæ nostræ jam imponi ceptam absolvit, sylvam amplissimam, quædamque prædia a Francisco Preite in territorio S. Andreæ, aliaque latifundia emit. Dono etiam Cassinatibus hoc Abbate, fortunas suas omnes dedere clericus Thomas Palese a Pedemonte, & Jo. Antunius Bartholumucius a Tirilla, & hæ quidem haud contemnendæ, fodina pariter lapidis alabastritis Cydonii, aliaque marmoris, quam *Brecciola* vocant, inventa. Cœnobii redditus auxit, quod haud fructiferas arbores cædi jusserit, atque flumine Neapolim devehi, lignaque vendi. Hæc de eo scribit an. 1624. D. Antoninus a Neapoli Chartuplulax Cassinensis. *Nel mese di Novembre a 18. essendo andato il Reverendissimo padre D. Bernardino Abbate Cassinese per visitare li monasterii del Regno come Visitatore primo della Congregazione, arrivato al monasterio della Madonna d' Andria, si ammalò di febre, e nel vigesimo primo della sua infermità avendo ricevuti li SS. Sagramenti, rese l'anima al suo creatore. Uomo in vero di gran prudenza, o di santità di vita, e dottrina, amato da tutti, e pianto ancora universalmente per aver perso la congregazione un buon soggetto &c.* Post ejus obitum jurisdictio omnis ditionis nostræ penes Priorem mansit, ut ex monumentis Archivi nostri constat.

nota.

Simplicius.

D. Simplicius a Tito nobili in Salentini oppido ex clara Cafferella gente, quam Eugenii IV. tempore Roma Antonius illuc transtulerat, monachus, & ipse Cassinas, atque discipulus docti Gregorii Sayri fuit, quo præceptore adeo profecit, ut publice Philosophiam, & Theologiam docuerit in celebrioribus Congregationis Cassinensis asceteriis. Pro quatuor dignitatibus, ac *quatuordecim* Canonicis insignis Collegiatæ ecclesiæ S. Germani facultatem deferendi almutias obtinuit hoc decreto. *Sacra Rituum congregatio censuit, si SS. videbitur, prædictis dignitatibus, & Canonicis usum Almutiarum esse concedendum 26. Aprilis 1625. Franciscus Maria Cardinalis a Monte. Locus † sigilli Jo. Baptista Rinuccinus Secretarius.* Cui benigne Urbanus

nus VIII. annuit, data etiam Abbati potestate illas concedendi, ut ex Synodo Cassinensi a Simplicio celebrata constat p. 226. Ejus synodi sessionem primam habuit Simplicius die 21. Martii 1626. in ecclesia cathedrali Cassinensi, duasque alias in collegiata S. Germani pro cleri commoditate. Plures eruditi viri, quos inter viginti doctores adsciti ad decreta conficienda, ex quibus hic nullum damus, quod ab eruditis legi possint in ipsa Synodo Romæ edita an. 1626. typis Ludovici Grignani. Ornavit decentissime majorem ecclesiæ nostræ aram, sub qua corpora SS. Benedicti, & Scholasticæ recluduntur, cumque integrum altare consecratum tres retro palmos agendum esset, effosso paululum sub gradibus pavimento inventa sunt corpora D. Constantini, & Simplicii Abbatum, S. Carolomanni, SS. Gvinizzonis, & Januarii, aliorumque. Quo vero præscripta a sacro Concilio Tridentino hac de re exacte servarentur, Congregatio Theologorum, Canonistarum, piorumque virorum instituta, cujus fiscalibus auditis, ac citatis, sententia tandem definitiva pronunciata ab Abbate, corpora vere illorum Sanctorum esse, quibus tribuebantur, eosque vere sanctos esse, ac proinde illa ab omnibus adoranda, portenta in inventione visa vera esse miracula, ut fusius in processu ad id facto constat, cujus autographum in Archivo nostro asservatur. Unum hic dumtaxat referemus ipsis Equitis Cosmi Fonsago architecti jurati ante judices testis verbis. *Die vigesima ejusdem mensis Januarii anno 1628. Ibidem, & coram eisdem. Eques Cosmas Fansagni architectus ætatis suæ annorum triginta sex, vel circa testis vocatus super præsenti informatione, toto facto, causa, & quidquid inde scis, medio suo juramento tactis sacrosanctis scripturis. Interrogatus: Da quanto tempo è, che si ritrova in monte Cassino, & a che fine; respondit: da due anni in circa, che fui chiamato dal reverendissimo padre D. Simplicio Caffarello per accommodare la scalinata dell'altare con la balaustrata, l'altare, le cappelle &c., e vi sono venuto due volte, la prima volta del mese di Maggio del 1626. a far il disegno delle cappelle, e della balaustrata, la seconda volta fu dell'istesso mese di Maggio l'anno seguente, nel qual tempo venni per disegnar l'altare, & aggiustare molte altre cose, ma perchè fui chiamato per cose importanti in Napoli, mi fu necessario partire, ritornai doppo ultimamente alli 10. di Novembre in circa dell'anno prossimo passato 1627. da quel tempo non mi sono più partito da monte Casino, & ho atteso all'Architettura di molte cose, fra le quali, avemo rimosso l'altare dal suo luoco dove era prima collocato. Interrogatus, se nel disegno, o in altra azione di queste ha fatte ha osservato nessuna cosa di maraviglioso. Respondit: Io ho osservati più miracoli doppo, che fo quest'opera, che da che sono nel mondo, e per incominciare dal disegno, la prima volta, che venni quà in monte Casino disegnai la scala dell'altar maggiore di modo, che si saliva al Santuario dall'una parte, e dall'altra, quale disegno, ancorchè piacesse così al padre Abbate Reverendissimo, come alli Monaci, & a me dasse sodisfazione in parte, nulladimeno mi sentivo un'inquietudine interiore, & una sinderesi, che mi rimordeva di dentro, e faceva, che tal disegno non fosse perfettamente di mio gusto, ma nulla fine vedendo, che il sopradetto disegno era di gusto universale a tutti non pensai più ad'altro, e me n'andai quietamente a riposare nella Camera di S. Girolamo alla forestaria, dove dormirono quella sera Giulio Grandi, e Giuseppe Rappi, che erano venuti in mia compagnia da Napoli, & avendo dormito da un'ora in circa, fra sonno, e veglia, mi sentii con grandissima veemenza alzare dal letto afferrarmi per li capelli, scotermi in quà, o in là la testa, e riprendermi, dicendomi, che quel disegno della scalinata, che io havevo fatto non stava bene, poichè oltre, che la scala veniva scommoda, sarebbe stato necessario per l'angustezza del santuario fare il Pontificale a basso fuori di detto Santuario, e perciò pensassi a ritrovarne un altro migliore, allora risvegliandomi perfettamente con una grandissima paura, e con uno eccessivo tremore chiamai li sodetti giovani li domandai carta, calamaro, e penna, e fece in quel timore queste disegno della scala, che hoggidì si vede avanti il Snatuario senza averci punto pensato di prima, e considerato allora, che il timore fa passare dalla mente i disegni, e scordarsi de i pensieri vedendo, che in quel tremore fuori d'ogni ordine di natura mi era sovvenuto all'improviso un disegno così vago, dissi a quei giovani, ch'erano dentro della mia camera, che questo era miracolo del padre S. Benedetto, e dimostrando la mattina seguente queste disegno al reverendissimo padre Abbate li piacque fuori di modo, e restò allora compitamente sodisfatto per vedere un disegno, che oltre la stravaganza, e bellezza della scala non solamente si sgrandiva il Santuario di modo che con magnificenza vi si poteva far il Pontificale, ma anco si sgrandiva la Chiesa. L'altro che vi ho notate di maraviglioso è, che ho ritrovato quanto mi bisognava in detta opera conforme al mio guste, & in primis ho ritrovato dentro le cave li pezzi di marmi, e d'altra materia di quella grandezza appunte, che mi bisognavano, secondariamente ho ritrovato per il lavoro huomini di tutta perfezzione, che si sono partiti da Napoli per venire qua in monte Casino senza patto dove lavorano con sodisfattione universale di tutti si per il lavoro, come per la grandissima quiete nella quale vivono. Ho notato ancora per cosa di molta maraviglia, che avendo una lite di molta importanza con persone fastidiosissime, & inarrivabili, e non avendo mai possuto giungere ad'ottener il mio intento ne con presenti, ne con favore, ne con la mia sollecitudine, ne con l'esata diligenza de miei avvocati, e procuratori ponendomi la mente in pace per conto di tal lite, me ne venni qui in Monte Cassino, dove ebbi nova, che havevo havuta la sentenza in favore, senza, che nessuno de miei avvocati, o procuratori la sollecitassero, e senza che persona veruna spendesse una parola in mio favore. Di più quindici giorni doppo, che feci voto al padre S. Benedetto di non lasciarlo per insinochè li Padri stessi non si chiamavano contenti dell'opera, ricevei una lettera da Napoli per mezzo della quale intesi che ero arrivato ad'uno disegno di molta importanza, al quale per l'addietro per nessuno mezzo umano, ci ero possuto giongere. Nella mossa poi dell'altare quale si fece alcuni giorni avanti Natale, e mi ricordo, che fu di Venerdì succedettero cose di molta meraviglia, & in primis essendomi sconfidato di fare detta azzione per avere sentito raccontare, che un'altra volta, che si cavò sotto l'altare succedessero terremoti, saette, morte d'nomini & altre cose, e vedendo, che da quel tem-*

po,

po, che si era incominciato a lavorare attorno l'altare si erano continuamente sentiti terremoti in tanta frequenza, che vi furono giorni, che ne furono sentiti cinque, ò sei, mi ero determinato di non farci altro, ma considerando alla fine, che questa mossa dell'altare, e scavamento di sotto si faceva non per curiosità, ma per adornare piu l'Altare, e santuario, sotto del quale vi erano li sepolchri del P. S. Benedetto, e d'altri santi, & avendo sentito, che quest'estate, quando per ordine del reverendissimo Padre Abbate si cavò sotto la pradella, e gradini dell'altare Maggiore per vedere se si poteva commodamente ritirare in dietro l'altare, e sbassare il santuario senza punto inciampare in qualche sepolcro de Santi, s'era sentito da più persone, che si ritrovano in luoghi distinti, suonare l'organo, senza che sopra vi fosse persona, che lo potesse sonare, raccommandandomi al P. S. Benedetto incominciai l'opera, di ritirare in dietro l'altare, quale per essere consegrato, ci commando il reverendissimo Padre Abbate, che lo ritirassimo in dietro, senza che si alterasse niente la sua forma di prima, il che per essere cosa molto difficile essendo l'altre di più pezzi, scavai sotto detto altare, e vi lasciai quattro pilastri della fabrica vecchia, e ponendovi alcuni travi di sotto infasciandolo, e legandolo molto bene, lo ritirai più di tre palmi in dietro con grandissima facilità, senza che perdesse la sua forma di prima, nella quale ritirata ho notata per cosa di molto stupore, che essendo tra il piombo tirato à dirittura dal lanternino, e la croce delli 4. angoli del santuario un palmo de distanza, avevo determinato per sfuggire quanto più si poteva la sproporzione, di collocare l'altare in mezzo all'uno, & all'altra, e movendo quella machina solamente con intenzione di ritirarlo in dietro senza pensiero di muoverlo più alla destra, che alla sinistra, poiche parendomi cosa irriuscibile attendere all'uno, & all'altro, havendo pensato di pensare a questo doppo che l'altare era ritirato in dietro, & andandolo a misurare, ritrovai, che a caso era tra il piombo tirato a dirittura dal lanternino, e la croce de 4. angoli, luogo dove io avevo, come ho detto di sopra, pensato di riporterlo: Et in tempo, che si faceva detta azzione, e fu alle 19. ore passate, un splendore di chiarezza indicibile, che illuminava tutta la chiesa, & a me arrecava grandissima consolatione, al quale non pensai più che tanto allora per avere tutt' il mio pensiero rivolto all'opera, ma si bene doppo ch' il reverendissimo Padre Abbate mi disse, che nell'istesso giorno, e nella medesima ora aveva veduto da S. Pietro in fine (dove si ritrovava in visita) un splendore che illuminava tutta quella parte del Monasterio, che guarda l'Oriente, considerai, che in quell'istesso tempo avevo io veduto il medesimo lume nella chiesa, vi ho notato ancora per cosa di molta meraviglia, che un giorno avanti si movesse l'altare, scavandosi sotto di quello nell'intrare, che feci sotto detta Cava viddi da una lastra di marmo scatorire una gocciola grossa di manna, che fu dal M. R. P. D. Zaccaria delle Fratte raccolta con un poco di bombace: Vi ritrovassimo ancora una cassa di piombo con alcune lettere sopraposte, che dicevano S. Simplicius, S. Constantinus, e ponendo io la mano sotto detta cassa per sollevarla mi bagnai tutta quella parte della mano, che toccava la cassa restando quell'altra, che toccava li mattoni che vi erano sotto, asciutta: allora accorgendosi quei Padri, che vi erano presenti, & io che da detta cassa da tutti li lati usciva un licore, che fu giudicata manna, disse il P. D. Placido da Messina a Mrõ Antonio Fabricatore, alias Ciccrone, che guardasse bene, se li mattoni, ch'erano sotto, & intorno a detta cassa fussero bagnati, e ritrovando detto Mrõ Antonio, che li mattoni sudetti erano asciuttissimi, le dimostrò à detto Padre D. Placido, & à tutti quelli, che vi erano presenti, & essendo stata detta cassa processionalmente, dicendo il Te Deum laudamus, portata in sagrestia, furono vedute sensibilmente crescere quelle gocciole di manna, delle quali ancorche alcune ne fossero raccolte colla bombace, si vedevano nulladimeno ritornare di nuovo à scatorire, e durando questo uscire di manna per molte ore, quella parte della tovaglia postavi di sotto, che toccava detta cassa era bagnata di maniera, come se fusse stata battuta dentro una gran quantità d'acque, e questa manna fu dal P. D. Zaccaria delle Fratte con una bombace, che li diede un Padre Capuccino raccolta, e posta in una carrafina di vetro, che si conserva appresso il Reverendissimo P. Abbate. Interrogatus, che cosa vi fusse sotto detta cassa? respondit: sotto la detta cassa vi erano mattoni, e li vicino alcune ossa de santi, quali furono dal Padre D. Zaccaria, e da alcuni altri Padri, che vi si ritrovorono presenti portate in sagrestia, e collocate dentro del reliquiario, e perche nel scavare, che si era fatto, fu sentito da me, & da altri monaci, che intervennero à detta attione, un rimbombo, giudicando, che sotto vi fosse concavo, e desiderando alcuni di quei Padri sapere che vi fusse, mi fecero grandissima istanza, che cavassi sotto, del che non ne volse far altro, si per non aver ordine del P. Reverendissimo, come anco per avere timore. E finalmente ho notato, che sempre, che sono stato fuori di casa mia mi sono succeduti travagli nella Casa, eccetto che adesso, che tutte le cose mi sono andate prospere, e questo è quanto posso deporre. Interrogatus de causa scientiæ, respondit, quia vidit, interfuit, cognovit. Interrog. de loco, & tempore resp. ut supra. Io Cavalier Cosmo Fonzago architetto, ò disposto come di sopra. Obiter adnotanda quædam Jurati testis D. Archangeli a Neapoli æditui tum Cassinensis, verba de corpore S. Benedicti in depositione quæ sequitur: *Die decima sexta ejusdem mensis Februarii ibidem, & coram eisdem Pater D. Archangelus a Neapoli Decanus ætatis suæ annorum triginta quatuor, vel circa, testis vocatus super præsente informatione toto facto, causa, & quicquid inde scit, examinatus medio suo juramento tacto pectore more religiosorum, & interrogatus primo. Quanto tempo è, che è religioso nella congregazione Cassinense, e di qual monasterio è professo; Respondit da 19. anni in circa è, che io sono religioso in questa congregatione &c.* & post multa alia: *Interrog. se sa, che l'altare maggiore sia stato mai dal luogo rimosso, se altra volta è stato lavorato a torno detto altare, e se in detto tempo succedesse nessun attione fuori dell'ordine di natura, Rt. volendo il P. Abbate Rmo sbassare il Santuario conforme il disegno dell'Architetto, giudicò bene di fare detta attione in tempo, che li Monaci erano fuori di casa per non essere disturbati dalla curiosità di qualcheduno, & essendo alli 17. di Luglio dell'anno prossimo passato li monaci a desinare a S. Agata, mi ordinò il Padre Abbate, che serrasse tutte le parte della chiesa per fare la suddetta attione*

senza

senza disturbo, e sentendo rimbombare sotto l'altare pigliai il piccone; & incominciai a scavare, e facendo una buga tanto grande, che vi potesse entrare dentro, v'entrai, e dal corno dell'epistola vi ritrovai una lastra di marmo, che diceva:

nota.

Hinc jacent corpora SS. Benedicti, & Scholasticæ, e stimai per cosa di molta meraviglia, che stando un gran pezzo lì dentro da quel luogo rinchiuso non uscisse odore, che mi offendesse punto la testa. Usciti, che fummo dalla chiesa, sentii dire, che in quel tempo, che noi eravamo in detto luogo, Fra Gregorio di S. Apollinare, Fra Filippo, e Fra Bernardo di Montescagliose commessi di SSma vita, e di molta semplicità ritrovandosi tutti tre in luoghi destinti havevano sentito uno sono d'organo, senza che ne io, ne altra persona, che era in chiesa sentisse simile suono, e senza che su l'organo vi fusse persona, che lo sapesse suonare, il che stimai per cosa di molta meraviglia sì per le raggioni sudette, come anche non essendo allora ne ora, ne giorno di suonare organo. Pochi giorni avanti Natale havendo molto bene allegnato, & aggrappato l'Altare, acciò si potesse commodamente ritirare in dietro doppo molta fatica, & havendoci tutto il giorno lavvrato attorno, essendo già detto altare ritirate in dietro, dissi al Cavalier Cosimo architetto, che ce ne fussimo andati a riposare, che la mattina haveriamo finito d'accommodare, e situarlo nel luogo dove dovea essere collocato, la mattina sequente pigliò il Cavaliere il piombo, e ponendolo a drittura del lanternino lo ritrovassimo appunto nel luogo, dove doveva venire, senza che ne detto architetto, ne altro vi avesse usata nessuna industria per riponerlo in detto luogo. Un giorno avanti detta mossa dell'altare, quando conforme ho detto di sopra, incominciassimo a discoprire la cassa di piombo, dove erano riposti li corpi de Santi Simplicio, e Constantino, e vedendo, che da i lati di detta Cassia usciva un licore, che pareva ruggiata, incominciassimo a considerare se tanto quei mattoni, che stavano à torno detta Cassia, quanto quelli, che vi erano sotto fussero bagnati, e vedendo, che erano asciuttissimi giudicassimo tutti, che quel licore era cosa sopranaturale, allora aprendo io la cassia viddi, che dal coverchio di sopra dalla parte di dentro cadevano alcune gocciole di manna sopra quelle santi ossa, & essendo detta cassia portata da noi processionalmente in sagrestia, & collocatala sopra quella tavola d'alabastro, si vide sensibilmente crescere detta manna, ed' essendo stata con la bombace rasciugata, ritornava di nuovo per spazio di tre ore à scaturire, e quella tovaglia che vi fù posta di sotto restò bagnata come se fusse stata buttata in una gran quantità d'acqua, quale fù dal M. R. P. D. Zaccaria raccolta con una bombace, e posta dentro un'ambollina di vetro fu consegnata al P. Abbate. Interrog. se nel tempo di detta mossa dell'altare ha veduto, ò ha sentito dire, succedesse nessun'altra cosa maravigliosa, Rt. ho sentito dire, che mentre si rimoveva l'Altare, il Padre Abbate Rmo, che si ritrovava in visita in S. Pietro in fine insieme con D. Placido di S. Germano, che li serviva di Mastro di cerimonia videro quella affacciata del monasterio, che guarda l'Oriente illuminata da un splendore miracoloso, quale per non avere veduto, mi rimetto a quelli due che l'hanno veduto. Interrogatus de causa scientie Resp. quia vidit cognovit, interfuit &c. Interrogatus de loco & tempore, respondit ut supra. Ego D. Archangelus à Neapoli Decanus deposui, ut supra.

nota.

nota.

Ingenti vi, atque studio jurisdictiones cœnobii nostri defendit Simplicius recuperavitque triginta, & amplius ducatorum milia jam olim regiæ curiæ pro emtione jurisdictionis Quæstionum capitalium persoluta difficillimis temporibus, atque in summa regii ærarii inopia, ut Diss. I. dicemus. Ex illis viginti duo millia Romana scuta mutua ea de causa a montibus Religionis 2. erectionis accepta restituit, ut instrumento constat anno 1627. die 27. Februarii stipulato a Michaele Angelo Cesio Notario curiæ Eminentissimi Vicarii urbis. Nummos reliquos ad candelabra argentea, crucem, vasa, floresque pro majori ara emendos insumsit. Testudinem pingi curavit a celebri Belisario Corentio, atque ecclesiam, sacrarium, Odæum', & Hospitium in urbe S. Germani ornavit. Illud observandum, in veteri palatio supra amphitheatrum apud S. Petrum in monasterio, alias Casinum, septem inventa coronarum frusta marmorea, quot opus erant ad bases, cimatiaque parvarum sanctuarii columnarum conficienda, ornandamque majorem aram. Quædam pro archivio nostro ab Urbano VIII. privilegia obtinuit, celebremque S. Rotæ decisionem coram Merlino 1627, qua asseritur, illud publicum, legale, & authenticum esse, ut fusius in Diss. de archivo nostro. Aliquot hæreticorum libros a quibusdam asservatos, ejusque jussu traditos, publico rogo devovit. In prosperis, adversisque rebus æque constans, cum an. 1628. mense Majo in comitiis congregationis Cassinensis generalibus præter opinionem, nedum Præsidens renunciatus non sit, verum a Definitorum numero fuerit exclusus, tanta animi alacritate infortunium tulit, ut omnium admirationem, amoremque excitaverit, quo factum, ut anno insequenti Præsidens sit inauguratus. Inter alia cœnobium SSmæ Trinitatis Cavæ gubernavit, atque bis illud S. Severini in quo obiit anno 1630. die 6. Junii. Dum primum cœnobium illud gubernaret, hanc ad Præsidentem, & Definitores Congregationis Cassinensis in comitiis generalibus congregatos in cœnobio S. Benedicti de Padolyrone epistolam de eo scripsit Cardinalis Alexander Montaltius noster apud Romanum Pontificem Protector: *Molto RR. PP. Avendo noi buonissima relazione dalli PP. di Reggimento del Monasterio di S. Severino di Napoli del governo del Padre D. Simplicio loro Abbate, e quanto pregiudiciale sarebbe la mutazione di esso, poichè col suo valore e prudenza ha incaminate molte cose in aumento, e servizio del luogo, e particolarmente intorno li studii, che senza la sua continuatione a quel governo potrebbe non sortire il buon successo, che si desidera; abbiamo voluto significare alle Paternità VV., che ci sarà molto caro, che non lo rimuovano da quell'Abbazia durante il suo quinquennio, e Dio nostro Signore le conservi e prosperi. Di Roma alli 9. di Aprile 1622. Delle Paternità VV. molto RR., come Fratello. A. Card. Montalte.*

Angelus.

D. Angelus a Fundi ex nobili gente de Grassi cœnobii Cassinensis Monachus paucis, quibus Abbas noster fuit mensibus cœnobium ædificiis auxit, ære alieno levavit, novamque aulam construxit cum pluteis, capsulisque ad rectius servanda archivii

chivii

chivi nostri monumenta, pluribusque excellentium pictorum tabulis, ac varii coloris marmoribus ornavit cubicula, quæ S. Benedictum incoluisse ferunt, nisi mavis, quod verisimiliter credimus, eo in loco posita, in quo olim habitaverat S. Pater. Hæc de eo habet D. Antonius in Adnotationibus suis. *Nell' anno 1631. a' 13. Gennaro fu eletto per nuovo Abbate di monte Casino il Rmo P. D. Angelo di Fondi Professo di detto Monasterio, e fece l' entrata solenne a 20. del detto mese, per la cui venuta cessorno molte liti, che teneva il Monasterio con li Criminalisti, essendosi quelli umiliati, particolarmente per la causa della Caccia &c. promettendo di non usurpare detta giurisdizzione, e di vivere sempre in pace col monasterio:* deque ejus morte sic scribit. *A di 18. di Decembre 1631. ad ore 2. di notte del Giovedì nel nono della sua infermità di goccia, successe la morte del rmo Padre D. Angelo da Fondi Abbate di monte Casino, essendo il sudetto ritornato da Napoli il Lunedì undici giorni in dietro, dove era stato molti giorni per negozii del monasterio doppo aver concluse molte cose col Signor Viceré, & aggiustatosi col Signor Principe di Ascoli, e dal Signore Viceré li fu detto, che le gratie da farsi a Germanesi per la ribellione detta di sopra la rimetteva in mano sua, e la giustizia alla Vicaria, nel ritorno, giunto in S. Germano il Lunedì, il Martedì poi a sera comincio a non ricordarsi bene di molte cose, il Mercoledì mattina poi si senti male, e la memoria, e la lingua non li serviva troppo; per ultimo condotto in Monte Casino in Seggia, aggravandosi il male, confessatosi, e pigliati li Santissimi Sagramenti con molta divotione, stando bene in sensi la notte del Giovedì a 2. ore di notte ha reso lo spirito a Dio benedetto, non essendosi trovato aver altro che 20. ducati rimastili del viaggio di Napoli, quali revelò prima con altre cose di poco momento. Li furono poi fatte solenni essequie con intervento di tutto il clero.* Adnotanda verba illa: *Non essendosi trovato aver altro, che 20. ducati, &c.* quibus constat cultorem S. paupertatis fuisse Angelum, cum vigioti quoque illi ducati a Cellerario sibi dati ad iter Neapolitanum fuissent. In vetusta matricula ad marginem ejus nominis hæc leguntur. *Obiit Abbas Casini, vir magnæ integritatis, & fuit Abbas Romæ, bis Abbas Neapolis, Cavæ, Aversæ, & Sublaci, & Deffinitor Capituli generalis.* Jurisdictio omnis pœnes Priorem Cassinensem D. Severinum a Castello forti mansit, ut ex collationibus beneficiorum, aliisque in archivo nostro servatis actibus constat. Dum Abbas Cavensis esset, celebrem illam Synodum an. 1628. habuit eruditis probatissimam, atque editam Neapoli an. 1629. typis Dominici Maccarani.

nota. nota.

Paulus Camillus.

D. Paulus Camillus Casati a Placentia cœnobii S. Xisti patriæ suæ Monachus prudentia, doctrina, rerum gerendarum peritia, atque œconomia commendandus plura cœnobia rexerat, cum nostri Abbas est inauguratus, cujus jura defendit pro viribus. Supellectiles sacrarii auxit, ædificiaque ampliavit. Comes de monte Rey D. Emanuel de Gusman, Zunica, & Fonzeca Prorex Neapolitanus illum an. 1634. certiorem victoriæ contra Olandos a Cardinali Infante partæ fecit, quo Deo gratias ageret Epistola inscripta: *Reverendo Viro Episcopo Montis Casini Regio devoto dilecto.* Hoc titulo ad alios quoque Abbates a Proregibus scriptum annis 1635., 1636., 1640., 1644., 1645., 1656., &c. quæ literæ in archivo nostro asservantur.

nota.

Desiderius.

D. Desiderius a Fractis nobili diœcesis Cajetanæ oppido ex clara Petroniorum gente, fratris filius D. Hieronymi, & D. Zachariæ magnæ pietatis viri, cujus mores est imitatus, monachus Cassinensis evasit die 24. Julii 1604. De eo hæc scribit in ejus elogio Scipio, qui eum optime noverat: *Desiderius Fractensis, familia de Petroniis perillustri, una cum sublimioris Philosophiæ exercitatione (cui adolescens in Casinati Academia devoverat se se) optimarum quoque artium studiis assiduam solertemque operam navavit. Quo tempore primores nostræ sodalitatis Patres Sanctissimi Pauli PP. V. consiliis de propaganda fide promptissime obsecuti, celebrem instituendæ juventuti nostræ scholam, Perusiæ ad D. Petri aperuerunt; Desiderium gymnasio, & promovendis scholasticorum studiis præfecere. Quod ille munus accurate adeo, ac diligenter quadriennium est executus, ut complures alumni optimis disciplinis egregie imbuti ad antiquum Cassinatis familiæ splendorem instaurandum ex eadem Academia prodierint. Hinc Desiderius pietate simul, & doctrina conspicuus, Præsulis officium, atque insignia maturæ admodum, sacri vero cœnobii regimen, Pauli Camilli successor adeptus est. Desiderii primi Abbatis, cognominis sui, eximiam liberalitatem erga res sacras pro virili æmulatus, de templo, ac sacrario (quantum scilicet præsentes Monasterii proventus, ac res familiares permisere) bene mereri non destitit. Itaque Aram maximam, sub qua D. P. Benedicti, & Scholasticæ sacratissima corpora delitescunt, eodem versus, clathratis cancellis ex auricalcho circumsepsit: modica quidem altitudinis (ne longe pulcherrimum aræ ipsius, & sepulchri prospectum interciperent) sed exquisiti operis, ac venustissimi; e quibus tredecim veluti brachia certis inter se intervallis prominentia, totidem lycnos perquam eleganter sustentant, die, noctuque collucentes. &c.* Atque D. Cornelius Cerasò Neapolitanus ejus olim monachus. *D. Desiderius Petronius Fractensis Cajetanæ diœcesis regularia vota emisit die 24. Julii 1605. sub Magistro Patre D. Augustino a Neapoli. Hinc nepos erat P. D. Hieronymi, & praphati P. D. Zachariæ Abbatum titularium, vir sane integerrimus, ac doctrina insignis, studiorum Præfectus in almo monasterii S. Petri de Perusio electus est, cujus sapientia, ac morum probitatis merita conspicientes Patres nostri muneri magistri novitiorum admotus est. Abbas effectus, bis Cassinensis monasterii antistes renunciatus est. Suavissimis ornatus erat moribus, ita ut matris Monachorum nomen sit consecutus, &c.* & post alia, ita desinit, *In Abbatiali honore ita gloriose se gessit, ut perennem sui memoriam in animis omnium reliquerit.* Dum cœnobium nostrum regeret, dono misit ex voto ob acceptum filium Dux Laurenzani ex nobilissima, ac vetusta Cajetana gente sex argentea vasa, planetam, palliumque nobile pro S. Benedicti altari. Quindecim tabulis celebris Pictoris Caroli Mellin a Nancio in Lotharingia, inaurato que marmorato odæi fornicem ornavit Desiderius haud modico impendio; Paulus Bensonius Soranus episcopus permittente speciali diplomate Urbano VIII., dono Cassinatibus

misit

misit insignem reliquiam e S. Adeodati Abbatis, & Confessoris, cujus festum mense Septembris celebratur, corpore avulsam, quod in oppido S. Johannis diœcesis suæ asservatur, inventumque fuerat an. 1617. in ecclesia parochiali ejus oppidi a D. Hieronymo Joannellio episcopo Sorano, ut ex ejus inventionis actibus constat. Reposita hæc reliquia est in capsula argentea inter sacram nostram supellectilem. Fallitur verò Scipio in elogio D. Pauli Camilli Placentini, cum ait, reliquiam hanc S. Deusdedit esse; nam hic martyr est, ejusque Corpus apud nos extat, quamquam quo in loco incompertum, ex martyrologio Romano, Erkemperto, & Leone Ostiensi; festumque die 9. Octobris colatur. Facultatem etiam obtinuit Desiderius degradandi, modo tres illi Abbates assisterent, Subdiaconum Thomam de Caspoli illumque tradendi curiæ sæculari ob duo homicidia, aliaque scelera perpetrata, confirmationemque privilegii Sixti V. de omnimoda episcopali jurisdictione exercenda, atque executioni demandandis per se, & Vicarium suum generalem literis, ad gratiam, vel justitiam pertinentibus, atque ad dispensationes matrimoniales, ut mox, & Diss. I. dicemus. Supellectiles Sacrarii auxit, atque jam collabentem ecclesiam, ut magnificentiorem excitaret, pene totam solo æquaverat, cum morte interceptus Idibus Julii 1649. summum sui desiderium apud omnes reliquit, tum ob egregias reliquas virtutes, cum præcipuè ob insignem erga infirmos monachos, laicosque charitatem, atque disciplinæ monasticæ studium, quo incensus, primus semper choro, aliisque monasticis exercitationibus aderat. Illi solemni ritu parentarunt Monachi præsentibus Canonicis, ac clero Sangermanensi, aliorumque quorumdam oppidorum. Ordinarius, ac princeps ditionis nostræ evasit pro more Prior Cassinensis, ut ex actibus in archivo nostro. Insignia plura cœnobia laudatissime gubernaverat Desiderius, quæ inter illud S. Pauli in urbe.

Emendatur Scipio.

Severinus.

D. Severinus a Castello Forti nobili oppido diœcesis Cajetanæ ex elata gente de Fusco monachus Cassinensis a die 21. Aprilis 1606. magni vir ingenii, doctrinæ, & dexteritatis fuit, quare Matritum gravissimis de causis ad regem Philippum IV. missus, omnia pro voto obtinuit a munifico principe: jurium nostrorum peritus, quod pluribus annis, & Procurator noster Neapoli fuerit, & Prior, ea validissime defendit Abbas renunciatus. Is Sanctimoniales in novum S. Scholasticæ cœnobium apud S. Germanum invexit, ut mox fusius dicemus. Gubernavit laudatissime cœnobium Cavense, & S. Laurentii apud Aversam, ubi obiit IV. Non. Februarii 1646. illique etiam a Cassinatibus solemni ritu parentatum, qua occasione Panegyrim habuit latinam D. Urbanus Marchesius, eodem anno editam Romæ apud Andream Fei, de ejus virtutibus, ac beneficiis Cassinatibus præstitis, potissimum in retinenda monastica disciplina, amplificandisque litterarum studiis, quorum erat amantissimus, cum & ipse Philosophiam plures annos docuerit. Ultimus ipse constitutiones Congregationis Cassinensis ao. 1642. editas trutinæ subjecit, pœnas abstulit, difficilia lenivit, explanavit obscura, quædamque a posterioribus Pontificibus decreta addidit, omniaque demum ad veterum constitutionum methodum, quod enixe optabant plures ex Abbatibus redegit.

Andreas.

D. Andreas Parmensis ex nobilissima Arcionia gente, S. Johannis evangelistæ in patria sua monachus magnæ vir pietatis, ac doctrinæ fuit, ploraque cœnobia admiranda prudentia gubernaverat, omnibusque instruxerat monasticis, ac literariis disciplinis, eorumque fortunas auxerat eum ad nos venit. Hæc in caussa fuere, cur tertium Præsidens Congregationis nostræ fuerit A. . . , & 1653. atque orator universæ Congregationis Cassinensis cum D. Honorato Arcello Patritio, & Abbate S. Xisti Placentiæ missus an. 1633. ad Serenissimum Victorium Amadeum Sabaudiæ Ducem, a quo omnia pro voto obtenta, & ad Summum Pontificem Innocentium X. a Serenissimo Ranutio II. Parmensium Duce an. 1649. optimo, feliciqne eventu, ac proinde semper deinceps Duci charus. Aliis quoque Legationibus ad Italiæ principes Congregationis suæ nomine functus, quam laudatissime. Hisce ornatus dotibus cœnobii nostri regimen iniit cujus jura in summa temporum difficultate egregie defendit magnis laboribus adversus Comitem Stabuli jurisdictionis quæstionum Capitalium, atque secundarum caussarum civilium, ac mixtarum ditionis nostræ contra jus, fasque emtorem, ut in Diss. I. dicemus. Qua de caussa, & ipse Neapolim perrexit, tantaque vi, atque eloquentia per semet supplices libellos, instructiones, notas conficiebat, ac verbis cœnobii rationes evolvebat, ostendebatque, ut in sui sententiam Proregem pertraxerit. Matritum quoque misit D. Maurum Cesarini a Nola, cujus opera a rege irritam esse venditionem Comiti Stabuli factam, declaratum, ac non nisi auditis, prælatisque Cassinatibus iterum vendendam. Maximis obortis an. 1647. seditionibus egregiè regis sui partes, ut primum regni Neapolitani magnatem, Baronemque decet, omnibus opibus juvit, missis Proregi Neapolitano militibus, ac magna pecuniæ quantitate, ut Diss. I. fusius de ejus doctrina, aliisque dotibus agit noster Andreas Raynerius cum ex Accademia Elevatorum Parmæ To. I. Historiæ Panegiricæ S. Anselmi, & Puccinellus in chronico monasterii SS. Petri, & Pauli de Glaxiate, quod Andreas gubernaverat cap. 145. p. 273., & seqq.

Dominicus.

D. Dominicus ex nobili gente de Quesada origine Hispana monasticum habitum apud Cassinates sumsit die 13. Novembris 1615. sub præceptore D. Zacharia Fractensi admirandæ pietatis viro. Magni hujus viri gesta haud aptius describi possunt, quam hac Abbatum, omniumque Monachorum insignis cœnobii S. Severini epistola ad Cardinalem Franciscum Barberinum tum Congregationis Cassinensis Protectorem, qua efflagitant, ut in demortui Abbatis D. Johannis Baptistæ Neapolitani locum Dominicus sufficeretor. Id quod argumento est, longe majorem fuisse Dominici nostri doctrinam, probitatem, ac prudentiam, quam ut facile describi possit. Singularis quippe exempli credimus optasse monachos, ut ea dignitas, quæ ad bullarum Pontificiarum decreta cœnobio suo deberetur, filio alterius monasterii cederet, eaque de re supplicem hunc quoque libellum confecisse.

Eminentissimo, e reverendissimo Signore. Noi infrascritti Abbati, Superiori, e Monaci professi di

S. Severino di Napoli conoſcendo l' obligo c' habbiamo al merito del P. D. Domenico di Napoli, che, oltre l'eſſer ſempre viſſuto con eſemplare integrità, e doppo haver ſoſtenuti molti carichi principaliſſimi nella religione, come di Letter, ne' più inſigni monaſteri della Congregatione per dodici, e più anni con ſomma habilità, e lode, di Cellnrario, Vicnrio generale, e Priore per cinque anni in Monte Caſino, con vantaggio grandiſſimo, e ſodisfattione nniverſale, di Comprocurator generale in tempi di graviſſimi negotii in coteſtn Corte, ſotto gl' occhi d. V. Em. Hora da due anni governn queſto monaſtero in carico di Priore con quella maggior prudenza, e Carità, che poſſa deſiderarſi, non ſapendo in chi meglio per beneficio delln Congregatione, e ſodisfattione di tutti, ma principalmente di noi poſſa impiegarſi l' Abbatia vacatn nel detto noſtro Monaſtero, per la morte del P. D. Giovan' Battiſta di Napoli ultimamento paſſato à meglior vita, ſnpplichiamo inſtantiſſimamente V. Em. à degnarſi di commandare, ch' egli ſia promoſſo nll' honore della detta Abbatia, che ne reſtaremo obligatiſſimi alln benignità d' V. Em. quam Deus &c. Di V. E. humiliſſimi ſervitori, D. Giuſeppe da Napoli Abbate di S. Severino.

D. Aleſſandro di Napoli Abbate di S. Caterina, e Profeſſo di S. Severino.

D. Pio da Napoli Abbate della gran Croce.

D. Pietro Paolo dn Napoli Abbate.

D. Simplicio dn Napoli Dec. e Maeſtro de Novizii. D. Antonio da Napoli Decano, D. Timotea da Napoli Decano Titolare. D. Felice da Napoli Decano, D. Alfonſo da Lucca Decano. Sequitur ſubſcriptio aliorum Decanorum, Sacerdotum, ac clericorum numero quadraginta octo. Jure itaque, & Franciſco Barberino, aliiſque Cardinalibus charus fuerit, & Comiti de Onnate Proregi Neapolitano, aliiſque magnatibus, Præſidentibus Congregationis noſtræ Superioribus, æqualibus, ac inferioribus monachis, nobilibus earum urbium, in quibus fuerat diverſatus, ut conſtat ex eorum literis ad eum datis in Archivo noſtro. Uni ex iis magnatibus hæc præ aliis ſcribit. *Giuro à V. S. Ill. che come D. Domenico io mi conoſco pieno di mancamenti, mn come Abbate, prima di qualſivoglia azzione, chiamo la ſindereſi per Fiſcale rigoroſo delle mie operazioni, e tutte le fo, come ſe allora ſtaſſi per rendere conto al giuſto, e ſevero Giudice Dio nel giorno del Giudicio, e doppo nver conſultate con la coſcienza le coſe, chinmo homini periti, e ſempre fo meno di quello, che mi dicono, &c. Sopra i miei miniſtri c' invigilo con occhj d' Argo &c. De i miniſtri bencho ſii tutto occhii, e tutto orecchie io non ne ſo mancamento veruno, avendo rimediato anco con le remotioni all' ombre de ſoſpetti, mn ſe n ſorte ci fuſſe qualche difetto me l' nvviſano, che ò le farò apparire, che ſono malignità, ò, ſe li conoſcerò veri, li caſtignrò in manieru tale, che ſervirà per eſempio degl' altri.* Et in epiſtola ad Præſidentem Congregationis Caſſinenſis hec habet. *Sin dal primo giorno che preſi l' abito, avanti di far i voti, fui di voto di operar bene per il ſol riguardo del ſervizio di Dio ſenza pretendere ne npplnuſo, ne rimunernzione in queſto Mondo. Confermai la deliberazione quando fui eletto ſucceſſore, benchè indegnnmente, del noſtro SS. Patriarca in queſto Santnnrio, che è delle di lui ceneri depoſitnrio perpetuo, &c. L' oſſervnnza, che ſempre ſopra tutti gl' altri Monaſterii della noſtra Congregazione ha fiſſn la Sede in Monte Cnſino, e per queſto have appagato i piu zelanti Prelati, che l' hanno governato per il paſſato, non ha ſodisfntto me &c.* Quid monaſticæ obſervantiæ ipſe addiderit deſcribit, atqoe aſſiduè in cœnobio noſtro prælectiones habitas Logicæ, Philoſophiæ, S. Theologiæ Scholaſticæ, Dogmaticæ, & moralis, & hanc etiam ad clerum Sangermanenſem, Sacræ Scripturæ, quibus ipſe ſemper præſens eſſet. Plures proinde prælectores ad alia etiam monaſteria miſiſſe, alioſque ſuppetere, qui mittantur. Integra perluſtrata diligentiſſime diœceſi, Synodum diœceſanam habuit die 25. Novembris 1652. de qua hæc ad eum ſcribit vir doctiſſimus F. Joſeph Theologus Cardinalis Philomarini Archiepiſcopi Neapolitani, & Locumtenens S. Officii. *Il Sinodo è ſtato reviſto da me congrnndiſſimo mio guſto, & aſſicuro la P. V. Reverendiſſima, ch' è delle fatiche belle, ch' ho viſto in vita mia utile, conſonn, e quietativa dell' ingegni, e ſopra tutto ſon reſtato conſolatiſſimo delle belle introduzzioni alle materie degne di ſtare in bocca de Ponteſici ſi per l' efficacin, com' anco per la Dottrina, e gravità d' eſſa, & à V. P. Rev. do le grnzie, che ſi ſia degnnta darmi occaſione da imparnre da tal volume &c.* Nil addimus, quod eruditis omnibus probata ſemper fuerit, eorumque manibus teratur poſtquam edita eſt Romæ an. 1654. apud Franciſcum Caballum. Baſilicam noſtram jam a Deſiderio Abbate ſolo ferè æquatam, reædificandam curavit, ornavitque pulcherrimo marmorato opere ejus fornices. Haud tamen deſtructa fuerant juſſu Deſiderii Sanctuariom, odæumque, quæ ab anteceſſoribus ſuis conſtructa, ornataque fueraut. Fornices itaque contignationis vice de novo conſtructi Dominici opera ad quos ſuſtinendos magnæ additæ Paraſtatæ, Sacellaque omnia æquata concavataque ſunt, ex quibus unum ex varii coloris marmore conditum. Supellectiles, argentaqoe Sacrarii auxit, ac redditus cœnobii recta adminiſtratione œconomica; conſtruxit item piſtrina olearia, ac pannaria, aliaque addidit cœnobio, & hoſpitio noſtro apud S. Germaoum ædificia, ære quoque alieno monaſterium magnam partem levavit, ut plura omittamus ab eximio viro nobis præſtita beneficia. Dum in perluſtranda diœceſi anno 1650. in Comitatu Moliſii verſaretur a Graſſatoribus captus eſt; neqoe impune indignum facinus perpetratum, nam Graſſatores fere omnes furcis ſuſpenſi meritas luere pœnas, treſque eorum Duces, qui arma in Abbatem noſtrum contorſerant, juſſu Innocentii X. legati Regis potentiſſimi domo vi abrepti quo ſeſe tutaverant, eodem ſupplicio Romæ perierunt, quædamque recuperata, qoæ Abbati, & ſociis abſtulerant. Ex ſceleſtis hiſce tribus unus collo ſuo Crucem Abbatis Pectoralem ſuſpenderat, cumque unus ex Monachis illi dixiſſet, vereri ut aliquando crucis ſuoieulus ſericus in laqueum illi ad Furcam converteretur, reſpondit temere. *De futuris contingentibus non dntnr determinata veritas.* Complora pro temporalibus, ſpiritualibuſque juribus noſtris egit Dominicos noſter aptiori loco deſcribenda. Haud tamen vir tantus invidiæ jaculis exemtus, ut ex ejus epiſtola liquet ad Præſidentem noſtrom data, in qua præter jam allata ſubdit. *E una gran debolezza di trnlaſciare quello*

cho

-che si deve fare per qualchedun, che posposi in dietro la coscienza, e la riputazione non curandosi delle avrossature, quando si scuoprono le bugie, lascia d'invigilare alla cura di quelle anime, delle quali ne avemo da dare strettissimo conto a Dio nel giorno del giudicio &c. So che questa lettera è stata istigatione del Diavolo per farmi desistere dalle imprese, che ho pigliato per servizio di Dio, e di questa santa casa, fuggerendomi, che queste erano le rimunerazioni, che si davano a chi aveva operato tanto con spropriarsi à segno tale, che alle volte non ho avuto da mutarmi per aver impiegato quanto aveva in servizio della chiesa; ma s'inganna: l'opera non l'ho cominciata per lui, e manco per lui la voglio lasciare, anzi tanto più mi è venuto pensiero d'infervorarmici, quando che non dividendosi il premio, l'aspetto tutto da Dio, che vede la mia rettitudine, l'appplicazione, e la povertà, nella quale mi sono ridotto per questo &c. Vigintiquinque, & amplius ducatorum millia in ecclesia construenda insumta difficillimis temporibus, atque in summa annonæ caritate præter servitia hominum, brutorumque, quæ cœnobio jam nostro addicta erant. Haud modicæ utilitati fuit Dominico permissio a Comite Onnatensi data, ut extra regnum transveheret tria modiorum tritici millia, quod cœnobio nostro duorum millium ducatorum fructum attulit. Illi canonicus Johannes Baptista Marus nuncupavit Dialoghos Victoris III. Romani Pontificis, & Abbatis Cassinensis. Abbas cœnobii Aretini candelabra argentea pro majori ara comparavit, extruendamque curavit minorem ecclesiæ testudinem, atque æs plurimum magistratu abiens reliquit. Cum primum Abbas S. Mariæ miraculorum Andriæ est renunciatus, nobile prædium silvestre herbidumque emit quatuor ducatorum millibus, plurimo quoque ære relicto. Nec minus profuit cœnobiis S. Petri apud Perusium, S. Scholasticæ Sublaci, & S. Laurentii Aversæ, cum illa rexit. Tandem quo animæ tantum suæ negociis consuleret, mense Majo an. 1662. Abbatia sese abdicavit, atque in cœnobio Cassinensi ad secundam noctis horam diei 30. Octobris an. 1664. vivere desiit annos natus sexaginta quatuor, qui dies apud nos Festus est S. Germani Capuani episcopi, cujus animam euntem in cœlum viderat Sanctissimus Patriarcha noster, teste Gregorio in Dialogorum lib. II. cap. 35.

Nota.

Carolus.

D. Carolus de Mauro Aversanus cœnobii Cassinensis Monachus magnæ pietatis, atque disciplinæ monasticæ studiosissimus fuit, ad quam mirifice hortationibus suis Abbas factus subditos accendebat, charus cum primis Comiti de Castrillo Proregi Neapolitano fuit, ut hac epistola constat. *El aviso que V. P. à me da en su carta de 6. del corriente de la promocion de su persona a là dignidad de Abad de essa Sta Casa, basido para mi de toda estimacion como todo lo demas, que V. P. me insinua, de que To quedo con todo agradecimiento y con desseos de que se offrezcan occasiones, en que lo experimente, y conozca mi affecto de servirle, y la devocion particular que conservo à essa Sta Casa, y à su Religion. Dios g de a se P. muy felizes annos, Napoles a 24. de Julio 1654. M. Conde de Castrillo. Padre Abad de Monte Casino.*

Toto triennio quo cœnobium nostrum rexit, haud satis ejus commodis, vel rebus prospicere potuit ob invalescentem diu in toto regno, ac diœcesi Cassinensi pestem, a qua cœnobium ipsum custodiendum maxime fuit, cum Urbs S. Germani, aliaque ditionis nostræ oppida pene depopularentur; quorum ut indigentiis aptius obviam iret, hanc, opera Cardinalis Corradi Pro Datarii ab Alexandro VII. ad novos instituendos parochos facultatem obtinuit. *Reverendissimo Padre. Stando le raggioni esposte à Nostro Signore nel memoriale dato da parte di V. P. Reverendissima, sua Santità si contenta, ch' ella conferisca le parochie vacanti nelli luoghi infetti di cotesta sua Giurisdizzione per lo tempo, che durarà il contaggio, in quelli soggetti, che lei stimarà più abili per la bontà della vita, dottrina, prudenza, & esperienza per la cura dell' anime, facendone l'esame, ed inquisizione nel miglior modo, che può, senz' obbligo di fare li concorsi conforme la dispozizione del sacro Concilio, dalli quali la Santità sua dispensa à V. P. Reverendissima per lo stesso tempo. Con questo però, che li provisti di quelle, che sono riservate alla sede apostolica, devano dentro il termine di sei mesi spedire qui le bolle necessarie, altrimente siano ipso facto nulle le provisioni. Però significo alla P. V. Reverendissima la santa mente di S. Beatitudine, accioche possa esequirla, e le prego dal Signor Iddio ogni felicità. Roma 14. Ottobre 1656. di V. P. Reverendissima. Affetionatissimo per servirla G. Cardinale Pro Datario.* Rexit inter alia cœnobia illa Arretii, & Aversæ ac demum abdicata dignitate ad Cassinense cœnobium rediit, ubi febre correptus pie mortem oppetiit die 14. Septembris 1664. annos natus sexagintanovem.

Angelus II.

D. Angelus de Nuce, in sæculo Joseph, Neapoli natus ex patre Agnello cive Massæ Lubrensis Monasticum habitum in cœnobio Cassinensi sumsit die 2. Julii 1621., adeoque amœnioribus, severioribusque studiis egregiam operam navavit, ut pluribus annis, & in cœnobio nostro, & in aliis, atque in Archigymnasio Romanæ Sapientiæ Philosophiam, Theologiamque summa cum laude docuerit, cujus rei testes sunt locupletes plures ex Auditoribus suis viri doctissimi. Tot laboribus perfunctus, Abbas tandem inauguratur, quo in munere cum cœnobium Cajetanum regeret, opera Dominici de Quesada Abbas S. Severini renunciatur, ut hac epistola constat, qua magno se in pretio Angelum habuisse Cardinalis Franciscus Barberinus testatur. *Molto Reverendo Padre. Ho goduto udire, che V. P. tenga in quella stima il merito del Padre D. Angelo da Napoli Abbate di Gaeta, nella quale l'ho ancor io, & che per cosa conveniente reputi doverseli destinare nella prossima dieta la Badia di S. Severino di Napoli, si come ie lo desidero: sia ella per tanto certa, ch' io v' impiegherò volentieri tutti i miei officii con maniera non inferiore al di lei affetto, alle virtù dell' istesso P. D. Angelo, & al gusto, che sento di vederle honorare: Ringrazio V. P. e cotesti suoi Religiosi della memoria, che si compiacciono tener di me nelle loro orationi, & prego il Signore Iddio le conservi nella sua santa grazia. Di Roma li 23. Novembre 1652. D. V. P. come Fratello. Francesco Cardinale Barbarini.* Eo in munere præclare adeo se gessit, ut magnam nomini suo apud Monachos, laicosve existimationem reliquerit. Ejusdem demum Cardinalis Francisci Barberini opera Abbas Cassinensis electus exem-

exemplo, atque eloquentia Monachos ad severioris disciplinæ monasticæ leges incitabat, atque ad amœna, severioraque studia, assiduis institutis disputationibus Philosophicis, Theologicis, ac moralibus, & Academiis, quibus ipse semper aderat, disputabatque magna doctrina, & eloquentia. Hinc in perlustranda diœcesi Cassinensi eruditissimas, efficacissimasque conciones ad populum habebat. A. 1658. Synodum diœcesanam die I. Octobris habuit in cathedrali basilica Cassinensi post delatam illi de more ab universis presbyteris obedientiam. Anno 1659. videre meruit corpora SS. Benedicti, & Scholasticæ, quæ in nobiliori, decentioriqoe arca reposuit. Acerrimum juriom nostrorum defensorem sese exhibuit, cum anno 1665., quo secundum Abbas noster erat, Neapolim pergens duas easque gravissimas in cœnobium nostrum excitatas lites eloqoentia sua, doctrioaque compressit. Jurisdictionem qoæstionum Capitalium a pluribus sæculis nobis violentia Caroli I. Andegavensis ademptam, emit; quod Abbates alii incassum tentaverant, a D. Francisco Tuttavilla ejus possessore, ut infra dicemus; quare factum, ut pacatiores deinceps Cassinatium res evaserint. A. 1666. magna solemnitate ad sacellum variegatis marmoribus decentissime ornatum, dedicatumque in honorem S. Bertharii martyris pietate D. Hippolythi Saltarelli a Castello Forti, tum Congregationis Cassinensis Cancellarii, ejusdem sancti corpus transtulit, atq; illa S. Apollinaris Abbatis, & S. Victoris III. Papæ, quæ ab an. 1650. in sacrario ecclesiæ nostræ reposita fuerant, ut instromento constat stipalato die 3. Februarii an. 1666. a notario Francisco Pagliaro Sangermanensi: Quo gratum Cassinatium erga munifices principes testatum omnibus faceret, in Xisto ante ecclesiam statuas Pontificum, Imperatorum, Regum, Principumque plastico opere excitavit, qui de cœnobio Cassinensi meriti optime fuissent, ornavitque elegantissima inscriptione, quam in descriptione cœnobii, & ecclesiæ nostræ dedimus, quemadmodum & alias in ara maxima, sub qoa corpora Sanctorum Benedicti, & Scholasticæ reconduntur, in ingressu majoris Portæ cœnobii positas, atque in vinea cura sua repastinata, quam vulgus S. Rachisii regis, ac monachi manibus, sitam credit, & in qua sacellum excitavit. Aliis etiam in locis cœnobium nostrum ornavit. Nunquam fere nisi de rebus ad scientias pertinentibus sermones cum Monachis ferebat, post prandium potissimum, quo tempore dubium semper aliquod a Mooachis solvendum excitabat. Imo sive publice, sive privatim dispotatio initetur, si quis contra ejus sententiam aliquid protulisset, modo a veritate haud abluderet, in ejus partes sponte, lobenterque concedebat, gratiis quoque illis perractis. Quam quidem raram in superioribus potissimum doctis virtotem, ego ipse non semel expertus sum cum Angelo jam Archiepiscopo Romæ io palatio cancellariæ apostolicæ an. 1689. amica colloqoia serens. Adeo liberalis fuit, ut ad summam pene inopiam devenerit. Quid mihi hac in re eodem anno acciderit, haud injucundum erit recensere; cum sæpe illum viri eruditione, & benignitate delectatus, amice convenirem, semel mihi, ut quinam ex ejus libris mihi placerent edicerem jussit. Reluctante me verecundantemque, morem tandem illi gerere oportuit. Promisit ille se post obitum suum mihi libros testamento relicturum. At ego. Qoi vero, cum apostolicæ cameræ juris fiat episcoporum spolia? At ille subridens, Ego vero a summo Pontifice facultatem legandi ducentum scutata petam, quibus tota quanta est hæreditas mea absorbetur; sed de hisce alias. Hospitibus omnia humanitatis officia exhibebat ex S. Regulæ præscripto cap. 53., veteriqua cœnobii nostri, semperque usurpata consuetudine. De magno hoc viro alibi plura.

Anastasius. D. Anastasius Perrone Neapolitanus a die 21. Januarii 1621. Monachus Cassinensis candidissimis moribus, magnaque comitate præditus: *Audebat multorum servire moribus*, ut ait S. Benedictus Regulæ suæ cap. 2., ubi de Abbate agit. Quare nihil de proprio commodo sollicitus pii patris munia erga monachos, subditosque obibat, quibus etiam lubenter indulgebat, quæ honeste peterent. Hincque facile omnes ad rigidiorem monasticam disciplinam excitabat. Kalendis Octobris an. 1661. & 1662. Synodum habuit in cathedrali ecclesia Cassinensi an. 1663. die 28. Martii obtenta a S. Congregatione Inquisitionis facultate ecclesiæ catholicæ publico, solemnique ritu in Pontificali Romano præscripto reconciliavit Eberardum Franciscum Ketgen Baronem, & Cancellarium clavis aureæ apud serenissimum Ducem Neoburgensem Calvini erroribus addictum, postquam fidei catholicæ dogmata edoctus a duobus Cassinatibus Monachis fuerat, ut instrumento constat stipulato a Francisco Pagliaro Sangermanensi notario apostolico, & regio. Cajetanum etiam cœnobium rexit, cumque cœnobii Plagæ Abbas esset, calculorum dolore in cœnobio S. Severini Neapolis obiit an. 1670.

Maurus. D. Maurus Nolanus ex nobili Cæsarina gente a die 30. Septembris 1628. Monachus cœnobii nostri cujus jurium, reddituumque acerrimus semper vindex, atque amplificator fuit, quod apparuit cum & Cellerarii munere fungeretur sub D. Dominico de Quesada, & Oratoris ad Philippum IV. regem Cassinatium nomine, a quo omnia pro sententia obtinuit. Abbas inauguratus innumeris propemodum beneficiis Cassinates cumulavit, auctis redditibus, ex soluto alieno ære, locupletatisque officinis omnibus affluenti supellectile quo monachis oportuna commoda affatim suppeditarentur. Plura argentea ornamenta pro ecclesia nostra construenda curavit, quæ inter frontale argenteum anaglyphis ornatum pro Ara maxima, ejusdemque materiæ candelabra sex cum cruce, ac vasis pro Ara minori S. Benedicti, quæ extat sub confessiooe in subterraneo sacello, quod etiam variegatis marmoribus ornavit, pingique ejus parietes curavit a celebri Luca Jordano, additis cancellis ex aoricalco. Plurima, nobiliqoe supellectili sacrarium auxit, atque disciplinæ semper monasticæ studiosissimus fuit. Ejus certe memoria nunquam apud nos interitura in benedictione semper erit. Pluribus impendiis regium assensum a Carolo II. Rege obtinuit pro emtis primis, secundisque causis quæstionum capitalium, ut in Diss. I. dicemus, usus potissimom opera Galeatii Marescotti tunc apostolici in Hispania legati, ac modo Cardinalis prope cen-

centenaria ætate sanctissimi. Grassantes jam dio privatim inter Sangermanenses inimicitias privataque odia ita compressit, ut nedum homicidia perpetrare, verum ne pugnis quidem alium, aut contumeliis impetere auderet quispiam; severitate certe, qua una fere semper populi aptius reguntur, pervicit, ot tranquilla in Cassinensi ditione, ac longe duratura pax invaluerit; at invidia magnis semper viris infensa obtrectatores Mauro plures acqoisivit, qui tamen ejus virtute, zelo, justitiaque prorsus disjecti. Summa cum laude, ac comploratis pene eorum rebus, gubernavit cœnobia Sanctissimæ Trinitatis Cavæ, & S. Scholasticæ Sublaci, quæ pristino fere splendori restituit. Haud minor ejus erga cœnobium Cajetanum beneficentia. Tandem ad generalia comitia in cœnobio S. Georgii majoris Venetiarum habenda profectus Stranguria decumbens obiit mense Majo an. 1681. annos natus sexaginta novem.

Severinus. D. Severinus Pepe a Neapoli a die 8. Decembris an. 1636. Monachus Cassinensis suavissimis moribus fuit. Quatuordecim ferme annis S. Theologiæ Prælector res etiam difficillimas dilucide admodum eloquenterve ita explanabat, ut plures ex ejus auditoribus aliorum etiam cœnobiorum Monachi præceptorem imitati, eandem disciplinam, alios in congregatione Cassinensi magna cum laude docuerint. Procurator cœnobii nostri factus apud Magistratus Neapolitanos maxima animi contentione jura ejus asseruit, vindicavitque. Adhuc Prior, abdicato episcopatu sponte sibi, beneficentia Clementis IX., ob veterem cum fratre necessitudinem oblato, Abbas ejusdem jussu inaogoratur. Toto regiminis sui in cœnobio nostro tempore magna diligentia, ac cura disciplinam Monasticam servare intactam studuit, & amplificare studia, qua de caussa quotidie disputationibus intererat, rationumque momenta satis eloquenter, subtiliterque exagitabat. Nunquam choro aberat, divinaque officia morose, ac voce sonora, & alta decantari jubebat. Nemo certe ipso magis divina psalmodia delectabatur, quippe qui non raro post insumtas plures in choro horas nutu, voceque Monachos animaret, ut qood reliqui erat, suavius adhuc modulatiusque pronunciarent. Magna lenitate vitia corrigebat, & tamen vi, ut non levi omnes compunctione tangeret, absterreretque a similibus perpetrandis. Pluribus, eisque gravissimis litibus exagitatus magna constantia temporis vicissitudines tulit, earumque præcipuas diligentia soa compressit, subditis omnibus ob singularem erga eos comitatem carus cum primis fuit. Majorem ecclesiæ nostræ fornicem inaurato universo marmorato opere, pingendum curavit a celebre Luca Jordano, qui impigre manom operi admovens, ibi S. Benedicti miracula, & quæ iisdem correspondent viginti virtutes, nec non, & Pontificum imagines ad fenestrarum latera expressit. Visitur præterea omnium maxima ejusdem Jordani pictura. Supra majus Ecclesiæ ostium, quæ ejusdem consecrationem ab Alexandro II. factam refert. Hæc nummis a Matre D. Romoaldi Apicella Monachi Cassinatis Filio relictis confecta. Omnes hæ picturæ, quæ inter celebriora magni hujus viri opera recensentur, uno vix anno absolutæ, quo etiam tempore Lucas plures alias elegantissimas

nota.

tabulas pro viris Principibus, & ecclesiis pinxit. Adeo vero Lucas cœnobii nostri studiosus erat, ut & viginti memoratas virtutes gratis pinxerit, plures que tabulas dono dederit Monachis. Redditus quoque cœnobii nostri, hoc Abbate aucti emptis pluribus regii Fisci emolumentis in ditionis nostræ oppidis. Odæi subsellia elegantissimis anaglyphis, atque imaginibus sculpta in tabulis nuceis perfici curavit, pro quibus tantum decem ducatorum millia persoluta sunt artificibus, ut instrumento constat stipulato a Notario Johanne de Florio die 14. Decembris 1708. Organum quoque peritissimi artificis Cesaris Catarinotii manu constitui curavit, multo ante statuis anaglyphisque ornatum, decoravitque odæi latere magnis quatuor tabulis a celebri Francisco Solimene pictis. Kal. Octobris synodum haboit majorum exemplo. Tandem dum pervigilio Assumptionis Deiparæ missam in sacello aulæ suæ celebraret, morbo correptus, quo nunquam ab officii divini recitatione abstinerat, pie obiit die 26. Augusti 1697. hora circiter vigesima secunda, statimque ego, ut pote Vicarius generalis diœcesis edixi, ut canonici collegiatæ ecclesia S. Germani, aliaque capitula executioni demandarent, quæ in synodo Cassinensi cap. XI. de Exequiis, & sepulturis hisce verbis præscribuntur.

Si Dominus Abbas pro tempore existens ex vivis excesserit, Capitulum S. Germani in cathedrali Cassinen. Ecclesia adunetur, illiusque exequiis devote intersit. Sequenti vero die tum prædictum Capitulum, tum cæteri cleri de illius obitu certiores facti officium, & solemnem missam defunctorum pro illo celebrent, & unusquisque sacerdos missam pro illius requie Domino litet. Quod si dies illa aliquo festo impediretur, in subsequentem transferatur. Diaconi vero, & subdiaconi, minoresque clerici tres nocturnos Defunctorum cum Laudibus recitent. Parochi vero populum de illorum pastoris exitu moneant, ut pro illius spiritu aliquod pietatis officium impendant. In cathedrali vero nostra ecclesia omnium prædecessorum anniversaria celebrentur.

Omnia ad amussim impleta, ut testimoniis juratis constat in archivo nostro asservatis. Die 27. mane, Abbatis cadaver alto lugubrique feretro, in quo plures ex alba cera intortitia ardebant, atque insignia Abbatis gentilitia circomposita erant, elatum est pontificali habitu indotum in medio basilicæ Cassinensis, illique a monachis solemni ritu parentatum, habitaque de ejus laudibus oratio latina a S. Theologiæ Prælectore ac majori diœcesos Pœnitentiario. Ea finita reliqua perfecta, quæ a Pontificali Romano præscribuntur in Tit. *de Officio, quod post missam solemnem pro defunctis agitur*; præsentibus semper omnibus collegiatæ ecclesiæ S. Germani canonicis, superpelliceo, almutiis, ac biretto indutis, Gubernatore generali ditionis nostræ, urbis Syndicis lugubri habitu, magnaque populi frequentia. Post prandium cadaver capsæ ligneæ inclosum sepultum est in sacello S. Annæ, quæ omnia instrumento constant stipulato a notario Apostolico D. Benedicto Lanno Sangermanensi. Iisdem solemnitatibus sepulti Abbates alii, qoi Cassini decesserunt. Ditionis nostræ Dominus, atque Ordinarius pro more evasit D. Archangelus Ragosa Cajetanus Prior Claustralis cœnobii Cassinensis, cui Kal. Octobris obedientiam universus

Diœcesis Clerus pro recepta vetustissima consuetudine præstitit, ut instrumento, constat, stipulato a notario apostolico D. Thoma de Alphonso a Rocca Evandri. Alia quoque, eaque celeberrima Congregationis nostræ monasteria gubernaverat magna cum laude D. Severinus, nempe S. Pauli de urbe, S. Severini Neapolis, & S. Laurentii Aversæ.

Sebastianus. D. Sebastianus Blanchardus Mediolanensis cœnobii SS. Petri, & Pauli in Glaxiate patriæ suæ ab an. 1645. die 14. Septembris Monachus, magna in negociis peragendis prudentia fuit, ac disciplinæ Monasticæ studiosus, quibus sane virtutibus potissimum procurator generalis in Romana curia Congregationis Cassinensis refulsit magno omnium cœnobiorum commodo, nostri vero maxime, quod gravissimis ea tempestate litibus jactaremur, Abbas deinde noster factus, summo studio monasticam disciplinam servabat, in vitiaque quantumvis minima rigide admodum animadvertebat, quamquam blandus alioquin, & lenis, & singulari erga omnes comitate; literarum studiis impense favit, atque cœnobii commodis affecta, ut plurimum, valetudine, dirisque podagræ doloribus tortus. Hinc pluribus scutatorum millibus, ob emtam potissimum quæstionum capitalium jurisdictionem obæratum cœnobium solvit, ejusque redditus auxit. Veterem bibliothecam ad normam a celebri architecto Romano Johanne Baptista Contino præscriptam ornandam curavit, coopertis nova membrana libris, magnam partem auctis. Magnum quoque ædificium in Hospitio nostro Sangermanensi excitavit, commendavitque aliis pluribus beneficiis æternam sui memoriam Cassinatibus. Præsidens Congregationis Cassinensis renunciatus est an. 1684., quod munus laudatissime obiit. Cœnobii sui, quod magnis jam beneficiis cumulaverat, altera vice inauguratus Abbas, paulo post defunctus est an. 1687. die 16. Julii, magno sui desiderio omnibus relicto, potissimum Cassinatibus, a quibus solemniter illi parentatum.

Andreas. D. Andreas Deodatus a Neapoli, oriundus ab urbe Monopoli, a die 2. Julii 1646. Monachus Cassinensis, in Philosophicis, ac Theologicis disciplinis apprime versatus fuit, quas in aliquibus Congregationis nostræ monasteriis docuit, præcipue in illo S. Severini, quo tempore magno a literatis omnibus in pretio est habitus. Urbanus, comis, blandisque moribus erat, ergaque eos gratissimus, qui minimum quid pro cœnobii nostri utilitate præstitissent. Ipsemet collegiatam S. Germani ecclesiam adibat cum gravissima negocia non remorarentur, ut pueros doctrinam Christianam edoceret. Ad consuetam panis eleemosynam, quæ bis in hebdomada in hospitio Cassinensi apud S. Germanum distribuitur, nummos, idque manu sua, in cavædium descendens, sæpe addebat, pluraque privatim indigentibus erogabat, præter consuetam pecuniam singulis mensibus hac de caussa a cœnobio nostro Abbati datam. Insigni erga infirmos indigentes charitate flagrabat. Perlustrabat magna diligentia diœcesim, qua occasione efficaces adeo, eloquentesque conciones ab eo habitæ, ut omnes ad lachrymas excitaret. Mirum quot negocia, difficultatesque brevi admodum tempore explicaret in examinandis ecclesiasticis, laicisque, atque rationibus dati, acceptique piorum locorum, ac componendis dissidiis. Disciplinæ monasticæ studiosus, severe vitia corrigebat, licet pœnas leves admodum imponeret. Choro, nisi gravibus curis detineretur, assidue intererat, atque lycæis litterariis, in quibus identidem de rebus Philosophicis, Theologicis, ac moralibus acute disputabat. Diligenter adeo rebus œconomicis intentus erat, ut improbo labore, ac cura res etiam minimas pernoscendo, perlustrandoque pervicerit, ut numquam (absit invidia dicto) forte melius res nostræ compositæ fuerint, aut Monachi melius habiti, officinæque omnes abundantius, aptiusque locopletatæ. Ipsæ Monachorum hospitumque cubicula invisebat, ut necessariis de rebus provideret; atque hospites excepturus, immunda quoque vasa inspicere haud dedignabatur; adeo magna hospitalitatis virtus tantopere a S. Benedicto nobis commendata, atque munditiarum studium alte ejus animo insederat. Testis ego sum oculatus, ut merito dixerim, neminem mihi æque in rebus minimis, maximisque visum hactenus Andrea nostro majorem, potissimum pingui corpore, modico ita somno utebatur, ut uno semel hyemis tempore, quo ad subditorum commoda in hospitio nostro apud S. Germanum commorandum illi erat, ad cœnobium ascenderet, cum matutinas laudes monachi noctu ibi canerent. Dicteria in se jacta flocci adeo faciebat, admiranda plane, & heroica virtute, ut propriis auribus excepta nihilo commotiorem redderent. Emta ejus tempore haud modicæ extensionis silva, quam Forestam dicunt, atque fiscali oppidi Cervarii; pluriumque millium Ducatorum ære ligatum ob emtam quæstionum capitalium jurisdictionem cœnobium nostrum solutum. Ad hæc hospitium nostrum apud S. Germanum ædificiis auctum, atque in cœnobio a fundaminibus excitatum valetudinarium, & hospitium ea ex parte, quæ ab ingressu majoris portæ ad ultimam protenditur, constatque triginta cubiculis, præter mesaulam, omnia supellectili satis ornata. Sacrarium pluribus sacris vestibus auxit, calicibus, aliisque rebus, sex pro majori ara argentea vasa, sexque candelabra pro eodem altari ex auricalco cum totidem vasis, ac cruce, aliaque ex eadem materia pro minoribus ecclesiæ nostræ aris ab eo facta. Trium sacellorum fornices S. Apollinaris, SS. Ginizzonis, & Januarii, & S. Victoris marmorato, inaurato que opere ornari curavit, ipsaque sacella pingi a celebri Luca Jordano, qui prædictorum Sanctorum gesta ibi repræsentavit. Minores etiam duas ecclesiæ porticus Pauli de Matthæis celebris viri picturis ornatas voluit, miracula S. Benedicti a Victore III. in suis Dialogis & a Leone Ostiensi, atque Petro Diacono in Chron. Cassin. &c. narrata repræsentantibus. Sacellum S. Victoris ex variegato marmore perfecit, præter illud S. Carolomanni, quod eodem modo ornare cœperat, atque ea tria memoratorum sanctorum corpora ad Sacella sua transtulerat solemni ritu, ut alibi dictum. Illud citra mendacium dici potest, ne ulnam quidem cœnobii nostri relictam, quam Andreas pulchriorem non reddiderit. Rogatu Prioris, ac Decanorum Cassinensium odæum novum, quod ejus successor

D. Se-

D. Severinus perfecit, ut diximus, construere cœperat, eamque ob rem tabulas nuceas, aliaque necessaria a longe dissitis locis comparaverat.

Eodem studio gubernavit cœnobium S. Laurentii Aversæ, S. Scholasticæ Sublaci, & Pauli Romæ, & S. Severini Neapolis, quibus magnam in omnibus utilitatem attulit. Sex annos Procurator generalis Congregationis Cassinensis in curia Romana incredibili vigilantia, ac laboribus ita unius dumtaxat cœnobii caussas propugnabat, ac si nullum aliud suppeteret negocium. Hinc plures Cassinatibus adjudicatæ, & in sacris Congregationibus, ut in sac. Rota, & in tribunali Auditoris Cameræ apostolicæ. Magnum censuum numerum, quibus Congregatio Cassinensis obærata erat minori pretio redemit, quæ inter sexaginta scutatorum millia, pro quibus monti Novennali sex pro quolibet centenario persolvebatur ad longe minorem solutionem redegit. Debitum Congregationis nostræ cum banco S. Spiritus prorsus extinxit, effecitque, ut expensæ Procurator generalis redditus non superarent. At nimium esset ire per singula, quæ summo Congregationis Cassinensis bono præstitit Andreas noster. Omnium certe loco erit erectum ejus opera insigne collegium Anselmo Benedictinum in ædibus S. Calixti, ex quo viri doctissimi ad universam Congregationem nostram profluxere, ut infra dicemus. Anno 1690. renuntiatus fuit Congregationis Cassinensis Præsidens, qua de re infra. Ne quis vero miretur tot factas ab Abbate Andrea, aliisque decessoribus expensas pro ædificiis, argentis, aliaque pretiosa supellectili, illud addimus haud quidem pecuniam omnem ex redditibus monasterii repetitam, qui vix ad onerum implementum sufficiant, sed majorem partem benefactorum munere, nobis datam, quorum nomina recensita exacte in libris Rationum leguntur, eorumque donationes, si Deus vitam dederit, alibi recensebimus. *nota.*

III.

DISCIPLINA MONASTICA.

Urbani VIII. Privilegium.

Cum an. 1625. doctissimus æque, ac piissimus Cardinalis Scipio Cobellutius Cassinum venisset, adeo & disciplinæ monasticæ, & charitatis erga peregrinos eo anno sancto a Monachis exhibitæ, est delectatus, ut Urbanum VIII. Romanum pontificem ad amandum plurimum Cassinates induxerit, illisque plura privilegia concedenda ex quibus unum dumtaxat dabimus, quo Abbati Cassinensi *omnia Episcopalia munia* confirmat, omniaque diœcesis nostræ oppida explicat, ne Datarii, secretarii Brevium, aliique regentes Cancellariam apostolicam ad alios, quam ad Abbatem ejusque Vicarium generalem literas apostolicas per errorem dirigerent. Privilegium hoc Urbani refertur ad verbum in supradicta Benedicti XIII. bulla sequenti sæculo laudanda, ac propterea hic loci omittitur.

Commendati probi Cassinatium mores a Cardinali de Aguirre.

In Dissertatione I. alia Urbani erga Cassinates beneficia recensenda.

Cardinalis etiam celeberrimi nominis Joseph Saenz de Aguirre ex ordine nostro Cassini plures dies mansit an. 1695., indeque hanc ad Cardinalem Galeatium Marescottum tunc Congregationis Cassinensis apud Romanum Pontificem Protectorem, epistolam dedit, in qua de probis Monachorum moribus testimonium, illudque luculentissimum exhibet.

Eminentissimo, e Reverendissime Signor mio Osservandissimo.

Già l' Eminenza V. haurà intese, come io mi portai li giorni passati à venerare il Santuario di Monte Cassino prima sede, & habitatione del mio Patriarca S. Benedetto, & assicure all' E. V. che fu tale la consolatione, che io ne ricevei in visitare quel sacre luogo, così per la memoria del sante, come per l'edificatione singolare, che mi diedero que santi Monaci nell' osservare il fervore speciale, con cui servono al Signore Iddio in quella solitudine sacrosanta, frequenza continua del choro giorno, e notte, e nella puntualità, con cui seguono le loro constitutioni, che mi diede animo risolvere a trattenermi colà tutta questa estate, ma essendomi convenuto retrocedere da questo santo pensiere per non disgustare questo Sig. Vicerè, e Signori Ministri regii, quali mi voglieno in questa Città, sono qui ritornato con ottima salute, à Die gratie; onde mi stimo in debito di participarlo all' E. V., & insieme supplicarla, che già che è stata l' E. V. destinata per Protettore di questa mia religione, voglia havere principalmente à cuore l' interessi di cotesto monastero di Monte Cassino, con la certezza, che saranno benissimo impiegati tutti li favori, e gratie, che la grande bontà dell' Eminenza Vostra fa à per dispensargli; io ne supplice vivamente l' E. V. quale mi farà in tutto ciò una cosa molte grata, & la annoverarò anche questa tra le altre molte obligationi, che gli professo, mentre ansioso dell' honore de suoi stimatissimi commandi, resto baciando all' E. V. humilissimamente le mani. Napoli 14. Luglio 1695. D. V. E. alla quale nuovamente mi rassegno, come partialissimo servo, & amice suo, pregandola, che riparta con quel sacro Monastero una portione di quelli favori, che mi suole dispensar la sua generosità: Signor Cardinal Marescotti: Humilissimo, e Devotissimo Servitore Vere Giuseppe Cardinal d' Aguirre. *nota.*

Apographum ejusdem epistolæ ad nos Cardinalis Marescottus misit, qui hæc Cardinali de Aguirre respondit.

Eminentissime e Reverendissimo Signor mio Osservandissimo.

Non haurà havuta la fortuna di giungere alle mani di V. E. un' altra mia indrizzata à Monte Cassino, onde mi dò l' honore d' inviarlene acclusa la copia, acciò li sia noto, che non lasciai di sodisfare al debito, che mi correva di participare all' E. V. la necessità, che havevo havuta d' obedire alli commandi di N. S. nell' addossarmi il gravissimo peso della protettione della congregatione Cassinense. Chi hà havuta la consolatione di vedere il gran Santuario di Monte Cassino, come l' hebbi io molti anni sono, non può lasciare di tenerlo in somma veneratione, anche per l' esemplare esatta osservanza, e retiratezza, con cui vivono l' Monaci del medesimo; Onde la relatione, che si compiace farmene l' E. V. non accresce in me la devo- *nota.*

devotione, e stima, che già n' haveva. Saranno dunque à favore del medesimo Monasterio impiegati sempre tutti li miei arbitrii, massime concorrendo il commandamento dell' E.V. à cui tanto devo, e li bacio umilmente le mani. Di Roma li 27. Luglio 1695. Appunto nel chiudere di questa mi gionge la benignissima di V. E. delli 23. corrente, onde tralascio di mandare la copia dell' altra, che le fece, e mi ratifico. Di V. E. Sig. Cardinale d' Aquirre Napoli: Humilissimo, & Obligatissimo servitore Vero: Il Cardinale Marescotti.

à Sayro.

D. Gregorius Sayrus orbi literario satis notus, in eo opere an. 1599. edito, quod inscripsit. *De Sacramentis in communi*: in epistola ad Clementem VIII. nuncupatoria, hæc de Cassinatibus prædicat. *Hujus ego mystica legis memor, ac præceptam divinum sedulo mente revolvens, Angliam si vel persequentiam sevitiam, vel sævientium cæcitatem attendas alteram plane Ægyptum fugiens, atque post maris Oceani transacta pericula in Italiam terram promissionis mihi semper habitam veniens, & deinde Romam civitatem Sanctam communem catholicorum matrem visitans, ac tandem aliquando divina favente gratia, volente, ac vocante deo, divi Benedicti Ordinem licet ubique sanctissimam, ob regularem tamen Cassinensis Congregationis & præsertim sacri illius Cassinensis cœnobii observantiam toto terrarum orbe celeberimum ingressus fuerim omnem operam, studium, ac diligentiam adhibendam esse censui, ut inter alios quamplurimos ejusdem Ordinis Congregationis, cœnobiique sanctissimos, doctissimosque Patres, quos quotidie sacram Theologiam prælegentes, ac de rebus divinis differentes audivi, aliquid ipsa etiam fructus colligerem, quos ante Altare Domini in præsentia Sacerdotis summi suo tempore ponerem, & offerrem: &c.*

nota.

ab Henschenio & Papebrochio,

Viri e celebri Societate Jesu eruditissimi Godefridus Henschenius, & Daniel Papebrochius hæc de Cassinatibus scribunt To. III. Martii p. 299. §. I. *Ac Neapoli Romam reversuri Casinum devenimus 26. Martii 1661., & sicut de S. Odilone Abbate Cluniacensi scribit Leo Ostiensis lib. 2. Chronici cap. 54. ita & nos dicere potuimus: sicut audivimus, ita & vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri, & in monte sancto ejus. Non est nostrum hic fabricam monasterii, & templi describere, non etiam eximiam charitatem, qua excepti fuimus, aut sacrum virtutum splendorem, quem in religiosissimis Monachis apparere conspeximus lectori indicare, certe non fuimus mirati ad hunc montem pietatis causa fundatorem nostræ societatis S. Ignatium peregrinatum fuisse, in quo inter sacra exercitia animo a sensibus avocatus, vidit animam Jacobi Hosii unius ex primis sociis in cœlum migrare. Quæ omnia in Albaneta, monasteriolo param dissito depicta ad rei memoriam, & Sancti laudem conspeximus.*

nota.

à Mabillonio.

Pii, doctique viri D. Johannes Mabillonius, & D. Michael Germain a Congregatione S. Mauri in itinere Italico p. 120. hæc scribunt: *Nihil eorum in nos humanitati defuit, quam per dies decem experti sumus ab universis Monachis, qui eo in loco quam laudabiliter viventes divina officia, si aspiam alibi in Italia, rectissime celebrant. Matutinum non ut fere alibi de die; sed de nocte, aut summo mane persolvunt.* & pag. 126. *Dum a studiis vacaremus identidem interfuimus collationibus, & disputationibus publicis, quæ apud Cassinates nostros frequentissime fiunt de rebus Theologicis, & Philosophicis maxime moralibus, nec raro etiam de scripturis sacris. Ejusmodi collationes passim condita Orationibus, & poematiis, ut hospitibus suis gratificarentur. Sane apud Cassinates præclare instituuntur Juvenes, qui per sex annos continuos sub accurata magistri disciplina in Novitiorum conclavi privato degunt, ubi in officiis pietatis, atque in litteris accurate exercentur. Eadem in aliis etiam Cassinensium cœnobiis institutio viget in quibus præclara semina conservandæ religionis observavimus, si modo conceptos ignes retineant in adulta ætate. Neque vero Casini desunt emeriti senes fervore, & disciplinæ regularis studio ipsis etiam juvenibus superiores, quorum si revelaremus nomina, modestiam, & latendi desiderium forsan offenderemus.*

nota.

nota.

à Ciampino.

Doctissimus etiam Johannes Ciampinus in differt. *De vocis correctione in sermone VII. S. Leonis M. de Nativitate Domini*: mihi nuncupata hoc Initio de Cassinatibus elogium texit: *Cum non ita pridem Majo mense ad invisendum celeberrimum archicœnobium, in quo vivis, me contuli: spectavi procuidubio admirabundus loci sanctitatem, Dei domus decorem in templo, ac ut ita dicam inclytam virtutum omnium coloniam, quæ tot egregios urbibus episcopos, tot optimos Vaticano Cardinales, tot Sanctissimos ecclesiæ Pontifices, tot sanctorum Myriadas cœlo dedit. Miratus sum cœnobii structuram, & magnificentiam, tum conditoribus regibus, tum habitatoribus Monachis plane dignam, vidi libentissime Cæsarum, Regum, Principum opulentissima donaria, in quibus licuit agnoscere & christianam eorum pietatem, & Benedicti parentis vestri gloriam. Jucundissima quin etiam mihi pariter accidit singularis Monachorum omnium humanitas, quæ me venientem excepere, & omnibus religiosæ hospitalitatis officiis liberalissime præstitis abeuntem dimisere.*

ab Abbate Corbejensi.

Celeberrimi monasterii Corbejensis Abbas humanissima hac epistola Abbatem Cassinensem orat, ut uni ex suis Monachis facultatem ad aliquod tempus concederet commorandi apud Cassinates, quo: *Genuinam morum, ac virtutum Benedictinarum normam inde addisceret: Reverendissime, ac Illustrissime Dñe observandissime. Præsentium exhibitor P. Ferdinandus a Geismar liberæ, ac Imperialis Abbatiæ meæ professus post absolutum Romæ Theologicum studium, humiliter a me petiit, ut hisce Reverendissimam, ac Illustrissimam D.V. humanissime rogarem, quatenus eidem gratiose permittere dignetur, ut in celeberrimo Cassinensi Monasterio quondam Sanctissimi Patris nostri habitaculo ad tempus commorari possit, ac non solum nomen Benedictinum gerere, verum etiam genuinam morum, ac virtutum Benedictinarum normam ibidem addiscere valeat. Ejusdem laudabili petitioni gratificari volens & in celebrem Reverendissimæ, ac Illustrissimæ D. V. humanitatem confidens eandem humanissime rogo, qualiter dicto meo filio professo petitum favorem non denegare dignetur. Ego vero eundem per grata quævis officia, dummodo mihi eadem præstandi occasio occurret cum omnibus meis digne demereri studebo, qui sum, & permaneo. Datum Corbejæ in Abbatia mea 13. Maji 1697. Reverendissimæ, ac Illustrissimæ D. Vestræ Observandissimus servitor Florentius Abbas.*

Gabriel

a Bucellino.

Gabriel etiam Bucellinus vir eruditus Monachus Cassinas esse optaverat, facultatemque a comitiis Congregationis Cassinensis generalibus Perusiæ coactis die 14. Maji 1650. obtinuerat, modo duarum partium Capituli Monachorum Cassinensium suffragia accederent. Cur executioni decretum hoc non sit demandatum incompertum. Hanc idem epistolam ad Angelum Nuceum, quem Abbatem adhuc Cassinensem esse credebat dedit. *Reverendissime, & amplissime Domine Dñe Abbas successor magni Patriarchæ Religiosorum omnium Benedicti ter fortunatissime. Exilit animus quotiescumque nomen, vel audio, vel cogito Casini, in cujus asserenda gloria, & celebranda, vitam omnem expendere gestio, & videor mihi haud minimum in vulgatis typo lucubrationibus meis, Zeli, & fervoris demonstrasse, & si fortasse ea minime ad Cassinatum manus devenerint, quibus utinam & me, & opera mea omnia manus propria haud pauca monimenta pridem consecrare potuissem, ut vel meis a morte cineribus tam sancta illius gleba operimentum obtingeret; intellexi plurima de Reverendissima dominationis vestræ, erga exteros benignitate, quæ me animant, & plane concitant symbolas rogare pro opere meo, quod nunc vel maxime sub manu versatur ita inscriptum.*

BENEDICTUS REDIVIVUS,
Hoc est.

Benedictini vetustissimi, amplissimique Ordinis nostri, ac supera ætate immarcescibilis vigor, atque viror anniversaria vernantia ab anno 1500., usque 1674. chronologice quam compendiosissime comprobatur, & demonstratur.

Pro hoc opere Symbolas aliquas ad compendium relatas pro honore, & amore Sanctissimi Patris N. Benedicti seraque Ordinis gloria, & sacri fervoris resuscitatione supplex efflagito, certus Casino sanctitatis opinione claros viros nunquam defuisse, vestrasque laudes a peregrino calamo multo plausibilius, & utilius quam vestro dictari, & posteris ad exemplum perenne instillari. O si mihi Ven. P. D. Zachariæ a Fractis vita gesta, & plurium ejusmodi rña Dominatio Vestra communicares! Confido in amore communis Patris nostri mihi petitionem hanc meam minime denegandam, atque insuper communicandum titulum Operis, quod Rña Dñatio Vrã Parisiis, ni fallor, vulgavit, multa Ordinis hucusque abscondita evulgantis. Edoceor B. memoria F. Carolum de Setiis haud ita pridem Romæ mortuum, & sacro lateris vulnere insignitum, asseruisse, se Casini in culina servientem Fratrem aliquem vidisse cœlestes e corpore suo radios emittentem, cujusmodi res operi meo plurimum quadrarent. Rogo proin, obsecroque, si quid ejusmodi exemplorum ab annis centum, tam Casini, quam in vicinia noverit, mihi pro excitatione animorum gratiosissime communicare dignetur. Nisi me ipsum placeas inter & post ultimos Fratrum Conversorum suscipere, qui felicissimum me reputabo, si liceat singulis Cassinatum calceos tergere, & abjectissima quævis procurare, uti revera toto corde cupio omnium vestrum minimum esse, donec me dignetur optimum numen ergastulo corporis solvere. Commendo me interea pro sancta benedictione. Deus nobiscum, Reverendissima, & Amplissima Dñatio nis Vestra. Veldkirchii 10. Febr. ipso Festo S. Scholasticæ 1674. Si me responso dignabitur, sic inscribat: Augustam, inde Lindovium, & Veldkirch. Servus in Christo devotissimus. P. D. Gabriel Bucelinus Prior S. Johannis ibidem. Commissus ille, cujus meminit, fuit Fr. Bertharius a Lauro, de quo cum de hominibus piis.

ab Abbate Fuldensi.

Illustrissimus nobilissimi cœnobii Fuldensis Abbas D. Placidus haud immemor, magnam olim a tempore S. Bonifacii Moguntini Cassinates inter, atque Fuldenses Monachos necessitudinem intercessisse, suffragiaque invicem pro mortuis facta, hanc ad Abbatem nostrum Epistolam dedit, qua mortis Cardinalis de Baden Abbatis Fuldensis certiorem faceret.

✠

AD ICTUM MALLEI FUIT, NON EST.

Cecidit, eheu! cecidit Flos, & Decus Urbis, & Orbis. Fatis eheu! concessit, qui in Ducum subselliis nemini cessit! Regum Filii lugent honoris sui coronam in diademate diminutam, ergo, quis ille, scire vultis? si dixero hinc paludatum Sago, hinc toga clarum, ibi Heroem maximis haud imparem, hinc eundem, & eminentissimum cogitate: Hic est, quem Leopoldus Primus imperator surreptum sibi deploras agnatum, quem Diva Augusta Archi-cancellarium, & Archi-marescallum simul suum præmature nimis, ah! extinctum ingemiscit, quem Pallas, & Bellona suum quandoque Sampsonem suspexit; ecclesia inter Quirites Cardinalem, Sac. Romani Imperii tot Principem, Sacerrimus, & Patriarchalis Ordo noster Benedictinus in principali Campidonensi, in Imperiali Sigburgensi Administratorem per Germaniam, & Galliam obtinuit Primatem; Felix! infœlix FULDA HÆC OMNIA CONCENTRICAVIT, quæ unus hoc nostro Sæculo FUIT Serenissimus, & Eminentissimus BERNARDUS GUSTAVUS Marchio Badensis, &c., &c., sed, ah! durum telum, Vox fatalis, dissyllabum funestum, FUIT: Natus est anno 1631. Hoc anno 1677. die 26. mensis Decembris post annum Professionis in Sacerrimo ordine nostro decimum, Regiminis septimum, sacerdotii similiter decimum reportati, & portati pilei Cardinalitii quintum, ad ICTUM MALLEI pulsantis decimam noctis horam omnibus Ecclesiæ Sacramentis rite præmunitus, eheu! FUIT: Inter belli optimates Dux optimus, eheu! FUIT; Sydus eminentia Serenissimus inter Patres purpuratos, eheu! FUIT, Saccum putredinis pro Sago, pro toga cineres, pro Pileo Balsamum accepit Pauperum pater, Religiosorum amator, Benedictinæ Familiæ honor, eheu! QUIA FUIT. Toti quidem tum ecclesiæ cum Imperii posteritati in primis autem nobis, & vobis colendissimi domini Confœderati, tosi quæ SS. Benedicti familia gloriosam sui memoriam reliquit auro, & ære perennius durabilem in hac velut nitidissimo in speculo obligationis nostræ, vestræ autem benevolentiæ vultum reflexum cernite, & anima si forte adhuc inter inferos de tot honoribus pullata, de pileo rubea, de principatibus pulverea, dies agite parentales dicendo requiem. Sic efflagitamus devotissime, hanc charitatis obligationem reciproce,

ciproce, ubi requisiti fuerimus, recompensaturi. Fuldæ 2. Januarii 1678.

Requiescat in Pace.

RR. DD., & PP. Vestrarum. Addictus Placidus Abbas cum Conventu ibidem.

IV.

RES GESTÆ APUD CASSINATES.

Fiscus Regius, aliique Cassinatibus infensi.

TOto fere hoc Sæculo infensum sese cœnobio nostro exhibuit Fiscus regius ob jurisdictionem secundarum quæstionum civilium, mixtarumque, Portulaniæ Syclæ Bajulationis, Scafarum, Pontis in Sangri flumine, ob militare servitium, solvendaque vectigalia pro ovibus suis, subditorumque. Haud minora dissidia habita cum Principe Asculi, cum comite stabuli Colomna, & D. Francisco Tuttavilla quæstionum capitalium ditionis nostræ Dominis, cum Sangermanensibus, Citrariensibus, Oppidanis S. Petri de Avellana, Pedemontanis, Villanis, Serræ, Manupellensibus, Roccæ Montisplani, aliisque, cum capitulo S. Bartholomæi Albeti, cum Sacello Confraternitatis S. Sebastiani castelli Sangri, aliisque, de quibus in Diss. I. fusius. Hic tantum recensere in animo est controversias, quoad jurisdictionem spiritualem excitatas.

S. Germanenses ad eleemosynā concionatori solvendā adacti.

Anno itaque 1606. pro vetustissimo more electus ad prædicandum sacrosanctum Jesu Christi evangelium in urbe S. Germani ab Abbate nostro D. Maximus Ubaldi e Congregatione Silvestrina, cui solitam eleemosynam persolvere renuerunt urbis syndici. Provocavit Ubaldus ad Proregem ejusque Collaterale consilium, a quo jussum Magistratui S. Germani, ut quod justum esset decerneret. Hic examinatis testibus, compertoque, quadraginta ducatos pro more semper datos, jussit ut die 22. Junii solverentur. Id ut refugerent Syndici, a decreto appellarunt, atque Romanæ etiam curiæ implorato auxilio ab eadem condemnati sunt, quemadmodum & a Prorege, ejusque collaterali Consilio die 6. Julii. Quadraginta itaque ducatos persolvit redituum civitatis ærarius Marcus de Tarsia die 30. Septembris jussu Syndicorum. Haud vero territi Sangermanenses contenderunt, an. 1675., jus sibi eligendi concionatoris competere, secus ne quidem eleemosynam a se persolvendam. Conquestus hac de re est Cassinensis Abbas apud Sacrum concilium, quare auditis partium juribus, visisque pluribus monumentis, quibus constabat electum hactenus ab Abbate Cassinensi concionatorem, huicque soluta, a Sangermanensibus quadraginta ducata, D. Trojanus Miroballus Dux Campinellis, & caussæ commissarius die 18. & 30. Martii 1675. caussam Abbati adjudicavit. Appellatum tamen a Sangermanensibus ad S. Consilium, quod die 5. Aprilis bene provisum esse dixit; die 25. Junii negata illis restitutio in integrum, ac die 3. Julii expeditæ executoriæ literæ, quarum ope persoluta Concionatori solita eleemosyna.

& Oppidani Pesculi Constantii.

Idem contenderant oppidani Pesculi Constantii, lisque ea de re diu, multumque in S. Congregatione episcoporum, & Regularium agitata, a qua post decreta quædam provisionalia, hæc tandem definitiva sententia pro Cassinatibus prolata est Kal. Septembris 1617. *Molto Reverendo Padre. Avendo Monsignor mio Illustrissimo Cardinal Lancellotto referito nella Sagra Congregatione le raggioni, che di nuovo sono state dedotte dalla communità del Pescocostanzo intorno alla pretensa elezzione, & elemosina dal pagarsi al Predicatore della Quaresima Questi Illmi miei SSri. hanno risoluto, che tocchi all' Abbate che di tempo in tempo si trova di cotesto Monasterio il nominare, & eliggere il Predicatore sudetto, & che la Communità del Pesco gli somministri le spese, & l' elemosina conform' al solito. Doverà dunque V. P. provedere, che così s' eseguisca nell' avvenire e Dio la consoli. Di Roma il primo di Settembre 1617. Al piacere di V. P. Il Cardinale Gallo.*

Ex origināli in Archivio.

Asserta a Sac. Rota Cassinatū jura.

Juris Cassinatium a pluribus sæculis fuerant ecclesiæ Parochiales S. Angeli ad Odaldiscos, S. Ruffi, & S. Martyni ad Judaicam in orbe Capua, in quas earumque parochos Abbas noster semper jurisdictionem omnem episcopalem exercuerat privative quoad Archiepiscopum Capuanum, concursum etiam indixerat quoties opus erat pro parochorum electione instituenda. Cum itaque an. 1647. Parochia S. Martini parocho suo orbata esset, Abbas noster servatis quæ a Sac. Tridentino concilio præscribuntur sess. 24. de Reformat. cap. 18. in ejus locum suffecit D. Franciscum Salsillo presbyterum Capuanum, cui cum obstare niteretur D. Johannes Baptista Martuccius a S. Sede apostolica deputatus, lis in S. Rota Romana acta a qua manutentio concessa Salsillo coram Bichio *Montis Cassinen. Parochialis luna 17. Februarii* 1648. *decis.* 339. Anno 1648. indicto ab Abbate Cassinensi concursu electus est parochus S. Angeli D. Carolus de Leo presbyter Capuanus utpote dignior ab Innocentio X., quod mense S. Sedis apostolicæ reservato parochia vacasset bulla sub *Datum Romæ apud Sanctam Mariam majorem anno Incarnationis Dominicæ* 1648. 9. *Februarii Pontificatus vero anno V. Cum itaque postmodum parochialis ecclesia Rectoria nuncupata Sancti Angeli in Odaldiscos Capuana jurisdictionis pro tempore existentis Abbatis monasterii montis Casini Ordinis S. Benedicti particulare, & separatum territorium habentis, & jurisdictionem quasi episcopalem in sibi subiectis locis exercentis, qui synodum convocare, & in ea examinatores deputare consuevit, & quæ membrum dicti Monasterii existit, & ab eo dependet, & cujus dum pro tempore vacat, collatio, provisio, ac omnimoda dispositio ad Abbatem dicti monasterii &c. spectat, & pertinet, quam quondam Marcus Antonius Buccha d. ecclesiæ Rector dum viveret obtinebat per obitum dicti D. Marci Antonii, qui mi notarius apostolicus de mense Decembris proxime præteriti extra Romanam curiam, diem clausit extremum, vacaverit, & vacat &c. Nos tibi presbytero asserenti te ex civitate per dilectos filios examinatores in Synodo Abbatiali dicti monasterii juxta formam Conc. Trid. deputatos, servata forma Concilii hujusmodi, & nemini alii proficiendo dictæ ecclesiæ Examinatori examinatus, & idoneus repertus testimonio moderni Abbatis ejusdem monasterii, de vita, & moribus praedictis ac idoneitate,*

&

& commendaris, præmissorum meritorum tuorum intuitu specialem gratiam facere volentes &c. dummodo ejus dispositio ad nos hac vice pertineat cum annexis hujusmodi, cum omnibus juribus, & pertinentiis suis, apostolica authoritate tibi conferimus, & de illa etiam providemus &c. Lis deinde de hac petitione indicenda instituta inter Archiepiscopum Capuanum, & Abbatem Cassinensem apud S. Rotam, a qua primum quidem die 15. Februarii *1666.* pro Archiepiscopo decisum est coram Bevilacqua, at an. 1679. 1686., & 1693. pro Cassinatibus stetere sententiæ. Tres hasce decisiones integras dabimus, quoniam ad jura nostra contra quoscumque episcopos, in quorum materiali, ut ajunt, diœcesi, ecclesiæ aliquot nostræ sitæ sunt, revera tamen, seu formaliter, ut Scholarum verbis utamur in diœcesi Cassinensi, tutanda maxime conferunt nam in iis contraria argumenta resolvuntur.

R. P. D. Bourlemont Capuana, seu Montis Cassinen. Parochialiam. Veneris 10. Martii 1679.

ARGUMENTUM.

Tametsi Episcopus dicatur suam intentionem fundatam habere pro omnibus ecclesiis suæ Diœcesis, nihilominus hic ostenditur jus conferendi etiam per concursum posse competere inferiori, concurrentibus circumstantiis, de quibus hic, profligatis contrariis.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus habet juris assistentiam pro indicando Concursu, & conferendis Parochialibus sitis in sua Civitate, & Diœcesi.*
2 *Ad hoc ut facultas conferendi per concursum, ut supra, competere possit Prælato inferiori, debet doceri de tribus requisitis, de quibus hic.*
3 *Jus conferendi simpliciter acquiritur inferiori Collatori in aliena Diœcesi, ex eo solum, quod beneficia, quæ conferre prætendit, sint exempta, eique subsint.*
4 *Varietas facti etiam sapientissimos viros quandoque fefellit.*
5 *Ecclesia Montis Cassini olim a sui origine fuit Cathedralis, & postea quasi Cathedralis, & de jurisdictione Abbatum ejusdem.*
Sanctus Benedictus ibidem missus a Deo, successit Episcopis. ibid.
6 *Diœcesis Montis Casini reperitur descripta inter Episcopales in libris Cancellariæ, & Cameræ Apostolicæ, quibus fides adhibetur.*
7 *Summi Pontifices transmittere soliti litteras Apostolicas Personis tantum jura Episcopalia habentibus.*
Abbatibus etiam Montis Casini eas dirigere consueverunt. ibid.
8 *Abbas Montis Casini in suo Territorio, & Diœcesi habet omnimodam, & quasi Episcopalem jurisdictionem.*
9 *Jus, & consuetudinem Synodum convocandi.*
10 *Ecclesia subtracta ab aliqua Diœcesi, & translata in aliam, non dicuntur amplius in Diœcesi, vel de Diœcesi naturali, & originaria.*
Territorium proprium habere, & habere plene jure sibi subjectum idem operatur. Ibid.
11 *Monstruosum, quod duo Capita sint in eodem Corpore, & in eadem Diœcesi respectu jurisdictionis, non dicitur, quando cum aliquo prætenditur insolidum, sed solum privative.*
12 *Papa solummodo est reservata separatio Ecclesiæ a loco, & territorio originario.*
13 *Ex quibus aliquod Monasterium vere, & proprie dicatur de Territorio separato,*
14 *Tam respectu Ecclesiæ Montis Casini, quam aliarum.*
15 *Monasterii nomine venit totum illud spatium, quod intra Monasterii septa continetur, & sic etiam Mansiones, seu Cella Monacorum.*
16 *Intelligentia alicujus verbi sumi debet ab usu, & intellectu ejusdem scripto ex aliis partibus dispositionis, ut de verbo* Cella, *quod significat Monasterium.*
17 *Cella antiquitus congruebat Ecclesiis, ex quo pars Templi sacratior, Cella appellabatur.*
18 *Aliquando exprimitur ad designandum Monasterium parvum, ac dependens.*
19 *Et ecclesiam inferiorem respectu Matricis.*
20 *Et quod Cellarum nomine intelligantur Ecclesiæ subiecta Monasterio Principali.*
21 *Ecclesia in sui origine Cathedralis, non indiget privilegio ad hoc, ut ei competat jurisdictio Episcopalis.*
22 *Specificatio Ecclesiarum existentium in aliena Diœcesi uti de pertinentibus ad Monasterium Montis Casini probat illarum exemptionem a Jurisdictione Ordinarii, cujus in Diœcesi naturaliter sunt.*
23 *Ex quibus eruatur Papam sub nomine Cellæ non intellexisse Mansiones intra aliquod Monasterium.*
24 *Populi appellatione, veniunt universi cives, & tam Mares, quam fœmina.*
25 *Fœminæ sunt excommunicatæ ingrediendo Cellas Monachorum, idest coram Mansiones Claustrales.*
26 *Enunciativa ad Instantiam Partis incipiens, est justificanda, ut tribuat jus.*
27 *Enunciativa etiam facti alieni comprobata ex dictis, & factis antiquis plene probat.*
28 *Separatio, & exemptio recipit veritatis fomentum ex demonstratione Tituli.*
29 *Ecclesia res sine utilitate, tractatu, & consensu totius Capituli, donari, vendi, & commutari non possunt.*
30 *Ex quibus donationibus resultat Titulus pertinentiæ Ecclesiæ ad Monasterium.*
31 *Actus factus aliquo permittente, ad eodem permittente provenire censetur, & factus dicitur.*
32 *Antiquitus Laicis permissum erat donare Ecclesias cum jurisdictione, aut omnimoda subjectione de consensu Ordinariorum.*
33 *Donationes facta antiquitus a Laicis de ecclesiis fuerunt ab Alexandro III. præservatæ quoties adesset, vel legitima præscriptio, vel consensus Ordinarii.*
34 *Archivium probationem facit, tam in Tribunali Laico, quam Ecclesiastico.*

35 *Re-*

35 *Regeſtrum Petri Diaconi probat.*

36 *Sententia ſufficit ad probandam validitatem donationum, & ſubiectionem Eccleſiarum alicui.*

37 *Et quoties eſt antiqua per multa ſæcula, probat etiam ſine actis.*

38 *Pontifex dicitur aliquid confirmare ex certa ſcientia dum negotium prius alicui committit, & deinde ad illorum relationem procedit; adeo ut tunc actus dicatur confirmatus in forma ſpecifica.*

39 *Dinumeratio ſatis probat, etiamſi ſit facta per modum aſſertivum, ſeu enunciativum, dum eſt multiplex in diverſis temporibus, & facto ipſo roborata.*

40 *Nova conceſſio oriri dicitur ex verbis* — quod firmæ, & illibatæ permaneant.

41 *Collationes dicuntur effectuatæ per actualem poſſeſſionem, ſeu proviſionem poſt mortem prius Proviſi.*

42 *Ac adhibito Concurſu poſt Concilium.*

43 *Ex obſervantia Collationum juncto aliquo Titulo elicitur, quod Actus exerciti ſpectaverint privative ad Abbatem quoad Archiepiſcopum.*

44 *Obſervantia ex facto, & non facto deducta, declarat quid a principio actum fuerit.*

45 *Etiamſi contrarius intellectus eſſet verior.*

46 *Etiamſi actus ſint longe poſteriores, quoties tamen non conſtat de oppoſito.*

47 *Imo conjectur, quod ab initio fuerit idem ſtatus.*

48 *Territorium ſeparatum quoad aliquas Eccleſias, poteſt etiam acquiri ex præſcriptione.*

49 *Maxime concurrente Titulo.*

50 *Licet invalidus, & putativus juſto errore cauſatus.*

51 *Titulo vero concurrente, Territorium, & Juriſdictio nedum in parte, ſed etiam in totum, & privative præſcribi poſſunt.*

52 *Centenaria æquipollet Immemorabili.*

53 *Titulo concurrente ſufficit quadragenaria.*

54 *Maxime ad favorem Monaſterii Caſſinenſis.*

55 *Obſervantia ultra centum annos tribuit præſumptionem melioris Tituli, uſque ad privilegium Apoſtolicum, & novam conceſſionem, etiamſi materia reſiſtat jus commune.*

56 *Scientia, & patientia alicujus non exiguntur, ubi concurrit Titulus expreſſus, vel tacitus reſultantes ex centenaria æquipollente immemorabili.*

57 *Scientia, & patientia arguuntur, ſeu convincuntur ex reſidentia Archiepiſcopi.*

58 *Et ex geſtis a Vicario Foranco illius.*

59 *Actus facti ab Archiepiſcopo inſcio Abbate, & a loco abſente, ei non præjudicant.*

60 *Nec ejus poſſeſſionem turbant, nec aliquod jus tribuunt eidem Archiepiſcopo.*

61 *Subiectio Eccleſiæ unitæ, & poteſtas Epiſcopalis reſultant ex concurſu demandato.*

62 *Abbas dicitur Diœceſanus, & Ordinarius ratione Territorii ſeparati propriæ Diœceſis, ac ordinariæ Juriſdictionis.*

63 *Actus æquivocus non ſuffragatur.*

64 *Scriptura extracta ex particulari Archivio, etiam formiter, non faciunt fidem contra non Subditum.*

65 *Proviſiones factæ ab Ordinario abſque ſcientia, & patientia Abbatis, cui tale jus ſpectabat, maximè a loco abſentis, ei non præjudicant.*

66 *Actus pluros, & antiquiores, prævalent paucis, & recentioribus.*

67 *Præſcriptio centenaria dumtaxat allegabilis, attentis privilegiis Apoſtolicis contra Religionem Caſſinenſem, ad inſtar Eccleſiæ Romanæ.*

68 *Actus Juriſdictionales quando non ſuffragentur.*

69 *Ordinaris non ita de facili præjudicari ſolent, niſi probe ſciant.*

70 *Petens collationem, fatetur ſe non habere facultatem, & ſimile de petente licentiam aliquid faciendi.*

71 *Aſſiſtentia juris non ſuffragatur, conſtito de Territorio ſeparato, & de Diœceſi alterius.*

72 *Aſſiſtentia juris non ſat eſt, nec etiam ad impediendam manutentionem, quando vel conſtat de dicto Territorio.*

Vel quaſi poſſeſſio eſt longæva, & temporis conſiderabilis. Ibidem.

73 *Ex receptione Eccleſiarum ſub immediata protectione Sanctæ Sedis, oritur pertinentia juris conferendi.*

74 *Maximè quando de eodem jure loquuntur Privilegia Apoſtolica, & adeſt immemorabilis, ſeu quadragenaria cum Titulo, & bona fide.*

DECISIO.

D*Eciſio edita 15. Februarii 1666. coram Reverendiſſimo Bevilacqua canonizat bonum jus Reverendiſſimi Archiepiſcopi Capuani, etiam ad effectum manutentionis in quaſi poſſeſſione indicendi Concurſum, & conferendi tres Parochiales* S. Martini ad Judaicam, Sancti Angeli ad Teodiſcos, & S. Rufi; *potiſſimum quia in eis, uti ſitis in Civitate, & Diœceſi Capua habet juris aſſiſtentiam per* Text. in cap. omnes Baſilicæ 16. quæſt. 7. & Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 25. de Reform. *E contra verò excludit ab utroque jure D. Abbatem Montis Caſſini, ad quem præfata Eccleſia pertinent, quia ſupponit ipſum carere tribus requiſitis neceſſariis in Prælato inferiore, ut poſſit in aliqua Diœceſi Concurſum indicere, & Beneficia conferre. Primum ſcilicet, quod dictæ Parochiales ſint nullius Diœceſis, & immediate ſubiectæ S. Sedi. Secundo, quod in illis habeat omnimodam, & quaſi Epiſcopalem juriſdictionem, & Tertium, quod facultatem habeat congregandi Synodum, illamque conſueverit congregare, ex firmatis per* Garz. de Benefic. tom. 2. part. 9. cap. 2. n. 130. verſ. poterit Ordinarius fol. 186. Barboſ. de Parochial. par. 1. cap. 2. num. 37. verſic. ſub cujus diſpoſitione, & ſeq. Pariſ. de reſignar. lib. 8. quæſt. 9. num. 98. & Ror. deciſ. 619. per tot. part. 4. diverſ. coram Mantic. deciſ. 228. nu. 5. & 8. & in deciſ. contraria §. Et quamvis, *& noviſſime declaravit Sac. Congregatio Concilii in* Mutinen., ſeu nullius Carpen. &c. ſub die 18. menſis Junii 1678. 1 2

Verùm quia hujuſmodi fundamentum non ſubſiſtere demonſtratum fuit, tam reſpectu juris indicendi, quia verè concurrunt dicta tria requiſita, quàm reſpectu juris conferendi de quo præfata doctrina non loquuntur, & meritò quia illud inferiori Collatori acquiritur in aliena Diœceſi ſine dd. requiſitis, ex eo ſolum, quod Beneficia, quæ conferre prætendit ſint exempta, eique ſubſint, ut in Clem. unica de ſupplen. neglig. Præl. Lotter. de benef. lib. 2. quæſt. 21. 3

num.

num. 139. & cor. Eminentiss. Otthobon. dec. 525. num. primo; *Ideo variato facto post decimum tertium annum pinguius, & clarius exposito, hodie a decisis recessum fuit, non ex inconstantia judicantium, sed ex prioris facti variatione, quæ sapientissimos* 4 *quoque Viros Papinianum, & Scævolam quandoque fefellit, ut advertit contra invidos detractores hujus Tribunalis*, Lotter. de Benefic. in apparat. lib. 1. num. 89. & seqq., & num. 179. & seqq., & Rot. Narnien. juris offerendi 7. Februarii 1678. §. primo coram Me.

Retento namque pro constanti, ut etiam admittit contraria decisio §. In aliis vero, *quod Ecclesia Montis Casini, quæ olim a sui origine fuit Cathedralis, & posteà quasi Cathedralis, ejusque Abbates sint immediate subiecti Sanctæ Sedi, habeant separatam Diœcesim, & in ea jurisdictionem omnimodam, & quasi Episcopalem, indictionem Concursus, convocationem Synodi, aliaque spectantia ad Cathedrales, & Episcopos in eorum Diœcesibus, non per modum æquiparationis, sed verè, & proprie, ex quo in Monte* 5 *Casino, ubi fuerat præclara Civitas cum suo Episcopo, Sanctus Benedictus missus à Deo ad conversionem Civium successit Episcopis, ut late demonstrant Bulla Pontificia in* Summ. impresso D. Abbatis num. 51. *& probant* Barbos. de jur. univers. lib. 5. cap. 17. n. 22. Add. ad Buratt. decis. 667. num. 25. & seqq. Merlin. dec. 264. n. 4. usque ad 23. Bich. decis. 459. num. 4. & seqq. in Caven. Collat. Ordinum 26. Junii 1654. ferè per tot. coram bon. mem. Verospio in alia Montis Cassinen. Præeminentiarum 30. Aprilis 1677. & 22. Aprilis 1678. coram Reverendiss. 6 Albergato Decano; *adeout Diœcesis Montis Casini reperiatur descripta inter Episcopales in Libris Cancellariæ, & Cameræ Apostolicæ, quibus fides adhibetur, ut testatur* Add. ad Buratt. decis. 667. num. 25. & Merlin. decis. 264. num. 4. *Ac Summi Pontifices transmittere soliti eorum litteras Apostolicas personis tantum jura Episcopalia habentibus, ut dicit* 7 Seraphin. decis. 1052. nu. 1. *Abbatibus etiam Montis Casini illas dirigere consueverint*, ut in cap. 1. de consang. & affinit. Add. ad Buratt. dec. 667. num. 5. in fin. Merlin. decis. 264. num. 5. & 6. & in dicta Montis Casinen. 30. Aprilis 1677. §. Præterea Ecclesiæ in fine, cor. Reverendiss. Decano.

Hoc firmato, difficultas quoad jus indicendi Concursum restricta fuit ad primum tantum ex dd. tribus requisitis; nam probato, quod controversæ Parochiales, licet sitæ ex natura, & origine in Civitate, & Diœcesi Capuana Reverendiss. Archiepiscopi, non sint neque in illa, neque de illa, sed vere sint de Diœcesi, & Territorio Montis Casini, utique alia duo requisita, probatione non egent, ex quo, ut diximus D. Abbas in suo Territorio, & Diœcesi habet omnimodam, & quasi Episcopalem jurisdictionem 8 *jus, & consuetudinem Synodum convocandi, ut etiam demonstrant plures convocationes relatæ* in ejus Summario impresso dato 16. Januarii 1665. num. 22. fol. 61. ad 96. ac Testium depositiones num. 23. *concurrit autem in præsenti hujusmodi probatio, nam ex dicendis infra omnis jurisdictio, quæ competebat Archiepiscopis Capuanis in controversis Ecclesiis, illis totaliter ablata fuit, & respectivè translata in Monasterium, & Abbatem Montis Casini, quamobrem dd. Ecclesiæ subtractæ dicuntur Archiepiscopis, & translatæ in Abbatem, ac effectæ proprium Territorium, & de propria Diœcesi Abbatis, qui in illis habet jura Episcopalia, nec sunt amplius in Diœcesi, vel de Diœcesi naturali, & originaria Archiepiscopi Capuani, ut dixit* Rota decis. 165. num. 1. vers. nil 9 ad rem, & seq. *ubi quod idem operatur habere Territorium proprium, aut pleno jure sibi subjectum* part. 4. divers. & decis. 148. n. 1. 2. & 3. part. 13. 10 decis. 274. num. 1. & 8. par. 17. rec. cor. Martin. Andr. dec. 54. n. 5. & Ubald. dec. 75. n. 9. tom. 1.

Nec inde monstrum resultaret, ut supponit decis. propter duo capita in eodem corpore, & eadem Diœcesi, dum in illa non prætendit D. Abbas totalem jurisdictionem insolidum cum D. Archiepiscopo Diœcesano, unde monstrum produceretur; sed prætendit solummodo jurisdictionem privativam in controversis tribus Ecclesiis, uti separatis ab illius Diœcesi: Hoc enim casu constituta dicuntur duo corpora: unum scilicet in Territorio jurisdictionali earundem Ecclesiarum, respectu cujus est caput D. Abbas: Alterum verò in toto residuo præfati Territorii, respectu cu- 11 *jus, quia jurisdictione careat D. Abbas, Caput est, & Diœcesanus D. Archiepiscopus, ut præciso adhoc objectum advertit* Lotter. de benef. lib. 1. quæst. 24. num. 207. & seq. *Verum quia subjungis contraria decisio* §. Nec pro subiectione in fine, *quod soli Papæ reservata est separatio Ecclesiarum a loco, & Territorio originario Archiepiscopi Capuani, ex* Lotter. 12 ubi supra lib. 1. quæst. 11. num. 1. & quæst. 24. n. 15. & 16. *Ideò istius requisiti probationem desumpserunt Domini potissimum ex Bullis Summorum Pontificum, in quibus receperunt sub immediata Disione, & protectione Beati Petri, & S. Sedis, non solum Monasterium, & Territorium Cassinense, Abbatem, Monachos, Bona, & possessiones omnes dicti Monasterii, ut supponit Decisio: verum etiam omnes eorum Ecclesias, bona, & possessiones per totum Orbem sparsas, & prohibuerunt cuicunque Episcopo Jurisdictionem aliquam in illis exercere, excepto Summo Pontifice, illamque totam, & omnimodam quasi Episcopalem concesserunt Monasterio Cassinensi, illiusque Abbatibus pro tempore.*

Nam Zaccharias hujus nominis Primus ita loquitur, ibi: Insuper autem præsenti Privilegio supradictum locum (*hoc est Cassinense Monasterium*) una cum omnibus sibi pertinentibus Ecclesiis, & possessionibus per totum Orbem roboramus, atque ut nullius alterius Ecclesiæ, nisi Romani Pontificis ditioni submittatur, auctoritate Apostolica interdicimus &c. & ibi sancimus, atque decernimus, ut in omnibus Provinciis per totum Orbem commutata, aut oblata, aut imposterum eidem Cœnobio a qualibet persona concessa fuerint, firma stabilitate sub jure ipsius Monasterii in perpetuum permaneant &c. & ibi simili modo licentiam damus, & corroboramus in præfato Monasterio, & in omnibus ejus Ecclesiis per totum Orbem Terrarum constructis, fontem benedici, & Sanctum Baptisma celebrari, remota cujuscunque Episcopi jurisdictione, & ibi, ut nullus Episcopus in jam dicto Cassinensi cœnobio, & in omnibus ejus Cellis per totum Orbem Terrarum constructis decimas tollat, Sacerdotem excommunicet, vel ad Synodum congregandi, & nullius Episcopi timere contradictionem &c. & ibi liceat etiam vindicare prædictas Ecclesias, Curtes, & possessiones per totum Orbem Terrarum absque personæ sæcularis potestate,

& cujuslibet Episcopi contradictione, & prout latius in Summariu impresso D. Abbatis num. 11. fol. 23. & seqq.

Modus enim iste eximendi, non solum Monasterium Cassinense, ejusque bona, & personas, sed etiam omnes Ecclesias, & possessiones ad illud pertinentes sparsas, & constructas in omnibus Provinciis, & toto Orbe, ac concedendi in illis D. Abbati omnimodam Jurisdictionem privativam, nullatenus restrictionem patitur ad Territorium materiale Montis Casini, sed dubio procul abstrahit a Diœcesi, & Territorio naturali cujuscunq; Ordinarii, Ecclesias, bona, & personas ad Cassinense Monasterium spectantes, in qualibet Mundi parte existant, & sic pernecesse in aliqua ex Diœcesibus, adeout controversa ecclesia, uti spectantes ad Abbatem, ut infra, non amplius dici possint in Diœcesi, vel de Diœcesi Archiepiscopi; in qua naturaliter erant, sed tantum de Territorio, & propria Diœcesi Abbatis, ut præter adductos in §. Hoc firmato in fine, *Rota respondit occasione Monasterii Terra Taleacotii, illud esse de Territorio separato abbatis Cassinen. vere, & proprie quamvis illud esset intra limites naturales Diœcesis Marsicana, attentis potissimum d. susceptione sub protectione B. Petri, & Sancta Sedis prohibitione Episcopis excommunicandi, facultate abbati attributa, sumendi Chrisma Oleum Sanctum, & consecrationis Altarium, Ordinationes clericorum, a quocumq; maluerint Episcopo, in hac etiam Bulla contentis* cor. bo: me: Bich. dec. 459. nu. 1. & seqq. [13] fere per tot. & maxime num. 12. & 13. *& de aliis Ecclesiis ad hoc Monasterium spectantibus, licet existentibus in aliena Diœcesi in* dec. 274. fere per tot. [14] & præsertim num. 5. 7. & 8. part. 17. rec. & in Caven. collationis Ordioum 26. Junii 1654. fere per tot. & maxime in §. Ad eliciendam vers. Hinc enim coram bo: me. Verospio, *& generaliter de aliis* cor. Coccin. decis. 870. num. 2. Dunozzett. decis. 988. num. 1. & seqq. in Attoricen. seu nullius Jurisdictionis 19. Junii 1654. §. Nihilominus coram Eminentiss. Cerro, confirmata coram bo: me: Celso decis. 200. num. 2. & seqq. & decis. 99. num. 1. & seqq. part. 14. recent. & in Hispalen. Declmarum de Olivares 30. Januarii 1679. §. Ex hoc igitur in fine coram Me.

Nec exemptionem localem pro solo Territorio materiali Montis Casini, important verba illa: Cassinensi cœnobio, & in omnibus ejus Cellis, *interpretando verbum istud pro mansionibus ipsius Monasterii Cassinensis; tum quia ad has demonstrandas cellarum expressio fuisset inutilis stante expressione facta de Monasterio, sub qua venit totum illud spatium, quod intra Monasterii septa continetur, &* [15] *sic etiam Mansiones, seu cella Monachorum*, Barbos. appell. 155. num. 3. de potest. Episc. part. 3. alleg. 102. nu. 87. & de jure univers. lib. 1. cap. 43. num. 33. fol. 618. Bonac. de claus. quæst. 5. punct. 2. nu. 2. tom. 1. fol. 764. *Tum quia supra, & inferius loquendo Pontifex de Monasterio una cum omnibus sibi pertinentibus Ecclesiis, possessionibus, & cellis* per totum Orbem Terrarum existentibus: *quatenus hoc verbum* Cella *dubium fuisset, intelligi debuisset de aliis Monasterii locis, seu Ec-* [16] *clesiis ejusdem Ordinis, sumpto argumento ab usu, & intellectu ejusdem Papa in aliis partibus ejus Bulla, ante, & post, ut admonet* Rot. coram Coccino dec. 1059. num. 23. *cum antiquitus verbum Cella congrueret etiam Ecclesiis, ex quo pars Templi sacratior appellabatur Cella, ut testatur Calepinus in verb.* Cella in fine, *cui alias detulit*, Rot. cor [17] Arguell. decis. 42. num. 17. & decis. 93. num. 2. *&* [18] *ad designandum Monasterium parvum, atque dependens, exprimitur in* Can. Cellulas 13. caus. 18. [19] quæst. 2. *& Ecclesiam inferiorem respectu Matricis in* cap. præterea de trans. *& quod Cellarum nomine intelligantur Ecclesia subiecta Monasterio Principali*, [20] *tradit* Reverendiss. Rossanen. in Chron. Cassinen. lib. 1. cap. 4. num. 511. *ne alias supponatur hoc impossibile, quod scilicet Cella Monasterii Montis Casini sint per totum Orbem ibi:* In omnibus ejus Cellis per totum Orbem Terrarum constructis, *& Privilegium Pontificis remaneat inane, si non intelligatur de aliis Ecclesiis extra limites naturalis Diœcesis Cassinensis, dum ipsa Cassinensis Ecclesia est, ut diximus a sui origine Cathedralis, & sic non indigens privilegio, adhoc, ut illi competat Jurisdictio Episcopalis, ut advertit* Seraphin. dec. 710. nu. [2] 2. versic. neque obstare, & in Compostellana Jurisd. 17. Junii 1668. §. Immo, cum hæc ipsa coram R. P. D. meo Paulutio.

Urbanus etiam Secundus confirmat omnia privilegia Cassinensi cœnobio, & quidquid dicto loco per totum Orbem Terrarum *oblatũ, concessum, venditum, & commutatum est*, d. Summ. Num. 11. fol. 24. & seq. *Calixtus Secundus anno* 1123. omnia, *qua ad Monasterium Cassinense* pertinent, *voluit esse libera ab omnium mortalium jugo, & sub solius S. R. E. jure, ac defensione permanere, & postea inter Ecclesias ad illud pertinentes expressit* Cellam S. Benedicti in Capua cum Cellis, & pertinentiis suis, *S. Angeli ad formam, S. Joannis* Puellarum, S. Rufi, *S. Benedicti Pizzuli, S. Angeli* ad Oladiscos, & S. Martini, *qua omnes, ut dicemus, dependent a d. Ecclesia S. Angeli ad formam Monasterio Cassinen. donata, & prohibet cuicunque Episcopo, excepto Romano Pontifice, ditionem quamlibet, aut excommunicandi, aut interdicendi, aut ad Synodum provocandi, tam in ipso Monasterio, quam in Cellis ejus*, d. Summ. fol. 25. & seq. *ista namque specificatio Ecclesiarum existentium in aliena Diœcesi, uti de pertinentibus ad Monasterium Cassinense, probat omni-* [22] *modam illarum exemptionem a Jurisdictione Ordinarii, cujus in Diœcesi naturaliter sunt, ut ad favorem istius Religionis, contra Episcopum Caputaquen. dixit* Rota decis. 274. num. 2. par. 17. ret. & contra Marsicanum coram Bichio dec. 459. num. 4. & 5. ubi num. 6. *ex verbo aliquid aquipollens d. verbo* quælibet, *dicit prohibitam esse Ordinario etiam minimam Jurisdictionem*, & coram Pamia decis. 96. num. 5.

Alexander Tertius anno 1159. *pradecessorum exemplo Monasterium Cassinense suscepit sub sua, & S. Sedis protectione, & enumerando etiam ipse prafatas Ecclesias inter spectantes ad Monasterium tollit similiter potestatem* cuilibet Episcopo, *excepto Romano Pontifice, excommunicandi, interdicendi, aut ad Synodum convocandi, tam in ipso Monasterio, quam in Cellis ejus*, d. Summ. fol. 26. *Clemens Tertius anno* 1181. *facta simili receptione sub dicta protectione, & omnimoda exemptione* omnium, *qua ad ipsum Monasterium* pertineot, *specificando uti tales dd. Ecclesias, & alias plures; Confirmat Abbati,*

&

& Successoribus Praeminentiam, & usum Pontificalium, tollit cuicunque Episcopo ditionem quamlibet, tam in Monasterio, quam in Cellis ejus, dat quandam facultatem fratribus per Cellas in Civitatibus constitutis, *& vult, quod nullus Episcopus prohibeat ingredi Populum Dei, tum in ipsum cœnobium, quam* in Cellis ejus *ad Dei verbum audiendum*, d. Summ. fol. 26. & seqq. *Ecce patet ad oculum Cellarum nomin: non intellexisse Pontificem Mansiones intra Monasterium Cassinense, dum loquitur de* fratribus per Cellas in civitatibus constitutis, *& dum vult in illis sine contradictione ingredi posse Populum, cujus appellatione veniunt universi Cives*, Barbos. appell. 205. num. 1. *& sic tam mares, quam fœmina, & tamen istu non possunt ingredi Cellas, hoc est mansiones Claustrales Monachorum sine incursu excommunicationis*, Bonac. ubi supra quæst. 5. punct. 3. num. 1. fol. 765. Barbos. ubi supra cap. 43. num. 31. fol. 617.

23 24 25

Innocentius Tertius anno 1208. *Honorius Tertius anno* 1216. *& Sixtus quartus anno* 1474. *consimiles Bullas ediderunt*, d. Summ. fol. 30. *& potens est in illa Sixti narrativa, quod Monasterium Cassinense S. Benedicti est nullius Diœcesis, Romanu Ecclesia immediate subiectum cum omnibus, & singulis ejus Ecclesiis, Monasteriis, Cellis, Beneficiis, Terris, Bonis, possessionibus, & aliis locis, ac Privilegio exemptionis susceptum sub protectione Beatorum Petri, & Pauli, adeo ut littera apostolica obtenta pro Beneficiis Monasterio Cassinensi subiectis nullius sint roboris, sine expressa mentione hujusmodi dependentia, subiectionis, & exemptionis. Adest etiam Bulla Alexandri Secundi*, Summ. Additionali n. 1. *qua prohibet cuicunque inferiori, excepto Summo Pontifice, jurisdictionem pratendere in Monasterio Cassinensi, vel in cellis ipsius; Et alteru Alexandri Tertii*, d. Summ. Additionali num. 2. *qua generaliter prohibet omnibus Archiepiscopis, & Episcopis, in quorum diœcesibus sunt Ecclesia Monasterii Cassinensis, ut non prasumant aliquid contra eorum, & Clericorum libertatem, & exemptionem attentare, ea quia eorum aliqui pratenderunt Clericos Cassinenses cogere ad obedientiam prastandam medio juramento, ad veniendum in eorum Synodo interdicere eorum Ecclesiis Officia Divina, ac denegare illis Oleum Sanctum, Chrisma, & Decimas eorum ecclesiis debitas.*

Et demum Innocentius Decimus anno 1648. *Ecclesiam S. Angeli ad Theodiscos, licet positum in civitate Capua, dixit esse jurisdictionis Abbatis Cassinen. habentis particulare, & separatum Territorium, & exercentis jurisdictionem quasi Episcopalem in sibi subiectis locis, quique Synodum convocare, & in ea examinatores deputare consuevit, esseque membrum dicti Monasterii, & ab eo dependentem, illiusque collationem, & provisionem, ac omnimodam dispositionem ad Abbatem dicti Monasterii spectare, & pertinere*; d. Summ. impresso n. 2. fol. 3. *qua quidem verba non videtur emissa, ad instantiam supplicantis pro provisione, dum non dicit Summus Pontifex id sibi fuisse a supplicante narratum, sed motu proprio longe post Supplicantis narrativam, quod esset examinatus, & approbatus ab Examinatoribus Synodalibus, ibi*: Nos Tibi Presbytero asserenti Te ex civitate per dilectos filios &c. dicto Summ. num. 3. fol. 3. *unde incipit enunciativa ad instantiam Supplicantis justificanda, ut tribuat jus*, Rot. decis. 84. num. 8. part. 8. recent., *& quamvis esset enunciativa, & in facto alieno, nisi comprobatu ex dictis, & factis Pradecessorum Pontificum in antiquis, plene probaret*, Gabriel. de probat. conclus. 2. num. 53. 59. & 60. Gen. de verb. enunciat. lib. 2. quæst. 2. num. 37. Seraphin. decis. 449. num. 1. decis. 1026. num. 5. & seqq. Pen. decis. 96. nu. 4. versic. Item Privilegium, Martin. Andr. decis. 54. num. 10. Manzaned. decis. 41. num. 1. Otthobon. decis. 125. num. 2. & 3.

26 27

Ex tot igitur Summorum Pontificum Bullis, licet non solum constet in genere de omnimoda separatione, & exemptione Ecclesiarum pertinentium ad Monasterium Cassinense a diœcesibus quorumcumque Ordinariorum; Verum etiam in specie de pertinentia trium controversarum ad idem Monasterium nihilominus earum pertinentia maximum recipit veritatis fomentum ex demonstratione tituli ejusque originis; Nam Ildebrandus Archiepiscopus Capuanus anno 1065. *juxta decretum Leonis Papa vetans Episcopis donare, vendere, vel commutare res Ecclesia sine utilitate, tractatu, & consensu totius capituli* in Can. sine exceptione 52. caus. 12. quæst. 2. relato in cap. cum Apostolica 7. col. 2. ad med. de iis, quæ fiunt a Prælat. *de consensu totius cleri per viam permutationis discussu, & cognita prius utilitate sua Ecclesia, dedit, & concessit Riccardo Capuæ Principi Ecclesiam Sancti Angeli ad formam, & tres alias ab ea dependentes, ad suum Archiepiscopatum pertinentes a vetustate fere consumptas, & hodie controversas cum omnibus pertinentiis suis, nihilo sibi reservato, ut ibi ædificare posset, sicuti optabat, Monasterium tradendum, quibus voluerit, & ipse respective recepit a dicto Principe Ecclesiam magnam Sancti Joannis de Landelpaldi positam intus civitatem Capua cum omnibus mobilibus, ornamentis, & Terris suis*, Sum. impresso num. 6. fol. 8. *dictusque Princeps Monasterium ibi postea constructum una cum prafato Instrumento permutationis, & vigore illius donavit Monasterio Montis Casini*, dicto Summario num. 6. litt. B. & C. fol. 12. 13. & 14. *Quam donationem successive confirmarunt, seu denuo fecerunt Jordanus filius cum expressione ecclesiarum controversarum sancti Angeli ad Teodiscos, sancti Rufi, & alteras Benedicti Pizzuli, anno* 1089. Summario num. 8. fol. 15. & 16. *Quam quidem Ecclesiam sancti Benedicti Pizzuli eidem Monasterio donaverat anno* 1072. *dictus Riccardus Primus*, Summario num. 10. fol. 22., *nec non etiam confirmarunt, aut denuo fecerunt Riccardus Secundus filius dicti Jordani anno* 1095. *&* 1098. *cum expressione dd. Ecclesiarum* fol. 16. §. Notum est, & fol. seq. §. Notum sit, *& Robertus alter filius dicti Jordani de anno* 1107. fol. 17. §. Notum sit omnibus, *& Jordanus Secundus anno* 1120. fol. 18. §. In nomine litt. A. & B. *& Lotharius Tertius Romanus Imperator anno* 1137. dicto fol. 18. post litt. B. *& in individuo Ecclesiarum Sancti Benedicti Pizzuli Oladiscos, & Rufi anno* 1120. *Calixtus Secundus idem statuit in Concistorio, ut de his omnibus habetur etiam in Chron. Cassinen.*, dicto Summario num. 7. fol. 14. & nu. 8. fol. 19. litt. C., *ac de Ecclesia sancti Martini ad Judaicam, uti de pertinente ad Monasterium Cassinense, habetur in antiquissimo Instrumento anno* 1205. *celebrato pro quibusdam*

28 29

Terris ejusdem Ecclesiæ, Summario num. 9. fol. 29., *& in provisione de ea facta ab Abbate Cassinensi anno* 1380. fol. 21. §. Petrus de Tartaris, *ex quibus resultare validissimum Titulum pertinentia ad Monasterium Montis Casini in puncto similium donationum, dixit* Rota decis. 165. fere per tot. part. 4. [30] divers. dec. 102. num. 2. decis. 626. num. 1. part. 1. dec. 204. num. 1. part. 1. decis. 88. num. 3. vers. unio probatur part. 9. decis. 493. num. 2. §. Quod fortius part. 13., & decis. 71. nu. 6. part. 14. rec. Seraphin. decis. 1304. in princip., & num. 3. Buratt. decis. 93. num. 1., & in nullius, seu Urgellen. Parochialis 17. Martii 1664. §. cæterum coram. R. P. D. meo Taja.

Nec obstat Decisionis obiectum, quod dd. Principes, uti Layci transferre non potuerint Monasterio Cassinensi jus spirituale, sed tantum materiale, quia cum Donationes Ecclesiarum fecerint ex permissione, & voluntate Archiepiscopi Capuani, qui eisdem præfatas Ecclesias concessit, non, ut pro se ipsis illas retinerent, sed, ut ibidem Monasterium ædificarent, & aliis postea concederent, utique subsecuta donatio Monasterio Cassinensi originaliter facta dicitur ab [31] *ipso Archiepiscopo translationis Spiritualis capacissimo, mediante tamen ministerio dd. Principum, a quibus ideo processisse non dicitur, sed mere, & absolute ab Archiepiscopo permittente ad*, Texr. in l. Pater 3. ff. de offic. ejus l. solet. 16. ff. de Jurisd. omn. Jud. Lotter. de benef. lib. 1. quæst. 6. num. 46. Rota decis. 15. num. 2. *ibique* Add. num. 16. & seqq. par. 3. recent., *dum maxime de tempore* [32] *harum donationum permissum erat Laycis donare ecclesias cum Jurisdictione, aut omnimoda subiectione de consensu Ordinariorum hic adhibito, per* Texr. in cap. cum Apostolica 7. de his, quæ fiunt a Prælat. cap. cum, & planctare 3. col. 2. in fine, & ibi gloss. verb. Ecclesias, & verb. aliquo tempore, ibique Barbos. num. 11. & seqq. lib. 5. Decretal. fol. 208. de privil., & in Can. quoniam 68. §. Quamobrem, ibique gloss. litt. E., & F. 16. quæst. 1. *Ac prohibitio, ne fierent hujusmodi donationes supervenit tantum aut saltem in lege, & corpore juris redacta fuit anno* 1180. *in concilio tertio Lateranensi cap. 9. celebrato sub Alexandro III., & re assumpto* in dicto cap. cum, & planctare tertio de privil., *in quo ta-* [33] *men præservata fuerunt donationes, quæ tunc jam fuerant legitime præscriptæ, aut in quibus accesserat consensus Ordinarii, ut hic, ut dicit idem Alexander Tertius* in cap. Cura Pastoralis 11. de Jurepatro, *& notat* gloss. in cap. 3. verb. aliquo tempore de privil.

Merito igitur postea summi Pontifices has donationes validissimas censuerunt, nam de anno 1167. *Alexander Secundus, ut diximus occasionem reclamationis ejusdem Archiepiscopi Ildebrandi, quod ipse in dd. Ecclesiis impediretur quicquam agere, ac jurisdictionem exercere illi, & successoribus interdixit sub anathemate aliquam amplius de super controversiam movere*, Summario additionali num. 1., *& anno . . . ob superventum d. concilium Lateranense amplius prohibens Religiosis eorum Ecclesias de Parochis providere, suscitata iterum simili controversia sub Alexandro Tertio a nonnullis episcopis, & archiepiscopis habentibus intra eorum diœceses, Ecclesias Monasterii Cassinensis, ideoque volentibus eorum clericos cogere, ut diximus ad obedientiam, & ad alia adversantia libertati, quam Monasterium habebat in suis Ecclesiis, & clericis, miratus summus Pontifex, quod de re tam clara dubitaretur, declaravit Lateranense concilium non derogasse præfatæ libertati, ac inhibuit episcopis, & archiepiscopis, ne contra illam venire præsumerent*, dicto Summario additionali num. 2.

Immo de anno 1120. *quo Archiepiscopus Capuanus se spoliatum prætendebat ab Abbate de præfatis Ecclesiis, adivit Calixtum Secundum Beneventi commorantem, qui auditis in concistorio Partibus, & advocatis hinc inde, triduum præfixit Abbati, ut deduceret jura sua contra assistentiam juris archiepiscopi, causaque iterum ventilata super juribus per abbatem deductis, illisque a Cardinalibus, & clericis Sac. Palatii studiose perspectis, præsertim circa titulum controversarum donationum, præcepit tandem de consilio eorundem per sententiam diffinitivam, quod possessio præfatarum Ecclesiarum remaneret apud Monasterium Cassinense prout per antea fuerat, ut patet ex regestro Petri Diaconi asservato in Archivio Cassinensi*, Summario impresso num. 15. fol. 36., *quod Archivium probationem facit in omni Tribunali Laycali, seu Ecclesiastico ex speciali indulto sa: me: Urbani VIII. edito* 31. *Martii* 1626. [34] Summario additionali num. 3. *& observant* Add. ad Buratt. decis. 667. num. 23. & seqq. & Merlin. decis. 264. num. 17. & seqq. *Totumque hoc factum refert etiam* Chron. Cassinensis Summario impresso num. 8. litt. A. & C. fol. 19. *quam etiam probare, sicuti præfatum Regestrum Petri Diaconi in specie dixit* Merlin. dicta decis. 264. num: 12. & 13., & [35] Reverendissimus Albergatus in alia Montis Cassinen. Præeminentiarum 30. Aprilis 1677. §. Cum probatur in fin. vers. de cujus Instrumenti, & generaliter de libris Chronicorum, Gen. de script. privat. lib. 5. quæst. 6. titul. de libr. Chronic. fol. 267.

Hanc autem Pontificiam sententiam præseferre etiam validitatem donationum, & subiectionum controversarum Ecclesiarum soli Cassinensi Monasterio, ejusque Abbati, in terminis similis Sententia dixit Rota coram Martin. Andr. decis. 59. num. 2. [36] vers. quod etiam patet, confirmata coram eodem 17. Aprilis 1617. & 15. Januarii 1618. §. Multum etiam movit, & in decis. 274. num. 3. part. 17. rec. *Eamque uti antiquissimam per multa sæcula probare etiam sine actis, affirmat idem* Martin. Andr. [37] dicta decis. 59. num. 11. *Potissimum, quia illam Pontifex promulgavit ex certa sciensia, dum processit in causa ad relationem Cardinalium, & clericorum, quibus negocium discutiendum, & sibi referendum, commiserat, ut dixit* Rota decis. 192. num. 3. & decis. 210. num. 1. part. 1. rec., *adeout exinde etiam confirmatio donationum discussarum* [38] *in forma specifica deduci possit, ex firmatis* in Milevitana commendæ 27. Martii 1675. §. Maxime quia coram Me; *Quodque Summi Pontifices, maximo veritatis fundamento in eorum Bullis dinumeraverint controversas Ecclesias inter alias spectantes ad Monasterium Cassinense, quæ dinumeratio probat sufficienter etiam si facta dici posset per modum assertivum, seu simpliciter enunciativum, dum est* [39] *multiplex in diversis temporibus, antiquissima ac facto ipso roborata*, Rota dec. 142. num. 1. part. 3 rec. Seraphin. dec. 1272. num. 1. *& de consimili* *dona-*

donatione, Bich. dec. 100. num. 1. & seqq. & dec. 133. fere per tot. *Immo ex quo Summi Pontifices in dd. Bullis addiderunt, quod firme sibi, suisque successoribus, & illibata permaneant novam concessionem per hac verba importantia, fecisse dicantur*, Rota dec. 438. num. 54. & seqq. part. 4. tom. 2. rec. Buratt. dec. 93. num. 5. & 6. & Coccin. dec. 1763. num. 5. & 6.

Concurrit quoque in corroborationem præfatorum, quod D. Abbas deputavit Vicarios Generales in ipsa civitate Capua, cum potestate conferendi controversas Ecclesias, ac omnimoda Jurisdictione in causis Spiritualibus, & Temporalibus, quarum deputationum sex habentur ab anno 1516. *usque ad* 1647. Summario impresso num. 12. fol. 31., *& præclara est illa anni* 1533. *uti facta in personam Decani cathedralis Ecclesiæ Capuanæ semper assistentis lateri archiepiscopi, qui ultra acceptationem admisit etiam, uti Vicarius Generalis Abbatis resignationem a Thoma Antignano factam de Ecclesia Sancti Martini, eamque contulit Evangelista Morello in possessionem immisso*, in Summario additionali num. 4. *Idem D. Abbas visitavit etiam controversas Ecclesias, ac plura sancivit circa Sacramenta, & curam animarum, quarum visitationum* nu. 22. *ab anno* 1412. *citra habentur* in Summario impresso num. 13. fol. 32., *ac in depositionibus Testium remissorialium, quorum plures, aut viderunt, aut audierunt etiam a Senioribus*, dicto Summario nu. 14. fol. 35. *necnon etiam contulit præfatas Ecclesias, ut de Ecclesia Sancti Angeli ad Teodiscos habentur collationes* 37. *ab anno* 1375. dicto Summario num. 17. fol. 41., & additionali num. 5. *de altera Sancti Martini ad Judaicam habentur collationes* 12. *ab anno* 1375. nu. 18. fol. 49. *de altera Sancti Rufi, habeatur collationes* 41. Summario num. 19. fol. 51., *& de altera Sancti Benedicti dantur collationes octo*, dicto Summario nu. 20. fol. 57., *quæ effectuata probantur ex actuali possessione, seu provisione per mortem præcedenter provisi juxta* Cons. Oldrad. 229. passim receptum, ut in dicta Melivitana Commendæ 20. Aprilis 1676. §. Existentia coram me, *adhibito etiam concursu post concilium*, dicto Summario nu. 17. fol. 41. num. 18. fol. 49. num. 19. fol. 51. num. 20. fol. 57. *idemque deponunt sex Testes remissoriales* num. 21. fol. 59.

Tale autem exercitium omnimodæ Jurisdictionis in controversis Ecclesiis post donationes, & privilegia præfata sine aliquo contrario actu D. Archiepiscopi, non solum confirmat Jurisdictionem Episcopalem, & locum, in quo dd. actus fuerint exerciti, spectare ad Abbatem privative quoad Archiepiscopum, ut dixit Rota. dec. 203. num. 13. part. 7. coram Seraphin. dec. 1304. num. 1., Buratt. dec. 93. nu. 7. Manzaned. dec. 41. nu. 3. Coccin. dec. 1054. nu. 2. 3. & 4. Otthobon. dec. 125. num. 4. & seqq. *Verum etiam, ut demonstrat conformem observantiam, quæ ex facto, & non facto deducta, declarat, quod ab Archiepiscopo Capuano a principio actum fuit*, Rota dec. 493. nu. 4. part. 13. recent. coram Bich. dec. 48. num. 9. & 10. in Cracovien. Decimarum super bono Jute 26. Junii 1675. §. Non denique coram R. P. D. meo Rondinino, *& manifeste ostendit Pontificum mentem fuisse assignandi, & destinandi controversas Ecclesias, tanquam divisas a Diœcesi Capuana, & effectas de Territorio Jurisdictionali Abbatis, etiamsi contrarius intellectus esse posset de Jure verior*, Rota dec. 216. num. 3. & dec. 520. num. 9. part. 13. rec. coram Buratt. dec. 679. nu. 9., *etiamsi actus Jurisdictionales Abbatis non sint immediati, sed longe posteriores, quia nihilominus ad observantiam interpretativam sufficiunt, ex quo nonnulli actus Jurisdictionales archiepiscopi non obstant, ut dicemus, & de observantia post annos* 82. Buratt. dec. 779. nu. 9. vers. in quarum prima, & nu. 13. & 14. Bich. dec. 387. num. 11. Coccin. dec. 469. num. 6., *quinimo ex eis ingressus censetur ab initio idem status, dum de contrario non constat ab anno* 1065. *citra, quo controversæ Ecclesiæ permutatæ, ac donatæ fuerunt Monasterio Casinensi*, Lotter. de benef. lib. 1. quæst. 34. nu. 24. Rota dec. 69. num. 18. & seq. part. 8. rec.

Aut, ex tam longæva quasi possessione Jurisdictionalium in controversis Ecclesiis resultat præscriptio, qua mediante post inferior Prælatus acquirere etiam Territorium separatum, quoad certas Ecclesias existentes in alia Diœcesi, ut coram Coccino dec. 870. num. 2. in fine, *& Jurisdictionem Episcopalem, vel exercitium dignitatis*, ut in decis. 40. nu. 1., & 2. post Tambur. de Jur. Abb. tom. 3. *concurrente maxime titulo certo, & claro, ut hic præfatarum Donationum sufficiente ad præscriptionem, uti proveniente, etiam a Sede Apostolica, propter tot antiquissima privilegia, ut in puncto Abbatis Regularis habentis donationes Regum, cum Papæ concessione, contra Ordinarium, habetur* in cap. Auditis 15. & cap. cum olim 18. de præscript. *licet diceret etiam invalidus, & putativus justo errore causatus, ut de habito a Pontifice Schismatico*, Coccin. dec. 295. num. 3., *nam stante titulo vero, Territorium, & Jurisdictio præscribi posseat, non solum in parte, sed etiam in totum, & privative, quoad Episcopum*, Lotter. de benef. lib. 1. q. 24. nu. 204. *deputationes etenim Vicariorum facta per Abbatem in civitate Capuæ incipiunt ab anno* 1516. *usque ad.* 1647. *& sic per annos* 131. *Visitationes per deputatos Visitatores ab anno* 1412. *usque ad* 1648. *& sic per annos* 246. *collationes Ecclesiæ S. Angeli ad Teodiscos ab anno* 1375. *ad annum* 1658. *& sic per annos* 283. *Ecclesiæ S. Martini ad Judaicam ab anno* 1375. *ad annum* 1578., *& sic per annos* 203. *& Ecclesiæ S. Rufi ab anno* 1377. *ad annum* 1573., *& sic per annos* 296. *unde constat de quasi possessione Jurisdictionis in controversis ecclesiis ultra duo sæcula, & sic de immemorabili, cui æquipollet sola centenaria, uti excedens hominum memoriam*, Rota dec. 253. nu. 6. & seq. part. 13. rec., *quamvis ex concursu dicti tituli quadragenaria sufficiat*, Coccin. decis. 870. nu. 1. Dunozett. Jun. dec. 988. nu. 2. & 5. dicta Cracovien. Decimarum 26. Junii 1675. §. Multo magis coram R. P. D. meo Rondinino, *& ad favorem Monasterii Casinensis in specie decrevit Clemens Tertius anno* 1188. Summario impresso num. 11. fol. 25. *Immo hujusmodi adeo antiqua observantia, ultra centum annos, de per se tribueret præsumptionem melioris tituli, atque ad Privilegium Apostolicum, novam concessionem, quatenus dictus expressus non adesset etiam in materia, cui jus commune resistat*, Buratt. decis. 91. nu. 7. Merlin. dec. 593. nu. 26. Carpentoraten. Pecuniaria 1. Julii 1678. §. Et quidem coram Me.

Scientia vero, ac patientia D. Archiepiscopi non potest

potest in controversiam deduci, quamvis scientia non 56 requiritur, ubi, ut hic, concurrit titulus expressus, necnon etiam tacitus ex centenaria resultans æquipollente immemorabili, ut in decis. 533. num. 3. part. 1. rec. coram Dunozzetto Jun. dec. 96. nom. 3. & coram Biehio dec. 267. num. 24. Nam multiplicatia tot actuum pacificè, publicè, & palam gestorum per longum tempus, etiam per affixionem Edictorum in concursibus, & mediante persona Canonici, & Decani ejusdem Cathedralis, uti generalis Vicarii D. Abbatis, immò in ipsamet Civitate Capua residentia 57 D. Archiepiscopi manifeste convincunt ejusdem scientiam, & patientiam, Spad. cons. 160. num. 7. lib. 2. Rota dec. 533. num. 4. par. 1. dec. 184. num. 4. par. 11. rec. Martin. Andr. decis. 54. nom. 15. Buratt. dec. 122. num. 6. Ubald. dec. 19. num. 5. part. 58 3. Bieh. dee. 194. nom. 7. & dec. 267. num. 23., & ex gestis a Vicario Foraneo Episcopi coram Romboldo dec. 342. num. 11., non obstantibus concursibus, collationibus, & visitationibus in controversis Ecclesiis, ut prætenditur factis a D. Archiepiscopo, nam concursus anni 1616. ad Ecclesiam S. Martini, uti clandestinus, inscio D. Abbate a dicto loco absente, 59 ei non præjudicat, Rovas decis. 254. num. 12. Alter anni 1647. ad eandem Ecclesiam, retorquetur, dum in dicta vacatione D. Abbas illam contulit per concursum Francisco Salsille, in possessionem immisso, Summario impresso num. 1. ac postea a Sacra Rota manutento, coram Bichio dee. 339. per tot., ubi ad propositum firmat num. 9. hoc Beneficium, licet existat in civitate Capua, esse nihilominus de Territorio Montis Cassini, ideoque tanquam non ef-60 fectuati, aut inscio Abbate facti ejus possessionem non turbant, nec tribuunt jus Archiepiscopo, Bich. decis. 194. num. 14. & 15. Peuting. dec. 467. n. 15.

Quo verò ad ecclesiam Sancti Angeli, nullus actus, & concursus potest pro D. Archiepiscopo allegari: Nam Mutius del Ven, de ea provisus mense Junii 1591. in mense sequenti procuravit, non ab Archiepiscopo, ut supponit Decisio, sed ab Abbate unionem ejus Cappellaniæ præfatæ Ecclesiæ S. Angeli, quodque utramque sibi conferret, juxta disposita per Sacr. Concilium Tridentinum, Summario impresso num. 17. fol. 45. litt. A., & sic mediante concursu ab eodem Concilio demandato, unde resultat in D. Abbate uniente, subjectio Ecclesiæ unitæ, ac respective pote-61 stas Episcopalis, ut dixit Rota dec. 373. num. 19. par. 11. rec., & licet defuncto Mutio, de ea provisus fuerit anno 1624. per concursum, Antonius Bucca, quia tamen in ejus litteris Apostolicis enunciat, quod fuerat ab Examinatoribus Synodalibus deputatis in Synodo Diœcesana examinatus, & repertus idoneus testimonio Ordinarii sine expressione, quis nam esset iste Ordinarius, non ideo concludit pro Archiepiscopo, dum potest etiam intelligi de Abbate propter seriem tot collationum ab eo factarum, quique ratione Territorii separati propria Diœcesis, ac or-62 dinariæ jurisdictionis, est etiam Diœcesanus, & Ordinarius appellatur, Rota decis. 71. num. 12. par. 14. rec. & in Caven. Collat. ord. 26. Junii 1654. §. Primo vers. Tunc enim coram bo: me: Verospio, 63 sed remanet actus æquivocus, qui ideo suffragari nequit Archiepiscopo, Rota dec. 307. num. 4. par. 10. rec.

Tanto magis, quia Carolus de Leo anno 1649. per mortem dicti Bucca, fuit de ea provisus per concursum Abbatis, non autem Archiepiscopi, ut supponit Decisio, & subinde possessionem obtinuit, Summario impresso nu. 2. & 3. Alter verò concursus anno 1622. non fuit ad Ecclesiam S. Angeli, sed ad prædictam Cappellaniam prorsus inutilis, & sine effectu, dum uti præcedenter unita de anno 1591., ut dixi vacare non poterat, ut in Marianen. Juris eligendi, & amovendi Curatos 10. Decembris 1677. §. Processit etiam 14. Martii 1678. §. Et repetebant com seq. coram Me; Erroneæ similiter sunt duæ provisiones annorum 1623. & 1656., quæ afferebantur de Ecclesia S. Rufi, quia non sunt de hac Ecclesia, sed de Cappellania nuncupata cum Jaconatu, de Ecclesia verò S. Benedicti nihil allatum fuit pro Archiepiscopo, unde exclusis ejus assertis Concursibus, & Collationibus, nihil pariter obstant ass. Visitationes.

Tum quia non sunt in forma probanti, tanquam desumpta lite pendente sine citatione Partis ex Archivio Archiepiscopi, cujus scriptura, etiam formi-64 ter extracta non faciunt fidem contra Monasterium Cassinense non subditum, Add. ad Buratt. dec. 667. n. 20. Rota dec. 313. n. 22. part. 9. rec. Tum quia non constat, quod facta fuerint cum scientia, & pa-65 tientia D. Abbatis a dicto loco absentis, & ad quem spectat jurisdictio; idcirco ei præjudicare non valent, Rota dec. 274. num. 9. par. 17. rec. Royas dec. 250. n. 12. Ubald. dec. 75. nu. 12. Dunoz. Jun. 988. n. 66 15. Et tamen actus jurisdictionales D. Abbatis, uti longe plures, & antiquiores per sæcula continuati prævalent paucis, & recentioribus D. Archiepiscopi, ut dixit Rota dec. 274. n. 9. part. 17. rec. Quamobrem potest ex illis prætendere centenariam præscriptio-67 nem, quæ sola allegabilis est ex Apostolicis Privilegiis contra Religionem Cassinensem ad instar Ecclesiæ Romanæ, ut in Summario impresso nu. 24., & testatur Rota dec. 83. nu. 15. par. 11. dec. 362. n. 9. §. Nihil fuit par. 17. rec. coram Seraphin. dec. 1016. n. 13. Bich. decis. 70. n. 10. Immo ex quo non tractatur hodie de substinenda collatione aut alio actu consumato, sed de habenda declaratione ad quem spectet in futurum exercitium jurisdictionis, nec actus ju-68 risdictionales D. Archiepiscopi, quatenus adessent, & subsisterent, possent eidem ad hunc effectum suffragari, ut precise Rota coram Eminentissimo Otthob. dec. 125. num. 13. & 14.

Pertinentia denique harum Ecclesiarum ad D. Abbatem, & respective scientia Archiepiscoporum certior evadit, ex quo in Visitatione anni 1515. Abbas in Testes adhibuit duos Canonicos Archiepiscopatus, Summario additionali nu. 7., nec non etiam Civitas seu Electi Capuæ anno 1540. supplicarunt Abbati, ut in collatione ab eo facienda de Ecclesia S. Angeli commendatum haberet Urbanum de Procaccio, qui postea collationem obtinuit, Summario impresso num. 17. fol. 43. & additionali nom. 8., ubi adest Epistola per extensum, ac etiam Parochiani Ecclesiæ sancti Martini anno 1528. & 1529. pro provisione ad illam in personam Hieronymi Ralli supplicarunt eidem Abbati, Summario additionali nu. 9., qui pariter provisionem ab eo reportavit, Summario impresso nu. 18. fol. 50. circa med. Immo D. Abbas consulens ipsummet Archiepiscopum Capuæ, an hanc eandem Ecclesiam conferre potuisset Anibali Riccio, non obstante, quod possideret Canonicatum in Cathedrali, responsum ab eo habuit anno 1578., quod poterat juxta resolutiones Sac. congregationis Concilii, Summa-

mario additionali num. 10., *nec movit illi hodiernam controversiam; ideoque Abbas post biduum illi contulit dictam Ecclesiam*, Summario impresso nu. 18. fol. 51., *alias enim non ita oscitanter Archiepiscopus mediante propria confessione in actu tam explicito, sibi, & successoribus suis prajudicasset, nisi* 69 *probe scivisset, Ecclesiam spectare ad Abbatem, ut in terminis arguit* Eminentissimus Otthob. dec. 125. num. 8. & 9.

Rursus ad petitionem Archiepiscopi eandem Ecclesiam S. Martini contulit Abbas illius Vicario Generali de anno 1586. *Unde petendo collationem fassus est, se non habere facultatem illam faciendi, & in simili de petente licentiam ad aliquid faciendum*, 70 Post. de manut. observ. 57. num. 34., *& ibi* Rot. decis. 119. num. 3. & in Hispalen. Decimarum de Olivares 18. Martii 1678. §. Et simile etiam coram Me, *dictamque Ecclesiam, ob resignationem dicti Vicarii Generalis obtinuit postea a S. Sede Scipio Donatus*, Summario additionali num. 11. *Cumque ex prafatis constet, Parochiales controversas, esse de Territorio separato, & Diœcesi Abbatis, in qua habet exercitium omnimoda Jurisdictionis, ideo pro eis, uti naturaliter sitis in Diœcesi Capuana, non suffragatur Archiepiscopo juris assistentia, in qua potissi-* 71 *mum se fundat Decisio, ut dixit* Rot. decis. 165. nu. 1. versic. nihil ad rem, & decis. 166. num. 4. part. 4. divers. decis. 267. num. 13. decis. 330. num. 6. decis. 493. num. 9. part. 13. recent. Seraphin. decis. 1278. num. 5. Coccin. decis. 1054. num. 3. & 4. Bich. decis. 194. num. 8. & seqq. Otthobon. dec. 125. nu. 10. & 11. & pro Abbate Congregationis Cassinensis in dec. 274. num. 8. part. 17. recent. *& in puncto Ecclesia S. Martini ad Judaicam, idem* Bich. decis. 339. per tot. & signanter n. 11. & seqq. *Nec isto casu sola juris assistentia Archiepiscopi sufficiens esset ad impediendam manutentionem Abbati debitam, ex quasi possessione, & titulo exemptionis, nec minus necessario quando, prout hic, quasi posses-* 72 *sio est longava, & temporis considerabilis, ut dixit* Tambur. de Jur. Abb. tom. 1. disput. 15. quæst. 8. num. 6. & 8. usque ad 12. Rota in Aquilana Jurisdictionis apud Marchesan. de Commiss. part. prima fol. 988., *& in terminis unius ex istis Ecclesiis*, Bich. decis. 339. num. 6. & sequen.

Ex prafatis fundatum quoque remanet pro D. Abbate jus conferendi controversas Ecclesias, sive quia, ut firmavimus, illa sunt membrum monasterii Cassinensis, ac de juribus, & pertinentiis illius exemptum a jurisdictione Archiepiscopi, ac receptum sub immediata protectione Sedis Apostolica, quod sufficit, ut in consequentiam jus eas conferendi ad Abba- 73 *tem pertineat, ut ad favorem Abbatis jus conferendi pratendentis in Diœcesi Episcopi firmavit* Rot. coram Eminentissimo Otthobon. decis. 125. in princ. & num. 1. *sive quia de hoc jure conferendi loquuntur ejus Privilegia Apostolica, & constat ex immemorabili, seu quadragenaria cum titulo, & bona fide, ut superius firmavimus, & alternativè necessariam esse* 74 *dicebat contraria Decisio in* §. Non obstat quasi possessio, *& sequitur* Rot. decis. 803. num. 3. & 4. part. 1. divers. decis. 221. num. 3. & 4. part. 13. recent. & coram Coccin. decis. 165. num. 2.

Quare recedendo a Decisis, constare de bono jure D. Abbatis, etiam ad effectum manutentionis, hodie DD. responderunt. Utraque &c.

Reverendissimo P. D. Matthajo Capuana, seu Montis Cassinen. Parochialium. Luna 17. Junii 1686.

ARGUMENTUM.

Concurrentibus in Pralato inferiori separatione Territorii, jurisdictione Episcopali, & jure congregandi Synodos, manutentio eidem concedenda venit in indictione concursus, & respective collatione Parochialium.

SUMMARIUM.

1 *Ecclesia subiecta immediate Sedi Apostolica, & exempta à jurisdictione Ordinarii, in cujus Diœcesi existunt, non amplius dicuntur de illius Diœcesi, sed efficiuntur Territorium separatum.*

2 *Exemptio activa a jurisdictione Ordinarii ad hoc ut inducatur, requiritur specifica exemptio Territorii à Diœcesi, & concessio jurisdictionis Episcopalis in Clerum, & Populum cum cura Animarum.*

3 *Ecclesia Montis Casini gaudet eisdem Privilegiis, quibus fruitur Ecclesia Lateranensis, circa exemptiones omnium Ecclesiarum eidem Ecclesia annexarum a jurisdictione Ordinarii, in cujus Diœcesi sunt sita.*

4 *Ecclesia unita, & dependentes ab Ecclesia Montis Casini, licet sint sita in alienis Diœcesibus, dicuntur de vero Territorio, & Diœcesi Montis Casini.*

5 *Ecclesia Montis Casini a sua origine est Episcopalis, nec indiget Privilegio pro constitutione Territorii, & jurisdictionis quasi Episcopalis.*

6 *Si Ecclesia unita Abbatia Montis Casini non essent de Territorio separato, & exempto ab Ordinario, & non constituerent Diœcesim Montis Casini, Privilegia concessa eidem Abbatia essent superflua, & inania.*

7 *Papa in dispositione si non dicit aliquid sibi fuisse ab impetrante narratum, censetur asserere motu proprio id, quod enunciatur.*

8 *Enunciativa in antiquis comprobata ex dictis Pontificum plene probat.*

9 *Quando constat, concessionem fuisse factam à Pontifice, non est recurrendum ad concessiones, qua pratenduntur facta a Principe seculari.*

10 *Sententia Pontificis, pravia matura reflexione, super statu alicujus Ecclesia afficit non tantum Ordinarium, contra quem est ista, sed etiam successores.*

11 *Amplia quando Sententia fuit observata per multa secula.*

12 *Amplia quando Papa sententiavit ex certa scientia, & Causa cognita.*

13 *Papa decisio per viam declarationis habet vim legis, simili modo procedit in declarationibus Sac. Congregationum factis authoritate Papa.*

14 *Rota reverenter recipit resolutiones Sac. Congregationum, & etiam recedit a contraria opinione de jure veriori.*

15 *Actus jurisdictionales exerciti per Pralatum inferiorem in Diœcesi aliena per plura secula pra-*

viis

vus Privilegiis Apostolicis faciunt cessare assistentiam juris, quam habet Ordinarius in propria Diœcesi.

16 *Possessio antiqua, & munita Privilegiis Apostolicis non potest turbari per actus lite pendente gestos in contrarium.*

17 *Ultimus status non suffragatur, quando constat de veritate in contrarium.*

18 *Sententia Pontificis facit notorium.*

19 *Abbas Montis Casini potest exercere in Ecclesiis unitis sua Abbatia eamdem jurisdictionem, quam exercet in propria Abbatia, seu Diœcesi.*

20 *Secus esset si non haberet Territorium separatum.*

21 *Jus conferendi Parochiales, & indicendi concursum spectat ad Prelatum inferiorem, etiam in casu quod Ecclesia Parochiales sint extra propriam Diœcesim, quando concurrunt tria requisita recensita in argumento.*

22 *Amplia, quando concurrit immemorabilis cum titulo, bona fide, & collatione effectum sortita.*

DECISIO.

Firmatum fuit in Decisione reverendissimi Bourlemont ultimo loco edita 10. *Martii* 1679. *Abbati Cassinen. competere privative quoad Archiepiscopum Capuanum jus indicendi Concursum, & conferendi tres Parochiales, S. Martini ad Judaicam, S. Angeli ad Teodiscos, & S. Rufi, sitas in Civitate Capuæ: Eo quia in eo concurrunt tria illa requisita necessaria, ut possit in aliena Diœcesi concursum indicere, & consequutive Beneficia conferre, contra alias decisa, ex minus clara facti expositione, coram bon: mem: Bevilaqua* 15. *Februarii* 1666. *hodie vero, ponderatis viribus utriusque Decisionis, responsum fuit, standum esse in secundo loco decisis.*

Primum enim requisitum, nempè, quod Parochiales sint nullius Diœcesis, sed immediate S. Sedi Apostolicæ subjecta, probatum remanet evidenter ex literis Apostolicis Zaccharia I. Urbani II. Calixti II. Alexandri II. Alexandri III. Innocentii III. Honorii III. Sixti IV., & Innocentii X. latissime recensitis in dicta decisione reverendissimi Bourlemont, qua non solum Monasterium, & Territorium Montis Casini, sed etiam omnes Ecclesias per totum Orbem Terrarum erectas, & erigendas, & signanter has controversas, Bona, Possessiones, aliaque ad ipsum Monasterium pertinentia, suscipiunt sub immediata S. Sedis ditione, & protectione, prohibentque cuicumque Ordinario, quamcumque ditionem, aut jurisdictionem super dicto Monasterio, Ecclesiis, Bonis, alisque pertinen. ad ipsum. Unde cum ex hujusmodi Privilegiis liquido appareat, controversas Ecclesias, esse immediate S. Sedi Apostolicæ subiectas, & omnino a jurisdictione Archiepiscopi exemptas, dubitari nequit eas esse nullius Diœcesis; quia nempe non sunt in Diœcesi, neque de Diœcesi Capuana, sed effecta sunt proprium Territorium, & de propria Diœcesi Abbatis, ex concessionibus Apostolicis, ut pluribus cumulatis firmat dicta decis. quæ confirmatur §. Hoc firmato in fin., & §. Modus enim. 1

Quibus adversari non valet, quod prædicta privilegia importent dumtaxat exemptionem passivam, respectu dd. Ecclesiarum a jurisdictione Ordinarii, & susceptionem sub protectione D. Petri, quod non sufficit pro exemptione activa, seu preconstitutione Territorii separati, & nullius Diœcesis, cum ulterius requiratur clara, & specifica exemptio Territorii a Diœcesi, & concessio omnimoda jurisdictionis Episcopalis in Clerum, & Populum simul cum cura animarum, ad tradita per Fagnan. in cap. significasti nu. 19. de offic. Archidiac. cum aliis adductis in Leodien. Jurisdictionis 23. Januarii 1979. §. Neque ad hunc effectum, coram R. P. D. meo Emerix, & 9. Decembris 1682. §. Probata itaque cum seq. coram Reverendissimo meo Decano, confirmata coram R. P. D. meo Caccia 13. Martii 1684. §. Nec obstare, *quod etiam alibi pluries declaravit Sac. Congregatio Concilii, & signanter de anno 1679. inter Episcopum Mutien., & Archipresbyterum Carpen.* 2

Etenim (ultra quod in dd. literis datur facultas Abbatibus benedicendi fontem in omnibus Ecclesiis ad Monasterium spectan. celebrandi Baptisma, congregandi Synodum, aliaque ibidem contenta, ut videre est, præsertim in Bulla Zaccharia I. *relata* in Summario impresso num. 11. *& in alio additionali* nu. 2. *quæ satis indicant datam fuisse respectu omnium Ecclesiarum jurisdictionem in clerum, & populum) cum privilegia non fuerint restricta ad Territorium materiale Montis Cassini, sed de voluntate Pontificum fuerint extensa ad omnes Ecclesias, possessiones, & bona ad idem Monasterium, & Abbatem per totum mundum pertinentia, absque eo quod mirandum sit de hujusmodi privilegiis, quibus condecoratum fuit Monasterium Montis Cassini, tam celebre in toto Orbe Terrarum, cum similia privilegia Apostolica habeat Ecclesia, & capitulum Lateranense, quæ fuerunt canonizata* per Sac. Rotam decis. 100. & 133. coram Bich. & decis. 185. part. 15. recent. & decis. 385. num. 4. vers. responsum fuit part. 18. recent.

Indeque sequitur, quod sicut Abbas in materiali Territorio Montis Casini habet omnimodam Jurisdictionem, quasi Episcopalem, in Clerum, & Populum cum cura animarum, quod non controvertitur, ita eamdem jurisdictionem habere debet in Ecclesiis, de quibus agitur cum virtute extensionis privilegiorum dd. ecclesiæ fuerint abstracta e Diœcesi, & Territorio naturali Ordinarii Capuani, & effecta membra Abbatia Montis Cassini, ac de illius vero Territorio, ac diœcesi, absque eo quod opus fuerit alia specificatione totalis exemptionis, ut authoritatibus, & exemplis firmat decis. §. Modus enim iste, *quibus non refragantur authoritates contrariæ, quæ loquuntur in terminis Prælati inferioris, nullum habentis Territorium separatum, nec jurisdictionem quasi Episcopalem.* 4

Minus obstat, quod Urbanus Octavus in suo privilegio, Summario Abbatis sub num. 16. *mandando in executionem literarum Sixti V. Datario, nec non Brevium Secretario, atque Cancellariæ Regentibus, & Officialibus, ut literas Apost. tam Justitiam, quam gratiam concernentes, etiam quoad dispensationes matrimoniales, collationum, beneficiorum, commissionum si in evidentem, absolutionum, aliarumque similium gratiarum, Abbati pro tempore, seu ejus Vicario Generali, non alteri, dirigerent, expresserit loca personarum, quarum respectu eadem litera Apostolica sic dirigenda erant, inter quæ loca nullus sermo fiat de civitate Capuana. Primo quia dicta expressio locorum non est facta taxative, ita ut cætera omnia ibi non nominata excludantur. Secunda quia facta fuit de locis originaliter, ac integraliter ju-*

jurisdictioni Abbatis subiectis, qualis non eras Civitas Capuana. Et tertio quia cum Cassinen. Ecclesia sit a sui origine Cathedralis, nec indigens aliquo privilegio pro constitutione proprii Territorii, & jurisdi- 5 ctionis quasi Episcopalis, ut in Montis Cassinen. Præheminentiarum 30. Aprilis 1677. & 22. Aprilis 1678. coram Reverendissimo D. meo Decano, su- 6 perflua, & inania fuissent privilegia, nisi illa intelligerentur de aliis Ecclesiis extra limites naturalis Diœcesis Cassinen. ut advertit decis. 710. ou. 2. coram Seraph. & in Compostellana jurisdictionis 17. Junii 1668. §. Immò cum hæc ipsa, coram bo: me: Paulutio, & decisio quæ confirmatur §. Nec exemptionem.

Similiter non relevat, quod alia enunciativa emissa in litteris provisionis facta a sa: me: Innocentio Decimo, ibi — Parochialis Ecclesia S. Angeli Capuan. Jurisdictionis pro tempore existen. Abbatis Montis Casini particulare, & separatum Territorium habentis &c. emanaverit lite pendente, & censeri possit emissa ad instantiam Partis, seu Abbatis; Etenim cum Papa non dicat id sibi fuisse, vel a supplicante, 7 vel ab Abbate narratum, videtur potius motus proprius, quam enunciativa: Et nihilominus quando enunciativa esset, adhuc, quia comprobata est ex di- 8 ctis, & factis Prædecessorum Pontificum, in antiquis plene probat, ut respondet decis. §. Et demum. Nec subsistit, quod illa emanaverit lito pendente, quia lis incohata fuit anno 1649. & enunciativa facta fuit, anno 1648. ut in Summ. Abbatis num. 2. 3. 4. & 5.

Et ex his superfluum fuit immorari super donatione primitus facta de istis Ecclesiis a Riccardo Principe Capuano de anno 1065. cum, sicut dicebat unus ex Dominis, æquivocum sit manifestum, ex illa 9 partem inferre ad translationem hujusmodi juris, quod ex Constitutionibus, & Bullis Pontificiis favore Abbatis elicitur.

Prædicta omnia mirifice comprobat privilegium Calixti II. anno 1123. qui tribus annis ante, scilicet 1120. reclamante Archiepiscopo, quod Ecclesia controversa tenebantur occupata ab Abbate, & ipsum illis spoliatum, atque ob id petente reintegrationem, causa cognita, & diligenter per Cardinales, visis al- 10 legatis hinc inde absolvit Abbatem, & declarat possessiones Ecclesiarum apud Cassinen. Monasterium, prout fuerant, maneant, dicto Summario impresso num. 15., quæ quidem sententia de per se juvat Abbatem successorem, & afficit Archiepiscopum pariter successorem, tanquam super statu ad l. Ingenuum ff. de stat. hom. cum aliis coram Bichio decis. 284. num. 4. & decis. 550. num. 6.

Eo certius, observata per tot sæcula ex adductis coram Bich. decis. 522. à num. 17. & quia à Papa, 11 qui processit ex certa scientia, Causa cognita, & Partibus auditis Bich. decis. 222. num. 16. & sequ. & quidem per viam declarationis, quæ ideo habet 12 vim legis omninò servanda, sicut de declarationibus Sac. Congregationum, uti auctoritate Papæ factis in materia jurisdictionis Abbatis Montis Casini Bich. 13 decis. 459. num. 1. & propterea Rota solet illas reverenter recipere, & etiam recedere a contraria opinio- 14 ne de jure veriore, plene coram Merlin. dec. 825. num. 10.

Cæterum Privilegiis Apostolicis adstipulantur quamplures actus jurisdictionales exerciti per Abbatem, nempe deputationes Vicariorum Generalium in civitate Capuæ, visitationes dd. Ecclesiarum, nec non collationes earumdem ad effectum perducta, ac demum sanctiones circa Sacramenta, & curam animarum. Ex quibus actibus in faciem Archiepiscopi factis, & effectum sortitis, ante motam litem, resultat utraque observantia; interpretativa scilicet, quatenus privilegia essent ambigua; & præscriptiva propter exercitium illorum ultra duo sæcula una cum titulo exemptionis resultan. ex dd. Privilegiis, sive erroneo, & putativo, sive verò, quod procul dubio comprobat omnimodam jurisdictionem cum Territorio separato in ecclesiis, de quibus agitur, & cessare facit sumptionem, seu assistentiam juris, in qua sola 15 fundatur Archiepiscopus, ut fuse prosequitur eadem decis. §. Aut ex tam longæva, & §. Rursus.

Non attentis, contraria observantia, & ultimo statu deducto ex prætensis actibus jurisdictionalibus per Archiepiscopum gestis in hoc sæculo circa concursus, Visitationes, & collationes earumdem Ecclesiarum: sive quia cum illi fuerint clandestini, vel non effectuati: sive desumpti lite pendente sine citatione Partis ex Archivio privato Archiepiscopi, proindeque non parum suspecto; sive demum quia actus in contrarium convincuntur effectuati, turbare non possunt possessionem Abbatis, munitam tanti temporis lapsu, & cum titulo saltem putativo Privilegiorum Apostolicorum, ut latius in decisione §. Scientia ve- 16 ro cum seqq. Minusque firmare valent ultimum statum, qui, constito de veritate, ut in præsenti, non suffragatur, ut alias observavit Rota in Civitatis Ca- 17 stelli Canonicatus pœnitentiarii prima Decembris 1684. §. Atque hinc, cum quatuor §§. seqq. coram Me, confirmata 4. Maii anni præteriti. Nam 18 ex sola sententia Calixti resultat notorium, sunt verba Text. in cap. quæsitum ult. & ibi gloss. verb. per sententiam de cohabit. Cleric.

Secundum requisitum, nempe quod in dd. Parochialibus habet omnimodam quasi Episcopalem jurisdictionem. Et tertium, quod facultatem habent congregandi Synodum, illamque consueverit congregare, opus non erat controvertere: ex quo enim Abbas est vere ordinarius, habens proprium Territorium, nedum quoad ecclesias materialiter intra limites Montis Casini, sed quoad omnes alias ad ipsum pertinentes, & ubique existentes, & specialiter in his, de quibus agitur, tam vigore privilegiorum, quam longæva observantia respectu illarum, per consequens earumdem est proprie Ordinarius, & eadem jurisdictio quasi Episcopalis, eademque facultas, & consuetudo congregandi Synodum, quæ considerantur in suo originario Territorio Montis Casini, considerantur etiam per extensionem in Parrochialibus prædictis virtute Privilegiorum, & observantia 19 juxta facultatem jam ex iisdem Privilegiis, præcipue Zachariæ concessam Summario impresso num. 22. ab anno 1564., ut ponderat decis. §. Hoc firmato: Quicquid sit si Abbas non haberet suum originale 20 Territorium separatum, ut erat in casu decis. Leodien. jurisdictionis in superiori §. Quibus adversari non valet, in contrarium allegata.

Concurrentibus itaque omnibus requisitis ad favorem Abbatis Montis Casini, & quidem non ex gratuita concessione, sed ex natura rei, cum sit verus, & proprius Ordinarius, controverti non potest jus indicendi concursum in istis Ecclesiis ad eumdem necessario

sario spectare, prout ad eumdem quoque spectare consequutive jus conferendi easdem controversas Ecclesias, minus est dubitandum; Tum quia eo ipso, quod illæ sunt membrum Territorii Montis Casini, & Archiepiscopus Capuanus nullam in eis habet jurisdictionem, consequenter jus conferendi illas ad
21 Abbatem, juxta decis. Eminentissimi Otthob. 125. in princ. & num. 1. Tum quia de hoc jure conferendi loquuntur specifice privilegia Apostolica, & ulterius concurrit immemorabilis, seu quadragenaria cum titulo, & bona fide, ex collationibus factis, &
22 effectum sortitis, quorum alterum ex dictis fundamentis sufficeret, ut concludit eadem decisio §. fi. quam idcirco tanquam optime fundatam pro bono jure Abbatis, etiam ad effectum manutentionis, hodie Domini in omnibus ibi docto calamo deductis, confirmandam esse censuerunt.

Utraque Parte informante &c.

R. P. D. Ursino Capuana, seu Montis Cassinen. Parochialium. Lunæ 6. Aprilis 1693.

ARGUMENTUM.

Consito de Territorio separato a Diœcesi Ordinarii, non isti, sed Prælato inferiori concedenda est facultas indicendi concursum, & conferendi Parochiales, præcipue concurrentibus Jurisdictione Episcopali, & Jure congregandi Synodos.

SUMMARIUM.

1. *Assistentia Juris, quam habet Ordinarius in propria Diœcesi, non suffragatur in Ecclesiis, quæ sunt in Territorio separato, concurrentibus tribus requisitis enumeratis in argumento.*
2. *Abbas Montis Casini convocat Synodos, & gaudet Jurisdictione Episcopali.*
3. *Ecclesiæ subiectæ Abbati Montis Casini non sunt in Diœcesi Ordinarii, ubi sunt sitæ, sed in illa Montis Casini.*
4. *Papa subjiciendo Ecclesias totaliter sub Jurisdictione Abbatis Montis Casini, Ordinario penitus excluso, eas constituit in Territorio separato ab illo Ordinarii.*
5. *Enunciativa Papæ, etiam ad petitionem partis, si adjuvetur aliis probationibus, & gestis Pontificum Prædecessorum bene probat.*
6. *Territorii separatio inducitur ex exemptione, in qua fit mentio de Clero, & Populo.*
7. *Actus Jurisdictionales exerciti a Prælato inferiori in aliena Diœcesi, & effectum sortiti cum immemorabili tollunt assistentiam Juris favore Ordinarii.*
8. *Manutentio conceditur possessori.*

DECISIO.

Ecclesias SS. Angeli ad Theodiscos, Martini ad Judaicam, & Rufi intus Capuana mœnia sitas, ex munifica Riccardi Principis Capuæ pietate jampridem ad cœnobiticum usum extructas, vetustatis consumpta monumentis ereptis, ab ejusdem ampla liberalitate Monasterium Cassinense usque de anno 1065. obtinuit in Jurisdictionem, & pertinentiam, quam ut securius validarent Principes successores confirmationis documenta addidere usque ad Lotharium Tertium, qui etiam dationem ut supra factam suo speciali diplomate roborare sancivit; Tot titulis, adminiculisque fulciti Cassinenses cœnobitæ, elargitæ jurisdictionis detentionem exercentes, nonnullas subire coacti sunt controversias ob Antistitum Capuæ querimonias, qui pensantes propriis juribus valde detractum ab hac ampla jurisdictione in propria Diœcesi Cassinensibus obventa, reclamationes detulere ad Romanos Pontifices, qui tamen sedulo discusso negocio, juribusque Partium sub trutina libratis, Monasterii Cassinensis firmarunt dominium in controversis Parochialibus, excluso ab illis penitus Archiepiscopo, prout aperte præsefert diploma Alexandri Secundi de anno 1067. sicque de tempore illarum concessioni proximo, in quo rejecta Ildebrandi Archipræsulis Capuæ instantia, ejusque submurmurationibus neglectis, sancitur, nulli Episcopo, præter Romanum, ditionem aliquam in dictis Capuanis cellis competere, sed eas plenarii dominii jure Cassinensi Monasterio pertinere, cujus jurisdictione perturbaretur amplius, qualibet propulsata quæstione, & remota controversia, sancivit anathemate distinguendos eos, qui super iis deinceps contentionem excitarent, idemque literaliter Calixtus Secundus anno 1120. decrevit, cui dum Beneventi degebat cum curia, detulit Otho Capuanus Præsul conquestionem de spolio, quod prætendebat passam propriam Ecclesiam de sæpe memoratis cellis, quamque proinde reintegrari expostulabat, quæ tamen instantia ventilata a Pontifice, eaque in concistorio examini supposita, Cardinalibus, Romanisque clericis minus subsistere apparuit, & dominium, juraque Cassinensium e converso multiplici ratione munita tam Instrumentorum, quam legitimæ, & inconcussæ temporis detentione mirifice roborari visa sunt, quibus proinde Pontifex nihil detrahere voluit, immo expresse jussit dictarum Ecclesiarum possessionem apud Cassinense Monasterium remanere, ac in eis omnimodam, & plenariam jurisdictionem eidem competere. Ab inde citra sæcula fluxere, in quibus sine controversia pacifice propriam possessionem continuarunt Cassinenses, omnesque actus jurisdictionales Ordinario competentes tali jure in his Ecclesiis exercuerunt, quousque ad medium labentis sæculi iterum curantes jamdiu extincta jura excitare Capuani Antistites, diuturnam cœnobii detentionem turbare sategerunt, contendentes Cassinensibus talia documenta non suppetere, quæ firmare valerent jus indicendi concursum, & conferendi tales Parochias, super quibus proinde judiciali instructa controversia in nostro auditorio coram bo. me. Bevilaqua decisio prodiit Archiepiscopo favorabilis, innixa juris assistentia, quam lex Ordinario in propria diœcesi ministrat, quæ deinde elisa ex facto melius dilucidato in subsequentibus causæ propositionibus coram Reverendissimo Bourlemont, & Eminentissimo Matthæjo, bina emanarunt decisiones præcedentis revocatoria, in quibus firmato, omnimodam jurisdictionem jure Episcopali pertinere Cassinensibus, conclusum fuit ipsis spectare jus indicendi concursum, & conferendi hasce Parochias, subindeque ad resolutionum normam sententia quoque Rotalis extitit promulgata, una cum decreto, atque mandato præcedenter in Summariissimi possessorii judicio relaxato, manutentionem impartiente cœnobio Cassinensi in memoratorum actuum exercitio, cu-

jus

jus appellationis causa cum mihi delegata extiterit cum facultate manutenendi quem de jure, hodie ad commissionis praescriptum inquirendum proposui An, & cui sit dandum mandatum de manutenendo, *& respective Sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda, & resolutio prodiit in omnibus Monasterio favorabilis.*

Juridicum namque visa est sumere fomentum capta resolutio in ea parte, in qua confirmationis robur judicato Rotali addendum Patres decrevere ex concursu trium requisitorum in Abbate Casinensi, quae dictantibus canonicis sanctionibus in Praelato inferiori expostulantur, ad hoc, ut intra naturales alienae Dioecesis fines positis eversa juris assistentia ordinario 1 *competenti, Episcopalem jurisdictionem exercere, ac sibi assumere jura concursus, & collationis, de quibus plene* Mascobr. in prax. haben. concurs. requis. prim. dub. 9. num. 25., Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg. 60. num. 42., Card. de Luc. in annot. ad Concil. disc. 32. num. 39., & Rot. decis. 228. num. 5. coram Mantic. *Nam quoad secundum, & tertium, quae sistunt in eo, quod Praelatus, qui cum Ordinario contendit, habeat jura Episcopalia, atque facultatem convocandi Synodum, non cadebat difficultas, cum utraque haec praerogativa in insigni Casinensi coenobio omnibus numeris absoluta refulgeat, & quidem vere, ac proprie, & non per modum aequiparationis; cum Casinenses Praelati vere dicantur ordinarii, jurisdictioneque gaudeant Episcopali, cum illius actuali exercitio a quolibet alio independente, Synodosque convocent, quae pro Dioecesum norma sparsa per manus homi-* 2 *num asportantur, ut ample propositionem confovet decisio Reverendiss. Bourlemont* §. Retentio per totam.

Primum vero requisitum fundatum in Territorii separatione, ad hoc, ut Ecclesiae originaliter sitae in ditione Ordinarii, non sint in illa, nec de illa, sed vere sint de Dioecesi, & Territorio Casinensi, abunde probatum remanet ex multiplici titulo Cassinensibus opitulanti, ad inducendam Territorii separationem in Ecclesiis controversis, & primo quidem ex quampluribus Summorum Pontificum indultis, id expresse praeseferentibus, & signanter Zachariae I., Urbani II., Calixti II., Alexandri II., & III., Innocentii III., & Honorii III., Sixti IV., & Innocentii X., in quibus, juxta late expensa in laudata decisione Reverendissimi Bourlemont non solum coenobii Casinensis Territorium separatur, ac S. Sedi immediate subjicitur, sed omnes etiam Ecclesiae per totum Terrarum Orbem erectae, & erigendae, ut in specie istae, de quibus res est, soli D. Petri solio subiectantur, a quocumque Ordinario eximuntur, & unice in coenobii dominio reservantur. Ex quibus intrat optima illatio, illas nec in Dioecesi, nec de Dioecesi Capuana existere, sed ab 3 *ea omnino disparatas, & distinctas, esse in Territorio Casinensi, ut in praecisis terminis dixit* Rot. in Marsicana, seu Montis Cassinen. Jurisdictionis 27. Martii 1651. coram Bichio, inter ejus impressas 1a 459. num. 4., *& firmat prima decisio Bourlemont* §. Nam Zaccharias, cum pluribus seqq., *& secunda clar. me. Card. Matthaei* §. Primum enim.

Et certo certius si prae caeteris expendantur apostolica litera Alexandri II., & Calixti II. citra dubitationis aleam assumptum constituunt, nam in illis juxta superius narrata, identice de Parochiis, de quibus cadit quaestio, agebatur; Episcopus contendebat propria Ecclesiae jura laesa, & Abbas Cassinensis suam jurisdictionem titulis memoratis fulciebat; Papa negocium mature pensarunt, Partium jura discutienda proposuerunt in consistorio, & resolutio prodiit favorabilis Monasterio Cassinensi, quod constituitur plenarie Dominus harum Parochialium, & Abbati omnimoda Episcopalis reservatur jurisdictio, Ordinario penitus excluso, qui modus eximendi secum fert in necessarium consequens Territorii separatio- 4 *nem, totalemque abdicationem a jurisdictione ordinaria, ut expressa sonat diplomatum litera, relata in decisione Reverendissimi Bourlemont* §. Merito igitur, & seqq.

In idem expresso collimat enunciativa emissa in Apostolicis literis Innocentii Decimi, in quibus asseritur, Ecclesiam Sancti Angeli ad Theodiscos, licet positam in civitate Capuae, esse jurisdictionalem Abbatis Cassinensis, particulare habentis, ac separatum Territorium, ac pro illa indicere concursus, collationes edere, eidem Abbati pleno jure competiisse, & competere. Urgenter autem relevat assertiva emissa in Pontificiis literis, etiam si sit ad Partis supplicationem, quando de enunciato, & gestis Praedecessorum Pontificum liquet concludenter, ut 5 *in puncto* Gabr. comm. conclus. conclus. 2. num. 53. & seqq., Rot. coram Manzaned. decis. 41. num. primo, & coram sa. mem. Alexandro VIII. decis. 125. num. 2. & 3.

Quibus positis nil obstat assumpto, quod in privilegiis hucusque perpensis nulla fiat mentio de clero, & Populo, prout fieri opus erat ad inducendam Territorii separationem, ac totalem a jurisdictione ordinaria exemptionem, juxta sensum Rotae in Leo- 6 den. jurisdictionis 23. Januarii 1679. §. Neque ad hunc effectum, coram Reverendissimo Domino meo Decano, & 9. Decembris 1682. §. Probata itaque, coram bo. mem. Albergato, & 13. Martii 1684. §. Nec obstare, coram Reverendissimo Domino Nuncio Hispaniarum. *Etenim quando Privilegia conceduntur Abbati habenti jam proprium Territorium, & Dioecesim, tunc Ecclesia illi annexa, ac cum omnimoda jurisdictione tributa, efficiuntur illius membra, & absque ulteriori mentione cleri, & Populi, dicuntur de illius Dioecesi, & non de naturali, in qua sita sunt, nam sicut talis praesul in proprio Territorio materiali habet omnimodam Episcopalem jurisdictionem in clerum, & Populum cum cura animarum, ita eamdem jurisdictionem habere debet in Ecclesiis, quae virtute extensionis Privilegiorum abstracta sunt a Dioecesi, & Territorio naturali, & effecta membra Abbatiae, & de illius Territorio, qui termini conveniunt casui praesenti, ut optime illas aptat ad intentum prima causa decisio* §. Modus enim, *& secunda* §. Etenim, vers. cum Privilegia, & §§. seqq. *Quidquid sit, quando ageretur de Praelatis inferioribus, habentibus Ecclesias, & Monasteria intra limites alienae Dioecesis, absque ullo proprio, & separato Territorio, prout erat casus resolutionum in causa* Leodien. *pro obiecto allegata, nam tunc non censetur concessa jurisdictio in clerum, & Populum, nisi expressa de illis fiat mentio, ut bene distinguendo casum a casu, animadvertit secunda causa decisio* §. Indeque in fin.

De-

Demum secundo corroboratur assumptum ex centenaria, ducentenaria, & ultronea observantia, qua cœnobita Cassinenses, methodo nunquam interversa, has Ecclesias contulere, pro illis concursum indixere, omnesque peragere actus jurisdictionales vero Ordinario competentes, non solum non reluctantibus Archipræsulibus Capuanis, sed illis scientibus, ac approbantibus, prout ad oculum demonstrat actuum qualitas, & textura relata in utraque decisione prioris Instantia, in prima §. Concurrit quoque, *& in secunda §.* Cæterum; *Unde enim isti peragi non potuissent citrà Episcopalis auctoritatis exercitium, mirifice probant hujusmodi jurisdictionis competentiam ad favorem Abbatis, privative quoad archiepiscopum, ut in specie concludit* Rot. coram Seraphin. decis. 712. num. 2., & 1304. num. primo vers. quarto facit, apud Buratt. decis. 93. nu. 7. & in recent. decis. 203. num. 16. part. 10., & decis. 493. num. 3. part. 13., *ac in præcisis terminis Monasterii Cassinensis*, Rot. coram Bich. decis. 459. num. 19. & seqq.

7

Ex qua Abbatis Cassinensis diuturna, ac inveterata possessione exercitii actuum jurisdictionalium fundamentum DD. desumpsere postrema partis resolutionis in qua mandatum de manutenendo illi impartitur in possessione controversorum jurium, cum istud semper ad limites possessionis concedatur, ac sit in jure tritissima regula, possessorem esse manutenendum.

8

Et ita approbative se referendo ad latius discussa in gemina prioris instantiæ decisione Patres resolverunt, Abbate Cassinensi tantum informante, archipræsule vero Capuano pluries provocato, diuque expectato, sed nunquam comparente.

Concordia inter Episcopū Capuanū & Cassinates inita.

Sententia pro Cassinatibus lata a D. Horatio Mathæjo Archiepiscopo Damasceno præfecto palatii apostolici, & Auditore S. Rotæ die 3. Juli 1686. inserta legitur instrumentu concordiæ initæ inter D. Nicolaum Carracciolum Archiepiscopum Capuanum, modo celeberrimi nominis Cardinalem ob insignem pietatem, studiumque pastorale, atque reædificatam a fundamentis metropolitanam magnæ molis ecclesiam, & Abbatem Cassinensem opera Johannis Patritii apud Neapolitanos Nuntii apostolici, ac modo S. R. E. Cardinalis. In ea parochiæ tres nostræ Archiepiscopo Capuano conceduntur nobis earum viæ spiritualis omnimoda jurisdictiu in oppida S. Secundini, & Sorbelli, quam concordiam Clemens XI. suo brevi confirmavit. *Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die vigesima nona Januarii* 1706. *Pontificatus nostri, anno sexto.*

Ratam deinde eam concordiam habuere Cassinates pœnes acta Josephi Riccardi Sangermanensis notarii apostolici, ac regii, atque jurisdictionis in ea oppida possessionem iniere misso D. Antonio Carrafa Vicario generali presente D. Prisco canonico Sanctoro Fiscali Curiæ archiepiscopalis, ut instrumento constat stipulato a notario apostolico, & regio Johanne Baptista Barberio Sangermanensi die 7. Aprilis 1706. Meutio Cardinalis Nicolai Caraccioli habetur brevissima Tom. VII. Ital. Sac. nn. 102. col. 366. N. E. in descriptione Archiepiscoporum Capuæ.

Canonicorū Sangermanēsium querelæ.

Canonici, & Capitulum insignis collegiatæ ecclesiæ S. Germani supplicem hunc libellum contra Abbatem, ac monachos Cassinates an. 1674. obtulere S. Congregationi Episcoporum, & Regularium.

Emi, & Rmi Signori Il Capitolo, e Canonici della città di S. Germano nel regno di Napoli divotissimi Oratori dell' EE. VV. humilmente espongono, come dall' Abbate, Vicario generale, e monaci di Montecassino sono introdotti diversi abusi, e disordini contro la forma de Sagri canoni, constitutioni apostoliche, conforme li seguenti Capi.

I. Nel principio di Ottobre festa della Dedicazione della chiesa del monastero di Montecassino, tutti li preti sono costretti sotto pena di Scommunica, & anco pecuniaria andare a rendere l'obedienza all' Abbate nella Chiesa regolare del monasterio distante dalla città ben tre miglia, & in renderli tale obedienza volo, che s' assisti con cotta, barretta, & almuzio, e quando si celebra la messa bagiarli la mano gradatim, e si vada a pigliare con cotte, & almutio, in camera, e finita la celebratione ricondurlo nella medesima camera.

II. Nella processione del corpus Domini, che si fa per la detta città, & in tutte le altre funzioni publiche, che si celebrano dal P. Abbate si fanno precedere li suoi monaci non solo al clero ma anco alli canonici, e dignità della Chiesa di S. Germano.

III. Nel Sabbato Santo si proibisce alla chiesa di S. Germano, & a tutte le altre chiese della città, che non si suonino le campane, prima, che non si suonino quelle del monasterio di Monte Casino.

IV. Si è levato il titolo di catedrale alla chiesa propria della città, & si è dato a quella del monasterio di monte Casino &c. Hisce capitibus sic responsum.

Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus episcoporum, & Regularium præposita auditis partibus hinc inde in facto, & in jure informantibus, referente Emo Gastaldo ad suprascripta puncta infrascriptum in modum respondit, nempe ad primum, secundum, tertium, & quartum, remittendas esse partes ad sacrum auditorium Rota pro ejus voto, & interim servandum esse solitum 12. Marti 1676. Cardinalis Gaspar Carpineus. Loco † sigilli J. B. Archiepiscopus Jan. Secretarius.

Respondent Cassinates.

Ad primum reposuere Cassinates, fateri se quidem Kalendis octobris anniversaria die consecrationis ecclesiæ Cassinensis quotannis cancellarium curiæ spiritualis Cassinensis alta, sonoraque voce post solemnis missæ evangelium, quam Abbas pontificalibus indutus celebrat omnes nominatim appellare cleros, capitulaque diœcesis Cassinensis, & cum primis illud collegiatæ insignis ecclesiæ S. Germani, ut solitam obedientiam Ordinario suo præstent. Omnes quidem superpelliceo, almutiis, atque biretto respective indutos in plano ecclesiæ quibusdam in scamnis sedere, primumque ad Sanctuarium ascendere Archipresbyterum S. Germani, tum Archidiaconum, Primicerios, Canonicos, Semicanonicos, ac deinde reliquos omnes Abbatem nostrum in Aula sua superpelliceo induto cappa magna, cruce pectorali, Abbatiali pileo, inde ad ecclesiam procedere, ita ut primum clerici diœcescos, tum subdiaconi, diaconi, presbyteri, semicanonici, canonici, quatuor dignitates collegiatæ, deinde monachi incedant, demumque Abbas inter digniores duos Monachos, atque in eccle-

ecclesiæ majori janua deposito pileo, birettum assumere, tum aspersorio sibi a Priore claustrali exhibito se, omnesque aqua lustrali perfundere, eodemque modo post missam ad aulam suam reduci. Easdem cœremonias, ordinemque servari cum solemnem missam Abbas celebrat in Collegiata ecclesia S. Germani, in qua Monachi sacris vestibus induti Abbati assistunt, idest presbyter assistens, diaconi collaterales, diaconus, & subdiaconus missæ quatuor cum pluvialibus, quatuor cum planetis, totidemque cum dalmaticis, omnes numero septemdecim, præter duos cœremoniarum magistros, aliosque ministros, qui mitram, pedum &c. gestant. Reliquos monachos in Odæo collegiatæ prima subsellia obtinere, & Officium ritu monastico, missamque canere, dignitates, ac canonicos in inferioribus subsellis interim permanere chorali habitu indutos. Id tamen pro vetustissimo, ac nunquam interrupto more servatum, ut constat instrumentis pluribus ab hinc sæculis exaratis. Nil vero mirum, obedientiam quotannis Ordinario suo datam, solemni potissimum die, quo basilica Cassinensis ab Alexandro II. consecrata præsenti universo Sacro Cardinalium collegio, omnibus fere Italiæ principibus, quatuordecim archiepiscopis, quadraginta quatuor Episcopis, aliisque magnatibus, ut refert testis oculatus Leo Ostien. lib. 3. cap. 30. Chr. Cass. eum ne dum id, verum etiam quædam eo tempore dono prælato ferri in pluribus diœcesibus sit receptum. A cœnobio nostro nil prorsus repeti, sed imo omnes hospitalitatis, ac charitatis leges erga venientes hac de caussa exerceri, facileque eos excusari, qui honesto aliquo impedimento detineantur. Tribus aliis capitibus infra respondendum. Canonici tamen nedum hujusmodi decreto *Et interim servandum esse solitum*, non paruerunt, verum ne quidem illi Emi Castaldi emanatis die 9. Januarii, & 24. Martii 1677. nam in schedulis iis dari solitis, qui die S. Paschæ comunicant in ecclesia S. Germani hæc scripserant. *Communicatus die Paschatis in ecclesia cathedrali civitatis S. Germani &c.* & in aliis: *Communicatus in ecclesia Casini vulgo civitatis S. Germani &c.* pluraque innovarunt in Scripturis Abbati, & Vicario generali præsentatis, in tabella, qua recitandi divini officii hora præscribitur, in inscriptione novæ campanæ, aliisque in locis. Irrita hæc jussit esse Cardinalis Castaldus, atque mandatum de capiendo dedit die 30. Augusti 1677., cui mandato simile aliud edidit, die nona Maii anno 1678.

Jura nostra asserta.

Summa animorum contentione, atque eloquentia, voce scriptoque utrinque proposita rationum momenta, quæ ne tædium lectoribus ingeramus, satius omittenda esse credimus. Lucubrationem tantum hic dabimus eruditissimi Archiepiscopi Nucei, qua Cassinatium caussam tuetur pluribus argumentis, quibus etsi aliqua nos hic addere possemus, quod tamen in anterioribus seculis allata sint, irritus labor esset, & cura.

In caussa præeminentiarum inter ecclesiam & monachos Sacri monasterii Cassinensis, & ecclesiam, & canonicos S. Germani, quoniam res facti potius est, quam Juris, opere pretium fuerit ab historia lumen repetere, quam propterea brevissime proponam.

Casinum nobilis colonia Romanorum, civitas olim erat Episcopalis, ejusque episcopus Severus subscripsit concilio Lateranensi.

Quarto Christi sæculo postquam Magnus Constantinus imperii sedem, Roma relicta, Bisantium transtulit, Gothis Italiam invadentibus, Casini quoque civitas a Barbaris devastata fuit, adeout ex ampla civitate pusillum castrum evaserit, ideoque deinceps a scriptoribus non civitas, sed castrum Casini appellatum inveniatur.

Episcopo destituta, ejusque vigilantia, idololatriæ aditum aperuit.

Ad quam pestem inde eliminandam missus fuit a Deo immediate S. Pater Benedictus an. 529. ex doctrina divi Thomæ testis omni exceptione majoris depulsa idololatria populum illum, ac regionem titulo, & jure prædicationis, & apostolatus sibi Benedictus asseruit, at proinde nullus illuc episcopus a sede apostolica destinatus fuerit: sed regimen illius populi ipsi Benedicto cesserit, & successoribus ejus, & de his quidem nemo dubitat.

Mutata ergo ex tunc fuit forma regiminis illius diœcesis, ut ex episcopali transierit in Abbatialem, cujus mutationis multa in orbe christiano occurrunt exempla in Anglia, in Hibernia, in Germania, in Sicilia, in Italia, & prope Casinum in civitate Atini, qua cum prius regeretur ab episcopo, nunc regitur a simplici præposito, cujus ecclesia est ipsius cathedra, vel quasi cathedra. Genuina, & sincera hæc est rei Historia, quam promptum esset luculentissimis testimoniis comprobare, nisi agerem cum doctissimis patribus, quorum eruditioni exploratissima hæc esse non ambigo.

Ex quibus apparet impertinens esse quærere an sit cathedralis ecclesia Cassinensis, an vero ecclesia S. Germani. Neutra siquidem vere, ac proprie cathedralis nuncupari potest, cum neutra nunc habeat episcopum. Sed quod oportune, & ad rem quæri debet est hoc: Quænam in ea diœcesi modo sit ecclesia primaria, principalis, prætaria, mater, & magistra cæterarum, sive appelletur cathedralis, sive quasi cathedralis, sive quolibet alio titulo decoretur.

Porro quod non ecclesia S. Germani, sed ecclesia montis Casini unice sit principalis domina mater, & magistra reliquarum in tota diœcesi usque adeo evidens est, ut mirum videri queat, veritatem vera meridie clariorem in dubium vocari posse, nisi æquivocationibus res involvatur.

Ex innumeris argumentis, quæ manifeste huic veritati testimonium perhibent, pauca libaba. Paucis enim innotescit veritas.

I. Leo Cardinalis episcopus Ostiensis, quem Baronius appellat authorem integerrimæ fidei, loquens de ecclesia montis Casini lib. 3. chron. Cassin. cap. 26. non solum inquit in hac nostra principali ecclesia, verum etiam in omnibus ubique locorum nobis pertinentibus. Observanda est doctissimi Cardinalis loquendi castimonia, & proprietas, non cathedralem inquit, sed principalem. Hoc autem satis superque est ad nostrum intentum præeminentiarum.

II. Ab ecclesia montis Casini, non vero a S. Germani accipiunt chrisma, & alia sacra olea universa diœcesis parochia.

III. Ecclesia S. Germani, sicut & cætera, solvit quotannis censum, seu cathedraticum ecclesia Cassinensi, cujus dedicationis festum celebrat sub præcepto tota diœcesis die prima Octobris eodemque die

universus clerus S. Germani, & aliarum terrarum vocatus nominatim obedientiam per manus osculum præstat Abbati Cassinensi.

IV. Summus Pontifex nunquam scribit Abbati, & canonicis S. Germani sed semper Abbati, & conventui Monachorum, qui tamquam homogenea separari nequeans a suo capite.

V. De jure communi mortuo episcopo, canonici habent jus eligendi successorem, & interim constituendi Vicarium capitularem. Modo ostendant canonici seculares si unquam defuncto Abbate ipsi se intromiserint in electionem novi prælati? Ostendant si unquam elegerint Vicarium capitularem? Evidens quippe est authoritatem regendi devolutam fuisse ad capitulum Monachorum, a quibus electus semper fuit Abbas successor, Sedeque vacante, Papa scribere consuevit Priori, & conventui monasterii, non vero canonicis, & clero S. Germani. Indubitabile igitur est, canonicos S. Germani non esse canonicos cathedrales.

VI. Johannes XXII. erexit in cathedralem episcopalem ecclesiam montis Casini nulla habita nec ratione, nec mentione ecclesia S. Germani. Si autem hæc fuisset cathedralis, abrogari saltem debuisset a Pontifice, ne in unico diœcesis corpore duo essent capita. Ergo tam evidens erat ecclesiam S. Germani non esse cathedralem, ut non meruerit de ea vel mentio fieri.

VII. Idem Pontifex erigens in cathedralem Cassinensem monasterii ecclesiam, & monachos instituens in canonicos statuit, ut novus episcopus similem omnino jurisdictionem habeat, ac olim Abbas, & monachi canonici similem omnino, ac olim prædecessores eorum, & officiales monasterii; addita solum Abbati pontificia dignitate. Ergo cum postea Urbanus V., amota inde episcopa reduxit ecclesiam Cassinensem ad statum pristinum Abbatialem, restituit illam ad jurisdictionem similem episcopali, nam episcopus non habuit aliam, quam Abbatialem, & observare oportet, Urbanum non solum fuisse monachum Benedictinum, sed in Pontificatu retinuisse Abbatiam montis Casini, ut inde elucescat, reductionem ad statum Abbatialem factam a Pontifice fuisse ad favorem monasterii, non in detrimentum.

VIII. Ad capitulum cathedralis spectat de rebus ecclesiæ disponere, in concessionibus, in alienationibus, in electionibus. Ostendant ergo si possunt canonici seculares, an umquam ipsis licuerit in hujusmodi se immiscere? Certum quippe est, & usu tritum in omnibus capitularibus actibus solos monachos cum Abbate intervenisse, nulla penitus ratione habita canonicorum S. Germani.

IX. Ecclesia S. Germani de more recipit canonicos minores viginti duobus annis, ergo suo facto se fatetur non cathedralem.

X. Civitas S. Germani ædificata fuit an. 886. S. vero Benedictus regimen susceperat illius diœcesis ab an. 529. nunc quæro: ab anno 529. usque ad 886. ubi erat ecclesia principalis? non in civitate Casini, hæc enim solo æquata fuerat, & episcopo destituta. Non in civitate S. Germani, hæc enim tunc non erat in rerum natura. An ergo nullibi tunc erat Ecclesia Rectrix, ecclesia prætoria, & principalis? non ergo nullibi, sed ecclesia Cassinensis erat princeps, ecclesia & cæterarum domina, & magistra.

XI. Civitas S. Germani non fuit ædificata a Berthario Abbate, ut ad illam transferret populum Casini, sed ut muris circumdaret ad tuitionem amplissimum ducentorum monachorum monasterium S. Salvatoris existens, ubi nunc est civitas S. Germani remanente castro Casini cum suo populo, quamquam aliqui commigrassent ad S. Germanum. Ergo falsum est, S. Germanum substitutum fuisse loco Casini, quin potius castrum Casini permansit usque ad an. 1500., & eo ulterius. Atque hinc apparet falli eos, qui arbitrantur S. Germanum esse novum Casinum nisi larga, & impropria appellatione.

XII. Ecclesia S. Germani olim erat ecclesia Monachorum, & postea donata fuit clericis sub dominio Monachorum. Quis autem credat monachos donantes clericis propriam ecclesiam exuere se voluisse, imo etiam si voluissent, potuisse se expoliare jure canonicorum cathedralium, si ecclesia illa erat cathedralis.

XIII. Centenaria præscriptio fundat legitimum jus ad possidendum, & præscriptio duodecim seculorum non sufficiet ad non turbandam possessionem præeminentiarum ecclesiæ Cassinensis respectu ecclesiæ sancti Germani? Judicent æqui rerum æstimatores.

XIV. Imaginarium ergo est, & propria vanitatis blandimentum, quod canonici S. Germani asserunt cathedram translatam fuisse a Casino ad S. Germanum; qua enim authoritate id factum fuit? Imo nec fieri possibile erat, cum Casini nulla tunc esset cathedra amplius, S. Benedictus venit Casinum an. 529. civitas S. Germani ædificata fuit trecentum quinquaginta circiter annos post Benedictum, nunc rogo: Toto illo intervallo, ubi erat cathedra? quod supra ponderavimus, non ergo apud S. Germanum, sed apud monasterium montis Casini, ubi sedebat caput illius diœcesis, hoc est Abbas, & conventus monachorum, qui propterea semper agniti sunt ut Domini, magistri, & Rectores totius cleri Secularis etiam S. Germani, ipsique canonici Germanenses per publicum instrumentum hanc veritatem professi juridice fuerunt, ut in summariis exhibitis, ut mirabile videatur, tam evidentem veritatem tot fundamentis stabilitam, tam longinqua possessione firmatam in judicium postliminio revocari, & eos qui veniunt ex monasterii servis, & ancillis, suntque etiamnum angarii, & perangarii monachorum, qui civitate gaudent proprio monachorum ære condita, qui ecclesiam incolunt ipsis a monachorum liberalitate donatam, & præbendis ditatam, per ingrati animi vitium caput extollere, & Dominos suos in jus vocare, ut servis loco cedant, ac si Saturnalia semper essent.

Hæc tandem Decisio a Sac. Rota an. 1677. pro Cassinatibus prodiit.

Reverendissimo Domino Albergato Decano Montis Cassinen. Præeminentiarum.

Veneris 30. Aptilis 1677.

SUbortis inter Abbatem Cassinensem, & Capitulum S. Germani pluribus differentiis, eisque delatis ad Sac. Congregationem Episcoporum, & regularium, placuit Eminentissimis PP. exquirere super nonnullis earum votum hujus Sacri Tribunalis, proinde super singulis articulis singula dubia subscri-

psi,

psi, quorum unum respiciens cathedralitatem hodie dumtaxat proposui, & emanavit resolutio, constare de quasi cathedralitate ecclesiæ Montis Casini, non autem S. Germani.

Ecclesiam autem Cassinensem olim fuisse cathedralem, & successive quasi cathedralem ex antiquis monumentis multipliciter comprobatur. Nam civitas Casini præclaram Itinerum Urbem appellat Strab. lib. 5. de sit.orb. *& Romanorum Coloniam dicit* Liv. lib. 9. decad. prima, *& Cassinum pluries commemorant, & commendant* Plin. M. Varro, Sanctus Antonius, Sil.Italic.lib. 12. de bello Punic. *has enim Colonias, & civitates ab initio nascentis ecclesiæ erigi consuevisse in cathedrales, & episcopali dignitate decorari habetur ex textu in* Can. primo, & duob. seqq. 80. distinct. *ubi quod Patriarchas, Archiepiscopos, episcopos, & presbyteros juxta locorum qualitatem institui præcipit Princeps Apostolorum, ac Christi Vicarius Petrus, a quo veteres Cassinates christianam religionem fuisse edoctos, & Ecclesiam in cathedralem excitatam proprioq; pastori commendatam refert pro constante majorum traditione* Pater Ferdinand. Ughell. Abbas Cisterciensis in ejus Ital. tom. 2. in Append. Column. 1028. litt. B. *erat enim Apostolorum consuetudo præficiendi Episcopum unicuique civitati, in qua Evangelium prædicaverant, ut refert* Tertullian. de præscript. ad vers. hæretic. Cap. 20. *quem refert & sequitur in proposito* Rota decis. 1867. num. 35. coram Coccin.

Quod etiam ex temporum serie demonstratur, cum liqueat ecclesiam Cassinensem, priusquam illuc accederet divus Benedictus, habuisse proprium Episcopum, & signanter Severum, qui uti talis sub Felice III. Pontifice Maximo anno salutis 487. *cum finitimis Capuano, Aquinate, Fundano, aliisque Campaniæ Præsulibus Lateranensi Concilio interfuit, & se subscripsit, ut constat ex* tom. 2. Concil.fol. 420. *& testatur* Rot. coram Merlin. decis. 264. num. 11. & 12. & reassumit adden. ad Buratt. decis. 667. nu. 26. Ughell. ubi supra, *& de hoc Severo testatur Petrus Diaconus, qui ejus præclaras virtutes in unum collegit, & meminit* Leo Hostien. in Chronic.Cassinensi lib. 3. cap. 40. *verum paucis annis a Severi morte, cum Theodoricus Gothorum Rex Campaniam totam, ac etiam Cassinum devastasset, Almus Pater Monachorum gratia, & nomine Benedictus, e Sublacensi solitudine divino ductus Spiritu Cassinensis Ecclesiæ calamitosum statum commiseratus eo divertit, ubi prædicato Evangelio, ad quod a Deo illuc missum fuisse testatur Sanctus Gregorius Magnus* Dialog.lib. 2. cap. 8. & divus Thomas opusculo 19. & recenset Tamburin. de jure Abbatum disp. 3. quæst. 4. num. 2. & alii relati per Rot. d. decis. 264. n. 14. coram Merlin. & per adden. ad Buratt. ubi supra num.26. *veterem Diœcesim excolendam suscepit, Gothorum Idolatriam fugavit, & in cacumine Montis, ubi olim ædem Appollinis fuisse narratur, cænobium construxit, ibique tamquam in proprio domicilio cathedram sibi fixit Abbatialem, cujus ordinaria jura titulo divinæ missionis, prædicationis, & conversionis circumjacentis Populi acquisiverat, post cujus gloriosam obdormitionem Abbates Cassinenses licet non essent Episcopi, jura tamen Episcopalia, & omnimodam jurisdictionem per octingentos fere annos sedulo exercuerunt, donec anno* 1322. *Joannes Papa XXII. eandem Ecclesiam in Regularem Cathedralem erexit ordinem Episcopalem dumtaxat addendo Abbatibus in posterum canonicè eligendis, quod servatum extitit usque ad annum* 1367. *sub Urbano V. qui reservata Abbatibus jurisdictione Episcopalem Ordinem dumtaxat ademit, putans utilitati Monasterii sic magis fore consultum, ut refert illius diploma datum apud Montem Pessulanum* 2. *Kalen. Aprilis Pontificatus sui* 5. *registrat. apud Ughell. ubi proximè columna* 1031.

Præterea Ecclesia Montis Casini tam priscis, quam modernis temporibus habita, & nuncupata fuit cathedralis, ut apud Joannem Andr. in cap. cum contingat num. 4. vers. sunt tamen, ibique Anton. de Butr. num. 11. vers. fatetur de for.competen. Quarant. in Sum. Bullar. verb. Concilium provinciale sub num. 16. vers. suffraganturn, & habetur in Provincial. omn. Eccles. impress. post Rebuff. in prax. benefic. fol.mihi 696.verb. Archiepiscopus Capuanus, & apud Barbos. de potest. Episc. part.1. tit.1. cap. 7. fol. mihi 44. *ibi* -- Cassinensis Monte Casino, ubi quod Episcopus Cassinensis est Abbas S. Benedicti, *eisdemque verbis post* Corrad. in prax. dispens. fol. mihi 442. Francesc. de Eccles. Cathedr. cap. 35. Tamburin. ubi supra vers. primo, addentes ad Buratt. d. decis. 667. num. 26. Rot. in alleg. dec. 264. num. 9. coram Merlin. *unde Diœcesis semper fuit appellata Montis Casini, non autem S. Germani, & Abbas semper dictus fuit Cassinensis, eidemque uti tali littera Apostolica diriguntur, ut ponderat* R. P. D. Fagnanus in cap. cum certum num. 25. vers. & licet de maior. & obed. Rot. decis. 5. num. 5. par. 13. rec. & latissime in decis. 1567. num. 58. coram Coccin.

Ulterius deducitur quasi cathedralitas ex enunciativa Papæ Zaccharia primi, qui anno Christi 741. *Ecclesiam Cassinensem, adstantibus pluribus Archiepiscopis, & Episcopis dedicavit in honorem divi Benedicti asserens in ejus constit. impress. apud* Tambur. *ubi supra illam fuisse Ecclesiam S. Benedicti, ibique ejus Corpus requiescere, sepulcrum enim Episcopi in Ecclesia, qua prætenditur cathedralis est non leve adminiculum, & præsumptio, quod talis Ecclesia sit cathedralis, cum Episcopus in propria Sede, & juxta suam Sponsam ecclesiam tumulandus sit, quando in alio loco sepulturam non elegit*, Cardinalis in Clement. dudum §. hujusmodi de Sepulturis, Abbas in cap. Apostolicæ de donationibus, *& distinguit* Murga de Sepultur. tract. 8. disquisit.2. sect.1.dub. 9. conclus. prima num. 4.fol. 345. tom. 1. *& ratio est, quia inter ecclesiam, & episcopum spirituale Matrimonium contrahitur* Can. sicut Viri, & Can. Altari septima quæst. 1. *cujus conjugii vinculum exigit, ut neque post mortem separentur, ad tradita per* Abbatem in cap. de Uxore de Sepultura, *quem refert, & in puncto sequitur* Rota decis. 1867. num. 42. & 43. coram Coccin. Franc.de Eccles. Cathedr. cap. 17. num. 8. & 14.

Concurrit etiam antiqua, & continua residentia Abbatum apud ecclesiam Cassinensem, non autem apud illam S. Germani; Talis enim continua residentia pariter arguit cathedralitatem Rot. d. decis. 1867. num. 39. in fin. coram Coccin. & decis. 665. num. 29. coram Bich. & decis. 5. num. 6. par. 13. rec. *Nam Ecclesia cathedralis ea dicitur, in qua cathedra episcopalis, & Sedes episcopi sita est*, cap. Statutum de rescriptis in 6. cap. ne pro defectu de ele-

electionibus, Barbos. de Canon. & dignit. cap. 2. n. 4. Tondut. quæst. benefic. par. 2. cap. 2. §. 1. num. 4. *prout idem ostendis prohibitio facta Ecclesia S. Germani pulsandi Campanas in Sabatho Sanctioris hebdomada, antequam pulsata fuerint illa Montis Casini, hac enim prarogativa est signum cathedralitatis, cum hoc jus pulsandi Campanas ante omnes alias Ecclesias Diœcesis spectet ad cathedralem*, Francis. de Eccles. Cathedrali cap. 24. num. 179. Rot. coram Merlin. dec. 109. per tot. & decis. 198. num. 2. coram Dunoz. Sen. *& sapissime declarasse Sacram Congregationem Rituum refert* Barbos. in Collectanea Apostol. decis. 83. num. 3. & 4.

Comprobatur quoque quasi cathedralitas, tum quia Ecclesia Cassinensis exigit decimas etiam in Territorio S. Germani Rot. d. decis. 1867. nu. 56. vers. facultas, & decis. 640. num. 8. coram Bich. & decis. 177. num. 6. par. 6. rec. *& ad illarum solutionem fuisse Germanenses compulsos a Raymundo episcopo Cassinate refert* Ughell. ubi supra tom. 2. Ital. Sacr. in Append. columm. 1032. *ibi* Germanenses decimas persolvere detrectantes diris devovit Romam Pontificis diplomate lata in eos excommunicatione roborata; *Tum quia in ecclesia S. Germani simplices clerici minores 22. annorum canonicatus obtinent, quos obtinere non possent, si esset cathedralis, ubi canonici dictam atatem habere debent juxta praceptum Concilii Tridentini* sess. 24. cap. 12. Rot. decis. 205. num. 10. & 15. par. 10. rec. *tum etiam ex Sacramentorum administratione, qua fit omnibus ab Ecclesia Cassinen. ut deponunt testes examinati pro Abbate, qua administratio est argumentum cathedralitatis, ut ponderat* Rot. in sæpe alleg. decis. 1867. num. 56. vers. Sacramentorum, & d. decis. 177. num. 7. *& demum quasi cathedralitas, & majoritas ecclesia Cassinensis colligitur ex diuturna immemorabili obedientia prastita Ecclesia Cassinensi, & ex ipsamet confessione capituli, & canonicorum S. Germani, qui in Synodis se subscribunt de collegiata ecclesia, non autem de cathedrali; imò per instrumentum publicum anno 1275. capitulariter congregati in ipsa Ecclesia S. Maria recognoverunt Ecclesiam Cassinensem pro eorum Matre, & Domina*, Rot. d. decis. 5. num. 15. par. 13. rec. *de cujus instrumenti legalitate dubitari non valet, cùm extractum sit ab Archivio Cassinensi, cujus auctoritas, & legalitas quanta sit, ostendit* Rota coram Merlin. decis. 264. a num. 19. *& refert* adden. ad Buratt. d. decis. 667. n. 23.

His positis non subsistit, quod Casino veteri destructo cathedralis translata fuerit in Ecclesiam S. Germani, qua postmodum fuit adificata: quia prater quod hujusmodi migratio, & mutatio in facto non potest subsistere, dum divus Benedictus, ejusque successores cathedralem retinuerunt in Ecclesia Cassinensi, cessat motivum, ex quo licet devastatio civitatis facta ab hostibus sit una ex legitimis causis transferendi cathedralem, ex deductis in cap. 2. de relig. dom. & in cap. quia Monasterium eodem titulo, *& notat* Francis. de Eccles. Cathedr. cap. 7. nu. 23. *accedere tamen debet licentia, & auctoritas Papa, cui reservatum est Ecclesias transferre, & Diœceses assignare*, cap. 1. de translat. Episcopi, Rebuff. in prax. tit. de erect. in Cathedr. n. 1. & 5. Barbos. de potest. Episc. alleg. 68. n. 8. & 15. Antonell. de loc. legal. lib. 1. cap. 3. n. 15. Francis. de Eccles. Cathed. cap. 3. n. 2. & seqq. & n. 158. Rot. coram Bich. dec. 665. n. 8. Adden. ad Boratt. dec. 912. n. 11.

Nec è prasumptionibus, & conjecturis argui potest legitima translatio cathedralitatis in Ecclesiam S. Germani. Nam licet in Bulla Clementis III. de anno 1188. dicatur -- Archipresbytero Ecclesiæ S. Germani, & Clericis, *absque expressione alterius Sancti, tamen quia emanavit ad supplicationem ipsius Archipresbyteri, & clericorum, ibi* -- Vestris postulationibus clementer annuimus. *Propterea talis enunciativa ad instantiam partis supplicantis emissa non probat ad favorem enunciantis, ut de hujusmodi enunciativis late dictum fuit* in Romana Castri Orciani coram me in rec. dec. 161. par. 15. confirmata 15. Junii 1672. §. Bulla autem, & 24. Januarii 1676. §. minus urget coram R. P. D. Emerix, *& consequenter nihil prodest capitulo, quod de stylo curia sub nomine Ecclesia sine expressione Sancti intelligatur per antonomasiam de cathedrali, juxtà* glos. in cap. quamvis plenissima, verbo non extendit in fine de præben. in 6. Rot. dec. 232. num. 5. par. 3. divers. & dec. 995. n. 16. coram Dunoz. jun.

Similiter vis fieri nequit in instrumento quietantia facta de anno 1362. Benedicto de Plumarola conductori Rectoria S. Germani; imo retorquetur, dum illic frater Angelus, qui instrumentum quietantia stipulatus est, enunciatur Episcopus Cassinensis, non autem S. Germani, ibi -- Admodum Rev. in Christo Pater, & D. Fr. Angelus Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Cassinen. &c. *& hac enunciativa percutit tempus inter Pontificatum Joannis XXII. & Urbani V. quando monasterium fruebatur dignitate episcopali priusquam reduceretur ad abbatialem, & alia enunciativa postmodum per Abbates emissa non sunt habenda in consideratione, quando contingit particulariter dubitari de enunciato, & tanquam erronea, dum de contrario constat, non prajudicarunt, clare* Rota in toties allegata decis. 1867. nu. 75. coram Coccin. & in decis. 5. n. 12. par. 13. rec. *eo facilius cum non sint uniformes, dum in Synodo anni 1626. circa pracedentiam illa tribuitur dignitatibus ecclesia Cassinen. uti cathedralis, ibi* -- Exceptis Dignitatibus nostræ Cathedralis Ecclesiæ Cassinen.

Tandem celebratio Dedicationis ecclesia S. Germani, existentia fontis Baptismalis, & alia, qua adducebantur pro capitulo tanquam equivoca non possunt inferre quasi cathedralitatem, quam ex supra enumeratis esse penes ecclesiam Montis Casini Domini resolverunt.

Utraque &c.

Haud despondentes animo Canonici novam audientiam obtinuerunt, quare proposito dubio. *An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.* auditisque partibus RR. Auditores pronunciarunt anno 1678. recedendum a Decisis edita Decisione pro Capitulo Saugermanensi.

Contra quæ pugnant Canonici.

Iterum propositum est dubium apud Sac. Rotam: *An sit standum in primo, vel in 2. loco decisis in casu &c.* atque expensa pro cœnobio nostro rationum momenta a doctissimis advocatis Carolo de Comitibus, Petro Cerratano, Johanne Baptista Bottino, & Hippolytho Ursellio pluribus allegationibus in jure. Adversariorum advocati viri doctissimi Jo: Battista Arrighi, deindè auditor Innocentium XI. Pont. Max., & Raynutius de Baschis postmodum episcopus Senogalliensis, cujus mentio est tom. 11. Ital. Sac. in ejus episcopatus descriptio-

ne

ne col. 881. num. 60. procurator D. Clemens Micarus summæ diligentiæ jurisconsultus. Auditis partibus S. Rota Decisionem primam hac alia pro Casinatibus confirmavit.

Decisio Sacra Rota Romanà. Reverendissimo D. Albergato Decano Cassinen. Praeminentiarum.

Venetis 14. Aprilis 1679.

F*Uerat sub die 30. Aprilis 1677. responsum, constare de quasi cathedralitate ecclesia Montis Casini, non autem S. Germani, sed concessa nova audientia Germanensibus, fuit sub die 22. Aprilis 1678. pravio recessu a Decisis, capta resolutio ad illorum favorem; Quamobrem pugnantibus ad invicem Decisionibus, fuerunt amba ad trutinam hodie revocata, & pravaluit prima, utpote fulcita ex serie facti plenius in hac propositione deducta ab informantibus pro Abbate, & Monachis Cassinensibus, ideò in illa standum esse, recedentes ab ultimo loco decisis, Domini dixerunt.*

Nam Casinum civitas olim erat Episcopali dignitate decorata, qua paulo post Concilium Lateranense celebratum anno 487. Felice III. Summo Pontifice, cui interfuit, seque subscripsit Severus, tunc illius Ecclesia Episcopus eversa, & penitus solo aquata fuit a Gothis Italiam invadentibus; itam ex ampla Urbe, postea vix pusillum castrum evaserit, in quo iterum emersit Idolorum cultus, quem inde sua pradicatione antea fugaverat Princeps Apostolorum, qui illam in cathedralem erexerat, ut refert Ughell. in Ital. Sacr. tom. 2. in append. col. 1028. litt. B. *ad quam Idolatriam denuò eliminan. Divino Oraculo monitus Sanctus Abbas Benedictus anno Christi 529. ad Montem Cassinum se contulit, ut affirmat* D. Thomas Opusc. 19. Tambur. de Jur. Abbat. & alii in prima decisione *relati; suoque verbo, & exemplo Populum iterum ad catholicam fidem perduxit, & in vertice Montis Ecclesiam extruxit, in qua suam cathedralem Abbatialem fixit, juraque ordinaria titulo Apostolatus Divina Missionis acquisivit, ut alias de cathedrali fundata a Sancto Jacobo Apostolo relato* Tex. in cap. inter incorporalia *de* translat. Prælat. *notavit* Rot. decis. 1867. num. 23. coram Coccino; *Unde patet in hanc Monasterialem Ecclesiam translata fuisse omnia jura cathedralitatis antiqua civitatis, sive Diœcesis Casini, & in hujus locum omnino successisse auctoritate Divina, absque constitutione nova Diœcesis, dum semper una, ac eadem adfuit Diœcesis cum eisdem Populis, ut legitur in Bulla Joannis XXII. ibi*: Qui alterius Diœcesis non existunt, nec retrotractis temporibus extiterunt, *atque ita cum sola mutatione quoad regimen, & variatione, ut supra Ecclesia materialis, non autem formalis, qua semper fuit cathedralis, & episcopalis, ut ait* Rot. decis. 264. num. 14. cum seqq. coram Merlino.

Hinc etiam liquet, quod eversio antiqua Urbis Cassinatis accidit ante adventum S. P. Benedicti, nec illam stetisse ante illius adventum, nec post ejus gloriosum obdormitionem, & excidium, quod postea legitur accidisse, non fuit de Urbe Casini jam destructa, & non amplius ad priorem formam restituta, sed de Monasterio, quod apud ecclesiam a se adificatam D. Benedictus fundaverat, quod incensum, & devastatum prima vice fuit a Longobardis anno 589. qua de causa Monachi inde migrantes, Romam venerunt, Pelagio II. Summo Pontifice, & apud Lateranum habitarunt, donec anno 720. Petronax Monachus restauravit monasterium, quod successive Bertarius Abbas ad repellendum Saracenorum incursus firmo murorum ambitu conclusit, Turribus in modum Arcis excitatis, ac etiam alterum Monasterium sub invocatione Sanctissimi Salvatoris ad radices Montis munivit, & circa illud Urbem condidit, quod Monasterium necato ibi ipso Bertario, aliisque Monachis, anno 866. vel 884. ut nonnulli voluerunt, fuit a Saracenis destructum, ut pradicta narrant Chron. Cassinen. cap. 2. num. 480. & 739. Scip. Elog. Abb. 19. fol. 19. vers. hinc superius, *juncto* vers. Demum Saraceni, Baron. & Ludovic. de Aurel. in Epit. anno 716. & anno 884. Ycpes Chron. gener. S. Benedict. tom. primo anno 529. Luc. de Accher. act. Sanct. Ord. S. Benedict. tom. 1. sæcul. 1. fol. 76. §. 2. num. 36. & seq. & fol. 21. §. 3. nu. 47. & sæcul. 2. tom. 2. fol. 370. & in not. litt. A. & fol. 372. pariter litt. A. & in sæcul. 3. tom. primo num. 2. fol. 695. Sigon. de Regn. Ital. lib. 5. in Hist. anni 884. Ciaccon. in vita Gregorii tertii tom. 1. fol. 505. *propterea, dum S. Germanus non aderat de tempore destructionis facta a Longobardis, neque missionis Petronacis, cum fuerit adificatum a Bertario anno 720., ut probant pradicti Auctores, consequenter dici nequit in eum transivisse praeminentiam, & jura quasi Episcopalia, qua erant apud antiquam ecclesiam Cassinensem, cum non entis nulla sint qualitates, sed illa semper fuerunt apud Ecclesiam Cassinensem, & Abbatem* saltem habitu, *etiamsi ille propter infortunia, aut temporum calamitates ibi residere nequiverit*, Francis. de Eccles. Cathed. cap. 9. num. 24. Ugolin. de Episc. part. prima cap. 4. §. 14. sub num. 4. Gratian. discept. 291. num. 68. Rota coram Bich. dec. 640. num. 11. *aut saltem readificata Ecclesia jure postliminii reassumpsit*, Fagnan. in cap. cum ex iniuncto num. 10. de nov. oper. nunc., Francis. ubi supra cap. 32. num. 31. Gaill. observ. 61. lib. 2. num. 5. & seqq. Rot. dicta decis. 640. num. 11. coram Bichio, *nam alias per illa sacula, qua praecesserunt adificationem S. Germani, si cathedra, & praeminentia non fuisset apud Ecclesiam Cassinen., apud Sanctum Germanum certe adesse nequibat propter illius posteriorem adificationem, & sic ista ampla Diœcesis usque ad adificationem S. Germani viduasset, quod est prorsus inverisimile, prout non est in probatis pro parte Germanensium, quod post S. Germani constructionem, Primatus, & cathedra, aliaque jura quasi episcopalia in eum translata fuerint, cum non doceatur de hujusmodi translatione facta per Papam, cujus suprema potestati id est reservatum*, cap. 1. de translat. Episcop. Rebuff. in prax. tit. de erect. in Cathedr. nu. 1. & 5. Antonell. de loc. legal. lib. 1. cap. 3. num. 15. & alii in prima Decisione hujus causæ §. His positis.

Non obstat, quod in Bulla Zaccharia Primi Constit. 3. in ordine Bullar. Cassinen. tom. 1. *confirmantis ad favorem Ven. Monasterii Cassinensis, ibi*: Ecclesias, quas Sanctus Pater Benedictus construxerat una cum omnibus pertinentiis suis; Castrum Cassinum cum pertinentiis suis &c. *ex quo Germanenses inferebant Castrum Cassinum, tanquam quid diversum a monasterio sive hujus Ecclesia; siquidem*

castrum Cassinum, ubi locus magis late patens ipso materiali monasterio non implicat, quod huic fuerit confirmatum, seu donatum integrum castrum Cassinum cum pertinentiis suis, cujus ideo appellatione anthonomastice venire Monasterium ibi ædificatum probat Chron. Cassinen. cap. 4. num. 489. pag. 100. & cap. 5. n. 515. fol. 108. *& colligitur ex diplomatibus Apostolicis Benedicti VII. & VIII. ibi*: Religioso Abbati Sacratissimi Monasterii S. Benedicti confessoris Christi siti in Monte, qui vocatur castrum Casinum in Bullar. Cassinen. constit. 81. & 87. tom. 2. *Nec aliàs res se habere potest, attento Divino Oraculo visionis, sive missionis S. Benedicti*: Surge, & vade ad castrum Casini &c. quia castrum tibi tradam, & illic Sedes nominis tui in perpetuum erit, *quod ponderavit* Rota decis. 1867. num. 29. cum seqq. coram Coccino.

Nec talis status quasi cathedralitatis infixus, ut supra Ecclesiæ Monasteriali resolvi posse videtur ex eo, quia dum inde hanc in Cathedralem erexit Joannes XXII. & Urbanus V. ad Abbatialem iterum reduxit, videatur capitulum, & canonicos S. Germani recte arguere antecedenter cathedram fuisse in eorum Ecclesia, cum nova erectio Ecclesiæ Monasterialis in cathedralem in necessarium antecedens supponat, talem antea non fuisse; nedum, quia magis inverisimile est, Joannem XXII. voluisse erigere Ecclesiam Monasterialem in cathedralem, si actu talis fuisset Ecclesia S. Germani, absque eo quod de hac ullam mentionem fecisset, ut bene advertit Rot. decis. 380. num. 26. coram Bichio, *& attenta præsertim maxima implicantia, quod nempe eodem tempore, quo jam aderat una Ecclesia cathedralis, alia constituatur in eadem Diœcesi, ut admonent DD. cumulati* in 2. decis. hujus causæ sub §. ex prædictis, & Rot. decis. 490. nu. 5. coram Gregor. & decis. 353. n. 19. par. 5. rec.

At quia Ecclesia Monasterialis, sive hujus Abbas, jam habens jura quasi Episcopalia, & cathedralitatis cum propria territorio, non alias separato ex privilegio, sed constituente propriam, & veram Diœcesim nativam a sui origine, ut supra dictum est, & ait Rot. decis. 264. n. 14. cum seqq. coram Merlino, & in Capuana, seu Montis Cassinen. Parochialium 10. Martii 1679. §. Retento, & §. Nec exemptionem, vers. dum ipsa Cassinensis Ecclesia, *ut diximus a sui origine cathedralis non indigens privilegio* coram R. P. D. meo Bourlemont, *post gloriosam obdormitionem D. Benedicti, qui uti a Deo missus ad prædicandum, vere fuit Apostolus, & ita Episcopus, sicuti ex sententia Sancti Thomæ, Gregorii, & Baronii, probat Archiepiscopus Rossanen.* in Chron. vita Sancti Benedicti n. 131. cum seqq. *redarguendo quendam, qui ausus fuit hoc negare*; & Matthæus de Laureto pariter in Chronic. in vita S. Benedicti cap. 8. in annot. pag. 23. §. Ex quibus amplius, *ut ait* Rot. d. decis. 264. num. 14. coram Merlino, *usque tunc non fuit condecorata proprio Episcopo, sine quo Ecclesia, & si habeat jura Episcopalia, & cathedralitatis, adhuc improprie, non autem proprie dicitur Cathedralis, ut advertunt* Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 38. per tot. & Rot. decis. 353. num. 29. par. 5. recent. & decis. 349. num. 4. par. 12. recent. & in prima Decisione hujus Causæ §. Quoad etiam.

Et ita in hunc modum Ecclesia Monasterialis per Joannem XXII. erecta fuit in propriam Cathedralem, mediante præeminentia Ordinis Pontificalis, & Dignitatis episcopalis, ut expresse legitur in dicta Bulla, ibi: cum periculum esset tanto gregi fidelium in singulis casibus, qui sunt Pontificalis ordinis, & officii, ad alienos Episcopos, & interdum remotas non absque nullarum Animarum periculo habere recursum &c. necessarium fore censemus, ut dictum Monasterium &c. sublimetur honoris, & potioris Dignitatis eminentia sub Episcopalis appellatione nominis decoretur; *Non autem ex eo, quia ante careret juribus Episcopalibus, & cathedralitatis, quibus revera fruebatur, ut pariter clare legitur in eadem Bulla, ibi*: Decernimus insuper, ut in locis singulis insignibus, & non insignibus, tam sitis in terra, quæ Abbatia Cassinen. hactenus vulgariter nominabatur, quæ in spiritualibus, & temporalibus, quam etiam in locis vicinis Terræ prædictæ, quæ in spiritualibus tantum suberant memorato, quæque alterius Diœcesis hactenus non fuerunt, & personis eorum &c. idem Episcopus, sicut quondam Abbas, & capitulum &c. similem omnino jurisdictionem habeant, & exercere valeant, & eo plus præfato Episcopo in eisdem locis spiritualiter, & temporaliter, vel spiritualiter duntaxat, ut præmittitur ei subjectis vicinis Monasterio memorato, quæ hactenus alicui alteri Episcopo spiritualiter minime subjacebant competere debeat, quo in his, quæ sunt ordinis Pontificalis, & ministerium consecrationis de[illegible]erant.

Itaque veritas ad evidentiam comprobatur; Nam, & si Urbanus V. putans id magis expedire, abrogando solum titulum Episcopalem, inde eandem ecclesiam reduxerit ad pristinum statum Abbatialem, adhuc hæc remansit quasi cathedralis cum proprio Territorio, sive Diœcesi, in qua Abbates pro tempore exercuerunt jurisdictionem omnimodam, & quasi Episcopalem, indictionem concursus, convocationem Synodi, aliaque spectantia ad cathedrales, & Episcopos in eorum Diœcesibus, non per modum æquiparationis, sed verè, & proprie, ut praclare affirmat Rota in dicta Capuana, seu Montis Cassinen. Parochialium 10. Martii 1679. §. Retento coram R. P. D. meo Bourlemont, & ante decis. 264. n. 15. cum seq. coram Merlino, *ubi præcise ait, Urbanum V. ademisse solum episcopalem ordinem, firmis in reliquis remanentibus juribus Episcopalibus.*

His igitur stantibus, non desunt alia plura plenè per informantes pro monasterio adducta, quæ ostendunt Primatum, vel quasi cathedralitatem Ecclesiæ Montis Casini, non verò S. Germani, & signanter, quia, ut in prima Decisione dicitur, ista semper cathedralis consuevit appellari, & illius Abbas nuncupari Casinen. talis enim solita, & antiqua denominatio, indicat superioritatem, tum quia consuetudini vetustæ in his præeminentiis decernendis jura valde deferunt, ut dixerunt Bald. in cap. cum olim n. 1. de consuetud. *& alii relati* in Burgen. Præeminentiarum 16. Martii 1671. §. Attenta potissimum coram R. P. D. meo Rondinino, confirmata prima Julii 1676. & 8. Februarii 1677. coram R. P. D. meo Bourlemont; *tum etiam quia denominatio regulariter fit, & sumitur a digniori, ut arguit* Gratian. discept. 893. num. 32. *in illa fixa, & immobilis reperitur marmorea cathedra, a qua Ecclesia nomen cathedralis desumere, & esse signum cathedra-*

dralitatis, tradunt Parif. de confid. quæft. 15. num. 3. & 4. Tondut. quæft. benef. par. 2. cap. 2. §. . . . . n. 4. Rot. dec. 865. n. 1. coram Manzanedo, Reverendiffimus de Luc. de præmin. difcurf. 2. num. 8. *illi folvuntur decimæ a Germanenfibus, ipfa vigore antiqua conftitutionis Synodalis pulfat campanas ante omnes alias Ecclefias in die Sabbathi Sancti, ibi quiefcit Sanctus Pater Benedictus, appellatur Ecclefia principalis a Leone Cardinali Oftienfi: Pro Matre, & Domina fuit formiter recognita anno* 1275. *ab Archipresbytero, & clericis Sancti Germani, unde defumitur iftius fubiectio, & illius fuperioritas,* gloff. in Clement. 1. verb. Matricibus de privil. Ciarlin. controv. 204. num. 11. Bellett. difquif. Cleric. par. 1. §. 3. num. 45. Rot. decif. 353. num. 3. & 4. par. 5. recentior. Lezzana in fua Column. Immob. de cathedral. Ecclef. Sanctæ Mariæ de Pilari cap. 3. num. 225. imprefs. inter ejus Oper. Moral. tom. 4. fol. 426. juxta noviff. impreff. Lugdunen. Reverendiff. de Luca de præeminent. difc. 4. num. 18. *& dixit* Rota in dicta Burgen. Præeminentiarum 7. Februarii 1677. §. Unde recte, *& concurrunt alia, de quibus in dicta prima decifione: quibus accedunt nonnulla alia figna hodie pro Abbate deducta, idipfum fuadentia, nempe quædam confirmatio de anno 1197. conceffa a Cœleftino III. qui confirmavit quandam concordiam initam inter Epifcopum Theanen. & Abbatem, & pluries in dicta confirmatione enunciatur, & appellatur Ecclefia Caffinenfis, pro qua nonnifi de ea in fummitate Montis ædificata fuadet fubiecta materia intellexiffe, dum agebatur de fpectantibus ad illam jure Diœcefano; & non minoris ponderis eft etiam declaratio emiffa in dicto inftrumento recognitionis de anno 1275. nimirum, quod vacante dignitate Archipresbyterali Ecclefia S. Germani pro electione facienda, peti deberet licentia ab Abbate, & electione fequuta, Electus pravio juramento fidelitatis, & obedientia confirmationem ab ipfo Abbate impetrare deberet; Unde Abbatis, & ejus Ecclefia fuperioritas, & praeminentia concluditur,* ad Text. in cap. cum inferior de majorit. & obed.

Ulterius Ecclefia Montis Cafini exigit cathedraticum ab illa S. Germani, qua folutio fubiectionem in folvente defignat, Barbof. de Canon. cap. 2. num. 7. Rot. coram Bich. dec. 336. n. 8. & coram Eminentiff. Otthobono decif. 179. num. 18. & 223. num. 17. *Accedit etiam Decretum Synodale anni* 1537. *pracipiens quolibet anno in univerfa Diœcefi fieri commemorationem S. Benedicti, & Scholaftica; unde Superioritas deducens ad quafi Cathedralitatem defumitur ex deductis* in prima decifione §. Comprobatur; *& pariter clerus quotannis accedit in ipfa die Dedicationis ad Ecclefiam Monafterialem pro Fefto celebrando, & obedientia praftanda Abbati, quod Feftum celebratur a cunctis Ecclefiis Diœcefis, quod eft argumentum cathedralitatis,* Barbof. de Canon. cap. 2. num. 7. Lezzan. d. cap. 3. num. 262. & cap. 4. num. 296. Rota decif. 553. num. 73. par. 5. recent. & decif. 640. num. 7. & decif. 665. num. 29. coram Bichio, *cum ultra propria Ecclefia Dedicationem, debeat quoque celebrari Dedicatio Ecclefia cathedralis, ut relato Decreto Sacra Congregationis Rituum fub die 2. Maii 1619. tradit* Gavant. in Thefaur. Sac. Rit. to. 2. fect. 8. cap. 5. num. 2.

Demum apud eandem Ecclefiam confervatur celebre Archivium, de quo pluries meminit Rota, *& fignanter* coram Merlin. decif. 264. num. 28. *ubi quod uti publicum, & infigne, fuit a Summis Pontificibus in magna exiftimatione habitum, & pro figno cathedralitatis recenfet* Dunoz. Jun. decif. 995. num. 10. *& ab ea recipit Ecclefia Germanenfis Sanctum Oleum, quod effe fignum cathedralitatis tradit* Barbof. Apoft. decif. 535. num. 9. *Monachi in functionibus femper pracedentiam habuerunt a Canonicis S. Germani, unde refultat praeminentia, & Superioritas, ut late ponderat* Lezzan. ubi fupra cap. 3. num. 252. & feq. Rota decif. 353. par. 5. & decif. 177. num. 7. par. 6. recent. & in dicta Burgen. Præeminentiarum §. In ea autem parte coram R. P. D. meo Rondinino; *& cum hodie non controvertatur quafi cathedralitas, fed dumtaxat difceptetur, an, & cui Ecclefia talis praeminentia competat, fufficiunt ad hunc effectum etiam adminicula,* Barbof. de Canon. cap. 2. num. 7. *concurrente potiffimum ad favorem Abbatis longava obfervantia ufque in prafens, qua omnem dubietatem declarat, ut notat* Barbof. de Canon. d. cap. 2. num. 7. verf. ad effectum, *& late firmatum fuit in allegatis* decifionibus Burgen. Præeminentiarum coram RR. PP. DD. meis Bourlemont, & Rondinino.

Non obftat, quod in Ecclefia S. Germani inchoentur, & terminentur Proceffiones, ibique etiam adfit thronus Epifcopalis, quia hic non eft fixus, fed ligneus, & amovibilis appofitus ad explendas functiones per Abbatem in ifta Ecclefia ratione commoditatis Populi, ne fatigetur itinere pro accedendo ad Ecclefiam Montis, qua de caufa, etiam Proceffiones ibi fiunt: Unde nulla ex pradictis oritur quafi cathedralitas, & praeminentia, qua nec minus defumitur ex retentione Olei Sancti, & Fontis Baptifmalis, quia pradicta potius indicant Parochialitatem, cum ille debeat effe in Ecclefia habente curam Animarum, Fufc. de Vifit. lib. 1. cap. 7. num. 16. Maya obfer. 10. num. 146. & feqq. *vel ad fummum funt figna cujufdam Matricitatis, feu praeminentia, refpectu aliarum Ecclefiarum loci,* Franch. de Ecclef. Cathedr. cap. 15. num. 167. & feqq.

Pariter non fuffragatur, quod Ecclefia S. Germani fuerit aliquando enunciata cathedralis, & tributum huic loco nomen civitatis, quia refpectu ad nomen civitatis, apparet fuiffe etiam hunc locum nominatum Terram, Oppidum, Caftrum, ut in Summario Abbatis num. 25. *refpectu vero ad enunciativam cathedralitatis, fuit æquivocum enunciantium, dum apparet, quod etiam Ecclefias rurales appellarunt cathedrales, ut in eodem* Summario num. 22. *& in omnem eventum tales enunciativa non funt attendenda, dum quaftio principalis hodie vertitur fuper enunciato,* Rot. decif. 603. num. 8. coram Dunoz. Jun. & decif. 17. num. 5. coram Zarate, *& advertit* Rota in dicta Burgen. Præeminentiarum 8. Februarii 1677. §. Hanc autem, coram R. P. D. meo Bourlemont.

Poftremo non fubfiftit, quod Electus novus Abbas Caffinenfis poffeffionem adipifcatur fua Dignitatis in Ecclefia S. Germani, quia eidem proficifcenti ad fuam Ecclefiam Montis, primo occurrit Ecclefia S. Germani, quam vifitat, & ibi recipit ad obedientiam clerum illius, ut advertit Rot. decif. 5. num. 27. par. 13. recent. *& celebratio Dedicationis Ecclefia S. Germani, cum non fiat per totam Diœcefim, fed folum in illa, non importat cathedralitatem, cum* qua-

quacumque Ecclesia annuatim recolat diem sua Dedicationis, itaut talis dies dicatur ejus natalis, ut ex S. Leone Serm. de Machab. *tradit* Gavant. in Thesaur. Sacr. Rit. tom. 2. sect. 8. cap. 5. num. 2.

Et ita ex pradictis, & aliis in prima decisione recensitis, stetit Rota in primo loco decisis, utraque Parte informante.

Canonici nihilo fracti, novam Audientiam petivere obtentaque ob rei gravitatem, quodque haud amplius appellare liceret, tandem Deo auspice duodecim Sac. Rotæ Auditores primam, ac tertiam Decisionem confirmarunt an. 1681. pronunciaruntque: *Constare de quasi Cathedralitate Ecclesia montis Casini, non autem S. Germani, ex rationibus deductis, &c.* ut fusius aurea hac, & ad literam a Cassinatibus ediscenda Decisione constat.

Ex tertia Decisione.

Reverendissimo D. Albergato Decano Montis Cassinen. Praheminentiarum.

Lunæ 27. Januarii 1681.

In prima decisione hujus causa edita coram me die 30. Aprilis 1677. resolutum fuit constare de quasi cathedralitate Ecclesia Montis Casini, non autem S. Germani. In secunda vero, qua emanavit 28. Aprilis 1678. recessum fuit; Ideoque sub die 14. ejusdem mensis anni tamen 1679. collatis ad invicem rationibus utriusque resolutionis inventa fuerunt majoris ponderis deducta in prima, & ideo ad illam DD. redierunt, & hodie disputato dubio in quo loco decisis esset persistendum, in primo, & tertio responsum fuit.

Quasi cathedralitas Ecclesia Montis Casini satis resultat ex facto historico accessus S. P. Benedicti, qui post destructionem antiqua Urbis Cassinen. pracedenter in Episcopatum erecta, & ab Idolorum macula expurgata per Principem Apostolorum, & a Theodorico Gothorum Rege paucis annis a Severi ejus Episcopi morte solo aquata, ut notat Ughel. Ital. Sacr. tom. 2. in append. fol. 1027. litt. B. *circa mediam illuc a Deo missus fuit, ut a sordibus Idololatria, qua denuo irrepserat, expiaret Populum, quo sua pradicatione ad viam veritatis revocato Ecclesiam in cacumine Montis adificavit, ubi etiam cathedram fixit Abbatialem, ut plene narratur in binis decisionibus, qua in favorem Abbatis prodierunt.*

Nec subsistit, quod excidium antiqua civitatis Casini acciderit post adventum divi Benedicti, quia illud, quod asserebatur a Germanensibus non fuit de urbe jam pracedenter destructa, sed de monasterio a divo Benedicto adificato, a quo proinde Monachi recesserunt, & ad urbem accedentes habitarunt apud Lateranum, usquequo Petronax Monachus instauravit monasterium, quod munivit Bertarius Abbas, & alterum successive adificavit ad radices montis sub invocatione sanctissimi Salvatoris hodie conversum in collegiatam Ecclesiam de qua agitur, ut in Sum. Abbatis dato 14. Aprilis 1679. num 12. & 17. *ubi pluries dicitur--* Io Chierico &c. ho ricevuto in monte Casino li Sagramentali per la chiesa matrice di S. Salvadore della città di S. Germano, *& circa illud ipse Bertarius civitatem extraxit, ut narratur in* Chron. Cassinen. cap. 2. num. 480. & in præterita decis. §. Hinc etiam.

Quamobrem cum S. Germanus ispote a Bertario adificatus non adesset de tempore S. Patris Benedicti, multo minus adesse poterat ante illius adventum, & consequenter dici nequit, quod in ipsam transiverint jura antiqua civitatis Casini, sed pracedenter acquisita fuerunt Ecclesia monasteriali a qua Germanenses pratendentes, fuisse avulsa, & sibi tradita plene, & concludenter probare debent tanquam fundamentum propria intentionis.

Nec quicquam facit, quod summus Pontifex Joannes XXII. Ecclesiam Abbatialem erexit in cathedralem, & deinde Urbanus V. eamdem ad pristinum statum Abbatialem reduxerit, unde informantes pro Germanensibus inferebant ante erectionem, & post reductionem cathedralitatem fuisse in eorum Ecclesia, quia cum Ecclesia monasterialis continuaret in suo primavo statu, habendo propriam diœcesim, mutata dumtaxat prarogativa Episcopali in Abbatialem summus ille Pontifex dignitatem Episcopalem restituendo providere voluit necessitati, & utilitati Populorum circa ea, qua ordinis sunt, ac ab aliis illa mendicarent, ut colligitur ex verbis ipsius Bulla registrata per Ughel. *ubi supra --* sane considerantes &c. Quod tam Dominicus populus, quem fecundavit Altissimus in Terra Monasterii Cassinensis, quam fideles alii in certis locis aliis dictæ Terræ contiguis, & vicinis eidem monasterio spirituali jurisdictioni subiecti, qui alterius diœcesis non existunt, nec retroactis temporibus extiterunt Episcopalis sollicitudinis curam, & diligentiam exigebant, cum periculum esset tanto gregi fidelium in singulis casibus, qui sunt Pontificalis Ordinis, & officii ad alienos Episcopos, & interdum remotos, non absque multarum animarum periculo habere recursum -- *Et admittit* Rot. decis. 264. num. 16. coram Merlin. Adden. ad Buratt. decis. 667. num. 26. Tamburin. de jur. Abbat. tom. 2. disp. 3. qu. 4. num. 2. *Accedente potissimum, quod Papa nullam mentionem fecit Ecclesia S. Germani, qua si fuisset cathedralis, illi procedens ex certa scientia innotuisset, ne alias dicatur voluisse duplicem cathedralem esse in unica diœcesi contra regulam* text. in c. quoniam de offic. ord. Rot. decis. 39. nu. 1. & 12. par. 15. & decis. 90. num. 5. par. 16. recen.

Non obstat, quod Urbanus V. postea Ecclesiam reduxerit ad primavam statum Abbatialem, quia solum abstulit dignitatem Episcopalem, quam Joannes dederat, nihil in cateris immutando Merlin. decis. 264. num. 17. Adden. ad Buratt. decis. 667. num. 26. Tambur. de jur. Abbat. disp. 3. qu. 4. nu. 2. *& est de natura reintegrationis reponere in statu, in quo quis antea reperiebatur, ut in proximis terminis* Gratian. discept. 845. a num. 15. Dunoz. jun. decis. 830. num. 26. *& cum hodie non agatur de vera cathedralitate, qua proprio, & vero Episcopo convenit, sed dumtaxat de quasi cathedralitate, & praheminentia adversus Ecclesiam S. Germani, non repugnat, quod Ecclesia montis Casini ante Joannem XXII. & post Urbanum V. permanserit in illo statu quasi cathedralitatis, qua congruit Abbatibus jura quasi Episcopalia habentibus, qualis est Abbas montis Casini.*

Minus relevat ad arguendam subiectionem, exemptio concessa per Papam Zaccariam, quia per eam monasterium non fuit exemptum a jurisdictione Episcoporum quasi, quod antea esset subiectum jurisdictioni

ctioni alicujus ordinarii vicinioris, quia hujusmodi privilegium exemptivum non fuit ad liberandum a jurisdictione diœcesana aliorum Episcoporum, quia ut exprimitur in d. Bulla Joannis XXII. ibi – Alterius diœcesis non existunt, nec retroactis temporibus extiterunt, *nec ad tollendam jurisdictionem quasi Episcopalem Abbatis, & monasterii, sed ad illam ampliandam, ut patet ex contextu plura privilegia concedente, unde non debet in ejus odium modo retorqueri ex regula* text. in l. quod favorem ff. de reg. jur.

Caterum quasi cathedralitatem, & praeminentiam iterum DD. eliciebant, tum ex divino oraculo, quo mittitur S. Benedictus a castro Casini, ut ad rem advertit Coccin. decis. 1867. nu. 29. *Tum ex signis illam indicantibus, nam ibi fixus est marmoreus thronus, ibique, & per totam diœcesim celebratur festum Dedicationis, Abbas denominatus Cassinen. ab ea tamquam a digniori pulsantur campana ante omnes alias in die Sabbati Sancti, appellatur Ecclesia principalis a Cardinali Hostien., cathedralis a* Joanni Andr. in cap. cum contingat de for. compet. & ibid. a Butr. num. 11. *& ab aliis relatis per* Adden. ad Buratt. *ubi supra, Clerus S. Germani in die dedicationis ad illam accedit, & obedientiam praestat Abbati, pracedentiam recipiunt Monachi a Canonicis S. Germani, & alia plura suadentia majoritatem, & primatum concurrunt de quibus plene in prateritis Decisionibus absque eo, quod relevet aliquando, Ecclesiam S. Germani fuisse, & ipsam nuncupatam cathedralem, quia has enunciativas fuisse erroneas probat* decisio edita 14. Aprilis 1679. §. Pariter.

Pradictis additur, quod ultra solemnem dedicationem hujus Ecclesia montis Casini factam a Papa Zaccaria, ut juxta decisionem §. ulterius, *illuc etiam accessit ad ipsam diem dedicationis celebrandam Alexander Secundus cum decem Archiepiscopis, & 44. Episcopis, & Clero S. R. E. consueverunt Summi Pontifices curam habere illius restaurationis ut fecit Urbanus V. qui eam tunc Episcopo vacantem ad manus suas pro eadem restauratione recepit posteaque monasterio, atque Abbatiali Dignitati restituit, in qua restitutione valde conferunt illa verba ejusdem Pontificis* – Cassinensis Ecclesia ordinis S. Benedicti, *sicque Monasterialis, & Regularis, illa enim S. Germani est facularis. Reperitur praterea immediate subiecta S. Sedi Apostolica, unde subiecta esse non potest Ecclesia S. Germani* Rot. decis. 260. num. 19. par. 13. rec. *Cœlestinus Tertius in approbatione concordia inter Abbatem, & Episcopum Theanen., nominando per tres vices Ecclesiam Cassinensem, judicavit Monasterialem, nedum ex subiecta materia, ut advertitur in decisione pracedenti* §. his igitur, *sed pracipue declarando, quod ex Ecclesiis, quas Abbas dabat eidem Episcopo, nullus census reddi deberet d. Ecclesia Cassinensi, sive alicui cellularum ipsius Monasterii Cassinen. capitulum Sancti Germani per instrumentum acceptatum in publica Synodo fassum fuit, quod Ecclesia, & capitulum S. Germani pleno jure subest, tam in spiritualibus, quam in temporalibus eidem Abbati, & Monasterio Cassinen., & recognoverunt Cassinen. Ecclesiam Matrem, & Dominam eorumdem, ut similiter refertur in eadem decisione* sub dicto §. his igitur. *Ex Bulla d. Zaccaria, ac aliorum Pontificum successorum usque ad unionem Monasterii congregationi Cassinen. Abbas eligebatur a Monacis, & capitulo ipsius Monasterii, ideoque illa Ecclesia est Cathedralis ejusdem Abbatis, ubi ejus capitulum eligit* C. qui propter 42. & cap. in Genesi 55. de elect. *Illa S. Germani recepit quot annis Oleum Sanctum a pradicta Monasteriali, cui etiam censum, & cathedraticum solvit, quod est signum subiectionis, & respective superioritatis* Bich. decis. 336. num. 8. Eminentissimus Otthob. decis. 179. num. 18. & 273. num. 17. *Monachi in constitutione Alexandri Tertii designantur capitulum Abbatis. In Bullis Apostolicis jurisdictio tribuitur, vel Monasterio simpliciter, vel Abbati, & Monasterio, ut in illa dicti Joannis XXII., in alia Urbani V. & cateris omissis illa Pauli V. & in altera Urbani VIII. Monasterium insuper ex concessione Sixti V. habet Seminarium, non vero Ecclesia S. Germani, ab eoque sicuti ab aliis cathedralibus Regni, Fridericus Imperator exegit quoddam subsidium, prout pariter advertitur in antedicta decisione* d. §. his igitur cum duobus seqq.

Nec suffragantur signa a Germanen. repetita ad ostenden. majoritatem sua Ecclesia, nam Processiones, qua ibi fiunt in solemnitate Corporis Christi, & Rogationum, existentia fontis baptismalis, asservatio Olei Sancti potius sunt signa Parochialitatis, quam cathedralitatis, cum competant etiam Parochialibus Fusc. de Visit. lib. 1. cap. 7. num. 16. Maya obser. 10. num. 146. & sequ. *& ligneus Thronus ibidem collocatus ad exercen. functiones, quas in eadem Ecclesia aliquando exercere consuevit Abbas non infert quasi Cathedralitatem ejusdem Ecclesia cum ibi functiones exerceantur, & processiones fiant ob majorem Populi commoditatem, ne itinere fatigetur, accedendo ad Ecclesiam Montis longe distantem a Sancto Germano, & ad summum pradicta probarent superioritatem Ecclesia Sancti Germani, tamquam matricis respectu Ecclesiarum ejusdem civitatis*, Franc. de Eccles. Cathedr. cap. 15. num. 167. & sequen.

Et ita absque repetitione aliorum, quibus praterita decisiones satisfecerunt Rota in hac propositione, votantibus omnibus DD. stetit in primo, & tertio decis utraque Parte informante.

Rota est in voto constare de quasi Cathedralitate Ecclesia Montis Casini non autem Sancti Germani ex rationibus deductis in suprascriptis decisionibus ad quas &c.

A. Albergatus S. R. Decanus.

Allato Sac. Rotæ voto in Sac. Congregatione hæc pronunciavit mense Novembris 1681. *Ecclesiam collegiatam S. Germani subditam esse ecclesia Abbatiali montis Casini*, ut hoc decreto constat, quod bulla sua ratum habuit Innocentius XI. Pont. Max.

Cujus votum ratū habuit Sac. Congregatio.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam. Alias in causa jurisdictionis, qua inter dilectos Filios Abbatem, & Monachos monasterii montis Casini Ordinis S. Benedicti ex una, & dilectos etiam filios capitulum, & Canonicos collegiata ecclesia S. Germani ex altera partibus, pendebat indecisa, emanavit a congregatione venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praposita, & decretum tenoris qui sequitur, vid. in causa montis Casini, jurisdictionis,

ver-

vertente inte Prēm Abbatem, & Monachos montis Casini ex una, & capitulum, & Canonicos collegiata S. Germani partibus ex altera, de, & super dubiis, & controversiis per hanc sacram congregationem Eñorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus episcoporum, & Regularium præpositam, partibus hinc inde in facto, & in jure informantibus, sub die 12. Martii 1676. referente Eño Castaldo, remisit ad Sacrum Auditorium Rotæ pro ejus voto, eadem Sac. congregatio, visis tribus decisionibus per Sac. Rotam utraque parte informante coram R. P. D. Albergata editis sub diebus 30. Aprilis 1677. 14. Aprilis 1679., & 27. Januarii 1681., visoque ejusdem Sac. Rotæ voto registrato in calce ultimæ decisionis emanata, omnibus Auditoribus votantibus, reque mature discussa, necnon pluries citato, & intimato procuratore capituli, & canonicorum S. Germani, referente eño Casanate in locum eñi Castaldi absentis subrogato, censuit, & declaravit ecclesiam collegiatam S. Germani esse subjectam ecclesiæ Abbatiali montis Casini, eidemque ecclesiæ S. Germani, illiusque capitulo, & canonicis super præmissis dubiis, & controversiis, imponendum fore, & esse perpetuum silentium, prout præsentis decreti vigore imponit. Romæ 14. Novembris 1681. G. Cardinalis Carpineus. Locus † Sigilli impressi. B. Panciaticus Secretarius -- Cum autem sicut dilectus Filius procurator generalis congregationis Casinensis dicti Ordinis nobis nuper exponi fecit ipse decretum hujusmodi quo firmius subsistat, apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri plurimum desideret. Nos ipsius procuratoris generalis votis hac in re quantum cum domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ congregationis Cardinalium, decernentes easdem præsentes literas semper firmas validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum palatii apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam majorem sub annulo Piscatoris die 22. Martii 1687. Pontificatus nostri anno XI. J. G. Cardinalis Slusius loco † sigilli.

Canonici ad expensas damnati.

Condemnati deinde fuere Canonici ad solvendas expensas ob agitatam injuste litem, ut mandato executivo liquet emanato a Cardinali de Carpineo Sac. Congregatioois Præfecto sub diebus 23. Martii, & 25. Maii 1683.

Hinc expensæ solutæ a Canonico D. Benedicto Lanno bonorum per id temporis communiom capituli vulgo Decaniæ, locatore, jussu dignitatum, canonicorum, & semicanonicorum ecclesiæ collegiatæ, ot constat ex libris rationum cœnobii nostri dictis *Maestri*, & Diariis p. 3. & 37. atque in publicis tabulis die 21. Decembris an. 1700. id jurejurando fassi sunt D. Joannes Maria Suardus Primicerius, & D. D. Benedictus Lanno, & Joseph Piaretta canonici. Illud quoque laudandum universum S. Germani capitulum in inventario an. 1696. die 27. Junii diligentissime facto, præheminentiarom omnium ecclesiæ suæ, jurium, rationum, obligationum recitandi divinum Officium, missarumque, bonorum mobiliom, stabilium, censoum &c. hæc de ecclesiæ nostræ, Monachorumque Cassinensium præheminentiis fateri penes acta notarii Michaelis Pollastrella Sangermanensis. *Die vigesima septima Mensis Junii millesimo sexcentesimo nonagesimo sexto in civitate sancti Germani &c. In mei, testiumque infrascriptorum, & judicis præsentia, præsentes, & personaliter constituti R. R. D. D. Emanuel Galassus ætatis suæ annorum quadraginta quinque incirca qm. magnifici Josephi filius in utroque jure doctor insignis collegiatæ ecclesiæ S. Germani civitatis ejusdem nominis archipresbyter, Livius Ranaldus quondam Bernardini filius V. J. D. ætatis suæ annorum triginta sex incirca, archidiaconus, Johannes Maria Suardus qm. Francisci filius ætatis suæ annorum L I I. incirca primicerius, Johannes Aloysius Roscius qm. Hieronymi filius ætatis suæ annorum L X. incirca primicerius, Cæsar Antonius Martucius qm. Dominici filius ætatis suæ annorum L X X. incirca canonicus &c.*

Præfati reverendi domini Archipresbyter, Archidiaconus, utrique Primicerii, Canonici, cæterique Semicanonici supranominati asserverunt coram nobis &c. in hunc vulgarem sermonem loquendo pro majori facti intelligentia &c. hanno asserito, e dichiarato con giuramento tacto &c. che la sudetta chiesa insigne collegiata di S. Germano anticamente sotto il titolo di S. Salvatore, al presente tempo sotto il titolo di S. Germano &c. fu edificata da Gisulfo Abbate del Sacro Monastero di montecassino circa l'anno 798. la deputò per chiesa di molti monaci di monte Casino, quali avevano unito a detta chiesa un monastero, nel quale vi abbitava una gran quantità di detti monaci. Vi fe ponere in detta chiesa il sudetto Abbate Gisulfo colonne ventiquattro, cioè la mità da una parte, la mità da un' altra parte con le loro basi. Dette colonne sono le medesime, che si vedono oggidì &c. Il suo pavimento lo fe fare di diversi marmi di opera, che la chiamavano Quadrataria, e detto pavimento si vede anco adesso. La lunghezza di detta chiesa la fece di cubiti 82., che adesso sono palmi 165. &c. la fe coprire di tavole di cipresso con travi, e tegole, come al presente si vede, la dedicò in onore del Santissimo Salvatore nostro, l'altare del quale pose a mano destra di detta chiesa, alla destra del quale fe eriggere un altare in onore del Patriarca S. Benedetto, e nella sinistra ne fe eriggere un altro in onore di S. Martino &c. la sudetta chiesa in progresso di tempo fu conceduta dall' Abbate del Sacro monastero di montecassino alli RR. Preti &c. Un Arciprete quale è la prima dignità, e si provede sempre dal sommo Pontefice &c. le sudette tre dignità si

prove-

provedono, cioè l' Archidiacono, e due Primicerii si provedono dal Papa, e dall' Illustriss. P. Abbate di montecassino secondo l' alternativa di mesi, cioè otto mesi dell' anno si provedono dal Papa &c. e nelli rimanenti mesi 4. si provedono dal detto P. Abbate, così ancora li Canonici, e Semicanonici &c. Nel primo giorno di Ottobre quando và tutte il clere della diocese Cassinense alla chiesa di montecassino a prestare obedienza all' illustrissimo, e reverendissimo P. Abbate, nel primo luogo è chiamato il capitolo, e clero di S. Germano, quale in tutte le funzioni publiche, o che siano processioni, o che intervenghino ne. Sinodo Cassinense, o in altre funzioni precedono sempre à tutto il clero della diocese Cassinense, e solo cedono, e danno il luogo à tutti gli RR. PP. del Sacro monastero di montecassino, come Canonici della chiesa catedrale di detto Sacro monastero.

Quando l'illmo P. Abbate celebra nella chiesa di S. Germano, overo nel giorno della Sacra, che cade nel primo giorno di Ottobre, che celebra nella chiesa catedrale di montecassino, tutto il Capitolo della chiesa di S. Germano lo và à pigliare con cotte, & almuzie nelle sue stanze, se è nel monastero di montecassino, se poi celebra nella chiesa di S. Germano lo và parimente a pigliare con cotte, & almuzie al suo ospitio, e lo conduce in chiesa, e poi detta la messa lo conduce nelle sue stanze, se è nel monastero di montecassino, se è in S. Germano lo riconduce al suo ospitio, sempre con cotte, & almutie &c. Il modo di procedere è questo. Caminano processionalmente, prima il clero della città, poi li Semicanonici, dopo questi li Canonici, sieguono li due RR. Primiceris, appresso à questi tutti li RR. Padri del sacro monastero di montecassino, poi il Reverendissimo Padre Abbate in mezzo alli Signori Arciprete, & Archidiacono, poi il Reverendiss. Padre Vicario generale Cassinense. Nell' entrare in una delle sudette due chiese, il primo delli RR. PP. di montecassino dà l' aspersorio in mano dell' Illustriss. P. Abbate, il quale benedice tutti gl' astanti. Li medesimi RR. Arciprete, & Archidiacono mentre s' aspettano gli PP. di montecassino apparati sedono nella chiesa di S. Germano à latere dell' Illustriss. P. Abbate unus à dextris, & alter à sinistris. Nell' altre funzioni publiche li detti RR. Arciprete, & Archidiacono cedono il luogo à tutti li RR. Padri di montecassino. L' officio in coro, e la messa tanto nella chiesa di montecassino, quanto nella chiesa di S. Germano la cantano li PP. di montecassino &c. & infra. Per essere il pavimento di detta chiesa rimasto d' immoderata bassezza &c. spesse volte massime ne' i tempi d' inverno, quando l' acque più abbondano, ricalcitano sopra il pavimento (abbondanza di acque, nasce sotto il pavimento di detta chiesa), & inondano tutta la chiesa, che la rendono impratticabile &c. motivo principale, che hà mosso il paterno zelo del reverendissimo Sig. Padre Vicario generale Cassinense D. Erasmo da Gaeta, e li sudetti RR. Signori Capitolarè à far' alzare il sudetto pavimento, e quello ponere in grado più superiore, & eminente, & insieme far' ristaurare, & abbellire detta chiesa con belli lavori di pietra viva con pilastri, con le loro basi, e capitelli, che sostengono gl' Archi &c. li sudetti RR. Capitolari anno chiamato dalla città di Napoli il magnifico Archangelo Guglielmelli celebre architetto di quella metropoli, quale &c. e nè hà formato bellissimo disegno &c. Il coro stà dietro l' altar' maggiore &c. Contiene detto coro due ordini di Sedili, un' ordine superiore, e un' altro inferiore. Nell' ordine superiore vi sono sedie num. 41., e nel frontispizio, vi è una sede, cioè quella di mezzo &c., e nel frontespizio di detta sede vi è l' effigie della B. Vergine Santissima fatta con maraviglioso lavoro, dove siede il reverendissimo P. Vicario generale Cassinense quando assiste nellle funzioni, e festività sollenni, ò non sollenni, che si fanno in detta chiesa. Nell' ordine inferiore vi sono sedi num. 28. &c. Quando poi fa cappella l' illustrissimo, e reverendissima P. Abbate, nell' ordine superiore sedono il reverendissimo P. Priore nella prima sede, Decani, e monaci del Sacro monastero di montecassino, e tutti li RR. Capitolari, che intervengono, sedono appresso &c., & post multa alia: Pesi che hà la chiesa. Paga per censo, seu catedratico, seu sinodatico communemente detto il canone ogn' anno alla chiesa catedrale del Sacro monastero di montecassino carlini venti quattro &c.

Rei violatæ immunitatis Ecclesiæ absoluti ab Abbate, & Vicariis ejus generalibus.

Anno 1604. hæc a Sac. Congregatione Immunitatis ad Abbatem nostrum epistola scripta est: *Molto Reverendo Padre. Si contenta la sacra Congregazione di concedore a V. P. facoltà, che possa per se stessa, o per il suo Vicario generale esercitare nelle terre, a luoghi a lei soggetti la giurisdizione, che si concede da Gregorio XIV. nella bolla fatta sopra l' Immunità ecclesiastica alli Vescovi, e loro Officiali, e che possa mandare in essecuzione quanto si contiene in detta bolla, nel medesimo modo, che possono i Vescovi nelle lore città, e diocesi: Così dunque potrà per l' avvenire eseguire, avertendo con diligenza, che quella constituziane sia inviolabilmente osservata, & il Signore la conservi. Di Roma li 6. di Settembre 1604. Al piacer' di V. P. Il Cardinale di Fiorenza.* Identidem facultas hæc ab Abbatibus nostris executioni demandata, ut ex processibus constat, atque decreti absolutionis, condemnationisve, atque ex litteris Sac. Congregationis Immunitatis, quibus non raro facultatem Abbati nostro concessit absolvendi reos in memoratam Gregorii XIV. bullam, quæ omnia in archivo nostro asservantur. Duo tantum hic recensere ea de re facta juvabit.

D. Augustino de Amicis.

Anno 1664. die 13. Octobris extracti ab ecclesia monasterii S. Liberatoris violenta manu fuere quinque homines a ministris, & satellitibus regiæ audientiæ Teatinæ, quare D. Augustinus de Amicis ejus monasterii Prior, & Vicarius generalis Abbatis Cassinensis compilato processu citavit Joannem Antonium Santino Secretarium, Johannem a Nola magistrum Actuum, & Franciscum de Catignano Decurionem cum satellitibus suis ad dicendum causam quaré non essent excommunicati ad mentem bullæ Gregorii XIV. publicatæ Romæ die 29. Maii 1591. Affixum hoc monitorium fuit facultate illustrissimi Archiepiscopi Teatini D. Nicolai Radolovic, deinde Cardinalis valvis ecclesiæ archiepiscopalis, cujus etiam permissione die 7. Novembris affixi ibidem cedulones, quibus memoratos omnes censuris bullæ Grægorianæ irretitos esse, declaratum. Tandem restitutis in ecclesia S. Liberatoris hominibus, refectisq; damnis, absoluti fuere ab Archiepiscopo Teatino S. Congregationis Immunitatis Delegato. Hac occasione hanc epistolam referre opere pretium credimus, quę in processu autographo in nostro asservato Archivo p. 32. legitur.

Molto reverendo Padre padrone, e padrone osser-

osservandissimo. Mai hò presa la penna con maggior' allegrezza di questa volta per riverire V. P. M. R., Luciano ch' hà da morire questa matina si è immortalato, hà confessata la verità creduta per verità, onde jeri fui dal Sig. Consigliere, e lo trovai, e mi disse: Oh quam mutatus ab illo; che io scrivessi à V. P., come fo con questa, da sua parte, che si è chiarito fin al fondo, che cotesti PP., e specialmente il P. Cellerario passato, e V. P. sete stati calunniati ingiustamente, e che cercava perdono a V. P. e che sarrebbe venuto di persona a S. Liberatore per cercarli perdono, se non avesse in ordine la comitiva per partir' subito domani all' alba, per tanto V. P. vedesse qual sodisfatione vuole di lettere, perche à bocca sarà predicatore della sua innocenza, con altre tenerissime parole di chi disingannato fà officio di ravveduto, e buon' christiano. Queste cognizioni sono penetrate à monsig. illustrist. per mezzo del Signor Fiscale, e questi mi han pregato, che scrivessi à V. P. come fo, e che per questa sera n' avessi risposta, supplicandola, come fo instantissimamente, à voler consentire all' assoluzione, e daranno de i denari della corte per ogni cosa, centocinquanta ducati. Ho conferito ciò con i Padri del collegio, e restano storditi per questa offerta mai immaginata, e tutti la pregano a consentirvi, almeno V. P. mi facci grazia trovarsi questa sera in Chieti per aver un mondo di allegrezza, & accommodare a bocca questa facenda. Padre mio caro i carcerati delle pagliare saran subito scarcerati, e V. P. porrebbe in allegrezza tutti i suoi più cari amici acconsentendo, & io col più vivo affetto, che posso ne la supplico, chiamando in testimonio il desiderio che ho sempre havuto del suo honore, e la sincerità affettuosa, con la quale l'ho servita. Vi acconsenta mio [Nota.] *caro Padre, mentre da che è stato il Mondo, mai la Corte ha dato maggior sodisfattione, con che resto &c. Chieti 30. di Maggio 1665. D. V. P. M. R. Humilissimo, & obblig. servitore Marc' Antonio Rasa, foris: Al molto reverendo padre Patrone mio Osservandissimo, il P. D. Agostino da Napoli Priore di S. Liberatore.* Adest sigillum Societatis Jesu.

[D. Germano.] An. 1627. die 5. Novembris excommunicatus est a D. Germano Vicario generali Cassinensi D. Manfredinus Bucca de Aragonia Filius Marchionis Alfedenæ, ob extractum violenter ab ecclesia matrici S. Thomæ oppidi Barreæ diœcesis Cassinensis Andream de Onuphrio Pulverario ejus vassallum, absolutus deinde est ob repositum in ecclesia hominem, promissionemque jurejurando firmatam, haud se amplius similia perpetraturum.

[Alternativa recepta. Ex originali in Archivo.] An. 1607. Gregorius Abbas alternativam episcopis residentibus concessam a Paulo V. recepit, ut hoc monumento constat. *Ego domnus Gregorius a Castilione Aretino humilis Abbas Sacri monasterii montis Casini, & ordinarius totius diœcesis gratiam alternativa mensium nuper a SS Domino nostro Paulo V. episcopis residentibus concessa, accepto. In quorum fidem manu mea subscripsi, solitoque meo sigillo muniri jussi. Datum in Sacro monasterio montis Casini, die primo Augusti 1607. D. Gregorius Abbas sacri Casini, qui supra D. Placidus a Castillione Aretino Scriba reverendissi. Abbatis Cassinen.* Locus † sigilli.

Cum D. Lælius Caterinella ab insula Soræ quadraginta ferme annis veteri, insignique Atinatium mitrata Præpositura, jurisdictioneque quasi episcopali potitus esset, ob quædam tandem crimina, oscitantia magis, stupiditateque, ob decrepitam jam ætatem, quam malitia commissa, jussu Sac. Congregationis negotiis episcoporum præposita, a jurisdictione suspensus est, haud tamen ordine; permissum quippe illi, ut divinis officiis pro libito interesset. Oeconomus interim ejus loco electus V. I. D. D. Augustinus Fantozzi Atinas. Verum paulo post aliis de causis, & ipse jussu ejusdem Sac. Congregationis suspensus, Præpositura jurisdictio Abbati nostro, qui tum D. Andreas Deodatus erat, demandata, ea lege ut quæstiones de Præpositi, atque œconomi delictis institueret, in jurisdictioneque administranda Vicarii sui generalis opera uteretur, ut ex hoc decreto constat. *Eadem Sac. Congregatio censuit, quod prævia excarceratione supradicti Præpositi Catarinella, firma tamen remanente suspensione ejusdem a jurisdictione dictæ Præpositura, ac remoto etiam pro nunc supradicto Fantozzo ab œconomia, Pater Abbas Montis Casini assumat dictæ Præpositura administrationem quoad jurisdictionem, & servatis servandis conficiat processum tam contra præfatum Præpositum super prætensis excessibus ante, & post suspensionem commissis, quam contra dictum Fantozzum super prætensis excessibus tempore, & prætextu œconomiæ commissis, cum facultate ipsi Patri Abbati Montis Casini adhibendi in his suum Vicarium generalem, completoque ipso processu, eundem sigillo suo roboratum ad præfatam Sac. Congregationem transmittat, & hujusmodi causam amplius non proponi mandavit. Romæ 13. Martii 1692. Gaspar Cardinalis Carpineus. Locus † sigilli impressi. A. Altovitus Secretarius.* Intimatæ hæ literæ Catarinellæ, Fantotio, clero &c. nominique publico, mea itaque opera, qui tum ejus Vicarius generalis eram, jurisdictionis possessio inita die 30. Aprilis 1692. in ecclesia Collegiata S. Mariæ ejusdem urbis, prout instrumento constat stipulato a presbytero Benedicto Lanno notario Apostolico. Vetitum deinde Caterinellæ, & Fantotio, ne quid injussu Sac. Congregationis in administranda jurisdictione auderent. Pauloque post Atinam reversus, quæstiones adversus Caterinellam, & Fantotium institui, expertusque sum integro fere mense collegiatam ecclesiam rite, recteque cultam a canonicis, aliisque presbyteris, qui devotionis tantum causa ecclesiasticis officiis intererant, Festisque diebus solemnes missas musicis modulationibus decantatas; presbyteros plures admodum missas assidue celebrare, decenterque ecclesiasticos habitu, & tonsura clericali indutos, ac maxime omnes dociles, obedientesque esse: Summa fide administratos ab ecclesiarum procuratoribus redditus, devotumque populum esse. Quod anno deinceps, & amplius ita esse didici præter opinionem, ut fatear sincere, ob sparsos antea de corruptis eorum moribus rumores. Eos ut falsos ostenderem, quove rite clerum, populumve gubernatos a Caterinella constaret, relatum volui. Eo mortuo mense Januarii an. 1693. contenderant Atinates Canonici sibi pro more Vicarium Capitularem adsciscere. At inhibitum id est hisce literis. Foris. *Alli RR. Sig. li Canonici della collegiata d' Atina.* Intus. *RR. Sig. Havendo la Sac. Congregazione sopra negozii de Vescovi, e regolari data la soprintendenza di cotesta giurisdizzione al Padre Abbate di Monte Casino, sopragiunta intanto la mor-*

te

te del Preposito Lelio Catarinella. Questi Em. miei SS. inerendo alle risoluzioni altre volte prese in simili contingenze, mi hanno commandato di significarvi, che per la morte di detto Preposto non è cessata giurisdizzione dell' Abbate di Monte Casino, e che per ciò non possiate venire all' elezzione del Vicario Capitolare, inconsulta l'istessa sagra Congregazione. Dovrete dunque astenervene, per non contravenire alla precisa mente dell' EE. loro. Et il Sig. Iddio vi guardi. Roma 31. Gennare 1693. Al Piacer vostro. Il Cardinal Carpegna A. Altovito Segretario. N. Atina. Alli Canonici della collegiata di detto luoge. Mansit itaque ea jurisdictio penes Abbatem Cassinensem ad novi Præpositi D. Thomæ de Marco inaugurationem. Habuerat olim proprium episcopum Atina, ut historicorum omnium confessione constat, refertque Ughellius To. VI. & X. N. E. in Ital. sac., & Bonaventura Taullerus in memoriis ejus Urbis Historicis.

Lis contra Capuccinos.

Ab anno 1665. die 26. Martii Antonius Tregua prædives civis Sangermanensis testamento condito sacello SS. Sacramenti in insigni collegiata ecclesia S. Germani, quod heredem ex asse statuerat, jussit ut Capuccinis conventus apud S. Germanum oleum, aliaque, quibus indigerent suppeditaret pro eorum arbitrio, & ecclesiam conventus sartam rectam, murosque viridarii servaret. Statuerat insuper ut mulieres quædam virgines dotarentur quinquaginta ducatis, quas sorte quotannis secundo Paschatis die ex pyxide extraheret P. Guardianus Capuccinorum. Verumcum resciret D. Severinus Abbas Capuccinos ob arctissimam, quam profitentur paupertatem hujusmodi jurium capaces haud esse, ut jurgia rescinderet inter sacelli procuratores, & syndicum apostolicum Capuccinorum ad tribunal R. Fabricæ apud Neapolim non semel provocantem magnis impendiis, licet Sacello decreto suo an. 1687. favisset Sacra Congreg. Episc., & regular. æquum duxit Generalem ejusdem ordinis hac de re consulere, cujus voluntate proposita pacifice dubia in Sac. Congregatione, negative resoluta sunt, ut hoc decreto constat.

Ex originali in archivo.

Sacra congregatio Eminentissimorum, & reverendissimorum S. Romanæ ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus episcoporum, & regularium præposita, attentis narratis, censuit danda esse decreta alias edita, & signanter infrascripta nempe. Spolete. Gl' Huomini di Cascia. Sacra &c. audita relatione episcopi Spoletani, censuit Capuccinos esse incapaces, & jus nominandi spectare ad Episcopum. Em. e reverendissimi Signori. Li Governatori della capella del SS. Corpo di Christo della città di S. Germano humilissimi oratori dell' EE. VV. supplicano per la dichiarazione del seguente dubio. An Patres Capuccini possint judicialiter petere legatum eisdem pro oleo, fabrica, aliarumque necessitatum relictum. Sacra &c. ad supradictum dubium respondit, negative, & insuper censuit danda esse decreta alias edita, nempe fratres Capuccinos S. Francisci non esse capaces possidendi bona stabilia, nec propterea posse recipere legata, redditus, ceterasque oblationes perpetuas. Roma 20. Junii 1687. Roma 28. Septembris 1696. G. Cardinalis Carpineus. M. Archiepiscopus Athenarum Secretarius. Locus † sigilli impressi.

Ordinario adjudicata.

At reverendæ Fabricæ Neapolitanum tribunal huic decreto nil deferens jussit iterum, extrahendas sorte puellas a P. Guardiano, solvendaque quadraginta quinque ducata syndico apostolico Capuccinorum. Provocarunt procuratores Sacelli ad Auditorem cameræ decretorum S. Congregationis executorem, a quo prohibitum ministris rev. Fabricæ, ne quid amplius attentarent. Intimatum est monitorium die 27. Aprilis 1697. Oeconomo rev. Fabricæ apud Neapolim, ab eoque tempore pacifice ordinarius sorte puellas ex pyxide extrahit, Capuccinisque pro prudentia, & arbitrio suo oretenus eleemosinas elargiri imperat a procuratoribus Sacelli. Non hic steterant Fabricæ tribunalis Neapolitani molimina; cum enim testator inter alia jusserit puellas consanguinitate, vel affinitate sibi conjunctas cœteris in dotibus recipiendis præferendas contendit, juris sui esse, consanguinitatis, affinitatisque probationes ante se fieri. Id cum in curiæ Cassinensis, puellarumque, quæ procuratores Neapoli constituere deberent damnum vergeret, ego qui tum Vicarii generalis munus obibam, ad Signaturam justitiæ provocavi, a qua citato Oeconomo, & procuratore Fiscali rev. Fabricæ S. Petri Romæ, die 12. Februarii 1699. causa Cassinatibus adjudicata est. Illud hactenus inviolate servatur.

Conatus Tribunalis Neapolitani R. Fabricæ repressi.

Incredibilis hominum frequentia ano conventu Annis Jubilæi.

Sæcularis annus 1600. lætissimus Christiano Orbi, utilissimusque illuxit ob jubilæum a Clemente VIII. promulgatum. Frequentissimi hac occasione peregrini Cassinum adibant, ita ut quotidie centum, ducentum, & amplius numero essent, quibus omnibus Monachi pedes eodem ritu, quo Feria V. majoris hebdomadæ abluebant, inserviebant mensæ, quæ sacra lectione semper condiebatur, atque priusquam cubitum irent, piis quibusdam orationibus, hortationibusque ad sacramenta in crastinum suscipienda disponebant. Hisce perceptis prandium apparabatur, deindeque omnes magna charitate dimissi, nisi quos indigentia aliqua spiritualis, aut temporalis retinuisset. Gratias, ut poterant, rependebant peregrini continuis acclamationibus ubique, ac Romæ potissimum factis, quibus vivere salvereque magnis vocibus jubebant Clementem Papam, ac Monachos Cassinates. Gratissimum id sibi esse Pontifex pluribus verbis testatus est D. Aloysio Patavino, tum Romæ congregationis nostræ procuratori generali, hisque laudibus, tum alii ultramontani etiam, tum ipse Pontifex inotatus, Casinum adire statuerat, ut dicemus. Inter sodalitates alias, quæ e diœcesi Cassinensi Romam adierunt, præcipua fuit illa Pesculi Constantii, quæ octuaginta Fratribus constabat sub titulo SS. Trinitatis, Sacco ex tela rubra vulgo chermesina indutis, cum almutia ex corio Cordubensi rubro, ejusdemque coloris pileo, caligis, tibialibus, hastili, ac Rosario ad laudandam Deiparam. Sodalis quilibet vervecem lana rubra, rubeo laqueo ligatum ducebat, qui omnes genua flecterent, cum homines genuflexos cernebant. Alii quidam ad viginti sanctos repræsentabant, quos inter S. Bernardus magna catena ligatum hominem Diabolum ostentum exhibentem ducebat. Magnus mulierum Aprutinarum numerus rubris etiam habitibus supplicationem prosequebatur, aliaque utriusque sexus turba. Perhumaniter excepti, inservientibus ad mensam apud S. Spiritum duodecim Cardinalibus, aliisque Ma-

gnatibus. Mense quoque Majo duæ aliæ SS. Annunciationis, & S. Antonii Sangermanensium sodalitates propriis vestibus inductæ comitantibus quingentis fere aliis e suis civibus Romam perrexere, triduo exceptæ hospitio apud SS. Trinitatem Montium. Anno Sancto 1625. ad octuaginta peregrinorum millia Cassinum adiere magna charitate excepti, atque hunc numerum haud alios æquasse, qui olim in cœnobium nostrum convenire solebant, testatur coævus author D. Antoninus Neapolitanus Archivi nostri custos ob grassantia tunc temporis bella in Telliua Valle, Pedemontio, & Liguria pestemque Siculam. Anno sancto 1650, sub Innocentio X. Pont. Max. quadraginta & septem peregrinorum millia excepta fuit a Cassinatibus, quorum numerus quotidie in tabulis redactus, ita ut die tertia Decembris an. 1649. convenerint septingenti, die quinta octingenti viginti-quinque, die nona quingenti, die quintadecima nongenti &c. Præter consueta charitatis officia, quotidie sermonem ad illos habebat D. Irenæus a Nola insignis eo tempore concionator, quo in munere magnopere, & ejus Frater Capuccinus excelluit. Parvus admodum fuit relatus peregrinorum numerus ob bella inter Gallos, Hispanosque, aliosque Christianos principes fuit. Anno Sancto 1675. minor adhuc peregrinorum numerus ad nos concessit, quod infesta itinerantibus loca redderent. Bella inter christianos principes, dissidiaque ob Messanæ perduellionem orta. Sæpe cum aliis Monachis ad abluendos peregrinorum pedes aderat D. Severinus per id temporis Cassinensis Abbas, illisque dum pranderent inserviebat.

Morbi in diœcesi nostra. Anno 1620. gulæ morbo, qui diu Neapoli an. 1618. grassaverat, ducentum infantes mortui apud S. Germanum a mense Novembri ad duos insequentes; atque an. 1625. idem morbus multorum interitu invaluit in oppido Pesculi Constantii, ut ex epistola constat ad D. Petrum Veronensem Vicarium generalem ab Abbate D. Bernardino Tranensi die 16. Settembris ejus anni scripta, in qua hæc leguntur. *Ho visitato il Pesco, e fattaci la cresima, perche morono tanti putti con male di gola, e l'ho fatto, acciò morendo non stano privi della grazia di questo Sagramento &c.*

Jo. Baptista Carnevale celebris per ea tempora Medicus Neapoli an. 1620. librum edidit, cujus epigraphe est. *De Epidemico strangulatorio affectu in Neapolitanam Urbem grassante, & per regna Neapolis, & Siciliæ vagantem.*

Anno postmodum 1630. ob grassantem in Langobardia ditissimam pestem, summa diligentia, ut malum illud a cœnobio nostro averterent, satagebant Monachi, fusis assidue ad Deum precibus, vetitoque, ne quis, quavis de causa e cœnobii septis excederet. Eadem in universa ditione nostra regnoque Neapolitano ad duos annos adhibita cura. Verum quod olim ablegaverat Deus malum, mirum, quantas deinceps an. 1656. strages ediderit, & in Urbe Neapoli, & in universo pene regno, ac potissimum in ditione Cassinensi, cujus aliquot incolæ, ut grassantem Neapoli morbum fugerent, in patriam invexere. Desiderati in castello S. Victoris octuaginta sex, S. Petri in fine centum quinquaginta sex, Vallisrotundæ quingenti, S. Apollinaris quadringenti quinquaginta, S. Geor-gii octoginta tres, Pignatarii centum sexaginta quatuor, S. Andreæ ducenti quadraginta septem, Pesculi Constantii mille tercenti, qui omnes postremi SS. Pœnitentiæ, Eucharistiæ, & extremæ unctionis Sacramenta acceperant, præsenteque presbytero, ac clerico, qui crucem ferret elati; quod sancte testati sunt presbyteri quidam nominisque publici ejus oppidi magistratus anno 1658. coram Abbate nostro Angelo Nuceo, dum diœcesim Casinensem lustraret percontaturus, qua diligentia Sacramenta ministrarentur. Quoto numero obierint in aliis nobis subditis locis, incompertum. Illud constat plures desideratos, & in Vitecusi centum, & decem, tertiumque morbo invasam Urbem S. Germani Dei pietate, diligentiaque Abbatis nostri Caroli, ministrorumque, ac civium restinctum morbum, ac non nisi novem mortuos. At servavit omnino innoxium cœnobium suum SS. Patriarcha Benedictus, cum tactum lue D. Maurum Cesarinum Priorem servavit incolumem, & ad nullum alium traduxit. *nota.*

An. 1647. & 1648. vexatum dire regnum, ditioque Cassinensis est perduellione Neapoli a quibusdam è trivio hominibus excitata. Quæ mala inde obvenerint, quæve scelera perpetrata vulgo historici referunt, quos adire poterit lector. Nos ad Abbatiam Cassinensem pertinentia, in Dissertat. I. proferemus.

Diu multumque labefactata, falsataque hujus regni moneta fuerat, quod malum, ut averteret D. Gaspar de Haro, & Gusman Marchio Carpii Magnus ille publicæ regni hujus libertatis, securitatisque vindex, & author cum Prorex esset, ob extinctos penitus ablegatosque Grassatores novam cudit, quam cum morte præventus haud publicasset, ea gloria D. Francisco Bonavides de Avila, Coreglia, & de Cueva Comiti S. Stephani ejus successori obvenit. Verum justis de caussis non idem monetæ pretium mansit. Kalendis itaque Januarii an. 1689. distributa nova argenti moneta novem speciebus constabat; Paucis post annis iterum monetæ valor adauctus, nam quæ viginti duo grana valebat, viginti sex censeri cœpta; viginti grana, viginti quatuor; undecim; tredecim; decem, duodecim; octo, decem, scutatus undecim carolenorum, tredecim; semiscutatus quinque carolenorum & sexqui, sex cum dimidio aureus quoque nummus hispanus vulgo Doblæ Hispanicæ quatuor ducati & sexqui, eademque proportione aureæ qualibet monetæ.

Collibi Ratio. Collybi seu, ut ajunt cambii monetæ Neapolitanæ ratio ad Romanam erat antea non nisi quinque ducatis pro quolibet centenario constabat, deinde ad octo, novem, decem, ad triginta, trigintaquinque, quadraginta, quadragintaquinque, ad quinquaginta usque pervenit, magno totius Regni potissimum cœnobii nostri detrimento, & quod a nobis aliquot scutatorum millia Romæ quotannis sint persolvenda pro quindenniis, censibus passivis, aliisque de caussis, quodque inde factum, ut aliis quoque in locis collybus creverit.

Ad nos concessere Clemens VIII. Plures hoc sæculo Magnates Cassinum adierunt, quorum primus esse debebat Clemens VIII. teste D. Honorato Neapolitano, qui hæc in memoratis annalibus suis an. 1601. scribit. *Papa Clemente essendo devotissimo del Santissimo Padre Benedetto*

ha-

haveva determinato più volte di venir nel Sagro Casino. Essendo in Frascati mandò il suo Forriero nel Sagro Casino, e furono accommodate tutte le camere, & celle del Monasterio, & anco quelle di S. Germano. Si partì poi da Frascati per venir nel Sagro Casino con poca comitiva, & giunse in Anagni, verso la sera stando in una finestra vidde infiniti cavalli venir da Roma, il che molto lo turborono, dispiacendoli l'indescritione di molti prelati, che li volevano tener compagnia. Essendo l'ora dell'Ave Maria, chiamò il Maestro di casa, & lo dimandò, che gente erano per comitiva sua, & li rispose che passava il numero di ottocento cavalli. Il Papa adirato disse: dunque per andare nel monastero di Monte Casino voglio esser la rovina di quel luogo con tanta gente, & cavalli? Dimattina ritorniamo in Roma, & così exequì, che con molto suo dispiacere si partì per indescretione delle sudette persone, che non lasciorno cavalli in Roma, che non presero a vettura.

Cardinales Peretti.

Anno 1602. huc advenere Cardinales Peretti de Montalto Alexander, & Andreas, quorum prior congregationis Cassinensis apud S. Sedem Protector erat.

& quinque alii.

Anno 1604. die 5. Novembris sacra limina Sancti Benedicti veneraturi huc concessere Cardinales Petrus Aldobrandinus Clementis VIII. Nepos, Jo: Baptista Deti ejusdem ex sorore pronepos, Silvester Aldombrandinus Johannis Francisci nepotis Pontificis filius Florentini, Alphonsus Vicecomes, & Ferdinandus Taberna Mediolanenses, qui omnes communi cum monachis mensa, in refectorio sunt usi.

Peretti iterum.

Anno 1607. mense Aprilis iterum Cassinum adiere cardinales Peretti, cum eisque Venafri princeps D. Michael eorum Frater.

Blandinus, & Zapata.

An. 1610. die 7. Octobris advenere cardinales Octavius Blandinus, & Antonius Zapata, qui præter communem cum Monachis mensam, infirmos omnes visitarunt.

Sfortia.

Anno 1614. mense Julio cardinalis Franciscus Sforzia plures ad dies moram in hospitio nostro apud S. Germanum ob negocia quædam traxit, ac deinde oppidum S. Victoris petiit, ubi cum gravi morbo cum familiaribus suis decubuisset, ipse Soram ad Ducissam D. Constantiam Sororem suam perrexit, Familiares ad cœnobium nostrum.

Borgia.

Anno 1620. Cardinalis Gaspar Borgia pro-rex hujusce regni destinatus cum magna prælatorum, magnatumque manu Casinum aditurus præcipuam montis partem venerabundus pedes egit, celebrataque missa omnes è Familia sua sacra synaxi recreandos curavit, adfuitque Theologicis disputationibus a Monachis habitis. Tres deinde dies in hospitio Cassinensi apud S. Germanum fuit.

Zapata iterum,

An. 1621. die 21. Februarii iterum nos invisit cardinalis Zapata Roma, ubi electioni Gregorii XV. interfuerat redux, qui adeo Monachorum civiumque Sangermanensium obsequiis est adlectus, ut urbem S. Germani toto regiminis sui tempore militum hospitio levaverit.

Sanseverinus.

An. 1623. mense Julii ad nos concessit cardinalis D. Lucius Sanseverinus.

Cobellusius,

An. 1625. Cardinalis Scipio Cobellutius S. R. E. Bibliothecarius, cum eoque doctus, ac pius Henricus Spondanus ut ipsemet testatur an. 1626. num. 15.

Columna,

An. 1629. Cardinalis Hieronymus Columna cum Fratre D. Federico Marito D. Margharitæ Brangiforte Buturæ principis.

Ludovisius, & Aldobrandinus,

An. 1630. die 30. Junii cardinales D. Ludovicus Ludovisius Vicecancellarius, congregationis nostræ apud S. Sedem protector, & D. Hippolytus Aldobrandinus S. R. E. Camerarius septem apud nos dies ita diversati sunt, ut Romam regressi plurima de Cassinatibus prædicarent magno Urbani VIII. nostrum amantissimi gaudio. Identidem summus hic Pontifex sermones de cœnobio nostro ferebat cum prælato Johanne de Effectibus Architriclino suo, dolebatque haud se, cum a S. Germano festinanter transisset cum Alexandro Ludovisio, deinde Gregorio XV. Beneventum iturus ad certa quædam de finibus dissidia componenda, conscendisse Sacrum Montem.

Boncompagnus

Mense Aprilis ad nos concessit cardinalis Franciscus Boncompagnus archiepiscopus Neapolitanus communi cum Monachis refectorio usus, cum quibus Missis solemnibus, nonæ, orationi mentali, quæ tum post nonam habebatur, disputationibus Theologicis Monachorum magna omnium ædificatione interfuit. Dulcissima, longaque de vita spirituali colloquia habuit cum D. Zacharia Petronio probatissimæ vitæ Monacho.

Pius.

An. 1664. die 3. Maii Cassinum adiit cardinalis Carolus Pius, comitibus prælato Ginetto ejusque Fratre Marchione.

Carrafa

An. 1667. die 12. Decembris huc concessit cardinalis Carolus Carrafa Legatus Bononiensis Roma Neapolim perrecturus, cumque in Sanctuario ecclesiæ Cassinensis Faldistorium dumtaxat absque Baldachino ob reverentiam erga se vidisset positum, quod ea die pontificali habitu Abbas noster novitii professionem esset excepturus, quam cardinalis videre cuperet, jussit nequicquam reluctantibus Monachis baldachinum erigi, omniaque pro more præstari, ipseque stans interesse voluit, quamquam nobile alioqui decenterque ornatum subsellium pro viri dignitate fuisset appositum.

Barberinus.

An. 16 . . Cardinalis Antonius Barberinus.

Ursinus,

An. 1676. 18. Novembris cardinalis F. Vincentius Maria Ursinus, quem dum hæc scribimus, summo ecclesiæ universæ plausu inauguratum audimus summum Pontificem Benedictum XIII. senem optimum, ac sanctum. Deus Opt. Max. nobis diu servet incolumem. Archiepiscopatum Manfredoniæ initurus ad nos venit, cum Fratre Gravinæ Duce ejusque conjuge Alteria, atque Marchionissa de Maximis.

Homodeus,

Anno 1676. D. Aloysius Homodeus cardinalis.

Del Giudice,

An. 1692. Mense Novembris cardinalis Franciscus del Giudice ex Aprutio Romam pergens.

Aguirre,

Anno 1695. Cardinalis D. Joseph Saenz de Aguirre, de quo alibi, plures apud nos dies mansit. Quædam ea occasionò, in ejus laudem orationes, elegiæ, epigrammata, aliaque Poetica latino, Italicoque idiomate recitata a Monachis; disputationes Theologicæ, Philosophicæque ab iisdem habitæ magno viri doctissimi plausu. Iterum vir optimus nos invisit an. 1696. die 28. Aprilis, postque dies aliquot Romam perrexit.

Bichius, & Albanus,

An. 1698. mense Junii ad nos concessere cardinales Franciscus Bichius, & Jo: Franciscus Albanus gloriosus deinde Pontifex sub nomine Clementis XI.

Magnates. D. Franciscus de Lemos.

A. 1608. mense Martii Cassinum adiit D. Franciscus de Lemos, comite, doctissimo episcopo Cajetano D. Petro de Ogna, aliisque. Tertium jam fuerat in regno Neapolitano locumtenens, & Capitaneus generalis, aliis quoque speciosis muneribus functus, quæ inter Proregis Siciliæ. Pluribus is annis cum uxore, ac liberis apud Cajetanos est diversatus, quos paterne diligebat, eaque in Urbe plorima pietatis exempla exhibuit sumto quolibet octiduo Sanctissimæ eucharistiæ Sacramento, procurata, servataque inter cives concordia, magnisque distributis eleemosynis. Quæ refert Paullus Oliva patritius Cajetanus oculatus testis in sermonibus suis manuscriptis. Post uxoris liberorumque mortem Benedictinum institutum aggressus est, teste Johanne Baptista Larrea in Decis. Granatensi 98. nu. 29. hisce verbis. *Inter omnia Hispanorum exempla illud notabilius, & recens Excellentissimi Comitis de Lemos, qui maximis belli pacisque muneribus prudenter functis, & amplissimis statibus proavorum renunciatis, Benedictinæ Familia in cœnobio de Sahagun nunc degit Deo dicatus, & cum regi nostro pileum Cardinalatus a summo Pontifice mitteretur, ut conferret alicui viro tanto munere digno, ipsi Comiti jam Monacho misit, verum ille gratias agens, & repudiavit.*

nota.

Dux Mercurii.

A. 1633. huc concessere Dux Mercurii, ac magnus Franciæ Prior Filius Cæsaris Borbonii Ducis Vandomi filii naturalis Henrici IV. Galliæ regis, secumque sexaginta homines equis vectos, ac triginta pedites habebant.

Dux Medinæ de las Torres.

A. 1639. venit D. Ramirus Philippus de Gusman Dux Mediuæ de las Torres Prorex neapolitanus cum uxore D. Anna Carrafa Stiliani principe, hujusque matre Aldobrandina Ducissa Montisdraconis, ac tercentum sociis, quos inter plures utriusque sexus magnates.

Marchio de Velez.

A. 1642. die 13. Novembris Cassinum adiit marchio de Velex Hispaniæ regis legatus apud Urbanum VIII. cum magnatibus aliquot.

Comes de Onnatte.

A. 1649. Prorex Neapolitanus D. Innicus Velez di Guevara, & Tassis Onnatensis Comes cum episcopo Puteolano, Regente Sophia, D. Vincentio Tuttavilla, aliisque magnatibus, pluraque hac occasione beneficia cœnobio nostro impartiit.

Petrus de Aragonia.

A. 1662. D. Petrus de Aragonia regis Hispaniæ legatus apud Alexandrum VII.

Comes Palatinus Rheni.

A. 1676. mense Martio Cassinum adiit Johannes Guillelmus Comes Palatinus Rheni, major natu Ducis Nevoburgensis. Is in epistola Roma data die 11. Aprilis ad D. Severinum Abbatem, hæc ad rem nostram scribit. *Ha veduto volentieri l'occasione, che V. S. Reverendissima m'ha data con la sua lettera delli 30. del passato di promuovere li avantaggi di cotesto suo Monastero di monte Casino, nel quale ho havuto l'onore d'esser ricevuto, e così ben trattare dalla di lei cortese bontà &c. Ringratio V. S. Reverendissima, e cotesti Padri nuovamente delle loro cortesie, e con un partial affetto li baccio le mani. Roma li 11. d'Aprile 1676. D. V. S. Reverendissima. Affetionatiss. per compiacerla Gio: Guillielmo Conte Palatino del Rheno.*

Comes S. Stephani.

A. 1683. die 20. Aprilis ad nos concessit D. Franciscus de Benavides Comes S. Stephani Prorex Neapolitanus cum aliquot magnatibus, ea mente ut plures ad dies nobiscum commoraretur, nisi frequens magnatum adventus distulisset.

Fulmina.

Identidem cœnobium nostrum diris fulminum ictibus, terræmotibus jactatur, quorum hic seriem texere longum esset, præcipuos quosdam casus tantum narrabimus.

A. 1628. die 14. Maji cum noctu Monachi in choro ecclesiæ die Dominico vigilias decantarent illis in verbis Psalmi 24. *Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo: multum est enim*; summum testudinis verticem fulmen percussit tanto impetu fœtoreque, ut Monachos ad horæ quadrantem pene exanimaverit, unusque alium haud discerneret, ob densum, crebrumque fumum. Unum ex testudinis stilis conquassavit, & concussit, ligni partem ex ostio sacrarii avulsam supra majorem aram transtulit, aliaque quædam damna sacellis ecclesiæ intulit, relicto intolerando fœtore. *Adi* 21. *Agosto del* 1622. verba sunt D. Antonini in suis Diariis: *circa le ore 22. cascorno grandissime pioggie, e terremoti con tuoni, e saette, delle quali essendo cascata una nel refettorio delli poveri in tempo, che si dava à cena a poveri, ammazzò un povero Fabricatore molto devoto, e dabbene, che serviva il Monastero per devotione, e gratis, & vicino ad essi stavano frà gl'altri un Monaco, & un Commesso, à quali non diede percossa alcuna, ne anco li toccò, questo sì bene, che fece cascar il detto Commesso per nome Fra Bernardo di Montescaglioso di vita molto esemplare, quale nell'inventione delli corpi Santi sentì miracolosamente sonar l'organo, & il Monaco si chiamava D. Gio: Battista da Venetia della nobilissima Famiglia Nani di vita religiosissima, e professo di S. Giorgio. Adi . . Agosto 1629. In quest'anno successe, che mentre i monaci stavano in camera doppo il Vespero venne si gagliarda pioggia con tuoni baleni, e saette, che tutti spaventò, e cascò una saetta nella Cucina grande, dove ammazzò il Commesso di sopra nominato, che lavava li piatti, con far tramortir altri Monaci, che in quel tempo si ritrovavano in chiesa, e fece anco altri danni per il monastero. Cosa in vero non successa dal tempo di Bernardo Abbate sin adesso.*

nota.

nota.

A. 1638. die 23. Aprilis, tertia circiter noctis hora ex insperato, nulloque tonitru audito fulmen Odæi fornicem icit in qua denigrato auro, multoque plastico opere avulso, haud tamen sericum Damascenum tetigit, quod ad odæi latera prope fornicem pendebat. A. 1641. die 10. Julii fulmen ingenti damno in ecclesiam nostram cecidit, aliaque duo die 17. Augusti, unum in bibliothecam, ubi e septem Monachis unum pene exanimem reddidit, librique partem excussit, alterum in ecclesiæ tholum, quem viginti duobus ictibus perculit, atque sacrarium in quo pretiosas quasdam supellectiles capsæ clausas denigravit.

A. 1681. die 2. Octobris fulmen magnam auri fornicis ecclesiæ partem, omnesque pilarum denigravit. Anno 1642. die 12. Octobris, & 1646. die 30. Maji terribili motu terra jactata est.

A. 1650. die 12. Martii ingens terræmotus cœnobium nostrum ejusque ditionem concussit.

A. 1654. die 23. Julii fulgura plura absque pluvia, vel nubibus, majora quam æstate solet, visa, atque hora circiter noctis quinta, quæ pervigilium S. Jacobi præcedebat, Luna rubicans ad occasum vergebat, cum mediam post horam vehemens

hemens adeo, accensusque fulgur est visus, ut totum crederes orbem conflagrare, statimque ingens ita terræmotus sequutus est, ut arundinis instar, vento vehementissimo agitatæ cœnobium nostrum concuteretur. Expergefacti Monachi, cum tremebundi ad unicum in summo fortunarum omnium discrimine remedium, S. Benedicti tutelam confugissent, iterum bis terra concussa summo omnium terrore, quem ululatus Sangermanensium augebat, cum omnes urbe ad aperta loca confugerent, confessarium inclamando. Presto fuit probatæ vitæ Capuccinus, qui pœnitentiam suaderet. Illucescente demum die visum, nullam pene esse cœnobii partem, quæ incoli tuto posset. Nec leviora fuere detrimenta in hospitio nostro apud S. Germanum, omnibusque oppidorum, rurium que nostris domibus. Eadem privatarum domorum sors fuit, longe tamen felicior, quam ditionis Alvitanæ, Soranæque, & Roccæ Guillelmæ, in quibus aut contrata prorsus oppida, aut pene diruta fuere, gratias ob id singulæ oppidorum ditionis nostræ nomina supplicabunda reddidere in basilica Cassinensi Deo, eorumque patrono S. Benedicto.

Identidem terræmotus auditi annis 1678., 1679., 1680., ac sæpius 1681. præsertim mense Junio, & Julio, & 1687. mense Augusto, donec an. 1688. die 5. Junii pervigilio Pentecostes, & dum vesperas caneremus ingens adeo terræmotus excitatus, ut ego nondum quid rei esset satis animadvertens, conversis ad tholum ecclesiæ oculis eum instar harundinem, ventis concussum conspexerim, nulla ditioni nostræ illata hoc terræmotu clades, prope tamen immensas edidit Neapoli, Beneventi, aliisque in locis. Gratiæ ob id Deo actæ in basilica Cassinensi ab Clero, & laicis S. Germani, aliorumque oppidorum tum privatim, tum supplicabundis. Eodem mense Junio, atque Julio, Augusto, & Septembri identidem terræmotus auditi.

At horribilius concussa terra est an. 1692. die 27. Februarii ingenti motu noctis hora quarta, & sexqui, decemque deinde vicibus, minori licet impetu. Duodecim ferme horis rumor ad instar æstuantis maris auditus. Die insequenti terræmotus iterum, atque 22., & 26. Martii. Illud ut a se malum averterent Cassinates, pluries supplicabundi opem S. Agathæ in ejus Sacello extra cœnobium posito implorarunt. An. 1693. die 24. Aprilis, tertium terremotus ingens. Die 12. Septembris, quantum temporis ad salutationem angelicam recitandam insumitur, terra vehementer concussa. A. 1694. mense Julio, Augusto, & Septembri, annisque insequentibus frequenter terræmotu vexati fuimus..

Annonæ caritas.

Magna etiam hoc sæculo annonæ caritas cœnobium ditionemque nostram turbavit; anno enim 1622. sextiarius tritici ducatis quinque; tritici Indici quatuor, atque eadem proportione fruges reliquæ emtæ. Eadem quoque ærumna laboratum an. 1631., quo coloni pro victu tantum terram serebant, quæ annum etiam subsequentem consecuta est ob ingentem admirandæque magnitudinis grandinem die 3. Junii e cœlo lapsam. Eadem sors fuit an. 1650., omniumque, maxime an. 1672.

Hisce malis additus militum frequens adventus annis potissimum 1617., 1644., 1645., & 1646., & 1676. quorum duces semper a nobis hospitio excepti, potissimum eum ad Orbitelli

Anno 1646. expeditionem a Prorege Neapolitano factam pergerent octo millia militum, duce Aloysio Poderico, apud S. Germanum substitere, quo tempore quotidie militibus in cœnobio nostro Sacramenta administrata; & cibi, curatique in nosocomio nostro infirmi. Hospitium etiam nostrum apud S. Germanum, Ducum, militumque indigentiis apertum.

Cōtignatio Ecclesiæ corruit.

Cum an. 1649. die 14. Aprilis hora circiter decimanona, & sesqui contignationem ecclesiæ nostræ artifices cum eorum præfecto Donato de Antonio ascendissent, ut ea remota fornicem construerent, ademtæ quædam trabes in contignationem reliquam, tanto impetu decidere, ut tota in præceps ruerit, cum eaque septem artifices, quorum duo statim mortui, alter post novem dies, reliqui vulnerati.

IV.

VIRI PII HOC SÆCULO.

Viri pii.

D.Gregorius.

D. Gregorius Sayrus Anglus ab anno 1588. die 28. Decembris cœnobii nostri Monachus hoc elogio commendatur a conterraneo suo D. Mauro in epistola ad Cardinalem Alexandrum Montaltum, Congregationis Cassinensis apud sedem apostolicam Protectorem, quæ operi ejusdem Gregorii inscripto: *Clavis Regia Sacerdotum* præfixa est: *Ecce igitur (Illustriss. ac Reverendissime Dñe) strenuum athletam Christi: mundi antagonistam legitime certantem ut vinceret, currentem ut comprehenderet, qui tamquam prophetica vocis invitatus oraculo, Accelera, spolia, detrahe, festina prædari, in medio vitæ curriculo ad amplissimam hæreditatis prædam rapiendam violentus ingreditur. Ecce instructissimum sacra militia monachum, qui novit subterlabentis aquæ defluvium* non incurvatis genibus *imbibere, sed de mundanæ voluptatis torrente prolambere, & extremas tantum manus intingere. Ecce demum in vase fictili* Thesaurum *Evangelicum, in quo* divitiæ salutis, scientia scilicet, & sapientia *condita sunt, & consignata. Non enim aliis accinctum armis hunc Sanctæ Crucis, & obedientiæ militem agnovimus, quam lagena, & lampade qui ad buccinæ clangorem angelica hydria confracta (luteas enim domos circumgestantes dejicimur, sed non perimus) prælucentem virtute, & sanctimonia animam deo reddidit immaculatam ac inter illas, ardentes lampades ante thronum dei sive inter stellas quæ* in custodiis suis lætantur, & vocatæ dixerunt: Adsumus, *splendet, ac refulget in perpetuas æternitates.*

Esa. 33. Judic. 7.

Baruc. 3.

Nihil enim illi dulcius, chariusque fuit, quam alios ad justitiam erudire, & eum sanctis animalibus subextentis desuper pennis manus hominis ostendere, unde quod in templi cælaturis in sculptum symbolice per circuitum expresserat sapiens Architectus, & palmas passim inter sertas ob eximiam legis Evangelicæ scientiam victorias primas reportavit. Nec immerito quod in magni Athanasii laudem scripsit olim Gregorius, id in maximam Gregorii sane Magni gloriam

3. Reg. 6. Gre. Naz. Ora. fun.

dictum convenire arbitror: Duorum scilicet lapidum naturas imitabatur factus est percutientibus adamas, diffidentibus magnes, ea scilicet vi inimicos Crucis Christi fortiter sustinuit, ea virtute dissidentes hæreticorum animos suaviter attraxit.

Nam præterquam quod ipsa vivendi ratio sit assidua prædicatio (sic enim pendula in limbo vestimenti superhumeralis tintinabula etiam in habitu, & vestita vocalem esse doceat, & sanctimoniam personare) nunquam tamen defuit quod orando receperat, operando refundere, quod sine fictione didicerat, sine invidia communicare, nec activam amore speculationis omnino deserens, nec contemplationis gaudia operationis nimietate contemnens, sed omnibus omnia factus, ut omnibus lucrifaceret, de plenitudine in proximum eructavit quod exhauserat, & eloquii sui imbrem distillavit quem absorpserat. Probe enim noverat, se illius ligni benedicti ramum fuisse, quod in tempore siccitatis non erit sollicitum, nec aliquando desinet facere fructum, cujus diffusa propagines obumbrarunt montes, & cedros Dei, potentissimos reges, ac regum filios, Sanctissimos Sacerdotes, & prophetas, & gloriosissimos universi pene terrarum orbis Apostolos. Noverat Benedict. de ore putei lapidem devolvisse, ut Jacobi gregem adaquaret. Noverat & sponsam ad lectum floridam invisasse sponsum ad otium, ad quietem, ad silentium, & solitudinem: noverat & sponsam in campum ad certamen provocasse sponsam, ubi ipse futurus esset exemplum, & præmium. His nimirum gradibus numerosam sanctorum gentem ad empyreum æternitatis solium ascendisse, & cum agno in albis ambulasse militantis ecclesiæ majestas æternis monumentis posteritati commendavit. Quod enim ex hoc uno Nazaræorum campo delibatos flores coronam candidus ille, & rubicundus excerpsit, ob purissimam vitæ sincerioris innocentiam lacte nitidiores, ob gloriosissimam confessionis sanctimoniam sapphire pulchriores ob pulcherrimam martyrii coronam ebore antiquo rubicundiores? Adeo ut sanctissimum Patriarcham de rore cœlesti benedictionem, cum Jacobo communem accepisse videatur: Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Et post multa: Ego tandem (Illust. ac Reveren. Dom.) in tuam illustrissimam protectionem partum hunc doloris, & translationem gloriæ quasi alterum Benoni & Ichabod suppliciter offero, humiliterque commendo, pater quidem ipse prius quam finem dedit, finem accepit, & jam plenus fide, plenus operum, dierum plenus ut manipulus tritici in tempore collectus, in abundantia sepulchrum ingreditur. Prius tamen, quam rumperetur funiculus argenteus, & hydria super cisternam confringeretur, nescio quid divinitus, ut videtur de morte præsentiens cum nondum has lucubrationes ad umbilicum perduxisset, ut Phœbeus olor cygneam cantionem emisit, & nuncupatoriam epistolam tuo nomini amplissimo (illustriss. ac rever. D.) consecratam prætexuit, qua vel invita morte immortale aliquod officii sui monumentum commendaret. Non enim latebat eam etiam in pulvere characteres impressos in alto montis Olimpi vertice nulla spiritus turbulenti tempestate dispergi, ita nec eminentissimo honoris tui titulo, dignitatisque fastigio præfixum velut in alto monte indelebilem, & inviolatum operis sui characterem invidia procellis superiorem diuturnissime conservandum Deus Opt. Max. illustr. ac rever. Do. tuam veræ pietati conservanda, ac promovenda Congregationi Cassinensi protegenda felicissime tueatur incolumem. Et Nucæus Gregorii pene suppar in notis ad caput CVIII. Lib. IV. Chr. Cas. nu. 2013. habet. Bonis avibus toto divisos orbe Britannos Cassinum appulisse semper comperimus Patrum nostrorum ævo inde habuimus Gregorium Sayrum vitæ sanctimonia venerabilem editis voluminibus clarum &c. D. Anselmus, & ipse Anglus hanc ad Hieronymum de Gregorio nostro epistolam scripsit. Molto Venerando Padre D. Hieronimo delle Fratte: le suprascritte meditationi sopra il Psalmo Miserere mei Deus, & sopra il Pater noster sono state fatte dalla bo. me. del P. D. Gregorio Sayre Inglese Monaco di Monte Casino, & questi è l'originale scritto di mano sua propria, lo quale io D. Anselmo Inglese Monaco di S. Giustina mando a V. P. con pregarlo, che sia raccopiato, & poi conservato, perchi io l'hoteante come una reliquia di quel devote Padre D. Gregorio, & non vorrei, che fesse persa come currerebbe pericolo se restasse qui al tempo della morte mia. D. Anselmo Inglese. Da S. Giustina di Padova Aprile 3. 1630. D. Clemens Reynerius in libro inscripto: Apostolatus Benedictinorum in Anglia p. 242. §. 4. hæc scribit.

Sap. 7.

nota.

Hier. 17.

Gen. 27.

nota.

Prima Monachorum Anglorum in Congregationem Cassinensem admissio, & difficultates inde exorta.

Mortuo igitur in vinculis egregie confessore Christi D. Feckenamo supervixit D. Segebertus Buclaus Monachus ipsius, quo adhuc in vivis, & vinculis agente; aliquot alumni seminariorum, Romæ primam in Congregatione Casinensi, deinde Vallisoleti in Hispania in congregatione Hispanica Ordinis Benedictini sacra regulæ se devoverunt. Casinensium primi fuere D. Gregorius Sayrus orbi catholico doctissimis in Theologia lucubrationibus notus, & celebris D. Thomas Prestonus, D. Anselmus a Mancestria, D. Antonius Martinus, postea appellatus D. Athanasius: primus, & quartus jam Deo (ut pie confidimus) fruuntur in gloria, duo intermedii adhuc vivunt, unus Romæ, alter in carcere Londini, Primi Hispanicorum fuere Fr. Augustinus de S. Johanne vir magni animi, summi zeli, præcipuaque industria, & imperterrita constantia. Fr. Joannes de Mervinia postea martyr est effectus, ut & Fr. Marcus Lambertus, Fr. Maurus Scottus, Fr. Georgius Gervasius diversis temporibus beata morte pro Christi fide constanter suscepta sæculo erepti cœloque inserti. Alios quia adhuc vivunt, & in missionis apostolicæ functionibus laborant innocenti diligentia nominare non debemus. &c.

De D. Matthæo Laureto hæc scribit D. Honoratus: D. Matteo Laureto professo del monastere di S. Maria di Monferrato di Spagna dell'Ordine di S. Benedetto stando in Napoli ebbe dal Marchese de la Valle Siciliana l'Abbatia di S. Salvatore delle Castelle d'Abruzzo suo juspatronato. Costui per sua quiete si ritirò à star nel sacro Casino, & predicò le dominiche, & giorni festivi, & vi dimorò da sei anni. Ultimamente avendo visto il procedere di Monaci Casinensi, si è contentato d'essere recevuto a professione, & participatione come Monaco Casinense, del che anco n'ha recevuto breve da nostro Si-

Signor Papa Paolo quinto. Delle entrate de la sua Abbatia, che passano cinquecento ducati ogn' anno ne fa molti beni a poveri, & nè la Chiesa Cassinense v' ha fatto molto bell' icone alle cappelle, paramenti à la sacrestia, & un braccio d' argento delli Monaci marri di Spagna, & sempre vi aumenta d' argenteria. Fe stamparo quel Libro intitulato. De vera existentia Corporis S. Benedicti in Sacro Casino. *Se l'è assegnato il loco d' Abbate titulare, & hoggi legge Teologia.* Pauli V. literis inter Cassinates est accensus, atque Sedis apostolicæ dispensatione Abbatia S. Salvatoris de Castellis decoratus. Anno .... ad cœnobium S. Liberatoris ad radices Majellæ monasterio nostro subditum, profectus, illi mirifice profuit, ibique ædificandam curavit ædem S. Mariæ de Monte Serrato. Anno deinde 1621. die 23. Aprilis, assentiente apostolica sede, memoratam Abbatiam renunciavit Filio Principis Vallis, reservatis sibi pensionis titulo ducentum ducatis. Sancte in eodem cœnobio obiit die 30. Augusti 1622. Hæc cuidam ejus Operi præfixit D. Bernardinus tum Cassinensis Abbas. *R. P. D. Matthæus Laurentus Hispanus Abbas S. Salvatoris de Castellis, & ex Monacho Montis serrati postea Monachus Cassinensis, author, & scriptor hujus Libri. Obiit in monasterio S. Liberatoris de Majella Grancia monasterii Cassinensis die 30. Augusti 1622. hora noctis septima, die martis, & sepultus est in eadem ecclesia S. Liberatoris in sepulchro proximo scalis capellæ dicti S. Liberatoris. Fuit vir justus, simplex, & rectus, & in sua conversatione semper pius, devotus, & religiosus, orationibus, meditationibus, & piis exercitiis vacans, & sicut vixit sic obiit, & nunc gaudet in Cœlis. Ora pro me peccatore serve Dei. D. Bernardinus Abbas Cassinensis hæc adnotavit in monasterio S. Liberatoris die 20. Septembris 1622.* ubi concesserat dum diocesim pro more perlustraret.

nota.

D. Martinus.

An. 1639. obiit D. Martinus Neapolitanus, de quo hæc pressè scribit D. Cornelius. *D. Martinus Orilia Neapoli natus ex parentibus Hyspanis. Hic a teneris annis divinis præceptis, & consiliis sedulo incubuit, & quoniam cœlestis flamma in suo pectore ardebat, monasticam vitam professus est die 18. Decembris 1582. Tota vita monastica viri hujus quid aliud fuit, nisi juge martyrium, siquidem die, noctuque aculeos, & cruciatus scrupulorum patienter toleravit. Tanta erat hujus humilitas, ut cunctis Monachis, & si juvenibus se submitteret eos exorando, ut ipsius Confessiones excipere dignarentur. Insuper, & patientiam pertendebat cum a confessariis scrupulorum causa dimittebatur, exprobrabatur, & sæpe sæpius increpabatur (autumabant quidem spirituales Patres hoc remedio ejus infirmitati mederi cupientes, illum ad filialem creatoris dilectionem adducere) verum monasterii Præsul cogitavit, infirmum hunc in aliquo deputare exercitio, ut temporalibus applicatus mentem a scrupulis aliquo mode diverteret, ideoque primarii Cellerarii muneri jussit vacare. At hoc non tantum ei non fuit levamen, quin potius novum genus oneris. Id verò advertens prælatus, veluti pius pater, ac spiritualis medicus a præfato remedio destitit, unde ad claustra eum transmisit. Exactissimus fuit monasticæ paupertatis custos, quippe qui femoralia quædam vetusta famulo tradere noluit, sed alteri indigenti: dicebat enim famulum habere stipendium; insuper neque pecuniam tangere volebat quando in itinere erat. A mundanis respectibus semper abborruit, ideoque constanter eminentissimi Baronii nepotem Novitium suum, utpotè religioni ineptum, ad seculum remisit. Adeo fuit silentii observator, ut patrem spiritualem a se maxima instantia accitum signis dimiserit (advenerat eo in instanti quo meridianæ dormitionis signum dabatur) Verum piissimus Deus, qui neminem tentari permittit supra vires, sibi complacuit hunc famulum suum in fine vitæ a scrupulorum vexationibus liberare, ut fassus est P. D. Matthias a Parma spiritualis pater Martini. Non caruit prophetiæ dono, nam eidem patri spirituali patriam versus jam iter paranti ait: Ante meum ex hac vita discessum non proficiscerit, ut accidit. Huic morienti aderat P. D. Zacharias a Fractis Abbas Titularis Cassinensis, qui ait, exalata jam anima, tamquam fulgur, recto tramite cœli secreta penetravit.*

nota.

nota.

D. Urbanus.

De D. Urbano Surrentino hæc habet idem Cornelius. *D. Urbanus in civitate Surrentina progenitus monachorum cœtui aggregari meruit die 13. Martii 1592. senex quidem venerandus, pulcher aspectu, affabilitate decorus. Vere Urbanus re, ac nomine, quippe qui cum omnibus urbanissime se gerebat. Procul dubio ob sui integritatem summis viris comparandus. Huic cuncta cœnobii munera tam intra, quam extra claustra egregie obivit. Titulo Prioris meruit honorari. Cum igitur religiose, ac integerrime vitam duxisset, Casini omnium mœrore terra mandatus est.*

D. Zacharias.

An. 1645. obiit D. Zacharias a Fractis, cujus merita hisce verbis describit D. Cornelius. *D. Zacharias Petronius Fractarum in oppido apud Casinum natus regularem spopondit observantiam die 29. Martii 1597. Adhuc sæcularis puer exemplarem duxit vitam, perfectiori tamen modo in claustris servavit. Sub cura Magistri dum esset, casu inservivit Missæ cuidam Romano Præsuli, qui jussu pontificis huc advenit ad Monachorum gesta sedulo investigandum (apud Papam fuerant Monachi hujus cœnobii calumniati). Cum igitur Prælatus conversus ad populum diceret: Orate fratres, conspexit inservientis vultum nimis radiantem. Quapropter hospes tanta novitatis obstupefactus, adventus sui finem Monachis reseravit, & cuncta, quæ aspexit, summo præsuli per ordinem prodidit. Elapsis postea aliquot annis Cellerariæ domus ei demandata est tempore anni sancti, atque sunc temporis panes peregrinis distribuens, pondus tamen farinæ dicti anni elapsorum mensuram non excessit. Magister autem novitiorum effectus, ajebat novitiis, aliisque quoque juvenibus Monachis: Filioli, ad aquirendam perfectionem necessaria est obedientia cæca, insuper directori vestro cor reserare, hoc enim modo diaboli artes nocendi manifestantur. Non erubuit humilitatis studio quorumdam consanguineorum suorum indigentiam discipulis patefacere. Aliquando dum peregrinorum hospitii curam gereret, contigit, ut circiter duas noctis horas presbyter quidam ingressus sit hospitium, post pedum lotionem peregrinorum, atque refectionem, cui similiter cœna fuit parata, & cella assignata. Verum Zacharias volens dimittere presbyterum, ait nescio quod non necessarium, quam ob causam ab hospite acriter fuit increpatus, & ut silentium custodiret monitus. Confusus abiit Zacharias ad dormiendum, Mane vero perniciter ad presbyterum ire studuit,*

nota.

quem

quem cum non reperiisset, nec lectum incompositum conspexisset, ad monasterii janitorem pro notitia hospitis perrexit, quam cum habere non valuisset, Benedictum patrem Peregrini figuram sumpsisse existimavit. Dum vero Aretii in Tuscia Prioris claustralis munus administraret, ipso inscio prædicto honore fuit spoliatus, quamobrem nil penitus turbatus, imo ad terram prostratus eam devote deosculatus est, deo gratias agendo. Abbatis inde titulo insignitus majorem, quam antea humilitatem permonstravit, quo tempore famulo sibi assignato, non nisi in valde necessariis utebatur. Ad Zachariam quandoque venit rusticus quidam visu orbatus, ab eoque postulavit, ut lumen videret, quibus auditis humilis monachus valde turbatus ait, non est meum, sed sanctorum postulata a te facere; nihilominus precibus rustici victus oculos illius linivit oleo lampadarum, quæ ante S. P. Benedicti corpus ardent; & cæcus vidit, eique postea præcepit Zacharias, ne cuiquam id aperiret. Magistri novitiorum libentissime suos alumnos ad Zachariam ducebant recreandi spiritualiter animi causa. Hujus namque viri abstinentia fuit admirabilis, compositio externa corporis indicibilis, oculorum mortificatio incomparabilis. Zachariæ orationes contra ardores libidinis validissimæ erant, ut fassus est P. D. Erasmus ab Anglono, qui hujusmodi tentationibus subiiciebatur. In hac basilica dum aliquorum Sanctorum fieret translatio, solus ipse cum Fr. Gregorio de Castro S. Apollinaris, & FF. Philippo, & Bernardo a monte Caveoso vocem organi de se resonantis audivit. Multorum ægrotorum Fractensium, aliorumque locorum suis precibus infirmitates sanavit. Dono prophetiæ non caruit, prædixit enim Fratri Benedicto de Vicentia regressum ad Casinum, & mortem in eodem loco: quibusdam consanguineis suis ait, Antonius Petronius non morietur ante meum adventum ad oppidum Fractarum. Cuidam afferenti nuncium de interfectione ejus fratris, antequam loqueretur dixit: jam frater meus mortuus est. Dionysio Lombardello Casini Aromatario ait; Cur pro me orare oblitus es? Vidis P. D. Martini a Neapoli animam tanquam fulgur scandere cœlum. Morti autem proximus a Satana de pusillanimitate tentatus, ait circumstantibus: orate pro me, quoniam de pusillanimitate tentor. Tum tandem meritis cumulatus diem clausit ultimum Casini die Sabbathi 16. Decembris 1645. ætatis verò suæ 67. Alia quam plurima, si scire desideras pie lector, lege vitam ejus jam typis mandatam. Eadem testatur D. Zacharias Lucensis, cum ait. *A di primo Agosto 1652. D. Zaccaria da Lucca Decano Cassinense fò fede ad perpetuam rei memoriam, etiam cum juramento ricercato &c. qualmente avendo pratticato da vent' anni in circa il molto reverendo Padre D. Zaccaria dalle Fratte Abbate titolare, l'hò conosciuto sempre per persona, che ha menata vita santa, & ogni sua attione era piena d' esempii in ogni sorte di Virtù religiosa, & in tale stima, e concetto era tenuto da tutti, & in particolare testifico dell' istessa maniera con giuramento, che poco prima, che morisse, mi disse, che sentiva le pene del purgatorio, e che aveva pregato, e pregava Dio, che l'aggiungesse tormenti, e la tolleranza con patienza, come in effetto successe, ringratiandone sempre S. D. M., e crescendo i sudetti dolori in tanto eccesso lo levorno fuor' di se, disse, Dio mio non posso più, non più dolori, e dicendoli io, che mi trovavo lì presente. P. Abbate havete dimandato tante volte a Dio con tant' instanza, che vi dasse dolori, e toleranza, adesso vi lamentate, vedete, che questa è tentatione del demonio. Al che mi rispose. Io non sò d'aver' detto questo, che voi mi dite, mà se l'hò detto nè domando perdono a tutti, e subito se nè confessò col P. D. Alfonso da Modona, che stava lì presente, dal che sè nè argomenta che la gravità de' dolori l' aveva fatto uscire fuori de se, essendo per altro persona sensatissima, accurata, e circospetta, e dall' ora in poi stette con una quiete grandissima, e morì con quella esemplarità, e santità, che era vissuto, & acciò questo non passi in oblivione, come è soccednto di tant' altre attioni eroiche di detto Padre; per esser' morti quelli, che le sapevano, hò scritto la presente di mia propria mano ricercato &c. Io D. Zaccaria da Lucca affermo con giuramento quanto di sopra &c. Io D. Paolo di Napoli decano sono stato presente, quando il sudetto P. D. Zaccaria hà scritto la sopradetta attestatione di sua propria mano. Io Giovanni Rossini sono stato presente come sopra &c.*

Anonymus etiam Sangermanensis hæc de ejusdem morte scribit. *In questo monastero di Montecasino morse il P. D. Zaccaria delle Fratte Abbate titolare con opinione di gran bontà di vita, & da questi RR. PP. li fu data degna sepoltura in detto monasterio dove concorse una moltitudine di popolo per vedere morto un sì degno Padre.* Longe fusius admiranda viri piissimi gesta describuntur in libro inscripto. *Vita, & virtutes servi Dei reverendissimi q. Patris D. Zachariæ a Fractis Ordinis S. Patris Benedicti Congregationis Cassinensis Abbatis, nunc primum in unum collecta, opera, & studio Casimiri Vincentii Chranovii alias Chrzanouski religiosi Poloni ejusdem Ordinis C. C. Neapoli ex typographia Antonini Gramignani MDCLXXVIII. superiorum permissu.* Id vetustissimo more apud nos receptum est de cujuslibet Monachi, aut commissi morte encyclica epistola, universa Congregationis Cassinensis monasteria admonere. Hæc verò pro D. Zacharia conscripta. *Rev. Padre mio Colmo. Il molto reverendo P. D. Zaccaria delle Fratte Abbate Titolare professo di questo Sagro monasterio doppo 67. anni d' innocentissima vita avendo ultimamente tollerata con incomparabil pazienza una lunga, e dolorosissima infermità hoggi ha reso l'anima a Dio munita di tutti i SS. Sagramenti, lasciando esempj, e fama di SS. morte. Questo avviso io son certo, che eccitera V. P. Reverendissima nel suo devoto convento a gl' ufficii di Cristiana pietà, perciò a me non resta, che di bagiarle con umilissima riverenza le sagre mani. Monte Casino 16. Decembre 1645. Di V. P. Reverendiss. Umiliss., e devotissimo Figliolo, e servitore. D. Severino Abbate.*

D. Thomas.

Ab an. 1591. die 16. Junii monasticum habitum in cœnobio nostro induerat D. Thomas Præstonus Anglus, quem paulo post ad prædicandam catholicam fidem in patriam suam legavit Romanus Pontifex. Quot ærumnas perpessus fuerit, cum Missionarium apostolicum ageret, videre est ex hac encyclica D. Andreæ Arcioni Abbatis Cassinatis epistola. *In Londra secondo gl'avvisi, che teniamo è morto di febre il Padre D. Tomaso Inglese professo di questo Sagro monasterio munito di tutti i SS. Sagramenti in età d'anni 80. deppo esser stato anni 40. in rigorosa prigione, e condannato ben due volte a*

mor-

morte per causa della predicatione Evangolica accompagnata sempre da esse con grandissima esemplarità e dottrina, che però tanto maggiere è state il suo Martirio, quantopiù lungo, e se bene si crede certamente in paradiso, lo raccommaudo nientedimene a pii suffragii di V. P. R., e del suo devote Convento, e le bagio le mani 17. Giugno 1647. Di V. P. R. Devotissimo servo D. Andrea Abbate. De eo hæc in diariis suis refert D. Franciscus Romanus. An. 1647. In quest' anno morse in Londra il Padre D. Tomaso Inglese professo del Sag. monastero Cassinense nomo letteratissimo, e di santa vita conforme apparisce ance dal bollettino, che fu mandate da questo monasterio a gl'altri Monasterii della nostra Congregatione composto, e scritto di propria mano del Padre Abbate D. Andrea da Parma Abbate di monte Casino. Nuceus in notis ad cap. 108. Chron. Cass. lib. IV. nu. 2013. habet, Bonis avibus toto divisos orbe Britannos Casinum appulisse semper comperimus Patrum nostrorum evo inde habuimus &c. Thomam Prastonum doctissimum in primis Theologum, & pro tuenda Romana fide in patrio solo per annos quinqnaginta constentissimum athletam, cujus Theologicos commenterios manu exaratos vidimus. Haud leviores fuere quas passus est a falsis fratribus persecutiones, pluribus calumniis impetitus apud Paulum V., & Gregorium XV, atque eminentissimos Cardinales potissimum de pravis dogmatibus, alienisque a S. apostolica sede insimulatos, contra quæ longa se ipsum apologia defendit ad Romanum Pontificem missa, ut hac epistola constat ad D. Anselmum Anglum monachorum Anglorum procuratorem apud apostolicam Sedem.

nota.

Foris. Al molto Rev. Padre mio osservandiss. D. Anselmo Inglese monace, e Decano Cassinense degnissimo, Roma in S. Calisto: Intus. Molto Reverendo Padre mio osservandiss. Vi mando la lettera la quale gia un mese fà io scrissi alla sua Santità, con il conseglio del Sig. Ambasciadore di Spagna, il quale dettava la medesima lettera, nè voleva permettermi di scrivere in altra maniera, ne anco io stesso sapeve in che meglior modo scrivere, salva la mia coscienza, per dar contento alla sua santità, e gl' Illustriss. Sig. Cardinali, poi che non è piacinto alla loro sapienza doppo tanti suplicationi descendere a qualche propositione particolare, la quale ho da detestare, correggere, o retrattare, nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum: le ingiurie e calunnio, che io gia per molti anni ho sopportato patientementa sono quasi insopportabili, ma adesso io spero come ancara il detto Sig. Ambasciatore me assicura, che presto haveranno fine, & che io non haverò più occasione di far stampare altri novi supplicationi al sommo Pontefice per difendere la mia innocenza, & per domander giustizia contra quelli che mi hanno così grandemente ingiuriato, & calunniato; & perche non molto inanzi che il detto Sig. Ambasciatore mi parlò, feci stampare una supplicatione alla sua santità, la quale non haverei stampata, si la sua Ecc. mi avesse parlato avanti, & datami qualche speranza d' alcun pacifico fine di questi scandalosi garbugli, gia che, è stampata, e publicata, io penso che sia meglio di mandarla a Roma per me stesse, che per altri, non a fine de prevalermi di quella so piacerà alla sua Santità di accettare la mia purgatione, mà principalmente per sottometterla al giudicio, & censura della Santa sede apostolica con protestatione espressa di essere pronto per correggere, è ritrattare tutte quello, che in essa, ò in alcune altro libro attribuito à me, e d' essere corretto, ò ritrattato, & in parte, acciò che la sua Santità, & gl'illustriss. Cardinali generali Inquisitori per la professione della nostra fede fatta secondo la bolla di Pio quarte possano vedere manifestamente, che io sone bon cattolico, & obbediente figliolo della Santa sede apostolica, & per diverse cose insinuate in detta supplicatione le loro prudenze vedano piu chiaramente come in questo regno d' Inghilterra la pace Ecclesiastica, & civile pò essere più facilmente conservata, & la fede cattolica può in questi tempi torbolenti senza manco impedimento essere propagata, mà di questo, & di diverse altre cose importante io vi scriverò, è altro tempo più comodo. Molti mesi in quà vi mandai la copia della lettera, la quale il Padre N. scrisse all'illustriss. Nuncio apostolico, nella quale sone contenute molte felsità, come che tutti li monachi Cassinesi in Inghilterra favoriscono il nuovo giuramento, che, è falsissimo, di gratia avisatemi se havete ricevuta la detta lettera, & come le cose passano di là, circa il mio particolare del quale depende grandemente la pece della Chiesa in questo regno; & con questa facendo umilissima riverenza, al molto reverendo P. Presidente vostro, al molto rev. P. Abbate di monte Casino, & di Roma, & li rever. padri Procuratori, & salutando carissimamente tutti li amici, & condescepoli, & in particolare P. D. Simplicio, D. Bernardino, D. Angelo, D. Geronime delle Fratte, mi raccommando instantemente all' orationi di tutti, & li bazio la mano. Da Londra il 3. d' Augusto al stilo nostro 1621. Di V. P. M. V. Aff. fratello, D. Thomaso Inglese, non posso mandare tutta la supplicatione insieme, essendo di troppo grandezza, l'altra parte la mandarò la posta seguente.

Ved. p. 5. 59. 60.

Hanc supplicationem, de qua mentio fit in his litteris cum exemplari ipsarum literarum ego tradidi statim Illustriss. Domino Cardineli Bendino. D. Anselmus Anglus.

Has quoque Cardinalis Mellini ejusdemque monachi epistolas legere non injucundum lectoribus erit.

Molto Rev. Padre. La dechiaratione, che fà V. R. con la sua delli 14. di Luglio, che tutto quello, che hà fin' hora tenuto in scritto, ò in parole sopra il giuramento Anglicano è stato nella forma, che intendova potersi tenere, mà hora è pronta ad obedire al commandamento, e resolutione fatta qui, e di non mantenere più detto giuramento, ne per scritti, ne per parole) è stata intesa volentieri da nostro Signore, chi però si è degnato di communicare il tutto à questi Illustriss. Sign. Cardinali generali inquisitori miei colleghi, le quali essendo restate sodisfatto di V. R. hanno reso molte gratie à nostro Signore, che si abbia disposta in fare così buona resolutione, & in tanto mi ha sua santità commesso, che io in nome suo lo essorto, come so à star salda, e costante nella resolutione fatta, & esequire con li fatti, quell' che hà significato con le parole, come intenderà dal Sig. Conte di Gondomar, il quale significarà à V. R. la buona volontà, che si hà de quà, verso la sua persona, e la resolutione, che si è per ciò fatta per hora di sospendere, e provogare per tempo ad arbitrio di sua Santità, e di questa S. Sede la privatione delle facoltà concessoli de quà, rimettendomi a quel de più, che il S. Con-

te di Gondomar dirrà a V. R., alla quale per fine m' offero, e desidero ogni vero bene. Di Roma li 21. Agosto 1621. D. V. P. Affetionatiss. per servirla Il Cardinale Mellino.

A tergo Al Molto Rev. Padre il Padre D. Tomaso Prestono Beneditino: intus. Illustrissimo, e Reverendissimo Signore. Ho ricevuta con grand' contentezza di cuore la sua molto cortese, & gratiosa lettera del 21. d' Agosto, per la quale io rendo infinite gratie, primo a Dio Benedetto, e poi alla benignità, & carità della sua santità, di V. S. Illustrissima, & di tutti gl' altri illustrissimi Signori Cardinali Generali Inquisitori, & ancora io sinceramente confesso, che resto grandemente obligato al Eccellentissimo Signore il Conte di Gondomar huomo prudentissimo, & alla Santa Sede apostolica devotissimo, à lui tutti gli cattolici Inglesi sono per molti suoi singolari favori sommamente obligati, & io più de tutti per haver con la sua prudenza ridutto questi miei travagli à fine così bono, & quieto. Quando poi all' esortazione, che la V. S. Illustrissima mi fa in nome de sua santità di star saldo, e costante nella risolutione fatta, & esequiro con l' opere, che hò promesso, con le parole, io vi ringratio grandemente per ciò, & vi assicuro, che per la gratia di Dio, mi trovarete sempre huomo reale, & sincero, & obedientissimo figliuolo alla sua santità, & la S. Sede apostolica, & prontissimo di perdere la vita per la professione della santa fede cattolica, Apostolica Romana, & che infallibilmente osserverò tutto quello, che hò promesso, circa il non defendere più il nuovo giuramento Anglicano, ne per scritti, ne per parole, & da qui inanzi ogni volta che m' occorrerà qualche difficoltà, ò bisogno, io presumerò d' haver ricorso alla V. S. Illustrissima, quale confidandomi nella sua singolare benignità, io piglierò per mio particolare protettore, & padrone. Et così di cuore pregando ogni bene a V. S. Illustrissima io humilmente bazio la veste, & resterò sempre. Di V. S. Illustrima, & Reverendissima. Umilissimo, & Devotissimo servitore D. Thomaso Prestono Monaco Cassinense. A tergo: *all' Illustrissimo, & Reverendissimo Signore il Signore Cardinale Mellino. Padrone mio Colendissimo. Roma. De queste lettere io D. Anselmo Inglese hò data copia al Illustrissimo Signore Cardinale Baudino.*

Cum vero comminatæ Præstono pœnæ haud inflictæ fuerint, atque adeo viginti & septem deinde annis missionarii apostolici munere functus sit, argumento est, haud voluntate peccasse, atque servasse adamussim quæ promiserat. Nullam certe notam viri piissimi moribus ob errorem aliquem absque pertinacia inussit umquam ecclesia, sed de Præstono iterum cum de restitutione nobilissimæ Congregationis Monasticæ Anglorum.

D. Augustinus. D. Michael. D. Bernardus.

Plures alii Angli Monachi hoc sæculo cœnobium nostrum illustraverunt, quos omnes hic numerabimus. D. Augustinus Monasticum habitum induit die 4. Augusti 1591., D. Michael mense Januario an. 1610. D. Bernardus Thomæ Præstoni nepos 9. Novembris an. 1626. quorum omnium meminit Nuceus cit. loco hisce verbis. *Bonis avibus toto divisos orbe Britannos Casinum appulisse, semper comperimus Patrum nostrorum avo inde habuimus Gregorium Sayrum vita sanctimonia venerabilem, editis voluminibus clarum. Thomam Prestonum doctissimum in primis Theologum, & pro tuenda Romana fide in patrio solo per annos quinquaginta constantissimum athletam, cujus Theologicos Commentarios manu exaratos vidimus, Augustinum doctrina, & rebus agendis insignem, Michaelem præcedentibus non imparem, Bernardum nuper præfati Thomæ consanguineum magna sanctitatis opinione defunctum.* De memorato D. Bernardo hæc scribit D. Cornelius. *D. Bernardus Prastonus Anglus nobilissima prosapia nepos P. D. Thomæ ab Anglia doctissimi Alumni Casini, qui pro fidei Ortodoxæ confessione per annos ferme quadraginta in carcere detentus hanc vitam finivit. Bernardus igitur Casinum missus ab Avunculo Thoma ibi regularem stabilitatem promisit die 9. Novembris 1627. sub directione P. D. Pauli a Neapoli. Hujus probitatem, ac spiritualem profectum nostri Patres agnoscentes, unusquisque ejus societatem habere cupiebat. Ad petitionem Prioris S. Liberatoris in Aprutio Prælatus Casinensis benigne quidem, sed ægre concessit, ut Bernardum secum traduceret. Itaque Prior prædictus hilaritate plenus, quia secum ducebat Bernardum ob decorem, & honorem loci, populique ædificationem. Ibi in excipiendis fidelium Confessionibus assiduus, itemque in missis celebrandis, & in horis canonicis persolvendis in choro. Tantum in isto dei famulo humilitatis virtus prælucebat, ut non dedignaretur exercitiis vacare, quæ non nisi Fratribus commissis, ac Monasterii famulis committi solent.* (nota.) *Carnis abstinentiam mirabili artificio occultabat in publico: etenim pulpam ex ossibus evellebat, eamque dimittendo dicebat, se maximopere gustare de carne prope ossa, a quibus cultri cuspide parum, aut nihil extrahere valebat. Certe pro viro sancto ab omnibus illius provinciæ habebatur, & Sanctus Pater appellabatur. Reversus Casinum, ad hospitale, atque ad infirmorum domum fuit directus, in quibus exercitiis erat Præfectus, & nihilominus se tamquam omnium novissimum gerebat, nam propriis manibus ægrotorum necessitatibus quibuscumque occurrebat. Monasticæ paupertatis, ac regularis observantiæ extitit studiosissimus. Vivendi methodum Novitii tam in vestitu, quam in reliquis observantiis, usque in finem vitæ custodivit.* (nota.) *Ita erga proximum erat misericors, ut non curaret propriæ indigentiæ consulere, sed alienæ. Ad regimen Monialium castri Taleacatii in Aprutio ultra a Prælato transmissus, eo in loco nequibat ad instar ignis proprias celare virtutes, quapropter ab omnibus veluti e cœlo missus colebatur. Elargita quandoque in carcere detentis tota pecunia ad usum sibi concessa, amplius non est ausus eandem Carceris arripere viam. Tandem aliquando infirmitate correptus, cum mortis sententiam sibi pronunciare audivisset, hilari vultu ait: lætatus sum in iis, quæ dicta sunt mihi.* (nota.) *Postea e lectulo descendens, in terra flexis genibus reverenter Sacram adoravit eucharistiam, & devote suscepit, & non multo post animam Deo reddidit circa annum Domini 1650. Tumulatus fuit in loco peculiari prope altare majus ecclesiæ Sanctorum Cosmæ, & Damiani in cornu epistolæ versus crates monialium pro illarum solamine.* De D. Bernardi obitu hanc Abbatissa Sanctorum Cosmæ, & Damiani epistolam dedit ad Vicarium generalem Cassinensem.

Molto Reverendo Padre, e Padre osservandiss. Tacerei se non fusse mio debbito, il dar conto a V. R.

della

della grande, e dolorosa perdita fatta nella morte del Padre D. Bernardo, (che sia in celo) quando io havessi parole bastevoli a manifestare il dolore, che intensissimamente mi crucia, mi parerebbe haver ia porte alleviata la passione, che mi tormenta. Sè piangère piu tosto, che lamentare un disastro così grande imperciocho il dolore disserrandomi gli occhi alle lagrime mi chiude la bocca alli lamenti. Resto insensata mentre nè gl' occhi di tutte queste madri vedo scorrere fiumi di abbondandissime lacrime, e dalla bocca odo uscir suono di flebile parole, chi di lore piangendo si lamenta, haver perso il suo caro Padre, chi l' esemplare delle virtù, chi la norma del bon vivere, e tutte il Santo; Et hanno ben ragione a chiamarlo tale, perche tale era tenuto non solo da loro, mà da tutte le genti di questo paese che non senza gran copia di lagrime hanno udita la di lui morte; Egli s' infermò alli 27. di Agosto giorno di venerdi, il suo male per alquanti giorni fu stimato di poca consideratione, & egli a chiunque l' andava a vedere diceva non esser nulla, io non mancai di somministrarli, e farli sumministrare tutte le cose necessarie, ne sparambiai, ne a fatica, ne a spesa, per toglierlo (se potevo) dalle mani della morte, ma non fu possibile, imperciocho il suo male si agravè, e fu stimate mortale, mi trafisse il caore questa nuova, ma non mi raffreddò in procurarvi per ogni via possibile la sua salute, non mi giovò perche Iddio lo volse con se, è morì alli 5. di Settembre giorno di Domenica, mi fu detto dal Sacerdote, ch' intervenne alla di lui morte, che bon Padre, rideva mentre agonizzava, che con la sua mane si teneva strettamente la candela benedetta; che con quella mano, nella quale teneva la detta candela, si levò la berretta mentre gli si faceva la ricomandatione dell' anima, che finita se la ripose. Io gli feci fare il funerale quanto piu potei sontuoso, benche il venerando Padre predicendo, mentre viveva, e stava sano, la sua morte, mi havesse più volte pregata, a non fare accompagnare il suo corpo con pompa funebre. Il di lui corpo lo feci porre in una cassa in luogo separato dalle sepulture communi, e propriè sotto lo scabello dell' altare di S. Cosmo; spero, anzi credo, che il Signore habbia collocato in Celo queste suo bon servo, mentre egli vivendo qua giù frà noi ad altro non ha atteso, che al culto divino, e mentre con questa speranza al quanto mi consolo, prego per fine all' Anima del bon Padre requie, & a V. R. augure felicità, e bagio riverentemente le mani. Dal monastere di San Cosmo di Tagliacozzo li 10. Settembre 1649. D. V. P. Mtõ Reverenda obligatissima, e devotissima serva, D. Giustina de Leoni Abbadessa. Dopo haver scritta questa se riceverò le sue, se farrà subbito il tutto, & se rimandarà ogni cosa quande prima, & li do ancho aviso, che in quel giorne, che morse il Padre D. Bernardo morse ance il Vescevo di Marsii. Eadem Abbatissa eidem P. Vicario generali, alia Epistola missa, hæc scripsit. *Ogni giorno più mi s' accresce il dolore, che mi crucia per la morte del Padre D. Bernardo, che sia in celo, perche ogni giorno più conosce quanta gran perdita he fatta, havendo perso lui; questa sola consolatione mi era rimasta nelle infinite miserie, e travagli, che da tutte le parti mi crucciane, mentre egli con le sante parole, con gl' ottimi consigli, con l' assidue orationi, e con le santissime operationi molte mi sollevava da quelli, ma in vero io non ne era degna, e perciò me l' ha tolto il Signore, al quale io giustamente con tutte queste madri starrò porgendo prieghi per la salute, e felicità di V. P. M. R. a cui molto devo, & instantemente se suplica si degni honorarmi col comandarmi, e mentre starrè attendendo da lei questo favore, le bagio riverentemente le mani; Dal monasterio di S. Cosmo di Tagliacozzo li 18. Settembre 1649.*

D. Alphonsus Mutinensis in Necrologio Cassinensi hæc scribit an. 1649. *A dì 5. Settembre morì il Padre D. Bernardo Inglese Sacerdote, e professo di Monte Casino, e Vicarie delle Monache di Tagliacozzo, morendo ivi con odore di Santità. Si seppe la nuova di sua morte alli 14. detto.* Ab. an. 1644. Cassinum concesserat D. Alphonsus, ubi sanctissime vixit ad an. 1660., ac demum Abbas titularis obiit die 24. Julii an. 1680. in cœnobio suo Mutinensi, tanta sanctitatis opinione, ut ejus vestes populi disrumperent, cum in ecclesia fuisset elatus. De eodem Bernardo hæc scribit D. Franciscus ab urbe in Diariis suis 1649. *a dì 5. Settembre morì D. Bernardo Inglese in Tagliacozzo, dove stava per confessore di quelle Monache. Fu un grand' uomo da bene, e morendo lasciò memoria della sua bontà in quella provincia. Fu nepote del Padre D. Tomaso Inglese.*

D. Petrus Biemma Veronensis monasticum habitum sumsit die 29. Septembris 1604., deque eo hæc scribit D. Cornelius. *D. Petrus a Verona in curia Romana per multos annos diversatus, adultus jugum domini suscepit die 29. Septembris 1605. sub præceptore P. D. Augustino a Neapoli. Magnæ profecto auctoritatis vir in Congregatione nostra, ob familiaritatem multorum Prælatorum, Cardinalium, & præcipue summi Pontificis Urbani VIII., cui erat nimis charus, ab eoque oblatum Archiepiscopatum recusavit, contentus tantummodo Abbatis titulo. Monastica observantia erat zelotissimus. Hic partem illam Turris, in qua S. Pater Benedictus morabatur, consistentem in tribus habitaculis munificentissime exornavit auro, atque eximiis picturis. Usque in hodiernum diem habitatio supradicta hanc denominationem retinet apud secalares.* Camere di D. Pietro di Verona. *At cum meritorum, & illibata vita famam posteris reliquisset, Casini fuit tumulatus.* Pietatis doctrinæque Petri nostri luculentum testimonium exhibet Cardinalis Franciscus Barberinus hac epistola.

D. Petrus

Foris. Al Molto Reverendo P. Il Padre D. Pietro da Verona Abbate di S. Matteo—Monte Cassino. *Intus Vero*: Molto Reverendo Padre. *Intesi in un istesso tempo il pericolo della grave infermità della P. V., e la sua ricuperata salute, e mi rallegrai, rendendone gratie a Dio Benedette di sapere prima la revalescenza, che la indispositione, per ritrovarmi esente di non picciolo travaglio l' animo, che mi haria caggionate l' affettione, che le porto, la quale con la consideratione del mal passato non fosse agomentasse, o diminuisse il piacere apportatomi dalla buona nuova del ben presente. Me ne rallegro per tanto con V. P. con tutto l' animo, e poiche la gratia da me viene attribuita al servitio, che S. D. M. ha proposto, che riceva dalla carità, e zelo della P. V. il glorioso Patriarca S. Benedette, e la sua congregatione, particolarmente in ridurre a perfettione la totalmente necessaria, & estremomente desiderata reformatione*

delle

delle constitutioni, nella quale ella ha impiegata sin hora tanta, e si lodevole fatiga, accioche finalmente si possa raccorre e godere il frutto bramato, Io invito la P. V. a trasferirsi qua a fine, per dare a si degna impresa l'ultima mano, tanto più, perche intendo, ch' ella si trova in stato, che senza punto di pregiuditio, anzi con molto avvantaggio può far questo viaggio, mutando cotesta stanza nella presente staggione assai rigida in questa assai più temperata, e dolce, e però molto più a proposito per la sua convalescenza, non pretendendosi, massime di aggravarla d' altra applicatione, o mentale, o corporale, che di udire le sue notitie, & i suoi sentimenti: Resterè per tanto attendendo la sua risposta presta, e grata, ed in tanto alle sue orationi mi raccommando. Di Roma 26. Novembre 1636. Affetionatissimo di V. P. Il Cardinal Barberino P. D. Pietro di Verona Abbate di S. Matteo Monte Cassino. Narrabat D. Severinus Cassinensis Abbas mira semper devotione Petrum nostrum prosecutum festivitatem immaculatę conceptionis Deiparæ, quam obnixe precabatur, ut eodie mortem sibi oppetere liceret, quod evenit teste D. Francisco Romano in Diariis suis hisce verbis. *Agl' 8. di Decembre 3. ore avanti giorno dell' anno 1644. passò da questa a miglior vita il Rmo Padre D. Pietro da Verona Abbate di S. Mattee, e fe una morte da buonissimo religioso qual visse.* Ipsi potissimum cura demandata est ornandi tria S. Benedicti cubicula picturis, marmoribus, ac plastico inaurato opere publicis expensis. Vicarius generalis diœcesis nostræ plures in annos fuit, omnesque lites per id temporis agitatæ ejus diligentia, ac doctrina excussæ. Urbano VIII. cum primis carus, & cardinalibus Ludovico Ludovisio, Petro, & Hippolytho Aldobrandinis, Francisco Barberino, Alexandro Peretto, Martio Ginnetto, aliisque. Amicus Clementis Merlini, & Johannis Francisci Fierentilli, qui Prælati erant, Bartholomæi Chioccarelli, Felicis Contelorii, Mutii Phœbonii, aliorumque doctorum Virorum, quos monumentis juvabat. Magni in Congregatione nostra semper ab omnibus est factus, cujus rei plura documenta in medium proferre facile esset. Sat erit hæc D. Oratii Præsidentis nostri epistola.

nota.

Reverendissimo Padre mio Osservandissimo. Ricevo con la gentilissima sua lettera delli 26. passato l' aviso, che si compiace darmi della sua chiamata à Roma. V. P. Rma mi favorisce con tratti di grandissima cortesia, mentre honora la mia devotione, con significarmi del suo stato; resto però anco confuso dalla sua gentilezza, mentre anco a me ricerca quello, che è in sua podestà, lei è sempre padrona, ne deve usar queste ceremonie meco; Il merito di V. P. Rma è tanto grande, e così ben conosciuto, che genera in tutti stima grandissima della sua persona in me particolarmente, che so quanto opera a beneficio, e decoro publico, così appresso l' eminentissimo Sig. Cardinale Protettore, come nelle operationi della religione; e per la mia parte so quanto li devo, onde pregola à parteciparmi de suoi commandi, che mi troverà al solito prontissimo, e devotissimo &c. Venetia li 7. Gennaro 1640. di V. P. Rma Devotissimo Servo D. Horatio Presidente Generale Reverend. di S. Matteo.

D. Cornelius.

Avunculum imitatus est D. Cornelius Biemma sacro habitu a die 20. Aprilis an. 1613. indutus, de quo hæc scribit D. Cornelius, licet annum diem mensemque, quo monachus factus est non rite adnotaverit. *D. Cornelius a Verona nepot memorati Patris D. Petri a Verona, monachus effectus die 25. Augusti 1614. sub directione P. D. Hieronymi a Fractis integerrimus vir, cujus rectitudinis zelus, prudentia præclara, ac longa consummataque experientia, post administrationem multorum monasterii honorum, ad Abbatialem dignitatem ipso renuente evenit. Porro in viro hoc erat procul ambitio præcipue patrui tempore, quo multum se prævalere poterat: natura quippe pacificus, solitudinis amator, optimisque imbutus moribus regimen sponte dimisit, ac tandem lethalis vi morbi consumptus Casini vitam finivit.*

nota.

DD. Alexander, Thomas, Archangelus, & Gregorius.

De D. Alexandro Alderisio, D. Thoma Ligorio, D. Archangelo Festinesio, & D. Gregorio Ansalone Neapolitanis hæc presse narrat D. Cornelius. *D. Alexander Alderisius ex præclara stirpe Neapoli ortus. Casinensis hic alumnus effectus est die 12. Martii 1609. sub directore Patre D. Antonio de Sarzane. Probata quidem vita vir, & monastica observantia illustris. A quamplurimis eunuchus, ob vocem, ac vultum habitus est. Decanus titularis Casini è vivis excessit.*

D. Archangelus Festinesius in civitate Neapolitana ortus, divino famulatui se tradidit die 12. Julii 1610. sub præfato directore. Probata vita, & morum candore clarissimus. Ad titulum Prioris evectus est. Ob eximias animi dotes omnibus charus præcipue Cajetanis, apud quos multis annis vitam traduxit, dum Rectoris munere in loco Sanctissimæ Trinitatis fungeretur, Architectura satis excultus. Aliquando ab articulari morbo graviter aggressus in monasterio S. Angeli de Cajeta diem clausit extremum.

nota.

D. Thomas Ligorius nobili genere Neapoli natus, conversionem morum Deo promisit die 29. Decembris 1627. sub præceptore P. D. Paulo a Neapoli. Hic morum probitate clarissimus, & monastica observantia custos eximius. Extra claustra nullo unquam functus officio, intra vero non nisi illis humilitatis, & patientiæ erga peregrinos, & ægrotos Fratres. Ad decanatus honorem evectus regularem disciplinam in suo robore totis viribus studuit conservare. Taliter in ipsius cella nitor elucebat, ut paucos haberet pares &c. Casini diem suum clausit extremum die 16. Aprilis 1670. ætatis vero suæ anno 59.

D. Petrus Maria.

De D. Petro Maria Genuensi hæc scribit in Necrologio suo D. Timotheus Carminati 1671. *A di 15. Decembre. Questa notte passata a ore cinque, e mezza è morto il Padre D. Pier Maria da Genova Decano, e professo di S. Caterina doppo 18. giorni di febre maligna, avendo ricevuto prima tutti i Santissimi Sagramenti con straordinaria devozione. Era di 65. anni d' età, & aveva otto anni, e mezzo, che dimorava in Monte Casino con grande ritiratezza, & applicatione contiaua alla santa osservanza.*

D. Theodorus.

De D. Theodoro Martone hæc scribit D. Cornelius. *D. Theodorus Martone de castro Maranula Diœcesis Cajetanæ Casini per solemnia vota se Deo dicavit die 28. Februarii 1634. sub præceptore P. D. Berthario à Sermoneta. Adhuc in Novitiatu moram faciens cor gerebat senile, & directoris præcepto consocios regularem edocebat disciplinam. Cella se-*

cretum

cretum per maxime adamavit, ibi sacris lectionibus semper intentus. Vir prudentia, cæterisque virtutibus clarus, æqua in Philosophicis, ac Theologicis disciplinis adeo instructus, ut in cœnobio Cassinensi primarii lectoris munera per non paucos annos sit egregie functus. Postmodum Decanus creatus, in quem tamen omnium dignitatum ornamenta tuta possent conferri. In Monasterio S. Severini de Neapoli domicilium fixisse videbatur, dum ibi multis annis esset commoratus. Deinde Casinum reversus Prioratus gradu potitus est. Tandem Cajetæ ultimum clausit diem 13. Januarii 1688. hora 8. ætatis suæ 72. Quonam in pretio habendus esset noster Theodorus ostendit D. Maurus Cœsarini Abbas in ea, quam ad P. Dominicum de Quesada Abbatem S. Mariæ miraculorum Andriæ jamjam Abbatis dignitate se abdicaturum scripsit, epistola an. 1662. Kal. Martii. *Dopo partita il Corriero questa mattina con il ritorno del cavallo ricevo l' umanissima carta di V. P. Rma con l' avviso della lettera ricevuta dal rmo Padre Presidente à favore del P. D. Teodoro da Maranola per la renunzia del Priorato &c. la come antico figliuolo, e servitore di V. P. Reverendissima sono a supplicarla, che serva detta reverendissimo Presidente, e farà ance un azzione degna di Prelato par suo, facendo un suggetto Priore, che in nostra congregazione non vi è chi lo possa equivagliare, a de vertù, e di bontà, & io me ne confessarò eternamente obbligato a V. P. Reverendissima &c.* Diu familiariter cum optimo hoc viro sum diversatus non sine virtutum ejus admiratione. Erat enim solitudinis, silentii, rigidioris monasticæ disciplinæ, paupertatis in rebus etiam minimis studiosissimus, ut igniculum quoque ad fovenda hyeme membra accenderet; assiduæ lectioni deditus ne illo quidem tempore intermittebat, qoo in claustris, viridarioque solatii ergo deambolaret, ac nonnisi de rebus divinis aut literariis sermonem instituebat. Magnæ semper pietatis, ac doctrinæ vir habitus ab omnibus. Obiit Prior S. Angeli Cajetæ.

nota.

F. Gregorius.

De Fr. Gregorio ab oppido S. Apollinaris ditionis nostræ, qui ab anno ætatis suæ vicesimo Commissus evaserat, hæc scribit D. Cornelius. *Fr. Gregorius e castro nostro S. Apollinaris honestis artus parentibus, a quibus fuit traditus arti Fabri Ferrarii. Hic mundum reliquit, & S. conversationis Casini habitum suscepit. Post dura, & aspera monastica disciplina in quibus sepe fuit probatus, ministerio, quod in sæculo edidicit, in religione semper incubuit. Quantum vir iste in spiritualibus profecerit nemo ex nostris ignorat. Tanta in eo mentis puritas elucebat, ut in castro S. Apollinaris, ubi rectoris munus agebat monitus a piis quibusdam loci incolis, quod a nonnullis filiis iniquitatis monasterii triticum diripiebatur, sibi persuadere non poterat reperiri posse in mundo, qui lethalis culpæ reus esse vellet. Cœnobium redire indicitur, ubi pratote sua vita cursu lampadarum ecclesiæ, ac totius monasterii curam egit, insuper antiquum fabri munus iterum est amplexus. Ad poeticam artem habebat naturalem propensionem, idcirco aliquando reverendi animi studia nonnullos versus, etsi rudes ingeniose nihilominus promsit quibus mirum in modum Ferrarii artem cunctis ministeriis necessariam esse probabat. Erat in mæchanicis universalis, unde horologium dicti Castri S. Apollinaris ter singulas horas significans admirabili artificie compo-*

nota.

fuit. Ista candelas, vitreas quoque fenestras, nec non alia quamplurima eximia peragebat. Vir iste in silentii virtute valde enituit. In Abbate patriarcham Benedictum venerabatur, reliquos vero monachos velut sanctas nostri Ordinis reverentia profundissima colebat. Sæpe orabat, præcipue tempore sacræ communionis. Ab otio sic abhorrebat, ut neque diebus Festivis per unum instans vacare pateretur, quapropter ad orationes vocales, ac sacras meditationes transcribendas convertebatur. In domesticis colloquiis semper sacrarum scripturarum historiis, ac sanctorum exemplis utebatur. Confratres vero suos, dum nocte ad conficiendos panes assurgerent, sacra reficiebat lectione. Cum sanctarum corporum translatio hic fieret, ipsum cum aliis duobus Commissis fertur cum Abbate Zacharia Fractensi audivisse organi vocem, nullo revera pulsantis ministerio. Tempore Sacræ communionis duas ad minus insumebat horas orationis in præparatione, eique parum esse videbatur. Post multos labores fuit febri perculsus, in qua infirmitate vehementer a maligno spiritu vexabatur de intentione parochi circa baptismum sibi collatum; verum cœlesti fulgore illustratus, tetram Sathanæ suggestionem fugavit, ac totum se divinæ tradidit contemplationi. Morti jam proximus sæpe Evangelium sancti Johannis audire volebat. Tandem meritis cumulatus post annum sexagesimum vitam finivit mense Septembris an. D. 1643. plus, vel minus.

nota.

nota.

De Fratre Philippo a Monte Caveoso ab anno circiter ætatis suæ vicesimo octavo domini 1616. cœnobii nostri Commisso hæc scribir D. Cornelius. *Fr. Philippus de oppido Montis Caveosi Lucaniæ Provinciæ professione Faber ferrarius. Divino hic fervore accensus Casinum gressus direxit, ubi exutus veteri homine novum secundum deum induit. Tentatus in spiritu ludibriis, omnibusque mortificationum generibus, ad stabilitatem pervenit, & socium, atque imitatorem se exhibuit memorati Fratris Gregorii. Merito monachorum matris nomen obtinuit, quippe qui maternum affectum quantum licuit munusculis demonstrare non desiit. Panificandi ministerio usque ad finem vitæ incubuit. In mechanicis similis Fr. Gregorio, at hoc nil esses, si vitæ exemplaritatem æmulatus non fuisset. Denique febribus correptus omnium mærere decessit mense Novembris 1653.*

F. Philippus.

nota.

Haud dissimilis probitatis est habitus F. Bernardus & ipse a Monte Caveoso ab an. 1617. die 19. Augusti ætatis suæ viginti novem circiter, quorum duos laicali habitu in cœnobio nostro insumserat, Commissus. Memorati tres Commissi ab omnibus, qoi tum temporis viverent, monachis in magna pietatis opinione sont habiti, nam in processu an. 1627. facto pro recognitione corporum SS. Simplicii, & Constantini Abbatis, Carolomanni Regis, Guinizzonis, & Januarii Monachorum, quæ sub ara majori ecclesiæ nostræ servabantur, deque miraculis tunc visis testatur D. Simplicius Caffarellus tum Cassini Abbas ante judices ad id delegatos magnæ simplicitatis, probitatisqoe viros habitos F.F. Gregorium, & Philippum. Eadem fatetur D. Hieronymus Fractensis Abbas titularis. Et D. Zacharias Petronius vir piissimus, de quo plura commemoravimus, subdit, FF. Gregorium, Bernardum, & Philippum probos, simplicesque viros separatis in locis, longe ab ecclesia

F. Bernardus.

nota.

clesia nostra constitutos, submisso licet murmure, organa pulsate eodem momento audivisse, quo sacta corpora excavarentur, rei prorsus ignaros, quam Abbas clam omnes, pertentasset. Id sibi quoque evenisse testatur D. Zacharias, ipsique tres Commissi idem jurati sunt fassi. Eorum etiam probitatem testimonio suo firmat D. Archangelus a Neapoli in eodem processu; ratumque de Bernardo habet D. Antoninus, cum fulmine ictum refert ut diximus cum de rebus gestis.

F.F. Hieronymus & Gabriel.

De Fr. Hieronymo a Rocca Sicca & F. Gabriele a Verona hæc narrat D. Cornelius. *Fr. Hieronymus è Rocca Sicca diœcesis Aquini, qua tempore novitiatus didicit per totam vitam servavit. Ostiarii munus ad mentem S. Legislatoris nostri custodivit, Cassini vita cessit.*

Fr. Gabriel Coscali Veronensis stabilitatem suam omnipotenti Deo promisit an. Domni 1630. mensis Decembris ætatis suæ anno 30. monasticæ paupertatis studiosissimus Vir, atque humanæ superbiæ contemptor. E vivis tandem Casini exemptus est.

F. Johannes.

De F. Johanne a Villa, hæc habet D. Cornelius. *Frater Johannes ex Villa nostri Pedemontis a pueritia se tradidit servitui Patrum Cassinensium, quo tempore vitæ honestatem, morum probitatem semper monstravit. Quandoque a Deo vocatus ad obsequium suum, segnis minime fuit ad obtemperandum. Quare provolutus pedibus superioris religiosam tonsuram sibi dandam rogavit. Verum post patientiæ, & obedientiæ probationem, Commissorum habitum obtinuit, & stabilitatem spopondit anno 1650. ætatis 34. Jejunio nimis erat deditus, a mundi vanitatibus semper abhorruit, ut modus ipse gestandi habitum ostendebat. Orationi assiduus, & sacras altarium indulgentias lucrari non prætermittebat: in ministeriis sibi assignatis optime se gessit. Mortalitatem denique explevit die 16. Martii 1680.*

F. Bertharius.

De F. Berthario a Lauro hæc scribit D. Cornelius. *F. Bertharius Pisçis ex oppido Lauri Nolanæ diœcesis, ab infantia optimis fuit imbutus moribus. Raptus fuit à mundo, ne pravorum malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius. Casinum venit, ac solitariam vitam ducere quæsivit. Verum monasterii pater volens illius spiritum investigare, vilioribus exercitiis deputavit, in quibus omnibus humiliter, & patienter se gessit. Confirmatus itaque Abbas de Bertharii probitate morumque gravitate ei indumentum regulare concessit. Quo induto, brevi tempore æquales superavit in Spiritu, majoribus vero antecelluit. Deinde se Deo in holocaustum per vota regularia obtulit 1655. ætatis 31. Peracta stabilitate, ardentius perfectionis studio insudavit. Qualis namque iste vir erat interius, apparebat exterius, vere moribus erat decoratus angelicis. Hujus colloquia, non ad vanitates, non ad otiositatem, sed ad dei amorem, mundi contemptum, & proximorum salutem semper tendebant. Hilaritas in vultu, humilitas in actionibus, & devotio ingressibus elucebant. Ad orationem promptus, ad pietatis opera paratus, ad serviendum omnibus expeditus. Post diuturnam moram in coquinæ munere, in quo patientiam, & charitatem erga omnes, maxime peregrinos mirabiliter patefecit. Furno fuit destinatus, inde ad promptuarium S. Germani missus est. At paulo post ad pristinum coquinæ ministerium reverti jubetur. Porro incredibile est quantum gaudii attulit universis istius religiosi ad cœnobium regressus. Tandem infirmitatibus gravatus cessit coquinæ muneri, & iterum furno applicatur; anno vero Domini 1683. die 12. mensis Januarii hora 4. noctis animam Deo reddidit, ætatis verò suæ 59., & Casini humatus. Fertur de felici transitu Fr. Berthari, quod priusquam ex hac vita transitum faceret in aliam, D. Petrus Antonius Calentius a Fractis Doctor Physicus memoratum Fratrem enixe rogavit, ut post obitum dignaretur deum precari pro se, & pro quodam ejus consanguineo a malignis spiritibus vexato. Post mortem Berthari discessit medicus, & iter versus patriam arripuit, & dum iter faceret equitando absque ulla necessitate, vel commodo descendit, & pedester reliquum viæ conficere oppetiit. Accidit, quod equus in quemdam locum cecidit, in quo ex circumstantiis debebat perire Medicus, aut gravem in corpore læsionem pati, si equitando viam confecisset, unde præfatus doctor se liberum fassus est ob intercessionem Berthari. Idem Physicus testatus est, consanguineum suum precibus Berthari commendatum recepisse salutem. Et religiosus quidam Cassinensis vehementer tentatus ad sepulchrum Berthari recursum habuit, ibi orationibus Berthari se commendavit, & tentationem vicit, ut retulit P. D. Timotheus a Janua.* Notæ probitatis religiosus ex ordine minorum observantium S. Francisci F. Carolus a Sitiis, D. Timotheo Genuensi, aliisque monachis testatus est, se coquinam ingressum radianti supernaturali lumine facie vidisse Fr. Bertharium, quam rem commemorat etiam in memorata Epistola Gabriel Bucellinus hisce verbis. *Edoceor, Fr. Carolum de Setiis haud ita pridem Romæ mortuum, & sacro lateris vulnere insignitum, asseruisse se Casini in culina servientem Fratrem aliquem vidisse cœlestes e corpore suo radios emittentem &c.* De Berthari morte hæc scribit D. Timotheus in Necrologio suo 1683. *a 12. Gennaro a ore 3. e mezza di notte è morto Fra Bertario del Lauro stabilito di questo Sagro monasterio in età di anni 59. in circa doppo 14. giorni di quartana doppia, e riceuuti tutti i SS. Sagramenti; era dotato di singolar bontà di vita, & esemplarità di costumi.*

F. Hieronymus.

De Fr. Hieronymo Polono hæc scribit D. Cornelius. *Fr. Hieronymus Polonus cum apud Casinum vitam Hæremiticam duceret in loco ubi dicitur S. Scholastica propo PP. Capuccinos, omnibus Christi fidelibus erat exemplum ædificationis, ita, ut omnium Patrum nostrorum gratiam, & amorem adeptus sit. Tempore autem anni sancti sub Innocentio X. cum servitio Peregrinorum in nostro hospitio operam daret, egregie se gessit, humilitatem, & charitatem usquequaque prodidit, quapropter in novitium Commissum receptus est. Deinde coquinæ ministerio addictus omnium applausu munus susceptum implevit. Stabilitate emissa ad patriam perrexit, & dum moram faceret in monasterio castri Casini noviter constructo, & nostræ Congregationi unito, obiit anno 1678.*

FF. Hippolythus, Honoratus, & Anselmus.

De FF. Hippolytho a S. Elia, Honorato a Vallerotunda, & Anselmo a Vitecusio hæc idem D. Cornelius habet. *Fr. Hippolythus de Castro nostro S. Elia habitu, incessu, & moribus honestissimus. Hic majoris perfectionis cupidus Casinum appulit, & desiderium suum Patri monasterii aperuit. Post spiritus probationem dignatus est superior indumentum regulare illi concedere. Ipse vero juvenis non oscitanter,*

ter, sed ferventiori spiritu accensus monasticis servitiis operam dedit, pracipue illi coquina, in quo summopere apud omnes singularis ejus modestia, & charitas resplenduerunt. Mores quidem memorati Bertharii a Lauro in cunctis imitari studuit. Postremo stabilitatem promisit an. 1658. atatis vero 30. Postea bonorum monasterii diversis in locis curam suscepit. Demum transiit ex hoc saculo die 16. Octobris anno 1680. hora 24. atatis sua anno 43.

Fr. Honoratus de Meo ex oppido nostro Vallisrotunda cum Sacrum religionis institutum amplecti decrevisset, Casinum conscendit, & Patri monasterii desiderium suum aperuit: ad animi constantiam tentandam ventum est; Quara per plures menses viliori coquina ministerio fuit deputatus, deinde admissus ad habitum regularem, ac etiam ad stabilitatem an. Domini 1658. atatis verò sua 28. majori spiritus fervore quarebat in via domini ambulare. In Fratre iste nimis virtus devotionis prafulgebat; nec assidua ostii monasterii assistentia retardare eum poterat, quin pluries in die ecclesiam visitaret, & quotidie missa Sacrificio interesset. Anno tandem domini 1680. die 29. Julii labori mundano Casini vale dixit.

Fr. Anselmus de castro nostro Viticusi per aliquot annos nomine Oblati vixit inter nos. Equidem vir singularis virtutis, pracipuè humilitatis, ac innocentia vita. Ad cœtum Commissorum fuit evectus per vota emissa anno 1660. Postea priscum ministerium agrorum cultura nunquam intermisit; exemplum revera, vel rarò, vel nunquam in nostra congregatione auditum nostris commissis, & si ex vilissimis Natalibus. Tandem die 19. Januarii 1688. cum maxima conformitate divina voluntati spiritum Deo reddidit hora 23.

FF. Johannes Baptista, & Gabriel.

De FF. Joanne Baptista, & Gabriele hæc presse recenset D. Cornelius. *Fr. Baptista in oppido Roca Calascii in Aprutio ditionis magni Ducis Ætruria vir omni bonitate ornatus, omnique pietate repletus anno atatis sua 47. divo P. Benedicto se obtulit die 14. Septembris 1657. In saculo pastoris munere fungebatur: in religione nunquam extitit otiosus: obsequio quorumdam patrum senum traditus fuit a pralato, quibus omni reverentia, & charitate inservire studebat. Regularis quidem observantia amantissimus. Libenter agrotos, & pracipue in nostro Xenodochio, quibus aliquod munusculum tradebat, visitabat. Studio Arithmetica, Geometria, & Mathematica navaverat. Post multos annos ex Oblato effectus est stabilitus die 19. Julii 1690., & die 8. Februarii 1696. ex hac vita migravit anno atatis 87.* Fr. Johannes Baptista, licet jam grandævus, assidue in ecclesia sacerdotum missis serviturus versabatur, & die, quo sacra eucharistia reficiebatur, carnem nunquam comedere voluit, quam ob imbecillam affectamque valetudinem statis diebus Superior illi concedebat.

Fr. Gabriel Colosus in castro Butteusindi apud Brixiam procreatus est. Hic cum esset annorum 24. dimisit terræ culturam, & vineam domini in sacro Casino, per actus virtutum, & præcipuæ obedientiæ excolere cœpit. Cum ipsum monasterii Præsul expertus esset probatis moribus, & prudentiæ prærogativa excellere, socium in habitu sæculari Janitori monasterii tradidit. Postea admissus ad habitus Regularis susceptionem die 28. Junii 1681. transitum fecit ad S. Germanum ad onus Promptuarii exercendum. Ex hac vita migravit die 24. Septembris 1689. hora 17. & semis, ætatis 33. F. Gabriel tanta modestia charitateque memoratum munus exercuit, ut a laicis omnibus, quam tenerrime diligeretur.

D. Timotheus.

D. Timotheus Carminati a Janua Monachus erat S. Nicolai Buschetti prope patriam, ubi monasticum habitum an. 1636. die 24. Maji sumserat, quod tamen ad quadraginta continuos annos in cœnobio nostro sit diversatus, inter nostros jure, meritoque accensemus. Angelus Nuceus qui D. Timotheum, dum Abbas Cassinensis esset, optime noverat, hæc de eo ad me scribit die 17. Martii 1691. *Mi è doluta la morte del P. D. Timoteo essendo mancato a monte Casino un vivo esemplare di ogni cristiana, e religiosa virtù, ne io lasciarò di far celebrare qualche sagrificio per lui, ancorche io abbia per certo, che da lui si gode la felicità eterna.* Sarnellius P. III. Speculi cleri sæcularis, in quo elogia presbyterorum, qui cum sanctitatis fama obiere continentur, edito Neapoli apud Bulifonium an. 1679. de D. Francisco Crispino agens p. 349. hæc de D. Timotheo nostro scribit: *Durò quindici giorni la sua infermità, & un giorno sì, & un altro no cibossi del santissimo Corpo di Christo per mano del Padre D. Timoteo da Genova monaco Cassinense suo confessore, la cui virtù può argomentarsi dall' aver avuto per suo spiritual figliuolo quest' ottimo sacerdote, & asserisce, che ogni qualvolta si communicava, prorompea in tali atti di umiltà, e d' amore, che commoveva i circostanti tutti a piagnere, & p. 352. Il mentovato P. D. Timoteo Monaco Cassinense religioso di non ordinaria bontà e dottrina suo confessore in ricevere il ritratto, che aveva vivamente desiderato di esso D. Francesco a chi glie le inviò, così risponde. Lo voglio tenere nel luogo più cospicuo della nostra cella, acciocche la sua memoria mi eccitì a compunzione, & emenda de miei peccati, e ad' imitare le sue rare virtù come faceva colla presenza, quando veniva a ritrovarmi. &c.* Pro animarum salute natus videbatur, ad eo ut celebris P. Franciscus Marchesius Congregationis Oratorii presbyter pluribus e suis pœnitentibus, qui has in partes concedebant jusserit, ut toti sese ejus directioni permitterent; maximoque in pretio sit habitus ab episcopis Cajetano, & Aquinati, a quibus pro monialium instructione non semel accersebatur, atque ab omnibus hujus aliarumque regionum incolis. Hinc quotquot hisce in partibus spirituali vitæ nomen darent, D. Timothei sese directioni permittebant, interdiu, noctuque exercitiis regularibus indefessus aderat. Devotissimus Passionis dominicæ, & Deiparæ erat. Quotidie sacrum celebrabat, ut propterea secum dum iter ageret, & purificatorium, & corporale adveheret, quod in ecclesiis ruri positis haud satis hæc comta aliquando, mundaque reperiantur. Theologiæ moralis, Sacrorumque rituum peritissimus, in administrando pœnitentiæ Sacramento assiduus, in vitiis corrigendis fortis, atque in civili societate modeste lepidus erat, ut merito hæc de illo scripserit Hieronymus Abbas: *Ecco la stella Polare, cinosura felice di questa nostra Terra, e Cielo, alli dicui moti si aggirano degl' altri tutti le volontà. Maestro di sagre cerimonie è il Padre D. Timoteo, quale piu addottrina con la bontà della vita. Chi con lui parla, s' in-*

nota.

nota.

fiamma di santi pensieri, ed' altro non cerca insegnare, se non il vero modo di onorare il datore della vita. Nè i chiostri vive, ma con mente sempre ai cielo elevata, piu di devote contemplazioni, che di cibi si pasce: se qualche cosa raccorda, & insegna, con tanta modestia, con si mite modo, che chiaro apparisce non di altro spirito guidato salvo di carità ardente di piacere a Dio, e giovare al prossimo, muoversi in simili occasioni. &c. Ad plures annos Xenodochii nostri Præfectus, quam magna erga pauperes charitate flagraret, pluribus argumentis ostendit. Sancte demum obiit die 3. Martii 1691.

D. Hieronymus.

Haud omittendus D. Hieronymus Andrutius Venetus, plures & ipse annos apud nos diversatus. Hic sumto monastico habitu apud S. Mariam Pratalex Kalendis Januarii 1627. post plura cœnobii sui munia rite, atque ordine administrata, Prior est renunciatus, quam dignitate Deo liberius inserviendi desiderio accen. deposita, Abbas titularis honoris ergo electus est, statimque monasterium nostrum adiit, in quo sanctarum virtutum, humilitatis potissimum cæteris omnibus specimen erat; cum decrepita pene ætate semper diurnis nocturnisque horis interfuerit, neque matutinis vigiliis sit absterritus, etiam post fractum, dum ad eas pergeret crus scii, quam ærumnam ad miraculum patientissime tulit quadraginta, quoad consolidaretur, diebus. Sacrum quotidie celebrabat, præterque communem mentalem orationem pluribus aliis horis eidem vacabat. Victu utebatur parcissimo, neque si quid necessitati deesset vel minimum conquerebatur, imo flexis sæpe genibus servum rogabat, ne quid sibi opus esse revelaret. Quod supererat temporis, lectioni, aut operi manuum in viridario impendebat, aut lavandis indusiis suis laneis, vel demum ad Grammaticam rudem quemdam, qui deinde patientia viri mansuefactus presbyter bonæ famæ evasit, edocendium, tanta patientia, ut semper æquo animo discipuli rusticitatem, temeritatemque tulerit, qui errores esse negaret quotquot admisisset in latina lingua sphalmata. In mortis pervigilio percontatus modicum, quod rei esset, Campanam pulsari, acceptoque responso, mortuum Commissum, subdidit: *Et ego cras eadem hora moriar*, quod omnino evenit. Ad ultimum vitæ rectis semper usus sensibus, candelam in manibus accensam tenebat, sibique ipsi commendans animam sancte prope finem dies 18. Octobris an. 1690. obiit, annos natus octuaginta, & unum, è quibus in cœnobio nostro insumsit . . . . . .

D. Johannes Andreas.

D. Johannes Andreas Ricci de Guevara insignis cœnobii Monserratensis monachus, ab eo post Catalaunorum perduellionem quod castellanus esset expulsus Romam contendit an. 16 . . . unde ad commune Benedictinorum asylum monasterium Cassinense confugit, ubi quamquam jam senex nocturnis diurnisque canonicis horis indefessus aderat. Devotissimus BB. Virginis erat, atque quotidie unico dumtaxat ex herbis jusculo utebatur; super carnibus non indusium laneum, ut nobis moris est, sed thoracem ex crassiori lana adhibebat. Cum vestitus, apertisque fenestris semper dormiret, aliquando nives pluviæque cubiculum ita implebant, ut cum eum monachus probæ vitæ summo mane initio Januarii ad Sacramentum pœnitentiæ recipiendum adiisset, quæreretve, quonam tandem in loco sibi genuflectendum esset cubiculo nive repleto, responderit--supra nivem--meminisset, quot per ea tempora ærumnas, algoresque perpessus esset Christus. Id qaod statim pœnitens exequutus est. Summo semper mane quotidie missam celebrabat. Humilitatis, ac patientiæ studiosissimus, quarum virtutum non raro insignia specimina exhibuit: verbo, omnium Christianorum virtutum idea aliis monachis erat. Postquam apud nos annis . . . . . . est diversatus, sancte obiit die 29. Novembris an. 1681. annos natus octuaginta, & unum. Adhuc adolescens librum de immaculata Deiparæ Conceptione Paulo V. dedicavit, ut ipsemet in epistola nuncupatoria ad Alexandrum VII. testatur in Libro an. 1663. edito, inscriptoque: *Epitoma Architectura de ordine Salomonico integro*: hisce verbis: *Cum essem SSmus Pater parvulus librum de beata Mariæ immaculata Conceptione scripsit, quem beatissimo Pontifici Paulo V. remisi; &c.* Concionator generalis in Congregatione sua fuerat, atque in lectione sacræ Scripturæ, sacraque Theologia non mediocriter versatus, Architectonicæ quoque artis, & picturæ peritus, cujus monimentum apud nos erat Sacellum vetus, in quo Sanctissimæ eucharistiæ Sacramentum servabatur, quod ipse picturis exornaverat.

Dionysius.

Haud abs re erit hic meminisse Dionysii Lombardelli annis integris quinquaginta diligentissimi integerrimique cœnobii nostri pharmacopolæ, de quo hæc scribit D. Franciscus Romanus archivi nostri custos, *1665. a di 5. Decembre, ore 8. in circa della notte seguente morse il Signor Dionisio Lombardelli Senese speziale di questo sagro monastero in età di anni 82. avendo lasciata erede la sagrestia di questo sagro monasterio. Nell' esequie è stato trattato come oblato e sepolto in S. Anna. In sua vita è stato specchio di ogni virtù, in specie di umiltà grande, à segno che in cinquant' anni che ha servito in casa sempre ha trattata con la medesima riverenza con ogni uno come se fosse stato il primo giorno, che ci arrivò. L' ultima infermità sua è stata di male di pietra, e contrazzione di nervi, che li durò per giorni 18.* Cum Monachi ad nocturnas vigilias surgerent, Dionysium ante Sanctissimum Sacramentum orantem semper inveniebant. Jure itaque Nuceus hanc de eo in aromatarii officina inscriptionem marmori sculptam posuit.

Dionysio Lombardello Senen.
Religione in Deum,
In sacrum cœnobium fide,
Chimica, & Pharmacopea artis peritia
Insigni
Cassinates ex testamento hæredes
Post Tumuli consortium
P P
Vixit annos LXXXII. Casini. L.
Obiit VI. Decembris
MDCLXV.

Nicander & D. Joannes Baptista.

D. Nicander de Nicandro e castro nostro, S. Petri in fine, vir quidem bonitate clarus, morum candore celebris, & musica facultate eximius. Sacerdotali dignitate insignitus Casinum venit, & munus pulsandi organum suscepit, tandem omnium mœrore hic terræ mandatus est.

D. Jo:

D. Jo: Baptista Micheli e civitate Bergomi se S. Benedicto obtulit an. 1668. Sacerdotali vero dignitate insignitus sacristæ munus suscipere ei demandatum est, cui omni sedulitate, ac nitore incumbebat. Ad audiendas confessiones indefessus, in visitandis ægrotis assiduus, dei amore ductus omnibus communitatis obedientiis sponte occurrebat. Patientiam, & charitatem cum hospitibus, & peregrinis in ostendendis Sanctorum reliquiis cum ædificatione manifestabat, libentissime moribundis assistebat, adjuvando eos ad bene moriendum. Casini spiritum Deo reddidit die 12. Octobris 1681. hora 21., ætatis suæ 38.

V.

VIRI HOC SÆCULO DOCTI.

Viri Docti.

D. Gregorius.

D. Gregorius Sayrus, de quo cum de viris piis, in Theologia Scholastica, Dogmatica, Morali, sacrisque canonibus versatus admodum fuit, ut plura eruditissimæ ejus lucubrationes testantur, quarum hic catalogum teximus: *De Sacramentis in communi opus Theologicum tripartitum, ac plane aureum; in quo ea omnia qua vel ad difficillimas quasque quæstiones Theologicas definiendas, vel ad casus omnes conscientia dissolvendos, vel ad singulos Hæreticorum errores refellendos attinent, tum ex sacris ecclesia Patribus, & doctoribus Scholasticis; tum ex Canonistis Summistis, & aliis omnibus antiquioribus, & recentioribus orthodoxis scriptoribus ita abunde, & accurate explicantur, ut nihil amplius in hac materia studiosus lector desiderare possit Authore P. D. Gregorio Sayro Anglo Ordinis divi Benedicti Cassinensis Congregationis monacho, & Sacri monasterii Cassinensis professo, cum variis indicibus, quorum duo in principio, reliqui vero in fine libri ad majorem lectoris utilitatem apponuntur. Cum licentia Superiorum, & privilegiis; Venetiis MDXCIX. Ex Officina Damiani Zenan, & Duaci ex Officina typographica Balthassaris Belleri 1621. in 4. pagg. 554. prater Indices.*

Casuum coscientia, sive Theologia moralis Thesaurus. Authore Rever. P. D. Gregorio Sayro Anglo Ordinis D. Benedicti Congregat. Cassinensis alias S. Justina de Padua, monacho, & sacri Monasterii Cassinensi professo.

De censuris ecclesiasticis, aliisque pœnis, & canonicis impedimentis in septem libros distributus; in quorum primo de excommunicationis natura, ejusque conditionibus. II. De effectibus illius. III. De excommunicatione Bulla Cœna Domini, aliisque omnibus tam in jure canonico, quam in extravagantibus hactenus editis. IV. De suspensione, ejusque qualitatibus. V. de Interdicto, cessatione a divinis, depositione, & degradatione. VI. De irregularitatibus ex defectu contractis. VII. De irregularitatibus, qua ex delicto incurruntur. En Doctrina, & diligentia tractatur, ut nihil amplius in hac materia prudens, & studiosus lector desiderare possit, cum triplice indice capitum, authorum, rerumque notatu dignissimarum locupletissimo, quorum duo priores in principio, tertium vero in fine libri ad majorem lectoris utilitatem apposuimus. Cum licentia superiorum, & privilegiis: Venetiis MDCVI. apud Jo: Baptistam Colosinum in folio. Constat paginis 628. præter indicem, & Venetiis 1601. apud Baretium Baretium, & socios, & 1614. apud Sessas, & Duaci ex Officina typographica Balthassaris Belleri 1621. & denuo Venetiis 1627. apud Baretium Baretium. Nuncupat hoc opus author Clero Anglicano, eaque in epistola hæc ad rem nostram leguntur: *Interim vero dum vos cominus cum hoste hæresi confligitis, nos, quoad possumus, ad sarcinas vestras stamus, idest totum, quod vivimus, & possumus vobis impartimur. Ego autem in præsentiarum in hoc opere ocia mea vestris negotiis accomodavi. Cum enim in Anglia totus fere labor in Sacramentis populo administrandis positus sit; Sacramenta vero, ut absque sacrilegio sint, liberum a censuris ministrum postulant. Vobis præterea longe positis fieri vix potest, ut in tanta librorum penuria ob direptas Catholicorum bibliothecas, in tanta rerum perturbatione, tam in certis sedibus, fugis inopinatis, rumoribus, terroribus, carceribus tormentis, fieri inquam vix potest, ut vobis facile nota sint excommunicationes omnes, suspensiones, interdicta, & irregularitates, qua vel in corpore juris, vel in extravagantibus, vel recentioribus Pontificum bullis hactenus promulgata sunt, quas universas in unum congestas, & , quoad potui, fideliter explicatas vobis hoc in volumine præsento; quod si vobis gratum esse intellexero, quos jam inchoatos habeo duos alios tomos Casuum conscientia refertissimos, juvante deo, perfectos vobis dabo; Hoc enim puto esse ad sarcinas stare, id est pro vobis absens quidem corpore, semper autem mente præsens, in quibus & quantum possumus laborare; nec de spoliis sum sollicitus, cum noverim Davidem esse divisorem præmiorum, & legem esse in Israel, quod aqua pars erit descendentis ad prædium, & remanentis ad sarcinas, & mihi pro magno erit si magnis vestris meritis mea novissima, & minima accenseantur, & si non æqualitate beatitudinis, imitatione tamen charitatis.*

1. Reg. 30.

1. Reg. 30.

Clavis Regia Sacerdotum, Casuum conscientia, sive Theologia moralis thesauri locos omnes aperiens partes dua, in quibus præcipue Canonistarum, & Summistarum difficultates ad communem praxim pertinentes doctissime deciduntur, & copiosissime explicantur celeberrimorum omnium scriptorum antiquorum aque, ac recentiorum authoritate fidelissime citata, & accerimo judicio pro causarum necessitate disposita ad usum omnium cum Theologorum, tum Parochorum, & confessariorum utilitatem singularem, opus exquisitissimum, & majori quam hactenus diligentia accuratissime elaboratum sicut ex authoris epistola ad lectorem facile constabit in duodecim libros dispertitum, quorum octo in hac prima parte comprehenduntur, reliqui vero quatuor in altera continentur. Et in hac secunda editione a multis, & quidem notabilibus mendis expurgatum, & ad primam ejusdem auctoris exemplaris integritatem, veramque lectionem, restitutum. Authore R. P. D. Gregorio Sayro Anglo Ordinis D. Benedicti Congregationis Cassinensis, alias S. Justina de Padua Monacho, & Sacri monasterii Cassinensis professo cum quintuplici indice capitum authorum, locorum concilii Tridentini, Sacra scriptura, & rerum notatu dignissimarum, quorum tres priores in principio, duos autem posteriores in calce libri adjecimus, cum licentia superiorum, & privilegiis. Venetiis MDCVII. Apud Baretium Baretium

bibliopolam, *Ad signum B. Mariæ Virginis*, in fol. pagg. 1128. absque indice, & denuo apud eundem 1615., & in hac quarta editione accesserunt utilia additamenta, necnon catenula aurea de comparatione peccatorum R. P. F. Paulini Berti Lucensis Ordinis Hæremitarum S. Augustini Congregationis Lombardiæ. insuper summa Sacramenti pœnitentiæ ejusdem Sayri. Epitome hujus Operis edidit D. Constantinus de Notarius hoc Titulo: *Compendii clavis Regiæ pars prima, R. P. D. Gregorio Sayro Anglo Congregationis Cassinensis auctore, & A. D. Constantino de Notarius Nolano sacri Cavensis cœnobii Præposito claustrali compilatore &c. Venetiis* 1613. apud Bernardum Juntam, Jo: Baptistam Ciottum, & Socios. Pars altera eodem titulo edita eodem anno apud eosdem typographos. *Flores Decisionum sive casuum conscientiæ ex Doctrina consiliorum Martini ab Azpilcueta doctoris Navarri collecti, & juxta librorum juris canonici dispositionem in suos titulos distributi cum adnotationibus, quibus ob recentiores quasdam Summorum Pontificum bullas, quando authoris opinio in multis vel confirmata, vel refutata est summo studio & diligentia explicatur, authore R. P. D. Gregorio Sayro Anglo Ordinis D. Benedicti Congregationis Cassinensis, alias S. Justinæ de Padua monacho, & sacri monasterii Cassinensis professo. Propter varias autem editiones ad majorem lectoris utilitatem, qualiter editio prima, & propria authoris cum altera recentiori, & consiliis pene trecentis authoris conveniat, & ab ea dissentiat, in principio cujusque decisionis ostenditur. Accesserunt insuper sex indices, Primus titulorum juris canonici cum numero decisionum; Secundus locorum Sacri Conc. Trid.; tertius bullarum summorum Pontificum; quartus concordantiarum primæ editionis cum secunda; quintus e contra concordantiarum editionis secundæ cum prima. Sextus rerum, & materiarum notatu dignissimarum; quorum tres priores in principio, tres vero posteriores in fine libri apposuimus ad illustrissimum, ac Reverendissimum D. D. Cardinalem de monte. Venetiis* 1607., & 1611. *apud Baretium Baretium ad signum B. Mariæ Virginis, cum licentia superiorum, & privilegiis, in* 4. *paginarum* 172., *absque Indicibus. & iterum. Venetiis* 1627. *apud eundem Baretium Baretium in fol., & Duaci ex officina Typographica Balthasaris Belleri* 1627. *in fol.* In epistola nuncupatoria Libri de Sacramentis in communi, hæc de studiis suis ad Clementem VIII. scribit Author. *Postquam autem per decem, & octo annos continuos Theologiam universam, non illam solum, quæ in scholis hinc inde allatis argumentis exacte, subtiliterque examinari solet, sed eam etiam, in qua de viri christiani moribus, & officiis diligenter, utiliterque disputatur summo studio, ac labore percurreram, illud mihi cura in primis fuit, ut hæreticorum omnium sectas, & errores agnoscerem, & refellerem. Quod ut melius perficerem, antiquorum patrum, & ecclesiæ doctorum monumenta persolvere, & veteres ecclesiasticæ Historiæ scriptores legere cœpi, cumque delectatione ipsa jam trahente in eorum lectione majores temporis longitudine progressus fecissem, quam initio vel cogitare quidem ausus essem, multaque excerpsissem in dies, & notassem, suisque locis distribuissem, sensim, ac paulatim factum est, ut maximam rerum copiam, plurimosque ex antiquissimorum, & Sanctissimorum Patrum amplissimis campis, uberrimisque frugibus locorum, & authoritatum fasciculos intra cartallum meum congestos haberem, quibus abunde ditatus, non solum hæreticos antiquos, sed etiam temporis nostri novatores facile perstringerem. Cumque tam immensam fere rerum supellectilem, & ingentem materiæ molem confusam tamen adhuc, & indigestam apud me collectam, & reconditam conspicerem interiori quodam impulsu adactus, serio tandem cogitare cœpi, ut quæ sparsim seposita fuerant, elaborata magis, atque collimata ad seriem, & ordinem redigerentur. Quæ sane res licet primo aditu difficilis, ac fere impossibilis mihi videbatur, quod multiplices, permagnas, ac pene inexplicabiles difficultates penitus superandas esse animadverteram, dum universam Theologiam tam moralem, quæ de casibus conscientiæ tractat, quam doctrinalem, quæ cum in abstrusis, ac reconditis rerum divinarum, ac quæstionum difficillimarum sensibus, & veritatibus eruendis, dissolvendisque, tum in gentilium, ac hæreticorum dogmatibus, & erroribus refellendis consistit, explicare statueram; opus tamen hoc, quantum, qualecumque fuit, non meis viribus fretus, quas nullas, aut perexiguas esse intelligebam, sed divino imprimis implorato auxilio, & Sanctissimi patris, ac patriarchæ Benedicti, & D. Gregorii tutelaris mei precibus confisus, & constanter aggressus sum, & tandem Deo*, A quo, *ut testatur Apostolus*, omne datum optimum, & omne donum perfectum descendit, *Jacobi I., bene juvante post longas vigilias post multos exantlatos labores ad umbelicum usque perduxi. Opus igitur hoc in octo volumina digestum, & distinctum, quorum istud primum est de Sacramentis in communi. &c.*

nota. Cur elucubrationes hac de re alias non ediderit Sayrus ipsemet narrat in admonitione ad Lectorem præfixam Libro: *Casuum conscientiæ, sive Theologiæ moralis Thesaurus* hisce verbis. *Cum meam in scribendo rationem abunde satis in libris de Sacramentis in communi, quos superiori æstate edidi, exposuerim, eam nunc aut longiori oratione declarare velle, aut plura in ejus rei confirmationem adjicere, non solum minus necessarium, sed etiam superfluum omnino judicavi. Quia vero dum reliquos tomos, quos tunc promisimus in lucem emittere studeremus nonnulli sapius graves, doctique viri, (quorum apud me plurimum semper valuit, & valere debet authoritas) vehementer instabant, ut scholasticis illis disputationibus, & cum hæreticis concertationibus ad tempus dimissis, de quibus multa a doctissimis viris subtiliter sunt hactenus disputata, eruditeque conscripta ad moralem prius doctrinam, (de qua licet multi sparsim scripserint, vix tamen, ajebant, esse aliquid his temporibus ita abunde, & accommodate, prout res ipsa postulat elaboratam) exornandam, perficiendamque ingenium, ac studium accommodarem, facere non potui, quin te & de illorum dilatione admonerem, & hujus etiam novi instituti mei causam uno, aut altero verbo explicarem. Et quidem, ut ingenue fatear, deterruit me primo non tam rei novitas, quam labor immensus, quem necessario subiturum me fore animadverteram, si rem tam arduam, ac prolixam aggredi vellem; detinebat etiam imbecillitatis propriæ cogitatio, postremo non ignorabam*

fore

fore permultos, quibus hic labor noster non probaretur, aliquos etiam fortassis contra esse dicturos. Ex adverso autem commovebat me rei magnitudo, urgebat etiam amicorum eorumque gravium, ac religiosorum crebra, & importuna solicitatio, incitavit denique proximorum, ac præsertim concivium meorum in ecclesia Anglicana laborantium Sacerdotum, ac nostra etiam non parva utilitas. Quæ sane omnia cum plurimum apud me possent, tum certe hoc ultimum ita me perpulit, ut facile malevolorum livores contemnerem, & laborem, ac difficultates omnes, quæ plurimæ, ac maximæ ante oculos versebantur in tanta provincia sustinenda, devorarem, cum etiam si opus esset pro illorum bono vitam propriam libentissime exponerem. Opus autem hoc morale, quod THESAURUM CASUUM CONSCIENTIÆ inscripsimus, in tres tomos divisimus, quorum hic primus, qui de censuris ecclesiæ & irregularitatibus, aliisque pœnis & impedimentis canonicis est, ita abunde, clare, ac dilucide materiam hanc tractat, dubitationes dissolvit, casusque plurimos (ne dicam omnes) explicat, ut nihil amplius in tanta rerum varietate obscuritate & difficultate prudens, ac studiosus lector desiderare possit. Quoniam vero intentionis nostræ est fidelium conscientiis in hoc, quod suscepimus, opere pro viribus nostris subvenire, non putavimus convenire orationis ubertatem consectari, sed nudam, sinceramque veritatem stylo simplici, proprio, ac resolutionis, & brevitatis pleno (prout nobiles multi Theologi, ac prudentes scriptores consueverunt) declarare, eandemque semper tum gravissimorum virorum authoritatibus confirmare, tum etiam firmis, solidisque (pro ingenii nostri imbecillitate) argumentis, & rationibus comprobare studuimus. In sententiis vero auctorum recensendis omni studio usus sum, ut quid unusquisque senserit, breviter, ac succincte exponerem. Id autem ut melius fideliusque præstarem, omnem operam, & diligentiam adhibui, ut auctores ipsos non semel, sed sæpius perlegerem, & attentius considerarem; in aliorum vero placitis, & opinionibus, vel confirmandis, vel confutandis, ea semper usus sum modestia, ut quantum momenti, & veritatis habeat cujusque sententia fideliter exponerem, prudensque lector simul intelligere, me nihil minus facere velle, quam contendere, & aliorum opiniones refutare (hoc enim viri religiosi gravitate, & modestia indignum esse judicavi) sed solum veritatis investigandæ studio, quid probabilius, & verisimilius sit in sententiarum varietate ostendere. Quapropter cum nobis placeret magis, nullum in speciem Doctorem, & auctorem impugnandum citare, quia tamen id sine magna, & eruditionis debita, & utilitatis legentium jactura præstare non potuimus, nonnunquam etiam amicorum testimonia referre, & refellere, vel inviti compellimur. Sanctum quippe est (teste Philosopho) veritatem amicitiæ anteponere. Unde, ni fallor vulgatum illud axioma manavit: Amicus Socrates, Amicus Plato, sed magis amica veritas. In eo namque loco de Platone, ejusque ideis licet auctoris nomine tacito loquebatur. Hæc omnia nos quantum in nobis est, in hoc opere præstare conati sumus: An vero res pro voto successeris, lectoris judicio relinquimus, quem etiam magnopere rogamus, ut si quid boni, & utilitates ex ejus lectione accipiat, id totum Deo Optimo Maximo, a quo omne datum optimum emanat, acceptum referat, sin autem aliquid minus elaboratum inveniat, id ingenii nostri imbecillitati ascribat, ignoscat, & corrigat. Vale: ex celebri cœnobio S. Georgii Majoris Venetiarum.

Summa Sacramenti pœnitentiæ ex eruditissimis commentariis doctoris Navari in septem distinctiones de pœnitentia collecta, in qua ea omnia, quæ ad Sacramenti pœnitentiæ doctrinam pertinent, ejusque ad usum, & quotidianam, praxim necessaria esse possunt, breviter dilucideque explicantur authore R. P. D. Gregorio Sayro &c. Venetiis 1615. apud Baretium Baretium in fol.

Meditationes quoque in Psalmum Miserere, & orationem dominicam edidit Gregorius, quas, ne pereat, ex autographo propria ejus manu descripto damus.

Miserere mei Deus &c. Audite peccatores orantem peccatorem, & . . . ., qualiter vos pro peccatis vestris orare debetis. Audite quid . . . . Miserere mei Deus. Reus enim in caussam ducitur, considerat, quod Judex suus nec falli potest, quia sapiens est, nec corrumpi potest, quia justus est, nec vinci potest, quia omnipotens est, nec declinari potest, quia ubique est. Videt ergo nullum omnino excusationi, sive defensioni locum esse, & idcirco ad solam misericordiam flagitandam se convertit, dicens Miserere. O quanta est virtus hujus verbi Miserere, ac si diceret: O Domine agnosco culpam meam, intelligo reatum meum. Scio quid feci, scio quid merui, non ignoro cum quo mihi caussa agitur, non ignoro quid mihi pro culpa debetur. Volo peccatum meum abscondere, sed tu nosti omnia, volo resistere, sed tu potes omnia, volo effugere, sed tu complecteris omnia. Quod ergo solum restat, de te, fugio ad te fugio iram, fugio ad misericordiam, miserere mei. Nolo ut intres in judicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens, quanto magis ego peccator, & criminis reus? Non ergo peto, ut justificeris mecum, sed ut miserearis mei. Miserere mei. Tu quis es? edisce quis sis, ut alacrius ad te clamem, ut ardentius veniam petam, Miserere mei, Deus, non confugio ad homines, quia vana salus hominis, non recurro ad primiores, ad te solum Deum meum fugio. Deus enim meus es tu, non in homine spem pono, sed in te solo confido, tu enim es spes mea a juventute mea. Scio enim quia creaturam tuam non spernis, & opus manuum tuarum non despicere soles, ergo Miserere mei Deus, non enim aliquid alienum a bonitate tua peto, tu enim es ille, qui misereri soles pœnitentibus, miserere ergo mei Deus, Deus, inquam, cui proprium est misereri semper, & parcere; Miserere mei Deus. Secundum magnam misericordiam tuam, non peto secundum meritum meum, sive justitiam meam, aut fidem meam, aut opera mea, quibus ego peccator in omnibus deviavi a te, non secundum malefacta mea te contra me agere deposco, sed secundum immensam pietatem tuam, secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Perii enim peccatis meis, lapsus sum miserabiliter, omnem juventutem meam confudi, omnem vitam meam perdidi, semper præsentis vitæ voluptatibus animum subdidi, duxi cor meum in omnem lætitiam, & gloriam inanem, quia carnalibus desideriis supra modum consentiebam

nunc

nunc ergo Domine fac me assueta mala relinquere, & tibi placita opera peragere, quotenus, te adjuvante, diabolicas possim persuasiones devitare, & in tuo sancto famulatu firmiter, atque constanter in perpetuum perseverare.

Amplius lava &c. Novi Domine peccata mea maxima; tu tamen piissime Deus .l. pña pœnitentia, confessionem mihi ante diem mortis mea concede; Da oculis cordis mei Christiana compunctionis lachrymas, ut singulos dies plangere possim terribilia peccata mea, qua pra multitudine numerari non possunt.

Quoniam iniquitatem &c. O benigne Medice Jesu bone adhibe mihi misero curationes tuas, reseca vulnus anima mea, aufer putredinem peccatorum meorum, compone misericordia confectionem, quia quod homines horrescunt audire, tu solus vis portare, quoniam tibi soli datum est a Patre judicare nos, qui es simul judex, & intercessor, ac defensor noster apud Patrem, ad te confugio, tu quia pius es miserere mei.

Tibi soli peccavi. &c. Considera ergo misericors Deus substantiam infirmitatis, vel paupertatis mea, & ostende super me magnitudinem pietatis, & bonitatis tua, quia nemo bonus, nisi tu solus Deus. Immensum pelagus misericordia tua attollat me miserum, & tuo benigna clementia omnia mea dele peccata, qua mihi ex originali contagione inhaserunt, aut meis postea pravitatibus supercreverunt, ex his me Domine omnibus clementer emunda, & omnibus parentibus meis concede gaudia sine fine mansura.

Ecce enim. Ne reminiscaris Domine delicta mea, vel parentum meorum, neque vindictam sumas de peccatis nostris. Domine Jesu Christe, deus bone, & benigne, qui ob hoc homo fieri dignatus es, ut misera natura humano notitiam misericordia tua aperires, infere pectori meo veram voluntatis tua charitatem, ut nunquam te obliviscar, sed tuorum praceptorum omni tempore reminiscar; licet enim in peccatis adhuc languidus volvar, tu tamen Domine, qui omnia potes, si vis, vales me mundare.

Ecce enim veritatem. Memoriam peccatorum meorum Domine igne Christiana pœnitentia accende, ut semper ante oculos cordis mei habeam diem judicii, & paradisi delicias, quas Sanctis tuis praparasti, & ita me hanc præsentem vitam in tua fac voluntate perducere, ut inferni pœnas evadere valeam, & aterna beatitudinis partem, te largiente, sine fine merear possidere.

Asperge. Doce me Domine semper recordari peccatorum meorum, ut tu eorum in perpetuum obliviscaris. Doce me semper recordari magnitudinis beneficentia tua, Deus, & studium quod nunc usque in peccatis exercui, in tua me fac voluntate deinceps exercere, ut tibi nunc libenter famulari incipiam, & in tua servitute, te adjuvante, constanter valeam permanere, & si me aliquando benignam illam vocem audire permiseris: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod paratum est vobis a constitutione mundi.

Auditui meo dabis gaudium. Dico enim iniquitates meas, ut larga clementia tua justifices me, exacerbavi quidem te Domine per multa mala opera, qua ab infantia mea usque nunc perpetrare consueveram, & adhuc agere non cesso. Sed tu Domine prasta mihi desiderabilem fontem lachrymarum, ne prasumptionis, aut desperationis vitio peream, sed flebili confessione, & bonorum operum exhibitione fructuosam, & tibi placitam digne possim pœnitentiam agere. Jube peccatum meum ante diem judicii a me transferri, ut tunc merear te feliciter sine fine laudare.

Averte faciem tuam. Emunda pollutum cor meum Deus meus, per quod valde elongor a te, ut fias mihi Deus appropians, & non Deus a longe, ut spiritus tui fervore accensus semper pracogitare valeam, quia cum obductus fuero de hoc seculo, & si pœnitebit me nulla erit utilitas pœnitentia, quamvis sit tunc stridor dentium, licet ululatus, & fletus, licet effundam preces, & innumeris obsecrationibus proclamem, nullus audiet, nullus subveniet; ideo bone Domine in corde fructum prapara pœnitentia, ut auxilium misericordia tua valeam illic invenire. Dele a me in isto seculo peccata mea, ut in futuro salvari merear misericordia tua. Fac me puro corde in tuo famulatu permanere, ut in aliqua Beatorum sorte tuo merear auxilio sine fine gaudere.

Cor mundum. Domine Jesu Christe, qui & Filius hominis, & propter humilitatem, & filius Dei in Majestate; homo inter homines conversatus tibi ab insiatatoribus cognomen impositum est nostra miseria valde necessarium, peccatorum, scilicet, & publicanorum amicus, quia multos pro suavitate mansueti spiritus tui ab errore suo ad te mitissime Domine convertisti, respice me miserum, & peccatorem, & illumina cor meum Sancti Spiritus tui illustratione, ut tibi recte servientium per tuam clementiam particeps fieri merear.

Ne projicias me. Consolatorem Spiritum Sanctum tuum Domine fac mollire, & latificare lapideum cor meum, ut malignus spiritus ultra in me non habeat locum, sed spiritus pacis, & pietatis, qui est totius largitor bonitatis, suo me gratissimo lumine accendat, & ab omnibus me malis clementer defendat in isto seculo, & in futuro.

Redde mihi. Curro ergo ad communem peccantium portum, ad tuam scilicet Domine Jesu Christe misericordiam, qui ideo fieri homo dignatus es, ut miseram hominis naturam tua conjungeres bonitati, a qua ego miser, & peccator longe me separavi, quia multa mala perpetravi, propter carnalia enim desideria, tua sanctissima transgressus sum pracepta. Ab infantia mea utique usque nunc semper fui superbus, avarus, inobediens, adulter, fur, hypocrita, simulator, publicanus, homicida, invidiosus, iracundus, contumax, odiosus, malitiosus, nequitia plenus, iniquus, immundus, sanguine pollutus, substantiam meam luxuriose dissipans, persequens, & evellens fideles tuos malis exemplis meis. Nunc ergo Domine ad te confugio, qui de converso peccatore gaudium in cœlo esse dixisti, converte me Domine ad te, & omnem malam consuetudinem procul repelle a me, fac ut mala mea odiam, & bona tua diligam. Concede mihi, ut velim, & possim recte vivere, bonumque aliis exemplum prabere, ut omnes bonitatem tuam in me cognoscentes, meam autem conversionem, & liberationem videntes glorificent nomen tuum sanctum, quod est benedictum in secula.

Docebo iniquos. Abieci enim Domine suave jugum tuum, & duras, ac ferreas catenas peccatorum cervicibus meis imposui. Abieci onus tuum leve,

&

& proco malam asinariam infelici collo meo suspendi. Sed tu Domine piissime usque in profundum inferni, non me patiaris demergi, sed libera me de omnibus inimicis meis, priusquam furiosam suam super me exercere valeant potestatem.

Libera me. Solve me Domine a vinculis peccatorum meorum, porrige manum tuam, ut me prostratum erigas, & ad tuam quandoque misericordiam perducas, ut confidenter cum latrone dicere possim: memento mei Domine, cum veneris in Regnum tuum.

Domine labia. Recordare misericors Deus paupertatis, & miseria mea, & inenarrabilis clementia tua, & quia solummodo sacrificium bona voluntatis desideras per magnam misericordiam tuam, præsta, ut in memoria semper habeam exacerbationes multas, quibus te sæpissime irritavi, & ad iracundiam multipliciter provocavi. Tu autem Domine clementissime hactenus me perdere penitus noluisti, sed ad pœnitentiam misericorditer reservasti, idcirco te laudo, & glorifico, & in tuam me deinceps custodiam commendo. Tu in me quod tibi placitum sit operare, & me ipsum tibi acceptum sacrificium optare dignare.

Quoniam. Deprecor immensam pietatem tuam Domine Deus omnipotens, ut in me misero gratum tibi præparare digneris sacrificium, ne nomen tantummodo Christianitatis habeam, sed digna huic nomini, quia tuo juvamine agere prævaleam, illius tenendo donum charismatis, quod mihi in fonte concessisti baptismatis, præstitisti enim mihi in Baptismo templum corporis tui fieri secundum magnam misericordiam tuam, & cælestem visionem tua fidei demonstrasti mihi, ne des potestatem Diabolo super me, ut bona largitionis tua caligine tenebrarum a me auferre prævaleat, sed tua benigna pietas omnes sensus meos sanctissimi tui luminis ardore accendat, & in tua voluntate perseverabiles faciat, non me superbia extollat, sed vere humilitas semper, & ubique mecum permaneat, ut in tuo conspectu cor habeam contritum, & humiliatum, quod tibi acceptum, probatumque esse valeat sacrificium, sicut scriptum est.

Sacrificium Deo. Magna fiducia, & maxima spes salutis nostra Domine Deus, quod misericordia tua visceribus infirmitati nostra tam benigne compati soles, ut tibi sacrificium sit contritio, & humilitas cordis nostri, & quamvis in peccatis conversantes simus, tibi soli, per confessionem tui nominis, & per compassionem misericordia audemus dicere, quod homines horrescunt audire, propter hoc suscipe me miserum, & peccatorem piissime Deus meus corde contrito & humiliato ad te confugientem.

Benigne fac. Ostende Domine super me fragilem, benignitatem bona voluntatis tua, visita cor meum domine, & mollifica illud. Immitte ei ex abundantia pietatis tua tibi placentes perfecta pœnitentia lachrymas, ut multa peccata mea, qua ab infantia usque nunc perpetravi, acerrime, & amarissime ab hac hora, & ultra semper deflere prævaleam. Fac me Domine immensum pondus peccatorum meorum de collo meo excutere, & procul a me dejicere, ut corde, & corpore tibi subjectus, tuoque jugo subditus præcepta tua valeam adimplere, & in tuo sancto famulatu sine fine merear permanere.

Tunc acceptabis. Tu qui temetipsum singulare sacrificium in ara crucis Deo patri obtulisti ad exaurienda multorum peccata, concede mihi indigno, & peccatori ad tuam misericordiam confugienti, ut mortificatus vitiis, & voluptatibus, & desideriis carnis discam pie, caste, sobrie, juste, sincere, & humiliter vivere sub levi jugo tua pacatissima, & quietissima servitutis, ut per innocentiam, & rectitudinem bona actionis merear fieri hostia viva in altare fidei concremanda in odorem suavitatis ad laudem, & gloriam Dei Patris, & Filii & Spiritus Sancti.

Gloria Patri, Gloria Patri, qui fecit nos, gloria Filio, qui salvavit nos, gloria Spiritui Sancto, qui renovavit nos. Gloria Patri ingenito, qui proprio filio non pepercit, tradens eum pro nobis peccatoribus, & Filio ejus unigenito, qui fuit obediens Patri usque ad mortem, & Spiritui Sancto; qui in linguis igneis, venit in homines, totum humanum genus illustrare, & ad veram lucem convertere.

Deo gratias. Gloria, & jubilatio, laus, & gratiarum actio, honor, & imperium sempiternum sancta Trinitati & individua Unitati. Deo magno, & immenso, aterno, & excelso, qui est omnipotens, & mirabilis, gloriosus, atque laudabilis, bonus, ac benignus, & omni gloria dignus, sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

O ineffabilis misericordia, & immensa pietas benignitatis tua Deus omnipotens, qui cum omnis mundus conclusus esset in peccatis, tu Creator universitatis filius Dei, & verbum in principio, qui cælum cum Patre, cooperante Spiritu Sancto, extendisti, & maria diffudisti, qui semper ubique es, & omnia reples, humilis in mundum venire dignatus es, & propria peccantium ad te vocasti, ut nullus postmodum desperaret salutem, impios, & publicanos, immundos, & meretrices, homicidas, & latrones, negantes, atque blasphemantes, sola ineffabili misericordia, inscios, & nolentes ad te misericorditer convertisti, qui omni tranquillitate plenus es, ac omni tempestate cares; Ego miser, & infelix, tot milibus criminum circumdatus, tota mente ad te confugio, tua pietati semper gratias agens, laudem dicens, qui peccatores pœnitentes ad te converti gaudes, Tu misericors, qui omnibus ad te confugientibus misereri digneris, Miserere mei Deus; ut supra.

PATER NOSTER QUI ES IN COELIS. O immensa Dei clementia, o ineffabilis benignitas, o mira dignatio, o longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum charitatis divina; vilissimum lutum sum, detestabilis sum, & nequissima creatura, & tu Deus Deorum, & dominus dominantium, ac rex regum, te meum Patrem dicit. Cum orabitis (inquit) dicito, Pater noster &c. Ex quo hoc dicit ipsa veritas, verissimum est, & scio, quod plus sine comparatione me diligit, quam pater meus carnalis, imo plus quam ego ipse. De tanto ergo Patre elevabitur cor meum ut aquila, & jam hares cæli factus ista inferiora contemnam. Quid ultra mihi de terrenis honoribus, qui sum filius Dei? Majus dedecus esset mihi appetere quemcumque magnum honorem terrenum, quam Imperatoris filium appetere latrina officium, & cujuscumque actus servilis. Quid ultra mihi de terrenis divitiis, qui Regni aterni sum hares? Ignominiosius esset mihi de quantiscumque magnis divitiis curare terrenis, quam primogenitus

tus Imperatoris de fimo equorum suorum. Quid ultra mihi de delitiis carnalibus, & terrenis quantumque magnis. Detestabilius esset mihi filio summi regis affici in quantiscumque magnis delitiis terrenis, quam filium Imperatoris in famie fœtidissima delectari. Quid bonum? quid pulchrum? quid utile, quid desiderabile me allicere potest, qui hæres sum summi boni, omnis, & pulchri boni? Omnia respectu illius non sunt nisi quædam similitudo, & umbra. Accedam ergo ad Patrem meum, quia nihil aliud vult, nisi ut habeam eum. Numquid ergo negligens ero? numquid pensabo? numquid aliis intentus ero? Certe cum impetu, omnibus postpositis, curram ad eum. Sufficit mihi, si habeam Patrem meum cœlestem, & ideo toto corde tendam in eum, nihil aliud aspiciam, nihil aliud videbo, nisi Patrem meum cœlestem, quia oculus mentis meæ totius in eum tendit, quia nimis allexit animum meum.

Pater noster. O mel, & favum in ore meo, cum te Dominum meum, Patrem meum invoco: O dulcedo indicibilis, o jucunditas inæstimabilis, o jubilatio ineffabilis, cum audeo te Patrem meum vocare! O exultatio, o admiratio, o medullaris modulatio, quia Pater meus es tu. Quid ultra procedam? Quid ultra dicam? Quid ultra petam? Pater meus es tu; sed ubi es Pater meus, ubi es? Si ubique es, immo quia ubique es, quomodo tibi Cœlum sedes est? sed ideo benignissime Domine vis ut dicamus:

Pater noster, qui es in Cœlis. Ut nos a terrenis ad cœlestia eleves, ubi maxime tua potentia, sapientia, & bonitas elucescit, ut ibi sit nostra satietas, ubi semper cum Patre es, & ut a te cœlestia non terrena petamus, aut certe nos spirituales cœli facti, in nobis sit habitatio tua. Quid ergo nos tardabit, quæ impedimenta præstabit, quin cœlestem, non terrenam vitam ducamus, ut in nobis sit habitatio tua? O digna admiratio, & mira dignatio, & digna habitatio Christi in nobis. Ego fœtidissima, & abominabilis peccatorum latrina valeo esse ex immensa Dei mei clementia tabernaculum ejus, & qui sum plenus sanie, & fœtore, possum esse Dei templum, Sapientiæ sedes, & habitaculum Spiritus Sancti? O felix dies, o beata hora, cum talem hospitem possidebo, tenebo eum, nec dimittam, donec introducam eum, imo donec introducat me ipse in domum suam, quæ sursum est, Hierusalem Matris meæ, & in cubiculum Genitricis meæ, scilicet in intimam contemplationis quietem, ut ibi cubem, ubi requiescunt animæ delicatæ.

Pater noster qui es in Cœlis, Sanctificetur nomen tuum. O quam bene sequitur, quam optime continuatur, quam eleganter ordinatur petitio hæc ad prædicta, scilicet Sanctificetur nomen, ad Pater noster, qui es in cœlis, quia filialis devotio, Cœlestis contemplatio totum animum reverentis filii convertit in Patrem cœlestem, ut clamet, & dicat: Sanctificetur nomen tuum, quasi dicat; non terrenas divitias, delitias, & honores peto, sed ut sim in te totus conversus, sim totus divinus. Sanctificetur nomen tuum, ut scilicet mea rationabilis tua sapientia illustrata, omni errore, & ambiguitate, & tenebrositate purgata, habeam sanctissimam, idest purissimam notitiam tui.

Adveniat Regnum tuum. Ut mea irascibilis tua potentia roborata ad arduitatem tui Regni conscendat. Adveniat scilicet Domine nunc. Regnum hujus mundi occupavit totam animam meam, imo totam dissipavit animam meam, totam laceravit, totam fœdavit, totam denigravit. Sponsam tuam, dilectam animam meam, totum cor meum, totum animum meum, totum affectum meum vanitas, imo fœditas hujus mundi allexit, ideo quæ mundi sunt sentio, quæ carnis sunt sapio, & sola terrena cogito, & affecto; Factus sum hujus mundi civis, & sub hujus mundi principe solicite studeo militare, sed tu Domine ne derelinquas me, ego enim creatura tua sum. Ergo adveniat regnum tuum, ut princeps hujus mundi ejiciatur foras, tu solus in me regnes, tu solus inhabites mentem meam, totum me occupet regnum tuum, totum sibi vindicet desiderium meum, tu solus reficias affectum meum. Quid quæro? Quid volo? Quid desidero? Quo vagor? Quo discurro? cur distrahor? Sufficit mihi Domine regnum tuum; ergo adveniat regnum tuum. Nihil de cætero cogitem, nihil desiderem, nihil affectem, nisi regnum tuum. Sit ibi refectio mea; sit ibi tota conversatio mea. Tu solus desiderabilis animarum, & amator, tu solus me regas, tu solus me dirigas, tu solus me allicias, tu solus totum cor meum habeas animarum zelator. In te solum decoretur pectus meum, in te solum quiescat cor meum, totum repleas animum meum; ergo adveniat Regnum tuum.

Fiat voluntas tua. &c. Hoc volo, hoc desidero, hoc totis visceribus concupisco, ut in me, & de me, & per me, non mea, sed tua fiat voluntas, totus tuus sim, totus in tuum tendam honorem. Ad hoc factus sum, ad hoc natus sum, ut solum tuum requiram honorem, jam non flector ad meum appetitum, jam non requiram proprium commodum, jam non considerabo amicorum affectum, sed solum nitar in omnibus tuum adimpleri beneplacitum. Non cogitem quid amarum, quid dulce, honorificum, aut vile, difficile, vel leve, asperum, vel suave, sed cum impetu, & desiderio ferventi, & animi anxietate curem perficere quæ sint tuæ beneplacita voluntati. Hoc solum sit mihi jucundum, hoc solum mihi suave, hoc solum mihi leve, in quibuscumque asperis, vilibus, difficilibus, & amaris tuam requirere, & perficere voluntatem. O gaudium, & jucunditas, & exultatio medullaris! totum, & totaliter semper, & ubique exponere me ad omnem tuum honorem, quem possim modo aliquo meo mancipare affectui. O utinam possem omnia tua misteria Domine mi adimplere! magis gaudeo, magis desidero, & concupisco, me totum tuo honori impendere, & tua satisfacere voluntati, quam etiam qualibuscumque cœlestibus, & divinis delitiis jocundari. Si enim per te Domine mi totaliter lacerarer, & passiones, & mortes quascumque ad tui honorem reciperem, eas magis approbarem, magis diligerem, quam de quacumque delectatione, quam etiam in patria posse habere, nisi fortassis in illa delectatione tantum, aut plus tenderem ad tui honorem, & hoc solum ad tui honorem aptarem. Non enim factus sum ad meam voluntatem, sed tuam faciendam, quid mihi melius, quid mihi dulcius, quid mihi amabilius, quam totum in tuum honorem resolvi. O gaudium, o tripudium, si possem aliquid quantacumque difficultate facere ad tui honorem; hoc est Angelorum gaudium, cœleste

desi-

desiderium, patriæ præmium posse tibi totaliter obsequi, totaliter in te ferri, tuæ voluntati plenarie conformari, & honorem, & magnificentiam tuam admirari. Non dubito, immo certus sum, quod plus gaudent Angeli, & animæ sanctæ de magnificentia tui honoris, quam de magnificentia gloriæ suæ, & ideo Domine fiat voluntas tua sicut in cœlo, & in terra, idest in cœlestibus spiritibus, & in terra, idest in nobis hominibus, hoc est tuæ voluntati, adeo libenter, & ferventer, & voluntarie obsequamur, & tuæ voluntati totaliter conformemur, secundum possibilitatem nostræ virtutis, sicut cœlestes spiritus faciunt.

Panem nostrum quotidianum, &c. O quam bene ordinavit, quam egregie conjungit hæc verba præmissis, & quamvis de pane materiali ad præsens exponamus, & ut dixi in verbis Domini est egregius ordo; Quis enim adeo dignus est, quis adeo habilis ad susceptionem hujus Sacramenti, ad offerendum filium Deo Patri, ut ille qui, ut supra dictum est, se totaliter in Deum ordinat, quantum ad illius affectum, & effectum, qui se totum Deo in sacrificio concremat, qui in se annihilatus est, & quasi in Deum totus transformatus est, qui jam non quæ sua sunt quærit, sed quæ Jesu Christi. Ille vere in hoc sacrificio potest, & Jesum Christum rogare, Jesum Christum pro se, & pro aliis Deo Patri offerre, & ideo petitioni isti verus magister posuit: Sanctificetur nomen tuum &c. O quam optime conjungitur illis verbis, Panem nostrum &c. Qui enim Ægyptum peccatorum exivit, in illo recte oratur. Sanctificetur nomen tuum, & qui mare rubrum inundantium tentationum submersis Ægiptiis sicco pede transivit in illum Adveniat regnum tuum; & qui in deserto contemplationis soli Deo intendit, & se totum deo dedicavit in eo fiat voluntas tua sicut &c. & qui in hoc deserto esurit manna, idest panem cœlestem a cœlesti Patre requirit, dicens Panem nostrum &c. Qui enim in Ægypto aliquando super ollas carnium sedit, nunc illis spretis, solum panem vivum qui de cœlo descendit exquirit, postulat, & acquirit. O inaudita Christi dignatio, & mira jubilatio mentis! Deus meus, amor meus, factus est cibus meus: sanctorum præmium, Angelorum gaudium, Dei Patris verbum, est nutrimentum meum, lux mundi, Sal cœli, Sapientia Dei, refectio est animi mei; proles virginea, redemptio humana cœli gloria facta est cibatio mea. Quid ultra affecto, quid ultra me allicere potest? Absit a me Domine, ut ex quo cor meum sit tam nobile cibum, quod circa aliquid in toto mundo afficiatur. Quomodo, obsecro, post tam nobilissimum, dulcissimum, & suavissimum cibum potest cor meum circa vana, turpia, & immunda delectari? Quomodo obsecro potest cor meum ad momentum ab isto cibo nobilissimo separari, & si semper non possim ipsum Sacramentaliter sumere, saltem cor meum ipsum spiritualiter non desinat ruminare. Tu ergo solum bone Jesu sit cibus meus, & refectio mea, te solum esuriam; te avide, & insatiabili appetitu comedam, & tui semper sim famelicus. Quid te dulcius, quid te suavius, quid te amabilius dulcissime Jesu? te solum comedere volo, te solum cupiam masticare. Tu mihi semper sis dulcis in corde. Solus odor tuus deberet cor meum reficere, quanto magis cibatio tua. Si in verbo, quod de ore tuo procedit reficimur, & vivimus, quid est te ipsum verbum æternum recipere, & dentibus cordis masticare. Quomodo non sic cor meum delectatur, ut omnia obliviscatur præter te? Si aliquid terrenum, imo similitudo terrena, sic aliquando cor meum occupat, ut obliviscar tui, quomodo tua verissima præsentia non me tantum reficit, & inebriat, ut omnia, quæ mundi sunt obliviscar, & etiam mei! Nunc ergo Pater cœlestis panem quotidianum da nobis hodie, hodie inquam Domine, hodie da nobis hunc panem, ut ipsum personaliter in præsenti, & semper habeamus. Semper, semper hic cibus spiritualis mihi præsens, ut nunquam sciat præteritum vel futurum, sed hodie dicis bone Jesu, & vis ut hodie dicamus; Cur tantum quæso festinas esse nobiscum, quare non differs usque cras? Quid enim in nobis vides? Quid in nobis sentis? Quid in nobis agnoscis? Quid tantum es nostro inebriatus amore? Quem fructum de nobis habebis? si sic amor nostri te urget, & differre nequeas, quin statim velis esse nobiscum, cum quibus nullum lucrum habes, nos qui sumus terra, & pulvis, & indigna creatura tua, quomodo differemus, ex quo nos tantum desideras esse tecum? Tu ergo bone Jesu da nobis hodie panem hunc, ut nunquam a te sponso benignissimo, cibo suavissimo recedamus. Sic ergo panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

Et dimitte nobis debita nostra. O bone Jesu, te nobis indignis servulis tuis benignissime, & instantissime obtulisti, sed timeo ad convivium Ester reginæ, ut Aman invitari, & si illa bone Jesu non sit intentio tua, tamen timeo de dispositione mea, quia agnosco peccata mea. Quid igitur convivium opulentissimum paratum est, nuntii, idest angeli sancti mihi instant, esuries me excitat, & compellit, tamen accedere non præsumo, quia peccavi tibi. Quid ergo faciam? Angustiæ mihi sunt undique, sed certe quid eligam scio; ibo ad Patrem meum cœlestem, de quo supra dictum est: Pater noster, qui es in Cœlis, & dicam Pater peccavi in cœlum, & coram te, jam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut unum de mercenariis tuis, idest, dimitte nobis debita nostra, sicut &c. Sed o fœlix recogitatio culpæ, quæ promeretur Patris amplexus! ejus provolvar pedibus, in fletibus resolvar, & mutabor in virum alterum, & aliqualiter audebo comedere de vitulo saginato. Dimitte nobis debita nostra. O mira dei nostri erga nos dignatio, ipsum contempsimus & pro vilissima sanie commutavimus, & tamen nobis suadet, ut veniam petamus, quia vult nobis debita dimittere cum offensis. Hoc autem noluit Angelis elargiri. Quomodo autem quæso bone Dñe potes nos amplius respicere, qui ita turpiter abjecimus te? ergo ex quo ipse suades: dimitte nobis debita nostra, dimitte nobis, quia jam pro nobis debitum ipse solvisti, jam te ipsum pro nobis in sacrificium obtulisti; tu enim ipse, qui nos doces, ut dicamus, & dimitte nobis debita nostra, hoc facere potes. Nonne jam pax facta est? Nonne jam pacis convivium celebratum est, & quotidie celebratur? Dimitte ergo nobis debita nostra sicut &c. O beatum proximi debitum, & fœlix offensa quam allegare possumus coram Deo in remissionem debiti nostri. Non ergo contristemur si nos offendant homines, si nobis injuriantur, si nos affligant, rapiant, & accipiant nostra? sed in his quantum est pro nobis exultemus, & gaudeamus, imo affectemus, & cupiamus, quia dimittendo ea proximis, allegare poterimus dimissionem debiti nostri. Non est dubium, quod magna vir-

virtutis, magnæque efficacia est allegatio ista, quam summus Advocatus, & Judex noster nos docet, ergo dimittite, & dimittetur vobis, dimitte nobis debita nostra, sicut & nos &c.

Et ne nos inducas &c. Quid enim prodest Domine baptizari sive lavari a mortuo, & iterum tangere mortuum? Non sufficit mihi Domine, ut peccata dimittas, nisi etiam a peccatis imminentibus custodias. Nam pronissimus sum ad peccatum, & nisi me custodias, irruam in peccata. Si ergo Domine ad probationem nostram, & humiliationem, & exercitationem vis, & permittis nos tentari, non tamen permittas nos in tentationem induci. Quid enim Domine profuit Aman, quod a rege Assuero super omnes Principes fuit elevatus, cum postea inflatus superbia fuerit suspensus in ligno? Quid enim mihi prodesset, quicquid in præmissis verbis petivi, nisi in tentationibus meis me conserves in bono; ergo & ne nos inducas in tentationem. Vis bone Jesu, ut sic petamus, quia permittis nos tentationibus multoties stimulari, ut ad te recurramus; omnem modum, & viam, qua possis nos ad te trahere, exerces, quia nos secum cupis habere. Tentatus ergo ad amplexus paternos fugiam, ut me recipiat fugientem, & timidum exhortetur, & dicam ei. Et ne nos &c. Hoc desiderat, hoc exoptat Pater meus, ut curram ad refugium, & ad complexum, & sinum ejus, ut totaliter diffidens, solummodo de ipso confidam: ergo Domine ne nos inducas in tentationem.

Sed libera nos a malo. Amen. Verum est Domine, quia digni sumus omni malo, quia te contempsimus omne bonum. Sed vide clementissime Pater infinitam misericordiam tuam, non detestabilem malitiam nostram, & releva a nobis pronulis, & infirmis importabile onus, & a malo distrahente, & retardante ad bonum. Libera nos famulos tuos, ut libere possimus cultui tuo vacare, & maxime ab illo horribili, & terribili malo æterno nos libera, ne tua desiderabili visione privemur, quod horrent omnia ossa mea. Quid enim mihi profuisset tuam creaturam esse, vel fuisse, nisi te habeam, & totum, & totaliter in te ferar, teque fruar in æterna vita. Quam nobis concedere digneris, qui es Deus benedictus in secula. Amen.

Cæteras lucubrationes suas magna rei literariæ jactura edere haud potuit Sayrus valida adhuc ætate præter omnium opinionum, morte anno 1607. interceptus, antequam Clavim regiam prælo commisisset, teste D. Mauro in epistola nuncupatoria ad Cardinalem Montaltum, de qua nos alibi.

D. Hieronymus,

D. Hieronymus Petronius ab oppido Fractarum diœcesis Cajetanæ ab an. 1591. die 25. Martii Monachus ad plures annos multa integritate, ac doctrina, Vicarius generalis diœcesis nostræ fuit. Scripsit vitam Fratris sui presbyteri D. Marci Antonii, qui ob ecclesiasticam immunitatem, atque obedientiam episcopo suo debitam occisus a nefariis quibusdam hominibus fuerat. Fratris exequiis Hieronymus interfuit, atque Cajetano episcopo scripsit, quatuor adhuc Fratres superstites ab ejus voluntate, nutuque pendere, paratos eandem ob caussam mortem oppetere, quod testatur idem Hieronymus in fine vitæ in Archivo nostro asservatæ. Instante episcopo missus Fractas ad conquirendos reos, a Prorege est D. Ferrantes della Quadra judex criminalis magnæ curiæ Vicariæ, qui Cassinum contendens D. Hieronymo testatus est, haud absimilem ab illam S. Thomæ Cantuariensi fuisse mortem Fratris sui, quem martyrem nuncupabat. Gloriosam eam mortem hoc elogio celebrat D. Marcus Antonius Scipio.

Elogium.

Admodum Venerandi Patris D. Marci Antonii a Placentia Monachi Cassinensis in pretiosam mortem Venerabilis Sacerdotis Marci Antonii Petronii.

PIIS MANIBUS

Marci Antonii Petronii Fractensis Vita, & mortis genere Sacerdotis laudatissimi hic apud suos Cajetani Antistitis commissas sibi vices pari integritate, ac sapientia dum ageret, a recto æquitatis tramite nusquam declinans, transversam habuit iniqui Magistratus offensionem. Adigebatur clerus profano decreto. Perinde ac cæterum vulgus decretum vectigal pensitare resistere primo sacri Ordinis nonnulli adultum desistero enim vero in unum Petronium injustis legibus intercedentem tota tempestas incubuit. Nihil non movere judices, quo illum in suam sententem pertraherent sed illo in omnia alia abeunte, nihil promovere potentiorum minis, amicorum rogatu, consanguineorum obsecrationibus, diu, ac sæpe, & vehementer impulsus, nunquam de constantia gradu dejectus est. De vita decedere paratior, quam de jure concedere interim domi sua degens, vetere suo instituto aliquando subvesperam in Lalarium secedebat, propius divino lumini per nocturnas preces accessurus eum è cubiculo intermedia aula transeuntem hostium quispiam in insidiis latitans plumbea glande tormenti manualis illu per fenestram immissa transfixit nullo alio armorum genere quam immuni scelerum conscientia munitum. Fluxam corporis molem plumbi durities perfregit at constantis animi virtutem adamantinam ne attigit quidem. Sacrilegi grassatoris supplicium integerrimo sacerdoti in præmium cessit. Illi maxime in votis fuerat in gratiam Magistratus occidere, huic summa votorum in juris, ac legum gratia occidi. Ille frustra perquisierat, diu quo se posset tanto scelere devincire. Hic liber effugeret, cum posset, ne tam præclaram mortem effugeret, non effugiat. Demum nefarii Sicarii conatus Religiosis Marci Antonii conatibus coronidem imposuit, & coronam tantum a mortali vulnere vivendi spatium superfuit, quantum immortalis in se odii imploranda venia satis fuit. Strenuissimus pugil extremo oleo suprema lucta inunctus primo congressu Tartareum hostem devicit ab recens effusi cruoris generositate invictus mane supremo numini hostiam offerens ad aras steterat, vespere cecidit eidem oblatus in hostiam illustravit hoc seculum clarissimo priscæ virtutis exemplo, quæ sæculis retroactis Sacri juris libertatem profusa vita in libertatem retinuit. Itaque Marco Antonio Petronio litteris, probitate, constantia, cæteroquin conspicuo, ne quid ad perfectæ pietatis laudem deesset, adversariorum effecit impietas, dum eximias viri dotes pretiosæ mortis titulo Immortalitatis consignavit.

Obiit

D. Matthæus.

Obiit Hieronymus Abbas Titularis an. 1636.

D. Matthæus Lauretus, de quo paulo ante plura, scripsit: *De vera existentia Corporis S. Patris Benedicti in Cassinensi ecclesia, deque ejusdem translatione, auctore R. A. P. Matthæo Laureto Cervariensi, Hispano, Abbate S. Salvatoris de Castellis, Neapoli ex Typographia Johannis Baptista subtilis apud Scipionem Bonnum* 1607. *in* 4. constat pagg. 349. absque indice, & epistola nuncupatoria: Hisce Tractatibus addita ab eo est an. 1618. *Appendix ad superiores duos tractatus ab eodem R. P. Matthæo Laureto adjecta* in qua exsufflat quidquid Yepesius To. II. Chronici generalis Ordinis S. Benedicti in medium pro asserenda translatione ad Floriacense monasterium corporis S. Benedicti, indeque Cassinum reductione, quæque objicit doctus Carolus Saussayus in Annalibus ecclesiæ Aurelianensis lib. IV. Extat hæc appendix in archivo nostro ms. post tractatus eosdem manu exaratos, atque incipit a p. 268. ad 291.

Edidit etiam Lauretus: *Chronicon antiquum sacri monasterii Cassinensis olim a Leone Cardinali, & episcopo Ostiensi conscriptum, nunc vero a R. P. D. Matthæo Laureto Hispano Cassinensi Monacho, & Abbate S. Salvatoris de Castellis recognitum, & pristinæ integritati restitutum, ac pluribus adnotationibus illustratum & auctum. Adjecta insuper ab eodem auctore brevi de Monachatu S. Gregorii M. sub regula S. Benedicti Disputatione. Neapoli ex typographia Tarquinii Longhi* 1616. *Superiorum permissu*, cui præmittit vitam S. Benedicti ex II. Lib. Dialogorum S. Gregorii M. eruditis notis a se illustratam, ut reliquum etiam Chronicon, cujus tamen textum mutilum, deturpatumque edidit, quod forte haud satis characteres Langobardicos intelligeret, vel ob Amanuensium injuriam. De hac editione alibi fusius. Haud contemnenda quoque Dissertatio de Monachatu S. Gregorii Magni, quæ a pag. 613. ad 658. post Chronicon excurrit.

Plures etiam sermones Italo, latinoque sermone Lauretus composuit in Evangelia, de Festivitatibus Domini, Deiparæ, & Sanctorum, atque in Dominica Adventus, & Quadragesimæ, qui tomo uno in fol. ex p. 310. asservantur in Archivo nostro. Longum hisce atteauit tractatum de Auxiliis sive de Gratia, & libero arbitrio, atque p. 255. hæc scribit. *In nomine Domini nostri Jesu Christi, gloriosissimæ virginis Mariæ matris ejus, omniumque Sanctorum. Ego Matthæus Lauretus Hispanus Ordinis S. Benedicti monachus Cassinensis, & Abbas S. Salvatoris de Castellis, scripsi manu propria universa, quæ in hoc volumine continentur, eaque omnia, & singula judicio, & correctioni sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, quæ est columna, & firmamentum veritatis una mecum judicanda, & corrigenda submitto: in cujus gremio, & obedientia vivere, ac mori intendo, & vehementer cupio: quod mihi concedere dignetur benignissimus, & clementissimus, Salvator, ac redemptor meus dominus Jesus Christus, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat Deus per infinita sæcula sæculorum Amen Amen. Ita testor ego Matthæus Lauretus, & manu propria subscribo in civitate Aquila die 24. mensis Januarii* 1621.

nota.

D. Bernardinus.

D. Bernardinus Saivedra, de quo in Abbatum serie, adhuc juvenis dissertationes duas in archivo nostro asservatas scripsit vulgari nostro idiomate, in quarum prima ante Lauretum elucubrata contendit, nunquam hinc in Galliam translatum corpus S. Benedicti, quam vidisse credimus Lauretum; in altera de Monachatu inter Benedictinos S. Gregorii M. agit.

D. Antoninus.

D. Antoninus . . . . . . a Neapoli a die 13. Junii 1616. Monachus Cassinensis pluribusque annis celebris archivi nostri custos. Vitas SS. Cassinensium composuit, atque S. Demetrii, & Sociorum S. Martii, aut S. Martini Heremitæ, S. Dominici vulgo Sorani, S. Rodulphi episcopi Eugubini, & S. Dominici Loricati D. Bernardino Saivedra nuncupatas, cujus jussu illis componendis manu admoverat, ut ex ejusdem Antonini testimonio constat an. 1628. die 28. Januarii in processu recognitionis corporum SS. Costantini, Simplicii &c. nam nulla in ejus ms. codice nominis authoris mentio. Composuit etiam Dissertationem: *De sacri Benedicti corporis nunquam interrupta possessione vindiciæ cassinenses conduplicatæ*. Pluribus doctis viris amicitia conjunctus fuit, quos inter præcipui fuere Michael cognomento monachus, & Abraham Bzovius, qui ejus meminit in vita S. Adalberti Pragensis episcopi.

D. Felix.

D. Felix Passarus a Neapoli a die 21. Decembris an. 1575. Monachus poetica plura composuit, nempe. *Vita di S. Placido, e suo Martirio descritta in ottava Rima dal Reverendo Padre D. Felice Passero Monacho Cassinense. In Venezia appresso i Giolisi* 1589. *in* 4. paginar. 100. præter epistolam nuncupatoriam atque poeses quasdam in authoris laudem. Wion lib. II. Lign. Vitæ cap. 67. p. 416. hæc de eo scribit: *D. Felix Passarus Neapolitanus Monachus Cassinensis, qui etiamnum vivit scripsit sermone Italico, & versu Heroico. De Vita S. Placidi Abbatis & martyris cantus quinque, qui excusi sunt Venetiis an.* 1589. *in* 4., *&* 1590. *in* 16. *Laudes monasterii S. Sixti Placentiæ lib. unum impress. Placentiæ apud Johannem Bazacum an.* 1593. *in* 4. *Lo esamerone, overo l'opera di 6. giorni. Poema. In Napoli appresso Gio: Battista Sottile per Scipione Bonino* 1608. *in* 8. Hujus operis meminit Toppius in Bibliotheca Neapolitana p. 82. *La Urania: overo, la Costante donna Poema del M. R. P. D. Felice Passero Abbate della Congregazione Cass. all' illustrissimo, e reverendissimo Principe Alessandro Peretti Cardinale Montalto suo Signore. Napoli appresso Gio. Domenico Roncagliolo* 1616. *con lic. de sup. in* 6. constat pagg. 160. præter allegoriam poematis, argumentum operis, & epistolam nuncupatoriam, in qua hæc præ aliis scribit author. *Questo buon voler mio accennai gia otto anni sono, dedicandole il mio Esamerone, il quale va avanzandosi di gloria col glorioso nome di V. S. illustrissima, e Reverendissima, essendo in molti luoghi ricevuto, e ristampato.* Doctus Julius Cæsar Capaccius epistola huic operi præfixa ait. *Mentre se stesso, e la fecondità del suo nobilissimo ingegno diffuso il M. R. Padre Abate D. Felice Passero nella sua fattura del mondo descritto da lui con tanta felicità, che gl' antichi Greci, i quali furono i primi in quel Pisida, e i latini, e i volgari quanti furono, di gran lunga con nobiltà di poesia si lasciò a dietro, emolo di quella prerogativa, che si degnò Iddio dar-*

all' huomo, di farlosi in certo modo eguale nella somiglianza, de frutti particolarmente, che l' intelletto in tante maniere doveva produrre; ricevè dal lume di quel chiarissimo Sole, à cui si appoggiò (dico dell' illustrissimo, e Reverendissimo Signore Cardinal Montalto) tanto splendore, che fatto un Ostride riverbera co i raggi suoi tutto quel lume, che le grandezze della Illustrissima casa Peretta cosparte per gratia, mantiene per gloria, e diffonde per benignità; la qual nata da un Sisto, honor del mondo, viverà sempre in un Alessandro, che ne vestigii suoi ha fatto stabile ciò, che l' onor di virtù può fare immortalmente glorioso. Ed ecco, che in tanta fecondità ingrandisce di nuovo l' ingegno con questo Poema dell' Urania, ove avanzando se stesso nella materia perchè pia, nello stile perchè altamente purgato, nella sentenza perchè grave, nella locuzione perchè candida, reca tanto splendore a questo genere di scrivere, che riluccerà mai sempre tra gl' huomini più chiari, e più gloriosi, perche arricchito ne tesori di tanto Principe, arricchisce i suoi studi, e di giorno in giorno giugne onore, e splendore alla chiarissima, & antichissima Religion Cassinense, la quale si può con ragione gloriare di un figlio di tanta virtù, e di tanti meriti. Onde non dubito, che debbia seguire l' effetto, e l' intento accennato dall' autore, che mentre con le vaghezze si fregia il suo Poema se ne conseguisca l' utile, che col mezzo del diletto si acquista: e se n' imiti l' esempio principalmente proposto, che all' immortalità felicemente conduce.

Nicodemus in Additionibus ad bibliothecam Neapolitanam pag. 75. Felicis meminit, atque mox allata verba refert. Prosa composuit. *Il Trofeo della Croce, Trattato di D. Felice Passaro Priore della Congregazione Cassinense al Molto Illustre Signor Matteo de Gradi SS. in Venezia appresso Marco Alberti* 1610. Constat pagg. 97. præter cantum ad crucifixum, & epistolam nuncupatoriam. Authoris hujus lucubrationes unica dumtaxat folii parte numeratæ sunt.

D. Dominicus.

Quædam etiam lucubrasse D. Dominicum de Quesada virum, ut majores nostri ferunt, doctum, quæ tamen ubinam extent, aut quænam fuerint, nobis ignotum est, ex hac ejus epistola ad D. Basilium Zancarolum, constat. *Molto illustre, e molto Reveren. Signore Osservandissimo. L' aver' io proposte la di lei persona alla lettura delle lettere umane, Greche, e Latine nel sagro monasterio di Monte Casino è stato beneficio, nol niego, ma di quella S. casa, che perciò quei Padri, e non V. S. M. R. mi devono ringraziare. L' essersi poi ella compiacciuta nella sua eruditissima opera, che mi invia, tralasciati tanti altri prelati di merito, e prerogative non ordinarie, nominare anche me tra quelli che sono stati soggetti dell' eruditissima penna di V. S. M. R., è favore, che mi fa desiderare di essere altro di quello, che sono per poter corrispondere perciò a lei conforme devo: ma quello che mi ha obligato in eccesso è, che habbia fatto caminar me sotto l' istesso elogio col reverendissimo Padre D. Angelo (della Noce) Abbate di S. Severino persona consumata per lunga serie d' anni nella lettura delle speculative più insigne ne i principali monasterii della Congregazione, & eminentissimo nella professione della Sagra Scrittura, Padri, e singolare nelle belle lettere così latine, come Italiane. Sono poi restate mortificato di non averla potuto godere qui in Arezzo, e mostrarli alcune mie opere, che sto componendo. Mi offerisco prontissimo a servirla in ogni luogo, tempo, & occasione, e per fine li bacio caramente le mani. Arezzo li 2. di Novembre 1655. D. V. S. Molto Illustre, e molto Reverenda. Affezionatissimo, e parzialissimo servitore vero D. Domenico de Quesada, Signore D. Basilio Zancarolo.* Inter alios certe viros doctos numerat Dominicum nostrum D. Johannes Caramuel in Theologia morali fundamentali in epistola quam scribit: *Eximiis P. D. Magistris Sac. Theologiæ doctoribus, & professoribus.* De Quesada egimus in Serie Abbatum Cassinensium.

D. Bernardinus.

De D. Bernardino Campanaro hæc scribit D. Cornelius: *D. Bernardinus Campanaro ex civitate Verulis nobili genere natus Monasticum institutum professus die 14. Julii 1619. sub Magistro P. D. Zacharia a Fractis, vir sane peritia legum insignis, concionator eximius, poeta nobilis. Post Decanatus honorem generalis Vicarii munere omni rectitudine functus est. Rarissimo hic patientia exemplo malam valetudinem diu sustinuit. Jam proximus electioni episcopatus alter Deo disponente, vitam hanc caducam cum æterna felicitate commutavit.* Extant in archivo nostro, cujus hic custos erat, MSS. Descriptiones Latinæ duæ monasteriorum S. Sophiæ Beneventi, & SS. Petri, & Pauli Casæmarii, Cardinali Francisco Barberino Abbati eorum fiduciario nuncupatæ. Plura carmine composuit quosdam in libros dispersa, quæ inter alia leguntur elogiis Abbatum Cassinensium Scipionis præposita.

D. Angelus.

D. Angelus Nuceus confessione omnium doctorum hominum sui temporis magnus erat Theologus, Philosophus, Orator, Poeta, & in Sacra, profanaque eruditione versatus. Longum esset, ac nimium Eruditorum de illo judicia proferre, magni certe semper est habitus a Cardinalibus Johanne de Lugo, Sfortia Pallavicino, Francisco Barberino, Joseph de Aguirre, Johanne Francisco Albano, deinde Clemente XI., Hieronymo Casanata, aliisque & Johanne Caramuel, qui in memorata epistola inter alios eruditos Nuceum recenset. Per plures annos sacram Theologiam in cœnobio Cassinensi, aliisque Congregationis nostræ, & in archigymnasio Romanæ sapientiæ publice summa cum laude docuit. Ab anno 1670. a Clemente X. episcoporum Examinator est constitutus, atque Sacræ Indicis Congregationis consultor, & Theologus Cardinalis Barberini edidit; *Chronica Sacri monasterii Cassinensis auctore Leone Cardinali episcopo Ostiensi, Continuatore Petro Diacono ejusdem cœnobii Monachus ex manuscriptis codicibus summa cura, & fide quarta hac editione, notis illustrata primus evulgat D. Angelus de Nuce Neapolitanus Abbas Casini centesimus trigesimus sextus. Præmittitur in vitam Sanctissimi patriarchæ Benedicti Spicilegium. Lutetiæ Parisiorum ex Officina Ludovici Billaine in palatio regio cum licentiis* 1668. in folio, ex foliis 577. præter epistolam nuncupatoriam ad Clementem IX. præfationem ad Lectorem, descriptionem Sac. cœnobii Cassinensis, appendicem plurium anecdotorum, & indicem. Infinitis propemodum mendis Chronicon nostrum expurgavit, ornavitque eruditissimis notis, quod & in vita S. Benedicti præstitit. Magna certe authori

thori ex Editione hujus operis aucta, apud Eruditos fama. Adnexa postmodum ab eo est eidem Chronico: *Appendix altera Addendorum*, in qua præcipue continetur: *Excursus Historicus, quod Sanctiss. Patriarcha Benedicti Exuvia Cassini quiescant*, contra Cl. Hugonem Menardum. Deinde: *Appendix 3. ad Chronicon Cassinense Parisiis editum an. 1668. hoc est iterata responsio pro Cassinatibus adversus nuperum assertorem translationis Sanctissimi Patris Benedicti Angeli de Nuce jam Abbatis montis Casini, & Examinatoris episcoporum, nunc Archiepiscopi Rossanensis*, adversus ea, quæ contra protulerat Cl. Johannes Mabillonius Sec. II. To. II. Act. Sanctorum Ord. Sanctissimi Benedicti. Editum iterum est integrum Nucei opus cum additamentis aliquot a nobis hinc missis in tom. 4. collectionis maximæ Historicorum Italiæ Mediolanensibus Palatinis typis impressa hoc titulo: *Chronica sacri monasterii Cassinensis, Auctore Leone Card. episcopo Ostiensi, continuatore Petro Diacono ejusdem cœnobii Monachis, ex MSS. codicibus Cassinensibus, D. Angelus de Nuce Neapolitanus Abbas Casini centesimus trigesimus sextus notis illustrata, typis Parisiensibus vulgavit; Præmittitur in vitam Sanctissimi patriarcha Benedicti specilegium. Nunc vero suis locis addita sunt dissertationes, & notæ, quæ in præfata editione fuerant omissa ac alia posteriores hactenus inedita ex autographo Cassinensi ipsius Angeli de Nuce.*

Suppleta etiam est, & ad præsentem statum accommodata descriptio sacri Montis Casini. Inter alios doctissimos viros, qui ab Innocentio. XI. ad quatuor refellendas cleri Gallicani propositiones adlecti sunt, adscriptus etiam Angelus Nuceus, qui tum temporis Romæ versabatur. Tanta vero vi, doctrinaque ecclesiæ partes asseruit Nuceus, ut omnium judicio ejus concertatio & brevior, & validior sit habita. Ea apud nos asservatur hoc titulo: *Censura illustrissimi, ac reverendissimi Angeli de Nuce Archiepiscopi Rossanensis super quatuor Propositiones cleri Gallicani in conventu Parisiensi an. 1682. Pro Congregatione emõrum Cardinalium, & novem Theologorum a Sanctissimo Domino Nostro Innocentio XI. specialiter deputata eodem anno, mense Augusti.* Falsus quidem Archiepiscopi Nucei amicus, qui pluribus titulis obstrictus illi esse debuerat aliquot propositis politicis rationum momentis suadere eidem conabatur, censuram emolliret. Haud tamen adduci ad id potuit, quippe qui ad conscientiæ suæ regulas eam exegisset, ut non semel mihi testatus est; sparserat tamen ille in vulgus emollitam ab Archiepiscopo censuram, quo conceptam de eo a Romano Pontifice opinionem minuerat, nam ferunt constanter, apud se statuisse, in Cardinalium album recensere Nuceum. Dum hæc mihi magna constantia ipse referret, addebat, quosdam etiam Pontifici repræsentasse senem jam esse decrepitum, ac proinde nullis Romanæ ecclesiæ usibus profuturum. Quam in rem hæc verba S. Leonis Papæ serm. 2. de Pass. Dom. usurpabat: *Admisit in se impias manus furentium, quæ dum proprio incumbunt sceleri, famulata sunt redemptori*: quo ostenderet juvamini sibi fuisse ad quiete, beateque viveudum hoc se honore dejectum.

Elucubrata etiam ab eo est: *Dissertatio de Monachatu S. Thomæ Aquinatis priusquam Prædicatorum castra ingrederetur, in sacro archicœnobio montis Casini &c.* cujus cum laude meminit Author libri, cui Titulus. *De Monachatu Benedictino D. Thomæ Aquinatis apud Cassinenses, antequam ad Dominicanum Prædicatorum Ordinem se transferret, Historica Dissquisitio. Lugduni 1725. sic Dissertatio de Caroli M. effigie extant in codice Bibliorum asservata in Archivo S. Pauli de Urbe*: cujus meminit Mabillonius in Itin. Ital. p. 70. In universam Philosophiam Aristotelis, & S. Theologiam commentaria, quæ cum memoratis dissertationibus apud nos asservantur mss., atque magno etiam in pretio a se habita servabat in bibliotheca sua privata Sanctissimus Pontifex Clemens XI., cum aliis quibusdam Nucei operibus teste amico nostro eruditissimo Johanne Mario Crescimbenio, P. I. Vitarum Arcadum illustrium in vitam Angeli Nucei pag. 24. hisce verbis: *Ne solamente questi studii furono da lui coltivati, ma anche quelli più ameni, tra quali dignissimo luogo ebbe nel suo genio la volgar Poesia, e benche nello stilo si lasciasse alquanto trasportare dalla barbarie del secolo, che allora correva, nondimeno le sue canzoni, delle quali habbiamo noi veduto un volume originale appresso il sudetto Baronio, sono ripiène di lumi, e di sentimenti grandi, e cospicui, come il Lettore potrà riconoscere dalla seguente che qui inseriamo, e per gloria della medesima poesia, e per dar saggio della maniera di un si gran Letterato, &c.* Dixerat pag. 18. *Ma sopra tutti gli altri onoravalo il Cardinale Albani ora Clemente XI. N. S. e Cristina Alessandra regina di Svezia, la quale tal concetto ebbe del saper di lui, che lo annoverò tra i Fondatori della sua reale accademia, i quali scelse della più cospicua letteratura di Roma, ed erano tutti uomini dottissimi, ed' anche in questo Teatro, ove ebbe campo di reassumere li studii ameni tanto da lui favoriti fece ben larga mostra del suo nobilissimo ingegno, come si riconosce da varii discorsi fattivi, che si conservano mss. nella bibliotheca Ottoboniana, e originalmente, appresso N. Baronio di Sora, ove una volta noi gli vedemmo, &c.* Refert deinde quot illi Regina præstiterit: tum p. 226. habet: *E oltre suttociò in essere un volume di sue Lettere familiari, & in podere del Duca della Torre Filomarino, il quale per la loro bellezza voleva publicarle, ma li fù dall' Autore severamente vietato.* Duo alia epistolarum ejus ad Familiares volumina apud nos asservantur a D. Honorio Santillo Cajetano Monacho Cassinate ejus a Secretis, dum Abbas esset noster, cum pluribus aliis sparsim in archivo nostro ad negotia sui temporis pertinentibus Quas tamen magni faciebant eruditi, nullo ipse habebat in pretio, ut ad me hisce verbis scripsit, cum alias apud eum servatas repeterem: *Delle mie lettere io potrei darcene un fascio, ma non ho cuore di farlo, perche vedo, che ella le stima assai, ed io le apprezzo men di nulla, ben certo, che sono colme di difetto, e quelle, che io tengo mi servono per memoria di negozii, che mi sono passati per le mani, non perchè siano degne di esser conservate. Puro se a lei piace di veder qualch' una, se ne faccia dar un volume dal Padre D. Onorio, che ne ha fatta qualche raccolta, la mia penna non mai scrisse per la stampa, ne mai io ebbi questi grilli nella fantasia, e se alcuno ha tenuto conto delle mie dettature, non è*

stato merito dell' autore, ma genio di chi le ha gradite. Cum an. 1636. hoc Decretum S. Indicis Congregatio edidisset: *Sacra Congregatio Indicis ad extinguendos inter sacros Religiosorum Ordines quæstionum fomites, & ob non servata sacri concilii Tridentini præcepta, decrevit, & mandavit sub pœnis in sacro Romano indice librarum prohibitorum, & sacris canonibus contentis de medio tollendam esse, & a fidelium oculis amovendam effigiem S. Basilii magni cucullati, habitu prorsus Benedictino, Regularum suarum codicem sinistra manu tradentis quatuor sanctis Patribus religiosorum Ordinum fundatoribus corum se genuflexis, deque dextero latere sese præbentibus in conspectum cæterorum ordinum etiam militantium fundatoribus additis sub effigie verbis ad revocandum, vita communis cœnobiiq originem in ejusdem S. Patris institutionem typis eneis expressam a Johanne Noort an. 1634. Ac proinde districte inhibet omnibus, & singulis Christi fidelibus, ne dictam effigiem impressam pictam, seu insculptam apud se detineant, illamque si quomodolibet apud eos extiterit locorum Ordinariis, aut Inquisitoribus statim exhiberi jubet. Imperatoribus vera, Incisoribus, Pictoribus, & Sculptoribus sub pœnis eisdem, aliisque arbitrio S. Congregationis prohibet omnino, ne hujusmodi effigiem moliantur imposterum, nec non formas quascumque statim a presentis decreti notitia infringi precepit ac deleri, atque ita ubique locorum ab omnibus, & quibuscumque servari decrevit. In quorum fide manu, & sigillo reverendissimi Domini Cardinalis Pii præsens decretum signatum, & munitum fuit 12. Decembris an. 1636. C. Cardinalis Pius. Locus † Sigilli Fr. Joannes Baptista Marinus Ordinis Prædicatorum.*

Cumque inter quatuor ex patriarchis, quibus S. Basilius regulam suam erogabat, numeraretur S. Benedictus, Nuceus eam imaginem dissertatione in archivo nostro asservata impugnavit, quæ sic incipit. *Provocant nos ad litigandum Basiliani antiquam illam sive potius antiquatam de Basiliana Benedicti institutione querelam e sepulchri cineribus in judicium revocantes. Quim imo sibi judices, & actores veluti de parta victoria triumphale vexillum explicuerunt simulachrum nempe phantasticum, quo sibi imaginarie blandiuntur. Quapropter supervacaneum omnino videri poterit eruditis hanc litem serio contestari, quam nobis jam diu universa scriptorum non eblandita suffragia adjudicarunt. Verum ne nostro silentio in Basilianam sententiam abeant imperiti, quibus quoque debitores sumus integris utrinque antiquis partium Juribus remanentibus quadam ad manus nunc occurrentia in medium pro veritate adducere non gravabimur.*

Duo sunt præcipue de quibus caussa jam perdita ad æquiora judicia appellant Basiliani. An scilicet SSmus Benedictus fuerit Monachus ex Instituto Basilii, & an regula, quam suis ipse Monachis tradidit, a Basilio sumpta fuerit.

Utrumque asserunt adversarii; utrumque nos arguimus falsitatis. Utri rationabilius, ac veracius, dubitatur. &c. Fuse eandem imaginem oppugnat doctissimus Franciscus Bivarius in libro: *De Veteris monachatu, & regulis Monasticis lib. 6. cap. 1 a pag. 212. ad 227.*

Jussu Cardinalis Francisci Barberini scripsit Censuram in Commentaria, & Dissertationes Paschasii Quesnel presbyteri Oratorii D. N. Jesu Christi in opera S. Leonis M. duobus tomis in 4. Parisiis edita anno 1675., quam cum Cardinalis ad Quesnellium misisset, hæc ille respondit: *His annexus erat viri eruditi, at ingeniosi commonitorius libellus pleraque momenta complectens, queis ad procudendam censuram Romanorum Theologorum succensi sunt animi &c.*

Hæc de Nuceo prosequitur Crescimbenius p. 26. scribere. *Ora queste sante, e si eccellenti prerogative del nostro Arcivescovo ben con giustitia condussero Roma, anzi l' Italia, e l' Europa tutta à riconoscerlo, ed' acclamarlo per uno de Padri piu celebri della letteratura, e ad' onorarlo per suo podera. Per tale tra gl' altri nostri Italiani l' anno tenuto due dottissimi Prelati della Romana corte, cioè Giovanni Ciampini, e Marcello Severoli, il primo de quali fa di lui pienissima menzione nelle sue opere; e l' altro nella nostra adunanza ha promossa al merito di lui la lapida di memoria: e fra gl' Oltramontani per tale altresi il riconobbero il mentovato P. Mabillon, che fa del di lui merito amplissima testimonianze in varie sue opere; e Verginio Alniset, che nel trattato de Murenulis S. Vestis Sponsa Regis æterni, arriva a dire d' avere udito da persona degna di fede, che in Roma di quel tempo non si trovava uomo, cha potesse dirsi piu dotto dell' Arcivescovo. Il parere da quali, ah come vien renduto a maraviglia autorevole dalle parole, che d' ordine di sua santità, voi, illustrissimo Monsignore in proposito della scrittura di questa medesima Vita vi degnaste insinuarmi! colle quali chiuderò il presente racconto, come con un elogio del valore dell' Arcivescovo, di cui ne maggiore, ne piu giusto può immaginarsi. Gode nostro Signore, che si pubblichi la Vita di monsignore Arcivescovo di Rossano, avendolo sempre considerato, como uno de primi lumi della corte di Roma.* Demississime tamen de se ipso, doctrinaque sua sentiebat Nuceus, ut ex his ad me datis epistolis constat. *Molto Reverendo Padre mio Osservandissimo &c. Io non so dire, quanto cara, e quanto segnalatamente gradita mi arrivi la lettera di V. P. M. R. de 13. del corrente, non già per le smisurate lodi, che ella mi da in quel foglio, ma perchè queste mie lodi mi fan fede del nobil genio suo tanto inclinato alla vera virtù, che non sa risparmiarsi di honorare qualche debole apparenza, anzi l'ombra, che in me se ne vede. Me ne consolo dunque inesplicabilmente; a confido in Dio, che non solo nutrirà, e accrescerà nell' animo suo questa generosa inclinazione, ma le darà forma di poterla propagare ne gl' altri non meno coll' autorità, che con l' esempio, onde cotesto gran santuario riacquisterà l' antica veneratione, e splendore, e questo zelo è la propria marca, e il contrasegna de legitimi Casinesi per distinguerli dagli adulterini, e spurii. &c. Roma 18. Giugno 1689. &c.*

Ma per quel, che riguarda il rispondere alle lodi, che da lei troppo smoderate di continua mi si danno, io mi consiglio di non rispondere, e prego V. P. M. R. di astenersene in avenire, perchè non son io tanto cieco, nè tanto infatuato, che non veda, e non conosca le misure, che sono addattate all' esser mio. Nè la Fede del Signor Cardinal d' Aguir può autenticare quello, che è contro l' evidenza, che io del tenuissimo merito mio. E non più di questo. &c. Roma 4. Marzo 1690. &c.

In questa estrema mia vecchiaja io sento raffreddato nel cuore ogn' altro affetto, fuorche il desiderio di imparare, e perciò vedrei volentieri quel che il P. Edmondo ha scritto sopra la Regola del P. S. Benedetto: &c. Roma 28. Ottobre 1690. &c.

Le visite, con le quali V. P. M. R. mi honora, quanto mi son care per le dimostrazioni, che mi fanno dell' amor suo, altrettanto mi attristerebbero in riflettere al non poter io mostrarlene qualche non infruttuosa gratitudine, se non fossi certo, che la nobiltà dell' animo suo non nutrisce nel core affetti mercenarii, ma si contenta, che io le corrisponda con affetto sincere, nel che io sodisfaccio pienamente al mio dovere, e perciò mi ristringo solo a ringraziarla, e à protestarle strettissime obbligazioni di questa sua benevolenza, pregandola à continuarmela per sua gentilezza. Ma insieme la prego, che in parlar di me vada riguardata, e ristretta, perchè certamente io non sono qual si figura l' amor suo, e non vorrei, che per accreditar l' esser mio V. P. R. screditasse se stessa, come forse le sarà succeduto col Signor Duca di Seminara, il quale conosce molto bene, quanto è scarsa la misura de i miei talenti. &c. Roma 31. Maggio 1691.

D. Paulus Augustinus. D. Paulus Augustinus ex nobili apud Genuenses & Ferraria gente a die 22. Octobris 1645. Casini monachus pluribus annis Vicarius generalis diœcesis nostræ fuit, tum Prior, ac demum Abbas Cervariæ prope patriam, ubi obiit die 14. Martii an. 1679. annos natus quadraginta sex. Versatus in Arithmetica, ac Cosmographia fuit, edidítque opus inscriptum. *SS. Patriarchæ Benedicti Regula ex vetustissimis membranis sacri monasterii Cassinensis summa fide, ac diligentia exemplata, cui varias lectiones, & notas adiecit D. Paulus Augustinus de Ferrariis Jannensis Casinas. Neapoli, typis Novelli de Bonis typographi Archiepiscopalis 1659. Superiorum licentia*, in 4. constat foliis 342. præter nuncupatoriam ad Cardinalem Franciscum Barberinum, epistolam ad novitios Benedictinos, & indicem. De hoc opere scribit Cl. Martene in præfatione comentarii ad Regulam S. Benedicti: *Sed neque Pauli Augustini a Janua congregationis Cassinensis monachi, qui eandem regulam ad MSS. Cassinenses recognovit, & doctissimis notis exornavit, opus prorsus non spernendum videtur*. Hæc lucubravit D. Paulus Augustinus, cum a secretis Angeli Nucci Abbatis Cassinensis esset.

D. Paulus Andreas. De D. Paulo Andrea Gualterio hæc scribit D. Cornelius: *D. Paulus Andreas Gualterius a Cathanzario in Calabria ex claris parentibus ortus. Optimis moribus hic imbutus in divino famulatu proficere statuit in hoc cœnobio die 13. Novembris 1650. sub magistro P. D. Zacharia a Luca, vir profecto ingenii singularis, & in omni scientia versatissimus. Hic in Rhetorica, Musica, Philosophia, Theologia, Arithmetica, Mathematica, & Astronomia eximius. Assecuto vero Decanatus gradu directus est ad castrum Gallutii, ut bona monasterii administraret, inde discessit, & ad monasterium S. Laurentii de Aversa accessit, ad illius cœnobii computa facienda, ibi ægrotavit, & terra datus est die 29. Decembris 1681. ætatis circiter suæ annos 42.* Asservatur in Bibliotheca nostra mſ. hoc titulo: *Delle progressioni Geometriche, & uso mirabile di esse ne Problemi concernenti il guadagno, che divien capitale. Operetta del Padre D. Paolo Andrea Gualtieri Monaco, e Decano del Sagro monasterio di monte Casino, dedicata al Signor Consigliero D. Trajano Miraballo Matematico.*

Disticon

Extrahe Docte Geometer undequaque radices
Solvere universos es potis ipse nodos.

Con un facilissimo trattato d' Algebra demostrate col metodo d' Euclide. Latine quoque opus edidit D. Joseph Majorana Canonico Aversano inscriptum hoc titulo. *De Formatione Linearum, quibus Trigonometria rectilinea Triangula resolvit*. Protheoria alia quædam edidit, quæ ad manus nostras haud pervenere.

De D. Ratchisio Gennero hæc scribit Nuceus in notis ad cap. 108. lib. 4. Chron. Cassinensis. *Nunc vero ex proxima Anglis Hibernia habemus Rachisium, quam præter virtutum decora severioris doctrinæ, amænioris que litteraturæ ampla supellex exornat*. Plures ad eum scripsit epistolas Nuceus, ex quibus unam duntaxat hic dabimus, quod inde & magni ab eo habitum Ratchisum, & translationem politiori latinitate Annalium Cassinensium Petrucii meditatum constat: *Admodum venerande Pater observandissime. Egregie, & ex cathedra doctor noster. Ad amicos scribendum aliquando; multas enim amicitias silentium diremit, ajebat Aristoteles: sed quod in epistolis missitandis omnem ætatem consumamus, frigidiuscula potius esse amicitia, quæ fomentis indigeat, interitura, ni identidem foveatur: nam quæ in animo altius radices egit, sua virtute vegetata, atque subnixa, robustior, ac vivacior est, quam, ut tibicines, ne vacillet, & alimenta ne langueat, frequentes litterarum vicissitudines deprecetur. Et nihilominus frequentissimas ad me tuas cuperem Rachisi charissime, adeo stili amœnitate, amorisque erga me tui dulcissimis significationibus semper delicior. Nollem tamen inter officiorum turbam a te conveniri, quæ me mihi, ne dum amicis rapiunt auguralibus his diebus. Amicitia gaudet penetrali, & otioso quodam secessu, ut in amici complexibus toti simus non imperturbati. Cæterum non ideo minus amori, officiisque tuis debeo, non vulgaribus, licet inter vulgaria, nisi quod in his respondendis cogor esse restrictior, ne reliquis desim.*

Quod me in patriam reducem tecum optet doctor amicus, commune mecum est desiderium. Utinam fœlix! Papiense cœlum inimicum patior implacabilem: unde, quod alibi per intervalla, indesinenter, hic cum omnigenis malis conflictor, ut me pæne tadeat vitæ quotidie morientem. Verum cum rediero, an Petrucium latine per te loqui edoctum, invenero, & resectis inutilibus parergis castigatum? Ut operam tuam huic labori per otium colloces enixe rogo. Jam ad coronidem ventum esse, blandior votis meis. Nam quod amanuensem tuum manibus etiam titubasse, ac balbutire lepide jocaris, habet & ille suas veneres, dum cothurnatas dictaturas tuas comico sale respergit. Sospitet te Deus mi Rachisi, & me amare perge, jam enim scribendi finem facio, ut operosius scribam. Longa mihi restat via. Vale &c. Papiæ Kal. Jan. *Anni Climaterici P. J. Adm. Ven. Amicus addictissimus, & servus D. Angelus a Neapoli* Propositum est executus Rachisius ab an. 1138. ad 1628. in plures, & ipse errores cum Placido Pe-

trucci, quem ad an. 1580. sequitur chronologicos, & historicos lapsus, præter res plures omissas. Haud tamen id Racchiso vertendum est vitio, quippe qui Archivi nostri monumenta ne legerit quidem, ne dum rimaverit. Alia nonnulla idem composuit. De eo hæc habet D. Cornelius.

D. Rachisius Ginnevo de Duno nobili prosapia in Hibernia sub Anglia regis ditione natus. Hic in Flandria, & Gallia liberalibus disciplinis, rethorica, Poesi, ac Philosophiæ operam navavit. D. Bernardi Angli professionem sequi volens, Casinum venit, votaque solemnia emisit die 2. Februarii 1648. sub Directore P. D. Honorio a Venafro. Traditus inde sacra Theologia studio, incredibile dictu est quantum in eo profecerit. Ex fecundissimo hujus viri ingenio non pauci sperabantur nobilissimi partus, quorum nondum aliquis apparuit, acedia ne, en mala valetudine penitus ignoratur. Monastica quidem observantia, dieque noctoque studiosissimus cultor. Ab officiis exemptioni adiunctis semper abhorruit; unum tantum Prafecti sanctuarii libenter excepit, cui non paucis annis, omni zelo vacavit. Unanimi vero Patrum consensu ad Decanatus gradum evectus est &c. Anno vero Domini 1691. die 4. Decembris hora vectava ex hac vita migravit anno atatis suo circiter 70. &c.

Idem vero Cornelius in Cassinensium monachorum elogiis plurimos ex ipsis refert in Philosophia, Theologia, tum methodica, tum morali, in arte concionatoria, aliisque facultatibus apprime versatos. Quia tamen nullum ipsum opus ad nos pervenit, nec simplex Cornelii assertum facile fidem inveniet apud lectores, illorum prænomina, nomen, & patriam in medium adducimus, ut si forte curiosius aliquid lector querat de ipsis, eadem elogia consulat.

D. Eusebius, D. Antonius Vignarolo, D. Benedictus Blancus Novellona a Capua, D. Placidus Pantaleone Sangermanensis, D. Oderisius Montanari, D. Ildefonsus Patigno, D. Valentinianus Sabarisio, D. Gabriel Castagnon, D. Jovita Tizzanus, D. Petrus Paulus Cacace, D. Sylvius Ebulus, D. Lodovicus Riarius, D. Joannes Jaccarino, D. Bernardus Pasca, omnes Neapolitani, D. Zaccharias de Martino Lucensis, D. Seraphinus Deodatus Monopolitanus, D. Innocentius Cerdano Tranensis, D. Erasmus Rossi ab Anglone, D. Hieronymus Tummolo a Fractis, D. Simplicius Mainardi Venafranus.

D. Petrus.

Nostris jure accensendus celebris D. Petrus Vecchia patritius Venetus Monachus S. Justinæ Patavii, quod in cœnobio Cassinensi tyrocinium egerit studiisque navaverit operam, ut ipsemet testatum reliquit proprio charactere in libro inscripto: *Dell' Orazione, ò degli Esercizii Spirituali breve metodo, e Trattato cavato dall' opere di S. Francesco di Sales, di S. Bernardo, S. Gio: Crisostomo, ed' altri Santi; à disinganno di molti, ed' instruzzione delle Monache, de Clerici, e dell' Idioti dal Padre Abbate D. Pietro Vecchia Veneto Casinese anno 1681. atatis sue Anno 54.* hisce verbis. *Avertimento. Di questo libro, ò Trattato dell' Orazione non vi si trovano, che due, ò tre copie, ma molto diverse.*

Delle Meditazioni un' altra copia sola.

Dell' esercizio, o viaggi Spirituali à Monte Casino ve nè sono diverse stampe del Merlo in Verona, e per essere finite tutte, persona divota pensa ristamparlo in Brescia con una Novena.

Del libro detto Rationale judicii manuscritto da me, non vi è nè copia, nè altro, ma secondo è stato da me composto, così è donato al Sagro Monte insieme con quest' operetta.

Li Discorsi dell' Emissione del Sangue, 6.

Il Sagro Pellicano.

Il Teologo Economo.

I Treni Cretensi, nell' altro libro pur di mia mano raccolti hanno qualche copia, ma assai alterata. Restano da me assegnati alla medema Libraria di Monte Casino.

Due Tomi in foglio intitolati Repertorium Ecclesiasticum.

Auree tabule di S. Tomaso in 4. ridotta ad uso manuale.

Assunti Predicabili con più meditazioni, e Riflessioni sopra tutte le messe de Tempore, a tre per messe.

Ed' altri Quinterni di raccolte, e materie, e Frasi e modi di comporre da esser dati in mia morte al Sagro Monte per termine di pura gratitudine, per aver io in quel sagrato luogo preso l' abito monastico alli 28. di Luglio del 1646., & il giorno di S. Andrea del medemo anno fattavi la professione con decreto della Sagra Congregazione, e nel medemo monastero appresi i principii e dello studio scolastico, e del viver morale, con ottimi esempli di quei degnissimi Padri, e cortesissimi trattamenti di tutti.

nota.

Liber de Oratione extat ms. in bibliotheca nostra cum duobus aliis, quorum prior inscribitur; *Rationale judicii, quo sacre Doctrine necessitas in ecclesia catholica, & iis, qui ecclesiasticam profitentur libertatem luculentissimo demonstratur per D. Petrum de Vecchiis Venetum Abbatem Cassinensem.* Nuncupat Romano Pontifici an. 1684. ætatis suæ quinquagesimo quinto: alter: *Dell' Emissione del sangue. Discorsi morali del Padre D. Pietro Vecchia Abbate di S. Eufemia di Brescia della Congregatione Casinese, all' illustrissimo, & eccellentiss. Signore D. Livio Odiscalchi Generale di S. Chiesa, e Duca di Ceri.* Extat in eodem libro sacer Pellicanus, Theologus, Æconomus, Threni Cretenses; seu Planctus Candiæ a Turcis captæ Idoloetopeja, aliaque, quibus res a se gestas defendit. Reliqua bibliothecæ nostræ ab ipso destinata ad nos missa non fuere.

Plura Petrus noster edidit, è quibus hæc dumtaxat ad manus nostras pervenere: *Discorsi à Religiosi ad uso de' Prelati con loro sudditi, si ne' privati, si ne' publici Ragionamenti composto dal Padre D. Pietro Vecchia Veneziano Priore Casinese Parte prima e 2. in Udine appresso Nicolò Schiratti 1664. To. 2. in 4.*

Sagre Sposizioni sopra l' Epistola di S. Paolo a Romani, &c. Venezia 1664. Per Nicolò Pezzana in 6.

Della Providenza Divina libri tre &c. in Padova per Giacomo Cadorin 1670. in 6.

Il Tempio della Pace aperto al mondo consagrato alla Santità di Nostro Signore Innocenzo XI. &c. in Brescia 1678. per Policreto Turlino in 8.

L' Uomo di compagnia, ò sia: Delle buone, e cattive compagnie, a buon governo Civile, Politico,

Cri-

Cristiano &c. alla Serenissima Republica di Venezia. In Brescia 1679. per Gio: Giacomo Vignadotti To. I. in 4.

Il sole nell' Ecclitica, ò sia Cristo mirabile ne' suoi servi, prodigioso ne' suoi effetti. Discorsi, e Panegirici &c. in tre parti diviso. Venezia 1682. presso Gio: Battista Brigna. To. I. in 4.

Della Chiesa militante, e Trionfante libri 2. alla Santità di Nostro Signore Innocenzo XI. Vescovo della cattolica Chiesa cioè à dire capo della Chiesa universale &c. in Roma per Cristoforo Dragondelli 1683. in 4.

Le sagre Fascie, ò sia la Dottrina Cristiana confrontata con le massime de' Politici à sostenimento delle cattoliche verità dedicate all' Infante Arciduca Gioseppe di Austria primogenito della Sagra Maestà imperiale del Serenissimo Ignazio Leopoldo Austriaco, &c. In Bologna 1683. per Gioseffo Longhi To. I. in 4.

D. Petrus hæc alia a se elucubrata recenset proprio charactere scribens in fine libri de sanguinis emissione.

Idea dell' eloquenza.
Regola di ben vivere.
Fabrica interiore. Traduzzione.
Traditor domestico. Traduzzione.
Panegirici di S. Mauro.
Manuale de' Prelati.

Plura hic cœnobia laudatissime rexit, quæ inter celeberrimum S. Justinæ Patavii, ac demom Andriæ episcopus ab Alexandro VIII. die 6. Martii an. 1690. inauguratus, indeque translatus ad Molfictensem an. 1691. die 19. Novembris, obiit an. 1695. Ejus meminit Ughellius de Episcopis Andriæ To. VII. col. 933. nu. 29. & To. I. de Episcopis Molficti col. 920. nu. 30. ubi hæc de eo leguntur: *Sibi obvenientes ecclesiæ redditus ut patrimonia pauperum contemplatus, constituto religioso viro desuper sis œconomo, parcissima sibi portione reservata in pauperes, & ecclesiæ sponsæ commoda abire jubebat;* &c. Celeberrimus fuit sui temporis concionator.

Fr. D. Johannes Andreas.

D. Johannes Andreas Ricci, de quo cum de Piis Viris, dum apud nos versaretur, plures scripturæ libros exposuit a Genesi, Exodi &c. usque ad totum Ecclesiasticum tribus tomis in folio. Duo alia volumina eadem forma scripsit de Theologia Scholastica, & morali, atque aliud in folio de sex mundi ætatibus. Sex hi tomi latine elucubrati ornatique pulcherrimis iconibus extant in bibliotheca nostra manuscripti.

V.

VIRI HOC SÆCULO DIGNITATE ILLUSTRES.

Archiepiscopi. D. Jacobus.

TRes hoc Sæculo Archiepiscopi e Cassinensium cœtu adlecti, quos inter primum numeramus D. Jacobum Lenzium ab Urbe Compsanum Archiepiscopum, de quo hæc cum consueta sua brevitate notat D. Cornelius: *D. Jacobus Lensi Romanus conversionem morum Casini promisit die 20. Aprilis 1638. sub Magistro P. D. Honorio à Venafro. Vir ornatissimis moribus, Lector Sac. Theologiæ eximius, ac regularis disciplinæ clarissimus. Ex Abbate ad munus Procuratoris generalis evectus, indeque ad Archiepiscopatum Compsanum a Clemente IX. promotus est. Et dum boni Prælati munus obiret, Compsæ obiit non sine veneni suspicione, ibique tumulatus est.* Lucentius in Episcopatu Cassinensi hæc de eo scribit To. I. Ital. Sac. col. 1066. *Jacobus Lentius Romanus summus Theologus, qui post emensos Magisterii Abbatialis muneris, & in urbe Procuratoris generalis gradus à Clemente IX. Compsano Archiepiscopatu auctus est; hic natu minorem germanum Fratrem habuit in sæculo, & divina fortis collegam in sua Cassinensi congregatione Stephanum, qui orator in curia apud summum Pontificem, Præses etiam generalis omnibus solerti, & affabili quadam virtute præfuit, & hic ad Episcopales infulas vocatus, cum advertisset inde plus gravaminis, quam fulgoris consequi, abstinuit, obiitque in bona senectute Abbas Casenatensis; hos praecelluit aulico ingenio Ludovicus germanus item frater qui primum frequentavit Cardinalis Mazarini aulam, dein Francisci Barberini, tandem fortem secutus Rospiliosi, ejus in Pontificatu, sub nomine Clementis IX. intimus cubicularius fuit, & eo promovente canonicus primum Lateranensis evasit, mox Vaticanæ basilicæ, quam decedens bonorum hæredem fecit. Ex clero sæculari cum me ipsum plenissime Deo votis in ordine monastico Cisterciensi, quæ a me exiego annuente Pontifice Alexandro VII. per meam resignationem ecclesiastica beneficia, huic Ludovico obvenere; quare & Fratrum germanorum triumviratum libenter commemoravimus.* Honorifice pariter ejusdem meminit Ughellius To. VI. in Descript. Archiepisc. Compsæ col. 826. nu. 45. Venetæ Editionis. Obiit 30. Augusti 1672. in oppido Calitri, ubi ejus sepulchro elegans Epitaphium appositum, constanti omnium opinione ad majora progressurus, si vixisset. Hic bulla Alexandri VII. ex Monacho cœnobii nostri, ubi professionem emiserat, monasterii S. Pauli alumnus evasit anno 1660.

D. Angelus.

De D. Angelo Nuceo, cujus alibi sæpe meminimus, hæc scribit Crescimbenius in ejus vita: *Ma indi à poco se ne venne in Roma à presentar le suddette sue opere à Clemente IX. allora regnante, à cui erano dedicate; il quale grande estimatore de valenti letterati, l' accolse benignamente, e tanto gradì il dono di quella eruditissima fatica, che riconosciutala degna del suo favore, ben pensò di rimunerare l' autore a misura del merito, col capello Cardinalitio, e certamente l' avrebbe fatto, se egli avesse avuto più lungo Pontificato, o Angelo più favorevole fortuna. Contuttociò gli conferì come per caparra le cariche d' Esaminatore de' Vescovi, e di consultore della Congregazione dell' Indice; e poi gli offerse la Chiesa di Cagli, la quale da lui per giuste cagioni ricusata, volle il Papa, che accettasse, siccome l' accettò, l' Arcivescovado di Rossano. La vasta letteratura, e la soavità de' costumi, e l' altre prerogative, che abbondevolmente l' ornavano, gli conciliarono l' affetto di tutta la corte Romana, e particolarmente in somma stima l' ebbe il Cardinal Francesco Barberini, Vicecancelliere di S. Chiesa, il quale il dichiarò suo principal Theologo; e di tal maniera mal sentì poi la partenza di lui per l' Arcivescovado, che usò come diremo ogni studio per farlo ritornare appresso di se, non parendogli convenevole, che la virtù d' Angelo dovef-*

dovesse avere minor Teatro di Roma, e il merito onore minor della porpora. Quattro anni risiedè egli in Rossano, ove memore del suo nobilissimo instituto di beneficare non solo spiritualmente, ma anche temporalmente le greggi, che gl' erano commesse, provide di doviziose suppellettili la sua Chiesa, favorì senza alcun rispetto i meritevoli, vigilò indefessamente sopra la disciplina ecclesiastica; e'l culto de buoni costumi universalmente promosse, & con ogni esattezza fece osservare. Gettò egli quivi la prima pietra del nuovo convento de PP. Domenicani, ed' ebbe singolar protezione delle Lettere; e in particolare dell' Accademia degli Spensierati, ora per opera dell' eruditissimo canonico Giacinto Gimma ti rinomata, alla quale concede per l'adunanze l'Oratorio della Nunziata. Ma quando i Rossanesi ne speravano maggiori vantaggi, l' Arcivescovo si vide obbligato a tornare in Roma; imperciochè il Cardinale Barberini, cui, come si è detto, molto premevano gli avanzamenti di questo illustre uomo, tanto s' adoperò, che il volle vedere ritornato alla corte: anzi perchè non avesse più occasione di partirne, volle altresì, che rinunziasse l' Arcivescovada, siccome rinunziollo a Fra Girolamo Ursaja con pensione di annuali scudi ottocento, affermando, che siccome egli voleva in ogni conto vederlo Cardinale, così la presenza di lui in corte molto averebbe cooperato alla sua intenzione. Fermato adunque l' Arcivescovo in Roma il Cardinale il tenne appresso di se, dandogli commodo albergo nel suo Palazzo della cancellaria apostolica, ma venuto a morte Clemente X. appò cui, per opera del Cardinale era egli salito in alto grado di stima; di nuovo cessarono le non cercate speranze. &c. Vid. Luceutius loc. cit. a col. 1057. ad 1666., & Ughell. To. IX. in Descriptione Archiep. Rossanensium col. 314. num. 17. Et in Adden., & corrigen. Ital. Sac. To. X. col. 325., & seqq. Edit. Venetæ. Ejus mortem sic describit Crescimbenius: *Alcuni anni stette egli in queste angustie &c. e di sanità: ma Iddio, che gli aveva apparecchiato premio tanto più grande, quanto più lunga era stata la di lui sofferenza, alla fine agl' otto di Luglio l' anno 1691. il chiamò al cielo carico assai d' anni, ma molto più di gloria; ed ebbe onesti funerali nella Basilica di S. Lorenzo in Damaso col mezzo della pietà di varj Cardinali, che concorsero alla spesa: tanta fu la mendicità, nella quale egli morì: e fu sepellito nella sepoltura de Canonici, non ostante, che gagliardamente contendessero per averlo i Monaci del suo Ordine. &c.* Vid. Lucentius loc. cit. Quam intrepide tamen ærumnas suas ferret, ex quibusdam ad me scriptis epistolis constat, e quibus aliquas dumtaxat periodus damus: *Molto Reverendo Padre Ossmo. Desidera V. P. M. R. di sapere lo stato della mia salute, ma senza, che io le ne faccia un disteso racconto, può ella da se stessa accertarsene col riflettere all' età mia di ottantasei anni, la qual estrema vecchiaja e la sentina dove scolano tutte le miserie della nostra vita; onde io oppresso da tante calamità son costretto a star sempre giacente in un letto, non potendo reggermi in piedi. Tollero tuttavia, con animo intrepido questi patimenti, confidato nella divina misericordia, che gl' accetterà in parte del Purgatorio de i miei peccati, e prego la carità di V. P. M. R. di impetrarmelo con le sue orazioni da S. D. M. dalla quale auguro ancora lei le più desiderabili felicità. &c. Roma 22. Luglio 1690. Questo* (nempe litterarum studium) *è l' unico sollievo, che io provo nell' oppressione degl' anni, e delle infermità mie tollerate però da me con franchezza d' animo, per conformarmi alle disposizioni della divina providenza, la quale dat nivem sicut lanam. &c. Roma 13. Novembre 1690. Della mia salute V. P. ne può fare argomento dall' età mia, e dalla misera compagnia di tanti dolori, che la tormentano. Tuttavia fratante afflizioni non perdo la fortezza dell' animo, perchè come disse quel Poeta:* Fortiter ille facit, qui miser esse potest, *e di questa virtù prego V. P., che m' implori da Dio l' accrescimento, acciochè io finisca questa vita senza abjezzione di animo per tanti dolori, e patimenti. Roma 31. Maggio 1691.* Cæterum hallocinantur Lucentius, & Crescimbenius, cum electum asserunt Archiepiscopum a Clemente IX. nam ad eam dignitatem beneficentia Clementis X. est evectus die 18. Martii an. 1671.

Et D. Andreas.

D. Andreas Deodatus, dum adhuc Cassini Abbas esset Andriæ episcopatui Innocentii XI. benignitate sibi oblato renunciavit, quod tandem onus subire coactus est an. 1697. mense Maji Rossani Archiepiscopus electus ab Innocentio XII., atque mense Julio a Cardinali Panciatico consecratus. Forma Gregis factus ex animo magis operibus, quam verbis diœcesanis suis prædicabat, omnes præseferens, quas apostolus in Episcopo requirit, virtutes. Mirum quot modis ecclesias sibi subditas, mensamque Archiepiscopalem juverit, amplificaveritque, ecclesiam certe cathedralem fartam, tectam, ornatamque voluit strato pavimento, refectisque atque inauratis lateralium porticuum contignationibus, excitatisque a fundamentis tribus sacellis triginta duobus palmis longis, latis viginti duobus, quæ altari cliatrisque e mixto marmore floribus sculpto, & plastico inaurato opere decoravit. In horum primo SSmi Sacramenti custodiam ex pretiosis marmoribus excitavit. Duo alia in honorem SSmi Crucifixi, & S. Benedicti Deo sacra. In hoc quidem ultimo sepulchrum sibi è marmore construendum curavit, cui effigiem propriam marmoream imposuit, in eoque sepultus est. Aram quoque majorem mixto marmore circumdedit cum Angelorum marmoreis statuis; ornavitque magnis sex candalabris argenteis cum cruce, octoque vasis ejusdem generis, quibus flores argentei impositi. Quatuor ducatorum millibus argentea hæc supellex stetit: eadem duplicata supellex auricalco constructa, nempe majoris pro festis minus solemnibus, minorisve molis, quæ quotidie utenda, odæi subsellia pulcherrima nuce fieri jussit, ornarique pictis octo tabulis, Deiparæ mysteria exhibentibus. Pontificalem thronum decoravit constructis ex rubro marmore clathris, ac pavimento ex albo, nigroque marmore, portisque tribus appositis ex auricalco. Mixto etiam marmore constructisque ex eodem genere clathris ornavit Sacellum Deiparæ assumtæ, quod & in Sacello S. Andreæ præstare decreverat, cum morte est interceptus. Plasticum tamen opus, pictasque tabulas ibi excitaverat. Sacrarium supellectili omnis generis auxit, palatium pene collapsum renovavit additis cubiculis aliquot, olivetum, quod aliorum incuria jam silva evaserat, iterum plantandum curavit summis impendiis, excitato

quo-

quoque pistrino oleario, aliudque simile recens plantatis aliquot olearum millibus in loco dicto: Scinetto: excitavit. Id fama publica ejusque etiam confessione percrebuit, triginta sex ducatorum millia in rebus hisce omnibus perficiendis ab eo insumta præter quindecim millia post mortem, qua pecunia, qua supellectili ecclesiæ suæ relicta præterque eleemosynas ad quas natura quodammodo duce, propensum semper novimus dum inter nos versaretur. Qui tantam pecuniæ vim sexdecim, quibus laudatissime præfuit annis coagmentare potuerit, aliquibus in epistolis ad me datis explicat, potissimum in hac quam die 10. Aprilis anni 1711. dedit: *Il tutto sia à gloria del Signore, non avendo io altra idea avuto, che di adornare la casa di Dio, e beneficare la mia sposa, con tutto, che le calamità in queste parti siano state treppe per la totale deficienza delle rendite, e pure ho effettuite quanto ho possute, bandendo secondo il mio naturale ogni superfluità, & contenendomi sn le cose pure necessarie con stretta economia, onde mi è riuscito corrispondere à miei doveri &c. e se S. D. M. seconderà il mio disegno con un poco di buona fortuna nelle raccolte, ho fermo pensiero di fare un' altro parate di argento per l' altare di questa beatissima Vergine tanto miracolosa. So, che di simili insinuazioni ne sentirà piacere V. P. Reverendiss. con aggradire sì fatte opere consagrate tutte al culto dell' Altissimo a tenore dell' obbligo, che mi assiste. &c.* Digna lectu sunt, quæ in testamento suo clauso scripsit an. 1707. penes acta notarii Thomæ Carbone Rossanensis. Quo conceptum animo dolorem ob tanti viri obitum levaret Rossanensis clerus, D.Gregorio Galisio Abbati, tum nostro scripsit, ut sibi eam dignitatem a Romano pontifice erga se beneficentissimo procuraret, quod unum incredibili totius diœcesis mœrori remedium obvenire poterat. Literas de Andreæ obitu ad universam congregationem nostram has misit D. Johannes Baptista de Miro Abbas, olim Procurator generalis in curia vir doctissimus.

Rño Padre Patrone Colño.

L' illustrissime, e reverendissimo Monsignor D. Andrea Diodato, che dopo esser stato nella nostra Congregazione più di cinquant' anni, & avere esercitato in essa con molta sua lode, e con profitte della medesima, le più cospicue cariche, essende state più volte Abbate di Monte Casino, o di altre riguardevoli Abbatie, Visitatore, Definitore, Procurator generale, e presidente, fu l' anno 1697. dalla S. M. di papa Innocentio XII. promosso all' arcivescovato di Rossano, che hà governato con sua gloria, con sodisfattione di quel Popolo, e con riputatione anco della nostra Congregatione per lo spatio di sopra 16. anni, alla fine pieno di anni, e di meriti a' 7. del presente mese di Agosto è passato a godere (come spero) il premio delle sue religiose, e pastorali fatighe in età di anni 84. incirca, avendo, come viene da colà scritte, sopportato con indicibile sofferenza, e edificazione di quelli, che l' assistevano, gravissimi dolori nella suà ultima infermità, che è stata disuria, e per qualche tempo l' hà travagliato; non avendo tralasciato di chiedere con fervore di spirito, e di ricevere con cristiana pietà tutti i Santi Sagramenti della chiesa, il che aggiunto alla illibata sua vita, così conservata in ogni stato della medesima, mi fa credere, che sia à godere la gloria del paradiso, non lascio per questo di raccommandarlo ai devoti suffragii di V. P. Reverendiss., e suoi Religiosi, e mi rassegno con umilissime risperte. D. V. P. Rña: Roma 28. Agosto 1713., Umilis. Devotis. Obligatis. Servitore D. Giov. Battista di Napoli Procur. gener.

Doctum virum existimabat Andream Nuceus, cum ad me hisce verbis scripserit die 22. Aprilis 1690.

Vaglia il vero è cosa da stupire, che il Padre Abbate D. Andrea, il quale è Prelato letterate, e zeloso di gloria non volgare &c.

Vita Andreæ nostri habetur Tom. X. Ital. Sac. col. 328. num. 61. interque alia hæc ibi leguntur. *Varios in ecclesiasticis abusus delevit, sua jura inviolata semper servavit, neminem unquam licet ultimæ conditionis passus suis oppressum, imò pauperum causas semper illis divitum, ac potentium prætulit. Paupertatem porro mire semper fovit. Nemo, qui ejus opem, vel pro spirituali, vel pro temporali bono imploravit ab se mæstus recessit. Omnes in eo semper quidquid rogabant invenerunt, nihil sibi voluit occultum, omnia revelata, ac patentia, in omnibus præsto esset semper, semperque opportunus. Synodum habuit valde salutarem &c.*

Alia deinde ab eo gesta ad ecclesiæ suæ, sacrarii, palatii archiepiscopalis, latifundiorumque mensæ utilitatem, in quæ ad quadraginta scutatorum millia insumserit, describuntur, præter quatuordecim alia scutatorum millia Capitulo suo relicta subditur postmodum: *Septem capellanias, ut editui vocant, instituit, ut quotidie pro anima sua remedio in tribus a se, ut antea dictum fuit excitatis Sacellis, in quibus continuo lampades ardeant, sacrificaretur, dotem constituit, ut quot annis recurrente sui obitus die sibi solemniter parentarentur, & quotannis etiam divi Benedicti festum celebraretur cum ceris in omnibus Sacellis cathedralis eo die ardentibus &c.* Plura alia ad animæ suæ levamen constituit.

Episcopi D. Petrus.

Primus inter Episcopos fuit D. Petrus Genuensis ex nobilissima Lomellina gente a die 2. Martii 1578. Monachus Cassinas, qui ob egregias virtutes. doctrinamque renunciatus est a Paulo V. Sagonensis in Corsica episcopus die 20. Novembris 1606., quo munere sancte novemdecim annis functus, ille an. 1625. abdicato senex decrepitus obiit. Vid. Ughellius Tom. III. Ital. Sac. in Descript. Episc. Sagonæ col. 521. num. 33.

Honorius.

D. Honorius Grisanus Perusinus a die 25. Julii 1595. monachus, post obitum laudatissime lectoris munus in cœnobio S. Pauli, & Cellerarii in nostro, ac Procuratoris generalis Congregationis Cassinensis in Romana curia, electus est a Gregorio XV. episcopus Montis Pelusii die 17. Martii 1621. Cum eum anno 1622. Neapolim adiisset ob gravia quædam cœnobii nostri negocia D. Bernardinus Tranensis tum Abbas noster, hæc ad D. Petrum Veronensem die 18. Februarii scripsit: *Già ho finito il negozio con Monsignore (di monte Peloso) essendosi oggi stipulata la donazione, che dette monsignore ha fatta al Padre S. Benedetto di sei mila ducati di questa moneta, delli quali ne ha consegnati mille &c: e questo denaro vuole monsignore che si spenda tutto in ornare il tumolo, e Santuario del P. S. Benedetto &c. monsignore è risoluto finirla lui, e far questa santa opera in onore del nostro S. Patriarca, e*

noi

noi saremo cooperatori in servire il Padre S. Benedetto, & in eseguire la buona volontà, e desiderio di Monsignore, quale l' ho ritrovato in effetto lontanissimo dalle cose del mondo, e rassegnato à servire a Dio, & attendere all' anima sua. A Maggio ha promesso dare due mila ducati, e fra due anni il compimento delli sei mila ducati. Donationis instrumentum eo die, mense, & anno stipulatum est a notario Martio de Grisi Neapolitano, quam tamen piam voluntatem morte præventus die 10. Augusti 1623. exequi haud potuit. Vid. Ughell. To. I. Ital. Sac. in Descript. Episcop. Montis Pelusii col. 100., nu. 23. ubi tamen perperam Honufrium Grifarium appellat.

Emendatur Ughellius.

D. Petrus Paulus.

D. Petrus Paulus Rustici Florentinus Neapoli est natus, atque a die 17. Junii an. 1617. Monachus, vir deinde doctus evasit. Ab Urbano VIII. ejus consanguineo creatus Telesinus episcopus die 16. Maji 1637. inde ad Æserniensem ecclesiam translatus est die 14. Decembris 1643. Acerrimus fuit Immunitatis ecclesiasticæ vindex, palatium, quod æstate incolerent Æsernienses episcopi, construxit in oppido montis Rotundi. Obiit 28. Octobris an. 1652. Æserniæ, atque in ecclesia Sanctimonialium Ordinis nostri sepultus est. Publica fama percrebuit teste D. Cornelio in elogio hujus episcopi, veneno hausto absumptum, quod in cassum bis illi fuerat oblatum, semel dum episcopus Telesinus esset, in hostia, cujus rei ante consecrationem admonitus, scelestas insidias evaserit, atque iterum Æserniæ. Vid. Ughellius To. 8. de Episc. Telesinis col. 373. nu. 37. & To. VI. de Iserniens. col. 404. nu. 53.

D. Emanuel.

D. Emanuel Neapolitanus ex nobilissima Brancaccia gente a die 13. Decembris an. 1640. Monachus, dum Vicarii generalis diœcesis munere laudatissime fungeretur, nominatus est Ariani episcopus a rege Hispaniæ die 16. Martii an. 1667., quam ecclesiam sancte, magnaque omnium utilitate gubernavit ad an. 1688. Vid. Ughellius in descriptione episcop. Ariani col. 244. nu. 19.

D. Raphael.

D. Raphael Genuensis, ex nobili Riaria gente natus Neapoli a die 8. Decembris 1643. Monachus cœnobii nostri evasit, cujus etiam negocia magna cum laude administravit, Cellerarius, inde Prior, atque Abbas factus, episcopus tandem Montis Pelusii inauguratur die 7. Maji 1674. quam ecclesiam sancte rexit ad an. 1683. Vid. Ughellius To. I. cum de episcopis Montis Pelusii col. 1001. nu. 31.

Prior Barii.

D. Alexander Pallavicinos natus Neapoli, sed origine Genuensis a die 3. Maji 1659. Monachus, Procurator cœnobii nostri in curia Neapolitana fuit. Inde ad ordinem S. Spiritus in Saxia facultate Romani pontificis transiens, ac postea ad illum Equitum S. Jacobi de Alcantara, tandem Prior Barensis creatus est. Inopina morte corripitur anno . . . .

Abbates, & Priores.

Abbatis dignitate plures hoc sæculo a Cassinatibus Monachis præter eos, quos in serie Abbatum Cassinensium numeravimus, decorati sunt. Hos inter primus fuit D. Matthæus Figueroa Venusinus a die 2. Julii 1571. Monachus, vir doctus, rerumque curiæ Neapolitanæ peritissimus, in qua cœnobii nostri caussas defendit. Inde Vicarii generalis munere functus Abbas S. Benedicti Varræ (suburbium est Neapolitanum) eligitur die 14. Octobris 1608. qua dignitate abdicata, quo sibi aptius viveret, titularis Abbas remansit ad obitum.

D. Matthæus.

D. Fabianus.

D. Fabianus a Cajeta a die 13. Januarii 1572. Monachus; inter alia monasteria gubernavit Abbas illud Andriæ.

D. Germanus.

D. Germanus a Capua a die 19. Martii 1571. Monachus, ex Priore cœnobii nostri electus est an. 1610. Abbas Frondoni in Sicilia, qua ablegata dignitate, titularis Abbas evasit.

D. Victorinus.

D. Victorinus ex nobili Macedonia gente Neapolitana a die 21. Decembris 1575. Monachus ob probos, soavesque mores ex Priore cœnobii nostri Abbas monasterii Frondonensis in Sicilia an. 1608. renonciatus, plures deinde Abbatias rexit, quas inter illam S. Mariæ Florentinæ. Hinc ejus meminit Pucinellus in Chronico ejus cœnobii p. 103.

D. Petrus Paulus.

D. Petrus Paulus de Mauro Aversanus a die 29. Junii 1585. Monachus Prior cœnobii nostri renunciatus est an. 1610., deinde Abbas factus plura monasteria rexit, quæ inter Sanctissimæ Trinitatis Cavæ. Visitatoris quoque munere functus obiit apud S. Petri Mutinense cœnobium.

D. Gabriel.

D. Gabriel a Puppio a die 29. Junii 1601. Monachus plura monasteria Abbas factus rexit, quæ inter S. Michaelis Archangeli Cajetæ, S. Spiritus Papiæ, S. Simpliciani apud Mediolanum, SS. Floræ, & Lucillæ Aretii, & S. Benedicti Plagæ, ut cum de hujus cœnobii fundatione dicemus. Obiit circa annum 1636.

D. Irenæus.

D. Irenæus . . . . a Ponte curvo a die 21. Aprilis 1602. Monachus, Abbas deinde evasit, interque alia cœnobia rexit illud S. Benedicti Plagæ, effecitque magnis laboribus, atque impendiis, ut Abbatiæ Titulus ex Varrensi cœnobio ad recens extructum Plagense transferretur.

D. Bertharius.

D. Bertarius Giardino a Sermoneta a die 17. Maji 1608. Monachus electus Abbas mortem oppetiit die 18. Octobris 1665. De eo hæc scribit D. Cornelius: *D. Bertharius Giardino ex nobili Sermoneta castro procreatus Cassinensium cœnobitarum institutum amplexus est die 24. Maji 1609. sub Magistro P. D. Antonio de Sarzano. Divinis, humanisque literis eruditus, est morum gravitate adea illustris, ut post Magistri Novitiorum munus, quo egregie functus est, ad Prioratum, atque ad Abbatialem dignitatem subvectus sit; at post aliquot annos regimine se abdicavit. Quandoque incidit in latrones, quibus cum totam pecuniam tradidisset, memor alterius crumenulæ cum pecunia, ob timorem iisdem obtulit dicens: Domini latrones, en alia crumenula, cujus sum memoratus. Denique e carnea sua tractus fæce Creatori suo Cassini reddidit spiritum.*

D. Honoratus.

D. Honorius Scaramuccia Venafranus a die 14. Julii an. 1618. Monachus optimis moribus præditus, prudens sagaxque œconomus. Hinc bis novitiorum Magister, atque Cellerarius fuit, ac demum Abbas, quo in munere plura, eaque insignia cœnobia gubernavit, quæ inter illa S. Benedicti de Padolyrone, S. Severini Neapolis, & S. Laurentii Aversæ, cujus jura intrepide hoc etiam edicto typis Neapolitanis libello defendit: *Jura venerabilis Monasterii S. Laurentii civitatis Aversæ in exigenda a suis emphiteutis integra Tertiaria pro jure laudemii in qualibet alienatione, & Factum causæ ejusdem venerabilis monasterii contra heredes, & creditores illustrissimi domini Marchionis Trevici sui emphiteuta,*

ta, illustrissimus dominus meus dominus Thomas Caravita Regius Consiliarius, Commissarius junctis aalis, D. Honorius a Venafro humilis Abbas supradicti monasterii. Dum secundum Abbas S. Severini esset an. 1667. Præsidens Congregationis nostræ renunciatur, quod munus, ut rite sancteque exequeretur, quibusdam de causis in Siciliam trajecit, atque Catanæ in monasterio S. Nicolai obiit die 22. Novembris 1668. annos natus sexaginta novem; Vulgaverat paulo ante cum additamentis quibusdam constitutiones, declarationesque Congregationis Cassinensis, ut fusius ex hac epistola ejusdem præfixa constat. *Universis Abbatibus, Prioribus, Decanis, cæterisque Benedictina Familia Cassinensis Congregationis alumnis. D. Honorius a Venafro humilis Præsidens, nec non S. Severini de Neapoli Abbas in domino salutem, & plurimam felicitatem. Prodit rursum e prælo Sanctissimi Patriarchæ nostri Benedicti aurea discretionis* [a] *Regula, (ut cum magno Gregorio loquar) in qua* [b] *omnis via nostra, & via hujus perfectio invenitur. Et* [c] *eam singula quaque clare describat, spiritualem* [d] *nobis erexit scalam, cujus summitas cœlos tangit: ita tamen,* [e] *ut habere necessaria cum moderantia, utilia non superflua, honesta, & expedientia unicuique permittat.* [f] *Et unusquisque sive fortis, sive imbellis sit ex ea secundum possibilitatem suam bibere competenter possit. Huic accedunt & Patrum constitutiones alias edita in comitiis generalibus approbata, longo usu recepta, & sæpesæpius per decreta dietalia, & capitularia pro majori observantia repetita, difficilia quaque sive obscura declarantes, & explanantes, & qua a temporum, in quibus vivimus praxi, & usu videbantur remotiora ad planiorem usum Regula tamen concordantem, ne hoc sæculo conformemur, quo magis fieri potest reducentes.*

Regula, hac est, quam observare debetis, hac lex juxta quam, & conversationem morum, & obedientiam Altissimo Deo vovistis, & ut bene sit vobis opere implere debetis; [g] *Hac est enim vestra sapientia, & intellectus coram populis, ut audientes universa præcepta hac, dicant, en populus sapiens, & intelligens, gens magna. Eruntque* [h] *verba hac in corde vestro, & narrabitis ea filiis vestris, & meditabimini in eis sedentes in domo vestra, & ambulantes in itinere, dormientes, atque consurgentes. Et ligabitis ea quasi signum in manu vestra, eruntque, & movebuntur inter oculos vestros, scribetisque ea in limine, & ostiis domus vestra.* [i] *Nam addetis ad verbum, nec auferetis ex eo. Custodite igitur, & facite secundum regulam, juxta quam obedientiam, & conversionem vovistis. Non* [k] *declinabitis neque ad dexteram neque ad sinistram, sed per viam, quam ingressi estis ambulabitis, ut vivatis, & bene sit vobis, & protelentur dies in terra possessionis vestræ, &* [l] *Deus pacis sit cum omnibus vobis. Amen.*

Hæres ex asse institutus a parente Johanne Francisco, & Palma sorore ultimo domus suæ germine, ea lege ut bonis dum viveret uteretur, atque post obitum loco alicui pio legaret cum onere, ut sibi luberet præscribendo, Honorius hæredes declaravit Cassinates an. 1656., cum onere missam quotidie in altari privilegiato S. Benedicti offerendi; quod hactenus præstatur a nobis, pro animabus parentum suorum, Fratrum, sororum, suique ipsius. Ex redditibus plures pro ecclesia nostra supellectiles emit, aliaque bona, & Sacellum ex mixto marmore incœpit. Magnæ quidem œconomiæ, prudentiæque virum fuisse, ostendit factum cardinalis Francisci Peretti archiepiscopi montis Regalis, qui eum Locumtenentem, procuratorem, & gubernatorem generalem declaravit archiepiscopatus sui in spiritualibus, & temporalibus, ut ex instrumento die 7. Junii an. 1651. stipulato penes acta notarii Francisci Seggio a Monte Regali, in quo hæc leguntur: *Sponte & ejus certa scientia, & deliberate fecit, constituit &c. in ejus verum &c. locumtenentem, tam in spiritualibus, quam in temporalibus officialem, gubernatorem, ac procuratorem &c. reverendum P. D. Honorium a Venafro Monachum Ordinis S. Benedicti Congregationis Cassinensis Priorem monasterii Sancti Honorati Lirinensis mihi notario etiam cognitum &c. & pro parte ipsius Eminentiss. domni Cardinalis Archiepiscopi constituentis, & pro eo cum libera, & generali potestate tam in spiritualibus, quam in temporalibus regendum, gubernandum, & administrandum Archiepiscopalem Montis Regalis ecclesiæ dignitatem, ac omnes, & quascumque ejus civitates, villas, castra, loca, & terras, omnesque, & singulas causas, lites, quæstiones, & controversias beneficiales, matrimoniales, profanas, civiles, & criminales, spirituales, & temporales, seu mixtas, inter quascumque personas tam ecclesiasticas, quam seculares, capitula, conventus, collegia, civitates, oppida, & universitates quascumque, seu singulares personas &c. quarum cognitio ad ipsum eminentissimum dominum Cardinalem Archiepiscopum constituentem de jure, vel consuetudine &c. pertinet, & spectat, audiendum, cognoscendum, decidendum, & fine debito terminandum &c.*

Item interessendum in Capitulis, & aliis Congregationibus, nec non in omnibus aliis negotiis, & solemnitatibus, in quibus authoritas archiepiscopalis, & consensus vel dissensus exigerit præstando, & consentiendo, officiales quoque, Vicarios generales, advocatos, procuratores Fiscales, ministros, necnon, & decanos rurales, notarios, qui acta judiciaria, & extrajudiciaria fideliter conscribant &c. castellanos, & alios ministros, & tam ecclesiasticos, quam sæculares, ponendum, creandum, faciendum, & deputandum, prout, & quemadmodum ipsi reverendo P. D. Honorio locumtenenti gubernatori, & procuratori generali bene visum fuerit quomodocumq., & quotiescumque creatos, & constitutos revocandum &c. & in quibus parlamentis, seu congregationibus regni Siciliæ solitis, & consuetis interessendum, omniaque, & singula nomine ipsius eminentissimi dñi Cardinalis Archiepiscopi constituentis faciendum simul cum aliis prælatis, quæ facienda, tractanda, & exequenda fuerint.

Item ad manutenendum, regendum, & gubernandum prædictam civitatem, & Archiepiscopatum Montis Regalis, ejusque feuda, redditus, jura, proventus, terras quoque Bisacquini, & plana, eorumque privilegia, & jurisdictionem tuendum, & defendendum, juxta eorum seriem, continentiam, & tenorem, ipsaque Feuda, officia magistri Notariatus prædictarum civitatis, & terrarum, ac urbis fœlicis Panormi, aliarumque civitatum, & terrarum subditarum prædicto Archiepiscopatui &c. Item etiam vassallis ipsius ecclesiæ Montis Regalis, ipsius-

nota,

a Dialog. lib. 2. ca. 36.
b Goffredus serm. de S. Benedicto.
c S. Antonin. p. 2. to. 19. c. 13.
d D. Bernard. in Declam.
e S Birgit. lib. 4. Revel. cap. 137.
f B Ildegard in exposit Regul.
g Deut. c. 4. n. 6.
h Deut. c. 6. n. 6.
i Cap. 4. n. 2.
k Deut. c. 5. nu. 32.
l Rom. 15. nu. 33.

ipsiusque eminentissimi dñi constituentis, sam in civitate Montis Regalis prædictas quam prædictis Terris Bisacquini, & Plana, & ubique civibus, & habitantibus, & bona in territorio montis Regalis detinentibus juxta privilegia ipsius ecclesiæ, & aliis quibusvis contra eosdem, & contra jus, & justitiam in civilibus, & criminalibus, & mixtis causis eorundem ministrandum, easdem causas audiendum, cognoscendum, & fine debito determinandum etiam manu regia summarie, simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura judicii, juris, & ritus ordine servato, vel non servato condemnandum, & absolvendum, puniendum, & indultandum, prout juris fuerit, & qualitat facti & delicti exiget, & requiret, &c. vel eos destituendi semel, bis, ter, & & pluries, ac toties, quoties ipsi Reverendo P. D. Honorio procuratori generali placuerit, & bene visum fuerit; &c. & post alia: *Et voluit, & vult, ac expresse mandavit, & mandat ipse eminentissimus dñus constituens, quod dictus R.P. D, Honorius procurator non teneatur nec debeat de administratione præsentis procurationis reddere computum de unciis quadringentis infra expendendis singulis annis per ipsum R. P. D. Honorium, ut dicitur; per guasti secreti; & de dicta expensione stetur & credatur, ac stari, & credi debeat simplici dicto dicti R. P. D. Honorii, nulla alia verificatione necessaria. Quoniam sic ipse emus dñus Cardinalis, & Archiepiscopus constituens voluit, sibique fieri placuit, & placet, & non aliter, nec alio modo.* Eandem facultatem confirmat, pluresque alias addidit Cardinalis die 8. Maji 1652. penes eadem acta. Quæ res tantæ utilitatis fuit, ut ecclesiæ illius redditus ad septuaginta scutatorum millia redacta sint, qui antea nonnisi ad quadraginta duo erant, ut hac inscriptione liquet.

D. Franciscus Perettus Princeps Cardinalis Montaltus, & Abbas Ecclesiæ Montis Regalis Religione æque, ac munificentia, clarus in universum suistatus temporalis administrationem constituit Gubernatorem Generalem reverendissimum Patrem D. Honorium Scaramucciam de sua Civitate Venafri Priorem, ac exinde Cancellarium Illustrissimæ Congregationis Cassinensis; Quam ille Provinciam, utpote vir prudentia, ac vigilantia eximius, cum origine Religionem, cum virtute fortunam, Humilitatem cum gravitate conjungens. In consilio sapiens, in jure tuendo constans; In gubernando modestus; nulli molestus; In occupando populorum amore fœlix integre moribus gloriosus administrat.

Reverendiss. Patris Dñi Honorii Civis Venafrani, e nobili Scaramucciorum Familia Abbas Cassinensis, quem ut in amplo Archiepiscopatu, & statu Montis Regalis locumtenentis, Gubernatoris Generalis Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis Montalti Merum, mixtumque imperium in prædicto statu habentis ad tertiam usque sententiam inclusive, non nisi ab ipso deputatis Officialibus proferendam, nec non ipsiusmet Cardinalis consensu, & subscriptione accedente, aut ejus Locumtenentis, & Gubernatoris in spiritualibus, & temporalibus adamussim fungeretur officio. Cujus executionem in criminalibus precibus præfati Eminentissimi ab Innocentio X. Pont. Maximo speciali diplomate impetraverat, ut Visitatoris Generalis in memorata Diœcesi sibi ab eodem Eminentissimo Archiepiscopo Diœcesis ejusdem demandatum munus impleret; & ut Protomedici, nec non & protonotarii in eodem statu Montis Regalis ab eodem Principe vices sibi delegatas absolverit, non vis, aut Fortunæ favor ad tot, tantosque honorum gradus, sed propria insignium virtutum merita extulere: nec mirum, quandoquidem suo nomine portendebat, quæ sua virili adeptus præclare opere gessit inter quæ præcipuum quod Archiepiscopales annuos redditus, hactenus quadraginta duorum millium aureorum summam vix pertingentes ad septuaginta millia millibus perpetui proventus inclusis, labore grandi, nec minori industria adauxerit

VERA EFFIGIES.

Rumor tum temporis constans percrebuerat, statutum jam a Cardinali Peretto Archiepiscopatum suum Honorio renunciare, eamque ob rem superioribus scripsisse; Verum omnia cum Cardinalis morte an. 1655. die 3. Maji ætatis suæ quinquagesimo quinto evanuisse.

D. Dominicus de Amore Neapolitanus a die 28. Februarii 1637. Monachus, Procurator cœnobii nostri in curia Neapolitana fuit, tum Prior, atque Abbas renunciatur, quietis amans cœnobium nostrum regere noluit. Obiit dum cœnobium Aversanum gubernaret die 12. Novembris 1679. annos natus quinquaginta novem. Non modica pecuniæ quantitas illi a Parente ditissimo D. Petro relicta cœnobio nostro obvenit. D. Dominicus.

D. Vincentius a Neapoli ex nobili gente de Constantio ab anno 1640. die 2. Aprilis Monachus, ad amicos sibi comparandos alliciendosque singularis, proceræ admodum staturæ; cellerarius monasterii nostri, & Prior sancti Liberatoris evasit, tum Prior atque Abbas S. Mariæ de la Croma apud Ragusium bulla Clementis X. an. 1672. renunciatus, plura deinde monasteria rexit, quæ inter illa Cajetæ, Andriæ, & Castrovillarum, ubi mortem die 16. Januarii an. 1692. ætatis sexagesimo septimo oppetiit, quam toties ope divina vitaverat sibi a Grassatoribus, aliisque pravis hominibus intentatam. D. Vincentius.

D. Augustinus de Amicis Neapolitanus a die 15. Februarii an. 1641. Monachus procera admodum, & eleganti forma, probis erat moribus, atque in studiis Theologicis, sacræque scripturæ apprime doctus, in rebus peragendis prudens, solersque. Hisce de causis Procurator cœnobii nostri in curia Neapolitana electus est; tum ex Decano Abbas castri Cassini in Polonia, ut in hujus cœnobii fundatione narrabimus, qua tamen dignitate renunciata Prior Cassinensis eligitur, deinde Abbas S. Chrysogoni Jadræ die 18. Aprilis an. 1674. Postea cœnobium Sanctissimæ Trinitatis Cavæ rexit quam laudatissime, ac demum Abbas S. Benedicti Plagæ inopina morte die 16. Octobris an. 1689. correptus est. De eo hæc scribit Nuceus in not. ad Lib. I. Chron. Cass. cap. IV. *Quin etiam cum nuper Theatina præfectura satellites violenta manu extraxissent ab ecclesia S. Liberatoris quinque assertos* D. Augustinus.

delu-

delinquentes, incassum reclamantibus Monachis, Præpositus illius monasterii P. D. Augustinus de Amicis Neapolitanus, auditor quondam meus, vir apprime doctus, & in rebus gerendis non vulgari præditus dexteritate, atque industria Vicarii generalis auctoritate cumulatus, canonicis monitionibus indictisque censuris, regios ejusdem præfecturæ ministros adegit violatæ immunitatis Ecclesiasticæ jura reficere, restitutis eidem ecclesiæ prædictis delinquentibus, jam patibulo, præcipiti sane sententia adjudicatis; Quamobrem egregiam laudem retulit & Romæ, & apud nostros.

D. Cherubinus. D. Cherubinus Pansera Aversanus a die 2. Julii 1645. Monachus non contemnendæ doctrinæ, ac prudentiæ vir fuit, Monachorum com primis amantissimus atque munditiei in rebus potissimum sacris. Bis magna charitate, ac studio Tyronum Magister, tum Vicarius generalis diœcesis nostræ, Cellerarius, & cœnobii nostri, & illius S. Pauli Urbis, Prior Cassinensis, & cancellarius congregationis nostræ, demom Abbas renunciatus. Obiit Kal. Decembris an. 1689. ætatis suæ sexagesimo dum Abbas esset S. Michaelis Archangeli Cajetæ, quod cœnobium pene universum, ejusque ecclesiam, atque illam Sanctissimæ Trinitatis, ac Sanctissimi Crucifixi sartam tectam servavit, quæ postrema in montis medio, qoem pie in morte Reparatoris nostri Scissum creditum, constituta. Post ejus mortem inter tut dispendia nummi quoque superfuere, quos ad levandum ære alieno cœnobium coegerat.

D. Michael Angelus. D. Michael Angelus Genuensis ex nobilissima Inurea gente a die 10. Octobris 1648. Monachus, admodum juvenis ad Lectoris munus subeundum in cœnobio S. Salvatoris Papiensis vocatus est a viro Eruditissimo Angelo Maria Arcione ejus Abbate. Ob multam pietatem, doctrinam, & humanissimos placidos, humilesque mores, omnibus carus. Prior evasit an. 1670. tum an. 1680. Abbas SS. Salvatoris, & Cirini, annoque insequenti Sublacensi monasterio præfectus summa pietate, prudentiaque illud texit, ut Innocentius XI. expresse ad aliud sexennium ejus præfecturam protraxerit, ad duosque alios annos Innocentius XII. Tanti vero Inuream Innocentius XI. faciebat, ut Cardinalium qooque albo recensurum vulgo crederetur, quod hac schedula explicavit Cardinalis Panciaticus; dum a secretis esser Sac. congregationis Episcoporum, & Regularium ad D. Andream Deodatum procuratorem generalem congregationis nostræ scribens. *Il Padre Abbate Inurea era, e con ragione in gran concetto al Papa, ma dopo aver rifiutati li due Vescovati è cresciuto a tal segno, che li piu sensati lo destinano alla porpora nella prima promozione, se però arriverà à farla: Panciatici.* At brevi post Papa mortem oppetiit. Anno demum 1695. renonciatus Abbas S. Vitalis Ravennæ, ibidem post bienniom die octava novembris 1697. annos natus sexagintaquinque obiit, relicto sui apud omnes desiderio.

D. Bernardus. D. Bernardus Pasca Vicarius generalis, Cellerarius, ac Prior Cassinensis fuit, tum Abbas inauguratus die 24. Aprilis 1690. monasterii Cavensis: quo tanta pietate, atque œconomia rexit, ut ejus memoria semper in benedictione ibi sit futura. Ibidem obiit die 6. Februarii 1696. annos natus sexaginta, & unum. Procera statura erat, blandis moribus, rerum cœnobii nostri studiosissimus, tantumqoe necessaria supellectile, ac commodo contentus.

D. Placidus. D.Placidus Wasnienski Cracoviensis primus cœnobii castri Cassini Abbas, ut in ejus fundatione dicendum, pius admodum, ac doctus vir fuit. In Italiam redux ad novos inde Monachos repetendos sancte obiit in Monasterio S. Georgii majoris Venetiarum die 14. Octobris 1669. ætatis suæ quadragesimo quarto.

D. Petrus Paulus. Huic sufectus D. Petrus Paulus Cacace, de quo agemus, cum de fundatione memorati cœnobii. Verum illuc pervenire haud potuit morte præventus in celebri cœnobio S. Crucis in calvo monte die 12. Septembris an. 1671.

D. Felix. D. Felix Passerus, de quo alibi abdicato Prioratu Abbas titularis electus est.

D. Johannes Paulus. D. Johannes Paulus Sangermanensis a die 6. Martii 1582. Monachus, abdicatu Prioratu, S. Juliani apud Genuenses Abbas titularis creatus est.

DD. Hieronymus, & Zacharias. D.Hieronymus Petronius Fractensis, de quo cum de piis Viris, Abbas titularis fuit. Idem obvenit D. Zachariæ Petronio, de quo fusius ibidem.

D. Benedictus. D. Benedictus Sangrinus, de quo infra, ob præstitam egregie jussu Pauli V. operam visitationi congregationis Melitensis Abbas titularis electus est. Obiit meritis plenus longævaque ætate die 21. Octobris an. 1646. Statura erat procera.

D. Petrus. D. Petrus Biemma, de quo alibi, Abbas titularis fuit.

D. Apollinaris. D. Apollinaris Santarelli Nolanus a die 3. Decembris an. 1609. Monachus specie, ac moribus rigidus, re ipsa blandus, & affabilis. Ex Vicario generali diœcesis nostræ, ac Priore, Abbas titularis evasit, senex obiit.

D. Ignatius. D. Ignatius Cennama a Neapoli a die 25. Martii an. 1627. Monachus, ex Priore Abbas titularis evasit, cumque Vicarius, & Locumtenens Abbatis Cassinensis in oppido Citrarii esset, obiit mense Jauoario 1666. ætatis suæ quinquagesimo quarto.

D. Franciscus. D. Franciscus Porphirius Romanus a die 24. Junii 1630. Monachus inter alia munera illud Vicarii generalis, & custodis archivi nostri vigilantissime obiit, cujus rei caussa necdum Prior, Abbas titularis cum iisdem prærogativis, ac si fuisset regiminis, declaratus est hoc brevi Alexandri VII. Nam illud apud nos usuvenit, illos dumtaxat Abbatis titulo decorari, qoi vel Abbates veri olim fuerint, vel Prioris munere aliquot annis laudabilitor functi.

ALEXANDER PP. VII.

Ad futuram rei memoriam. Religionis Zelus, vita, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, super quibus dilectus filius Franciscus Romanus Prior titularis, ac Monachus expresse Professus monasteris Montis Casini Congregationis Cassinensis, Ordinis S. Benedicti apud nos fide digno commendatur testimonio, nos inducunt, ut eum specialibus favoribus, & gratiis prosequamur. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus filius Procurator generalis dictæ Congregationis, quod cum dictus Franciscus triginta annorum spatio pro servitio

dicti monasterii officium archivistæ exercendo diligenter, & fructuose laboraverit, dilecti pariter filii Abbates Congregationis prædictæ in eorum Capitulo generali Parmæ, novissime habito congregati tam bonorum laborum, quam eximiæ morum probitatis, quæ idem Franciscus præditus est, intuitu, mandatum ipsi Procuratori generali dederunt nobis supplicandi, ut dilectis etiam filiis Præsidenti, & Visitatoribus ejusdem Congregationis in eorum dieta capitulari, proxime habenda congregandis, facultatem eligendi eundem Franciscum in Abbatem titularem, cum prærogativis illorum, qui Abbatis regiminis munere functi sunt concederemus, quo dictus Franciscus officium archivistæ hujusmodi cum majori decore deinceps sustinere valeat, & ad continuandos labores, quibus a tot annis cum notabili monasterii præfati beneficio incumbit, magis magisque accendatur. Quare dictus Procurator generalis nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. &c. Nos igitur, hujusmodi supplicationibus inclinati, memoratis Præsidenti, & Visitatoribus, ut in proxima eorum dieta Capitulari hujusmodi, eundem Franciscum in Abbatem titularem cum omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, praeminentiis, exemptionibus, favoribus, gratiis, & indultis, quibus illi, qui Abbatis regiminis in prædicta Congregatione munere, functi sunt de jure, usu, vel consuetudine, seu alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt, quovis modo in futurum, eligere libere, licite, & valide possint, & valeant facultatem auctoritate apostolica tenore præsentium tribuimus, & impartimur, &c. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXIX. Martii MDCLXIV. Pontificatus nostri anno nono. S. Ugolinus. Amicus eruditissimi Camilli Peregrini erat, cui plura communicabat, ut multis literis ab eodem ad eum datis constat. Eandem cum aliis viris doctis potissimum Cl. Henschenio, & Papebrochio amicitiam coluit, quibus aliquot sanctorum vitas communicavit, ut nonnullis eorum epistolis constat, ex quibus unam dumtaxat dabimus. Foris: *Admodum Reverendo Dño D. Francisco Romano Priori Cassinensi, & archivistæ, protonotario apostolico Domino suo plurimum colendo. Monte Casino.* Intus vero: *Admodum Reverende in Christo Pater, ac Domini Pax Christi. Reversus. Romam est scriptor, ac Vitas sanctorum in celeberrima bibliotheca descriptas attulit, quas beneficio reverendæ Paternitatis V. collatas multum gaudemus, & quam maximas gratias habemus. Martyrologium hic in bibliotheca Ducis Altempsiani reperimus plane simile vestro Cassinensi, cum quo etiam conferemus. Approbamus plane vestrum consilium, ut in eo describendo melius potuisset contractu verborum relinqui, secus atque in Actis describendis prænotavimus. Imo aliquod in bibliotheca Baroniana ita ab eo describi jam cupimus, sed omnia absenti ita commendari non potuerunt. Utinam esset aliquid in quo nostrum studium requireret admodum Reverenda Paternitas vestra, quam ut Deus diu incolumnem servet, ac cælesti benedictione accumulet rogamus. Salutem, & obsequium Reverendissimis Dominis D. Theodoro Lectori, D. Mauro, aliisque religiosissimis sacerdotibus, quorum, ac Rev. Paternitatis vestræ sanctis sacrificiis nos commendo Romæ XIII. Maji MDCLXI. Rev. Pat. vestræ Vestra. Addictissimus servus in Christo Godefridus Henschenius è societate Jesu.* Obiit Fer. quarta majoris hebdomadæ 15. Aprilis 1672. annos natus sexaginta circiter.

D. Angelus Maria Sessa a Neapoli J. V. D. atque in aliis etiam scientiis versatus Monachus evasit die 8. Decembris 1643. deinde Cellerarius, & Vicarius generalis diœcesis nostræ, quod etiam munus obiit in Archiepiscopatu Rossanensi, dum illum regeret Nuceus Abbas titularis, quamquam necdum Prior creatus est, cumque Nuceus Archiepiscopatui cessisset, ipse ad Cassinense cœnobium redux, inopina morte correptus est die 18. Octobris 1686. annos natus sexaginta.

D. Angelus Maria Sessa.

D. Hippolythus Saltarelli a castroforti diœcesis Cajetanæ a die 6. Aprilis 1637. Monachus Cellerarii munus laudatissime obiit, inde Prioris, tum demum Congregationis nostræ cancellarius renunciatus obiit Kal. Octobris an. 1665. ætatis suæ quadragesimosexto. Ejus honorifice meminit Nuceus in notis ad Chr. Cass. lib. IV. cap. 73. nu. 1576. ubi scribit, exornatum ejus pietate Sacellum S. Bertharii.

D. Hippolythus.

Plures quoque è Monachis Cassinatibus Prioris munere decorati sunt, quos hic recensere nimium. Aliquos itaque dumtaxat instituta brevitate numerabimus. Eos inter fuit D. Hieronymus Pelliccione Neapolitanus ab an. 1612. die 22. Februarii Monachus ob mores optimos, peritiaque moralis Theologiæ, atq; Sanctorum Patrum lectione bis tyronum Magister, ac postmodum Prior cœnobii nostri creatus est. Dum hoc munere fungeretur, hæc de eo ad Congregationis Cassinensis Præsidentem scripsit ejus Abbas D. Dominicus de Quesada. *Io mi ritrovo aver per mio Priore il P. D. Girolamo da Napoli, che è stato quattr' anni e mezzo Priore di questo Monasterio, e che si porta da Angelo, e perciò riverito, & amato singolarmente da tutti i Monaci, e massime da i Professi, come V. P. Reverendissima toccò con mano l' anno passato, quando si compiacque di onorare questo Monasterio come Visitatore, Persona, che oltre al servizio, che fa con tanta pontualità a questa santa casa, con me non ha altro senso, che quello dell' orecchio per ricever gl' ordini, e con gl' altri è tutto mano per eseguirli; &c.* Obiit Andriæ Prior mense Decembris an. 1653.

D. Angelus Capellanus a Lauro a die 2. Julii 1646. Monachus. Vir ingeniosus, atque in Philosophicis, Theologicis, & humanis literis non mediocriter versatus, potissimum magna in persuadendo, vi, & eloquentia, post administrata quædam cœnobii nostri munera, præstitamque diligentissime operam D. Honorio in regendo Archiepiscopatu Montis Regulis, Prior renunciatus, dum hoc munere apud nos fungeretur, obiit die 29. Martii 1680. annos natus quadraginta, & octo circiter.

D. Angelus.

D. Augustinus Collicelli a Neapoli die 13. Decembris 1667. monachus post lectoris Philosophiæ, ac Theologiæ munus per plures annos obitum, quo ego tempore Auditor ejus fui, postque illud procuratoris in curia Neapolitana Prior cœnobii nostri renunciatus obiit 14. Novembris an. 1699.

D. Augustinus.

relicto

relicto maximo sui desiderio, ob probos, candidosque mores.

D. Raymundus in sæculo plures Magistratus obtinuit. D. Johannes Romero de Figuerola de Ardeleros nobili genere Compostellæ ortus, post navatam egregie operam utrique Juri, an. 1614. die 26. Octobris inauguratus est Baccalaureus in jure pontificio in universitate Salmaticensi, ut constat instrumento stipulato ab Antonio Alphonso de Camora notario apostolico, & locumtenente secretarii ejus universitatis. Inde ad Hispanorum collegium in universitate Bononiensi contendens, ostensisque pro more validis documentis nobilitate sua, alumnus declaratur, & collegialis, indeque Kal. Maji an. 1618. ejusdem collegii Rector, ut instrumento constat stipulato a notario Johanne Filina Bononiensi. Ab ea deinde urbe Neapolim versus discedit, cum facultate, qua lectorem juris pontificii in Bononiensi universitate fuisse constabat. Id etiam ostendunt decreta Reformatorum status libertatis Bononiæ, ex quibus constat etiam doctoratus laurea in ea universitate decoratum. Auditor postmodum fuit in provincia Principatus ultra, Barensi, & Litiensi, rum advocatus Fisci in regia Audientia Principatus citra, Basilicatæ, obque egregia erga regnum merita, commendatitias literas pro eo ad Neapolitanum Proregem scripsit Philippus IV.

Judex tandem Magnæ curiæ Vicariæ civilis renunciatus, honoribus, ac spei valedicens monachus Cassinensis assumto D. Raymundi nomine an. 1632. evasit, atque paucos post menses sancte obiit annos natus quadraginta circiter, relicto ex asse herede cœnobio nostro bonorum omnium, quæ in Italia possideret cum oneribus aliquot, atque bonorum quæ in Hispania possideret etiam Sacello S. Joannis Baptistæ intra majorem S. Jacobi ecclesiam Compostellanam, additis ibi oneribus quibusdam.

D. Simeon Oliverius. D. Simeon Oliverius in vico S. Petri in Curolis die 28. Octobris 1623. ortus a Johanne Antonio Oliverio medico, & Sollemna de Aucello, sacro chrismate delibutus est die 15. Januarii 1627. ab Abbate Cassinensi D. Simplicio Caffarello, primaque tonsura initiatus mense Septembris 1638. Quove in Sacris Ordinibus inauguraretur, patrimonium illi ejus Parens constituit penes acta notarii Scipionis Aceti a Rocca Guillelmi an. 1639., in quo donationis instrumento hæc ad rem nostram leguntur. *In nomine domini nostri Jesu Christi Amen. Anno a Circumcisione ejusdem millesimo sexcentesimo trigesimo nono &c. die vero 24. mensis Januarii septima Indictionis in Casali S. Petri in domibus Joannis Antonii Oliverii &c. testamur, quod prædicto die ibidem in nostra præsentia personaliter, & præsens constitutus prælibatus Johannes Antonius, qui coram nobis asseruit, & declaravit, inter alios suos filios legitimos, & naturales habere Clericum Simonem suum dilectissimum, quem summopere amore prosequitur propter illius obedientiam, bonosque compositos mores, solertiam, & diligentiam maximam, quas adhibet in litteris latinis incumbendo, & aliis innumerabilibus præditus, & imbutus. Ex his, & aliis mentem suam digne moventibus, & inducentibus in acie mentis sua deliberasse, & irrevocabiliter inter vivos donare ad titulum patrimonii, & causa studii infrascripta bona: &c.* Doctor fuit U. J. Prothonotarius Apostolicus, plures annos Vicarius generalis episcopi Aquinatis, ac tandem Fundanus episcopus, ut videre est apud Ughellium To. I. in descript. Episcop. Fundorum nu. 54. col. 732. & Lucent. To. I. nu. 53. col. 1218. ubi hæc leguntur. *Simon Oliverius de Rocca Guglielma J. U. D. electus 13. Martii 1662. obiit cunctis lachrymantibus in oppido Lenola die prima Novembris 1668., cadaver delatum in cathedrale templum ibi sepelitur. Adeo eleganter suum rexit ovile, ut amantissimum patrem, non præsulem cunctis se esse ostenderit, & decedens, magnam sanctimoniæ opinionem reliquerit.* Falluntur tamen Ughellius, & Lucenrius dum Simeonem a Rocca Guillelma fuisse asseruut, nam constat, apud S. Petrum in Curulis diœcesis Cassinensis ortum, ab Abbate Cassinensi Sacramentum confirmationis accepisse, primamque tonsuram, & quatuor minores Ordines, & literas dimissorias pro majoribus Ordinibus. Extat certe hactenus in eo vico paterna domus, tresque Fratris filii superstites, utriusque juris doctor presbyter D. Ludovicus ad plures annos Abbatis nostri jussu ecclesiæ Vici curatus, alterque & ipse presbyter Johannes Antonius, & Januarius Medicus, proba omnes vita, honestisque moribus commendatissimi.

Corrigitur Ughellius, & Lucentius.

Episcopus Melitensis è Diœcesi nostra. Fr. David Cocco Palmerius U. J. D. ab oppido Pesculi Constantii diœcesis Cassinensis plures annos amanuensis custodis archivi nostri fuit, quo tempore Philosophiæ, ac sacræ Theologiæ Scholasticæ, & Morali operam dedit. Ob probos mores, doctrinamque episcopus deinde Melitensis inauguratus est, primus magnæ crucis Prior, & commendatarius S. Petri de Casellis. Post egregie gubernatam ecclesiam suam sancte obiit anno M. CCXI. Plures egregii viri ex eadem gente orti, quos inter Fr. Xistus Ordinis Hierosolymitani capellanus conventualis justitiæ, suique Ordinis a Secretis in urbe Neapolis, primus bibliothecarius celebris Bibliothecæ S. Angeli ad Nidum a Cardinali Francisco Maria Brancatio fundatæ. Primus rector novæ ecclesiæ illustris Rutilorum gentis in area Spiritus Sancti in Neapolitana urbe, atque executor testamentarius Johannis Baptistæ Brancaccii Prioris Hierosolymitani.

D. Januarius. D. Januarius Cocco Palmerius doctor Theologiæ scholasticæ, & moralis, Vicarius generalis fuit S. Mariæ de Monte Planitio, perque plurimos annos rector ecclesiæ S. Mariæ Collis oppidi Pesculi Constantii Abbatis Cassinensis nomine, qui ad ecclesiasticam disciplinam rite observandam, conservandamque non raro plurimam rectori authoritatem tribuit. Laudatissime munus hoc obiit, summaque ecclesiæ utilitate, in qua permittente Abbate nostro, candelabra, vasaque argentea pro majori Ara, aliasque argenteas supellectiles conficiendas curavit, atque egregiam contignationem inauratam depictamque, & in primis sacellum nobile Sanctissimi Sacramenti. Redditus ecclesiæ, sacellorumque auxit, ac demum omnibus, tum hisce de causis, tum ob mores optimos carus obiit an. 1704., mense Junii.

F. Benedictus. F. Benedictus Eliseus Cocco Palmerius U. J. D. capellanus conventualis justitiæ Ordinis Hierosolymitani juvenis admodum, arridenteque ob egregiam indolem, doctrinamque fortuna obiit.

Felix Joseph. Vivit hactenus Felix Joseph Cocco Palmerius U. J. D. majoribus suis haud absimilis.

VI.

CONGREGATIONES, ET

COENOBIA HOC SÆCULO

A Cassinatibus fundata.

Congregatio Anglicana ope Cassinatium instaurata. POst immane illud deplorandumque Anglicanum schisma ab Henrico VIII. invectum, Benedictini omnes, quorum majoribus fidem catholicam regnum illud, ac Germania universa debuerat, vel morte affecti dirissima, vel in exilium acti, eorumque cœnobia ditissima, nobilissimaque, aut prorsus eversa, aut hæreticis donata. Vid. Sayrus in epistola dedicatoria ad ecclesiæ Anglicanæ clerum universum præfixa tractatui de censuris, Sanderus, de origine, ac progressu schismatis Anglicani fol. 155. 177. 193. & seqq., 197., & seqq., 201., & seqq. 246. &c. Gravina part. 2. cap. 20., Clemens Reinerius libro inscripto: *Apostolatus Benedictinorum in Anglia &c.* edito Duaci 1626. ex officina Laurentii Kellami. Mabillonius To. I. Aonal. Benedict. pluribus in locis, præcipue in Append. I. ad To. I. a p. 655. ad 676., aliique plures. Hos ut imitarentur Congregationis Cassinensis, & Vallisoletanæ Monachi, obtenta a Clemente VIII. facultate quosdam è suis ad prædicandam Romanam catholicam fidem in Angliam contendere jusserant pietate, ac doctrina celebres, quorum aliquot insigni martyrio intrepide oppetiere mortem. Inter eos, quos Cassinense cœnobium eo misit, fuere D.Thomas Prætonus doctus Theologus, de quo cum de viris piis, & D. Augustinus de Lancastria, quorum prior plures annos superior missionis apostolicæ Cassinensium fuit. Unus inter tot ærumnas supervixerat ex insigni Anglicana congregatione P. Sigebertus confectæ emeritæque ob diuturnos pro Romana fide carceres jam ætatis, senex, in quem omnia ejus privilegia jutaque reciderent, quod considerans D. Thomas, quo diuturnior ea Congregatio, ac missiones apostolicæ essent, plures egregios, doctosque viros ex Anglia in Congregatione Cassinensi Monachos fieri curavit, qui deinde extinctorum vices supplerent, ut fusius narrat D. Clemens Reynerius Tract. I. p. 241., qui etiam Tract. II. p.10. hæc scribit: *Tota enim illa machinatio ad novam Congregationem Angliæ erigendam primo comparata non a Novitiis presbyteris, quos optima, sanctissimaque vita viros in Anglia Cassinenses monastico habitu vestiverant, sed ab ipsis Cassinensibus Monachis, qui eos vestiverant, est profecta, ab ipsis est primo prudenter excogitata, per ipsos est postea Romæ sedulo proposita, per eosdem summa vi ingenii maximoque conatu diligentia est ita defensa &c.* V. p.11. 16. 17. & seqq., & p. 21. subdit: *Tamen reperiet etiam ex toto filo negotii partes contendentes revera proposuisse sibi unionem omnium monachorum missionis in unum corpus, tamquam medium necessarium ad pacem, & tranquillitatem instituti sui; & hæc est vera causa, cur Cassinenses putarunt se opera pretium fecisse, quando veterem congregationem Anglicanam optimo consilio instaurarunt: &c., & pag. 23. Sed & congregationis Anglicanæ monachi, qui hactenus tamquam novitii per omnia a Cassinensibus gubernabantur, ut possent, & ipsi suum procuratorem distinctum Romæ habere, tandem emancipati sunt ab ipsorum gubernio, ipso D. Anselmo a Manecestria, (qui hactenus & procurator & superior post D. Thomam Prestonum fuerat) non solum ad hoc consensum suum præstante, verum etiam ad hoc eos obnixe exhortante; cum jam præcipui Patres Anglicani Dolowerti convenissent, ad quos D. Anselmus prædictus literas Romæ dedit 7. Maji 1616. in quibus habetur hæc sequens clausula, Quapropter hortor vos ut festinetis, & mature conventum vestrum, seu capitulum Generale congregetis, ex illis duntaxat, qui de gremio congregationis vestræ sunt, ibique deliberetis, quid vobis optimum factu sit, superioremque congregationis Anglicanæ eligatis ex ipso ejus corpore, & vestra stabiliatis negotia. Jam enim ubi proximus elapsus fuerit mensis, triennium integrum elapsum fuerit, ex quo ego superior vester extiti non sine maximo tædio, & labore animi simul, & corporis. Quæ notanda sunt, tum ut constet Anglicanos non excussisse jugum Cassinensium, sed ipsis volentibus, & hortantibus sibi de suo gremio emancipationis jure caput statuisse: tum ut hinc etiam pateat, ipsam Congregationem hoc anno plene a Cassinensibus dimissam, sibi que derelictam fuisse, ac proinde valide sine ipsorum Cassinensium consensu, & consilio potuisse de suis negotiis, pro suo arbitrio nobiscum transigere; qua ambo tamen Adversarius aliter narravit, quam re ipsa (lector) vides evenisse, &c.*

Monumenta, quibus narratis Fides adstruitur. Prima vero parte Appendicis in medium profert Raynerius monumenta, quibus vera se narrasse evincat, ex quibus aliqua ad rem nostram transcribimus.

Fol. 4. Scriptura quarta.

Exemplar litterarum, quibus venerabilis dominus Sigibertus vices suas in congregatione Anglicana regenda R. P. Thomæ Prestono committit.

Admodum reverende Pater, & Frater optime, quoniam divina bonitas ita mihi vitam diuturnam produxit, ut jam cum magno solatio meo viderim instaurationem Congregationis Anglicanæ nuperrimamque ejus confirmationem a summo Pontifice factam. Cumque hactenus divina providentia videatur me superstitem conservasse, quasi in eum duntaxat finem, ut Congregationis illius quasi possessio, & ex consequenti omnia ejus jura in me, & monachis mihi aggregatis perseverent, quia etiam probe perspicio totum hoc negotium, per prudentes conatus, & labores vestros potenter fuisse promotum, idque ita feliciter, ut non parva spes suppetat, fore ut suo tempore ad antiquum vigorem, & splendorem eadem Congregatio resurgat: Ego autem propter longævam senectutem corporisque debilitatem non possum ejus negotia personaliter gubernare; propterea rogo, & obsecro paternitatem tuam, ut sicut Italicæ Congregationis superior existis, ejusque regimen tenes, ita etiam digneris in te suscipere curam, & sollicitudinem hujus Anglicæ Congregationis. meoque nomine prosequaris, & peragas quæcumque sapientiæ tuæ videbuntur necessaria, & convenientia ad promovendam, exaltandam, & propagandam veterem hanc nostram redivivam Congregationem Angliæ. Quicquid autem hac in re facies, ego per præsentes

sentes ratifico, & confirmo, & in ejus signum nomen meum subscribo (quantum ab homine cæco fieri potest) coram testibus infrascriptis, rogans te, ut certiorem me facias debitis opportunitatibus de negotiorum istorum successu, atque ita gratias tibi ex animo agens pro charitativo solatio, & fraterna sollicitudine erga me in hac decrepita senectute mea, humiliter me tibi commendans, committo te Domino Deo 15. Decembris anno 1609. D. Sebertus Monachus Congregationis Angliæ in præsentia Thomæ Loveden, & Anthonii Norten.

Scriptura quinta.

Ratificatio supradicti Instrumenti per monachos Congregationis Angliæ.

Quoniam supra nominatus R. Pater D. Sebertus vel Sigebertus probato chirographo suo in præsentia testium suprascriptorum authoritatem concessit D. Thomæ monacho Ordinis S. Benedicti Congregationis montis Casini, ut curam habeat, & sollicitudinem gerat vice ipsius de negotiis Congregationis Angliæ, eandemque gubernet. Nos infrascripti monachi ejusdem Congregationis Angliæ per nostra chirographa subjecta testificamur factum hoc fuisse de nostro consensu, & approbamus, ac ratum habemus quicquid præfatus R.P. Sigebertus hac in re fecit. Datum 19. Decembris anno 1609. D. Robertus Edvvardus. Et infra D. Augustinus 27. Decembris.

Et Fol. 7. Scriptura Octava.

Breve confirmatorium Congregationis Anglicanæ per Cassinenses instauratæ. Paulus Papa quintus: Ad futuram rei memoriam. Cum, sicut accepimus alias de anno 1607. die 11. mensis Novembris, seu alio veriore tempore: quondam Sebertus, alias Sigebertus, monachus professus monasterii sancti Petri Westmonasteriensis juxta Londinum ordinis S. Benedicti, Congregationis Angliæ, qui in sæculo Robertus Buckleyus vocabantur, &, ut asserebat, solus ex omnibus monachis dictæ Congregationis Angliæ superstes erat: proinde providere volens, ne jura, & privilegia prædicta Congregationi concessa, quæ in eo, uti solo superstite conservabantur, post ejus obitum deperirent, dilectos filios Robertum Sadlerum Petroburgensem, & Edovardum Maihevum Salisburiensem: Monachos Anglos expresse professos, dicti Ordinis Congregationis Cassinensis, alias S. Justinæ de Padua, supradictorum superiorum beneplacito, in Monachos dicti monasterii sancti Petri receperit, & admiserit, illisque omnia jura, privilegia, gradus, honores, libertates, & gratias, quibus monachi in monasterio sancti Petri professi, & habitantes gavisi fuerunt, & ordini, sancti Benedicti in Anglia competebant, quantum in se fuerit concesserit: Necnon dilectis similiter filiis, Thomæ Prestono Salopiensi, Augustino, & Anselmo Lancastriensibus, & Mauro Eliensi, Monachis similiter Anglis eorundem, ordinis, & Congregationis Cassinensis professis: alios in Monachos Fratres conversos, nec non oblatos, ejusdem monasterii sancti Petri admittendi, & recipiendi, eisque jura, privilegia gradus, honores, libertates, & gratias hujusmodi respective communicandi facultatem; & potestatem impertitus fuerit, & attribuerit, & subinde receptio, & admissio, & concessio, & impartitio, nec non attributio hujusmodi in capitulo generali dictæ Congregationis Cassinensis de subsequenti anno 1608. ac de mensis Maii rata, & grata habita fuissent. Item Sebertus, alias Sigebertus habita notitia confirmationis a dicto Capitulo generali emanatæ, illa omnia de novo die octava Novembris 1609. ratificaverit, & approbaverit, omnesque in monachos fratres conversos, & oblatos per dictos Thomam, Augustinum, Anselmum, & Maurum, ut præfertur admissos, & receptos, similiter in prædicti monasterii sancti Petri, monachos Fratres conversos, & oblatos recepit, & admisit eisdem jura, privilegia, gradus, honores, libertates, & gratias hujusmodi, & respective concedendo, impertiendo, & attribuendo, prout in diversis scripturis desuper confectis plenius dicitur contineri: Nos dictos Robertum, & Edovardum, omnesque alios, & singulos in missione Anglicana existentes, monachos Anglos Congregationis Cassinensis alias S. Justinæ hujusmodi receptos, & admissos, tamquam strenuos in vinea Domini operarios, specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes &c. nec non singularum litterarum prædictarum tenores præsentibus pro expressis habentes, motu proprio non ad ipsorum, aut alicujus eorum aut alterius pro eis super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam: sed ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, de consilio venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium hæreticæ pravitatis generalium Inquisitorum, quibus negotium hujusmodi discutiendum remiseramus, receptionem, & admissionem dictorum Roberti, & Edovvardi, & aliorum Patrum in missione Anglicana existentium, monachorum Anglorum dictæ Congregationis Cassinensis, alias S. Justinæ de Padua in monachos prædicti S. Petri, concessionemque, impertitionem, ac attributionem omnium jurium, privilegiorum, graduum, honorum, libertatum, & gratiarum eidem Roberto, & Eduvardo, & aliis in missione prædicta existentibus monachis Anglis tunc Congregationis Cassinensis alias S. Justinæ de Padua hujusmodi per ipsum Sebertum, alias Sigebertum factas, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti etiam substantiales defectus, si qui in illis quomodolibet intervenerint, supplemus, decernentes præsentes litteras validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, dictamque Congregationem Angliæ, ejusque privilegia gradus, bona, libertates, & gratias in dictis monachis Anglis, ut præfertur aggregatis, & tunc Congregationis Cassinensis alias S. Justinæ de Padua vere, & realiter subsistere, prout in dicta Congregatione Angliæ tempore receptionis, admissionis, concessionis, impertitionis, & attributionis hujusmodi subsistebant, & non alias, sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum palatii apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere legatos ubique judicari, ac definiri debere, nec non irritum, & inane, quicquid secus super his a quoquam, quovis modo, scienter, vel ignoranter contigerit attentari &c. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 24. Decembris, M D C XII. Pontificatus nostri anno VIII. Locus † Sigilli. Subscriptum. S. Cobellutius, & infra. Adamus.

Scriptura IX.

Procuratoria amplissima concessa D. Roberto Sadlero de S. Vincentio. In Dei nomine Amen.

Pateat universis per præsentes, Nos D. Thomam Prestonum Anglum Sacerdotem, & Monachum professum monasterii montis Cassini Monachorum Nigrorum Ordinis S. Benedicti de Observantia congregationis Cassinensis, atque Congregationis Anglicana nuper restaurata, & a SS̃mo domino nostro Paulo V. confirmata superiorem constitutum nonnullis occupationibus aliisque obstaculis impeditum quo minus infrascripta per me ipsum exequi possem, confisum tamen de integritate, fidelitate, & diligentia dilectissimorum Fratrum nostrorum domini Mauri Tayleri Angli, sacerdotis, & monachi professi monasterii S. Georgii majoris Venetiarum congregationis Cassinensis, ad sedis apostolica notarii, atque D. Roberti Sadleri Angli Sacerdotis, & monachi professi prædicta congregationis Angliæ, &c.

Cassinatibus committitur Congregationem Melitensē invisere.

Paulus V. an. 1608. die 27. Novembris duos Cassinates Monachos D. Felicem Passero, & D. Benedictum Sangrinum Congregationis Melitensis Visitatores constituit brevi, in quo hæc ad rem nostram leguntur. *Motu proprio, & ex certa nostra scientia vobis, ut domos Regulares, seu monasteria quacumque Monachorum Ordinis S. Benedicti Congregationis Melitensis civitatis Ragusina etiamsi fortasse exempta ac nobis, & apostolica sedi immediate subiecta existant tam in capite, quam in membris visitare, ac eorum statum, vitam, mores, regulas, ritus, & instituta diligenter inquirere, ac evangelica, & apostolica doctrina sacrorumque canonum, & generalium conciliorum decretis inhærendo quacumque mutatione, correctione, emendatione, revocatione, & renovatione indigere cognoveritis, reformare, mutare, ac etiam de novo condere, condita sacris canonibus non repugnantia confirmare, abusus quoscumque tollere, regulas, institutiones, & ecclesiasticam, & regularem disciplinam, ubicumque illa exciderint, modis congruis restituere, & reintegrare, Concilii Tridentini decreta si nondum introducta sint, proponi, & custodiri præcipere, ipsosque monachos ad debitum, & honestum vita modum revocare, & quicquid statueritis, & ordinaveritis observari facere, ac inobedientes per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque oportuna juris, & facti remedia cogere, & compellere, aliaque etiam in præmissis necessaria, & oportuna facere, mandare, & ordinare, ac exequi libere, & licite valeatis auctoritate apostolica tenore præsentium facultatem concedimus, & impartimur. &c.* Electi ambo hi deinde fuere ejus congregationis Præsidentes ab iis monachis, ut ex monumentis authenticis in archivo nostro asservatis, atque D. Benedictus renunciatus fuerat Abbas S. Mariæ Melitensis die 9. Junii 1609. In epistola ad eum scripta hæc habet D. Augustinus Genuensis congregationis nostræ Præsidens die 13. Februarii. *Compatisco grandemente alla Paternità Vostra del travaglio, che sente in cotesta sua agricoltura spirituale, ma perche ne riceve premio da Dio, e dagl' uomini, l' esorto a tirar avanti. &c.* Et D. Ludovicus Paravinus Augustini successor in epistola 6. Junii 1612. data habet: *Ritrovandosi la Congregatione nostra ben servita di lei in questo suo Presidentato, è ragionevole, che le compiaccia ne le sue giuste petizioni richiedendo così i meriti suoi &c. Stante la relazione, che ella fa del P. D. Ilarione, e l' istanza, che fa a nome di cotesti SSri., mi contento, che detto Padre attenda al governo de Monaci Melitensi conforme al decreto, che io mando al Padre Priore della Croma: e la ringratio per quanto ha operato per servizio della Congregatione, &c.* Cum D. Benedictus Præsidens congregationis Melitensis fuisset renunciatus, hanc ad eum Roma scripsit epistolam D. Jovita a Castilione procurator generalis Congregationis Cassinensis, in curia Romana, in qua honorifica fit mentio Patris Magistri Pici archiepiscopi Ragusini.

Molto Reverendo Padre mio Osservandissimo. Non potrei in questa poca carta spiegare il contento grande c' ho sentito della buona sodisfatione, che pigliano cotesti illustriss. Signori per il suo felice governo, & honorate imprese si come anco mi sono sommamente rallegrato in vederla assonta Presidente di cotesta honorata Congregatione Melitense. Del' uno, & l' altro, me ne rallegro seco con tutto lo spirito, & molto piu con la congregatione nostra, che ne riceve tanto honore, & reputatione. Hor' hora quasi in secreto ho sentito essere stato praconizato a cotesto Arcivescovato il Reverendissimo Padre Maestro Pico dell' Ordine di S. Domenico Theologo di gran dottrina, huomo di somma bontà, & destrezza, ma sopra tutto sviscerato, & cordiale alla nostra Congregatione. Per tale lo predico a V. P. M. R., & tale desidero lo dichiari a cotesti illustrissimi, accertandoli c' haveranno un pastore di gran dottrina, somma bontà, & destrezza inestimabile, & li riuscirà molto meglio, che io non dico in questa carta, come alla giornata conosceranno loro medesimi, & me ne rallegro seco con tutto il cuore, poichè non potevano desiderar pastore di maggior sodisfazione, & a V. P. M. R. bacio le mani. Di Roma li 22. Settembre 1611. D. V. P. M. R. Affettionatiss. per servirla D. Giovita da Castiglione Procurator Generale Cassinense. Summa certe cum laude D. Felix, & D. Benedictus munus suum sunt executi, omnibus chari, & cum primis Reipublicæ Ragusinæ proceribus.

Cassinates ad fundandā Congregationē SS. Vitoni, & Hydulphi opem ferunt, a qua profluxerunt aliæ.

Monachi etiam Cassinates suppetias D. Desiderio a curia Priori monasterii S. Vitoni tulere in reformando cœnobio suo, formandaque congregatione celeberrima SS. Vitoni, & Hydulphi episcoporum, ut refert Spondanus ad an. 1604. To. III. Annal p. 130. nu. 13. hisce verbis: *Desiderius Prior S. Vitoni Virdunensis cum auxilio Monachorum montis Casini ad id a se vocatorum Ordinis S. Benedicti reformationem in dicto monasterio inchoavit, cui proxima monasteria ejusdem regionis, & Ordinis sese adjunxerunt: Congregatioque sub nomine SS. Vitoni, & Hydulphi episcoporum, Clemente VIII. Pontifice instituta est. Hoc in exemplo in Gallia Congregatio S. Mauri erecta est.* Et Reynerius p. 35. habet loc. cit. *Et hoc etiam nostro saculo &c. Congregatio observantissima Lotharingorum a Cassinensibus ad eum finem postulatis, accepit observantiam primitivam regula, quam hodie devotissime exercet &c.* Imo P. Rosetus Medii monasterii Prior montem Cassinum adiit, quo ritus, cœremoniasque monasticas exactius edisceret, ut refert D. Bernardus Pez V. Cl. in *Bibliotheca Benedictino Mauriana, seu de ortu, vitis, & scriptis Patrum Benedictino-*

ctinorum e celeberrima congregatione S. Mauri in Francia lib. II. in Differt. Historica: *De ortu, & progressu celeberrima Benedictina congregationis S, Mauri in Francia*: fol. 27., & 28, hæc scribit, *Roma Casinum profectus est Rosetus, ut hujus Congregationis qua ab anno millesimo quadringentesimo vigesimo ad hanc atatem egregie floruit, instituta penitus disceret eaque ex fonte hausta in suam derivaret. Quocirca segnis non fuit, sed ut erat vir prudens, & in animorum commoda intentus Cassinensium Monachorum consuetudines, ritus, legesque oculis aliquandiu etiam usu familiares sibi reddidit, sicque imbibit, ut pauca admodum adeo ambigua, & perplexa postmodum evenerint, qua Roseti consiliis tolli nequiverint, aut explicari; vestes monasticas, quales Monachi nondum reformati deferebant, & ipsi reformati ad id tempus retinuerant, sola interula linea in laneam mutata. Verum aucto dein suorum cetu, vestium genus ad Cassinensium normam, & modum accommodare decreverunt.* Eam primus Congregationem confirmavit Clemens VIII. die 7. Aprilis 1604. bulla sua, in qua de cœnobiis SS. Vitoni, & Hidulphi loquens habet; *Confirmatio observantia regularis juxta instituta, & constitutiones montis Cassinensis introducta fuit, ac monachis utriusque monasterii etiam sponte acceptaverunt, omnibusque hujusmodi institutis, & constitutionibus hactenus sese conformaverunt exacte, & in futurum conformare intendunt, &c.* Et infra: *Congregationem perpetuam dictorum monasteriorum S. Vitoni, & S. Hydulphi ad instar congregationis Cassinensis, seu S. Justina de Padua apostolica authoritate tenore prasentium erigimus, & instituimus &c.* Illique privilegia omnia, immunitates, exemtionesq; Congregationis Cassinensis communicat. Extat hæc constitutio To. II. Bull. Cassinensis Constit. 569. p. 644., quam confirmavit Paulus V. an. 1605. X. Kal. Augusti.

S. Mauri in Gallia. & S. Placidi in Belgio.

Non hic stetit ea Congregatio, nam ejus Monachi reformationem in alia quoque Belgii, & Galliæ monasteria propagarunt, ex quibus celebres duæ congregationes ortæ, nempe Belgii S. Placidi, & Gallica S. Mauri illustrium pietate, doctrinaque virorum feracissima, bonarumque artium promtuarium. Hanc S. Mauri Congregationem probavit primus Gregorius XV. die 17. Maji 1627. bulla sua, in qua hæc ad rem nostram leguntur: *Priores, & Conventus Ordinis S. Benedicti, quod cum alias sedis apostolica auctoritate in monasteriis ordinis S. Benedicti in Lotharingia, & Barri Ducis Ducatibus, ac Metensi, Virdunensi, ac Tullensi civitatibus, & diœcesibus consistentibus, reformatio congregationis Cassinensis, seu S. Justina de Padua dicti Ordinis introducta ipsaque monasteria reformata in unam congregationem, qua SSrūm Vitoni, & Hydulphi Virdunensis appellatur redacta fuissent, nonnulli ejusdem Ordinis Monachi Galli perfectioris vita zelo ducti sanctam hanc reformationem amplexi in Monasterio eorumdem Sanctorum Vitoni, & Hydulphi Virdunensi pradicta congregationis Lotharingia sese submiserunt, & in Galliam post sufficientem reformationis experientiam, & tolerantiam de consensu superiorum secundo dicta congregationis reversi, ab iisque dimissi, vita sanctimonia, & Reformationis observantia se adeo conspicuos reddiderunt, ut eorum bona fama odor in diversas Galliarum partes, atque regiones diffusus nonnullorum monasteriorum Religiosos ad reformationem hujusmodi amplectendam excitavit, jamque Monachi, &c.* Erigit memoratam congregationem *ad instar Congregationis Cassinensis, seu S. Justina de Padua*, illique eadem privilegia communicat, constitutiones congregationis Cassinensis pro hujusmodi S. Mauri congregatione instituenda aliqua ex parte limitat, & declarat. Extat ea bulla To. II. Bullarii Cass. Const. 576. p. 649. & p. 654. legitur bulla Urbani VIII. data die 21. Januarii 1628. in qua aliæ quædam facultates pro recto congregationis illius regimine conceduntur.

Et Cluniacensis strictioris observantiæ.

Iidem Vitonenses Monachi reformationem suam in quædam cœnobia propagarunt congregationis Cluniacensis, quæ deinceps appellata congregatio strictioris observantiæ Cluniacensis, Vid. Pez in cit. Diss. Hist,

Cœnobium Cassinense erectum.

D. Carolus Kopeç Palatinus Polocensis generis nobilitate, pietate, dignitateque in Lithuania, & universa Polonia spectatissimus, magna erga S. Benedictum, ejusque cœnobium Cassinense charitate motus a fundamentis erexit cœnobium in Ducatu magnæ Lithuaniæ intra fines Wilnensis diœcesis, quod castrum Cassinum appellari voluit, illudque amplissimis latifundiis, ac piscatione lacus Horodiscensis ditavit, in quem magna flumina Jasolda, & Pina fluunt, aliorumque lacuum, qui piscibus consueto Monachis cibo maxime abundant, quod deinceps Monachi Cassinates, aut e congregatione Cassinensi incolerent, ut ex instrumento erectionis constat ab Episcopo Wilnensi factæ, ex quo aliqua dumtaxar hic proferemus in medium.

Ex originali in Archivo.

Ego Johannes Carolus in Wierzchowicze Kopec Palatinus Polocensis, Brestensis, Surborgiensis, Wierzbolowiensis, Uladislaviensis, Drysnensis, Capitaneus, œconomia Sac. regia Majestatis Graudentinensis Administrator. Cupiens in diebus peregrinationis vita mea thesaurizare mihi thesaurum indeficientem patria cœlestis ad redimenda peccata mea, & salvandam animam dum adhuc vacat, & de superna misericordia conceduntur inducia voluntaria sacrificandi holocausta authori omnium bonorum soli Divina ipsius majestati in hostiam laudis eterna beatissima Virgini Deipara in gloriam perpetuam magno totius Occidentis Patriarcha D. Benedicto in honorem, atque in majorem sui sacri ordinis propagationem partem bonorum meorum, qua de manu Dei, per parentes meos jure hareditario suscepi, prompto, & libenti animo consecro, & sicut antiqua Benedictina familia religio etiam in senecta uberi sua sanctimonia non desistit redundare fructibus, ita sanctam Benedicti germinis propaginem exoptans in nostra septemtrionali plaga magis, ac magis pullulare monasterium pro ipsius regulari observantia, in villa Horodiiszcze nominata, juxta flumen Jasoldam in districtu Pinscensi, quod jam effective cœpi a nova radice, & primis fundamentis erigere, cum auxilio Dei cupio ad ultimam consummanda fundationis deducere coronidem. Huic ad religiosam vita monastica sustentationem, ex bonis meis hereditariis, villam Kupiatycze cum pradio, & adiacentibus sibi aliis villis cognominatis, vulgo Zajeziorse, alias Horodiiszcze cis lacum, ex parte villa Kupiatycrensis, & partem villa alterius Horodiiszcze trans lacum vulgo Szulaki nominatam, nec non villam Wolka

ka cum omnibus suis subditis, agris, pratis, sylvis, fluminibus, lacubus, paludibus, & cum omnibus, tam in genere, quam specie, qua insra ambitum pradictarum possessionum continentur, perpetuis temporibus dono, inscribo, omnique meliori moda, forma, & stylo, prout de jure, hanc meam præsentem voluntatem roboraturus. Nihil mihi extunc ad pradicta bona juris, dominii, & possessionis relinquendo. Insuper ex facultate privilegii suæ Sac. Reg. majestatis, & licentia confirmata unanimi consensu totius reipublica in comitiis proxime prateritis, anno millesimo sexcentesimo sexagesimo secundo, die vigesima Februarii Varsavia celebratis, prafato monasterio per cessionem meam, alias jure faciendam regalia bona hucusque a me possessa, eidem adjungo fundationi: Scilicet villas Herodzszcze trans lacum a parte Septemtrionali, & Villam Sieliszcze: nec non villas Biala, & Cioolzomcze raielkie trans flumen dictum Stiir cum suis itidem subditis, agris, pratis, sylvis, lacubus, fluminibus, molendinis, & cum tota sua circumferentia, qua de jure pradictis bonis semper fuit, & est adjuncta. Omnia ista, tam mea hareditaria, quam regalia bona superius specificata in districtu Pinsiensi consistentia, in realem, & firmam prafata Ordini, atque monasterio resigno possessionem sub eodem actu concessionis suæ Sac. Reg. Majestatis, & Reip. reservando mihi facultatem (si hoc fore necessarium ad plenam sufficientiam fundationis videro) auctionem ejusdem provisionis faciendi. Et quia nulla alia me ad eam intentionem tarsis occasia, nisi ut sacer, & antiquus Benedictina religionis Ordo reipublica nostra, quam evangelica pradicatione erudivit, etiam nunc suo pristino vigore fervidius incessanter, viva regularis observantia depromat exempla: licet non ambigo futuros monasterii incolas perpetuo, sancta sui beatissimi Patris pracepta observaturos; ne tamen aliqua temporum vicissitudine exempla relaxationis alicujus imitentur, eos per viscera misericordia dei, monita SS. mi legislatoris Benedicti, zelum, amoremque religionis, & eam, quam profitentur conversianem, hac obstringo interpellatione, ut semper inviolatam observantia regularis conservent integritatem, cujus promovenda intuitu, me omnia hac facere declaro, quatenus eadem verba, etiam post fata ultima, ossa mea ex pulvere posteritati loquantur, si aliquando (quod Deus avertat) vellet a rigore sua vocatianis deflectere. Ideo quantum commoditas permiserit (quod procurandum) & ego suscipio, & futuram congregationem novi monasterii procuraturam non dubito) vellem quin ad venerandum sua religianis fontem sacrum montem Cassinum, qui hucusque intemeratum paterni spiritus conservat vigarem, & si longe dissitum, sibi tamen conversacione regulari sacrisque moribus faciant vicinum; imo tam venerandis suis Patribus per intimam unionem conjunguntur, ut eorum vita commercio Deo placentem conversationem sectantes dignos apud divinam majestatem exoratores se pro salute omnium partibus nostris exhibeant. Quorum precibus, & suffragiis me indignum peccatorem, (qui sacra melote S. Patris Benedicti in judicio divino cooperiri delicta mea cupio, & inter benedictos aternam benedictianem obtinere) meam consortem Mariam Lucretiam Marchionissam de Strozzi, simul cum meis liberis. Insuper mihi tam sanguine, quam affinitate conjunctos in particulari illustrissimum dominum Paulum Sapieha Palatinum Vilnen. Supremum exercitus M. D. Lithuania Ducem, & cum sua illustrissima conjuge, germana mea Anna Kopciorona recommendo. Ut autem hac pagina inscriptionis, donationis, & fundationis, suum semper obtineat robur, & ne temeritate alicujus violetur, in primis meam conscientiam coram divina majestate, beatissima Virgine Maria, sancta Patre Benedicto, meisque sanctis tutelaribus, me nunquam huic voluntati, quam nunc testimonia infrascriptorum illustrissimorum dominorum roborari procuravi contraventurum. Imo omnes, & singulos, quicumque aliquid contra attentare voluerint ea interminatione maledictionis compello, ut per tremendum judicium Dei, tamquam sacrilegi pia intentionis violatores, ad sortem eterna damnationis simul cum Juda, & omnibus maledictis deputentur. Ne autem aliquam firmata fidei prasens inscriptionis, donationis, & fundationis, moda ingerat suspicionem, coram infradictis meis illustrissimis dominis sigillatoribus protestor me in ullo puncto constitutionis anni millesimi sexcentesimi trigesimi quinti nolle contravenire. Sed quia expeditio Fori spiritualis ad eum actum apprime necessaria . . . . ut aliquo authentico testimonio fidem datam Deo, & sancto Benedicto in sponsione Sac. Ordinis confirmarem debui magis obviam, & faciliorem eo negotio stabiliendo applicare methodum, oblata nihilominus commoditate, omnia qua sunt juris, & consuetudinis me facturum repromitto; Quia tamen crastinum nobis non valemus pramittere, ignorando diem, & horam mortis nostra, alteriusque tam publici, quam privati legalis impedimenti in casum, quo mihi reeluderetur occasio, coram competenti subsellio, hanc meam recognoscendi, & roborandi voluntatem per amorem Jesu Christi sua Sac. reg. majestati, (quam in protectionem prasentis mea intentionis, & pradicti Sac. Ordinis invoco) totique reip. supplico aliorumque pietatem, fraterna mea submissione adjuro, ut eam prarata, & legitima, authenticaque suscipiant inscriptione. Qua ut efficaci non careat promotione, illustrissimum, & reverendissimum dominum episcopum Vilnen. ut pastorem, illustrissimum dominum Palatinum Vilnensem, omnesque Illustrissimos dominos Sigillatores, quorum manibus Deo, & S. Benedicto meam devovi intentionem, ut omnes, & singuli illustrissimorum hoc inceptum negotium pra sua reputantes omni occasione, loca, & tempore velint pramovere humillime requiro, ut sic antiquus, & Sacer Benedictinus Ordo in genuino regularis obseovantia Cassinen. feliciter, ad novum suffragium patria nostra compareat. Hoc ad cumulum meritarum suorum adjuncturi, quod pro Deo, & S. Patre Benedicto fecerint. In cujus rei fidem hanc inscriptionem, & donationem sigillo mea munitam manu propria subscripsi, illustrissimosque dominos ad firmandum negotium propriis illorum subscriptionibus, & sigillis mea postulatione requisivi. Actum in majori Brzostorvica die secunda Decembris anno domini millesimo sexcentesimo sexagesima secundo: Joannes Carolus Kopec Palatinus Polocensis manu propria. Requisitus ab illustrissima dño Pal. Alexander Hodbienicz.: Episcopus Venden. requisitus ab illustrissima dño Palatina Polocensi tamquam Fundatare, Georgius Carolus in Dabrovuna Hlebonicz Generalis Ducatus Samogitia, & Gubernator postulatus, ab illustris-

strissimo domino Palatino Polocensi, Hieronimus Wienbonski Palatinus Siradiensis postulatus ab illustrissimo domino Palatino Polocensi, Hieronimus Wienbonski Palatinus Siradiensis postulatas ab illustrissimo domino Palatino Polocensi, Casimirus Pac clectus episcopus Smolensceu. requisitus ab illustrissimo domino Palatino Polocensi tanquam Fundatore. Hieronymus Kriispin Kirsiensteia Præfectus. M. D. L. Culina Serenissimi regis Poloniæ, Capitaneus Voiinuit. Georgius Vaadalinus de mag. Konczyce Mniiszek Capitaneas Sanoccasis requisitus ab Excellentissimo domino Palatino Polocensi. Sigilla &c.

Primus ejus cœnobii Abbas.

Primus hujus cœnobii Abbas fuit P. Placidus Wasnienschi monachus Cassinas piissimus, ac disciplinæ monasticæ studiosissimus, qui supplicem hunc libellum an. 1667. Definitorio Cassinensi in Comitiis generalibus congregato apud S. Petrum Perusiæ exhibuit. *Al Reverendissimo Definitorio Casinense del 1667. per D. Placido di Polonia Abbate Castro Casinense.* Intus vero, vid.

Reverendissimi Padri D. Placido da Polonia Professo di monte Casino Abbate del monasterio castro Casinense, fondato nuovamente nella Lituaaia dall' illustrissimo, & Eccmo Palatino Polocense, supplica le Paternità Vostre Reverendissime à nome suo proprio, e del suo monasterio di dar liceaza, e facoltà al Rmo P. Abbate di Monte Casino di accettare la spontanea oblazione, che il medesimo Padre D. Placido, ed il suo monasterio fanno à monte Casino di vivere subordinati al detto sacro monasterio, e dipendenti dalla visita, e correzzione, e sopraintendenza dell' Abbate di monte Casino di vivere subordinati al detto sagro monasterio, ò suoi delegati secondo la forma, che più distintamente, & ampiamente sarà spiegata nel publico contratto, & Instrumento, che se ne stipolarà tra le parti, che l' istessa facoltà abbia l' Abbate di monte Casino in ordine ad' altri monasterii di quel regno, e provincia, che in avveaire volessero unirsi al sudetto monasterio castro Casinense, e l' averà à gratia singolarissima. D. Placido Wasnienski da Polonia supplica le Paternità vostre reverendissime come di sopra. Cui Patres sic rescripsere:

Pro monasterio Casinensi. Liceat reverendissimo Abbati Sacri Casini, monasterium Castrocasinense in Lituania noviter fundatum, & alia monasteria, si qua forte eidem monasterio Castrocasinensi uniri contingerit in clientelam, & subjectionem immediatam ejusdem sacri Cassinensis cœnobii suscipere juxta formam contractus ineundi inter prædictum reverendissimum Cassinensem, & reverendissimum P. D. Placidum Polonum, ejusdem fundationis Abbatem, & præcipuum ministrum, ac promotorem: Datum in Comitiis generalibus celebratis in monasterio S. Petri de Perusio die septimo Maii 1667. D. Zenobius a Senis scriba capituli Generalis. Loco ✠ Sigilli, &c.

Pacta inter Cassinates, & memoratū Abbatem.

I. Inter alias verò conditiones inter Abbatem Cassinensem D. Angelum della Noce, & D. Placidum Abbatem Castri Cassini initas, hæ adnotandæ. *In primis prædicta Castrocasinensis Communitas reverendissimum dominum Abbatem Cassinensis cœnobii pro legitimo, immediatoque superiore, & superintendente agnoscet, atque venerabitur, & mediate ipsam Congregationem Cassinensem, idemque præstari ab omnibus aliis monasteriis curabit, si Domino adjuvante, aliqua sibi uniri, aut de novo intuitu ejusdem unionis fundari contingerit; non tamen per hanc submissionem castro Casinense monasterium, aut alia sibi unienda aliquam immunitatum, libertatum, privilegiorumque obtentorum, vel obtinendorum patiatur imminutionem aut impedimentum, cum hæc fieri declaratur solius observantiæ regularis manutenendæ intuitu, quamvis auctoritas illustrissimi & reverendissimi Abbatis, & ejus Delegati seu Visitatoris etiam ad œconomica, & temporalia quæcumque extendatur.*

2. *Quolibet quinquennio, vel alio spatio pro commoditate monasterii castro Cassinensis, sive etiam aliorum monasteriorum sibi uniendorum, determinando ad requisitionem ipsorum illustrissimus, & reverendissimus Abbas Cassinensis ex gremio sui sacri cœnobii unum professum in illas partes expedire dignabitur, aut ex Capitulo generali congregationis Cassinensis aliquem expediri curabit, qui sui Delegati, & Visitatoris nomen, & auctoritatem obtinebit, cujus officii erit vitam, & regimen Abbatis, & aliorum superiorum gubernia conversationem omnium, & singulorum Monachorum, & conversorum examinare, excessus, atque negligentias condignis pœnitentiis castigare; & si in aliquo, vel minimo puncto regularis observantia relaxata, aut labefactata fuerit ad rigorem pristinum reducere juxta literam S. regulæ, & constitutionem Cassinensium, attentis illorum statutis particularibus, quæ pro diversa gentis inclinatione, moribusque ad extirpanda vitia, & abusus, atque rigorem observantiæ fovendum sibi ordinaverunt. Proinde omnes & singuli superiores, & inferiores castro Cassinensis monasterii, & aliorum uniendorum tenebuntur omnino sine ulla exceptione mandatis, correctionibus, ordinationibus, dispositionibus prædicti Patris delegati, sive Visitatoris tamquam legitimi eorum superintendentis obedire, hoc tamen præcustodito, & nunc pro semper declarato, ut idem Pater Delegatus nulla aliquando per modum relaxandæ dispensationis, aut conniventiæ etiam in levi materia observantiæ regularis nisi ad ipsius conventus Castrocassinensis unanimem instantiam, & consensum, plenariam autem restringendæ, intra tamen directionis terminos (si opus fuerit) facultatem habeat &c.*

5. *Omnes expensas itineris tam in adventu, quam in reditu Patris Delegati, tenebit castro Cassinense monasterium providere.*

6. *In reditu Patris Delegati castro Cassinense monasterium Sacro Montis Casini cœnobio uncias quinque de succino fabrefacto ad ornamentum ecclesiæ vel sacri oratorii SSmi Patris Benedicti remittet ad recognitionem suæ submissionis.*

7. *Si requirente necessitate ad postulationem castro Cassinensis monasterii, rmus Casini tales illuc monachos ex paterna sua providentia destinaverit, aut a Capitulo generali destinari procuraverit, qualibus pro temporis, differentia locus ille indiguerit, hi, dum ibi morabuntur pro reverentia sacri montis Casini, & qualitate cujuslibet personæ in ordine communitatis supra suæ professionis locum promovebuntur, imo vero in concursu æqualium suffragiorum, cæteris paribus, ad omnes gradus præferentur &c.*

9. *Electionem liberam Abbatis, & aliorum Superiorum claustralium communitas castro Casini sibi reservat, electus tamen Abbas tenebitur in signum*

sua

suæ subjectionis, & reverentiæ Illustriss., & reverendiss. Patri Abbati Montis Casini, dein appropinquante generali capitulo, aut dieta congregationis Cassinensis reverendissimo patri Præsidenti generali, totique definitorio literas destinare &c.

11. *Si prædicto monasterio castro Cassinensi alia monasteria illarum partium voluerint se in eadem observantia, & unione Cassinensi conjungere ex tunc ut ipsum Castro Cassinense in corpore Congregationis Cassinensis reputanda erunt.*

12. *Ne vero hujus unionis, & incorporationis etiam post ipsa fata possit aboleri memoria, Castro Cassinense monasterium tenebitur simul cum uniendis monasteriis pro mortuis, tam sacri montis Casini, quam aliorum totius congregationis monasteriorum professis officia in hac congregatione solita celebrare, eademque suffragia reciproce illustrissimus, & reverendissimus Abbas Cassinensis nec non pro illustrissimo, & reverendissimo domino Fundatore, (utinam post sera fata) atque singulis personis ejusdem illustrissima prosapia pro singulis tam castro Casini, quam aliorum monasteriorum sibi uniendorum professi in sacro monte Casino absolvi faciet, per totamque congregationem Cassinensem fieri postulabit &c.* Ratum hujusmodi Instrumentum habuere Palatinus, Polocensis, & Monachi castro Cassinenses die 9. Februarii 1670., ut monumentis constat in archivo nostro asservatis.

Alii Abbates Castro Cassinenses.

Post D. Placidi immaturam mortem Castro Cassinenses Monachi in ejus locum pro Abbate elegerunt D. Augustinum de Amicis Monachum Cassinatem, atque in literis ad id scriptis ad Abbatem nostrum hæc præ aliis leguntur: *Nostrum cum præsentes ob tantam locorum distantiam non possimus, hisce nostris literis r̃mam dominationem tuam, quam pro supremo, & immediato nostro capite, Patre, fautore, ac superintendente, ne aliquando quopiam aliquo prætextu, aut specioso colore Disciplina Regularis a quovis relaxetur cognoscimus, venerari duximus, prout ea, qua par est submissione, veneramur &c.* Et post multa alia: *Reverendissimum dominum Augustinum de Amicis Sac. Montis Casini professum unanimi consensu, ac omnium calculis, (prout ex missis ad reverendissimum dominum Angelum de Nuce super hac electione, literis cum subscriptione omnium nostrorum liquido constat) in Abbatem monasterii Castri Cassinensis eligimus, qui & nos in monasterio nostro Castro Cassinensi in observantia regulari juxta litteram sanctæ Regulæ, & constitutiones antiquas Eugenii, (quoad fieri poterit, & consuetudines introductæ patrum nostrorum permiserint) regat, ac dirigat: siquidem & nostrum omnium unum idemque est desiderium, & illustrissimus, ac excellentissimus d̃nus Fundator noster eo solo, & non alio fine præfatum Monasterium erexit, fundavit, & dotavit, ut etiam alii Proceres emulando meliora charismata, idem in diversis partibus regni tum & magni Ducatus Lithuaniæ aggredi moliuntur. Quapropter reverendissimam dominationem tuam cum ea, qua decet humilitate rogamus, quatenus reverendissimum dominum Augustinum de Amicis electum Abbatem Castrocassinensem quam citissime nobis transmittere dignetur, ut de nostri præsulis adventu læsantes, ejus virtutum dogmatibus & exemplis animati in dies ad majorem dei gloriam SS̃mique Patriarchæ nostri honorem, tum & Ordinis in nostris septentrionalibus regionibus propagationem in regulari observantia proficere possimus &c.*

1670.

Epistola Regis Poloniæ.

Horum desiderio non mediocriter favet serenissimus Poloniæ rex Michael hisce datis ad Abbatem nostrum literis, quibus enixe postulat, ut Cassinates Monachi eo ad monasticam observantiam propagandam mitterentur: Foris: *R̃mo in Christo Patri Domino Abbati Cassinensi devote nobis dilecto*: Intus vero. *Michael Dei gratia rex Poloniarum magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kyoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czernichoviæque.*

Ex originali in Archivo.

R̃me in Christo Pater devote nobis dilecte. Ex incrementis religiosorum cœtuum divinæ propagari augmenta gloriæ, regnique nostri ornamenta cumulari non ignari inter primas regii pectoris recensemus curas, eorum promotioni, & incrementis suffragari. Quocirca non leve felicitatis nostræ, dominiorumque nostrorum excipimus augurium, dum in magno Ducatu nostro Lithuaniæ novellam plantationem observantiæ regularis Ordinis S. Benedicti de monte Cassino in monasterio Castro Cassinensi, alias Horodyscen̄ solita cura, & piis impensis illustriss. Johannis Caroli Kopec nuper Palatini Polocensis, nunc autem pro suis in nos, & rempublicam meritis ad altiorem dignitatem senatoriam promoti, & Castellani Procen̄ munere functi fundatam, & erectam videmus. Cui nos fundationi, uti pro nostro erga majorem dei gloriam zelo omni ope, & favore nostro assistere decrevimus, & promisimus, ita devotionem vestram hortamur, & requirimus, ut piæ fundationi sufficienter a prædicto illustriss. Castellano Procen̄ fundatæ, & dotatæ ad augendam in nostris partibus divi Benedicti regularem observantiam sufficientes, & idoneas subministret personas, unde facile reliqua monasteria sub titulo Ordinis S. Benedicti militantia antiquam reassumere possent disciplinam, & observantiam. De cætero devotionem vestram optime valere cupimus, ejusdemque devotis orationibus nos dominiaque nostra plurimum commendamus. Dabantur in Regia nostra Varsaviæ, die VIII. mensis Octobris anno Domni MDCLXX. Regni vero nostri II. anno. Michael Rex.

Conatus Palatini Polocēsis.

Tanto ejus rei desiderio æstuabat piissimus Palatinus, ut Roma quo ad aliquot pro cœnobio suo Castro Cassinensi expedienda negocia contenderat, cœnobium Cassinense adierit, quo duobus integris mensibus, & observantiam, ritusque monasticos oculis lustraret, atque electum Abbatem D. Augustinum secum in Poloniam duceret. Verum cum hic variis de causis eo pergere haud potuerit, suffectus ejus loco est D. Petrus Paulus Cacace, doctus, ac pius vir, qui cum Palatino iter Poloniam versus arripiens longo itinere emenso gravi morbo absumptus est in monasterio S. Crucis de monte Calvo, ut hisce literis constat ab ejus loci Abbate ad Cassinensem datis: Foris: *Illustrissimo, & reverendissimo D̃no, D̃no Mauro Cesarini sacri cœnobii Cassinensis Abbati, ejusque diœcesis Ordinario, regni Neapolitani primo Baroni &c. D̃no, & Pr̃no Colendissimo. Romæ ad S. Calistum.* Intus vero *Illustrissime, & Reverendissime D̃ne D̃ne, & Patrone Colendissime. Sacrum Cassinense cœnobium divi Benedicti cathedram, observantiæ regularis nidum,*

Ex originali in Archivo.

dum, civitatem sanctam supra montem positam, lucernam, & intus vera sanctitatis igne ardentem, & ab extra genuina juxta præscriptum S. Patris conversationis exemplo toti orbi lucentem, prout devota mente semper veneramur, ita sacri illius loci filios tamquam legitimos majorum nostrorum succedaneos ad nos venientes, ea qua par est humanitate prosequimur. Ex illis unus multorum ad instar affulserat nuper in conventu nostro circa festum Assumptionis in cœlum Deiparæ virginis reverendissimus domnus Petrus Paulus a Neapoli Castro Cassinensis in Lithuania monasterii electus, & confirmatus Abbas. Hic dum propter contractam in itinere corporis ægritudinem, ulterioris viæ incommoda cum excellentissimo domino Fundatore ferre non valeret, apud nos annuente eodem excellentissimo domino substitit virium reparationem, aut, (si ita superis visum esset) via simul, & vitæ terminum in gremio Fratrum securus præstolaturus. Porro post adhibita quæcumque adhiberi poterant media, & medicamenta, cum omnia nihil ægro corpori prodessent, animo saltem in hoc mortalitatis naufragio succurrere religiosissimus Pater satagens, eandem & humili peccatorum confessione, & salutari viatico, ac demum unctione extrema ad ultimum agonem in dei beneplacitum totaliter resignatus confirmavit ad extremum eandem die 12. Septembris creatori suo sanctissime reddidit summo sui desiderio apud nos, quem nosse vix cœperamus, relicto. Eadem mortuo, quæ vivo præstita charitas. Anima ipsius consuetis juxta morem loci supremo judici commendata suffragiis, corpus exsangue in sepulchro Fratrum depositum diem ultimum mundi, & feralem expectabit tubam. Ita præter spem lumen hoc e candelabro Casinensi accensum in partibus nostris exoriens, in ipso ortu sensit occasum. Obiit sane vir, sive scientiæ soliditatem, sive Judicii maturitatem, sive morum gravitatem in eo spectes, vita longiori, & eterna memoria dignissimus. Ejus obitum illustrissimæ, & reverendissimæ dominationi vestræ sine mora significandum duxi, ut anima pie defuncti Prælati, & in nido suo, & per totam Sacram congregationem, debitis non privetur suffragiis. Quod reliquum est, me, & Fratres meos in hoc clivo vivificæ crucis Deo sub regula divi Patris militantes, gratiæ, amori, ac patrocinio illustrissimæ, ac reverendissimæ dominationis vestræ, & Sanctissimi cœtus Cassinensis addico, a quibus enim originem nobis fluxisse gloriamur, quorum merita comitiorum generalium Venetiis ad S. Georgium celebratorum decretum voluit nobis esse communia, quorum denique privilegia liberalitate Pii IV. nobis sunt communicata, eorum amorem, ac benevolentiam pia præsumptione ambire non erubescimus. Dat. in Polonia in monasterio S. Crucis Ordinis S. Benedicti die 15. Septembris an. Domini 1671. Illustrissimæ, Reverendissimæ Dominationis Vestræ; Promptissimus Servitor Nicolaus Goski Abbas monasterii S. Crucis. S. R. M. Poloniæ Secretarius.

1671. [margin]

Monasterium S. Crucis fundatũ a Cassinatibus. [margin]

Abbas castro Cassini perpetuus declaratur. [margin]

Quamquam vero castri Cassini Abbas nonnisi quinquennalis esse possit ex hujus cœnobii constitutionibus, D. Petrus Paulus tamen perpetuus Abbas declaratus a Clemente X. fuerat, ut brevi ejusdem Pontificis constat an. 1674. die 10. Martii facto pro D. Nicolao Catanensi. D. Petro Paulo suffectus est a Monachis castri Cassini D. Johannes Baptista a Brixia SS. Faustinæ, & Jovitæ Monachus, a quo hæc ad Abbatem Cassinensem epistola scripta est. *Reverendissimo Padre Patrone Colendissimo: Per lettere dell' illustrissimo Signor Fondatore haverò ricevuta l' infausta nuova della morte del Reverendissimo Padre D. Pietro Paolo da Napoli Abbate di questo monasterio, qual è stata pianta da tutti noi con lagrime di veri Figlioli. Essendo li 9. di Luglio prossimamente passato nel nono di febre maligna antecedentemente pure chiamata a miglior vita l' anima del P. D. Geremia di Napoli munita di tutti li Santissimi Sagramenti divotamente ricevuti, doppo esser vissuto qui con esemplarità, e grande frutto di questi divoti popoli, come già scrissi a V. P. Reverendissima. Nulladimeno quel sommo bene, che non derelinquit sperantes in se, ci ha proveduti del Padre D. Nicolò di Catania soggetto per suoi rari talenti molto atti à quest' impresa. Per pura grazia di Dio, e non per miei meriti, nè sufficienza questi RR. PP. à tutti voti m' hanno eletto per suo Abbate, e di ciò ne porto avviso a V. P. Reverendissima, per sodisfare al debito mio ossequio verso un tanto, & ambito protettore, e per supplicarla si compiaccia porgermi ajuto con le fervide orazioni sue, e del suo divoto, e sacro Archistero, acciò possa invalidire le mie debole spalle ad un tanto peso, anzi mandarci qualche suggetto valido a tal impresa, essendoche ci vengono proposti altri luoghi,* operarii autem sumus pauci: *piacendo a questi Signori Primati la presente osservanza, qual andiamo piu che sia possibile conformando al testo. Altro non occorrendo, con umile baciamano gli chieggio genuflesso la sua santa benedizzione. Castro Casino li 22. Novembre 1671. Di V. P. Reverendissima Divotissimo Figlio, & Obbligatissimo servo; D. Gio: Battista di Brescia Abbate.* Post Johannis Baptistæ obitum admiranda quædam ob ejus merita indulsisse Deum fertur iis, qui ejus nomen ac tutelam invocassent. Pluries etiam ab iis Monachis electus est ejusdem cœnobii Abbas D. Bernardus Lapinski Cassinensis Monasterii alumnus. Incredibile vero est quot impendiis Monachos quosdam, & commissos Cassinates atque ex congregatione Cassinensi in Poloniam transtulerit Palatinus Polocensis.

Monasterium. S. Crucis ad Nesvisium. [margin]

Hunc imitatus vir nobilissimus D. Michael Casimirus Radzivvill S. R. J. Princeps, Dux in Olilia, comes in Mir &c. Pro-cancellarius, & Generalis Magni Ducatus Lithuaniæ erexit, dotavitque amplissimis latifundiis monasterium S. Crucis ad Nesuisium sub regula S. Benedicti, quod deinde Castro Casini univit, ac proinde subiecit cœnobio nostro, vi memoratæ conventionis an. 1667. factæ, utque constat literis D. Caroli Stanislai Radziwill ejus filii, atque Monachorum S. Crucis, quæ in archivo nostro asservantur. Ab eo certe tempore ambo hæc cœnobia subiecta Cassinatibus fuere, eorumque Abbates electionem suam ad Abbatem nostrum confirmandam transmiserunt, ut ex actis in archivo nostro.

Congregatio Polonia. [margin]

Perfectioris inde monasticæ disciplinæ observatione, quam in Polonia reflorescere avebant incensi, Abbas S. Crucis de Monte Calvo, aliique Abbates a S. apostolica sede obtinuere, ut sibi in Congregationem unam coalescere liceret, quo unico medio literarum studia, pietas, & œconomia augetur. Quo vero & cœnobia castri Cassini, & Nesvisii unire sibi possent, facultatem ab Abbate Cassinensi

sinensi obtinuerunt, ut hoc instrumento constat stipulato a notario apostolico D. Benedicto Lanno Canonico insignis collegiatæ S. Germani die 31. Octobris an. 1710. *In Deònomine Amen. Præsenti publico instrumento cunctis ubique pateat evidenter, & sit notum, quod anno a nativitate domini nostri Jesu Christi 1710. indictione tertia die vero 31. mensis Octobris Pontificatus autem Sanctissimi in Christo patris, & domini nostri domini Clementis divina providentia papa XI. anno X. in sacro archicœnobio Casinatis Montis, & proprie in loco, qui vulgo nuncupatur Capitulum, ubi congregari solent reverendiss. Patres Casinates pro agendis, & discutiendis negotiis præfati sacri archicœnobii coadunati ad sonum campanæ prout moris est &c. Jam vero dicti illustrissimus, & reverendissimus dominus Pater Abbas, & reverendissimi Patres Cassinenses non sine magna lætitia, & consolatione Sanctissimum Pontificem Clementem XI. feliciter regnantem, (ob summam ipsius curam, & zelum, quibus ad observantiam monasticam promovendam indesinenter invigilat) erexisse audientes ex brevi motu proprio die vigesimo septimo Maji 1709. in regno magnæ Poloniæ, & magno Lithuaniæ Ducatu Congregationem monasteriorum Benedictinorum nigrorum sub titulo S. Crucis Poloniæ, inter quæ accerseri debent ipsa duo Monasteria Castrocasinense, & S. Crucis ad Nesvisium citra præjudicium jurium monasterii Casinensis; idcirco Rmā noviter erectæ Congregationi S. Crucis postulanti, & optanti licentiam, & facultatem uniendi sibi duo illa monasteria Castrocasinense, & Nesvisiense libenter annuunt, animadvertentes, ex tali unione plurimum utilitatis, & lucri tum in spiritualibus, tum in temporalibus provenire illis posse in augmentum, & observantiæ monasticæ fulcimentum. Quis namque non cernet sic scientiarum studia efflorescere, emolumenta rei temporalis augeri, pace, & animorum uniformitate omnia contutantibus, multo magis uberiori devotionis rore irrigari, & pinguescere religiosorum corda optimis invicem exemplis ad imitandum impellentibus? Tantum bonum illustrissimus ipse Præsul Casinensis, & reverendissimi Patres non ita pridem meditati sunt; nam elapsis pluribus retro annis sedulitati reverendissimi Patris Abbatis Nesvisiensis hæc emolumenta insinuarunt, ut in unam convenirent Congregationem. Quam maximas ergo D. O. M. gratias modo agunt, quia summi Pontificis zelum, ut sub una militarent omnia monasteria Congregatione accendit, ut ad votum ipsorum Patrum Cassinensium, tandem talis unio monasteriorum, & animorum ad majus dei obsequium, & gloriam excitata sit, quapropter ipse illustrissimus dñus Abbas, ac reverendissimi Patres Cassinenses sponte ac libere omni meliori modo, quo possunt, & debent medio juramento &c. amplissimam facultatem seu licentiam rmis Patribus Abbatibus, & Monachis monasteriorum castro Casini, & S. Crucis ad Nesvisium concedunt, ut uniri possint reverendissimæ Congregationi S. Crucis Poloniæ noviter erectæ virtute brevis Clementis Papæ XI. sicque juxta statuta ipsius vivant quoad habitum, & mores, ac sub correctione, & visitatione ejusdem Congregationis, cui etiam facultatem pariter amplissimam præstant sibi uniendi, & acceptandi dicta duo monasteria Castro Cassinense, & Nesvisiense cum grangiis, pertinentiis, bonis, annexis, rationibus &c. & ea regendi secundum statuta, & ipsius constitutiones à S. Sede apostolica prius approbatas nec non sub correctione, visitatione, ritibus, moribus ipsiusmet congregationis S. Crucis Polonicæ; salvis semper juribus, auctoritate, visitatione, correctione, praeminentiis, prærogativis &c. pro ipso illustrissimo domino Patre Abbate Casinensi, ac patribus item Casinensibus, & eorum successoribus, salvis omnibus aliis, quæ ad ipsos spectant, & spectare possunt vigore supradictorum pactorum initorum inter hoc sacrum monasterium Montis Casini, & castro Cassinense ejusque excellentissimum fundatorem, ut patet ex instrumentis prænotatis, & ex literis ipsius illustrissimi, & excellentissimi domini dñi Caroli Kopec, & illustrissimi, & excellentissimi dñi dñi Caroli Stanislai Radziwill S. R. J. Principis supremi, magni Ducatus Lithuaniæ Cancellarii, Ducis in Olylia, comitis in Mir &c. filii, & hæredis dicti excellentissimi principis Casimiri; & litteris quoque rmorum Abbatum, & RR. Monachorum Castro Casinensium, & Nesvisiensium, quibus sese correctioni, visitationi, auctoritati Casinensis monasterii non semel subdiderunt, quæ quidem literæ in celeberrimo montis Casini archivo asservantur, nec aliter, nec alio modo supradictam facultatem, & consensum concedere volunt, ac declarant.* Hisce autem verbis Clemens XI. rata se habere declarat Cassinensium jura in memorata duo cœnobia: *Præterea eidem congregationi sic de novo erectæ, & institutæ alia quæcumque Monasteria dicti Ordinis in regno, & magno Ducatu prædictis consistentia, quæ ipsi novæ congregationi aggregare voluerint, sive quorum Abbates, & conventus aggregationi hujusmodi consenserint, (exceptis tamen si quæ sint in dictis regno, & magno Ducatu constituta, monasteriis alteri cuicumque congregationi canonice aggregatis) sibi aggregandi* &c. & infra: *sine præjudicio in reliquis omnium interesse habentium, vel habere quomodolibet prætendentium &c.*

Cœnobii Plagense extructū.

Fundum, domumque in soburbio Barræ diœcesis Neapolitanæ emerat an. 1602. D. Matthias Figueroa, de quo alibi, ubi ecclesiam construxit quam an. 1607. VII. Idus Januarii Abbatiam esse jussit Paulus V. sub nomine S. Benedicti, ut hoc brevi constat.

Paulus episcopus servus servorum Dei dilecto filio Vicario Generalis Fratris nostri Archiepiscopi Neapolitani in spiritualibus generali salutem, & apostolicam benedictionem. Digna reddimur attentione solliciti eorum religiosorum ad exauditionis gratiam admittere vota, per quæ Monasteria ipsorum dignis attolluntur honoribus, exhibita quidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Præsidentis generalis, ac Monachorum ordinis S. Benedicti congregationis Casinensium petitio continebat, quod cum Monasterium ejusdem S. Benedicti de Barra ordinis, & congregat. prædictorum Neapolitanæ diœcesis ab Abbate ad instar aliorum congregationis hujusmodi Monasteriorum regi, & gubernari consueverit, eoque, & aliis nominibus, & titulis satis insigne esse; nec inter alia hujusmodi monasteria ultimum locum habere dignoscatur titulo tamen Abbatiæ, qui in Monasteriis ipsius congregationis est minime gaudeat, & ab istis hoc levi titulo differat pro parte præsidentis, & prædictorum Monachorum Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus dictum Monasterium titulo Abba-

tia

tiæ hujusmodi decorare, & cohonestare de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui humiles christifidelium, præsertim regulerium petitiones ad exauditionis gratiam libenter admittimus &c. hujusmodi supplicationibus inclinati discretioni tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus eidem Præsidenti, & Monachis quod primo dictum Monasterium deinceps perpetuis futuris temporibus, Abbatia denominari, ac tam ipsum, quam dictus Abbas nunc, & pro tempore existens, omnibus, & singulis privilegiis, facultatibus, libertatibus, exemptionibus, prerogativis, cautelationibus, praeminentiis, aliisque favoribus, & gratiis universis, tam temporalibus, quam spiritualibus, quibus alia dicta congregationis Monasteria Abbatiæ nuncupata illorumque Abbates de jure usu, privilegio, vel consuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, similiter uti, frui, potiri, & gaudere valeant libere, & licite auctoritate nostra concedas, & indulgeas, decernendo Patres primo dicti Monasterii nunc & pro tempore existentes super præmissis quovis pretextu, colore, vel ingenio molestari, inquietari, aut alias quoquo modo impediri nullatenus posse, sicque per quoscumque judices, & commissarios quavis auctoritate fungentes, & causarum palatii apostolici Auditores judicari aut definiri debere, nec non irritum, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari &c. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ MDCVII. VII. Id. Januarii Pontificatus nostri anno 3. Primus ejus Abbas renunciatus est D. Matthias in dieta Neapoli apud S. Severinum habita mense Octobris 1608., a quo tempore ad an. 1622. Abbates ibi fuere, cum an. 1625. Julius Cæsar Guadagni civis Neapolitanus ob initam cum D. Gabriele a Puppio de quo alibi, necessitudinem, domum cum Viridario in Suburbio Plagæ congregationi Cassinensi legavit, spemq; fecit alia dono dandi, quam deinde ob maxima, in quæ incidit discrimina implere haud potuit. Ecclesiam interim ibi construendam curavit D. Gabriel Barræ Abbas, obtinuitque justis de caussis ab apostolica sede, ut sibi Abbatiæ titulum bonaque vendita Barræ in Plagensem novam ecclesiam sub nomine quoque S. Benedicti transferre liceret, quod quidem ultimum implevit ipse, translato deinde Abbatiæ titulo a D. Irenæo ejus successore. Fundationem Barrensis Abbatiæ hisce verbis narrat D. Honoratus noster in Annalibus suis: *In questo anno D. Mattia di Venosa acquistè alla Congregatione Cassinense l' Abbatia di S. Benedetto della Varra vicino Napoli da tre miglia in circa. Prima era una masseria con case, giardini, & altre commodità, e di buon aere. Accapò da Paolo Papa V. che questo luogo fusse Abbazia con titolo di S. Benedetto della Varra, come per sua bulla appare, e detto D. Mattia ne fu fatto Abbate, ultimamente lo rassegnò alla Congregazione Cassinense nel capitolo celebrato in Perugia, &c.*

Immortales debet congregatio Cassinensis laudes D. Andreæ Deodato Cassinati, qui dum Procurator ejus generalis esset in curia Romana collegium Anselmo Benedictinum in ædibus S. Callisti instituit, ex quo viri doctissimi hactenus prodierunt. Egregium opus isto Innocentii XI. brevi explicatur.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

INscrutabili divina sapientia, atque bonitatis arcano catholica ecclesiæ regimini meritis, licet imparibus, præsidentes, Sacrarum, eisque ancillantium bonarum litterarum studia, per quæ depulsa ignorantia caligine, mentes luce veritatis illustrantur in Ordinibus, & congregationibus regularibus, præsertim sub suavi Monastica vita jugo Deo famulantibus, uberesque bonorum operum fructus adjuvante Domino proferre jugiter satagentibus, libenter excitamus, & promovemus, ac Pastoralis officii nostri partes peculiari desuper charitate interponimus, sicut rerum, temporum, & personarum qualitatibus matura considerationis trutina perpensis, ad omnipotentis Dei gloriam, religionis, & catholicæ fidei incrementum, & præsidium, ac ipsorum Ordinum, & congregationum decus, & utilitatem, animarumque salutem in Domino expedire arbitramur. Considerantes itaque quantum decoris, & utilitatis congregationi Cassinensi Monachorum Ordinis S. Benedicti, cujus egregia constat in Ecclesiam Dei merita, sit proventurum, si in Monasterio S. Pauli prope, & extra mœnia hujus almæ Urbis nostræ, ejusdem congregationis collegium studiosorum, in quo Monachi ipsius congregationis philosophiæ, & sacræ Theologiæ, vel canonum studiis sedulo navent operam, opportunis rationibus instituatur, jamque provida superiorum monasterii, seu congregationis hujusmodi industria, de iis, quæ ad ejusmodi collegii, ejusque collegialium, & Lectorum sustentationem, & manutentionem necessaria sunt, sufficienter provisum reperiri: Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, in præfato Monasterio S. Pauli, & respective in ædibus S. Callisti de eadem Urbe, ubi Monachi dicti Monasterii æstivo tempore degere solent, unum collegium studiosorum, in quo decem saltem Monachi professi dictæ congregationis Cassinensis Theologiæ Scholasticæ, & sacrorum canonum studiis sub idoneis Lectoribus, seu Magistris operam navare, & in illis instrui, atque sedulo instrui debeant, tenore præsentium, sine cujusquam præjudicio in perpetuum erigimus, & instituimus, statuentes, & Apostolica auctoritate decernentes, & ordinantes, ut Lectores, sive Magistri in novo collegio sic erecto, & instituto scientias edocturi, ex ordine saltem Decanorum dictæ congregationis Cassinensis seligantur, iique ad id muneris idonei censeantur, qui optimis moribus, vitæque integritate præcipue fulgere noscentur, quique per integrum septennium in aliis Monasteriorum ejusdem congregationis scholis, aut in universitatibus studiorum generalium Philosophiam, & Scholasticam Theologiam publice professi fuerint. Ne autem illorum electionem, ulla prorsus terrena affectio contaminet, iidem Lectores, seu Magistri in capitulo generali præfatæ congregationis Cassinensis, a cunctis Definitoribus per secreta suffragia eligantur, præstito prius Juramento eos eligendi, quos doctiores, aptiores, & præstantiores esse pro sua quisque conscientia in Domino judicaverit. Ipsi vero Le-

ctores, seu Magistri hac forma electi, in Theologia Scholastica cursu eas sententias, & scripto, & voce discipulos doceant, quæ S. Anselmi Cantuariensis Archiepiscopi, ex S. Benedicti Ordine assumpti, doctrinæ adamussim cohæreant, sub depositionis, & privationis muneris, aliisque pœnis si secus egerint superiorum arbitrio infligendis. Porro scholasticorum, seu studiosorum collegii hujusmodi numerus omni tempore minor denario non sit, quorum tres tantum, & non plures ex dicti Monasterii S. Pauli professis, & reliqui septem ex septem ejusdem congregationis provinciis assumantur; Ita scilicet, ut provinciarum qualibet, discipulum unum ad idem collegium, tertio quoque anno mittendi facultatem habeat. Quæ in re ea lex inviolato servetur, ut Monasterium cujusque provinciæ majori professorum numero gaudens, primum Scholasticum, primo triennio ad collegium hujusmodi mittat, quo elapso, secundi Monasterii Alumnus subrogetur, & sic de aliis successive. Quod si in Monasterio S. Pauli, sive in alio cujusvis provinciæ hujusmodi respective Monachi ad prædictas facultates addiscendas idonei non reperiantur, ex aliis ejusdem, vel vicinarum provinciarum numerosioribus Monasteriis ad collegium ipsum loco illorum evocentur. Nemo autem ad dictum collegium admittatur, quem morum probitas, & regularis disciplinæ studium non commendet; Et qui toti philosophiæ, ac tribus, vel duobus saltem Scholasticæ Theologiæ tractatibus in aliis prædictæ congregationis Gymnasiis sedulo non vacaverint, ab ipso Collegio arceantur. Ac propterea a Definitoribus ejusdem congregationis in capitulo generali tres docti, præstantes, & zelo præditi Examinatores in unaquaque Provincia instituantur, qui publico consulturi bono, Scholasticos diligenter interrogent, & propositis eis Theologicis, atque Philosophicis argumentis, serio, & non ad speciem examinent, deque eorundem aptitudine, doctrina, & ingenio, præstito juramento in scriptis fidem faciant. Postquam vero sic examinati ad Urbem pervenerint, ab Abbate Monasterii S. Pauli, ac Procuratore generali congregationis, & Lectore Theologo Collegii hujusmodi pro tempore existentibus denuo interrogentur, & iterato subdantur examini, ac idonei reperti approbentur, excipiantur, & Collegii gremio adscripti declarentur; Inhabiles verò inventi, præmissa ad præsidem dictæ congregationis de eorum insufficientia in scriptis testatione jurata, cum ejusdem præsidis consensu, ad professionis suæ Monasteria, sive ad alia remittantur; & in examinatores, qui muneri suo defuerint, tanquam in perjurii reos, graviter in proximis comitiis animadvertatur. Qua propter ad Abbatiam S. Pauli regendam, ac ad Procuratoris generalis officium ii promoveantur, qui imposito sibi muneri satisfaciant. Visitatores autem dictæ congregationis in Actu Visitationis dicti Monasterii S. Pauli, præfatum Collegium visitent, ac de vita, & moribus Scholasticorum diligenter inquirant, & una simul cum prædictis Abbate Monasterii S. Pauli, & procuratore generali, eosdem scholastice examinent, & quos pravis moribus inquinatos, aut scientiis operam non dedisse cognoverint, prehabito præsidis consensu, extra Collegium eliminent, & ab urbe abigant, eorumque dimissionem eidem præsidi, sine mora significent, qui ad præscriptum præsentium litterarum alios Scholasticos ejectorum loco subtituendos curabit, ut omni tempore præfixus denarius numerus integer in Collegio hujusmodi perseveret. Porro nulli Lectori ultra sexennium, nullique studentium ultra triennium in dicto Collegio liceat permanere, sed his temporum spatiis respective evolutis, novi Lectores, novique Scholastici antiquioribus subrogentur, incipiendo a proxime futuro capitulo generali dictæ congregationis, quod tertia Dominica, post Pascha Resurrectionis Dominicæ currentis anni M.DC.LXXXVII. celebrabitur. Lectores autem, & Scholastici legitime electi, ante præfixum tempus a Collegio prædicto non amoveantur, nisi intervenientibus veris, justis, atque gravioribus causis, quas Abbas Monasterii S. Pauli, & Procurator generalis prædicti pro tempore existentes, tanquam Sedis Apostolicæ delegati cognoverint, & approbaverint, & de quibus præmisso in scriptis juramento præsidem dictæ congregationis certiorem faciant, qui cum visitatorum provinciæ Romanæ, Abbatis Monasterii S. Pauli, & procuratoris generalis præfatorum, vel majoris partis eorum consensu, amovendos amoveat, aliosque in amotorum locum, servato quoad Scholasticos Monasteriorum ordine supradicto, ac præmisso semper duplici eorumdem examine, sicut præmittitur statuto, in Collegium inducat. Quod si contingat, Lectores intermedio tempore justis, & gravioribus id exigentibus causis amoveri, & Collegio privari, præses cum supradictorum, vel majoris partis eorumdem consensu, de aliis Lectoribus provideat, usque ad futuram Dietam, si proxime fuerit celebranda, in qua nova Lectorum hujusmodi electio, vel confirmetur, vel reprobetur, donec in capitulo generali congregationis præfatæ, tunc proxime futuro, a Definitoribus, præstito prius Juramento, ut supra, per secreta suffragia ea omnia, quæ interea gesta fuerint, confirmentur, vel præcidantur. Eodemque modo pariter, ac lege in casu mortis, vel diutinæ ægritudinis, sive Lectorum, sive Scholasticorum incidentibus Collegii necessitatibus usque ad Dietam, sive Capitulum generale pro interim consulatur. Scholastici autem prædicti omnes, & singuli adinstar reliquorum Monachorum in præfato Monasterio S. Pauli degentium regulari observantiæ incumbant, mentali orationi, certis horis per constitutiones statutis omnino vacare satagant, chorum non omittant, Missarum oneribus, qui Sacerdotio initiati fuerint, satisfaciant, cæterasque monasticas leges inviolate custodiant: Ut tamen omni distractione semota scientiis adipiscendis insistere valeant, eos aliis occupationibus, & præsertim œconomicis curis nemo audeat implicare. Ipsi quoque Scholastici dum in præfato Monasterio S. Pauli commorabuntur, præter quotidianas lectiones, & repetitiones, singulis hebdomadis, semel per ordinem theses disputandas proponant, atque adversus argumenta ea qua Monachos Ordinis S. Benedicti decet modestia, & religiositate defendant, & objecta dissolvant. Quibus litterariis exercitationibus, Abbas Monasterii S. Pauli omnino, totusque ejusdem Monasterii Conventus semper intersint; Quocirca, ut hujuscemodi Scholasticæ concertationes studentium profectum juvent, & non ad inanem pompam excitentur, dictus Abbas hyemali tempore in præfato Monasterio habitet, ut ejus præsentia, auctoritate, & vigilantia regularis observantia non tepescat, & Scholasticorum studia ad scientiarum amorem inflammentur. Dum vero S. Callisti ædes prædictas

inco-

incolent, consuetas lectiones, & repetitiones nentiquam intermittant, & insuper sigillatim Theses ni utraque facultate typis impressas publice tueantur: quæ omnia ut alacrius, facilius, & commodius exequi valeant, tum Lectores, tum Scholastici ab accessu ad Monasterium S. Pauli, festivis diebus exceptis, eximantur; prædicti vero Abbas, & Procurator generalis, eosdem Lectores peculiari beneficentia, & specialibus charitatis officiis prosequantur, ipsique Lectores sexennio in præfato Collegio laudabiliter expleto, a Religione debitis honoribus decorentur. Cæterum Magistris, & Scholasticis prædictis omnibus, & singulis victus, & vestitus, medicinalia, & alia ad vitam necessaria Monachorum Cassinensium more, & dicti Monasterii S. Pauli consuetudine servatis, ab eodem Monasterio cum omni benignitate præbeantur. Ut autem Monasterium ipsum, horum causa nulli subiaceat incommodo, nec magis gravetur, cum de præsenti Lector, & sex Sholastici ab eodem ex suis proventibus substententur; pro alio Lectore, alisque Scholasticis addendis usque ad præscriptum numerum denarium, Procurator Generalis dictæ congregationis, eidem Monasterio, cum effectu, sine mora singulis annis persolvat scuta sexcenta moneta, quæ cum dicta congregatio interusuria debiti sexaginta millium scutorum similium, quo in Monte Novennali nuncupato obstringebatur diminui, & ad minorem quantitatem reduci nuper obtinuerit, ex ea summa, quæ per diminutionem, sive reductionem hujusmodi facta est compendii, præstanda erunt; Cui solutioni, si ullus Procurator generalis pro tempore existens satisfacere neglexerit, vel temere renuerit, ipso facto seclusa omni excusatione, nulloque favente colore, officio, dignitate Abbatiali, ac voce activa, & passiva in perpetuum privatus intelligatur, statimque a præside dictæ congregationis ab officio, gradu, & dignitate depositus, & privatus declaretur, potestate ad eosdem gradus, & dignitates iterum illum assumendi, vel rehabilitandi (Sede Apostolica inconsulta) cunctis penitus interdicta. Quod si præses negligentia, vel conniventia in his exequendis reus extiterit, in easdem pœnas se ipso facto noverit incurrisse. Pecunia vero in accessu ad Collegium, & recessu ab illo, ac in Conclusionibus quolibet anno imprimendis expendenda, a Monasteriis professionis eorundem Lectorum, & Scholasticorum, respective subministrentur. Liceat autem Abbatibus, & aliis præfatæ congregationis Cassinensis Monasteria respective regentibus, nec non etiam aliis Abbatibus, vel Superioribus aliarum congregationum, Monachorum nigrorum tantum sub S. Benedicti Regula militantium, supra præscriptum decem Scolasticorum numerum, præhabito inscriptis præsidis dictæ congregationis Cassinensis, ac Abbatis Monasterii S. Pauli, & Procuratoris generalis præfatorum consensu, alios Monachos Monasteriorum, quibus præsint, Alumnos ad Collegium prædictum mittere, persoluta quotannis dicto Monasterio sancti Pauli, pro eorundem sustentatione, aliisque necessariis convenienti pecunia summa, qui supra numerum mittendi, easdem Collegii leges, statuta, & consuetudines, quibus cæteri Scholastici obnoxii sunt, servare omnino teneantur. Quia vero ad præmissa omnia prorsus exequenda, & firmiter observanda potissimum obstringuntur, & valde conferre possunt ipsimet Religionis Superiores. Idcirca statuimus pariter, & ordinamus, ut in quolibet memoratæ congregationis Cassinensis capitulo generali, post Definitorum electionem, prima die, posthabito omni alio quantumvis graviori negotio, Definitores ipsi diligenter, & serio inquirant, an de iis, quæ in præsentibus litteris continentur aliquid omissum, innovatum, aut a quoquam fuerit in contrarium, seu aliter dispositum: Quod si hæc omnia, & singula non ad unguem servata, & his nostris Apostolicis jussionibus non plene obtemperatum animadverterint, statim emendanda emendent, & corrigenda corrigant, ac omnia ad formam earundem præsentium litterarum in integrum restituant, & transgressoribus, violatoribus, & negligentibus pro culparum gravitate pœnas sumant: Si autem Definitores prædicti in præmissis exequendis desides, remissique extiterint, omnia Capituli generalis acta, promotiones, electiones, provisiones, designationes, & Decreta ipso facto nulla, inania, & invalida fore, harum serie decernimus, & declaramus: Et præterea Abbas Monasteri S. Pauli, & Procurator generalis pro tempore existentes prædicti, in earundem litterarum nostrarum omnimodam executionem minime intendentes, in pœnas privationis gradus, dignitatis, & officiorum, ac vocis activa, & passiva ipso facto se incurrisse noverint, super quibus nonnisi a Sede Apostolica præfata dispensari possit. Denique ut nemo præmissorum ignorantiam valeat allegare, dilecto filio Andreæ Deodato a Neapoli per præsentes committimus, & mandamus, ut easdem præsentes litteras omni cura, & sollicitudine, dilectis pariter filiis Præsidi, Visitatoribus, omnibusque Abbatibus præfatæ congregationis Cassinensis notificare procures, ipseque Andreas Deodatus, qui de præsenti Procurator generalis ejusdem congregationis existit, præmissorum omnium, & singulorum executioni accurate, atque diligenter invigiles, ac de omnibus Nos, & hanc Sanctam Sedem quamprimum reddat certiores. Decernentes ipsas præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod superiores, & Monachi congregationis Cassinensis, & Monasterii S. Pauli præfatorum, aliive quilibet in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, cujuscumque gradus, ordinis, præminentiæ, vel dignitatis, aut alias specifica, & individua mentione, & expressione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque causæ, propter quas præsentes emanarint sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, pia, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, ac incogitato, & inexcogitabili, individuamque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, ad terminos juris reduci, seu in controversiam vocari, aut adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; Sed ipsas præsentes litteras sem-

ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari, & adimpleri; Sicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiam de Latere Legatos, alioſve quoslibet, quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, at quatenus opus ſit, fel. recordationis Pauli Secundi, & aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum de rebus Eccleſiæ non alienandis, aliiſque Apoſtolicis, ac in Univerſalibus, Provincialibuſque Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon congregationis Caſſinenſis, & Monaſterii S. Pauli præfatorum, aliiſque quibuſvis etiam Juramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus, ſtylis, uſibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apoſtolicis etiam congregationi, & Monaſterio præfatis, illorumque ſuperioribus, & aliis perſonis quibuslibet, ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis, in genere vel in ſpecie, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, ac conciſtorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, & quantiſcumque vicibus, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & ſpeciali ſpecifica, expreſſa, ac individua, & de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quavis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata exprimerentur, & infererentur præſentibus pro expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ac pleniſſime, & ampliſſime derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, ut earundem præſentium litterarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die xxii. Martii MDCLXXXVII. Pontificatus Noſtri anno undecimo.

I. G. Card. Sluſius.

Loco † Sigilli.

Hoc opuſculo erectioni memorati collegii plaudit D. Petrus Vecchia. *SSmo Patri domino noſtro Papæ Innocentio XI. in gratiarum actionem pro nova ſtudiorum Collegii erectione Romæ ad majorem monaſticæ Caſſinatum Juventutis eruditionem Oratio D. Petri de Vecchiis Abbatis Caſſinenſis pio in Caſſinenſes alumnos affectu ad ſacrarum ſtudium ſcientiarum hortatoria. Arimini Typis Symbenii* 1687. *Super. Licen.*

Anno 1603. Auguſtiniani, quos vocant diſcalceatos, annuente Ordinario Caſſinenſi, Peſculi Conſtantii ſedem fixerunt in eccleſia S. Angeli, uti conſtat ex monumentis, quæ in noſtro extant archivo. Cur inde abſceſſerint, ignotum. Eorum certe loco Peſculi Conſtantii univerſitas cœnobium ſub titulo D. Jeſus, & S. Mariæ Conſtantinopolitanæ conſtruxit, obtenta ab ordinario Caſſinenſi facultate die 23. Martii 1611. pro Fratribus Franciſcanis Reformatis provinciæ S. Bernardini, qui hactenus ibi magna populi utilitate commorantur.

Sodalitates in oppido Peſculi Cõſtantii.

In ejuſdem oppidi matrici eccleſia inſtituta Ordinarii decreto die 22. Martii 1624. ſodalitas a Rectore, preſbyteriſque ſub Deiparæ in cœlum aſſumptæ nomine, quæ non modicos deinde progreſſus fecit ob magnam, qua ejus alumni chriſtianam doctrinam rudes edocent, charitatem.

Cœnobium Capuccinorum.

Initio hujus ſæculi conſtructum in oppido Citrarii eſt monaſterium Capuccinorum, qui hactenus ibi magna cum laude ob vitæ ſanctimoniam perſeverant.

Et Franciſcanorum.

Barreæ quoque univerſitas attributis ducatis mille, quæ Hieronymus Campanile legaverat, additiſque aliis mille cœnobium conſtruendum curavit pone eccleſiam S. Mariæ Gratiarum della Baja, in quod aſſentiente Caſſinenſi Abbate invecti Franciſcani Reformati provinciæ S. Angeli montis Gargani, illiſque conceſſa ea eccleſia eſt, ut hoc decreto liquet: *Attento pio ſupplicantium deſiderio, & eorum communi conſenſu per publicum conſilium jam tranſmiſſum, bona vita, morum qualitate, & exemplaritate venerabilium Fratrum minorum de obſervantia S. Franciſci, pro quibus ſupplicatur, cognito etiam, quod in loco, & conventu erigendo iidem ſubſtentari comode poſſunt ſecundum diſpoſitionem D. N. PP. Clementis Octavi, abſque aliorum detrimento, & viſa concordia habita inter reverendum Capitulum Vallis Regiæ ſuper ejus prætenſionibus in eccleſia S. Mariæ deſignata pro dicto conventu cum RR. Miniſtro, & Deffinitoribus eorundem Ven. Fratrum ex quo in Domino ſperamus petitam novam Conventus erectionem valde profuturam animabus ſubditorum noſtrorum, annuimus eidem, concedentes jus erigendi conventum prædictorum Fratrum in loco præfixo, ſalvis tamen ſuperioribus noſtris juribus Viſitationis, & omnibus aliis quibuſcumque per S. C. T. epiſcopis locorum ordinariis reſervatis, ac jure ſepulturæ ſolvi ſoliti pro mortuis in dicta eccleſia ſepeliendis Sac. monaſterio antedicto, & miniſtris ejus, & non aliter nec alio modo. Datum in S. Germano die* 28. *Junii* 1604. *Locus † Sigilli.*

D. Petrus Paulus Vicarius Caſſinenſis, & cauſæ Commiſſarius. Hector Tutillus, C. Plura tamen ejus ordinarii conſenſu inita pacta inter Capitulum S. Thomæ ejuſdem oppidi, ac Franciſcanos, quoad ſepeliendos mortuos, celebrandaſque a beneficiatis miſſas, ejus conventus poſſeſſio capta die 29. Junii 1604. a Fratre Angelo a Ripatranſona Miniſtro Provinciali, ut inſtrumento conſtat ſtipulato

a no-

a notario Paulo Russo ex eodem oppido. Erat hæc S. Mariæ ecclesia, cœnobio nostro S. Angeli Vallis Regiæ adnexa, atque ab Andrea Larinensi episcopo, civeque Barreensi consecrata an. 1345. precibus Benedicti monachi Cassinatis, & Præpositi S. Angeli; ut hoc instrumento constat.

Ex originali in Archivo.

In Christi nomine Amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo quadragesimo quinto die vicesimo sexto mensis Junii, tertia decima indictionis: Pontificatus SSmi Patris, & domini dñi Clementis divina providentia Papæ sexti anno quarto. Nos Fr. Andreas de Valleregia dei, & apostolicæ sedis gratia episcopus Alarinensis, ac Magister secreta reginalis capellæ Universis tam præsentibus, quam futuris præsentes litteras inspecturis notum facimus, & testamur, quod ad invitationem, rogationem, & requisitionis instantiam venerabilis viri Fratris Benedicti de Atino monachi Cassinensis, ac præpositi monasterii S. Angeli de Valle regia, ecclesiam S. Mariæ de terra prædicta, capellam monasterii prælibati Cassinensis diœcesis præstitulato die consecravimus, seu dedicavimus, nec non altare majus dictæ ecclesiæ cum duobus aliis altaribus, vid. S. Nicolai, & S. Andreæ sitis, & constructis in eadem ecclesia ad honorem dei, & Virginis gloriosæ, cujus prædicta ecclesia est insignita vocabulo, ac prædictorum Sanctorum consecravimus, omnibus juris sollemnitatibus observatis, quæ in talibus requiruntur, remittentes, & in domino relaxantes, omnibus christi fidelibus vere pœnitentibus, & confessis, qui ad prædictam basilicam accesserint causa devotionis, & orationis prædicto die consecrationis ejusdem, de injunctis sibi pœnitentiis annum unum, ac deinde omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui de cætero ad eandem basilicam in quolibet anniversario dedicationis ipsius, & in singulis diebus, seu festivitatibus Natalis Domini, S. Stephani, S. Johannis evangelistæ, SS. Innocentium, S. Sylvestri, Circumcisionis domini, Epiphaniæ, Septem diebus Dominicæ Passionis, Resurrectionis Dominicæ cum septem diebus sequentibus, Ascensionis Dñi, Pentecostes cum duobus diebus, qui subsequuntur, Nativitatis S. Johannis Baptistæ, Festivitatum omnium beatissimæ Virginis Mariæ, duodecim Apostolorum, B. Laurentii, Dedicationis B. Michaelis, sollempnitatis omnium Sanctorum, Sanctissimi corporis domini nostri Jesu Christi, ac singulis diebus dominicis causa devotionis, & orationis accesserint, de omnipotentis dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli, ac beatissimi Pardi episcopi, & confessoris, cujus patrocinio communimur, auctoritate confisi, quatragiinta dies de injunctis sibi pœnitentiis misericorditer in domino remittimus & etiam relaxamus. In quorum omnium supradictorum testimonium certitudinem, & cautelam præsentes nostras patentes litteras exinde fieri fecimus, nostri pontificalis sigilli pendentis munimine roboratas. Datum in Valleregia, anno, die, mense, Pontificatu, & indictione premissis. Loco ✠ Sigilli.

Erat ea ecclesia Barreæ parochia, ut ex concessione retinendi baptismi fontem a Fr. Christophoro præposito S. Angeli ecclesiæ S. Thomæ facta constat. Id etiam patet ex indulgentiis a quinque Cardinalibus altari S. Mariæ Nivis, in eadem parochiali ecclesia posito concessis hisce litteris.

Rodericus Portuensis. Oliverius Sabinen̄. Episcopi, Philibertus Tit. SS. Johannis, & Pauli Johannes Michael tituli S. Marcelli, & Ferricus tituli S. Vitalis presbyteri, miseratione divina Sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinales. Universis, & singulis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, salutem in domino sempiternam. Quanto frequentius fidelium mentes ad opera devotionis inducimus, tanto salubrius animarum suarum saluti providemus. Cupientes igitur, ut cappella S. Mariæ de Nive, situata in parochiali ecclesia etiam B. Mariæ de la Baja prope, & extra muros castri Vallis Regiæ nullius diœcesis, sed de territorio, & jurisdictione Abbatis monasterii montis Cassinensis, quod immediate sedi Apostolicæ subiectum existit, congruis frequentetur honoribus, & a Christifidelibus jugiter veneretur, nec non in suis structuris, & ædificiis debite reparetur, conservetur, manuteneatur, ac libris, calicibus, luminaribus, ornamentis ecclesiasticis, & rebus aliis pro divino cultu necessariis decenter muniatur, utque Christifideles ipsi eo libentius devotionis causa confluant ad eandem, & ad reparationem, conservationem, & manutentionem, & munitionem hujusmodi manus promptius porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono cœlestis gratiæ uberius conspexerint se refectos. Dilecti nobis in Christo Dominici Matthæi Machemorea presbyteri oriundi de dicto loco, qui, ut accepimus, ad eandem Capellam singularem geris devotionem, super hoc humiliter porrectis supplicationibus inclinati. Nos Cardinales præfati, videlicet quilibet nostrum, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis Christifidelibus utriusque sexus vere pœnitentibus, & confessis, qui dictam capellam in Nativitatis Domini nostri Jesu Christi Assumptiones Nativitatis, & Visitationis B. Mariæ Virginis, ipsiusque capellæ, Dedicationis diebus festivitatum a primis vesperis usque ad secundas Vesperas inclusive devote visitaverint annuatim, & ad præmissa manus porrexerint adjutrices pro singulis festivitatum diebus prædictis, quibus id fecerint, ut præfertur, centum dies de injunctis eis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus; præsentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium præmissorum litteras nostras hujusmodi fieri, nostrorum solitorum sigillorum jussimus appensione muniri. Datum Romę in domibus nostris sub anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo tertia die vero vicesima quinta mensis Januarii. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & domini nostri domini Sixti divina providentia Papę quarti anno XII. Locus † † Sigillorum. A. Generis. Cum vero in literis Fr. Christophori ecclesiæ S. Thomæ, quæ modo parochia hujus oppidi est, fit mentio, quare hic pretium erit ejusdem consecrationem a Jacobo Triventino episcopo factam referre.

Jacobus Dei gratia Treventinus episcopus ad futuram rei memoriam. Ex debito pastoralis officii quilibet prælatus tenetur astrictus plebem sibi commissam monitis, & exhortationibus inducere, docere, ac etiam persuadere, ut cum in celebratione Missarum elevatur hostia salutaris, quę juxta verbum Apostoli, verum corpus Christi existit, flexis genibus, inclinato capite, oculis demissis ad terram, & commotis pietatis visceribus, se devote reverenter inclinet;

illud etiam faciat, cum eam presbyter portat in decenti habitu ad infirmum. Nos enim auctoritate dei omnipotentis, & beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & nostra omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui in ecclesiis Beatorum Thomasii, & Francisci de Valle regia, quas nos duximus consecrandas, cum missarum solemnia celebrantur ibidem reverenter se inclinaverit cum elevatur in altari hostia salutaris, & eum eam presbyter portat in decenti habitu ad infirmum, quadraginta dies de injuncta sibi pœnitentia misericorditer in Domino relaxamus, dummodo ad id loci Diocesanus prestet assensum. Data apud castrum de Sangro secundo mensis Aprilis XIII. Indictione, anno Incarnationis Dominicę millesimo tercentesimo. Pontificatus domini Bonifacii Papę VIII. Anno VI. Locus† Sigilli pendentis &c. Huic quoque ecclesiæ indulgentiæ plures affixæ, ex quibus nos hic aliquas dumtaxat proferemus, potissimum quæ a Thoma Abbate nostro concessæ sunt.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Nos Dei gratia Thomas Abbas Cassinēsis, Landonus Nolanus, Nicolaus Senien. Fr. Nicolaus Turribulen. Fr. Jacobus Calcedon. Thomasius Toronen. Fr. Maurus Amelien. Stephanus Opiten. Nicolaus Capritanus, Landulphus Brixinen. Fr. Chonus Salvinen. episcopi salutem in Domino. Pia mater ecclesia de filiorum suorum, quos spiritualiter genuit salute sollicita, devotionem ipsorum quasi quibusdam allectivis muneribus, indulgentiis videlicet, & peccatorum suorum remissionibus invitare consuevit ad debiti famulatus honorem Deo, sanctis quoque, nec non eorum sacris diebus impendendum, ut quanto idac crebrius, & devotius confluit populus Chr stianus, tanto celerius delictorum suorum veniam, & gaudia consequi mereantur eterna. Cupientes igitur ecclesiam B. Thomę apostoli de castro Vallis Regia subiecta monasterio S. Angeli ejusdem castri prosequi spiritualium nostrorum munerum largitate, & nostros thesauros ecclesię Christicolis aperire, quorum allecti salutari dulcedine ad ipsam ecclesiam in mentis jubilo, & voce exultationis nunc ita Deum, per speculum in enigmate venerantes, honorantes, adorantes accedant, ut ipsum tunc facie ad faciem venientem super eos judicem securi valeant contemplari. Omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui ad dictam ecclesiam in singulis subscriptis festivitatibus, videlicet ipsius B. Thomę, Nativitatis, Circumcisionis, Epiphanie, Resurrectionis, Ascensionis Domini, & Pentecostes, Nativitatis, Annunciationis, Purificationis, & Assumptionis B. Mariæ gloriosę, Beatorum Petri, & Pauli, & aliorum Apostolorum, Commemoratione omnium Sanctorum, Laurentii, Vincentii, & Stephani Martyrum, Nicolai, & Martini Confessorum, Sanctarum quoque Catharina, Agatha, Agnetis, & Lucia virginum, & in omnibus diebus Dominicis, ac in dedicatione ipsius ecclesię & per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes devote accesserint annuatim, vel qui ad fabricam, luminaria, ornamenta, seu alia necessaria ipsius ecclesię manus porrexerint adjutrices, aut qui in bona sui corporis sanitate, seu etiam in extremis laborantes quicquam suarum predicta ecclesia legaverint facultatum, de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, ac SSma virginis Maria omniumque Sanctorum auctoritate confisi, singuli nostrum singulas quadraginta dierum indulgentias de injunctis eis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus, dummodo diœcesana voluntas ad id accesserit, & consensus; In cujus rei testimonium presentes litteras nostrorum sigillorum fecimus appensione muniri. Datum Anagnia anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, Pontificatus SSmi Patris dñi Bonifacii PP. VIII. anno V. indictione XII. mensis Junii,

Loci Sigillorum † † † † † † † † † † †.

Visitaverat semper ecclesiam S. Mariæ Bajæ Abbas noster ut Ordinarius, quodque ejus propria esset, illudque sibi jus expresse reservaverit in concessione Franciscanis facta. Verum cum an. 1646. Vicario generali Cassinensium eam visitare haud permisissent Franciscani, instituta lis est in Sac. Congregatione Concilii, a qua hæc pro nobis sententia pronunciata. In causa Montis Casini juris visitandi *die 17. Septembris 1650. sacra Congregatio EE. Cardinalium Concil. Trid. Interpretum censuit, Abbati montis Casini competere jus visitandi ecclesiam S. Mariæ Gratiarum della Baja existentem extra oppidum de Barrea alias concessam Fratribus Minoris observantia S. Francisci. Petrus Aloysius Cardinalis Carrafa, Franciscus Paulutius Sac. Congregationis Concilii Secretarius. Gratis etiam quoad scripturam. Locus †. Sigilli impressi.* Quo decretum istud executioni demandaretur expeditum est a Prospero Cattarello Rev. Cam. Apost. Auditore monitorium penes acta Francisci Serantonio notarii Cam. apostolicæ die 17. Septembris 1650., intimatumque Franciscanis die 23. Septembris ejus anni. Nil deinceps ab iis innovatum, deguntque ibi hactenus magna illius oppidi spiritualis utilitate.

Concesserat die 28. Martii 1621. D. Paulus Parmensis Cassini Abbas Fr. Bonaventuræ ab Istro Ministro provinciali provinciæ Neapolitanæ Ordinis S. Francisci Minorum Conventualium facultatem construendi conventum pone ecclesiam S. Mariæ Misericordiæ in oppido S. Victoris, cujus redditus eidem ea lege attribuit, ut tres ibi Religiosi degerent, quorum unus magister in S. Theologia esset præter Conversum, ut decreto constat integre excripto in instrumento inter D. Hieronymum Fracensem Priorem, & Locumtenentem ad hæc deputatum ab Abbate, atque memoratum Fr. Bonaventuram stipulato die 14. Aprilis 1621. notario Luca Pagliaro Sangermanensi, Perstitere ibi Franciscani, quousque decreto Innocentii X. parvi conventus extincti sunt. Perstat hactenus hæc ecclesia cum suis redditibus, quibus eleemosynæ ad celebranda missæ sacrificia pro benefactoribus erogantur.

Cœnobium S. Francisci in Oppido S. Victoris.

Testamentum condiderat Scipio ex nobili, vetustaque apud Sangermanenses Pignataria gente die 29. Aprilis 1638. in scriptis clausum penes acta notarii Antonii Pagliaro, quod apertum publicatumque est die 3. Maji ab eodem notario, in coque, præter alia quædam legata, heredem ex asse instituit Urbem S. Germani ea lege, ut Electi cœnobium Sanctimonialium construendum curarent cui bona omnia sua cederent. Ædificari ceptum hujusmodi cœnobium an. 1639. die 8. Aprilis, quo primum ejus lapidem solemni ritu jecit Abbas D. Desiderius. Completo cœnobio

Parthenon sanctæ Scholasticæ.

bio hæc bulla ab Urbano VIII. obtenta.

Ex originali in Archivo.

Urbanus episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Vicario dilecti filii Abbatis monasterii montis Cassinen. in Spiritualibus generNlis, nullius diœcesis salutem & apostolicam benedictionem. Ex debito pastoralis officis nobis ex alto commissi, ad ea libenter intendimus, per quæ monasteria, aliaque loca regularia, præsertim sanctimonialium, in quibus prudentes virgines spretis hujus mundi illecebris habituque religionis assumpto uni sponso Jesu Christo, qui speciosus est præ filiis hominum voto celebri virginitatem suam præstare, & continuis precibus, spiritualibusque exercitiis per innocentis vitæ merita divinam ultionem peccatis nostris assidue provocatam avertere, ac æternam beatitudinem promavere valeant ubique a fidelibus construantur, necnon personæ ad id opportunæ subventionis auxilia conferentes sui suorumque posterorum honoris incrementa propterea reportasse latentur. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum universitatis, & hominum oppidi civitatis nuncupati S. Germani nullius diœcesis provinciæ Capuanæ Jurisdictionis pro tempore existentis Abbatis monasterii montis Cassinensis nuncupati Ordinis S. Benedicti petitio continebat, quod alias videlicet de anno domini millesimo sexcentesimo trigesimo octavo, quondam Scipio Pgnatarius incola dum vixit, dicti Oppidi inter cætera per eum pie disposita, assignatisque diversis legatis in suo ultimo, quod condidit, & sub cujus dispositione ab humanis decessit, testamento, devotionis, & caritatis zelo ductus, ad Dei omnipotentis, necnon S. Scholasticæ laudem, & gloriam ac divini cultus incrementum, animarumque salutem heredes suos universales universitatem & homines dicti oppidi in omnibus ejus bonis hæreditariis, de quibus legitime disponere poterat, tam tunc præsentibus, quam futuris: ita tamen, quod electi dicta terra infra certum tunc expressum tempus sub pœna caducitatis unum monasterium monialium, sub titulo ejusdem S. Scholasticæ in dicto oppido erigi curarent, instituit, ac alias prout in dicto testamento plenius continetur. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, dicti monasterii fabrica infra tempus præfixum inchoata, & quasi omnibus numeris ad formam monasterii absoluta existat, illiusque ecclesia ad celebrandum apta, & ornamenta ecclesiastica pro ecclesiæ servitio necessaria jam præparata sint, dictumque monasterium, ut præfertur, erigendum in septincentis ducatis monetæ regni Neapolitani quatrincentos, & triginta ducatos auri de camera, vel circa, ut asseritur, constituentibus ex bonis hæreditariis, ut petitur assignatis realiter, & cum effectu dotatum reperiatur pro parte universitatis, & hominum prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus in præmissis, ut infra opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui religionum, divinique cultus, ac piorum operum propagationem nostris potissimum temporibus vigere sinceris desideramus affectibus, singulares personas universitatis, & hominum hujusmodi a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati ex voto congregationis venerabilium Fratrum nostrorum, negotiis, & consultationibus episcoporum, & regularium præpositorum, discretioni tuæ, cum sicut asseritur, Abbas dicti Monasterii particulare, & separatum territorium habeat, & jurisdictionem quasi episcopalem in dicto oppido, & aliis sibi subjectis locis, & oppidis exerceat per apostolica scripta mandamus, quatenus si tibi de præmissis, quodque dictum monasterium sic erigendum in dictis septincentis ducatis realiter, & cum effectu, ac valide, & perpetuo modo quo supra dotatum existat, ut petitur, legitime constiterit, & non antea, nec alias in prædicto oppido fabricam in formam monasterii hujusmodi extructam, postquam ad formam Monasterii reducta, quatenus non dum sit, & debita ac convenienti clausura munita fuerit in monasterium monialium sub invocatione S. Scholasticæ Ordinis S. Benedicti cum ecclesia jam, ut petitur, constructa, Campanili, Campanis, Cœmeterio, Claustro, refectorio, dormitoria, hortis, hortalitiis cæterisque officinis, & membris necessariis, & opportunis pro perpetuis usu, & habitationibus unius Abbatissæ, & viginti monialium cum dote tercentorum Ducatorum pro qualibet, qui pro hac vice in bonis stabilibus ab omni censu, canone, fideicommisso, caducitate, & hipoteca prorsus liberis, seu censibus tutis, & securis omnino investiri debeant in dictum monasterium introducendarum quæ in communi vivere debeant, & dilecti filii Johannis Loisii de Nacci, & post illius obitum Josephi Grimaldi, qui dicto monasterio pro cavellanis deservire & ab Ordinario approbari debebunt ex mente dicti testatoris cum salario quinquaginta Ducatorum monetæ hujusmodi triginta ducatos auri hujusmodi, vel circa, ut etiam asseritur constituentium, auctoritate nostra, sine alicujus præjudicio perpetuo erigas, & instituas, illique sic erecto, & instituto pro ejus congrua dote, ac illius Abbatissæ, & monialium in illo pro tempore existentium commoda substentatione onerumque illis incumbentium supportatione dictos septincentos ducatos monetæ prædictæ, aliaque illi actenus forsan donata, & erogata jura, seu bona in quibusvis locis illa existunt, & in quibusvis rebus consistant, ac omnia alia proprietates, census, obventiones, & emolumenta quæcumque in perpetuum, vel ad tempus pro augumento bonorum & redditunm dicti monasterii, ut petitur, erigendi, illiusque intuitu, & contemplatione in eleemosinam, aut alias quandocumque, & qualitercumque, licite tamen elargienda, donanda, & assignanda ex nunc, prout ex tunc, & e contra postquam elargita, donata, assignata, & erogata fuerint; Itaquod liceat ipsius monasterii vigore earundem præsentium erigendi Abbatissa, & conventui pro tempore existentibus corporalem, realem, & actualem illorum omnium, ac Jurium, & pertinentiarum suorum quorumcumque, possessionem per se, vel successores suos legitimos nomine earum monasterii, propria auctoritate libere apprehendere, & apprehensam perpetuo retinere, fructus, quoque, redditus, proventus, obventiones, & emolumenta quæcumque ex eis provenientia percipere, exigere, levare, recuperare, locare, arrendare, ac in monasterii prædicti, illiusque Abbatissæ, & monialium pro tempore existentium communes usus, & utilitatem convertere.

Dum-

Diœcesani loci, vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita, dicta auctoritate, & perpetuo applices, & appropries. Nos enim si erectionem & institutionem, ac applicationem, & appropriationem hujusce modi per te vigore earundem præsentium fieri contingerit, ut petitur, monasterium prædictum, & illius pro tempore existentes Abbatissam & Conventum, & moniales, & proprietates, bonaque universa mobilia, & immobilia præsentia, & futura cujuscumque quantitatis, qualitatis, generis, speciei, & naturæ existentia, visitationi, correctioni, obedientia, superioritati, & omnimode jurisdictioni in spiritualibus, & temporalibus nunc & pro tempore existentis Abbatis montis Cassinensis prædicti Apostolica auctoritate earundem tenore præsentium supponimus, & submittimus, ac eidem Abbati quæcumque statuta, ordinationes, capitula, & decreta ad monasterii sic erigendi, illiusque personarum, rerum, & bonorum spiritualium, & temporalium curam, regimen, & guberninum, administrationem, directionem, & prosperum statum, ac ipsarum Monialium receptionem, admissionem, numerum, statum, ætatem, qualitatem, victum, amictum, instructionem, disciplinam, formam precum, orationum, & aliorum suffragiorum, ac puellarum in illud introducendarum instructionem pertinentia, & alia utilia, & necessaria, licita tamen, & honesta, sacrisque canonibus, & constitutionibus, ac ordinationibus apostolicis, conciliorumque generalium, præsertim Tridentini decretis regularibusque institutis prædicti ordinis non contraria faciendi, & quoties pro rerum, & temporum qualitate, seu alias expediens videbitur illa immutandi, corrigendi, moderandi, & in melius reformandi, & alia ex integro condendi, quæ postquam condita fuerint a Monialibus pro tempore existentibus prædicti monasterii firmiter, & inviolabiliter sub pœnis excommunicationis observari, & adimpleri debeant, licentiam, & facultatem impartimur. Nec non monasterio sic erigendo, illiusque Abbatissæ, Monialibus, & personis pro tempore existentibus, ut omnibus, & singulis privilegiis, facultatibus, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, prærogativis, præeminentiis, cautelationibus, concessionibus, indultis, indulgentiis, aliisque favoribus, & gratiis, tam spiritualibus, quam temporalibus, quibus alia monasteria Monialium Ordinis, ex instituto hujusmodi illarum partium eorumque Abbatissæ, & Moniales, ac alia persona in genere, vel in specie etiam per viam simplicis communicationis, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, ac poterunt quomodolibet in futurum similiter, & pariformiter, ac sine ulla prorsus differentia, & æque principaliter, dummodo tamen sint in usu, & a tenus revocata, aut sub aliqua revocatione comprehensa non fuerint, ac Sacris Canonibus, maxime verò Concilii Tridentini decretis non adversentur, aliisque apostolicis constitutionibus, & ordinationibus, ac dicti Ordinis regularibus institutis non repugnent frui, uti, potiri, & gaudere possint, & valeant in omnibus, & per omnia, perinde ac si illa Monasterio sic erigendo, illiusque Abbatissa, & Monialibus, ac personis specialiter & expresse concessa essent; Nec non honestas puellas educationis causa in prædicto monasterio, in quo ad hunc effectum particularis locus idoneus a cellis Monialium, & loquutorio separatus construi debeat vita," moribus, & ætate qualificatas cum solito salario, seu emolumentis, habita in primis licentia a Congregatione dictorum Cardinalium, negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum, & non alias recipere libere, & licite possint, & valeant, auctoritate, & tenore premissis de speciali gratia indulgemus; ac demum eidem Abbati per Monialium in dictum monasterium erigendum hujusmodi sub hoc illius exordio interducendarum felici directione, ac omni ritu, moribus, & regularibus institutis instructione duas ex alio monasterio Moniales Ordinem prædictum, seu alium expresse professas vita probitate laudatas ac in regendo, & gubernando experientia præditas, & ad id voluntarias a secundo dicto monasterio de superiorum licentia, & consensu educendi, ac ad monasterium, ut petitur, erigendum hujusmodi, ita ut in illo earum vita durante, si ita illis videbitur permanere possint & valeant, & in numero prædictarum viginti monialium computari debeant, & per earum consanguineas, gravesque, & honestas Matronas associari, & ab uno monasterio ad aliud earundem Monialium oris parte velata absque diverticulo recta tendere via," nullibique nisi causa hospitii, & tunc nonnisi apud honestas personas pernoctare possint, transferendi plenam liberamque facultatem etiam concedimus, easdemque præsentes semper validas, & efficaces existere, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis observari debere, neque sub quibuscumque similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, & aliis contrariis dispositionibus etiam per nos, & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, sub quibuscumque verborum expressionibus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis pro tempore factis comprehendi, vel confundi, sed ab illis semper, & perpetuo excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori. Datum, quandocumque eligenda concessa esse, & fore, sicque, & non alias per quoscumque judices etiam causarum palatii apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere legatos, & sedis apostolica Nuntios judicari, & definiri debere, & si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus non obstantibus premissis, ac Apostolicis etiam in synodalibus universalibusque, & provincialibus conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicæ millesimo sexcentesimo quadragesimo tertio XV. Kal. Aprilis Pontif. nostri anno vigesimo primo. Mar. . . . . Clã. F. Ruberius. D. Huolus pro comp. C. Mancinus pro sp. S. Fonzeca. Gtt. Capponus: Servadon Cap. ocl. ☧ Dan. H. Bagnol. S. Ugolinus. D. Fabrinus. Cap. Fabrinus Rentius, Johannes Viarius Cap. B. Brunorus Rec. Toc. Nihil quoad annatam & X^Vm. E. Forullosus Receptor Generalit. Visa. P. Gentilis. B. Astius: Forasa t. adest. Regesta in Camera Apostolica. Jacobus Simoncellus Mensarius. Adest sigillum plumbeum pendens &c. Executioni hæc bulla demandata est die 13. Aprilis 1644. a D. Oderisio Neapolitano Vica rio

rio generali Cassinensi, erectum cœnobium sub invocatione S. Scholasticæ Virginis, dieque insequenti invectæ in idem cœnobium Moniales D. Apollonia Ferdinandi a Ponte curvo, & D. Maria Johanna Cedroni Sangermanensis professæ cœnobii S. Mariæ Ripæ Pontiscurvi Ordinis S. Benedicti, a quo debitis Romani Pontificis facultatibus extractæ fuerant, quarum prima Abbatissa, altera Prior, & Magistra Novitiarum constituta est ab Abbate Cassinensi. Augeri statim ceptum hujusmodi cœbium perstatque hactenus, & Sanctimonialium numero, & observantia Monastica spectabile. Eodem in gradu confirmatæ ab Abbate nostro prævia Sacræ Congregationis facultate memoratæ Sanctimoniales elapso triennio, quod nullæ ibi essent, quibus gradus ille competeret. Cum vero ea lege præstandum id esse. Sac. Congregatio decrevisset, ti administrationis suæ rationes exactæ reddidissent, refugerunt Sanctimoniales causatæ, Monialibus se jam exhibuisse, ab iisque probatas. Ut refractarias in cassum admonitas cohiberet hac Abbati nostro Epistola jussum.

Reverendo Padre.

Sentendosi, che le due Monache condotte con autorità Apostolica da Pontecorvo per Institutrici di cotesto nuovo monasterio dell' ordine Cassinense, e soggetto à V. P. anche come ordinario del luogo havendo compito il triennio delle cariche da loro esercitate di Abadessa, e Vicaria, negano di dar conto dell' amministrazione precedente, pretendendo che basti haverlo dato alle monache. Questi miei Signori Eminentissimi inerendo al Sacro Concilio di Trento, e a decreti generali della sagra Congregazione, m' hanno commesso di soggiungerli, che con le sue ordinarie facoltà, e con quei rimedii, che stimerà oportuni, e di Giustitia astringa le due nominate, e gli esattori, Fattori, & ogn' altro, ch' averà maneggiato l' entrate dell' istesso Monasterio, ad esibirle i libri, e renderli conto della loro amministrazione. Così esegnisca quanto prima con avvisar me distintamente, dell' operato, & io alle sue orationi mi raccommando. Di Roma 5. Luglio 1647. Al Piacer di V. P. M. Cardinal Ginnetti L' Arcivescovo di Patrasso Segretario. Verum certiores factæ hujus epistolæ a procuratore suo Sanctimoniales, rationes reddiderunt, antequam promulgaretur, quod hactenus faciunt.

Sanctimoniales onere solutæ.

Testamenti Pignatarii vi debebant moniales quotannis capellano, qui missam quotidie celebraret, quinquaginta ducata persolvere. Cum ego Vicarius tum generalis testamentum relegerem, in suspicionem incidi extinctum onus hujusmodi ob mortem Josephi Grimaldi unius ex iis quos testator in hujus capellaniæ partem adsciverat. Nec vanam fuisse conjecturam Sac. Congregationis cui dubium fuerat propositum responso ostenditur edito 26. Aprilis 1698.

Urbs quoque S. Germani publicis Comitiis statuit die 30. Julii 1696., ut S. Scholastica Protectrix Urbis deinceps haberetur, ejusque Festum, ac si de præcepto esset, celebraretur ab ejus Incolis, ejusque rei a S. Sede Decretum obtineretur, atque quotannis ad ejus festum solemnius celebrandum decem ducati Sanctimonialibus præberentur, quamobrem Regius assensus habitus die 31. Maii 1698., qui inter monumenta hac de re in Archivo nostro contenta asservatur.

Parthenon apud Taliacotium.

De vetustissimo Sanctimonialium cœnobio SS. Cosmæ, & Damiani apud Taliacotium nobile in Aprutio ultra oppidum hoc sæculo agendum duximus, quod hoc potissimum tempore, & illud subiectione nostra absolverimus, præcipueque lites quod ad ejus ecclesiam sint institutæ. Quonam potissimum tempore fundatum sit hoc cœnobium, incertum. Illud constat, ante sæculum XI. subiectam fuisse Cassinatibus ecclesiam S. Cosmi in Sylvis, ut constat ex privilegiis cœnobio nostro concessis ab Otthone II. an. 980., in quo hæc leguntur: *In Marsicano comitatu S. Cosmas in Sylva &c.* ab Henrico II. an. 1014., ubi inter alias ecclesias memorantur illæ *S. Angeli in Alba, S. Angeli in Carciolo, nec non S. Sebastiani, & S. Angeli in Trasaquis, S. Cosma in Sylva.* Ab Conrado II. an. 1038., ubi legitur: *In Marsicano Comitatu cellam S. Benedicti. &c. S. Salvatoris in Avezzano, & S. Cosma in Sylva, S. Benedicti in Sella &c.* Earundem ecclesiarum mentio in privilegio Henrici III. an. 1047., quæ omnia in Diss. I. dabimus. Illud abs dubio credendum concessam deinde a Cassinatibus hanc ecclesiam, ut parthenon Ordinis S. Benedicti ibi excitaretur, nam id & vetustissimus a Monialibus perpetuo solutus census ostendit, cujus mentio est in regesto II. Bernardi an. 1273. p. 529. at., & earum jurisdictioni nostræ subiectio ecclesiæ, ac clericorum, ut mox dicendum. Phœbonius in Marsorum Historia lib. 3. p. 221. hisce verbis cœnobium describit: *Antequam oppidi fundamenta jacerentur, erat locus ille silvis consitus, inter quas aliquas domunculas, occasione Monialium sub S. Patriarcha Benedicti famulatu viventium Monasterii, unde SS. Cosma, & Damiani in Sylvis nomen, sub nascentis oppidi exordium extructas fuisse, ut virginibus in agrorum cultura rusticani inservirent, cujus quidem monasterii licet primordia ignorentur, ædificiorum tamen structura longæva redolet vetustate, & sub nascentis illius [illegible] Religionis incunabula in illo recessu sacrarum Virginum cœtum adnatum, non levibus argumentis persuasum habemus; incrementum postmodum ex novo num colonum concursu sumens in oppidi formam crevisse; nomenque illi seu Taliacotium &c. & p. 223. Est alia in ordine quinta in permedullo oppidi nobiliori structura compacta in honorem Sanctissimorum Martyrum Cosmæ, & Damiani olim Cassinensium Patrum Conventus, nunc ex cessione Monialium ejusdem ordinis in Sylvis dictarum ante incolatum oppidanorum cum Monachorum monasterio excitata apostolicæ sedi ex Clementis V., & Gregorii IV. summorum Pontificum indultis immediate subiecta, sub regimine tamen Cassinensis Abbatis, &c.* Labitur vero, dum pro Clemente III. quintum, & pro Alexandro IV., Gregorium IV. nominat. Hinc fabulam esse videas ædificatam hanc ecclesiam ab oppidanis, a quibus fuerit etiam Sanctimonialibus concessa.

Emendatur Phœbonius.

Sub Apostolicæ sedis protectione.

Cœnobium istud cum bonis suis omnibus sub apostolicæ sedis clientela recepit Alexander III. an. 1171. hoc diplomate, quo inter alias ecclesiam illi S. Mariæ de Sorbo confirmat, medietatemque oblationum, quæ in ecclesiis Taliacotii certis quibusdam festivitatibus reciperentur, & earum, quæ dari solebant pro mortuis.

Ale-

Alexander Episcopus servus servorum Dei. Dilectis in Christo filiabus Aduisa Abbatissa monasterii S. Cosma de Talliacotio, ejusque sororibus, tam præsentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Quotiens illud a nobis petitur, quod religioni, & honestati noscitur convenire, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter dilectæ in Domino filiæ vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatum monasterium, in quo divino mancipatæ estis obsequio, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste, & canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis, & iis, quæ post vos successerint, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis ecclesiam S. Viti cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam S. Johannis de Camorata cum pertinentiis suis, tertiam partem ecclesiæ S. Andreæ, quæ est in Clereto, medietatem oblationum, quæ in ecclesiis castri de Talliacozo in sollemnitatibus Paschæ, & Natalis Domini, & medietatem de oblationibus mortuorum. Sepulturam majorum hominum præfati castri, Sepulturam Podii Busara cum medietate oblationum mortuorum. Decimas molendinorum, quæ sunt in Valle SS. Cosmæ, & Damiani, & in alveo suo. Triginta modios sementaricios terræ, vineas, terras, sylvas, domos, casularia, quæ in prædicto castro habetis, duo molendina, viginti duos pedes terrarum, de quibus homines vestri monasterii sunt infeodati. Ecclesiam S. Mariæ de Sorbo cum omnibus pertinentiis suis. Præterea refutationem eorum nobis promissam, quam nobilis vir Bartholomæus de Talliacozo de pravis consuetudinibus, quas a vestro monasterio exigebat coram personis pluribus fecit, ratam, & firmam habentes, auctoritate apostolica prohibemus, ne consuetudines ipsas idem Bartholomæus, vel heredes ejus aliquo tempore in monasterium exercere præsumant. Decernimus ergo, ut nulli omnino liceat prædictum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia, & integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate, & Cassinensis monasterii debita justitia, & reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo, tertiove commonita, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore & sanguine Dei, & domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æterna pacis inveniant. Amen Amen Amen.



Ego Alexander Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.



† Ego Ubaldus Hostiensis Episcopus ss.

† Ego Bernardus Portuensis, & S. Rufinæ Episcopus ss.

† Ego Johannes Presbyter Cardinalis Sanctorum Joannis & Pauli tituli Pamachii ss.

† Ego Johannes Presbyter Cardinalis Tit. S. Anastasiæ ss.

† Ego Gulielmus Presbyter Cardinalis Tit. S. Petri ad Vincula ss.

† Ego Boso Presbiter Cardinalis S. Pudentianæ Tituli Pastoris ss.

† Ego Petrus Presbyter Cardinalis Tituli Sancti Laurentii in Damaso ss.

† Ego Johannes Presbyter Cardinalis Tit. S. Marci ss.

† Ego Ardicio Diaconus Cardinalis Sancti Theodoli ss.

† Ego Cinthius Diaconus Cardinalis S. Adriani ss.

† Ego Hugo Diaconus Cardinalis S. Eustachii juxta Templum Agrippæ ss.

† Ego Petrus Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Aquiro subscripsi.

Datum Tusculi per manum Gratiani S. R. E. Subdiaconi, & notarii XVI. Kal. Aprilis indict. V. Incarnationis dominicæ anno millesimo centesimo septuagesimo primo, pontificatus vero domini Alexandri PP. III. anno XIII.

Adest sigillum plumbeum pendens. &c.

Adnotanda verba illa: *Salva sedis apostolicæ auctoritate, & Cassinensis monasterii debita justitia, & reverentia &c.* Quibus liquet, subiectum ante hæc tempora Cassinatibus fuisse hoc cœnobium. Privilegium istud nedum confirmarunt Clemens III., & VII., Celestinus III., Honorius III., & Alexander IV., verum ampliarunt etiam, cum jusserunt, ne ullus umquam Marsorum episcopus jus ullum in Moniales, ecclesiam, Clericosve exerceret, atque adeo earum optionis esse episcopum quemlibet advocare, qui Sacramenta chrismatis, & Ordinis clericis sibi subditis conferret consecraretve


retve

retve altaria, ſemper tamen appoſita clauſula, *Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & Caſſinenſis monaſterii debita juſtitia, & reverentia.* Quæ quid ſibi velint explicat Rota mox adducenda. Fuſius hæc omnia, in hiſce eorum privilegiis legere eſt.


Ex originali in Archivo.

Clemens epiſcopus ſervus ſervorum dei dilectis in Chriſto filiabus Audoiſæ Abbatiſſæ monaſterii S. Coſmæ de Talliacotio, ejuſque Sororibus tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Quotiens a nobis petitur quod religioni, & honeſtati convenire dignoſcitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum ſuffragium impertiri. Eapropter dilectæ in domino filiæ veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum monaſterium, in quo divino mancipatæ eſtis obſequio ad exemplar fel. rec. Alexandri papæ prædeceſſoris noſtri ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem eccleſia in preſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum, vel printipum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante domino, poteris adipiſci, firma vobis, & his quæ poſt vos ſucceſſerint, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam S. Viti cum omnibus pertinentiis ſuis, eccleſiam S. Johannis de Camerate cum pertinentiis ſuis, jus quod habetis in eccleſia S. Andreæ, quæ eſt in Cloreto, medietatem oblationum quæ in eccleſiis Caſtri de Talliacotio in ſollemnitatibus Paſquæ, & Natalis Domini, & medietatem de oblationibus mortuorum ſepulturam majorum hominum præfati caſtri, ſepulturam Podii Buſaræ cum medietate oblationum mortuorum, decimas molendinorum, quæ ſunt in valle Sanctorum Coſmæ & Damiani, & in alveo ſuo triginta modios ſementarioios terræ, vineas, terras, ſilvas, domos, caſularia, quæ in prædicto caſtro habetis, duo molendina, viginti duos pedes terrarum, de quibus homines veſtri monaſterii ſunt infeodati, eccleſiam S. Mariæ de Sorbo cum omnibus pertinentiis ſuis, eccleſiam S. Ceciliæ cum pertinentiis ſuis, eccleſiam S. Ægidii cum pertinentiis ſuis, eccleſiam S. Nicolai cum pertinentiis ſuis, eccleſiam S. Petri cum pertinentiis ſuis, extra præfatum caſtrum, eccleſiam S. Johannis de Camerata in colle de Palanga, quicquid habetis in eccleſia S. Andreæ. Præterea refutationem coram prædicto prædeceſſore noſtro promiſſam, quam nobilis vir Bartholomæus de Talliacotio de pravis conſuetudinibus, quas a veſtro monaſterio exigebat coram perſonis pluribus fecit ratam, & firmam habentes auctoritate apoſtolica prohibemus, ne conſuetudines ipſas idem Bartholomæus, vel heredes ejus aliquo tempore in monaſterium exercere præſumant. Statuimus etiam, ut nullus Marſorum epiſcopus in eandem eccleſiam, vel ejus Moniales, & clericos aliquid juriſdictionis exerceat. Nulli etiam epiſcopo, vel legato, qui a latere noſtro, vel ſucceſſoris noſtri ſpecialiter directus non fuerit liceat ſuæ legationis obtentu vos, vel ſuccedentes vobis eccleſiam, aut homines veſtros, aut ſervientes, in eccleſia veſtra manentes ulla interdicti, vel excommunicationis ſententia prægravare, & nulli etiam fas ſit præter Romanum pontificem, vel legatum ab ejus Latere miſſum abſque ſpeciali mandato noſtro Moniales domus veſtræ, vel clericos excommunicationis, vel interdicti vinculo innodare, & nulli epiſcoporum, vel alicui perſonæ eccleſiis veſtris, maxime eccleſia S. Mariæ de Sorbo, quæ proprie Juris veſtri exiſtit, liceat novas, & indebitas exactiones imponere, vel in eis procurationes, aut tallias, ſive demandas contra antiquam, & rationabilem conſuetudinem exercere, ſicut eſt ibidem hactenus obſervatum. Præterea decimas ad eccleſias veſtras ſpectantes de manibus laicorum redimendi, & quibuſcumque rationabilibus modis poteritis aquirendi vobis licentiam indulgemus, prohibentes, ut nullus eaſdem decimas abſque conſenſu veſtro de laica manu recipiat. Statuimus inſuper, ut infra fines parochiarum veſtrarum eccleſiam, vel Cappellam, ſeu Altare contra Altare ſine aſſenſu diœceſani epiſcopi, & veſtro nullus edificet, vel erigat, ſalvis tamen privilegiis Romanorum pontificum. Præterea nulli ſororum veſtrarum, vel clericorum liceat poſt factam in eodem loco profeſſionem aliqua levitate, ſine Abbatiſſæ ſuæ licentia de clauſtro diſcedere, diſcedentem vero, abſque communium literarum cautione nullus audeat retinere. Liceat autem Abbatiſſæ, quę pro tempore fuerit in eam de ſororibus ſuis, quę vobis ignorantibus, aut invitis ab eccleſia veſtra diſceſſerit, & ſecundo tertiave commonita ad monaſterium redire contempſerit, regularem ſententiam promulgare. Eccleſia S. Petri in caſtro quod dicitur Talliacozzo ſita & ejuſdem capellani in eadem libertate permaneat, quam tempore antiquo habuit, & nunc habere noſcitur. In eadem etiam libertate cappellam S. Ægidii ibidem ſitam volumus permanere. Medietatem molendini Johannis Trottæ, quam domina Aduiſa Abbatiſſa emit a domino Philippo de S. Donato, & medietatem ſilvæ capitis aquę, & ſilvam collis de Coci. Cum autem generale interdictum terrę fuerit, liceat vobis in monaſterio veſtro clauſis januis, excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis campanis ſubmiſſa voce divina officia celebrare, ſtatuimus inſuper, ut Abbatiſſis, quę pro tempore fuerint, non liceat terras, eccleſias, ſeu poſſeſſiones alias, vel bona eccleſię veſtrę ſine communi conſenſu Capituli veſtri, vel majoris, & ſanioris partis imminuere, vel alicui in beneficium ſeu precariam perſonaliter, vel in perpetuum de cætero dare, aut modo aliquo alienare. Interdicimus etiam, ne ulla monialis veſtra, vel clericus, ſeu converſus ſine licentia Capituli, vel etiam ipſa Abbatiſſa pro aliquo fidejubeat, quod ſi fecerit, nec eccleſia veſtra, nec aliquis locus veſter ex illa fidejuſſione obligetur. Chriſma vero, oleum Sanctum, conſecrationes altarium, ſeu baſilicarum, Ordinationes clericorum, qui ad ſacros Ordines fuerint promovendi abſque omni contradictione, & appellatione a quocumque malueritis ſuſcipietis Epiſcopo, ſive ad eccleſiam veſtram a vobis vocato, ſive in ſua propria, ſive in alterius eccleſia licite celebrante, ſiquidem catholicus fuerit, & gratiam, atque communionem apoſtolicę ſedis habuerit, ſicus eſt hactenus obſervatum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia & integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis apoſtolicę authoritate, & Caſſinenſis monaſterii debita juſtitia, & reveren-

verentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, secularisve persona hanc nostrę constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonita nisi presumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore, ac sanguine dei, & domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtę ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonę actionis percipiant, & apud districtum judicem premia eternę pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.



Ego Clemens Catholicę Ecclesię Episcopus subscripsi.



† *Ego Albinus Albanensis Episcopus subscripsi.*

† *Ego Octavianus Hostien. & Velletren. Episcopus subscripsi.*

† *Ego Johannes Presbyter Cardinalis Tit. S. Marci subscripsi.*

† *Ego Pandulfus Presbyter Cardinalis Basilicę XII. apostolorum subscripsi.*

† *Ego Petrus Presbyter Cardinalis tituli S. Cecilię subscripsi.*

† *Ego Petrus Tit. S. Laurentii in Damaso Presbyter Cardinalis subscripsi.*

† *Ego Petrus Presbyter Cardinalis S. Petri ad Vincula tit. Endoxię subscripsi.*

† *Ego Jordanus S. Pudentianę tit. Pastoris Presbyter Cardinalis suscripsi.*

† *Ego Joannes Tit. S. Clementis Cardinalis Tuscanus Episcopus subscripsi.*

† *Ego Joannes Felix Presbyter Cardinalis Tit. S. Susannę subscripsi.*

† *Ego Jacobus Diaconus Cardinalis S. Marię in Cosmedin subscripsi.*

† *Ego Gregorius S. Marię in Porticu Diaconus Cardinalis subscripsi.*

† *Ego Joannes S. Theodori Diaconus Cardinalis subscripsi.*

† *Ego Gregorius S. Marię in Aquiro Diaconus Cardinalis subscripsi.*

Datum Laterani per manum Moysi Romanę ecclesię subdiaconi Vicemgerentis Cancellarii II. nonas Junii, indictione VIII. anno dominica incarnationis MCXC. pontificatus domini nostri Clementis PP. III. anno tertio.

Adest sigillum plumbeum pendens. &c.

Ex origi-nali in Archivo. *Celestinus episcopus servus servorum dei dilectis in Christo Filiabus Mabilię Abbatissę monasterii S. Cosmę de Talliacotio, ejusque sororibus tam presentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Quotiens illud a nobis petitur, quod religioni, & honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Ea propter dilectę in domino filię vestris justis postulationibus, clementer annuimus, & prefatum monasterium, in quo divino mancipatę estis obsequio, ad exemplar fel. rec. Alexandri papę predecessoris nostri sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti Privilegio communimus, statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum juste, & canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, prestante domino poterit adipisci, firma vobis, & his, quę post vos successerint, & illibata permaneant, in quibus hęc propriis duximus exprimenda vocabulis Ecclesiam S. Viti cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam S. Johannis de Camerata cum pertinentiis suis, jus, quod habetis in ecclesia S. Andreę, quę est in Clereto, medietatem oblationum in ecclesiis castri de Talliacozo, in sollemnitatibus Paschę, & Natalis Domini, & medietatem de oblationibus mortuorum, sepulturam majorum hominum prefati Castri, sepulturam Podii Bufarę, cum medietate oblationum mortuorum, decimas molendinorum, quę sunt in valle S. Cosmę, & Damiani, & in alveo suo, triginta modios sementaricios terrę, vineas, terras, silvas, domos casularia, quę in predicto castro habetis duo molendina vigintiduos pedes terrarum, de quibus homines vestri monasterii sunt infeudati. Ecclesiam S. Marię de Sorbo cum omnibus pertinentiis suis, medietatem molę Jo: Trotta, medietatem Sylvę capitis aquę, Silvam de Colle de Coci per suos terminos. Preterea refutationem coram predictos predecessores nostro promissam, quam nobilis vir Bartholomaus de Talliacozo de pravis consuetudinibus quas a vestro monasterio exigebat coram personis pluribus fecit, ratam, & firmam habentes auctoritate apostolica prohibentes, ne consuetudines ipsas idem Bartholomaus, vel heredes ejus aliquo tempore in Monasterium exercere presumant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur vobis, & successoribus vestris omnimodis profutura, salva sedis apostolicę auctoritate, & Cassinensis monasterii debita justitia, & reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostra constitutionis paginam sciens*

sciens contra eam temere venire temtaverit, secundo, tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxeris, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se Divino Judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a Sacratissimo corpore, & sanguine Dei, & domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant Amen, Amen, Amen



Ego Celestinus Catholicæ ecclesiæ Episcopus subscrisi.



† *Ego Johannes Prænestinus Episcopus subscripsi.*
† *Ego Pand. Basilicæ XII. Apostolorum Presbyter Cardinalis ss.*
† *Ego Mellor SS. Johannis, & Pauli Presbyter Cardinalis tit. Pamachii ss.*
† *Ego Johannes Tit. S. Clementis Cardinalis Tuscan Episcopus ss.*
† *Ego Romanus Tit. S. Anastasiæ Presbyter Cardinalis ss.*
† *Ego Gran. SS. Cosmæ, & Damiani Diaconus Cardinalis ss.*
† *Ego Gerardus S. Adriani Diac. Cardinalis ss.*
† *Ego Goffredus S. Mariæ in via lata Diaconus Cardinalis ss.*
† *Ego Johannes S. Theodori Diac. Cardinalis ss.*
† *Ego Bernardus S. Mariæ novæ Diaconus Cardinalis ss.*
† *Ego Lotharius SS. Sergii, & Bacchi Diaconus Cardinalis ss.*
† *Ego Nicolaus S. Mariæ in Cosmedin Diaconus Cardinalis ss.*


Datum Romæ apud S. Petrum per manum Ægidii S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconi Cardinalis Kal. Junii Ind. X., incarnationis dominicæ anno MCXCII. Pontificatus vero domini Cælestini PP. III. anno II.

Adest sigillum plumbeum pendens &c.


Ex originali in Archivo.

Honorius episcopus servus servorum Dei dilectis in Christo Filiabus Mabiliæ Abbatissæ monasterii S. Cosmæ de Talliacotio, ejusque sororibus tam præsentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Quotiens illud a nobis petitur, quod religioni, & honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter Dilectæ in domino filiæ vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatum monasterium, in quo divino estis obsequio mancipatæ, ad exemplar felicis recordationis Alexandri, & Celestini prædecessorum nostrorum Romanorum pontificum sub beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona idem monasterium in præsentiarum juste, ac canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis, & hiis, quæ post vos successerint, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Ecclesiam sancti Viti cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam S. Johannis de Camerata cum pertinentiis suis, jus quod habetis in ecclesia S. Andreæ, quæ est in Elereto, medietatem oblationum in ecclesiis castri de Talliacozo in sollempnitatibus Paschæ, & Natalis Domini, & medietatem de oblationibus mortuorum, sepulturam majorum hominum præfati Castri. Sepulturam Podii Rufsræ cum medietate oblationum mortuorum. Decimas Molendinorum, quæ sunt in valle SS. Cosmæ, & Damiani, & in aluca sua, salva moderatione Concilii generalis, triginta modios sementaricios terræ, vineas, terras; silvas, domos, casularia, quæ in prædicto Castro habetis, duo molendina, viginti duos pedes terrarum, de quibus homines vestri monasteriis sunt infeudati, ecclesiam S. Mariæ de Sorbo cum omnibus pertinentiis suis, medietatem molæ S. Donati, aqueductum in valle de Talliacozo cum pertinentiis suis, medietatem silvæ capitis aquæ, silvam de colle de Coci per suos terminos. Præterea refutationem coram prædicto Alexandro prædecessore nostro promissam, quam nobilis vir Bartholomæus de Talliacozo de pravis consuetudinibus, quas a vestro monasterio exigebat coram personis pluribus fecit, ratam, & firmam habentes auctoritate apostolica prohibemus, quas consuetudines ipsas idem Bartholomæus, vel heredes ejus aliquo tempore in Monasterium exercere presumant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur earum, pro quarum gubernatione, ac substentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salva Sedis Apostolicæ auctoritate, & Cassinensis monasterii debita justitia, & reverentia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam, sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo, tertiove commonita nisi reatum

tum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore ac sanguine dei, & domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districta subiaceat ultionis. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem premia eterna pacis inveniant Amen, Amen, Amen.



Ego Honorius Catholica Ecclesia Episcopus subscripsi.



† *Ego Hugo Hostiensis Velletriniensis Episc. subscripsi.*

† *Ego Guido Prenestinus Episcopus ss.*

† *Ego Leo Tit. S. Marcellini presbyter Cardin. ss.*

† *Ego Stephanus Tit. . . . . . Presbyter Cardinalis ss.*

† *Ego Thomas tituli S. Sabina Presbyter Card. ss.*

† *Ege Joannes Tit. S. Praxedis Presbyter Card. ss.*

† *Ego Octavius SS. Sergii, & Bacchi Diaconus Cardinalis ss.*

† *Ego Raynerius S. Maria in Cosmedin Diaconus Cardinalis ss.*

† *Ege Romanus S. Angeli Diaconus Cardinalis ss.*

† *Ege Ægidius SS. Cosma, & Diamiani Diaconis Cardinalis ss.*

† *Ego Petrus S. Georgii ad Velum aureum Diaconus Cardinalis ss.*


Datum Verulis per manus willi. S. Romana ecclesia Vicecancellarii III. Non. Aphilis Ind. IX. Incarnationis dominica anno MCCXXI. Pontificatus vero dompni Honorii PP. III. anno VI.

Adest sigillum plumbeum pendens.

Ex originali in Archivo.

Alexander episcopus servus servorum Dei dilectis in Christo filiabus, Abbatissa monasterii S. Cosme de Talliacotio, ejusque sororibus, tam præsentibus, quam futuris, regulariter viventibus In. PP. M. Quoties a Nobis petitur, quod religioni, & honestati convenire dinoscitur, animo Nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Ea propter dilecta in Christo filia vestris justis postulationibus clementer annuimus, & monasterium S. Cosma de Talliacotio, in quo divine mancipata estis obsequio, ad instar felicis recordationis, Alexandri, & Clementis, prædecessorum nostrorum, Romanorum pontificum, sub beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. In primis si quidem statuentes, ut Ordo monasticus, qui secundum Deum, & beati Benedicti regulam in eodem loco institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascumque possessiones quecumque bona idem monasterium in præsentiarum, juste, & canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino poterit adipisci, firma vobis, & his, quæ post vos successerint, & illibata permaneat, In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum, in quo præfatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam S. S. Viti, cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam S. Joannis de Camerate, cum pertinentiis suis. Jus, quod habetis in ecclesia S. Andrea, quæ est in Elereto. Medietatem oblationum, quæ in ecclesiis castri de Talliacotio in solemnitatibus Pascha, & in Natali Domini, & medietatem de oblationibus mortuorum, sepulturam majorum hominum præfati Castri. Sepulturam Podii Busara, cum medietate oblationum Mortuorum. Decimas Molendinorum, quæ sunt in valle S. Cosma, & Damiani, & in alveo suo, triginta, modios sementarioceos terra, Vineas, terras, sylvas, domos, casularia, quæ in prædicto castro habetis. Duo molendina, viginti duos pedes terrarum, de quibus homines vestri monasterii sunt infeudati. Ecclesiam S. Mariæ de Sorbo, cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam S. Ceciliæ cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Egidii cum pertinentiis suis: Ecclesiam S. Nicolai, cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Petri cum pertinentiis suis, extra præfatum Castrum. Ecclesiam S. Joannis de Camerata, in colle de Palanga. Quicquid habetis in Ecclesia S. Andreæ, cum terris, vineis, pratis, nemoribus, usnagiis, & pascuis, in bosco, & plano, in aquis, & molendinis, in viis, & semitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus suis. Preterea refutationem coram prædicto. A. prædecessore nostro premissam, quam nobilis vir Bartholomæus de Talliacotio de pravis consuetudinibus, quas a vestro monasterio exigebat, coram personis pluribus fecit, ratam, & firmam habentes auctoritate apostolica prohibemus, ne consuetudines ipsas idem Bartholomæus, vel heredes ejus aliquo tempore in monasterium exercere præsumant. Statuimus etiam, ut nullus Marsorum episcopus in eandem ecclesiam, vel ejus Moniales, & clericos aliquid Jurisdictionis exerceat. Nulli etiam episcopo, vel legato, qui a latere nostro, vel successoris nostri specialiter directus non fuerit, liceat, sub legationis obtentu, vos, vel succedentes vobis, ecclesiam, aut homines vestros, aut servientes,

tes, in ecclesia vestra manentes, ulla interdicti, vel excommunicationis sententia pregravare, & nulli etiam fas sit, præter Romanum pontificem, vel legatum ab ejus latere missum, absque speciali mandato nostro Moniales domus vestræ, vel clericos, excommunicationis, vel interdicti vinculo innodare, & nulli Episcoporum, vel alicui personæ, ecclesiis vestris, maxime ecclesiæ S. Mariæ de Sorbo quæ proprii Juris vestri existit, liceat novas, & indebitas exactiones imponere, vel in eis procurationes, aut tallias, sive demandas contra antiquam, & rationabilem consuetudinem exercere, sicut est ibidem hactenus observatum. Præterea decimas ad ecclesias vestras spectantes, de manibus laicorum redimendi, & quibuscumque rationabilibus modis poteritis, acquirendi, vobis licentiam indulgemus, prohibentes, ut nullus easdem decimas absque consensu vestro de manu laica recipiat. Statuimus insuper, ut infra fines parochiarum vestrarum Ecclesiam, vel capellam, seu altare contra altare sine assensu diocæsani episcopi, & vestro, nullus ædificet, vel erigat, salvis tamen privilegiis Romanorum pontificum. Præterea nulli sororum vestrarum, vel clericorum, liceat post factam in eodem loco professionem, aliqua levitate, sine Abbatissæ suæ licentia de claustro discedere, discedentem vero absque communium litterarum vestrarum cautione, nullus audeat retinere. Liceat autem Abbatissæ, quæ pro tempore fuerit, in eam de sororibus suis, quæ vobis ignorantibus, aut invitis, ab ecclesia vestra discesserit, & secundo, tertiove commonita ad monasterium redire contempserit, regularem sententiam promulgare. Ecclesia S. Petri, in castro, quod dicitur Talliacozo, sita, & ejusdem capellani, in eadem libertate permaneat, quam tempore antiquo habuit, & nunc habere noscitur. In eadem etiam libertate capellam S. Ægidii, ibidem sitam volumus permanere. Medietatem molendini Joannis Trotte, quam domina Aduisa Abbatissa emit a dño Philippo de S. Donato, & medietatem Sylvæ Capitis aquæ, & sylvam collis de Coci. Cum autem generale Interdictum factum fuerit, liceat vobis in monasterio vestro, clausis januis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis, summissa voce Divina officia celebrare. Statuimus insuper, ut Abbatissis, quæ pro tempore fuerint, non liceat, terras, ecclesias, seu possessiones alias, vel redditus ecclesiæ vestræ sine consensu capituli vestri, vel majoris, & sanioris partis illius, imminuere, vel alicui in beneficium, seu precariam, personaliter, vel in perpetuum de cætero dare, aut modo aliquo alienare. Interdicimus etiam, ne ulla monialis vestra, vel clericus, seu conversus, sine licentia capituli, vel etiam ipsa Abbatissa pro aliquo fidejubeat, quod si feceris, nec ecclesia vestra, nec aliquis locus vester ex illa fidejussione obligetur. Chrisma vero, Oleum sanctum, consecrationes altarium, seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros Ordines fuerint promovendi, absq; omni contradictione, & appellatione, a quocumque malueritis, suscipietis Episcopo, sive ad ecclesiam vestram a vobis vocato, sive in sua propria, sive in alterius ecclesia licite celebrante, si quidem catholicus fuerit, & gratiam, atque communionem apostolicæ sedis habuerit, sicut est hactenus observatum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, & imminuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia, & integra conserventur, earum, pro quarum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate, & Cassinensis monasterii debita justitia, & reverentia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo, tertiove commonita, nisi præsumptionem suam, digna satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore, ac sanguine Dei, & domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua Jura servantibus sit pax dñi nostri Jesu Christi, quatenus & fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen Amen Amen.



Ego Alexander Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.



† Ego Stephanus Prænestinus Episcopus subscripsi.

† Ego Frater Joannes tituli S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis ss.

† Ego Frater Hugo tituli S. Sabinæ Presbyter Cardinalis ss.

† Ego Ricardus S. Angeli Diaconus Cardinalis ss.

† Ego Octavianus S. Mariæ in via lata Diaconus Cardinalis ss.

† Ego Ottebonus Sancti Adriani Diaconus Cardinalis ss.

Datum Neapoli per manum Guillielmi Magniscolarum Parmeñ S. Romanæ ecclesiæ Vicecancellarii XI. Kal. Januarii indictione XIII. incarnationis dominicæ anno M.CCLIIII. Pontificatus dñi Alexandri Papæ IV. anno primo.

Locus † plumbi pendentis
Sanctus Paulus. Sanctus Petrus
Alexander Papa. IIII.

Ex originali in Archivo.

Clemens episcopus servus servorum Dei dilectis in Christo filiabus Abbatissæ, & conventui monasterii Monialium S. Cosmæ terræ Talleacotii Ordinis S. Benedicti Marsicañ. diœcesis salutem, & apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod justum est, & honestum, tum vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilectæ in domino filiæ vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras, & locum, in quo divino estis obsequio mancipatæ cum omnibus juribus, & bonis, quæ in præsentiarum rationabiliter possidetis, & in futurum justis modis, præstante domino, poteritis adipisci, sub beati Petri protectione suscipimus, atque nostra, omnes quoque libertates, & immunitates a felicis rec. Clemente III. Celestino etiam III., Honorio similiter III., Alexandro IV. Innocentio VIII., & aliis prædecessoribus nostris Romanis pontificibus, sive per privilegia, & alias indulgentias, ac indulta vobis, & monasterio vestro concessa, nec non libertates, & exemptiones secularium exactionum a regibus, & principibus, ac aliis Christi fidelibus, vobis, & monasterio vestro prædicto rationabiliter indultas, specialiter autem decimas molendinorum, quæ sunt in valle sanctorum Cosmæ, & Damiani, & in alveo suo, vineas, terras, sylvas, domos, casalia, medietatem ceræ mortuorum quorum corpora in S. Cecilia, S. Ægidii. P., & S. Francisci Ordinis Fratrum minorum, ac S. Mariæ Podii busaris intra, & extra terram Talleacotii Marsicanæ diœcesis existentibus ecclesiis pro tempore seppellientur, quæ tam in funere, quam post funus eorum offerretur, ac oblationes, quæ in prædictis ecclesiis in solemnitatibus Paschæ & Natalis Domini etiam afferuntur & fient, nec non ecclesiam S. Mariæ de Sorbo, quam cum omnibus juribus, & pertinentiis suis eidem monasterio vestro canonice annexam, & incorporatam fore; & vos illam in usus proprios obtinere asseritis, sicuti ea omnia juste, & pacifice possidetis, vobis, & per vos eidem monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, & communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo trigesimo tertio X. nono Kal. Septembris, Pontificatus nostri anno X. Registrata post plumbum. Alexius. A. Fuscus. Adest sigillum plumbeum pendens ex chordula serica rubei, & crocei coloris.

Anno 1273. examinatos quosdam testes pro Sanctimonialium cœnobio contra Marsorum episcopum hoc monumento constat, quo ostenditur, pacifice Sanctimoniales juribus suis usas. *In nomine Christi Amen. Anno ejusdem nativitatis millesimo ducentesimo tricesimo septimo Mensis Novembris, die vicesima, decima Indictionis, pontificatus domini Gregorii noni papæ, anno ejus undecimo, regnante domino nostro Federico Romanorum Imperatore semper augusto, Jerusalem, & Siciliæ rege inclito, anno imperii ejus septimo-decimo, feliciter amen. Testes producti sunt a Nicolao procuratore Cassinen. conventus, contra magistrum Johannem de Patrono procuratorem domini episcopi Marsicani super quæstione, quæ vertitur inter ipsum dominum episcopum ex parte una, & conventum Cassinensem ex altera. In primis presbyter Berardus testis juratus. Primus articulus. Et interrogatus si monasterium S. Cosmæ de Taliacozo fuit in possessione percipiendi ab hominibus ipsius castri decimas, mortuaria, & oblationes, dixit, quod sic ad omnibus hominibus de populario ipsius monasterii; interrogatus quomodo sciret, dixit, quod vidit homines ipsos portare decimas frumenti, mortuaria, 5. panes, denarios, carnes, & pisces, & oblationes, panes, denarios, & candelas ad dictum monasterium, & clerici ipsius monasterii recipiebant hæc omnia posse, & reponebant ad utilitatem ipsius monasterii, & distribuebant ea secundum consuetudinem, & dispositionem Abbatissæ ipsius monasterii. Interrogatus quot focularia habet in Parochia sua ipsum monasterium, dixit, quod centum, & plus. II. articulus. Item interrogatus si dictum monasterium S. Cosmæ fuit in possessione sepelliendi mortuos de castro Taliacozo, dixit, quod fuit in possessione sepelliendi omnes homine de parochia sua, & parochia S. Petri, exceptis quatuor focularis, vel quinque, & dixit, quod fuit in possesione sepelliendi omnes dominos ipsius castri, & omnes milites, & omnes clericos, & quosdam homines de parochia S. Nicolai, & quosdam de parochia S. Ægidii ecclesiarum prædicti castri. Interrogatus quomodo sciret, dixit, quod vidit, & audivit, quod omnes homines, qui mortui fuerunt tempore suo de prædictis parochiis portari ad sepeliendum dictæ ecclesiæ S. Cosmæ, quos præ multitudine non poterat nominare. III. articulus. Item interrogatus si fuit in possessione dictum monasterium percipiendi ab omnibus ecclesiis Taliacozi medietatem oblationum Paschæ, & Natalis Domini, dixit, quod sic, præter medietatem olei libani, & candelarum, & præter medietatem oblationum ecclesiæ S. Ceciliæ. Interrogatus quomodo sciret, dixit, quod vidit, & audivit ipsas oblationes, recipi, dividi, & portari per nuntios dicti monasterii ad ipsum monasterium: interrogatus ubi dividebant, dixit, quod quandoque in ipsis ecclesiis quandoque in domibus ipsarum ecclesiarum. Interrogatus de tempore, dixit, quod a quadraginta annis vidit hæc fieri. IV. articulus. Item interrogatus si dictum monasterium fuit in possessione faciendi baptismum, & unctiones infirmorum, dixit, quod sic. Interrogatus quomodo sciret, dixit, quod vidit ibi fontem baptismatis, & pueros baptizari, & vidit infirmos ungere per Clericos ipsius monasterii. Interrogatus quos vidit ibi baptizari, uve quot, & quos, aut quot vidit ungere, dixit, quod nomina, & numerum baptizatorum non recordatur, ungere vidit Dompnum presbyterum, & quamdam mulierem, alios non vidit. V. articulus. Item interrogatus si dominus episcopus Marsicanus, qui nunc est, inhibuit universaliter omnibus hominibus de Taliacozo, quod prædicta omnia dicto monasterio non redderent, &*

Ex originali in Archivo.

excom-

excommunicavit eos si redderent, dixit, quod sic. Interrogatus quomodo sciret, dixit, quod vidit, & audivit, quando episcopus fecit hoc. Interrogatus de loco, dixit, quod fuit in palatio S. Petri de Taliacozo: De tempore dixit, quod sunt duo anni, & plus. VI. articulus. Item interrogatus, si idem dominus episcopus inhibuit, & precepit omnibus hominibus dicti castri, ne sepelirent ibi mortuos suos, & excommunicavit eos, si sepellirent dixit, quod sic. Interrogatus, quomodo sciret, dixit, quod vidit dictum dominum episcopum præcipientem viva voce omnibus Rectoribus ecclesiarum de Taliacozo, ne mortuaria, & oblationes dicto monasterio redderent, & præciperent omnibus hominibus dicti castri, ne irent ad sepeliendum ibi mortuos. Interrogatus quomodo sciret, quod dictus dominus episcopus mandaverit hæc, dixit, quod vidit, & audivit. Interrogatus de loco, dixit, quod fuit in Palatio S. Petri de Taliacozo, de tempore dixit, quod sunt duo anni, & plus: Item dixit, quod dominus episcopus Marsicanus misit bis literas suas Archipresbytero de Talliacozo, & universis clericis ejus & ei castri, in quibus continebatur, ut deberent omnes, qui ad ecclesiam S. Cosmæ deferrent mortuos, vel irent cum oblationibus, & pueris baptizandis accensis, vel extinctis candelis, & pulsatis campanis diebus dominicis, & festivis publice excommunicatos denunciare &c.

Anno 1266. Bernardus Abbas, quo aptius, rectiusque parthenon regeretur, confirmavit Capitula ab Abbatissa facta, alia deinde sunt condita anno 1319. a Nicolao monacho Cassinate Visitatore, ex his solum tria dabimus. *Volumus, & ordinamus, quod Canonici monasterii continuam in eo residentiam faciant pro divinis officiis celebrandis, nec ipsi, vel ipsorum aliquis discedat de castro Taliacozi absque licentia Abbatissæ. Item, quod de cætero, nec ipsi vel aliquis ipsorum intret portam claustri monasterii, ubi Moniales consistunt de nocte, vel de die, nisi prius ab Abbatissa licentia postulata, & etiam impetrata &c. Item, quod omnes Moniales simul sint presentes in prima benedictione mensæ, alioquin privetur potu vini, & etiam prædicta pœna subjaceat, quæ non fuerit in fine comestionis, & orationibus gratiarum &c.*

Ecclesia S. Mariæ Monialibus adjecta.

Petrus Decanus, & Vicarius in Spiritualibus, temporalibus generalis Cassinensis, & regis Roberti consiliarius, & familiaris parthenonis indigentiis prospiciens ecclesiam illi S. Mariæ de Sorbo adjecit, ut ex ejus decreto anno 1319. 31. Maii constat. Eam unionem ratam habuit Clemens VII. in privilegio jam edito. Adnotanda illa verba decreti: *Quare dato per nos prius eidem ecclesiæ nunc vacanti coadjutore religioso viro Fratre Nicolao &c. præsente, de ejus consensu eandem ecclesiam S. Mariæ de Sorbo prædicto vestro monasterio annectimus &c.*

Præerat itaque eo tempore ecclesiæ S. MARIÆ Monachus Cassinensis titulo Præpositi. Extat hactenus ea ecclesia S. Mariæ de Sorbo, quam Oeconomus curatus regit, ab Abbate Cassinensi constitutus, correctus, & visitatus, cum ecclesia (ut ex Visitationum libris constat in archivo nostro asservatis) iis tantum, quæ ad animarum curam pertinent Marsicano episcopo reservatis.

& S. Johannis.

Raymundus etiam Cassinensis episcopus huic cœnobio univit ecclesiam S. Johannis de Camerata, ut ex ejus literis dotis die 31. Januarii 1335. constat, ex quibus notanda illa verba; *Proviso tamen ne dicta ecclesia S. Johannis divinis officiis consuetis, & debitis defraudetur, quinimo more solito in ipsa divina officia celebrentur, cum præmissa non ad minuendum cultum divinum fecerimus, sed augendum &c.* Angelus tertius Cassinensis episcopus perperam factam per ignorantiam Abbatissæ electionem confirmavit die 7. Septembris 1363. his verbis: *Et per ea, quæ nobis in visitatione hujusmodi claruerunt, innotuit institutiones, & receptiones de vobis factas esse in juribus defectivas; sed animadvertentes benigne, quod vos, quæ more prudentum virginum spreto mortalis viri thoro elegistis ei, qui est speciosus forma præ filiis hominum disponsari, estis juris ignaræ, utpote, quæ orationibus, & non juris subtilitatibus vacavistis; volentes quoque, quod correptionis zelus benignitate non careat, & correptionem ipsam benignitas non relinquat, quinimo, quod ægrum est, sanare, & invalidum roborare, vos, dominam Theodoram in abbatissam, & alias prænominatas Sorores in moniales, & sorores dicti nostri monasterii tenore præsentium confirmamus, & de novo instituimus quantum cum Deo possumus, & debemus, ortantes vos in Domino, ut sic sub B. Benedicti patris nostri regula, quam ore, & corde estis expresse professæ, opera studeatis vos gerere &c.*

Confirmata Abbatissæ electio.

Idem Angelus tertius ex clarissima Ursina gente indulgentias quasdam ecclesiæ SS. Cosmæ, & Damiani hisce literis concessit: *Angelus dei, & apostolicæ sedis gratia episcopus Cassinensis dilectis in Christo filiabus Abbatissæ, & monialibus monasterii nostri S. Cosmæ de Talliacotio Marsicanæ diœc., & universis, & singulis præsentes litteras inspecturis salutem in domino. Ut zelus orationis, & boni eo crescat in vobis, quo majora inde præmia spiritualia reperteris, nos omnibus, & singulis vere pœnitentibus, & confessis altaria dictæ ecclesiæ S. Cosmæ infrascripta, videlicet altare B. Mariæ virginis, altare S. Catherinæ, altare Nativitatis beatæ Mariæ, & altare S. Antonii devote visitantibus, & ad eadem, vel quodcumq; ipsorum orantibus, seu oblationes facientibus singulis diebus, videlicet, Nativitatis, & Resurrectionis domini nostri Jesu Christi, Pentecostem, & Ascentionis, omnium Apostolorum quatuor festorum B. Mariæ virginis, & infra octavas eorum, nec non singulis diebus Dominicis, & festis B. Cosmæ, B. Catherinæ, & B. Antonii de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum apostolorum ejus Petri, & Pauli authoritate confisi quadraginta dies de indulgentia concedimus, & de injunctis eis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus. In cujus rei testimonium præsens privilegium nostrum sub sigillo nostro pendenti vobis duximus concedendum. Datum Taliacotii sub anno domini 1363. Pontificatus domini nostri D. Urbani papæ V. anno primo die 7. mensis Septembris indictione XI.*

Indulgentiæ illis concessæ.

Hac confirmatione vero Petri de Agello Abbatissæ SS. Cosmæ, & Damiani inter alia legitur fuisse Tiburtinum episcopum Nicolaum Folli a Taliacotio, cujus neque Ughellius, nec Phœbonius, nec Corsignanus meminit: *Petrus de Agello Decretorum doctor venerabilis monasterii S. Eusebii de Urbe Prior, & pro sacrosancta Romana ecclesia, & Sanctissimo domino nostro domino Martyno divina provi-*

Abbatissa confirmata.

Nicolaus Folli Episcopus Tiburtinus.

dentia Papa quinto Sacri monasterii Cassinensis membrorum, & subjectorum ejus apostolicus gubernator Frater Pannutius de Alamania Prior, Frater Antonius Summus Subprior, & Sacer Conventus Cassinensis &c. Comparuit noviter coram nobis venerabilis, & religiosus in Christo confrater Benedictus præpositus sacri monasterii de Cellis, & claustralis Monachus Cassinensis, & de electione tua ad Abbatiam dicti monasterii Sancti Cosmæ quamdam litteram conventualem dicti monasterii Sancti Cosmæ monialium ipsius conventus conventualis signo signata præsentavit, quæ erat tenoris, continentiæ subsequentis. Reverendi in Christo Patres, & Domini debita, ac subiecta recomendatione præmissa, credimus fuerit vestris reverentiis significatum per literas Fratris Benedicti præpositi Cellarum, qualiter Abbatissa monasterii S. Cosmæ de Taliacotio suum diem clausit extremum &c. Qua sepulta (Antonilla) nos omnes infrascriptæ Moniales ejusdem monasterii, ut moris est ad sonum campanellæ fuimus in capitulo congregatæ ad tractandum de electione futuræ Abbatissæ, ac per diuturnam vacationem ecclesia in divinis recipiat detrimentum, considerantes eximiam virtutem, & Religionis zelum venerabilis, & religiosæ mulieris Catherinæ filiæ Nucti de castro Scarpa monialis monasterii prælibati, ipsam in Matrem elegimus Abbatissam, atque Prælatam unanimiter, & concorditer, nemine discrepante, sicut patet manu dicti præpositi, qui sigillatim scrutatus mentes omnium nostrarum, prout ab ipso Præposita poteritis particulariter informare, & instanter publicata fuit dicta electio in dicto Capitulo pluribus astantibus, & nemine contradicente, immo Te Deum laudamus unanimiter decantantes, ut moris est. Quapropter vestris Reverentiis supplicamus, quatenus vobis placeat dictam electionem confirmare, uti ad venerabile monasterium Cassinense spectat, & pertinet pleno jure, ut vestri prædecessores retroactis temporibus facere consueverunt, ac etiam vobis placeat committere benedictionem P. Nicolao Folli de Taliacotio olim episcopo Tiburtino in forma debita, & consueta &c. Te Sororem Catherinam in Abbatissam dicti monasterii S. Cosmæ dicto sacro monasterio immediate subjecti, si, & in quantum præfata tua electio canonice processit, atque rite, confirmamus, acceptamus, & de amplioris gratiæ munificentia tibi Abbatiam prædictam conferimus, & de illa authoritate apostolica, qua fungimur pro præsenti etiam providemus, investientes si quidem dictum venerabilem confratrem, fratrem Benedictum cellarum præpositum tui nominis per libri investituram, ut est moris, personaliter de eadem per obitum dictæ quondam Antonellæ Abbatissæ præmortuæ &c. & ut ipsius Abbatissalis dignitatis efficaciter possessionem adeas, & teneas, eidem reverendo Patri, & domino Nicolao Follæ episcopo alias Tiburtino consecrationem, & benedictionem tui ad Abbatiam prædictam per earumdem seriem præsentium committimus, & ipsius devotioni in domino relaxamus su per hujusmodi benedictionem tui ejusdem domini episcopi beneficium pariter, & officium exploratoris &c.

Nicolaus Folli episcopus Tiburtinus de Taliacotio.

Datum in dicto sacro monasterio Cassinensi sub anno Domini 1424. die 17. Julii, 2. indictionis Pontificatus ejusdem SSmi domini nostri domini Martini divina providentia Papæ V. anno septimo.

Maxima, diuturnaque fuere dissidia superiori ac hoc sæculo a Marsicano episcopo excitata ob ecclesiam SS. Cosmæ, & Damiani, ejusque Sanctimoniales, & clericos, quæ longum esset, ac nimium referre. Præcipua itaque hic proferemus. Cum contenderet episcopus jurisdictionem ordinariam in memoratam ecclesiam, Sanctimoniales, ac clericos exercere, instituta hac de causa lis est a cœnobio nostro apud Sac. Romanam Rotam, quæ auditis partibus nonnullas decisiones edidit an. 1586. 1587., 1589., & 1601. quibus jura nostra vindicantur, quemadmodum, & decreto de manutenendo.

Episcopus Marsicanus nobis infensus.

Nihilo fractior præfatis decisionibus episcopus plura attentavit, ob quæ iterum a cœnobio nostro ad Sacram Rotam provocatum, a qua coram Bichio; qui in locum Cantuccii suffectus fuerat pro cœnobio nostro decisio edita die 10. Februarii 1651. Examinata iterum hac occasione ab ovo lis est, decretumque coram Bichio omnimodam ejus ecclesiæ jurisdictionem ad Abbatem Cassinensem pertinere, ac proinde monialium confessarium episcopi approbatione non indigere, ut hac decisione constat.

Ejus attentata expressa.

Decisio S. Rotæ Romanæ coram R. P. D. Bichio in causa Montis Cassinensis jurisdictionis Lunæ 27. Martii 1651.

Confessarius Monialium Monasterii SS. Cosmi, & Damiani Terræ Talliacotii deputatus per Abbatem Montis Casini, An indigeat approbatione Ordinarii Marsicani, dubitatum hodie fuit, & negative responsum, quia ita alias declaravit Sac. Congreg. Eminentissimorum Sac. Concilii Tridentini Interpretum, cujus declarationes Rota semper solet reverenter amplecti, ut testatur Buratt. decis. 479. num. 2. *& fuit dictum in* Majoricen. parochialis 13. Junii 1646. coram R. P. D. meo Celso, & in Alexandrina Cannonicatus 13. Februarii proximæ præteriti coram Reverendiss. D. meo Decano.

Justaque ex abundanti eadem declaratio apparet, nam Confessarius Monialium Prælatis Regularibus subiectarum, quales, ut infra dicam, sunt istæ, approbatione Episcopi non egere, disponitur in Sac. Concilio Tridentino sess. 25. de regular. cap. 11. circa fin. vers. atque aliis Monasteriis, & tradit Azzor instit. moral. par. 1. lib. 13. cap. 9. quæst. 2. vers. quæ res, Armend. in addit. ad recopillat. Navarr. lib. 2. tit. 18. lib. 7. de relig. num. 98. Barbos. de potest. Episc. alleg. 25. num. 47. & in collect. ad Concil. Trident. dictæ sess. 25. de regular. cap. 10. num. 4. aliique relati a moderno Monacho Vallisumbrosæ de jur. Abbatiss. disput. 16. quæst. 2. num. 2.

Esse autem has Moniales, ac Monasterium exemptum prorsus a potestate episcopi Marsicani, & subiectum jurisdictioni Abbatis Montis Casini, probatur quoad primam partem ex privilegiis Apostolicis Alexandri Tertii, Clementis Tertii, Cœlestini Tertii, Honorii Tertii, & Alexandri Quarti, relatis in Summ. Abbatis nu. 4. & quatuor seqq. quorum aliqua nedum monasterium, & Moniales, earumque bona suscipiunt sub B. Petri, & Sedis Apostolicæ protectione, sed ultro statuunt; Primo, quod nullus Marsorum Episcopus in hanc Ecclesiam, vel ejus Moniales, & Clericos illi inservientes, aliquid Jurisdictionis exerceat, unde excluditur prorsus Episcopi Marsicani Jurisdictio tum Civilis, tum Criminalis, quam appel-

appellatione Jurisdictionis comprehendi notant Doctores in l. 2. ff. de jurisdict. omn. judic. *& in puncto similis privilegii advertit* Maceraten. var. resol. lib. 3. resol. 4. num. 2. *ponderata præsertim dictione*, aliquid, *quæ universalis est secundum subjectam materiam, & omnem etiam minimum Jurisdictionis actum comprehendit*, Cened. post lib. pract.& can. quæst. singul. 5. num. 5. Barbos. dict. 21. num. 2. Grat. discept. 509. num. 35. Surd. decis. 283. num. 8. Monach. decis. Florent. 50. num. 18. *nec non proxima subsequenti prohibitione, quod nulli Episcopo fas sit Monialas, vel Clericos præfatos excommunicationis, vel interdicti vinculo innodare, quod licuisset Marsicano, si aliqualis Jurisdictio penes ipsum remansisset* cap. cum Cappellæ 16. cap. quanto 26. de privileg. Jo. Andr. in tract. de interd. nu. 23. Chokier de jurisd. in exemp. par. 2. quæst. 41. num. 122. Gigas de pension. quæst. 60. nu. 1. Belencin. de charit. subsid. quæst. 24. nu. 2. *& in puncto ponderavit* Rota in Rossanen. exemptionis 20. Aprilis 1640. §. quod confirmari in fine coram Reverendiss. Salamantino.

Secundo, quod Chrisma, Oleum sanctum, consecrationes Altarium, seu Basilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad Sacros Ordines fuerint promovendi, absque omni contradictione, & appellatione Moniales suscipiant a quocumque maluerint Episcopo ad earum Ecclesiam ab ipsis vocato, quæ omnia cum peti ab Episcopo Marsicano debuissent, nisi lex omnis, tam jurisdictionis, quam Diœcesis ab eo abdicata esset, quia concernunt ordinem, & dignitatem Episcopalem, ac pertinent ad legem Diœcesanam Jo. Andr. in cap. 1. nu. 7. de privileg. in 6. Brunell. de legat. conclus. 10. col. 3. Grat. discept. 212. sub. nu. 49. Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 25. sub nu. 6. san. me. Greg. XV. dec. 434. nu. 13. textus est in cap. veniens §. Chrisma de præscr. cum aliis alleg. a Moderno Carpensi controver. forens. cap. 220. nu. 119. in fin. & nu. 120. *exinde clare dignoscitur ab utraque lege Episcopi Marsicani Monasterium, & Moniales fuisse solutas*, Chokier de jurisd. in exempt. par. 2. quæst. 45. nu. 16. & par. 4. quæst. 11. nu. 2. & 3. Barbos. de potest. Episc. allegat. 105. nu. 85. Lotther. de re benef. lib. 1. quæst. 24. sub nu. 135. vers. at non sufficit.

Eo magis quia non solum fuit Monialibus concessum prædicta petere a quocumque Episcopo maluerint in propria, sive alterius ecclesia celebrante, sed etiam ad ipsarum Monialium ecclesiam vocato, & sic permittitur alieno Episcopo absque Marsicani consensu ad libitum Monialium Pontificalia exercere in hac ecclesia, quod non liceret, si illa esset in diœcesi, vel de diœcesi episcopi Marsicani, Aldan. in compen. canon. resol. lib. 1. tit. 4. nu. 3. Speculat. par. 3. tit. de Cler. peregr. sub nu. 5. vers. licet enim. Chokier. de jurisd. in exempt. quæst. 11. sub nu. 3. vers. sed non tamen. Barbos. in collect. ad Concil. Triden. sess. 14. de reform. cap. 2. nu. 3. & de potest. Episc. alleg. 30. num. 15.

Ex quibus corollarie sequitur, quod eadem Ecclesia, & monasterium constituat Territorium separatum non improprie, & per modum æquiparationis, & ad certas tantum effectus, ut de simpliciter exempto declarat Rot. decis. 207. num. 3. vers. non etiam, & num. 4. par. 2. divers. decis. 324. nu. 7. par. 1. recent. Lotther. de re benefi. lib. 1. quæst. 24. nu. 124. & seq: Chokier. de jurisd. in exempt. par. 2. quæst. 45. nu. 121. *sed vere, & proprie, quamvis sit intra limites diœcesis Marsicanæ*, Gemin. in cap. cum Episcopus nu. 4. de offic. ordin. in 6. & in cap. 2. nu. 19. de constit. eod. tit. Rot. dec. 207. num. 5. in fin. vers. seu taliter par. 2. diver. decis. 105. nu. 2. inter impress. post cons. Farin. lib. 2. decis. 42. nu. 2. & 6. decis. 65. nu. 3. apud Modern. de jur. Abbat. tom. 3. decis. 635. num. 2. vers. unde, par. 3. recent. decis. 54. nu. 2. vers. adeo quod, & nu. 5. coram Mart. Andr. cum aliis alleg. per adden. ad Buratt. dec. 578. num. 21. *& distinguendo inter exemptionem simplicem, & plenam tradit* Lotther. d. lib. 1. quæst. 14. nu. 127. Grat. discept. 212. nu. 33. *Maxime quia nusquam in supracitatis privilegiis Monasterium enunciatur, ut solet sub alicujus Episcopi diœcesi, quinimo tam in Epistola Cardinalis Medicæ anno 1499. Summ. nu. 13. quam in litteris delegatoriis Innocentii Octavi directis eodem anno ipsi Episcopo Marsorum Summ. num. 18. Monasterium dicitur nullius diœcesis, quas litteras, cum idem Episcopus executioni demandaverit, agnovisse videtur veritatem hujus enunciativæ, ad* text. in cap. ex ore vers. per hoc de his quæ fiunt a major. part. capit. Dec. cons. 206. sub num. 7. *Cumque enunciativæ sint duæ, & antiquissimæ, ultra centum annos, ac adminiculentur, ut infra longeva possessione Abbatis Montis Cassini valde conducunt ad probandam qualitatem enunciatam* Put. decis. 149. num. 2. lib. 3. Rot. inter recent. decis. 91. nu. 2. in fin. decis. 316. nu. 6. par. 1. decis. 54. nu. 10. coram Mart. Andr. & in puncto decis. 66. num. 6. apud moder. de jur. Abbat. tom. 3. *referendo enunciativas contrarias, quæ forte adessent ad tempus ante privilegia Apostolica, ut in proximis terminis respondit* Rot. decis. 54. num. 6. in fin. coram Mart. Andrea.

Quo vero ad secundam partem videlicet subjectionem omnimam monasterii, ac Monialium Abbati montis Cassini, & in eum translationem potestatis quasi Episcopalis privative ad Episcopum Marsorum probatio resultat tum ex Epistola Sacræ Congregationis super negociis Regularium scripta de anno 1585. ad Abbatem montis Cassini, & data in Summ. num. 2. ibi, sapendo la Paternità Vostra, che da centinara d'anni in quà quel Monasterio (*scilicet Monialium Talliacotii superius nominatum*) è stato sottoposto a monte Casino, e che gl' Abbati pro tempore come Ordinarii l'hanno visitato, governato, e corretto le Monache, & i Preti, però con la presente ordiniamo a V. P. che debba mandarvi subito un Monaco della Congregatione vostra, si come si è fatto sempre per il passato &c. ad arbitrio dell' Abbate, il qual Monaco habbia da confessare &c. & haver cura così del temporale, come dello spirituale &c. e se Monsig. di Marsico, e suo Vicario desse in ciò impedimento alcuno, che non vogliamo crederlo &c. ci procureremo il remedio conveniente. *Tum ex ipsis supra memoratis privilegiis Apostolicis in quibus conceditur exemptio Monialibus salva montis Cassinensis debita justitia, & reverentia; hæc enim reservatio denotat in Abbate Cassinensi potestatem quasi Episcopalem, cum Episcopo reverentia hujusmodi debeatur*. Felin. in cap. cum inter num. 3. & 4. de re judic. Seraphio. decis. 1025. nu. 18. Rota in Cathacen. prætensæ obedientiæ 23. Maii 1650. §. primo,

primo, verſ. etiam admiſſo jure reverentiali, coram me, *& in puncto hujus monaſterii, & Abbatis* deciſ. 83. num. 4. apud Comitulum. *Tum ex eorumdem privilegiorum bis centenaria, & amplius obſervantia, & actibus ſucceſſivis ab Abbate geſtis, mox recenſendis, utramque legem juriſdictionis, & diœceſis reſpicientibus, qui ſenſiſſe Pontifices poteſtatem omnem in Abbatem per eadem privilegia transferre declarant*, Gabr. conſ. 66. num. 24. lib. 2. Seraphin. deciſ. 600. num. 3. *& in proximis terminis* Ciriac. contr. 141. num. 38. relatus a Moder. Carpenſi contra. foren. cap. 110. num. 10. Mart. Andr. deciſ. 54. num. 16. Rota inter impreſſas apud Modern. Peruſinum de manut. deciſ. 71. num. 1.

Conſtat ſiquidem Abbatem uſque de anno 1266. *confirmaſſe ſtatuta a Monialibus edita Sum. num.* 9. *De anno* 1335. *univiſſe huic monaſterio eccleſiam S. Joannis de Camerata Summ. num.* 11. *quod denotat ſubjectionem, & reſpective poteſtatem Epiſcopalem unientis*. Feder. de Sen. conſ. 111. num. 8. Oldr. conſ. 257. num. 5. & ſeqq. Rot. in Meleuitana Unionis 22. Junii 1640. coram Reverendiſſ. D. meo Decano. *De anno* 1537. 1541. 1588. *confirmaſſe electiones Abbatiſſarum cum aſſertione, quod monaſterium eſt membrum; & grancia Sacri monaſterii Caſſinenſis, ipſique immediate ſubjectum Summ. num.* 12. *quæ confirmatio eſt actus juriſdictionis* cap. ex frequentibus de inſtit. Lotther. de re benefic. lib. 2. quæſt. 18. num. 27. & 28. Seraphin. deciſ. 637. num. 1. Buratt. deciſ. 578. num. 8. & 9. Rota in Marſicen. juriſdictionis 18. Februarii 1647. coram me. *Indulgentias non ſemel conceſſiſſe Monialibus, quod pariter Epiſcopalis poteſtatis eſt*, cap. accedentibus de exceſſ. Prælat. Navarr. de Indulgen. notab. 31. Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 55. quæſt. 3. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 88. num. 17. *& denotat ſubjectionem Monialium concedentis* Ugolin. de poteſt. Epiſc. cap. 41. §. 1. num. 2. verſ. ſecundo, Barboſ. d. alleg. 88. num. 26.

Inſuper pluries ac pluries incipiendo ab anno 1319. *Summ. num.* 10. *& proſequendo uſque ad annum* 1595. *Summ. num.* 14. *&* 2. *ſeqq. viſitaſſe Monaſterium, & Moniales, quod ab Ordinaria juriſdictione pendet* cap. 1. in fine de cenſib. in 6. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 102. num. 4. & ſeq. Grat. diſcept. 212. num. 36. Rot. deciſ. 117. num. 5. apud Modern. de jur. Abbat. tom. 3. *Et hic advertendum eſt, quod in viſitationibus hujuſmodi Abbas plurimos actus exercuit, legem juriſdictionis, ac diœceſanam concernentes; multa enim ſancivit circa clauſuram Monialium, quæ ſoli Epiſcopo demandata etiam in Monaſteriis Regularium* ex Concil. Tridentin. ſeſſ. 25. de regular. cap. ut notat Suarez de Relig. tom. 4. tract. 9. de variet. relig. lib. 1. cap. 11. in fin. fol. 344. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg. 102. num. 3. & alleg. 105. num. 31. Chokir. de juriſdict. in exemp. part. 2. quæſt. 45. num. 5. Piaſeccius in prax. Epiſcop. par. 2. cap. 3. art. 7. num. 2. cum aliis relatis a Sperello deciſ. for. Eccleſiaſt. 97. num. 19. *Adminiſtravit Sacramentum confirmationis, nec adminiſtrare potuiſſet, ſi monaſterium non eſſet ſeparatum a diœceſi Epiſcopi, & ſibi ſubjectum* Emanuel. quæ. Regular. tom. 1. quæ. 18. art. 3. Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 30. quæſt. 4. verſ. in primis, Covarr. var. reſol. lib. 1. cap. 10. num. 6. & 14. Navarr. conſ. 14. num. 2. de privileg. Barboſ. de poteſtat. Epiſc. alleg. 30. nu. 4. & 15. *Comminatus fuit cenſuras Eccleſiaſticas, aliaſque pœnas pecuniarias Monialibus, & Clericis eccleſiæ inſervientibus, eoſque ab excommunicatione incurſa abſolvit. Viſitavit Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, Olea ſancta, Fontem ſacri Baptiſmatis, calices, omnemque ſacram ſupellectilem, quod ſane ſolius Epiſcopi munus eſt in propria diœceſi*, Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 74. ſub num. 18. ubi allegat. concord. Rota in Barchinonen. Juriſdictionis 4. Julii 1646. §. 1. coram me. *Ac tandem aliquando prohibuit Monialibus, & Clericis, ne in pertinentibus ad ordinem, ſive juriſdictionem Epiſcopalem adeant Epiſcopum Marſicanum, ut ſignanter legitur in viſitatione anni* 1560. *Summ. num.* 12.

Quapropter, cum ex præmiſſis, quæ non fuerunt deducta in Summariiſſimo poſſeſſorio tempore deciſionis 83. *coram Comitulo, clara ſit excluſio Epiſcopi Marſorum ab omni juriſdictione, & plena juriſdictio Abbatis in hoc Monaſterio, illud propterea dicitur propria diœceſis Abbatis* Anch. in c. poſtulaſti nu. 45. de for. compet. Grat. diſcept. 212. num. 33. Rot. deciſ. 100. ſub num. 3. apud Modern. de jur. Abbat. tom. 3. *facit*. Cochier. de juriſd. in exempt. par. 1. quæſt. 9. num. 7. verſ. ratio eſt, *prout etiam deponunt teſtes dati in Summ. num.* 16.

Et per conſequens non urget noviſſima conſtitutio ſa. me. Gregorii XV. quæ incipit, Inſcrutabili, *relata per* Modern. de jur. Abbat. diſp. 16. ſub. quæſt. 2. *ſubjiciens Moniales viſitationi, & correctioni diœceſani Epiſcopi, & prohibens, ne Confeſſores tam ordinarii, quam extraordinarii ad confeſſiones Monialium, etiam Regularibus ſubjectarum audiendas, deputentur, niſi prius ab Epiſcopo diœceſano judicentur, & approbationem obtineant. Quia loquitur de Epiſcopo diœceſano, qualis ex prædictis non eſt in hoc Monaſterio Epiſcopus Marſorum, nec militat in locis alterius juriſdictioni omnimode ſubjectis, ac Territorium ſeparatum conſtituentibus, ut declaravit Sacra Congregatio Concilii Interpretum*, relat. a Moder. de jur. Abbatiſſ. d. diſput. 16. poſt quæſt. 3. verſ. ad tertium fol. 178. *& in terminis ſimilium decretorum Concilii Tridentini advertit* Griliuzon. conſ. 142. num. 21. & 22. Grat. diſcept. 212. num. 33. 36. & 39. aliique relati a Moderno Carpenſi controver. forenſ. cap. 67. num. 26. num. 28. & nu. 31. & cap. 220. num. 112. & 113. Rota apud Moder. de jur. Abbat. deciſ. 117. num. 3. & 4. verſ. præterea tom. 3.

Atque ita deciſum, una tantum Parte informante, citato tamen pluries Reverendiſſimo Epiſcopo Marſorum.

Attente conſideranda hæc verba: *Quapropter cum ex præmiſſis, quæ non fuerunt deducta in ſummariſſimo poſſeſſorio tempore deciſionis* 83. *coram Comitulo, clara ſit excluſio Epiſcopi Marſorum ab omni juriſdictione, & plena juriſdictio Abbatis in hoc monaſterio, illud propterea dicitur propria diœceſis Abbatis &c.*

Concordia cum eo inita.

Ut tamen Caſſinates paci conſulerent cum Marſicano Epiſcopo Aſcanio de Gaſparis, concordiam iniere a S. Sede Apoſtolica confirmatam die 31. Martii 1656. medio Cardinali Philomarino archiepiſcopo Neapolitano delegato.

D. Didaco Petra in archiepiſcopatum Surrenti-

num

Sanctimoniales Episcopo subjectæ. num assumto suffectus est Franciscus Bernardinus Corradini qui die 9. Januarii 1681. ab Innocentio XI. media epistola Sac. Congregationis episcoporum, & regularium obtinuit, ut Sanctimonialium cœnobium sibi deinceps esset subditum citra præjudicium jurisdictionis Abbatis Cassinensis in ecclesiam, & clericos SS. Cosmæ, & Damiani. Cujus rei certiorem fecit eadem Sac. Congregatio Abbatem nostrum hisce literis. *Molto Rever. P. Sino sotto li 9. Gennaro prossimo passato la Santità di nostro Signore ordinò, che il monasterio di Santi Cosimo, e Damiano situato nella terra di Tagliacozzo della diocesi di Marsi si dovesse sottoporre alla totale giurisdizzione di quel Vescovo, senza però alcun pregiudizio d' altro jus, che havesse cotesto monasterio di monte Casino sopra la chiesa di esse monache, siccome per ordine di S. Beatitudine ne fu scritta, e data ampla facoltà al predetto Vescovo. Ne do con questa avviso à V. P. acciò sappia, quali siano li sentimenti di Nostro Signore in questo affare, & il Signor Iddio la guardi. Roma 7. Febraro 1681. Al piacer di V. Paternità G. Cardinale di Carpegna.*

Nullo modo obsistente Abbate. Poterat certe Abbas noster ut subreptitiam hujusmodi concessionem disrumpere, quod haud exposuisset Episcopus vetustissimam Cassinatium possessionem tot litibus agitatam, confirmatamque, cum maxime nemo in dicta caussa sit auditus. Verum cum id e re sua esse conspiceret, quod litibus impendiisque hac via absisteretur, quodque jam diu antecessores quoque monachi Sanctimonialium curam renunciandi induxissent in animum, quoniam melior semper e Monachis seligendus esset, qui eas regeret, idque haud præstiterunt tum monialium earumdem precibus detentio, tum humanissimis literis Comitisstabuli domini Taliacotii, aliorumque procerum intercessionibus, quamvis jam inde ab anno 1642. a Capitulo generali facultatem obtinuissent monasterii ejusdem regimen dimittendi.

Atque anno 1680. die 11. Decembris decreverant in Capitulo congregati Abbas D. Andreas, & monachi Innocentio XI. Summ. Ponti. jurisdictionem in Sanctimoniales renunciare, reservata tamen in ecclesia SS. Cosmæ, & Damiani, & S. Mariæ Sorbi, & earum clericos, annooque censu a Sanctimonialibus persolvendo, cujus rei potestatem fecerant D. Sebastiano Mediolanensi Procuratori generali Congregationis Cassinensis penes acta notarii Caroli Fantacone a S. Petro in Curolis.

Nova ejus Episcopus. Pacifice itaque, nemineque contradicente hujus cœnobii possessionem init episcopus, fretusq; felici ausu, ac majora animo concipiens supplici libello ab Innocentio XI. petiit, ut vacantis Canonicatus in ea ecclesia institutio sibi permitteretur. Verum Sac. Congregatio Episcoporum, & Regularium auditis partibus decreto edito die 28. Januarii 1684. Cassinatium jura asseruit. Post hujusmodi decretum proposito in Sac. Rot. dubio, an Abbati nostro, vel Episcopo institutio beneficiorum, seu fundatio permittenda? Hæc pro nobis decisio edita.

Reverendissimo Domino Matthæjo Marsicana, seu Montis Cassinen. Jurisdictionis.

Veneris 22. Martii 1686.

Post litem diu in Rota agitatam inter Episcopum Marsicanum, & Abbatem montis Casini, tam in petitorio, quam in possessorio super jurisdictione ecclesia, & monasterii Sanctorum Cosma, & Damiani Terra Taleatotii, ut ex decis. coram Cantucio 27. Januarii 1586., Robust. 26. Junii 1587. Comitulo 23. Octobris 1589., Corduba 6. Aprilis 1601. & *novissime* coram Bichio 10. Februarii, & 21. Aprilis 1651. quæ sunt la 450. & 459 *tandem deventum fuit ad concordiam a Sede Apostolica confirmatam de anno 1654. in qua post distincta capitula concedentia Episcopo exercitium quorumdam actuum, postremo conventum legitur.* Quod in cæteris omnibus, & singulis non expressis, vel non comprehensis in præsenti concordia, & capitulis superius expressis competat, & competere debeat in monasterio, & Ecclesia jurisdictio Abbati privative quoad Episcopom, *ut* in Summario Abbatis num. 3. & 4. *qua concordia in reassumptione litis tam coram A. C. Areosto, quam a Sacra Congregatione concilii fuit semper demandata observari, prout effective eam observare promisit Episcopus Antecessor de anno 1672. ut* in dicto Summario num. 5. 6. & 7.

Successive vero, quia idem Episcopus predecessor quædam attentata commisit, qua dederunt causam, ut de ordine Signatura pro illis purgandis reassumerentur merita causa, & super illis concordaretur dubium, prout concordatum, & subscriptum fuit, licet non disputatum coram bo. me. Paulutio; sicut etiam quia modernus Episcopus impetravit a Sanctissimo mediantibus litteris Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium dictas Moniales sibi subjici, sine tamen prajudicio jurium Abbatis in Ecclesia, dicto Summario num. 10. *& mox per obitum Canonici Scipionis Fantotii pratendit ad se spectare deputationem alterius, prout quoque institutiones cappellaniarum in eadem Ecclesia. Propterea hodie prafatum dubium assumere, & disputare contingit, Quis potuerit, & possit authorizare fundationes Beneficiorum, ac instituere, & conferre respective, quod a me in locum Paulutii suffecto propositum, affirmative fuit in omnibus pro Abbate resolutum.*

Fundamentum resolutionis erat. Primo quia cum Abbas sit verus, & proprius Ordinarius Ecclesia controversa ex privilegiis Apostolicis Clementis III. & Alexandri IV. eam plenarie eximentibus a jurisdictione Episcopi Marsorum, & subjicientibus pleno jure Abbati Cassinensi, tanquam de suo Territorio, & diœcesi cum omnibus personis eidem inservientibus, licet intra fines originarios, & naturales Marsicana diœcesis, ut alias declaravit, & constanter tenuit Rota in omnibus hujus causa decis. & signanter coram Bichio dd. decis. 450. & 459. *eidem etiam tanquam fungenti jurisdictione Ordinaria unice competit approbare novas fundationes Beneficiorum, & reservare fundatoribus patronatum, juxta* gloss. ibique DD. communiter in Clement. 2. in fin. verb. si Beneficiorum de decim. Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg. 70. num. 3. Vivian. de jurepat. par. 1. lib. 2. cap. 1. num. 19. cum seq. Corrad. in prax, benef.

benef. l. 2. cap. 2. num. 1. cum seq. Rota decis. 85. per tot. par. 2. divers. & in Barchinonen. jurisdictionis 2. Maji 1682. coram me §. sicuti etiam, *prout etiam eidem tanquam Prælato ordinario unico competit jus instituendi, & conferendi, ut ponderando privilegia Apostolica ad favorem Abbatis in hac eadem causa dixit* Rota coram Cantucio 27. Januarii 1586. & coram Bichio dicta dec. 459. nu. 4. *& in similibus terminis de Abbate montis Casini quoad Parochiales Ecclesias sitas in aliena diœcesi resolutum fuit* in Capuana, seu montis Casini Parochialium 10. Martii 1679. §. final. coram Reverendiss. Bourlemont.

Secundo quia vigore concordiæ inter collitigantes initæ, & authoritate Apostolica confirmatæ cum re judicata, solum Episcopo conceduntur visitatio Ecclesiæ in concernentibus curam animarum, collatio ordinum, & administratio chrismatis (exceptis tamen personis in concordia expressis, quibus Abbas chrisma administrare debet privative quoad Episcopum) necnon approbatio Parochorum pro exercitio curæ, & deinde in cæteris omnibus, quæ ibi non leguntur Episcopo concessa, expresse convenitur, quod omnia jura præservata intelligantur Abbati privative quoad Episcopum. Unde cum authorizatio fundationum Beneficiorum, institutio, & collatio respective non sint de concernentibus curam animarum, nec aliquo modo pertineant ad administrationem Sacramentorum, minusque legantur expresse Episcopo concessa. Illa omnia intelligi debent favore Abbatis præservata, seu potius non adempta, & limites concordiæ sunt attendendi, cum faciat de indebito debitum l. 2. C. de condit. indebit. Rot. decis. 210. num. 3. & 4. par. 18. recent. *& operetur ne ultra actus jurisdictionales expresse concessos aliqualiter præjudicetur ei, qui habet omnimodam jurisdictionem fundatam in jure* cap. si Papa vers. his enim de privil. in 6. Rota coram Bichio decis. 126. num. 6. & decis. 167. num. 5. cum aliis in dicta Barchinonen. jurisdictionis 18. Martii 1678. §. Ideo coram. bo. me. Calataju, confirmata 2. Martii 1681, coram me §. Eoque magis.

Nil refragan. quod decis. Bichii *emanaverit unica tantum parte informante, & contra concordiam fuerit concessa oris aperitio in Signatura Gratiæ; (licet postea Episcopus commissioni renunciaverit) quoniam donec non revideatur dicta decisio, nec per tres conformes annulletur concordia, semper ex utroque titulo constabit de bono jure Abbatis circa contenta in præsenti disputatione.*

Quæ omnia fortius procedere videbantur, attentis pluribus actibus institutionum, & collationum per Abbatem tam ante, quam post concordiam factis, & effectum sortitis, signanter autem ab anno 1358. quo facta fuerunt collationes duorum Canonicatuum in titulum perpetuum, Summ. num. 14. *Habetur enim deputatio Vicarii in locum unius ex Canonicis suspensi,* Summar. num. 17. *& unio quatuor Cappellaniarum ejusdem Ecclesiæ facta ad favorem Mensæ Canonicatuum* num. 18. *& tandem plures alia dantur collationes Canonicatuum usque ad annum 1678. inter quas est collatio facta in personam Scipionis Fantotii, ob cujus obitum Episcopus petiit vacationem sibi a Sanctissimo concedi, sed ad Sacram Congregationem Episcoporum, & Regularium remissus fuit,* dicto Summar. num. 16. *Ex quibus omnibus observantia nedum interpretativa colligitur, quid fuerit in concordia comprehensum, & quomodo hæc veniat intelligenda* Rota coram Bichio dicta decis. 267. num. 15. & decis. 295. num. 5. cum sequentibus, *sed etiam præscriptiva comprobatur, cum præfati actus gesti fuerint ab Abbate tanquam ordinario, & cum juris assistentia, obidque opus non sit probare scientiam, & patientiam Episcopi, quæ in eo præsumitur, tam propter multiplicitatem actuum, quam propter acquiescentiam, ac novam approbationem prædictæ transactionis, ut per* Tondut. resol. benef. lib. 1. cap. 60. num. 12. & 13. Rota in d. Capuana, seu montis Casini Parochialium 10. Martii 1679. §. Concurrente cum sequen. coram Reverendissimo Bourlemont, & in Volaterana juris conferendi 22. Martii 1683. fere per tot. coram Reverendiss. Albergato Decano.

Minime resistente contraria observantia deducta ex pluribus actibus per Episcopos factis. Vel enim agitur de gestis ante concordiam, & illa superveniente fuerunt abrogati, Bald. in rubric. de transact. num. 1. verb. Item quia, Dec. cons. 400. num. 9. vers. per transactionem Berò cons. 32. num. 38. Seraph. decis. 234. num. 1. & Cerr. decis. 97. num. 25. *Vel agitur de subsecutis post concordiam usque ad annum 1672. & istis tanquam nullis renunciavit tunc Episcopus per Instrumentum publicum obtemperando Sententiæ A.C. Areosti, & Decreto Sac. Congregationis Concilii de observanda concordia* dicto Summario num. 7. *Alii vero gesti post dictum tempus dederunt causam præsenti controversiæ, & tanquam attentati fuerunt revocati ab A.C. Cavallerino de anno 1676.* Dunoz. Jun. decis. 354. num. 5. *& in omnem casum nunquam potuerunt præjudicare Abbati, qui habet pro se assistentiam Juris, & legem conventionis, & insuper observantiam, undique claram, & titulatam,* Rota coram Eminentiss. Orthob. decis. 129. num. 11. & 12. & in dicta Capuana, seu montis Cassinen. Parrochialium §. Tum quia.

Similiter non obstat, quod cum gubernium Monasterii, & Monialium fuerit de ordine Sanctissimi separatum a Jurisdictione Abbatis, & transfusum in Episcopum etiam deputatio Canonicorum, & Cappellanorum, qui supponuntur ministri, & servitores Monialium, & ad earum nutum amovibiles, concessa videntur Episcopo tanquam pars Gubernii, & Jurisdictionis ad tradita per Rotam coram Peutingerio decis. 201. num. 5. cum aliis ex adverso congestis. *Respondetur enim Papam solum privasse Abbatem Jurisdictione, & Gubernio, quod ipse habebat super monasterio, & Monialibus, non autem alia Jurisdictione, quæ posset ipsi competere super Ecclesia ejusdem monasterii, ut per literas Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium fuit notificatum Abbati ibi* — Senza però alcun pregiuditio di altro Jus, che havesse cotesto monastero di monte Casino sopra la Chiesa Summario num. 10. *prout eidem rescripsit eadem Sac. Congregatio, rejiciendo prætensionem Episcopi circa institutionem novi Canonici propter obitum Scipionis Fantotii ibi* — Partibus hinc inde auditis, & informantibus censuit nihil fuisse detractum juribus Abbatis montis Casini, nisi quoad regimen, & subiectionem Monialium Summario nu. 12. *Quapropter cum Abbati remanserit omnimoda Jurisdictio in ecclesia, ipsi etiam competere debet institutio, & collatio Canonicorum etiam Parochialium.*

Nulla-

Nullatenus subsisten. quod isti sint Ministri, & servitores Monialium ad earum nutum amovibiles, quia proprie sunt deputati pro celebratione Divinorum Officiorum, & pro administratione, seu exercitio curæ in dicta Ecclesia. Unde retorquetur argumentum, & authoritates contrariæ, quoniam sicut illi, qui sunt addicti servitio monasterii, & Monialium, quales sunt œconomi, aliique famuli, & ministri, sortiuntur eamdem Jurisdictionem, sub qua sunt Moniales, quia sunt pars ejusdem regiminis, & subiectionis respectu Episcopi. Ita, & Canonici prædicti tanquam ministri Ecclesiæ, & pars ejusdem administrationis, seu Jurisdictionis censeri debent sub Jurisdictione Abbatis, sub qua constituta est Ecclesia, reservata tamen Episcopo approbatione Populi, & Parrochianorum, qui sunt Episcopo subiecti, quæ distinctio Jurisdictionis contradictionem non implicat, ut fuit etiam in Transactione conventum ibi -- Approbatio tamen illorum Canonicorum, sive Ministrorum etiam amovibilium, qui per Moniales eliguntur ad effectum administrandi Sacramenta Populo, seu Parrochianis dictæ Ecclesiæ, pertineat omnino ad Episcopum, *& ibi* – Reservata tamen Abbati pro tempore sola cura quoad personas &c. priviative quoad Episcopum &c. *& infra* – quod quatuor Canonici, Sacrista, & duo Clerici Ecclesiæ inservientes prædicto monasterio, & Monialibus subiecti sint sub jurisdictione solius Abbatis privative; *Et hoc est, quod in substantia firmat* decis. in hac causa coram Corduba impressa apud Marchesan. de commiss. part. 1. tit. de commiss. appell. in post. salu. fol. 958. *dum concedit Episcopo manutentionem, circa admissionem Ministrorum amovibilium pro exercitio curæ Animarum, quod est quid diversum a collatione tituli, & Institutione soli Abbati reservata in Transactione.*

Tandem non merebatur allegari, quod cum isti Cappellani sint ad nutum amovibiles, & curam non habeant in Titulum, sed tantum nudum exercitium illius, super eis non cadat Collatio, nec Institutio Card. de Luca de Benef. disc. 97. num. 18. Peutinger. decis. 15. oum. 46. & 47. & decis. 53. num. 46. *Ne dum quia hæc exceptio non potest per Episcopum allegari, qui solum contentus esse debet approbatione, ei in concordia reservata, nec impedire, aut turbare par est exercitium Jurisdictionis Abbatialis, quæ solum suppressa fuit quoad regimen, & subiectionem Monialium, non autem quoad Jus Abbatis in Ecclesia, ejusque ministris, ut in concordia conventum fuit, & Sac. Congregatio declaravit: Immo sicut Abbas bona fide permittit Episcopo dictam approbationem quoad exercitium curæ Animarum, ita Jus, & æquitas postulat ne Episcopus controvertat Abbati collationem, & Institutionem, atque deputationem, ut fides utrimque data observetur ad* Text. in cap. 3. de pact. & per Rotam in Oxomen. observationis concordiæ 8. Junii 1678. §. Et pro remotione coram Eminentiss. Vicecomite.

At etiam quia amovibilitas, quemadmodum ponderatum fuit in §. Nullatenus, *respectu curæ Animarum, quam exercent Canonici, aliique ministri, nihil commune habet cum Institutione, sive collatione Canonicatuum, ut supra spectante ad Abbatem. Et tamen electio præsertim per modum petitionis alicujus personæ gratæ, ut tradit* Rota decis. 197. num. 11. part. 9. recent. & decis. 314. num. 18. part. 11. & decis. 49. num. 20. & 27. part. 15. recent. & decis. 93. num. 17. part. 16. recent. *de jure non excludit collationem, sive Institutionem, cum electio post se expectet confirmationem, ut advertit* Fagnan. in cap. cum Ecclesia Vulterrana num. 40. de elect. *sicuti experientia Jurispatronatus non alteratur Jus instituendi juxta* Text. in cap. cum sæculum de Jurepat. & Lambert. de Jurepat. part. 3. lib. 2. quæst. 1. artic. 16. fere per tot. *& jure quidem, cum ad effectum collationis, & institutionis attendatur, quis sit Superior, & Ordinarius Ecclesiæ, ut disponit* Text. in cap. significasti de Jurepat. & prosequitur Lambert. ubi supra dictæ quæst. 1. artic. 3. num. 16. *Et in præsenti hæc veritas suadetur ex observantia subsequuta, quæ resultat ex collationibus, & institutionibus, & Deputationibus factis per Abbstem. Observantia namque est optima interpres concordiæ, adeo ut hæc debeat intelligi eo modo, quo fuit observata etiam si contrarius intellectus videretur de jure verior, ut præcise ait* Rota in Barchinonen. Vexilli 16. Februarii 1685. §. Cæterum coram R. P. D. Flores.

Et ita utraque &c.

Nihil Auditores Sacræ Rotæ remorata sunt rationum momenta a doctissimis Jurisconsultis Gabriele Philippuci, & A. de Angelones proposita, aliaque a celeberrimo Cardinali de Luca allato Discursu 18. de Jurisdictione, & in supplemento, quibus respondet lata decisio in §. *Nil refragante &c.* Decisionem acceptavit Episcopus, jureque jurando se se deinceps pariturum spopondit instrumento rogato die 12. Augusti 1636. per acta Bernardini Ciancarini curiæ causarum cameræ apostolicæ notarii.

Quom vero promissis haud stetisset Episcopus D. Dominici Tarvisii locumtenentis, D. Caroli Bichii A. C. die 2. Augusti 1689. sententia damnatus est, atque insuper declaratum quum ipsum, tum suos in episcopatu successores ad decisionis S. Rotæ, quam in proprio, & successorum nomine acceptaverat, observantiam teneri. Sacra itidem Congregatio episcoporum, & regularium oegociis præposita auditis partibos, earumque advocatis die 22. Aprilis anno 1689. declaravit monialibus, & si quæ aliæ intra clausuram decedebant, ac in ecclesia SS. Cosmæ, & Damiani sepeliebantur, officium, & parentalia, seu exequias ab ejusdem Ecclesiæ parochiis celebranda esse, non autem a monialium confessario, atque hoc excepto neminem posse in eadem ecclesia, absque licentia a Cassinensi Abbate, vel ejus Vic. in scriptis obtenta missam celebrare.

Quatuor in hac ecclesia Canonici animarum curam exercent, duo clerici, ac sacrista ad officia adsunt. Plura beneficia de jurepatronatus laicorum iis in altaribus fundata cum missarum onere. Duæ laicorum societates sub nomine Sanctissimi Sacramenti, & mortis, atque in ea ecclesia humatum est corpus B. Oddonis Monachi Carthusiani, qui a Clemente III. Sanctimonialium a Sacris confessionibus fuerat institutus instante Abbatissa Aduvisa Pontificis consanguinea. Ejus vitam Phœbonius a processu depromsit ipsius Gregorii IX. facto a Machabæo Abbate S. Martini de Tucano diœcesis Reatinæ, & Fr. Petro Ordinis S. Francisci Superiore custodiæ Marsicanæ an. 1240., quam edidit in colle-

Ecclesia SS. Cosmæ & Damiani deso[illegible]ea.

collectione Sanctorum Marsorum p. 79. Vixerat F. Oddo annos circiter centum. V. Phœbonius p. 225. Hist. Marsorum, ubi pro Clemente III., Innocentium III. supponit, & Bollandus Tom. 1. Januarii die 14. p. 978. Plura ejus processus apographa memorati Machabæus, & Petrus confecere ab ipsis notariis, aliisque testibus subscripta, e quibus unum in archivo nostro extat. Anno circiter 1650.

Cœnobiū cæptum.

erecta est in oppido Mirabelli Comitatus Molisii diœcesis Bajanensis ecclesia sub invocatione S. Benedicti, cui plura anno 1651. attributa sunt latifundia a D. Francisco Maria Frangipane Allegretti loci Barone, aliisqoe oppidanis ea lege, ut ibi monasterium construeretur, in eoque primus Abbas constitueretur D. Januarius Vitalis Cassini Monachus Barouis avuncolus, atque Abbatia ista semper Cassinatibus adnexa esset, ut de ea Abbas noster tamquam de re propria, sibique subdita disponeret, ut fusius ex monumentis constat in archivo nostro asservatis, potissimum ex fide Universitatis, qua bonorum census numeratur die 14. Maii 1651., & literis memorati Baronis. Cur cœnobium erectum non fuerit, & cuinam bona cesserint, an ecclesiæ, vel Dominis, qui donaverant, nobis incompertum.

Congregationes Rosarii, & Sanctiss. Sacramenti.

A. 1627. die 10. Decembris in sacello Sanctissimi Rosarii sito in ecclesia Sanctissimæ Annunciatæ Ordinis Prædicatorum in urbe Sangermanensi erecta est congregatio subtitulo Rosarii annuente Ordinario Cassinensi, cujus etiam scito anno 1669. die 2. Februarii erecta est congregatio laicorom artificum sub titulo SS. Sacramenti, quæ in sacello cognomine collegiatæ Sangermanensis habebatur. Cum vero id haud satis Canonicis comodum videretur, artifices supplici libello a D. Mauro Abbate nostro petierunt. ut in ecclesia S. Mariæ quinque turrium, quæ juris cœnobii nostri est a Theodemar Abbate, anno circiter 780., teste Leone Ostiensi lib. 1. Chronici Cassinen. cap. XI. constructa, pia exercita sibi obire liceret. Annuit Abbas die 8. Junii 1670., ut ex rescripto patet, idque deinde confirmavit D. Andreas Abbas ea lege, ut ad nutum, ac beneplacitum Abbatum Cassinentium ecclesia, domibusque contiguis uterentur ad opera dumtaxat pia obeunda, eaque sarcta, tectaque servarent, ut instrumento constat stipulato a notario Joseph Riccardi die 23. Decembris 1680. Perstat hactenus hæc sodalitas magno animarum lucro ductu canonici Angeli Grimaldi salutis Animarum procurandæ studiosissimi.

Et doctrinæ Christianæ.

Eodem anno 1669. instituta congregatio doctrinæ christianæ sub titulo agricolarum annuente Ordinario, a quo confirmata est die 29. Julii 1673., atque concessa ecclesia spiritus Sancti in urbe S. Germani, quam deinceps Agricolæ ornarunt, in eaque plura missarum sacrificia Deo eorum eleemosinis offeruntur. Rexerat laudatissime pluribus annis eam sodalitatem presbyter optimæ vitæ D. Joannes Aloysius Roscius primicerius collegiatæ S. Germani, cui æque laudandus vir modo sossectus canonicus P. Franciscus Spaliero Sangermanensis.

Præpositura S. Mariæ Babuci.

Pene memoria exciderat regularis Præpositura S. Mariæ in Babuci oppido, cujus tamen hic meminisse juvabit, quod hoc potissimum seculo non levis ejus occasione controversia sit excitata. Ejus meminit Petrus Diaconus lib. 3. Chr. Cass. cap. 61. hisce verbis: *Oderisius preterea Landonis filius de Babuco ad hunc locum veniens ecclesiam S. Mariæ sitam sub ipso castro, & aliam ecclesiam S. Mariæ in jam dicto castro, & S. Pauli, & S. Archangeli in Mozzani, & S. Quintiani in hoc cœnobio devotissimus obtulit &c.* Extat hæc oblatio in regesto ejusdem Petri Diaconi p. 213. num. 507. estque hujusmodi. *In nomine Domini nostri Jesu Christi, anno dominicæ incarnationis, millesimo, octuagesimo præsidente in sede apostolica urbis Romę dño Gregorio Septimo Papa. Anno octavo, indictione tertia, Mensis Novembris die tertia. Ego Oderisi filius Landoni, qui sum habitator in castro Babuco offero in monasterio S. Benedicti montis Casini, ubi nunc praest D. Desiderius venerabilis Abbas ecclesia S. Mariæ virginis, quæ est sita sub ipso castro Babuco cum omnibus suis pertinentiis, hoc est S. Maria in jamdicto castello, & S. Paulum in pede ejusdem castri, & S Archangelum, qui est situs in sua Damozanu, & S. Quintianum, qui est in territorio prædicti castelli, omnes istas ecclesias cum suis pertinentiis offero in monasterio S. Benedicti, sicut mihi obbenit per hereditatem parentum meorum sic concedo, & offero ut supra legitur in eodem cœnobio prefato domno Desiderio, & successoribus ejus ad possidendum, vel quicquid facere voluerit secundum legem, & ego qui supra Oderisius una cum hæredibus meis defendere promitto ab omnibus hominibus, nam si non fecerimus, obligo me, & meos hæredes ad prædicta monasterio S. Benedicti componere auri purissimi libras decem, & hæc concessio firma permaneat, quam scribendum rogāv. Jo: Scrinarius prædicti castri in mense, & indictione suprascripta. Signum Oderisi, qui hanc cartulam fieri rog. Aczo filius Aczoni, Liusu filius Beñ, Ego Joannes judex complevi, & reddi.* Eam ecclesiam Cassinatibus confirmarunt Urbanus II., Paschalis II., Calixtus II., Alexander III., Clemens III., Innocentius III., & Honorius III., ut ex eorum privilegiis constat.

In quam Jurisdictio ad Abbatem nostrum pertinet.

In eam ecclesiam, ejusque Præpositum, Canonicos, & Beneficiatos omnimodam semper jurisdictionem exercuit Abbas Cassinensis, visitando, corrigendo, puniendoque quoties opus esset. Præpositum etiam elegit, & beneficiatos, ac non nisi ejus scito, quædam ejus ecclesiæ bona in enfiteusim concessa, aut vendita. Bis ea beneficia dedisse Thomam Abbatem legitur in ejus regesto 1. p. 53. a t.

Monachi eam Præposituram gubernabant.

In laudato episcopi Angeli regesto pag. 12. a t. extant decurtatæ hæ patentes litteræ, quibus gubernatam eam Præposituram a monachis constat.

Angelus &c. Religoso viro Fratri Thomæ de Salle monacho Cassinensi Abbati ecclesiæ nostræ S. Mariæ de Babuco sita intra dictum castrum Babuci diœcesis Verulanæ, salutem in domino. Exigunt &c. Vacante nuper dicta ecclesia solita jam per Monachum . . . . per obitum Abbatis Dominici &c. curam &c. committentes tibi curam &c. ut supra investientes te per nostrum anulum &c. ut supra. Datum &c. die VII. Octobris, 2. indictionis, Dantes tibi &c. potestatem capiendi, & intrandi possessionem ipsius auctoritate nostra contradictore &c. Ejus Prepositum elegit Petrus de Tartaris Fr. Christophorum monachum Cassinatem, ut ex hisce litteris in ejus regesto 1. p. 147. a t. *Fr. Petrus de Tartaris de Urbe &c.*

Dilecto

Dilecto nobis in Christo Fr. Christophoro de Ponte curvo monacho Cassinensi, & Proposito nostra ecclesia S. Maria de castro Babuci, cui cura imminet animarum, salutem in Domino &c. Cum itaque ecclesia S. Maria de Babuco, cui cura imminet animarum nobis, &. Cassinensi monasterio immediate subjecta, solitaque per Cassinensem monachum gubernari ex ea vacet ad præsens, quam dilectus in Christo Frater Franciscus de Caira monachus Cassinensis dicta ecclesia Prapositus per nos institutus canonice obtinebat nuper ex nostra scientia ad claustrum revocavimus, & per cujus revocationem ad præsens vacare dignoscitur &c. Prapositúram dicta ecclesia S. Maria de Babuco curata cum omnibus, & singulis juribus, & pertinentiis suis tibi conferimus, & de illa etiam providemus, facientes te Prapositum dicta ecclesia usque ad nostrum beneplacitum, & mandatum, investientes te in nostri presentia constitutum per pacis osculum præsentialiter de eadem &c.

Marinus, & Henricus Cassinensis monasterii Abbates hujus ecclesiæ Canonicos elegerunt, uti constat ex eorum collationibus expeditis anno 1311., & 1361. Horum pariter successores ad hanc fere ætatem nostram ejusdem ecclesiæ Præpositum creaverunt, ac inter alios anno 1532. Dominicum Antonii de Baptista Vicarium Episcopi Verulani generalem, quem excepit Orteusius de Baptista anno 1567. in episcopum Verulanum electus de quo Ughellius tom. I. Ital. Sac. col. 1398. num. 44.

Census ab hac Ecclesia solutus.

Solvit hæc ecclesia Cassinatibus censum annuum a vetustissimo tempore, cujus mentio est an. 1273. in regesto II. Bernardi Abbatis, aliorumque Abbatum Cassinensium.

Lis Cassinatibus adjudicata.

Cum subreptitiè, ac abreptitiè præposituram hanc a S. sede obtinuisset presbyter quidam Johannes nomine, instituta lis est ante Nicolaum Jannutium judicem generalem in spiritualibus provinciæ maritimæ, & Campaniæ constitutum per D. Massiolum episcopum Cracoviensem præfatarum provinciarum in spiritualibus, & temporalibus Vicarium generalem, ac Rectorem, a Fr. Nicolao monacho Cassinate, atque decretum spectare ad Cassinenses eam ecclesiam, ac proinde Johannem in ordinem redigendum, qui, & perceptos fructus restitueret, jussumque Abbati S. Salvatoris de Ferentino, ut in possessionem Fratrem Nicolaum immitteret. Id fusius ex sententia promulgata anno 1393. die 15. Maji constat, quam originalem habemus in nostro archivo.

Paruit Abbas S. Salvatoris Nicolaus Cyurle, ut constat instrumento die 21. Decembris an. 1393. stipulato a notario Petro Benedicto de Babuco.

Monachis S. Gregorii unita hæc Ecclesia.

In Eugenii IV. Bulla, quam alibi dedimus, hæc ad rem nostram leguntur: *Hinc est, quod nos prædictis, & quibuscumque aliis dicti monasterii montis Cassinensis in monasterio S. Gregorii hujusmodi ex simili concessione sub regulari præfati Ordinis observantia pro tempore degentibus monachis pro eorum vita substentatione de alicujus subventionis auxilio providere volentes &c. B. Maria intra, & extra muros Castri Babuci, ac ejusdem B. Maria in Palazolis &c, qua omnes de mensa præfati monasteri montis Cassinen. fore, & ad illud legitime spectare noscuntur &c.* Immissi in possessionem sunt Monachi a D. Gaspare Archiepiscopo Neapolitano delegato, ut ex instrumento penes acta Johannis de monte mirabili notarii apostolici, & imperialis an. 1444. die 13. Junii.

Abbatis nostri jus visitandi eam Ecclesiam assertum.

Visitaverat pro more eam ecclesiam an. 1650. D. Carolus a Neapoli Abbatis nostri Delegatus, quamobrem Vicarius capitularis Verulanus compilato processu carceri mancipavit præpositum, qui, cum Cassinatibus ad Auditorem cameræ provocavit, ostenderuntque eam ecclesiam membrum esse cœnobii sui, testibus Urbano II., & Eugenio IV. in suis diplomatibus, quibus omnino credendum, nam ibi eorum intentio fundatur, ut statuitur in Clement. unica de probat; quare jussum, ut Præposito liberato, deinceps caussa civili jure ageretur, & quod ex sententia constat promulgata a D. Nicolao Claudio locumtenente D. Prosperi Carrafelli A. C. A., die 23. Aprilis 1651.

Ecclesia extra Babucum.

Visitata deinceps pacifice hæc ecclesia Abbatum Cassinensium jussu Ecclesiam quoque S. Mariæ extra Babucum, cujus mentio in donatione Oderisii regebat Cassinensis monachus, ut ex abdicatione constat Thomæ Piscis an. 1374. in regesto 1. Petri de Tartaris pag. 7. a t. Præpositum hujus ecclesiæ instituit Petrus Abbas Fr. Giffredum Monachum Cassinatem, ut ex ejus literis in ipsius regesto p. 99., constat.

Henricus, & Antonius Cassinenses Abbates præpositum hujus ecclesiæ elegerunt, uti constat ex eorum collationibus expeditis anno 1398., & 1446. Horum pariter successores ad hanc fere ætatem nostram ejusdem ecclesiæ Præpositum creaverunt, ac inter alios, & anno 1594. Franciscum Campanaro, qui anno 1620., ut est apud eumdem Ughellium tom. 1. Ita. Sac. col. 224. nu. 54. in episcopum Alatrinum evasit. Duo etiam beneficia Canonicatus nuncupata, quæ in hac eadem erant ecclesia, a Cassinen. Abbate conferebantur, uti constat ex collationibus ad annum usque 1590.

Census hic Ecclesia solutus.

Solvit hæc ecclesia vetustissimo tempore quotannis censum Cassinatibus in subjectionis signum, ut ex libris nostris præposit urarum constat, in quibus diligenter censuum hujusmodi rationes adnotantur.

SÆCULUM XIII.

A CONSTRUCTIONE

COENOBII CASSINENSIS,

IDEST AB ANNO J. C. MDCC.

SERIES ABBATUM

CASSINENSIUM.

D. Hippolythus a Neapoli a die 20. Novembris 1697. ad totum Aprilem 1704.

D. Gregorius a Neapoli a Mense Maji 1704. ad Aprilem 1717.

D. Nicolaus a Salerno a Mense Maji 1717. ad diem 16. Augusti 1722.

D. Archangelus a Neapoli a mense Septembris 1722. ad 24. Aprilis 1725.

D. Sebastianus a Melphicto a mense Junii 1725.

NOTÆ AD SERIEM ABBATUM

Cassinensium.

D. Hippolythus Penna a Neapoli, filius Joannis Ferrantis Neapolitani, Baronis Tini, Ailani &c., & D. Isabellæ laudatæ a Cajeta, qua in urbe natus, baptizatusque est in ecclesia S. Ludovici, die 30. Octobris 1646., illucque per aliquot annos nutritus, Monachus sacri cœnobii Cassinensis evasit die 21. Novembris 1661. magno ingenio, doctrinaque. Philosophiæ atque Theologiæ Prælector fuit, atque Cassinensis diœcesis Pœnitentiarius, ejusque deinde Vicarius generalis, tum Cellerarius, & Procurator cœnobii nostri in curia Neapolitana, atque anno 1687. mense Aprilis Prior. Quo munere functus in aliquot monasteriis, Abbas tandem est renunciatus mense Aprilis 1696. in comitiis a Congregatione nostra habitis in celeberrimo S. Justinæ apud Patavium monasterio, atque anno insequenti dum Abbas esset monasterii S. Laurentii apud Aversam mortuo Abbati Cassinensi D. Severino Pepe, suffectus est administrator die 20. Novembris 1697., ac demum Abbas Cassinensis electus mense Aprilis 1698. in comitiis minoribus Brixiæ habitis in monasterio S. Euphemiæ. Cœnobium nostrum sex integris annis magna vigilantia, ac cura rexit, atque initio præter Philosophiam, & Theologiam scholasticam, & moralem, Sacrorum Canonum studium, Cassinatibus potissimum adeo necessarium, invexit, opera D. Tiberii Geutilis a Janua docti, probique monachi, usus. Ingenti humilitate episcopatum, sponte sibi a Clemente XI. oblatum, renunciavit. Ecclesiam nostram magna, ac nobili supellectili auxit, potissimum ea, qua Abbates nostri in sollemni missa uterentur. Structiles quatuor magnas columnas, quæ ecclesiæ nostræ tholum sustinent, octoque alias, & quatuor semicolumnas in eadem ecclesia, atque Sacellum S. Carolomanni marmoribus, vario Arabico opere, ornavit, memoratumque sacellum marmorato, atque picturis celeberrimi Francisci Solimeni. Quod præstitum etiam in Sacello S. Joannis Baptistæ, ab antecessore inchoato. Marmoreas tres statuas opera usus celebris sculptoris Francisci Moratti Patavini ad Xisti extra ecclesiam ornamentum erexit. Duabus partibus cavædium in cœnobio nostro jam inchoatum auxit, ædibusque ad nobiles hospites excipiendos. Magnis impendiis perficiendam curavit ecclesiam S. Vincentii in Vulturno, ab Emo Cardinali D. Innico Caracciolo, dum Abbas ibi esset fiduciarius, cœptam. Plures etiam ædes hospitio nostro apud S. Germanum pro hospitibus addidit, auxitque domum nostram apud S. Heliam, quo in oppido ab eo tempore, quo Cellerarius Cassinensis erat, pannorum conficiendorum artem invexit, quæ hactenus ibi feliciter perstat. Non ita feliciter ejus conatus in S. Germano cessere, ubi eandem invexerat, construxeratque ædificium ad as elaborandum.

Summo studio effecit, ut memoratus Cardinalis Caracciolus monasterio nostro jurisdictionem Abbatiæ S. Vincentii in Vulturno cederet, quod scito Innocentii XII. factum, ea tamen lege, ut quotannis census a Cassinatibus Abbati S. Vincentii, qui dumtaxat titulo frui deberet, persolveretur. Hac de re documenta infra dabimus. Quemadmodum & breve Clementis XI. quo plenariam indulgentiam visitantibus, semel in anno ecclesiam nostram concedit.

Kal. Octobris 1703. post receptam pro more ab universis, sibi subjectis, etiam Abbatiæ S. Vincentii, clericis, obedientiam, Synodum habuit, in qua plura ad mores corrigendos, servandamque disciplinam ecclesiasticam decreta promulgata. Quod in causa fuit, ut sæpe in diœcesim nostram missionarii apostolici, ejus jussu, sint invecti. Ære alieno cœnobium nostrum levavit, emitque regii Fisci redditus in Oppido Citrarii, magnamque partem in oppido Cerbarii. Obortam cum Vincentio Velluto, Barone Gallucii, de finibus inter Mirtulam, & Gallucium litem diremit, juraque universa cœnobii nostri intrepide semper defendit, pacisq; sequester fuit mense Septembris 1698. inter oppidanos Pesculi Constantii, qui

magna

magna inter se se animorum contentione dimicabant ob jus pascendi. In cujus rei memoriam, grati animi ergo, in aula consilii effigies Hippolythi ab oppidanis posita.

In comitiis generalibus, mense Maji 1702. habitis Perusii in monasterio S. Petri, electus est. Congregationis Cassinensis Præsidens, atque anno 1704. mense Aprilis in comitiis minoribus, in monasterio S. Mariæ Farfæ celebratis, Abbas S. Laurentii Aversæ, quod monasterium laudatissime integro anno rexit; ac demum, dum iter comitiorum generalium celebrandorum causa arripuisset, Romæ in ædibus S. Callisti obiit, annos natus sexaginta novem, die 7. Aprilis, Fer. 2. majoris hebdomadæ, habita pontificia benedictione a Clemente XI., qui eum plurimum ob raras animi dotes amabat. Sepultus est in basilica S. Pauli, illique duodecim Abbates parentarunt. Quod etiam factum in hac nostra basilica, recitata in ejus laudem panegyri a D. Clemente Albritio, Sac. Theol. prælectore, & pœnitentiario diœcesis Cassinensis.

D. Gregorius Galisius a Neapoli, a die 9. Julii 1667. cœnobii nostri Monachus, plura ad monasterii sui servanda jura præstitit dum Cellerarius esset. Quare in comitiis minoribus Brixiæ in monasterio S. Euphemiæ, mense Aprilis anno 1698. habitis, Prior est renunciatus, atque an. 1702. in comitiis generalibus Perusinis Abbas Turrisclaræ, ac demum Cassinensis hujus nominis tertius. An. 1704. in comitiis minoribus Farfæ, quo eodem anno præcedenti Sæculo alter Gregorius fuerat inauguratus. Gratum id maxime fuit Clementi XI., a quo plurimum diligebatur, quiq; illi duas phaleratas albas mulas dono dedit, cum eum primum invisit. Procero vultu, atque hilari semper Gregorius noster incedebat, atque ita blanda, & comi oratione, ut nullum sit allocutus, quem sibi non devinxerit. Hinc factum, ùt magni sit habitus a tribus Clementis XI. fratris filiis Cardinalibus Annibale, & Alexandro, atque Carolo Principe, atque a Cardinalibus Panciatico congregationis Cassinensis protectore, Jausonio, Grimano, Oliverio, Scotto, pluribusque aliis. Illud admirandum, Hispanorum exercitus præfectos, dum apud S. Germanum versarentur, ejus comitate adeo captos, ut suis quoque consiliis præsentem voluerint, quod eidem evenit paulo post cum Cæsarianis ducibus, nempe Comitibus de Martinez, de Daun. aliisque qui omnes in hospitium nostrum apud S. Germanum excepti, atque cum principe Armstadio, a quibus omnibus summo semper in honore est habitus quemadmodum & a pluribus Italiæ proceribus. Magna vigilantia politiores literas in cœnobio nostro aluit, vocatis magno impendio præceptoribus Grammatices, Rethorices, humaniorum literarum, & Græcæ linguæ. Quo probi in diœcesi Cassinensi mores in dies magis coalescereut, Synodum habuit Kal. Octobris 1715., ac missionarios pluries invexit, lustrata etiam sæpe Diœcesi universa. Egenos magna potissimum impellente fame effuse aluit. Injuriarum immemor, atque in æqua semper adversaque fortuna par. Quo die possessionem dignitatis suæ adiit, informationem ab Archangelo Guglielmello architecto Neapolitano, & Jacobo Patriarcha Romano conficiendam jussit magnifici nosocomii, ac xenodochii ad pauperes excipiendos, quæ viginti post annos absoluta, jactis die vigesima Novembris anno 1604. fundamentis, in quibus basis anguli ad Occidentem alta est palmos L., lata XXIV., atque ad summam fabricæ crepidinem anguli quadratis lapidibus excurrunt, qui in peripheria palmos habet XLVIII.

Ecclesiam nostram pulcherrima argentea umbella auxit, pro qua quinque ducatorum millia expensa, pluribus candelabris argenteis, magnaque supellectili pro sacrario. Corona ex auricalco ornavit fores majoris ostii Ecclesiæ; pluribusque marmoribus Arabico opere, sculpturisque sacella Sanctissimi Crucifixi, Deiparæ in cœlum assumptæ, S. Gregorii Magni, S. Berthariii Abbatis, S. Placidi martyris, S. Mauri Abbatis, S. Annæ, & Sanctissimi Crucifixi ante capitulum, octo majores ecclesiæ pilas, & quatuor semipilas præter alia ornamenta plura in sacellis posita, atque januas sacrarii, & eas qua itur ad capitulum, tresque ecclesiæ exteriores, duasque ecclesiæ minores porticus, quarum fornices iterum majori diligentia ac studio pingi jussit ab eodem Paulo de Matthæis. Cujus etiam opera quinque magnas tabulas in Monachorum capitulo posuit.

Plures in propylæo ante ecclesiam statuas insignium virorum excitandas curavit, constructis prius e maculoso marmore cubilibus; statuas S. Gregorii Magni, & S. Henrici II. Imperatoris sculpsit celebris Petrus le Groff Parisinus, Clementis X. Franciscus Morattus, Ducis Roberti Guiscardi Laurentius Otthonus, Zachariæ, Alexandri II., Gregorii II., Caroli Magni, Lotharii III., & Gisulphi Ducis Beneventani Paulus Campius. Lapideos fornices in cubilibus tyronum construi curavit, complanatis etiam in viridario S. Agathæ ferro, cuniculisque duobus magnis, amplisque lapideis collibus summo impendio, ac labore, nedum ut lapidibus ad nosocomii ædificium uteretur, sed etiam, ut apta planities ad viridaria redderetur. Qua occasione fodina arenæ optimæ, quam *pozzolana* vocant inventa magno cœnobii nostri commodo, quod pluribus impendiis longius repetere opus erat, magnum sane divinæ providentiæ munus ea in parte qua vix locum absque lapide reperire est. Quæ quidem indicio esse possunt, quot laboribus impendiisque in durissimo lapide cisternas tot amplissimas effoderint veteres nostri.

In hospitio nostro apud S. Germanum sacellum construxit vario marmore, picturis Pauli de Matthæis, & marmorato plurimo auro illito ornatissimum, atque cœnaculum, & coquinam, horreumque, sub quo stabulum constituit. In veteri templo apud S. Petrum in monasterio Sanctissimo Crucifixo sacram aram e maculoso marmore statuit, frontemque altaris e vario marmore in ecclesia S. Scholasticæ eodem in Feudo sita, atque in ecclesia S. Gregorii in diruto hujus oppidi nomine posita, quam sartam tectam servavit, quemadmodum, & illi adnexam turrim. Quod idem præstitit in ecclesia domoque S. Mariæ Palatioli, S. Annæ Montis draconis, & S. Mariæ Majoris, non longe ab oppido S. Eliæ, S. Angeli Vallislucis, prope quam ædes ad presbyteri, colonorum, parochi comodum, horreumque excitatæ, & in ecclesia S. Vincentii in Vulturno, cujus fornix an. 1706.

1706. & tectum terremotu conciderant, murique laterales fere undequaque quassati. Quamquam plura omittimus more nostro brevitati consulentes. Agitatam diu litem inter Archiepiscopum Capuanum. & cœnobium Cassinense, de qua sæculo præcedenti actum, atque aliam cum Miniani Duce, cujus jussu orizæ non longe a quibusdam ditionis nostræ oppidis magno eorum damno ferebantur, composuit, defenditque intrepide fines Ripæcorbariæ, & S. Gregorii, atque Carderi, ut diss. I. dicendum: ubi recensendi etiam labores pro servanda quæstionum capitalium jurisdictione initi, quam sibi vindicabat regius Fiscus.

Obæratum cœnobium nostrum ob emtam quæstionum capitalium potestatem levavit, emitque Fisci regii redditus in civitate S. Germani, pluraque prædia.

Hasce animi dotes virtus Gregorii nostri longe superavit; nam cum juris Neapolitani regis sit Romano Pontifici eligendum Potentiæ Episcopum præsentare, cumque Cardinalis Grimanus tunc Prorex id se a Kege Carolo tertio obtenturum professus esset, renuit Gregorius noster, quemadmodum alia etiam quadam occasione præstitit magno modestiæ, ac moderationis argumento. Cujus rei non ultimum specimen est hæc epistola jussu Clementis XI. a Cardinali Fabritio Paulucio tum ditionis Pontificiæ a secretis scripta ad Nicolaum Rugium Abbatem Cassinensem.

Foris: *Al Rñoe Padre, e Il Padre Abbate di Monte Casino.* Intus vero. *Rño Padre: Continuanda la Santità di Nostre Signore a riguardare con distinta clemenzo la persona del Padre Abbate D. Gregorio Galisio, averebbe anco desiderato di sempre più manifestarla con destinare il medesimo al governo di qualche riguardevole chiesa del Regno di Napoli, ma perche la moderazione dell' animo di questo Religioso, e le ostinate flussioni, che gravemente lo tormentano li hanno fatta prendere la risoluzione di preferire ad' ogn' altro nuovo peso la quiete, e la ritiratezza, così ha disegnato la medesima Santità sua di collocare le Pontificie beneficenze in altro pur meritevole soggetto strettamente congiunto di sangue al sudetto Padre Abbate. Di tutto ciò mi ha commandate Nostro Signore di portarne avviso a V. P. Reverendissima, sicuro, che lo recarà consolazione la notizia di queste nuove riprove della paterna clemenza di S. Santità verso una persona, che ho presiedute molti anni con molta lode al governo di cotesto insigne Monasterie, e che ella prenderà da ciò motivo di concorrere con maggior propensione in ogni cosa, che sia di decoro, e di Religiosa convenienza del detto Padre Abbate Galisio, e a V. P. Reverendissima io auguro dal cielo vere felicità. Roma 18. Novembre 1717. D. V. P. Reverendissima Affettionatiss. per servirla F. Card. Paulucci.*

Verum Clemens XI., cum episcopatum Petro Galisio è congregatione S. Philippi Nerii Gregorii nostri Fratri obtulisset, atque ille magna animi demissione manus ablegasset, tandem Dominicum fratrem ejus alterum magnæ sanctitatis virum episcopum renunciavit, concessa optione, ut è pluribus, quæ viduatæ sponso essent, unam sibi eligeret ecclesiam. Cui mandato, ut morem gereret minoris censos ac diœcesis episcopatum Litterarum, & Graniani elegit, ea, ut asseruit, de causa, quo facilius parvo subditorum numero, egenisque consuleret. Dono huic episcopo dedit Pontifex annulum, albam, rochettum, & quinquaginta vini optimi dolia, quæ cameræ apostolicæ nomine in eo episcopatu extabant, atque, dum Romæ degit, curru palatii apostolici est usus.

Non leve etiam amoris sui erga hunc Abbatem argumentum præbuit Clemens XI., concessa Congregationi nostræ facultate, ut Gregorium ad quatuor alios annos Abbatem Cassinensem statuere posset, brevi dato: *Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 28. Januarii 1710. Pontificatus nostri anno decimo;* atque iterum ad tres alios annos. Quæ hactenus diximus confirmat Clemens XI. hisce literis, quibus ad sex annos, transactis totidem aliis, Gregorium nostrum Abbatem Monasterii S. Angeli Cajetæ, confirmat. Foris: *Dilecto Filio Gregorie Galisio Monacho expresse professo Congregationis Cassinensis Ordinis S. Benedicti.* Locus † sigilli in cera rubea: Intus vero. *Clemens PP. XI. Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Religionis zelus, vita, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud nos, fide digno, commendaris testimonio, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque, sicut accepimus, tu, qui Monachus expresse professus congregationis Cassinensis Ordinis S. Benedicti, & in eadem congregatione Abbas existis, alias postquam tresdecim annorum spatio officium Abbatis monasterii Montis Casini dicta congregationis summa fide, prudentia, atque integritate gesseras, ipsique monasterio magni momenti beneficia præstiteras, necnon ibidem regularem observantiam conservaveras ab eadem Congregregatione, seu illius superioribus, monasterio S. Angeli Cajetañ. Congregationis hujusmodi in Abbatem ad sexennium præfectus fueris, eique de præsenti præsis. Nos meritorum tuorum rationem habentes, ac sperantes operam industriamque tuam etiam secundo dicto Monasterio, quo diutius ei præfueris, ee in spiritualibus, & temporalibus fore utiliorem, teque proinde specialis favore gratia prosequi volentes &c. motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine Te in regimine, & gubernio secundo dicti monasterii S. Angeli Cajetañ. tibi ad sexennium demandato, ad alios sex annos a fine ejusdem sexennii computandos cum omnibus, & singulis præbeminentiis, prærogativis, facultatibus, auctoritate, privilegiis, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis & consuetis tenore præsentium cofirmamus, tibique idem regimen, & gubernium ad sexennium hujusmodi prorogamus, ac extendimus & ampliamus, mandantes &c. Datum Romæ apud S. Mariam majorem sub annulo Piscatoris die 20. Februarii MDCCXVIII. Pontificatus nostri anno XVIII. F. Cardinalis Oliverius.*

Ex originali in Archivo.

Magni semper Cajetæ ab omnibus est habitus Gregorius noster, ab Episcopis potissimum, atque Arcis militiarumque ducibus.

Illic quoq; solita diligentia sacellum SSmi Crucifixi in medio aperti ad prodigium montis ornavit, variis marmoribus, sculpturisque, atque postibus ostii è maculoso marmore, excavato quoque scalpro ibi parvo sacrario in vivo montis lapide. Amor me patriæ adigit ad aliqua hic de memorato

monte,

monte, & facello recensenda. De monte quidem ait Baronius To. I. an. 34. fol. mihi 179. *De lapidibus eo Terramotu conscissis hac Cyrillus:* * *Hierosolymorum Episcopus: Hactenus Golgotha monstrat, ubi propter Christum petra scissa sunt. Porro non tantum Hierosolymis, sed & in plerisque aliis orbis terrarum partibus scissos montes eodem terremotu incola firma traditione testantur, nempe in Hetruria, montem Alvernia dictum, & prope litus Capaniam Cajeta promontorium.* Eadem asserunt Spondanus, & Raynaldus in compendiis Annalium Baronii. Tres hoc in monte scissuras videre est, quarum media ab imo ad crepidinem excurrit, subjectoque mari alluitur, itaut initio angustior, progressu latior evadat, qua ad apertum aerem vergit, sed semper recta, atque ex ambobus lateribus concavæ siti montis partes convexis è diametro respondent. In scissuræ medio Sacellum Sanctissimi Crucifixi erectum per miraculum, ut ferunt, nempe avulso ex summa montis crepidine magno lapide, qui ita in medio constitit, ut nulla certe humana industria aptius fieri potuisse videatur, quive loco basis esset Sacelli de quo agimus. Hieronymus de Contreras Hispanus in libro cui titulus: *Selvades aventuras* lib. VI. testatur memoratum Sacellum constructum ab Argeste Cajetano cive, tempore Alphonsi I. Aragonum, ac Neapolitanorum Rege, iterumque excitatum a D. Petro Rusciano arcis Cajetanæ Præfecto i ut inscriptio testatur præ foribus ejusdem Sacelli posita, quod longum est palmos triginta Neapolitanos, latum viginti novem; & altum quadraginta octo comprehenso minori tholo, atque laterales parietes palmos circiter quatuor. Ab scalæ initio ad Sacelli januam centumviginti palmi excurrunt, & a Sacelli fine ad ultimum montis octuaginta quatuor, quare scissura omnis ducentum triginta quatuor palmis absumitur. A montis summitate ad superficiem maris sunt palmi biscentum sexaginta octo. A pavimento Sacelli ad eamdem superficiem centum quadraginta. Et tamen non raro obortis tempestatibus mare facellum ipsum magno impetu invadit. Mare intra scissuram profundum est centum viginti sex palmos. Magna locus hic ab exteris, civibusque veneratione colitur, itaut instructæ qualibet naves pluribus pulveris pyrii ictibus eam promant, vel pretium consumendi pulveris ipsi Sacello tribuant. Paulo hinc distat ecclesia Sanctissimæ Trinitatis, cui adnexæ ædes, quas Monachus S. Angeli cum presbytero seculari incolit ad missas celebrandas, audiendasque fidelium confessiones. De hoc monte, Sacello, ibique factis miraculis agunt Constantinus Cajetanus in epistola nuncupatoria vitæ S. Erasmi an. 1638. scripta ad D. Mauritium Roganum Cajetanum Fundorum episcopum, & ad judices, & consiliarios Cajetanos, noster Cornelius Ceraso in descriptione rerum memorabilium Cajetanæ urbis manuscripta apud me p. 69. & seqq. Petrus Bossettus Discursu VIII. p. 36., & seqq. libri cui titulus: *Breve Descrizzione delle cose memorabili di Gaeta*: editi Neapoli an. 1675. 1683., & 1689. Georgius Salomonius Augustinianus in carminibus, quibus: *Argumenta veritatis pro miraculo Sacra rupis Cajetana in Christi morte aperta*, profert; noster Augustinus Lampoguanus in exercitiis spiritualibus fol. 9. & seqq. aliique. Prope Sanctissimæ Trinitatis templum extabat ordinis nostri monasterium, cujus adhuc rudera supersunt, montem versus, quo in loco magnæ quinque cisternæ. Hujus cœnobii mentio in instrumento asservato in archivo monasterii S. Angeli, ac stipulato mense Martio a notario Petro Diacono anno 1100. Aliud hoc in archivo nostro asservatur in ejusdem rei testimonium, quod nescio an sit authographum.

* Cirill. Cathech. 13.

In nomine domini nostri Jesu Christi. Anno ejusdem Domini nostri millesimo centesimo tricesimo quarto, mense Julii, indictione duodecima, Gajeta. Certum est, nos Richardus Dei gratia Gajeta consulem, & ducem olim domni Bartholomei beata recordationis filium, hanc chartulam securitatis, & ammissionis scribere, & firmare facere tibi videlicet domino Petro venerabili Abbati sacri cœnobii S. Trinitatis, quod situm est in monte scilicet, qui vocatur archus timpanum territorio suprascripta nostra civitatis, pro utilitate videlicet suprascripti monasterii, idest de tota, & *inclita ipsa terra vestri suprascripti Monasterii, qua est in loco, in quo est ipse ponticellus marmoreus, quam quidem terram quondam nos detinuimus. Nunc autem causa Dei per has literas predictam terram totam & inclitam tibi, & successoribus tuis securo, & perpetualiter ammitto sub ea deliberatione quatinus amodo, & usque in sempiternum in tua, & successorum tuorum pro utilitate suprascripti vestri monasterii, sit potestate habendi, fruendi modisque omnibus illam tractandi, & dominandi ad utilitatem, ut dictum est, prafati monasterii, & neque a nobis qui supra Richardus Gajetanorum Consule, & Duco, vel a meis heredibus, aut successoribus, seu ab aliqua hominis persona ex nobis summissa unquam exinde habebis querelam, vel calumpniam, aut contrarium sustinebis tu, vel successores tui usque in sempiternum. Quacumque vero hominis persona post hanc nostra securitatis chartulam, de supradicta terra vestri jamdicti cœnobii tibi, vel successori tuo aliquid contrarii facere aliquando temptaverit contra jus nostrumque decretum se egisse cognoscat. Insuper compositura existat persona illa temeraria tibi videlicet, vel successori tuo pena nomine auri purissimi libram unam, & hac pœna soluta chartula hac sicut superius legitur firma permaneat semper † Signum manus Anatolii Castanea filii quondam Dñi Anatolii &c. † Ego Docibili Baraballu filio Dño Leo Dei gratia Gagetanorum Judex † Ego Leo Dei gratia Diaconus, & publicus scriba suprascripta Civitatis scripsi, & corroboravi &c.* Supererat adhuc illud monasterium an. 1391. ut privilagio constat in Archivo nostro asservato a Ladislao Rege, qui eo anno Cajetæ morabatur Neapoleoni Ursino concessum. *Actum in monasterio Sanctissima Trinitatis prope Gaetam prasentibus magnifico viro Nicolao de Ursinis, Volano Palatino, ac Solcti comite Reveren. in Christo Patre Mello Archiepiscopo Compsano, Gorello Orilia legum Doctore, Cicco Tortello, Feulo Maramaldo Senescalco militibus, Gaspar Cossa Consiliariis, nec non magnifico Francisco Gacta de Amalfia, Fisico Joannello Seripanno, & Bartholomeo de Dulce de Neapoli &c. Datum vero Gaeta in absentia Protonotarii supradicti, ac prafati ejus locumtenentis per magnificum virum nobilem Donatum de Aretio legum Doctorem locumtenentem Cancellarium ipsius Regni Sicilia, anno*

Domini millesimo trecentesimo nonagesimo primo die 2. mensis Septembris quintadecima Indictionis, Regnorum nostrorum anno quinto.

Ejusdemque cœnobii mentio est in Statutis Cajetanis, de quibus actum in descriptione monasterii S. Erasmi apud Castellonem seu Molam. At tandem, ut unde sumus egressi, redeamus, diem ultimum clausit ibidem Gregorius noster die vigesima nona Decembris anno 1725., postquam monasterium illud novem ferme annis rexisset.

D. Nicolaus a Salerno ex antiqua nobili familia Ruggi Monachus Sac. cœnobii Cassinensis evasit die 3. Maji 1680., atque ex Cellerario Cassinensi Prior factus in comitiis generalibus, Patavii habitis, mense Maji 1708., Abbas tandem renunciatus in comitiis minoribus habitis mense Maji 1713. Rexit exinde Monasterium S. Proculi Bononiæ, & S. Angeli Cajetæ, donec Cassinensis Abbas est inauguratus in comitiis habitis Perusii in monasterio S. Petri mense Aprilis 1717., atque solemni ritu, prout de more die 17. Maji ad nos concessit. Nosocomii fabricam est persecutus, atque pavimenta ex variis Arabici operis marmoribus, construenda curavit in Sacellis SS. Januarii, & Guinizonis, S. Joannis Baptistæ, S. Apollinaris, S. Victoris, & S. Carolomanni, cancellisque marmoreis ornavit, quæ totius ecclesiæ pulchritudini responderent. Collabescentem ecclesiam S. Annæ instauravit, strato etiam pavimento e marmoribus tessellatis, appositis sedibus nuceis, ornatoque ostio è maculoso marmore. In propylæo ante ecclesiam quatuor ad angulos ostia è maculoso marmore constituit, similiaque tria alia è diametro ecclesiæ, atque reliqua tria, qua ad cavœdium aditus patet, duoque ad porticus latera, per quæ ad subdiale ambulacrum itur. Statuam Victori III. erexit scalptore Paulo Campio, statuta sede e maculoso marmore. Sacellum Valetudinarii variis marmoribus ornavit, atque altare sacelli S. Martini. Novam, qua a S. Germano ad monasterium Cassinense pergitur viam, magnifico opere, plurimisq; impendiis stravit, quæ prius impervia fere erat potissimum a S. Germano ad Sacellum S. Crucifixi vulgo *Santacrocella*. Ferro nempe, cuniculisque pulvere pyrio repletis, maximi durissimique lapides fracti, ac valliculæ saxis, aggereque repletæ, mutato etiam quadantenus veteris viæ cursu, novisque meandris invectis. Missionarios apostolicos in diœcesi nostra invexit, atque semel in insigni collegiata ecclesia S. Germani concionatorem celebrem Valentinum NeriumCanonicum Viterbiensem. Tandem gravi morbo correptus a die 9. Julii obiit die 16. Augusti hora circiter prima & sesqui, annos natus quinquaginta septem. Illi pro more ab universa Diœcesi Cassinensi ex præscripto Synodi decreto XI. de Exequiis, & sepulturis parentatum, in cathedrali ecclesia Sac. monasterii montis Cassini, ubi frequentes confluxere Archipresbyter, Archidiaconus, Primicerii, Canonici, & Semicanonici collegiatæ ecclesiæ S. Germani sollemni habitu induti, scamnis insidente in plano ecclesiæ una cum gubernatore, ac Syndico, & Electis S. Germani, lugubri habitu dum monachi Cassinenses divina officia pro defuncto persolverunt. Facta absolutione ad præscriptum pontificalis Romani, funebri oratione latina ejus laudes est persecutus D. Andreas de Palma Sac. Theologiæ Prælector, & Pœnitentiarius diœcesis Cassinensis, ac demum capsa inclusum cadaver in cœmeterio S. Annæ humatum est. Magnum funebre pegma in ecclesia medio pro more erectum erat peristromatis argenteis vasis plurimisque luminibus ornatum, cui superimpositum cadaver pontificali habitu. Tota in Monachos, & diœcesim Cassinensem authoritas mansit penes D. Ildephonsum del Verme Priorem cœnobii nostri. Quæ hactenus diximus, fusius constant instrumento a Berthario Papa Sangermanensi notario Apostolico, & Regio die 26. Augusti 1722. stipulato.

D. Archangelus a Neapoli e nobilissima Brancaciorum gente natus die 13. Februarii 1685. filius Cæsaris Brancacii, & Claræ Capyciæ, Monachorum Cassinensium habitum induit an. 1697., atque exinde ob probos mores omnibus charus, in juvenili ætate computator Congregationis Cassinensis est electus an. 1713., deinde Cancellarius anno 1719., ac demum Abbas Turrisclaræ ex concessione Romani Pontificis mense Aprilis 1722. in comitiis minoribus Neapoli in monasterio S. Severini habitis, paulloque post die 13. Septembris ejusdem anni in mortui Abbatis nostri D. Nicolai locum, uti Administrator, suffectus est, a quo tempore magna ita cum laude injunctum sibi munus est executus, ut mense Aprilis anni 1723. in comitiis generalibus habitis monasterio S. Benedicti prope Mantuam Abbas Cassinensis fuerit inauguratus, atque congregationis nostræ Visitator.

Ingenti erga monasticam, ecclesiasticamque disciplinam, bonasque litteras, studio ardebat, qua de causa, plurimis, atque optimis libris ex Gallia, variisque Italiæ partibus magna cura advectis bibliothecam nostram auxit, omnemque pœne diœcesim Cassinensem lustravit, Synodum etiam habuit Kal. Octobris 1723. in cathedrali Cassinensi, pluraque statuit, quæ ejus pronam in optima quæque indolem ostendant. Missiones sacras in diœcesim nostram advexit, usus opera viri pii Johannis Picæ, quem secum etiam in Calabriam duxit, magno animarum commodo, concionatoremque Roma advocavit, in insigni collegiata ecclesia S. Germani celebrem Thomam Mancinum beneficiatum S. Petri, & concionatorem Cæsareum, atque in novum ejus potissimum opera perfectum Capuccinarum conclave, quod Conservatorium vocant in civitate S. Germani, quasdam virgines invexit, quas eleemosynis adjuvabat. Nova in cœnobio Albanetæ ejus tempore construi cœpta ecclesia S. Mariæ, pluribus eleemosynis auxit, ornavitque ecclesiam S. Scholasticæ Gajetæ, immediato jure cœnobio nostro subiectam, æsque non modicum tribuit, quo ecclesiam; & monasterium S. Liberatoris de Majella instauraretur. Ultimam admovit manum, perfecitque Xenodochium pro peregrinis, addita necessaria supellectili, novamque viam stravit satis magnificam, qua commode ea cœnobio nostro ad illud Albanetæ pergeretur. Tertiam addidit aulam, aliamque minorem in Archivo nostro, pluteis e nuce, cupressu, ac pinu compactis ad teredines amoliendas. Quod vero admirandum plane est, uno vix anno collabescentem in oppido S. Eliæ chartariam officinam pulcherrimo artificii genere instauravit,

ampla-

ampliavit magnifice, novamque omnino reddidit. Duas emit magnas silvas, scilicet a Nicolao Cappellano, instrumento stipulato a notario Alexandro Rotundo a Palatiolo die 2. Augusti 1723., & ab ecclesia S. Germani penes ejusdem notarii acta. Supellectili cœnobium, ac sacrarium auxit, unum ex cubiculis S. Benedicti, strato vario marmore pavimento, anaglyphoque opere pulchrius reddidit, atque altare, quod ibi erat ex vario marmore magnifice ornavit. Quod idem prestitit in privato sacello aulæ Abbatialis, magno quoque inchoato basilicæ nostræ pavimento. Dum vero plura pro indole sua majora, ac magnifica moliretur, inopina morte florenti ætate obiit die 24. Aprilis 1725. dum in cœnobio S. Benedicti Ferrariæ pro comitiis minoribus congregationis nostræ versaretur, relicto omnibus de se incredibili desiderio, ob eximias, quibus ejus animus ornabatur dotes, magnam comitatem, suavissimosque mores. Immensus in cœnobio nostro luctus, cum ex insperato infaustus ad nos die 2. Maii nuncius pervenit. Pareutatum illi pro more in cathedrali Cassinensi die 4. Maii, universaque diœcesi, recitara in ejus laudem funebri oratione latina a D. Angelo Longo prælectore Philosophiæ, quæ instrumento constat stipulato a præsbytero D. Cajetano Tarsia Sangermanensi notario Apostolico die 9. Junii 1725. Sollemni etiam ritu elatum fuerat in ecclesia S. Benedicti Ferrariæ ejus cadaver, funebri pegmate magnifice ornato, ac Pontificales missas celebrante D. Stephano Franzino Veneto congregationis nostræ Præside, assistentibus sex Abbatibus. Omnis in ditionem nostram potestas pœnes Priorem claustralem D. Ildephonsum del Verme pro more mansit, a quo die 2. Maii 1725. penes acta notarii Apostolici D. Cajetani de Tarsia procurator confirmatus, quo concilio Romano a Sanctissimo domino nostro Benedicto XIII. indicto sub Datum Romæ apud S. Petrum in pervigilio nativitatis Domini die 24. Decembris MDCCXXIV. Interesset Pater D. Petrus Maria Justinianus Decanus olim Sac. Theologiæ, & sacrorum canonum prælector, atque in sacra, prophanaque historia diu versatus. Electus ad id muneris fuerat a mortuo Abbate penes acta noctarii Johannis Dominici de Rubeis Romani die 31. Martii 1725., quod per se met, ad comitia minora porrecturos, præsto esse non poterat, quamquam speciali nomine a Romano Pontifice vocatus, una cum Abbatibus S. Pauli de Urbe Sanctissimæ Trinitatis Cavæ S. Mariæ Farsæ & S. Scholasticæ Sublaci, ex Ordine nostro, quibus quasi episcopale jus competit.

D. Sebastianus a Melphicto ex nobili Gadaletorum familia Monachus evasit die 21. Martii 1681. Hujus merita melius aptiusque cognosci non possunt, nisi ex delectu, quo in Comitiis generalibus celebratis Perusii anno 1720. ad monasterii S. Mariæ Cesenæ regimen præfectus est. Quum enim Clemens Papa XI., cujus beneficio per breve datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die IX. Novembris 1719. Sebastianus noster creatus fuerat Abbas, maxime optaret, ut ille monasterio Abbas præficeretur monasticæ rei observantissimus, sensaque hac de re sua explicasset congregationis Cassinensis Procuratori generali, ipse illuc missus est, & conceptæ de se omnium animis opinioni egregie respondit, quod hæc ad Fabium Cardinalem Oliverium Francisci Xaverii Guicciardi episcopi Cesenatensis epistola abunde testatur.

E stato molto accertato il giudicio di nostro Signore nella prescelta del P. Gadaleta al governo di questo monastero di S. Maria del Monte della congregazione Cassinense, che già ne sperimenta li buoni effetti &c. Il P. Abbate hà zelo, prudenza, ed esperienza con i quali talenti spero nel Signore, che sia per ridurre quest' insigne monastero ad un stato di perfezione &c. dove potrò contribuire à si santo fine, non mancarò d' impiegare tutta la mia debolezza, si per secondare li sentimenti piissimi di sua Santità; come per il mio proprio interesse, non potendo io sperare, ò pretendere dal mio clero secolare maggior osservanza ed edificazione di quella, che vedono nel regolare. Già hò protestato al Padre Abbate, che si serva di me con intiera confidenza, perche con l' ajuto del Signore ambulabimus cum consensu in domo Domini, e così ne assicuro V.E. &c. Post quinque regiminis annos cum in comitiis congregationis nostræ minoribus Ferrariæ habitis, Abbas S. Benedicti Plagæ in suburbio Neapolitano fuisset renunciatus, atque interim obiisset Archangelus Brancaccius Casini Abbas, in ejus locum suffectus est plaudente potissimum S. Pontifice Benedicto XIII. cui maxime cordi erat ob incredibile erga monasterium nostrum studium, ut vir eidem præficeretur numeris omnibus absolutus. Hinc publicitus ultima in sessione concilii Romani jussit, Romæ consisteret Sebastianus noster, quippe, quem sollemni ritu ex Pontificali Romano in ecclesia S. Callisti benedicere vellet, exemplo decessorum suorum Romanorum Pontificum, qui cœnobii Cassinensis Abbates antequam cognomini congregationi jungerentur, hujusmodi honore per semet perpetuo dignati erant. Itaque Dominica infra octavam Corporis Christi die 10. Junii perfectum io memorata ecclesia pallis magnifice ornata assistentibus ab altare Abbatibus D. Placido Pezzancri Placentino Casæmarii Ordinis Cisterciensis ab eodem Pontifice olim benedicto, & D. Gorbo Gallutio Procuratore generali Ordinis montis Virginis, qui, & ipse benedictus olim fuerat ejusdem Pontificis manibus, dum Archiepiscopus esset Beneventanus; magnoque Nobilium primi ordinis, utriusque sexus præsente numero, ac præ cœteris ejusdem Pontificis nepte Duce Gravinæ, atque quibusdam episcopis, & prælatis. Præter ceras, resque alias a se missas, vetavit etiam Pontifex ne aliquid e muneribus solitis ab Abbate nostro persolveretur. Administrationis hujus cœnobii possessionem iniit Sebastianus pro more in basilica hac cathedrali, præstita illi a monachis obedientia, die 27. Junii. Jamque ex eo tempore apud Sangermanenses etiam ipsos pietatis, & prudentiæ laudem, approbationemque sibi conciliavit.

Canonicatum, qui per obitum Rev. qm. Angeli Grimaldi in insigni Sangermanensi collegiata vacavit ad præscriptum Tridentini concilii in præbendam Theologalem erexit, habitoque concursu de ea providit Cosmum Acella, qui propositos ab examinatoribus quatuor Bibliorum textus, probe fuit interpretatus, aliisque clarius, atque accuratius excitatas de iis quæstiones circa ecclesiæ dogma-

dogmata, & disciplinam solvit, & explicavit: Parochialia munera, ad quæ prævia Ordinari approbatione obeunda, quatuor ejusdem collegiatæ Capitulares quotannis per orbem a Collegis suis eligebantur, demississimis precibus SSmo D. Nostro Benedicto impetravit, ut totidem præbendis, seu canonicatibus, ubi primo vacaverint perpetuo annecterentur, idque, ut sagacitate quadam beneficio, ac animarum utilitati provideretur. Itaque mortuis Marco Antonio Riccardi, & Francisco Pollastrella canonicis hæ præbendæ in animarum curam erectæ, prævioque concursu presbyteris Saverio Jannarelli, atque Laureto Sellori, utpote dignioribus collatæ marmoreum in Cassinensi ecclesia pavimentum a decessore suo magna cura inchoatum, non minori perfecit, absolvitque Tabernaculo ad asservandum eucharistiæ sacramentum pulcherrimo, & lapidibus pretiosis jaspide, amethysto, achate, aliisque ex inaurato ære, Romæ mire undique exornato, ecclesiam eandem locupletavit. Monasterium S. Liberatoris, ejusque ecclesiam non longe antea resarciri cœpta, maximo sumtu tantum non absolvit. In oppido nostro Aquæfundatæ molendinum, cujus incolæ maxime indigebant, extruxit, prædiaque aliis monasterii nostri bonis contigua emit, uti constat instrumento ab Alexandro Rotundo a Palatiolo die 7. Aprilis 1728.

DISCIPLINA MONASTICA, ET Ecclesiastica.

Sanctissimus Dominus noster Benedictus XIII. in bulla hoc anno 1725. edita, quam integram infra dabimus, hæc de Cassinatibus testis oculatus prædicat. *Ac insuper compertum habentes a Monachis ibidem degentibus omnia, quæ ad eorum regularia instituta pertinent laudabiliter observari, sacrarum litterarum studia sedulo exerceri, divinumque in primis cultum summa cum religione peragi, quemadmodum propriis inspeximus oculis, dum in minoribus constituti illuc Sanctuarium adeo celebre devotionis gratia visitaturi perreximus.* Nempe bis, cœnobium istud invisit vir Sanctissimus an. 1676., & 1721., quo omnia privati cujusque Monachi munia obiit. A Sacra Congregatione pro servanda Disciplina regulari Romæ instituta cœnobium Cassinense electum est, ut tyrones in eo alantur, regulam monasticam professuri.

Probam Monachorum institutionem noverat non longe antea Innocentius XII., ut cœnobio nostro illud S. Vincentii ad fontes Ulturni cum ditione sua perpetuo subjicere, quam sponte ablegaverat Innicus Caracciolus memorati monasterii Abbas fiduciarius episcopus Aversanus. Habet enim in unionis bulla. *Dictus Innicus Episcopus provide considerans, quod propter absentiam Abbatum Commendatariorum pro tempore existentium dicti monasterii, non solum illius bona, sed etiam animæ subditorum illis concredita quamplurima passa sunt, & in dies patiuntur, ut pati possunt, detrimenta tam in spiritualibus, quam in temporalibus*, & reliqua, Idemque testatus est Innicus in epistola ad Cardinalem Panciaticum, tum ejusdem Pontificis Prodatarium, & Procuratorem congregationis Cassinensis scripta hisce verbis. *Mi pare, che il governo tanto della giustizia, come spirituale staria meglio appoggiate al vicino monastero, o Padri di Montecasino, che ad un semplice Vicario Mercenario, l'esperienza de' quali hà reso fin' ora troppo lagrimevole la condiziene di quel venerabilissime Santuarie &c*

Clemens XI., qui Cardinalis cœnobium nostrum inviserat, ut sæculo præcedenti dictum, perpetuam plenariam indulgentiam quotannis visitantibus basilicam Cassinensem concessit hisce litteris. *Clemens Papa XI. ad perpetuam rei memoriam. Universis Christifidelibus præsentes literas inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Commissæ nobis a Domino nostro Jesu Christo dispensationis ratio exigit, ut cælestium munerum thesauros ad augendam in Terris Sanctorum, in cælis regnantium, qui tradita sibi talenta non defoderunt in terram, sed uberi bonorum operum fructum multiplicarunt, venerationem, fruendamque, & incitandam erga illos fidelium devotionem fideli prudentia quantum nobis ex alto conceditur, erogare studeamus. Itaque præclara S. Benedicti Abbatis, qui despectis omnibus, quæ Mundus amat, & colit, cælestis gratia benedictione replens, sancta conversationis studiis, miraculisque eximie claruit in ecclesiam Dei merita pio, devotoque animi affectu recolentes, nec non spirituali Christifidelium ad ecclesiam monasterii Montis Cassinensis Ordinis ejusdem S. Benedicti nullius diœcesis provinciæ Capuanæ, quam nos ante nostram ad summi apostolatus apicem assumptionem, dum Cardinalatus honore fungebamur venerabundi adivimus devotionis causa, peregrinantium consolationi, atque animarum saluti, quantum cum Domino possumus consulere cupientes, supplicationibus dilecti filii nostri Bandini S. R. E. presbyteri Cardinalis Panciatichi nuncupati Congregationis Cassinen. dicti Ordinis apud nos, & sedem apostolicam protectoris, quas tam suo, quam dilectorum filiorum moderni Abbatis, & monachorum monasterii prædicti nomine nobis humiliter porrexit benigne inclinati, ac de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, & Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis Christifidelibus ad ecclesiam supradictam, sicut præmittitur, peregrinantibus, qui illam vere pœnitentes, & confessi, ac Sac. communione refecti devote visitaverint, & ibi pro christianorum Principum concordia, heresum extirpatione, ac S. Matris ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem semel tantum in anno per unumquemque lucrifaciendam misericorditer in Domino concedimus, præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus si forent exhibita, vel ostensa. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XXII. Januarii MDCCI. Pontificatus nostri anno primo. F. Oliverius.* Hæ vulgatæ sunt in diœcesi Cassinensis, aliisque conterminis locis die 24. Februarii 1701., magnaque supplicabundi populi frequentia celebratæ; quæ hactenus devotio præstat.

Ern-

Eruditus Joannes Maria Lancisius Clementis XI. Archiater editis libris celebris ex cœnobiu Cassinensi, ad quod invisendum una cum Alexandro Albano ejusdem Pontificis fratris filio, nunc S.R.E. Cardinali, hasce literas de Monachorum Cassinensium vita dedit ad doctissimum virum Franciscum Blanchinum.

Illustrissimo, & Reverendissimo Præsuli Francisco Blanchino SSmi Domini nostri ab honore cubiculi. Jo. Maria Lancisius S. P. D. Quoniam caducis, ac mortalibus rebus oportet semper æternas, atque immortales anteferre: non miraberis doctissime præsul, si ex Cassinensi hoc vertice ad te scribentes omni posthabita narratione durissimi itineris, quod partim gestatoria sella, partim albis mulis invecti feliciter confecimus de sacro, ut brevissimo secessu verba faciamus. Magna quidem excelsi hujus monasterii, templique fama expectationem nostram erexerat, sed utrumque re ipsa majus, (quod raro contingit) tum magnificentissima ædificiorum structura, tum perenni pietatis exercitatione inventum est. Nos itaque benigne ac liberaliter a religiosissimis viris excepti, favente mira cum humanitate illmo hujus cœnobii, finitimorumque locorum ordinario præsule Patre Abbate Gregorio Galisio, in divina statim officia ferventer incubuimus, ac nostrarum potissimum precum vota suscepimus, ut deus immortalis Clementem XI., qui christianam rempublicam in hac temporum asperitate, tot periculis obiectam sapientissime moderatur, ea benignitate, qua nobis dedit, diu servet incolumem. Ad has autem precationes ineundas ardore catholica sua institutionis maxime nos excitavit inclitus eques Alexander Albanus qui a pueritia vix egressus solidis omnibus, egregiisque virtutibus non adolevit modo, sed senuit. Enim vero experti hic sumus longe suaviores esse fructus solitudinis, quam inanes sæculi voluptates, & falsa plerumque gaudia civilis consuetudinis: ideo vehementer invidemus felicitati Cassinensium Monachorum, qui mundo ac sanguini opportune valedicentes exemplo, ac doctrina facilius, certiusque quam instructissima quævis moralium disciplinarum bibliotheca (qua alioquin ex hoc Monasterio studiosis mirifica, & locupletissima suppetit) doctiorem unumquemque, & charitate ferventiorem faciunt, atque remittunt. Unum dolemus, quod hospitii brevitate desiderium dumtaxat nobiscum auferre possimus cœlestis hujus montis, cujus fastigium cœlo proximum Divinam quamdam auram spirare videtur, & fidelium cordibus ingerere. Grave rursus accidit, quod vetustissima monumenta, quæ sparsim, cum inter dirutas Casina civitatis reliquias, tum hoc montis jugo latent, & custodiuntur nobis un... ..ecum observare non licuerit. Tu namque Ethnica pariter christianaque antiquitatis eruditione excultissimus plura, quæ adhuc latebris forte absconduntur, nobis aperuisses: Sed in eam spem clementia nostri Pontificis adducimur, ut sanctum hunc locum ampliori cum Xenodochiis, tum Nosocomii accessione nobilitatum aliquando tecum repetamus.

Cæterum ad cœnobii hujus gratiam augendam, illud etiam adjungitur, quod semel SSmus Pater antequam ad Pontificatum eveheretur propria pietati deversorium elegerit ac propterea marmoreum ejusdem simulacrum magna impensa postremis hisce mensibus huc translatum ita suspicimus, ut nunc præsentia sacratissimi Principis (quæ unica deficit in secessu jucunditas) quoquomodo perfruamur. Sed tamen inter tot religiosas animi voluptates non levis urget dolor, scilicet quod absimus non modico terrarum intervallo ab eodem optimorum maximo Pontifice, qui ea etiam nomine beatissimus prædicandus est, quod faciat ipse, quæ nos scribamus, scriptaque posteri legant nunquam interitura: reditum idcirco nostrum quam citissime maturabimus. Dum tu gloriosum in Gallias iter, quod prosperum auguramur mediturus. Vale. Datum ex Bibliotheca montis Cassini XVI. Kal. Julii MDCCXII.

Anno 1709. die 2. Februarii Monachorum consensu Fraternitatis Spiritualis jus concessum ab Abbate D. Gregorio Galisio Marchioni Joseph Vaubonio exercitus Cæsarei Duci, Tribuno legionis Draconum, & cubiculario clavis aureæ Josephi imperatoris, ut ex litteris hanc ob rem datis constat. Id non semel flagitaverat Vaubonius, qui probos Monachorum mores coram inviserat diu in Hospitio nostro versatus apud S. Germanum cum Cesarianus exercitus regnum Neapolitanum occupasset. Gratias hisce literis reddidit.

Foris. *Al Reverendissimo Padre D. Sebastiano Gadaleta Priore, e MM. RR. Monaci del Capitolo de Monte Casino Proñi miei Colñi. Monte Casino.* Intus vero. *Reverendiss. Padre Priore, e MM. RR. Monaci Cassinesi Patroni miei Colñi. Non ho io espressioni sufficienti per dimostrare la somma obbligazione, che confesso a V. P. Reverendissima, & alle PP. VV. MM. RR., perocche si sono elleno benignamente compiacciute accettarmi con animo fratellevole piena di quel Dio, ch' è carità nel lor conforzio, rendendomi sopra modo onorato coll' ammetermi nella loro angelicu conversazione, che in vero e laudevol cosa del Cielo, così come Paolo apostolo divisolla: Oltraccia per la ragguardevole spezialità, colla quale mi an' distintamente favorito, secondocche comprendo dalla celebre Bulla mandatami dal nostro illmo Padre Abbate Cassinense, misuro l' ombra mia, e la trovo oltre l' usato cresciuta, il di che metto in non cale ogni altro umano vanto, e' l porrò eziandio nel dimenticatojo a cagion di sì fatta pregiosissima grazia, la quale cadendo in acconcio dello Spirito è di gran lunga maggiore, anzi infinitamente più commendabile innanzi a tutte le altre prerogative, che corteggiano il corpo esimero, e corruttibile. Io sarei colà venuto di persona a far con esso loro i dovuti ossequiosi ringraziamenti, imitatore per punto di quella santa umiltà, che in trà tante di loro eroiche virtù, è divenuta specchio del cattolico mondo, e trae le più alte cime degl' uomini, che son di altissimo affare ad inchinarsi all' orlice sacro delle Benedettine cocolle; ma ritrovandomi cagionevole per la nota mia indisposizione, e molto più impedito per la mia carica, mi fo lecito per adessa compiere in parte colla penna al gran debito, dichiarandomi esser perciò d' assai tenuto loro, e protestandomi che studierò rinvergar le maniere più oportune per mostrare a cotesta religiosissima Communità la gratitudine del mio animo, mentre il proporzionato rimerito che non può farsi dalla mia fiebolezza, non trattandosi di contracambio terreno, gliel darà Iddio, che è il rimuneratore dell' opere virtuose. Tra per tanto che non sarò à felicitarmi in cotesto santuario, pubblicherò a personaggi i quali son la gloria del mondo la lor pietà, c' hanno versa di me*

pru-

pratticata; ed attendendo da lore commandi la fortuna di farmi conoscer del tutto rassegnase a conmi di si venerandi ministri dell' Evangelica legge, mi raccommando alle di loro ferventi orationi, e mi rafferma Di V. P. Reverendissima, e delle PP. VV. M.M. RR. Napoli li 14. di Febrajo del 1709. Devotissimo Servitore Josepo Marchese di Vauboun Padre Priare D. Sebastiano Gadaleta, e Monaci di monte Casino. Avinione natus erat, & si semper in Cæsariano exercitu miles, atque Viennæ obiit die 12. Augusti 1715.

Eum imitatus Joannes Alexander Baro de Armon legionis Cæsareæ Tribunus, & Præfectus Barulanæ arcis coram, scriptis que idem privilegium expetiit, quod tandem illi Monachorum scito concessum est an. 1721. ab Abbate Nicolao Ruggio, ut hisce literis constat.

Nicolaus Ruggi a Salerno Abbas Sacri Monasterii Montis Casini, ejusque diœcesis, ac jurisdictionis Ordinarius, Dominus civitatis S. Germani, ejusque castrorum, &c. atque primus Baro Regni Neapolitani Dilecta filia nobili illustrissimoque viro Joanni Alexandro Baroni de Armon Sacræ Cæsareæ majestatis cohortium Tribuno, regiæque arcis Barulana præfecto charitatem, [a] gaudium & pacem Christi Dilecte Fili. Ea est divina charitatis amplitudo, & robur, ut cum patiens sit, [b] benigna sit, non amuletur, non agat perperam, non inflatur, non sit ambitiosa, non quærat, quæ sua sunt, non irritetur, non cogitet malum, non gaudeat super iniquitate, congaudeat autem veritati, omnia sufferat, omnia credat, omnia speret, omnia substineat, semperque [c] adificet: Tum quoties in cordibus hominum diffunditur [d] per inhabitantem spiritum sanctum modo longe divinissimo multitudinem [e] peccatorum, atque adeo universa [f] delicta operit, & ad humilia quæque atque abiecta capessenda, obeundaque pro Christo munia, hilarem efficis animum. Eximiam hanc charitatem excellentissimis hisce dotibus a sacris scriptoribus laudatam, sensum, animumque tuum pervasisse, ac intimius inhæsisse facile crediderim Joannes Alexander Baro strenuissime, quod humillimis repetitis precibus per aliquot jam annos qua scriptis Epistolis qua præsentia enixe a nobis rogaveris, ut se inter Fratres nostros cooptaremus, ex eorum numero, quos oblatos a Saculo ecclesia duodecimo appellamus, atque supplici tandem hoc libello manu tua dum apud nos versaris conscripto impense id optare demonstraveris. V.ξ

Illmo e Rmo Pre Abbate, e Mto Rdi Monaci del Sacro Monasterio di Monte Casino.

Avendo impresso nel cuore di me Giovanni Alesandro Barone d' Armon Colonello di S. Maestà Imperiale, e Castellano per la medema Maestà del Real Castello di Barletta la Santità del vostro sacro Monastero, e di voi religiosissimi Monaci una sommastima e venerazione al vostro santo Instituto, si e in me acceso un ardentissima desiderio di essere ammesso alla vostra Fratellanza, quando determinossi di ritirarmi dall' esercizia dell' armi, chiedendovi il solo peso di sostentarmi con un solo camerere proporzionato a servire il mio stata, assicuraadovi Illmo Padre Abbate, e Molto RR. Monaci, che questa grazia sarà scolpita nel mio petto, e che in caso tale corrisponderò con tanta gratitudine che mi confessaranno degno di meritarla. Johannes Alexander Baro de Armon.

Lætati plane [g] sumus in his, quæ a nobis audita lectaque sunt, atque ex intimis animis visceribus gratias Deo, per quem abundat [h] consolatio nostra, egimus, in lubrico, atque periculoso vitæ genere, interque Martiales tumultus talem hominem inveniri, qui juxta cor dei [i] Domini exercituum factus, illi se se totum devovere percupiat, respiciens ad Sion Montem [k] Sanctum, in cujus vertice est domus domini [l] rempe ad monasterium Cassinense, ubi Sanctissimi legislatoris nostri Benedicti corpus humatum est, undeque totius Monastica disciplina sanctitas promanat ob eam S. Benedicti regulam, quam eodem spiritu dictatam, quo sacri canones, vetera concilia septimi sæculi edixere. Ne autem Dei vocem in laudem gloria gratia sua [m] se vocantem negligere videremur, convocatis omnibus ex regula S. Benedicti præscripto ad consilium Fratribus, Filiisque nostris Monachis Cassinensibus ad sonum campanula in capitula, servatis servandis, Divini numinis a quo omne datum optimum [n] gratia evenit, ut omnes ad unum summa animorum consensione suis, nostrisque votis fecerint satis, Te Joannem Alexandrum Baronem de Armon in Fratrum nostrorum numerum, quos oblatos dicimus, sponte lubentissimeque cooptando his conditionibus, quas in supplici libello postulasti. Nostrum omnium animum ad hoc tibi privilegium elargiendum movit, & impulit præ cæteris magna illa tui animi humilitas, qui tot nos vicibus animæ suæ requiem inventurus [o] maximis emensis itineribus haud satis licet firma valetudine hac de causa convenisti, tum comperta a pluribusque laudata egregia, & perennis tua erga ordinem nostrum pietas, morumque honestas religio, & in Deum charitas; quas eximias virtutes perfectionisque christiana dotes, aut attentius deinceps custodias foveasque diligentissime, etiam atque etiam pro paterna nostra sollicitudine hortamur fili charissime, quem modo in charitate christi corde [p] parturimus.

Ea enim a te jam inita via est, a qua recedere minime amplius liceat, ne cum manum ad humilitatis aratrum [q] semel miseris, retro respiciens aptus Regno dei non videaris. Veritatem bonaque opera quæ Benedictina familia adscriptum virum deceant solerter fac [r] in charitate, sumpto potissimum diebus festis S. Benedicti Patris nostri XII. Kal. Aprilis, S. Scholastica ejus sororis, IV. Id. Febraarii, S. Placidi Martyris III. Non. Octobris S. Mauri Abbatis XVIII. Kal. Februarii, Sanctorumque omnium Monachorum Idibus Novembris (quos exinde ut pote peculiares tui patronos colere debes) sacratissima eucharistia Sacramento, quo tempore generalem, & plenariam peccatorum omnium expiationem nancisceris, eaque occasione nos omnes tibi charitate Fraternitatis [s] conglutinatos, nostrumque cœnobium Cassinense deo sanctisque tutelaribus commendato. Semper præ oculis habeto inter militares turbas, tubarumque clangores Deum exercituum te vocantem ad induendam arma [t] lucis secundum exemplar quod tibi in Monte [u] Cassinensi monstratum est; nam melius est non cognoscere [x] viam justitia, quam post cognitionem retrorsum converti ab eo, quod traditum est tibi sancto mandato regula B. Benedicti, cujus præscripta pro statu conditioneque temporum implere, deinceps adnitendum tibi est. Verum comperta nobis animi tui pietas felicissima quæque de te ominari jubee

[a] ad Galat. 5. v. 22. [b] 1. ad Cor. 13. v. 4. [c] 1. ad Cor. 8. v. 1. [d] ad Rom. 5. v. 5. [e] 1. Pet. 4. v. 8. [f] Prov. 10. v. 12.

[g] Psal. 121. v. 1. [h] 2. ad Cor. 1. v. 5. [i] 1. Reg. 13. v. 14. [k] Psal. 2. v. 6. [l] Isai. 2. v. 2. [m] ad Ephes. 4. v. 6. [n] Jac. 1. v. 7. [o] Matth. 11. v. 29. [p] ad Galat. 4. v. 19. [q] Luc. 9. v. 62. [r] ad Ephes. 5. v. 15. [s] ad Hebr. 13. v. 1. [t] ad Rom. 13. v. 12. [u] Exod. 25. v. 40. [x] 2. Pet. 2. v. 21.

bet: ut per gratiam Christi perpetuam tandem pacem in cœlestibus cum omnibus S. Benedicti Monachis assequare. Induat itaque te dominus loricam fidei, & charitatis, ⁷ sitque tecum Fili dilectissime gratia Domini nostri Jesu Christi, & charitas dei, & communicatio Sancti Spiritus, ⁸ qua incolumem sospitemque te nobis diu servent. Datum ex sacro monasterio Montis Cassini Kalendis Septembris MDCCXXI. Nicolaus Abbas Sacri Monasterii Montis Casini. Locus † sigilli impressi.

7 1. ad Thessal. 5. v. 8.

8 2. ad Cor. 12. v. 13.

D. Desiderius a Neapoli Cancellarius. Moram objecerant secundæ nuptiæ, quibus sese Armonius obstrinxerat quam in remo hasce adme litteras dedit: Foris. *Al Reverendissimo Signor mio Patrone Colendissimo il Padre Abbate D. Erasmo Gattola Napolitano S. Germano per monte Casino*: Intus vero: *Reverendissimo Signor mio, e Padrone Colendissimo: Sento dalla stimatissima di V.S. Reverendissima dalli 7. del caduto la ragione, per la quale ha suspeso l'espedizione della mia Figliolanza di cotesto Sagro Monasterio, onde io vengo con questa a replicarli, che se io avessi creduto, che col passare al secondo Matrimonio mi fusse stato d'impedimento ad ottenere tale grazia, io non l'averia mai fatto, poiche io desidero tal figliolanza piu che nessuna cosa al mondo, non per nessuno fine d'interesse, giache ritrovandomi impiegato in uno posto riguardevole decoroso, e di convenienza difficilmente potria io abbandonarlo in tutto per ritirarmi costi, ma io ambisco questa cosa per havere l'onore, e la consolazione d'essere figlio d'un Monasterio, e di una Congregazione così santa, e nobile, e che sempre da me è stata venerata, e stimata, alla quale io farò tutto il mio possibile per consagrarvi un unico figlio maschio ch'io tengo. Conchè perseverando ad esso piu che mai a reiterare le mie istanze tanto appresso di V.S. Rma come dell'Illustriss. Monsignore nostro Padre Abbate, io le supplico a concedermi tal grazia, con farmene spedire la patente, & inviarmela indrizzata a questo Reverendissimo Padre Abbate della Madonna d'Andria, o veramonte a dirittura a me come meglio li parerà, giacche la mia partenza per Vienna, che doveva succedere nel caduto mese di Luglio per alcune leggiere indisposizioni, che io ho avuto, è ritardata fino alla fine di Ottobre venturo, nel qual tempo io spero mediante l'agiuto di Dio incaminarmi per quella Imperiale corte a pigliare li miei figli suoi servi, e supplicando V.S. Reverendissima d'offrire li miei umili rispetti all'Illustriss. Monsignore nostro con riverirmi pure al Reverendissimo Padre Abbate Brancaccio, Signor Padre Priore, e tutti cotesti Signori Monaci miei amici, e Padroni li bacio devotamente le mani. D. V.S. Reverendissima Castello di Barletta 9. Agosto 1721. Devotiss., & Obbligatiss. Servitore vero El Baron d'Armon. Reverendiss. P. Abbate D. Erasmo Gattola: Monte Casino.* Alia hac epistola obtento Fraternitatis monumento grates Armonio rependere placuit.

Reverendissimo mio Signore Signore Patrone Colendissimo. Alla fine per grazia di Dio, e mediante li favori di V.S. Reverendissima mi vedo consolato con aver ottenuto la cosa, che da me si desiderava piu in questo modo quale era di vedermi ricevuto alla Filiolation di cotesto Sacro Monasterio facendo io piu conto d'esservi il minimo delli fratelli donati, che d'essere Generale fra gl'esserciti Imperiali, e conoscendo io doverne tutta l'obbligazione a V.S. Reverendissima, il quale ha sempre protetto la mia presenzione, io vengo con questa a darli col più vivo del cuore li miei ringraziamenti, e supplicandola non scordarsi di onorare spesso con suoi stimatissimi commandi a me suo devoto, ed obediente suddito bacio a V.S. Reverendissima devotamente le mani. Castello di Barletta li 20. Setembre 1721. D.V.S. Reverendissima: Devotissimo, & Obbligatissimo Servitore vero El Baron d'Armon: Reverendissimo P. Abbate Gattola Monte Casino. Natus est Armonius in Burgundia, ejusque gentis Feuda non longe a Cluniacensi cœnobio absunt iu quo assidue in tenera ætate, versatus magnam erga S. Benedictum devotionem conceperat.

Eodem studio incensus Philippus Montius Bononiensis utriusque Signaturæ Referendarius Sanctissimi Domini nostri prælatus Domesticus, atque Canonicus S. Mariæ majoris, vir doctrina pietateque laudatissimus, postquam aliquot diebus apud nos est diversatus, idem privilegium magno studio petiit obtinuitque, omnibus consentientibus Monachis, ab eodem Abbate domno Nicolao Ruggio, ut instrumento constat stipulato die 29. Novembris 1721. a notario Apostolico, & Regio Joanne Baptista Barbierio Sangermanensi.

Anno 1695. die 29. Novembris dum Vicarius generalis diœcesis Cassinensis essem, publice edixeram procuratoribus omnibus ecclesiarum, locorumque piorum, tum ecclesiasticis, tum laicis, ut infra quinque menses inventaria omnia publico notario stipulante conficerent, in quibus ecclesiæ describerentur, earumque origines, & dotationes, onera missarum, bona stabilia, mobilia, redditus, credita, emphyteuses, census activi, & passivi, eleemosinæ, oblationes, funeralia, obventiones &c. cathedraticum, canones, quarta funeralis, quarta episcopalis, spolium &c. in qua ecclesia sacræ Conciones habeantur tempore Quadragesimæ, a quo eleemosyna Concionatori tribueretur, & a quo hic electus sit.

Præscripta ad id a nobis methodus, pro qua rite conficienda improbo labore monumenta omnia in archivo nostro Cassinensi asservata, quæ ad quamlibet ecclesiam, beneficia, locaque pia diœcesis nostræ pertinerent, legeram præter quadraginta magna Regesta, quæ ab anno 1265. incipiunt, & protocolla notariorum veterum, recentiorumque, vel quæ in memorato Archivo asservantur, vel aliunde mutuo accepimus, & viginti septem regesta visitationum diœcesis Cassinensis. Jussimus preterea, ut in libro instrumenta recens conficienda, legata pia, particulæ testamentorum &c. regererentur in singulis ecclesiis ad quas pertinerent, neve hujus rei memoria obliteraretur singulis duobus mensibus Parochi frequente populo edictum nostrum publicare deberent. Hic omnia solemniter instrumento stipulata pluribus testibus, atque peritis, seu vallata, qui a suis etiam antecessoribus vera hæc esse se audiisse fatebatur. Verum haud illa præscripto tempore confici potuerunt, quod potissimum a Sac Congregatione concilii Missarum reductio petenda fuerit, cum eo tempore prædia ab ecclesiis nobis subditis recepta sint, quo missarum elemosynæ viliori longe pretio erant.

Agrimensoribus,

Ho-

Horum inventariorum mentio est in Decisione coram Lancetta. *Nullius, seu montis Cassinen. manutentione, decima Junii 1712. in cujus §. distincte enim Possessio Ecclesia S. Maria, qua canonizata fuit etiam anno 1642. per mandatum de manutenendo in Tribunali A. C. reportatum, ac anno 1697. mediante instrumento publico super ejusdem statu in sequelam Edicti Vicarii Cassinensis celebrato.* Et infra: *adaugetur assumpti comprobatio tum ex Inventario ecclesia S. Pauli expleto an. 1696., tum ex alio an. 1697. super statu ecclesia S. Maria Majoris prasentibus Rectore, & clero utriusque ecclesia. In eis enim concorditer semper eadem ecclesia S. Maria matrix nuncupatur, ac controversa ejusdem praeminentia recensentur, ex quibus probatio matricitatis juxta pramissa substantiatur.* Et melius in decisione coram eodem Lancetta: *Nullius, seu Montis Cassinen. Manutentionis, seu processionum 27. Junii 1754. §. & primo sex illas, qua anno quolibet fiunt ad ecclesiam S. Maria de Piternis, & referuntur in inventario hujus ecclesia confecto usque de anno 1696. de mandato Vicarii generalis Cassinensis cum assistentia archipresbyteri S. Maria Majoris, & Abbatis S. Pauli, quod quidem contra utriusque ecclesia clerum plene probat &c. secundo alias sessiones simul fieri solitas Domini existimarunt, qua descripta leguntur de dicto anno 1696. in consimili publico inventario ecclesiarum S. Sebastiani, ac S. Antonii de Padua diebus festis dictorum Sanctorum, & S. Rocchi, in quo etiam habetur expressio, quod ita practicari consueverit ex antiquo solito, & veteri consuetudine, ac devotione, ex qua sane assertione in congruo actu emissa solitum probari, & consuetudinem, non est ambigendum &c. Ac tertio demum processionem, & sessionem descriptam in inventario ecclesia S. Martini an. 1697. cum eadem expressione perantiqua consuetudinis, ac devotionis in sollemnitate ejusdem Sancti ab utriusque ecclesia Clero faciendam. Hac autem tria inventarin, qua Dominis approbanda visa sunt contra utriusque ecclesia Clerum, & archipresbyterum respective, & Abbatem plenam necessario probationem facere debent, non solum ex pramissis rationibus, verum etiam, quia confecta fuerunt per instrumentum publicum personaliter interessentibus, & archipresbytero S. Maria, & Abbate S. Pauli specialiter ad hunc effectum a Vicario generali Cassinensi deputatis, unde respectu ipsorum haberi possunt descriptiones processionum, & sessionum in eis facta tamquam propria confessiones, ita ut superent cujuscunque generis probationis ex adductis per Rot. Dec. 14. nu. 8. coram R. P. D. meo Ansaldo, & cum aliis in Tarantina Quindenniorum 15. Junii hujus anni 1714. §. Dominium, & §. Et tandem cor. me.* Et in fine, *minusque aliis inventariis bonorum ecclesiarum terra Cerbarii exhibitis ab Abbate S. Pauli in Summario responsionis, in quibus nullum onus descriptum legitur interessendi processionibus, vel sessionibus, imo de his omnibus nulla fit mentio, nam cum ista fuerint plurimis antea annis confecta, amplius attendenda non sunt, post quam aliter adeo solemniter de mandato Ordinarii fuerunt facta, quia posteriora derogant prioribus. L. pacta novissima C. de pactis, & L. Divo §. licet ff. de Jur. Codicill.* Emanarunt hæ Decisiones pro obortis inter ecclesiam archipresbyteralem Sanctæ Mariæ & Abbatialem Sancti Pauli oppidi Cerbarii diocesis nostræ Cassinensis litibus.

Res hoc Sæculo gestæ.

Quanquam initio hujus Sæculi facta minime desint a nobis eodem tempore recensenda, operæ tamen pretium existimavimus, ea primum producere, quæ circa episcopatus restitutionem, aut novam ejusdem erectionem in civitate S. Germani anno 25. Jubilæi contigerunt mensibus Aprili, & Majo, idque quod nil unquam memorabilius, majorique animorum contentione exagitatum cœnobio nostro evenit.

Ut autem expetiti hujusmodi episcopi a Sangermanensibus historiam texamus, ab origine sua eam breviter repetendam judicavimus, quo universo terrarum Orbi luculentissime innotescat, adversarios nostros, ne dum novissimis hisce temporibus, verum antea pluries nullo unquam jure a Romano Pontifice episcopum petiisse, ac pro eo habendo contendisse.

Mortuo itaque Kal. Decembris 1521. Leone X. cœnobii nostri, cujus olim Abbas fiduciarius fuerat, quodque Congregationi S. Justinæ de Padua, apostolicæ sedis decreto, concesserat, ut alibi dictum, amantissimo, studiosissimoque, plura cives S. Germani in monachos ausi sunt, ob quæ pœnas non minimas luere a Bernardino della Pagliara Commissario Proregis Neapolitani inflictas. Tum primum episcopum expetivere, atque non nisi rationum momentis, quæ Abbas Cassinensis Ignatius Squarcialopus proposuit, victis, cœpto destitere ea lege, ut armata quoque manu bona Monachorum defenderent, sique deinceps aliquando episcopum, aut Abbatem fiduciarium quæsissent, quatuor aureorum millia regio Fisco solverent, ut refert Placidus Petrucius in Chronico Cassinensi ad annum 1527. cap. 28., Placidus monasticam vitam professus est quinquaginta circiter annis post hujuscemodi jurgia, quæ proinde, & a coævis monachis, & a stipulato instrumento, quod Neapolim deinde missum ob novas lites exortas amisimus, rescire poterat. Eadem narrat Honoratus Mediceus a Neapoli Annalium par. 3. a p. 393. a t. ad 403.

Verum non longe post promissionum obliti iterum anno circiter 1537. a Paulo III. petivere, ut sibi episcopus restitueretur, quem antea habuissent, causati, ideo hac dignitate destitutam eorum patriam, quod centum retro annis episcopum occidissent, ut fusius sæculo XVI. a nobis est dictum, ubi supplicem eidem Pontifici porrectum a clericis dioecesis Cassinensis pro veritate libellum edidimus.

Quæ narrat Petrucius lib. IX. cap. 50. ad ann. 1537., & Mediceus p. 437. Delegata hæc causa Cardinali Simonetæ, a quo nil actom, quod Sangermanensium effata jure, & facto non subsistere, sit agitatum, quodque rite observarunt Cassinatium patroni, quæ ipsi in medium protulissent contra eorum causam cum primis pugnarent.

Anno deinde 1559. mense Januario, comitiis habitis, Sangermanense decrevere, episcopum petere, oi Cassinensis Abbas, latifundia agri oppidi Pignatarii sibi accensere, seu ut vocant, in catasto ponere, permisisset, declarassetve, Pignatarium

rarium esse S. Germani vicum. Tunc quidem nil actom, sed anno 1574. ad judiciom provocarunt D. Theophylum procuratorem generalem Coogregationis Cassinensis, & Patrem Præsidem, quibus exhibitum, qualiter pro parte commooitatis, & hominom terræ S. Germani supplicatum, institum, & demonstratum fuit humiliter coram domino nostro Papa, quod pro cultu divino manotenendo, augendo, & conservando in eadem terra, & ex aliis pluribus justis, & rationabilibus causis dicta terra S. Germani restituatur, & reintegretur ad episcopatum quo alias erat decorata, idemque episcupatus io eadem terra in pristioum statum, & ad umnia ejus membra, & jura restituatur, & reponator, &c.

Responsum citationi est, nonquam proprium civitati S. Germani fuisse episcopum, ut luculentius in memoratis decisionibus explicatur.

Iterom anno 1604. Sangermanenses idem tentarunt, ut Honoratus Mediceus p. 540. cit. loc. refert hisce verbis.

In questo tempo essendona andati li Germanesi dall' Abbate, e dimandando cose impertinente, & essendono state denegate, li Germanesi sdegnati ferono un' conseglio publico nel Mercato di S. Germano, & non in loco solito, e conclusero di mandar' in Roma due loro cittadini a dimandar' il Vescovo, e mandaro due, cioè il clerico Giov. Loise Cerasolo, e Pompilio Martuccio dandoli ogni autorità per accapar' il Vescovo. Questi arrivati in Roma donorno molti capi, contra li monaci, ed Abbate con esponere molte falsità con dimandar il Vescovo. Dicendo, che li loro antecessori aveano ammazzato il Vescovo di S. Germano, e che li monaci s' aveano usurpato il spirituale. Mà il Papa l' ebbe in cattivo credita, essendo, che S. Germano mai ebbe Vescovo, e quel che dicono esser' stato ammazzato era Vescovo di lettere, e Vicario Casinense.

In ultimo se nè fuggiro da Roma per dubio di non esser' carcerati, havendo esposto la bugia, e se nè ritornaro senza niuna provisione. In tanta il Sac. Casino fe esponere dal nostro Padre Procuratore D. Mattia di Venosa al Vicerè di Napoli le ribaldarie de Germanesi, ingiurie dett' all' Abbate, e monaci, del conciliabolo fatto non in luogo solito. Onde il Vicerè mandò un' Commissario con grande autorità, che arrivato in S. Germano processò tutti quelli, che intervennero nel concilio, e molti nè furon' carcerati, e gl' altri fugirono; Si menò li carcerati in Napoli, & N. N. (de quo christianæ charitati obsequentes silentium agimus) *fu mandato in galea, e da sei caudannati in esilio, e da trenta furono fatti contumaci: Egl' altri restorna con timore.* Aliam iniit viam an. 1674. capitolom ecclesiæ collegiatæ S. Germani, contendens summu niso, propriam ecclesiam esse cathedralem dioecesis Cassinensis, non vero illam monasterii nostri, ut fusius sæculo præcedenti dictum.

Nunquam tamen præ hoc jubilæi aono majori impetu, vel potius intima animorum acerbitate a Sangermanensibus pugnatum contra monachos, ut episcopali in dioecesi Cassinensi jure eos dejicerent. Ab anno jam 1720. die 5. Maii, publicis habitis Comitiis, statuerant episcopum petere, ut ex monumento libri comitiorum civitatis constat, quod exhibitum fuit penes acta judicum controversiarum, & querelarum sanctæ Synodi.

Occasione deinde celebrandi concilii, quod dominus noster Benedictus XIII. ad instaorandam ecclesiasticam disciplinam Romæ coegerat, arrepta, Canonici collegiatæ S. Germani, aliique presbyteri, & cives, per deputatos ad id tres cives, obtulere supplices duos libellos Sanctissimo domino nostro, eminentissimis Cardinalibus, sacratissimisque episcopis, potissimom Joanni Baptistæ Braschi Cesenati Archiepiscopo Nisibeno, & Francisco de Vico Maceraten. episcupo Elusino judicibus querelarum, & cuntroversiarium, atque typis editos summa cum imprudentia, ne dum Romæ, sed aliis quoque in locis artes sparsere, calumniis, dicteriisque plenos, in proprium Ordioarium, & Dominum jactatis, atque in regulares totius terrarum, ut ita dicam, Orbis encomiis celebratos, a quibus quotidie innumera beneficia ad animæ, corporisque utilitatem reciperent; atque sancto jubilæi anno, quo Pontifex, si quis alius sanctissimus, ecclesiam regeret, & augustissimo Senatu in unum coacto.

Crediderant boni isti homines, ingens Sanctissimi domioi nostri Papæ erga ecclesiasticam disciplinam studium eo perducere, ut statim, nullo adhibito examine, expetitum diu incassum, episcopum illis concederet.

Sed non ita se se res habuit. Nam judicibus Sac. Concilii re delegata, ab iis post longam, minutamque, atque exactam salebrosæ controversiæ indaginem deffinitiva sententia prolata est pro Casinatibus die 18. Maii hujus anni, quæ a Sanctissimo domino nostro confirmata, ejusdem bullæ inferius recensendæ inserta est. Sed fausta hæc narrantes cunfiteri minime prætermittimos, S. Germani incolas summum nobis bonum, factis, dictisque suis cumparasse, nam, ut Sanctissimo Pontifici eorum audacia innotuit, Patres omnes fer. VI. in Congregatione præsynodali die 25. Maii habita alloquens, asseruit, magna impudentia a scelestis quibusdam impetitum cœnobium Cassinense, quos propterea impune id egisse gloriari haud licere, atque Cardinali Marefoschio Auditori suo in mandatis dedit, ut legibus io reos animadverteret; summis encomiis prosecutos Benedictinum Ordinem, ejus caput monasterium Cassineose, incredibilem horum hominam audaciam satis se mirari non posse, quod concilio, cui Papa præsideret, tot mendacia exposuissent: Ridicule a Sangermanensibus episcopum expeti, idque iis de causis, quas in bulla sua protulit. Optare Patrum omnium vota, quid iis hac de re videretor. Annuere omnes, justamque fassi sunt Sanctissimi Pontificis in audacissimos homines indignationem. Accersiri deinde ad se jussit D. Stephanum Tansi procuratorem generalem Congregationis Cassinensis, quem per secretiorem aulam ad Nicolaum Coscia Archiepiscopum Trajanopolitanum supplicum libellorum a secretis, modo Cardinalem amplissimum misit, ut rescriptum hujusmodi supplici libello, ab eodem Procuratore generali pridie summo Pontifici exposito, factom reciperet, quod ad laicos Sangermanenses.

Ex audientia Sanctissimi die 24. Maii 1725.

Monsignor Governatore proceda con ogni rigore contro l' infamatori di un' Ordine cotanto venerabile, e

primo frà Monastici dell' Occidente, e di tutte ne facci à S. Santità relazione. N. Arcivescovo di Trajanopoli.

Recepti magni hujus beneficii concilium universum gratulatum est memorato Procuratori generali, qui tum vices agebat D. Maximi Albritii Abbatis, Sanctissimæ Trinitatis Cavæ, ejusque Jurisdictionis Ordinarii, D. Leandro Porzia Abbati S. Pauli urbis, & Ordinario castellorum ejus Ecclesiæ, atque domno Petro Mariæ Justiniano Procuratori domini Archangeli Brancacii Abbatis, & Ordinarii diœcesis Cassinensis, qui tum mortuo Abbate, eodem munere, cœnobii sui nomine, in concilio fungebatur. Longe certe major desiderio ipsi nostro, utque infamiæ a Sangermanensibus nobis illatæ fuit victoria, qua clementissimi Principis munificentia donati fuimus.

Quæ hactenus diximus confirmat Idem Pontifex in bulla sua §. *Post ejusmodi decreti publicationem &c.*, & §. *nunc autem considerantes &c.*

Imo ut Sanctissimo Pontifici morem gereret Antonius Banchiero Pistoriensis, urbis Gubernator, modo S. R. E. Cardinalis, compilato processu adversus Sangermanensium delegatos, quorum nominibus parcimus, carceri quæstionum capitalium eosdem addixit, quod deinceps minime evenit, nam prolata a judice sententia, vix ipsis per speculatores forsan fuit anunciata, & ad ecclesiam S. Mariæ in Aracœli, ac deinde S. Antonini Lusitanorum celerrime confugerunt, ac tandem sanctam Pontificis indignationem pertimescentes ex urbe noctu evaserunt.

Supplicibus hisce libellis, ubi primum ad nostras manus pervenerunt, respondendum ratis, opus perfecimus tutandis cœnobii nostri juribus satis accommodatum, quia tamen abunde nimis, & luculenter a nobis ostensum est in hac historia documentis, de quorum authoritate, & authentica nemo sanus dubitaverit, jurisdictionem spiritualem omnimodam in diœcesi Cassinensi fuisse penes Abbatem, contra vero memorati libelli supplices nihil, nisi fabulas, oleant, & otiosorum hominum figmenta, opere, quod concinnavimus, insuper habito, & contumeliarum obliti, quas in Abbatem Cassinensem, ejusque monachos evomerunt Sangermanenses, præcipuum historici, uti vocant memorialis paragraphum, cum brevissimo responso nostro, referemus, demum vero, & pro coronide eream Benedicti PP. XIII. bullam adducemus.

Age vero præcipuum libelli, uti vocant, historici paragraphum referamus. *A tempi di Clemente III. nel 1188. S. Germano, e si dica nuovo Cassino, aveva da molto tempo i suoi Arciprete, e Capitolo, che erano succeduto à i Vescovi, e per questo aveano conseguito di essercitarvi la giurisdizione, quasi episcopale, come si hà anco del 1229., quando Rofredo arciprete di S. Germano fù da Gregorio IX. fatto consegrar' Vescovo di Teano dal Vescovo di Albano, Richardus de S. Germano in Chron. ad dictum annum, & Ughell. refert, e del 12,0., e 1233., ed aver' giurisdizione, la quale Bernardo Abbate nel 1275. tanto operò, che finalmente per vim, & metum, cadentem in virum constantem, con scommuniche, & altre stravaganze, fece cedersi dall' Arciprete, e Capitolo, che furono per quei tempi, ed in questa maniera, e colla preaccennata del Privilegio di Calisto II., venne a prescrivere illegitimamente (come non potè negare, è tacere ancord P. Ughelli) la giurisdizione, quasi episcopale, e à riceverla in altra parte dal sudetto Arciprete, e Capitolo, l' Abbate di Montecasino.*

Proh nugas omnium nugacissimas! Illud vero præ primis mirari subit, qua fronte asseruerint Sangermanenses, temporibus Clementis III. anno 1188., immo etiam longe antea, Archipresbyterum, & Capitulum civitatis S. Germani episcopis Cesim successisse, eaque de causa jurisdictionem, quasi episcopalem, ab ipsis exercitam. Scilicet probe noverant ipsi ejusdem Clementis bullam archipresbytero, & Clericis ecclesiæ S. Germani enixe petentibus anno datam 1188., quæ laudata ab ipsis fuerat, quo tempore Sangermanensi ejusdem ecclesiæ in tota diœcesi primatum, seu cathedralitatem contra Cassinates vindicare satagebant, ut ex eorum summario anno 1677. num. primo, & an. 1678. num. 9., atque 1680. num. 9., atque constat ex prima decisione hujus causæ §. Nam licet in bulla Clementis III. de anno 1188., dicatur, &c., ex 2. anno 1678. §. Quam in antiquissimis bullis Pontificiis Clementis III., atque ex tertia anno 1679. §. Pariter non suffragatur &c. Hancque Bullam ex tom. 2. Bull. Casin. const. 107. pag. 212. exscripsit notarius Apostolicus Petrus Merlinus Canonicus Sangermanensis, nec decisionum hujusmodi erant ignari, quarum historici libelli nullo meminerunt. Quemvis itaque laudata Clementis bulla Cassinensis Bullarii tom. 2. cit. loc. reperiatur, integram tamen ex autographo, quod in nostro extat archivo hic loci transcribimus, ut evidenter appareat monasterii Cassinensis Abbatem diœceseos cognominis fuisse Ordinarium, nec archipresbytero umquam fuisse jurisdictionem aliam ab illa, qua Abbatis beneficio, ut pote ejus Vicarius, donabatur.

Clemens episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Johanni Archipresbytero ecclesiæ S. Germani, & clericis tam præsentibus, quam futuris canonice substituendis in perpetuum. Effectum justa postulantibus indulgere, & vigor æquitatis, & ordo exigit rationis, præsertim quando petentium voluntatem, & pietas adjuvat, & veritas non relinquit. Ea propter, dilecti in Dño filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, & felicis recordationis Alexandri Papæ prædecessoris nostri vestigiis inhærentes, præfatam ecclesiam S. Germani, in qua divino mancipati estis obsequio sub beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste, & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant. Sane quia sacris canonibus cautum est, ut nullus sacerdos, seu diaconus, vel subdiaconus, aut de qualicumque gradu clericorum ad forum judicis secularis trahatur, sancimus, & apostolica auctoritate statuimus, ut sicut bonæ memoriæ Gerardus quondam Cassinensis Abbas cum assensu fratrum suorum decrevit, nullus Clericorum, in toto territorio S. Benedicti habitantium, nota.

tium, seculari judicio constringatur, nec ab aliqua persona laica judicetur, vel purgationem facere, aut legem subire, sive guadiam, aut fidejussorem præstare cogatur. Verum si aliquis de prædictis clericis in quodlibet crimen, vel culpam lapsus fuerit, vel aliquod crimen ei fuerit objectum, per te fili Archipresbyter, vel per successores tuos, qui per Abbatem S. Benedicti fuerint instituti; & non per publicos judices judicetur, ita tamen, quod cum res exegerit, & fuerit necesse consilium, & licentia ejusdem Abbatis super hoc requiratur, sicut vobis in authentico scripto suo noscitur indultum fuisse. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit supradictam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate, & Cassinensis Abbatis canonica justitia, & debita reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, secularisve persona hanc nostræ concessionis paginam sciens contra eam venire tentaverit, secundo, tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a Sacratissimo corpore, & sanguine Dei, & domini redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant Amen, Amen, Amen, S. Petrus, S. Paulus, Clemens Papa III. † Doce me Domine facere voluntatem tuam, Benevalete. Ego Clemens Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi. Ego Johannes Presbyter Cardinalis tit. sancti Marci ss. † Ego Laborans Presbyter Cardinalis S. Mariæ transtiberim tit. Calisti ss. Ego Pandulfus Presbyter Cardinalis Basilicæ XII. Apostolorum ss. Ego Bobus tit. S. Anastasiæ Presbyter Cardinalis ss. † Ego Jacobus Diac. Card. Sanctæ Mariæ in Cosmydin ss. Ego Gratianus SS. Cosmæ, & Damiani Diaconus Cardinalis ss. † Ego Goffredus S. Mariæ in via lata Diaconus Cardinalis ss. † Ego Bobo Sancti Georgii ad velum aureum Diaconus Cardinalis ss. Ego PP. S. Mariæ in porticu Diaconus Cardinalis ss. † Ego Johannes S. Theodori Diaconus Cardinalis ss. Datum Laterani per manum Moysi S. R. E. Subdiaconi vicem agentis Cancellarii XVI. Kal. Junii, indictione VI. Incarnationis dominicæ anno MCLXXXVIII. Pontificatus vero domini Clementis Papæ III. anno primo.

Adest sigillum plumbeum pendens ex cordula serica rubei, croceique coloris &c.

Hæc certe bulla funditus pene cathedralitatem ecclesiæ Sangermanensis tunc evertit, quod archipresbytero, & clericis, non capitulo directa sit, proindeque aperte ostendit nullum ibi tum fuisse capitulum, sed ecclesiam mere Archipresbyteralem curatam, cujus generis plures extant in dioecesi nostra, eadem modo penitus diruit, quod contendunt adversarii penes archipresbyteros transiisse episcoporum jus. Nam Gerardus Abbas Monachorum consensu decernit, nullum e clericis a laico magistratu judicandum esse, sed archipresbytero, quem Abbas S. Benedicti, seu Cassinensis elegisset, ea tamen lege, ut gravioribus in caussis decidendis consensum, facultatem ab Abbate peteret. Quænam ergo hæc archipresbyteri quasi episcopalis Jurisdictio? Quid sibi vult, illud, *Ita tamen, quod cum res exegerit, & fuerit necesse consilium, & licentia ejusdem Abbatis super hoc requiratur, sicut vobis in authentico scripto suo noscitur indultum fuisse?* Quid vero significent verba illa? *Salva sedis apostolicæ authoritate, & Casinensis Abbatis justitia, & debita reverentia*, explicat Rota coram Bichio in causa Montis Cassinen. jurisdictionis 27. Martii 1651. §. *Tum ex ipsis supermemoratis privilegiis apostolicis, in quibus conceditur exemptio Monialibus, salva Montis Casinensis debita justitia, & reverentia: hæc enim reservatio denotat in Abbate Casinensi potestatem quasi episcopalem, cum episcopo reverentia hujusmodi debeatur. Felin. in cap. cum inter num. 3., & 4. de re judic., Seraphin. decis. 1025. num. 18. Rota in Cathacen. gratensa obedientiæ 23. Maii 1650. §. primo vers. etiam admisso jure reverentiali cor. me, & in puncto hujus Monasterii, & Abbatis decis. 83. num. 4. apud Comitulum, tum ex eorumdem privilegiorum bis centenaria, & amplius observantia, & actibus successivis ab Abbate gestis mox recensendis, utramque legem jurisdictionis, & diœces. respicientibus, qui sensisse Pontifices potestatem omnem in Abbatem per eadem privilegia transferre declarant Gabr. cons. 66. num. 24. lib. 2., Seraphin. decis. 600. nu. 3., & in proximis terminis Ciriac. cont. 141. nu. 38. relatus a Moder. Carpensi Contr. foren. cap. 110. nu. 10. Mart. Andr. decis. 54. nu. 16., Rota inter impressas apud Moder. Perusinum de manus. decis. 71. num. 1.*

Ex memoratis itaque Clementis III. verbis liquet, subditam eo tempore cum Archipresbytero, clericisve suis Abbati nostro ecclesiam Sangermanensem, atque confirmatum ab eo Pontifice ineunte sæculo duodecimo Gerardi statutum; nam hic Abbas Cassinensis ab anno IIII. ad XVI. Kal. Februarii 1123. fuit, ut ostendit Camillus Peregrinus in serie Abbatum Cassin. pag. 69. Signum est evidens, compertum Clementi tertio jurisdictionem, & dioecesim Cassinensem penes Abbatem nostrum esse, atque in Archipresbyterum, & clericos ecclesiæ S. Germani, qui Gerardiani statuti confirmationem peterent.

Haud itaque tum primum acquisitum a Gerardo spirituale jus. Sique acquisitum contendas, an non sex secula possessionem titulumve legitime inveherent? Adde, huic bullæ & Pontificem, & duodecim Cardinales subscripsisse, quibus notum proculdubio erat, quid juris Cassinatibus competeret. Ante Clementem, ut ipsemet testatur verbis illis. *Et felicis recordationis Alexandri Papæ prædecessoris nostri vestigiis inhærentes &c.* Alexander III. bullam ediderat anno MCLXVIII. cujus apographum vetustum Langobardica manu concinne exaratum extat in archivo nostro.

Ex hac bulla constat, capitulum quasi cathedralis seu Principis ecclesiæ a Monachis constitutum, quorum assensu Gerardus Abbas decretum suum ediderit. Hincque, quantum a vero longe absint adversarii cum a privilegio Calisti II. anno 1122. concesso initia repetunt jurisdictionis nostræ,

satis patet. Nec imaginari potest, Gerardum præmissi decreti auctorem Callisti diplomatis opportunitate adipisci unquam potuisse in oppidis Abbatiæ Cassinensis spiritualem jurisdictionem, cum quatuor tantum menses post apostolicam hanc concessionem vixerit, ut ostendimus jam mortuum die 18. Januarii anno 1123., imo, se ad mortem præparasse a die 2. Decembris testatur Petrus Diaconus, Synchronos oecularis, cap. 77. lib. 4. Chron. Cassinen.

In hoc igitur brevissimo temporis spatio; quos impetus facere potuisset, ut alienum jus, quod vix fieri posset longo annorum intervallo sibi præter rem compararet, aut quis unquam hujusmodi violentias quietissime passus esset præter id ex eo Callisti, & prædecessorum ejus privilegiis; de quibus jam antea, dilucide præspicitur, penes Abbates fuisse semper spiritualem oppidorum Abbatiæ jurisdictionem.

Præterea gratis effutiunt ab anno 1229. ad 1233. penes archipresbyterum S. Germani mansisse episcopale jus. Quid vero ad rem; evasisse episcopum Thoanensem Rofridum Archipresbyterum S. Germani cum jurisdictione de qua agimus.

Mirari satis non possumus Sangermanenses fidentes adeo fuisse, ut Benedicto XIII. Romani concilii Præsidi amplissimo, S. R. E. Cardinalium collegio, sanctissimis episcopis, aliisque doctissimis viris in eo coactis Romæ, jubilæi tempore, in summa hominum frequentia, atque præsentibus tot viris historiæ ecclesiasticæ, atque legum humanarum, divinarumque peritissimis, proposuerint, quæ facile duabus dumtaxat Alexandri, & Clementis bullis enervarentur. Si Archipresbyter S. Germani jurisdictione quasi episcopali frueretur, qui intentatam a Bernardo Abbate, cujus subditus non erat, ut asserunt adversarii, excommunicationem timuisset? Ex instrumento certe concordiæ, initæ inter Bernardum, atque Archipresbyterum, & capitulum S. Germani an. 1275., aperte liquet agitatas diu lites in curia Romana, & proinde haud licuisse Bernardo novitates moliri, excommunicationemque infligere in archipresbyterum, capitulumve. Illud dedimus sæculo tertio decimo, in quo de excommunicationibus hæc leguntur: *Petens* (Archipresbyter) *humiliter ab eodem dño Abbate munus absolutionis impendi ab excommunicationibus, quibus obstrictum continuiciam, quia eidem dño Abbati inobediens fuerat, per sententias ejusdem domini Abbatis exstiterat innodatus, qui dominus Abbas eidem Archipresbytero munus absolutionis impendens, ad supplicationem ipsius prædictas excommunicationis sententias relaxavit*. Nobis sufficit memoratum instrumentum ratum habitum a Sacr. Rota anno 1677. cor. Albergato §. *Comprobatur quoque quasi Cathedralitas*. Et anno 1679. §. *His igitur stantibus &c.* hæc leguntur: *Pro unave, & domina fuit formiter recognita anno 1275. ab Archipresbytero, & clero S. Germani, unde desumitur istius subjectio, & illius superioritas* (ecclesiæ Cassinensis) & in fine §. *Et non minoris ponderis est etiam declaratio emissa in dicto instrumento recognitionis de anno 1275. nimirum; quod vacante dignitate archipresbyterali ecclesiæ S. Germani pro electione facienda peti deberet licentia ab Abbate, & electione sequuta electus præstito juramento fidelitatis & obedientia, confirmationem ab ipso Abbate impetrare deberet, unde Abbatis, & ejus ecclesiæ superioritas, & præeminentia concluditur ad text. in cap. cum inferior, de majorit. &c.* Et in alia anni 1681. §. *Prædictis additur &c.* hæc leguntur. *Capitulum S. Germani per instrumentum acceptatum in publica Synodo fassum fuit, quod ecclesia, & capitulum S. Germani pleno jure subest tam in spiritualibus, quam in temporalibus eidem Abbati, & monasterio Cassinensi, & recognoverunt Cassinensem ecclesiam matrem, & dominam eorumdem, ut similiter refertur in eadem decisione sub dicto §. His igitur &c.* Adnotanda insuper hæc instrumenti verba, quod ad Abbatis, & Monachorum jurisdictionem: *Habito, & deliberato cum fratribus nostris consilio de ipsorum voluntate, atque consensu, nec non de peritorum virorum consilio &c. declaramus itaque &c. statuimus, & etiam deffinimus; ut ejusdem ecclesia Archipresbyteratu vacante, secundum antiquam, & approbatam ejus consuetudinem petatur a nobis, & successoribus nostris, vel Cassinensi conventu, sede vacante, per Archidiaconum, & capitulum ejusdem ecclesiæ licentia eligendi. Electione autem ab eodem capitulo celebrata, ut moris est, præsentetur Abbati, aut conventui confirmanda, vel etiam infirmanda. Electo vero in Archipresbyterum confirmato, Abbas, vel conventus mittat aliquos, qui eum debeant installare, & iis peractis Archipresbyter ipse ad Abbatem, vel conventum, vacante sede, accedat, & ligium, homagium sibi faciat, & fidelitatem sibi juret, & obedientiam repromittat, & si Abbas præsens non esset in monasterio Cassinensi, prædictum fidelitatis juramentum coram eodem conventu in Capitulo recognoscere debeat, & etiam innovare. Hæc autem omnia, quæ de Archipresbytero dicta sunt in electione Archidiaconi decernimus observanda &c.* Quæ omnia fiebant *secundum antiquam, & approbatam consuetudinem*.

Ex eodem instrumento eruitur, collatam ab Abbate nostro primam clericalem tonsuram, minoresque Ordines, ab eoque ad Romanum Pontificem appellatum, nullo medio.

Quæ statuit Bernardus Abbas, acceptavere Archipresbyter, Archidiaconus, totumque Capitulum.

In dissertatione prima dabimus privilegium a Bernardo Abbate die 3. Octobris 1267. concessum Clericis, laicisque S. Germani, atque S. Petri in monasterio, ex quo hæc adnotanda, quoad ejus urbis, & oppidi jurisdictionem spiritualem: *Inter ceteras tamen clero, & civibus S. Germani, & S. Petri in monasterio nostris fidelibus, ad honoris, & utilitatis suæ cumulum per amplius, & perfectius cumulandum fortius stringimur, & ligamur &c. Idcirco, nos Bernardus Dei gratia Cassinensis humilis Abbas, Frat. Bernardus Decanus, Fr. Petrus Vicedecanus, & conventus Casinensis attendentes, multas immunitates libertatum vobis clero, & populo S. Germani, & S. Petri in monasterio per Abbates Casinenses fuisse concessas, quas in hoc privilegio jussimus inserendas, & quibus robur plenissimum accomodamus, ratas habentes, & confirmantes easdem &c.* Et post descriptas gratias: *Statuentes, ut quandocumque nos Abbas, vel successores nostri, qui pro tempore fuerint, aut conventus Casinensis sede vacante sive proprio motu, sive ad supplicationem Archipresbyteri, Archidiaconi, Primiceriorum,*

seu

seu capituli S. Germani episcopum convocabimus ad conficiendum sanctum Chrisma, feria quinta in cœna Domini ipsum sanctum chrisma in majori ecclesia civitatis S. Germani, & non alibi conficiatur, & consecretur, nisi forte ipsa ecclesia, vel capitulum haberet impedimentum interdicti, propter quod ibidem confici non deberet. Quando vero ipsum abesse contigerit ipsa die, nos Abbas, & successores nostri, vel conventus, sede vacante, sanctum chrisma confectum alibi extra Abbatiam ad ecclesiam majorem S. Germani per nos procuratum faciemus deferri, & ipsum de manu nostra Nos prædictus Abbas si præsentes fuerimus ministrabimus Archipresbytero S. Germani, per eum per ecclesias ipsius civitatis distribuendum, & constituetur per nos ad istud unus Vicarius de capitulo S. Germani, & non aliunde qui dictum S. chrisma sive in eadem ecclesia, sive in alia extra Abbatiam, ut supra dictum est, confectum distribuat in ipsa ecclesia S. Germani per Archipresbyteros, & universas ecclesias Abbatiæ. Ad decorem, & honorem addentes prædictum, ut sancta Synodus in prædicta majori ecclesia S. Germani, impedimentis præfatis cessantibus, per nos Abbatem, vel successores nostros, seu Vicarios nostros, nobis absentibus, perpetuis temporibus celebretur, set & in capite jejunii Sacramentum publice pœnitentiæ cum debita solemnitate fiat perpetuo in ecclesia memorata, & in die cœnæ Domini reconciliatio eorundem sicut jura volunt &c.* Ex quibus aperte liquet, penes Abbatem Cassinensem, & Monachos jurisdictionem spiritualem fuisse nedum in ecclesia S. Germani, ejusque Archipresbyterum, & Capitulum, sed in alias etiam ecclesias, & Archipresbyteros diœc. Cassinensis, atque licuisse Abbati, & monachis quemlibet episcopum ad chrisma conficiendum adsciscere, synodumque cogere, vel per se vel per Vicarium suum. Addimus confessionem aliam Archipresbyteri S. Germani, quæ extat fol. 282. Regesto primi Bernardi Abbatis. *Domino suo reverende, & benefactori carissime domino Bernardo Dei gratia Casinensi Abbati Nicolaus Archipresbyter S. Germani ejus devotus, & humilis clericus recomendationem Thomam puerum bonæ indolis fratrem ven. Puteolani episcopi dominationi vestræ per meas litteras repræsento, cui ad titulum ecclesiæ vestræ S. Germani coronam faciatis, si placet. Bonos testes inveni, qui deponerent pro juribus monasterii vestri, de quibus mecum aliquando, sicut vobis placuit, contulistis, & multi, sicut credo, invenirentur in Abbatia.*

* adesse.

Legimus, relegimusque Ughellium in descriptione Episcopatus Cassinensis Tom. 1. nov. edit., & in appendice Tom. 2. edit. Rom. fol. 1027., & sequen. neque tamen videre contigit, quod illi tribuunt adversarii nostri. Imo plane contrarium asserit col. 571. cum ait: *Cæterum calamitose hoc Cassinensis ecclesiæ statu S. Benedictus miseratus e Sublacensi solitudine eo divertit, cœnobium in cacumine montis construxit, veterum Casinensium diœcesim excolendam suscepit, fugatisque Gothorum idololatria, oppidanos ad veram Patrum christianam lucem traduxit, antistitis loco divino instituto successit. Cujus successores, Abbates, canonica præscriptionis, ac Romanorum Pontificum indulgentia ordinariam episcopalem jurisdictionem in ea diœcesi per 800. fere annos impigre exercuerunt, donec Johannes XXII. anno salutis nostræ 1322. monasterium in cathedralem erexit, atque episcopali dignitate exornavit, propriumque episcopum Romanæ ecclesiæ immediate subjectum attribuit anno 1322. 6. nonas Maii Pontificatus sui anno IX., ut sequens testatur novæ erectionis diploma ab originali desumptum in Vaticano regesto; anno 10. Epi. 1636.* Subnectit bullam, atque prosequitur col. 573.

Quadraginta, & quatuor omnino annis deinceps episcopalis dignitas Cassinensis stetit, nec prospero, nec felici eventu, ut Johannes Pontifex sibi persuaserat. Hinc perbelle accidit, ut Urbanus V. ex Monacho Cluniacensi ad Petri sedem moderandam assumptus ecclesiæ Cassinensis statum miseratus, defunctoque Angelo Ursino Cassinensis ecclesiæ episcoporum postremo, Pontificalem dignitatem Cassinensibus ademit quinto sui Pontificatus anno, salutis vero 1367., iterumque in episcopi locum Abbatem constituit, & præfatam ecclesiam plenariam, vetustamque jurisdictionem ipsius Abbatis, successorumque ejus curæ, & administrationi mandavit, hoc condito diplomate, quod extat in eodem regesto: atque narrationem de episcopatu Cassinensi concludit hisce verbis: *Tres omnino annos per apostolicos ministros Urbanus Cassinensem ecclesiam administravit, rebusque bene compositis in episcopi locum Abbatem, eandemque ecclesiam ipsius Abbatis curæ, & administrationi ex antiquissima in D. Benedicti regula cum loci ipsius consuetudine moderandam, regendamque commisit an. 1367., ut supra ex diplomate ejusdem Pontificis docuimus.*

Petrus Abbas Concilio Generali Lateranensi sub Alexandro III. anno 1179. interfuit, ut constat ex instrumento stipulato a notario Pandulpho a S. Apollinari, quod incipit.

In nomine domini nostri Jesu Christi: anno ab incarnatione ejus millesimo centesimo octuagesimo mense Junio, indictione tertia decima, quinto decimo anno, regnante domino nostro Wilielmo secundo gloriosissimo rege. Nos Archipresbyter Amabile, & ego presbyter Petrus, & ego presbyter Davit, & ego presbyter Gregorius de loco Ballefrigida, qualiter ante præsentia Sergii judicis, & aliorum testium, profitemur, quia quando dominus noster Petrus Abbas Casinensis monasterii fuit vocatus synodali concilio domini Papæ Alexandri urbis Romæ, velut alios omnes ordinis episcoporum, ipse enim dominus noster cum consilio Fratrum monachorum, & dominus Gregorius, qui tunc sacrista erat, fecerunt summonere clerum nostrum, sicut alios clericos eorum judicialia, & posuerunt nobis tarenos centum eis tribuere &c. Vallis frigida fuit semper, sicut in præsentia extat, Diœcesis Cassinensis.

nota.

Richardus a S. Germano, qui longe ante annum 1275. Chronicon ediderat sæpe jus spirituale Abbatis nostri conceptis verbis asserit. Nos tria tantum ejus testimonia in medium afferemus. Ait itaque anno 1231. *Tunc jussu Landulphi Cassinensis Abbatis fit ad Cassinense monasterium de singulis terris suis processio generalis, discalceatis pedibus, in fletu, & planctu,* & anno 1239., *eodem mense a monasterio Cassinensi, sicut a ceteris aliis de regno Cathedralibus ecclesiis, nec non, & a subditis eidem monasterio Cellis adjutorium, pro Imperatore exigitur. Similiter, & a Clericis Abbatiæ pro beneficiis suis. Anno 1242. eodem mense Henricus primogenitus Imperatoris tentus apud Martoranum*

naturali morte defungitur, pro cujus exequiis celebrandis, Imperator ipse ad omnes regni prælatos suas dirigit litteras in hac forma. Federicus &c. Abbati Cassinensi &c. (infra) Nolentes igitur nos, & non valentes circa prædicti filii nostri funus omittere, quæ sunt patris, fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus per totam Abbatiam cunctis Clericis, & ceteris fidelibus nostris injungat, ut ejus exequias omni cum devotione solemniter celebrantes, animam ejus cum decantatione Missarum, & aliis ecclesiasticis Sacramentis divinæ misericordiæ recommendent manifestis indiciis ostendentes &c.

Henricus de Secusia primus Archiepiscopus Ebroduntensis, deinde Cardinalis creatus ab Alexandro IV., ac demum episcopus Ostiensis, a quo Ostiensis nomen vulgo illi inditum, qui, suasu ejusdem Alexandri egregie in epistolas decretales scripsit, teste Bellarmino de Scriptoribus ecclesiasticis editionis Lugdun. 1663. pagina 329., Labbe de scriptoribus Ecclesiasticis pag. 427., & Joanne Dovint prænotionum canonicarum pag. 600. de Foro competenti cap. cum contingat hæc scribit: *Quoniam sunt tamen aliqui Abbates, habentes certam terram limitatam, jurisdictioni suæ subditam, alio episcopo carentem sicut est Abbas Cassinensis, & quidam alii*. Obiit Henricus anno 1281., aut 1267., ut alii credunt, appellatusque est juris utriusque Monarcha. Extat Ostiensis, commentarius manuscriptus in cod. membranaceo bibliothecæ Cassinensis signato num. *96.*, ubi pag. 428. memorata verba leguntur.

Scripsit Henricus tempore Alexandri IV. ab anno 1254. ad 1261. Pontificis, idest longe ante annum 1275., quo contendunt adversarii, datum ab Archipresbytero S. Germani jus spirituale Bernardo Abbati Cassinensi.

Eadem, quæ Henricus habet Johannes de Andrea cit. cap. cum contingat num. 4. vers. sunt tamen aliqui, & in addit. ad specul. par. 4. de privil. qui in Decretales Gregorii IX. anno circiter 1340. scripsit. Proinde tuba, ac parens juris Canonici appellatus ab Aretino, ab utroque Curtio, & Baldo, atque lumen Mundi a Bonifacio Octavo, ut creditur, cum legatus ad illum venisset; qua de re videatur Dovint p. 604., & sequentibus. Nobis quoque favet Antonius Butrius ad idem caput num. 11. circa medium. Videatur Fagnanus cap. cum contingat num. 27. de foro competenti, & cap. nullus num. 26. de Parochiis &c. Obiter advertimus, Fagnanum cit. cap. cum contingat nu. 43. Abbates, Priores, Præpositos, & Archipresbyteros recensere, quibus dispensationes matrimoniales, aliaque apostolica rescripta a Dataria, & Cancellaria diriguntur, atque asserere, apponenda in supplici libello verba illa, sine quibus haud admitteretur; *Etiam si de illis personis non sit, quibus similes causa per sedem apostolicam committi consueverunt committere, & mandare &c.*, subdit deinde: *Et postmodum eadem verba repetuntur in dispositiva litterarum; exceptis tamen Abbatibus Cassinensi, & Farfensi, quibus fiunt commissiones absque prædicta clausula, & adiicitur, sive ejus Vicario, quod tamen non fit tam aliis*.

Idque jure, nam Alexander III. cap. primo de consanguinitate, & affinitate misit apostolicas litteras Abbati Cassinensi Rotfrido.

Nullus certe hactenus recenseri poterit Auctor, qui ab Abbate Cassinensi omnimodam spiritualem Jurisdictionem in Diœcesi Cassinensi avellere tentaverit, si Sangermanenses excipias.

Nam historiæ omnes, Commentaria in Decretales, & extravagantes bullæ Romanorum Pontificum allatæ a nobis veritati adstipulantur luculentissime. Hinc jure Benedictus XIII. pietate, justitia, clementia, doctrinaque Orbi notissimus insigni Bulla, cui attexuit, confirmavitque illas Xisti V., Urbani VIII., & Innocentii XI., atque decretum judicum novissimi concilii Roman., jura cœnobii nostri universa sarta, tectaque servavit precibus Monachorum Cassinatium per Seraphinum Tansium Abbatem, & Procuratorem generalem Congregationis Cassinensis porrectis, cui Casini Jura comperta maxime erant, cum plures annos studiorum causa apud nos sit diversatus.

Memoratis monumentis haud stare voluit summa Sanctissimi Pontificis erga Cassinates suos munificentia.

Nam insuper motu proprio, certa scientia, matura deliberatione, ac plenitudine potestatis Apostolicæ, statuit, ecclesiam sacri monasterii montis Casinen., fuisse semper, & esse quasi cathedralem diœcesis Cassinensis, illique semper, ut membra capiti subjectos, ecclesiam S. Germani, aliasque ejusdem diœcesis, atque Abbati nostro competere jura episcopalia in ejus clerum, & populum, & quatenus opus sit, & non aliàs, hæc illi omnia iterum elargitur, perpetuumque silentium indicit capitulo, & Canonicis collegiatæ Sangermanensis, clero, & populo S. Germani, quod ad episcopatus erectionem, & restitutionem amplissimis formulis, quarum potiores, aptioresque excogitari non potuissent. Ut jure Monachi Cassinates de amantissimo, beneficentissimoque Principe illud usurpare possint.

Nunquam *sic locutus est homo, sicut hic homo* Joann. cap. 7. ver. 46. En vero insignis, atque elegantissima ejus bulla.

Benedictus episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Quod inscrutabilis Divinæ Sapientiæ, atque bonitatis altitudo humilitati nostræ, meritis licet, ac viribus longe impari, committere dignata est, Sacrosancti Apostolatus Officium a Nobis exigit, ut omnium quidem Ordinum Regularium, quorum in numero Nos ipsi jamdudum Sacrum Prædicatorum institutum professi fuimus, paternam geramus curam, sed eos potissimum Pontificiæ dilectionis brachiis complectamur, foveamus, & traditæ Nobis cælitus auctoritatis præsidio tueamur, unde uberes, atque suaves in militantem ecclesiam fructus jugiter profluxisse, quotidieque profluere compertum est. Hos inter præcipuus sane locus jure debetur Ordini, quem magnus ille Occidentalium Monachorum Parens, Catholicæque Ecclesiæ lumen splendidissimum Benedictus instituit, & per Alumnos suos a mari usque ad mare, & usque ad terminos Orbis terrarum mirifice propagavit. Cujus quidem Sacri, & religiosissimi Ordinis professores quam eximio universam Ecclesiam cunctarum Christianarum virtutum fulgore

illu-

illustraverint, quamque præclare de Orthodoxa Religione, deque hac Sancta Sede omni tempore meriti fuerint, illustria Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum praconia, & monumenta testantur. Quamobrem & charitatis stimulo urgemur, & justitiæ lege compellimur prædicti Ordinis, & Congregationis præsertim Cassinensis, ac Monasteriorum illi subjectorum felicem, prosperumque statum omni cura, & vigilantia provehere, eorumque bona, jura, & privilegia quæcumque sarta tecta, & illibata custodire, ac iis etiam, quæ pro illorum indemnitate, & quiete recte, ac provide constituta fuisse comperimus, ut firmius subsistant, & perpetuis futuris temporibus observentur exactius, Apostolicæ confirmationis robur, atque munimen adjicere, quatenus eorumdem cœnobiorum Monachi nulla re, quæ eos a religioso proposito, divinoque cultu avocet, prædicti, secundum regularia præfati Ordinis instituta, tranquillis mentibus, gratum Altissimo impendere possint famulatum.

Expositum siquidem Nobis nuper fuit pro parte dilecti Filii Procuratoris Generalis antedictæ Congregationis Cassinensis, quod licet Ecclesia Abbatialis Sacri, & celeberrimi Monasterii a S. Benedicto in Monte Casino fundati in Provincia Romana ab antiquissimo, ac immemorabili tempore Cathedralis, vel quasi, denominatione, & prærogativa gavisa sit, ejusdemque Monasterii Abbas pro tempore existens in ea, & aliis finitimis Ecclesiis, & Locis jurisdictionem Episcopalem, vel quasi exercere consueverit; Quam sane jurisdictionem fel. rec. Sixtus Papa V. Prædecessor Noster præ cæteris amplissime confirmavit per suas Literas Apostolicas sub plumbo expeditas tenoris sequentis videlicet.

Sixtus Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Benignitas Apostolicæ Sedis consueta, ea, quæ per Romanos Pontifices pro Religionis incremento, & decore facta fuisse noscuntur, libenter approbat, eisque Apostolici muniminis robur adjicit, illaque de novo concedit, prout conspicit in Domino salubriter expedire. Sane pro parte dilectorum Filiorum Abbatis, & conventus Monasterii in monte Casino, Ordinis S. Benedicti congregationis Cassinensis, nullius diœcesis, exhibita Nobis petitio continebat, quod dictum Monasterium per diversos Romanos Pontifices Prædecessores Nostros multis, & variis gratiis, facultatibus, libertatibus, immunitatibus, & indultis communitum, & decoratum fuit, illiusque Abbas pro tempore existens nemini subest, sed omnimodam jurisdictionem Episcopalem, ac proprium Territorium, ac jus congregandi Synodum habeat, prout illam congregasse, & in ea Examinatores elegisse, ac posse Concursum instituere, examinare, approbare; Oeconomos deputare, necnon Sacramentum Chrismatis contulisse, & commissiones gratiarum Apostolicarum debitæ executioni demandasse constat, juxta declarationem Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, Concilio Tridentino interpretando Præfectorum, desuper factam. Cum autem ea, quibus dictæ Sedis intercedit auctoritas melius observentur, ac proinde, sicut eadem petitio subjungebat, ipse Abbas, & conventus cupiant præmissa omnia, dictæ Sedis patrocinio communiri; pro parte eorumdem Abbatis, & conventus Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus eorum desiderio in præmissis annuere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur Abbatem, & singulares personas Conventus hujusmodi, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes; necnon tenores omnium, & singulorum privilegiorum, prædictorum, præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, omnia, & singula privilegia, immunitates, gratias, facultates, & indulta præsertim conferendi Sacramentum Chrismatis, dummodo illud sit prius per Catholicum Antistitem, gratiam, & communionem dictæ Sedis habentem, consecratum, Concursum pro conferendis Beneficiis Ecclesiasticis curatis in mensibus Apostolicis faciendi, ac commissiones gratiarum, tam justitiam, quam gratiam, etiam quoad dispensationes Matrimoniales concernentes, Abbati Monasterii Cassinensis præsenti, sive suo Vicario Generali pro tempore directarum, debitæ executioni demandandi, aliaque desuper necessaria, & opportuna faciendi, juxta decreta dicti Concilii, Apostolica auctoritate, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus. Necnon pro potiori cautela, moderno, & pro tempore existenti Abbati dicti Monasterii, vel suo Generali Vicario, ut cum Parochiales Ecclesiæ jurisdictionis dicti Monasterii vacare contigerit; concursum instituere, examinare, approbare, & magis idoneos eligere, & Ecclesias hujusmodi legitime conferre, ac in mensibus nostris, & successorum nostrorum Romanorum Pontificum collationi reservatis, personas in concursu electas, Nobis, & dictæ Sedi pro collatione obtinenda significare, necnon Sacramentum Chrismatis, dummodo illud prius sit per Antistitem prædictum consecratum, ut præfertur, conferre, ac quascumque Literas Apostolicas, tam justitiam, quam gratiam, etiam quoad dispensationes Matrimoniales personarum dictæ jurisdictionis, concernentes, sibi tamen, & nulli alteri dirigendas, debitæ executioni demandare libere, & licite valeat, juxta decreta ejusdem Concilii, dicta auctoritate tenore præsentium concedimus. Decernentes ex tunc irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque indultis, & Literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, & aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamsi de illis specialis mentio habenda foret, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, adjectionis, suppletionis, concessionis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Pe-

trum

trum anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo octuagesimo nono, Decimo Kalen. Martii Pontificatus Nostri anno quinto.

Ac ejusmodi jurisdictionis quasi Episcopalis intuitu recol. mem. Urbanus Papa VIII. Prædecessor etiam Noster decrevit, & statuit, ut quæcumque Literæ Apostolicæ gratiam, vel justitiam concernentes, & aliæ consimiles expeditiones ab Officialibus, ac Administris Pontificiis dirigi semper deberent Abbati pro tempore existenti prædicti Monasterii Cassinensis, sive ejus Vicario in spiritualibus generali, & non alteri, prout in ejusdem Urbani Prædecessoris Literis in forma Brevis expeditis uberius continetur, quorum tenor est, qui sequitur, videlicet.

Urbanus Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam. Exponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Abbas Monasterii Cassinensis, nullius diœcesis Provinciæ Capuanæ Ordinis S. Benedicti, quod alias fel. rec. Sixto Papæ V. Prædecessori Nostro pro parte tunc existentis Abbatis, & conventus Monasterii hujusmodi exposito quod dictum Monasterium per diversos Romanos Pontifices etiam nostros, tunc suos Prædecessores multis, & variis gratiis, facultatibus, libertatibus, immunitatibus, & indultis cumulatum, & decoratum fuerat, illiusque Abbas pro tempore existens nemini suberat, sed omnimodam jurisdictionem Episcopalem, ac proprium Territorium, & jus congregandi Synodum habebat, prout illam congregasse, & in ea Examinatores elegisse, ac posse concursum instituere, examinare, approbare, Oeconomos deputare, necnon Sacramentum Chrismatis contulisse, ac commissiones gratiarum Apostolicarum executioni demandasse constabat; juxta declarationem tunc existentium S. R. E. Cardinalium concilio Tridentino interpretando Præfectorum desuper factam; idem Sixtus Prædecessor supplicationibus Abbatis, & conventus prædictorum inclinatus, omnia, & singula privilegia, immunitates, gratias, facultates, & indulta, præsertim conferendi Sacramentum Chrismatis, dummodo illud foret prius per Catholicum Antistitem gratiam, & communionem Apostolicæ Sedis habentem consecratum: concursum pro conferendis Beneficiis Ecclesiasticis Curatis in Mensibus Apostolicis faciendi, ac commissiones gratiarum Apostolicarum tam justitiam, quam gratiam, etiam quoad dispensationes Matrimoniales concernentes Abbati Monasterii Cassinensis prædicti, sive suo Vicario Generali pro tempore directarum, debitæ executioni demandandi, aliaque desuper necessaria, & opportuna faciendi juxta Decreta dicti concilii approbavit, & confirmavit. Necnon pro potiori cautela tunc, & pro tempore existenti Abbati dicti Monasterii, vel suo generali Vicario, ut cum Parochialis Ecclesiæ jurisdictionis dicti Monasterii vacatio contingeret, concursum instituere, examinare, approbare, & magis idoneos eligere, ac Ecclesiam hujusmodi legitime conferre; & in mensibus Romanorum Pontificum collationi reservatis personas in concursu electas Romano Pontifici, & Sedi prædictæ pro collatione obtinenda significare, necnon Sacramentum Chrismatis, dummodo illud prius sit per antistitem prædictum consecratum, ut præfertur, conferre; ac quascumque Literas apostolicas tum justitiam, quam gratiam, etiam quoad Matrimoniales Dispensationes personarum dictæ jurisdictionis concernentes, sibi tamen, & nulli alteri dirigendas debitæ executioni demandare libere, & licite valeret, juxta Decreta dicti concilii concessit; decernens irritum, & inane ex tunc, si secus super his a quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contingeret attentari, & alias, prout in ejusdem Sixti Prædecessoris Literis, quarum tenores præsentibus pro sufficienter expressis haberi volumus, dicitur uberius contineri. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, juxta Literarum hujusmodi tenorem, fuerint retroactis temporibus commissiones gratiarum apostolicarum prædictarum Abbati dicti Monasterii, seu Vicario generali a Dataria, Secretaria Brevium, Cancellaria, Pœnitentiaria, & Camera apostolica nostrarum Officialibus directæ, & illæ, quæ propter Subditorum jurisdictioni dicti Monasterii, vel expeditionum similium gratiarum ignorantiam, a dictis Officialibus prædictæ jurisdictionis ignaris, interdum directæ fuerunt Episcopis vicinioribus correctæ fuerint, & Abbati, seu ejus Vicario hujusmodi directæ, non absque tamen Abbatis, & conventus prædictorum incommoda, quos de titulo, ejusque observantia docere, ac Subditorum prædictorum dispendio, quos novas propterea expeditiones solvere oportuerit. Quare ut similia incommoda, & dispendia in posterum evitentur, Nobis Abbas prædictus humiliter supplicari fecit, ut desuper opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur Abbatem prædictum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes ac prædictarum Sixti Prædecessoris Literarum tenorem præsentibus pro expresso habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, dilectis Filiis Magistro Ægidio Ursino de Vivariis, ac Marco Aurelio Maraldo nunc, & pro tempore existentibus Nostris, & Romanorum Pontificum Successorum nostrorum Datariis, & Brevium nostrorum Secretorum Secretariis; nec non Cancellariam apostolicam Regentibus; ac omnibus, & singulis aliis Datariæ, Secretariæ Brevium prædictorum, Cancellariæ, Pœnitentiariæ, & Cameræ Apostolicæ nostrarum Officialibus, cæterisque, ad quos spectabat, & spectabit quomodolibet in futurum pro potiori cautela, & in executionem dictarum Sixti Prædecessoris Literarum, districte præcipiendo mandamus, ut ipsi posthac quascumque tam justitiam, quam gratiam, etiam quoad dispensationes Matrimoniales concernentes, etiam in forma Brevis, ac in forma significavit, & collationum Beneficiorum in forma Dignum, & Gratiosa, ac Commissionum si in evidentem respective nuncupatorum, & absolutionum, aliarumque similium gratiarum Literas apostolicas, personarum infrascriptorum locorum, videlicet civitatis S. Germani, Casalis S. Basilii de Chaira, necnon S. Eliæ, S. Victoris, S. Petri in fine, S. Apollinaris, S. Andreæ, S. Ambrosii, S. Gregorii, S. Petri in Curulis, S. Angeli in Theodice, S. Salvatoris de Cucurutio, S. Petri de Avellana respective nuncupatorum, ac Vallis rotundæ, Bellimontis, Corbarii, Teroculi, Roccha Evandri, Pignatarii, Vallis Frigidæ, Castri Novi, Pescularum prope Iserniam, Vallis Regiæ, Civitellæ,

citella, Villetta, Pesculi Constantii, Serra Monacesche, Fara Filiorum Petri, & Cittatis Castrorum, seu Taxxarum, quæ, ut dictum, ut supra, Abbas asserit, sint, & prædicti Monasterii Cassinensis jurisdictionis, ac diœcesis existunt, eidem moderno, & pro tempore existenti Monasterii hujusmodi Abbati, sive ejus Vicario in spiritualibus generali, & non alteri dirigant; decernentes ex nunc irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus apostolicis, & in conciliis Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis eorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 30. Maii 1639. Pontificatus nostri anno XVI.

Nihilominus Capitulum, & Canonici collegiatæ Ecclesiæ Oppidani, seu Civitatis S. Germani antedictam Abbatialem Ecclesiam Montis Casini antiquis suis prærogativis exuere, atque spoliare contendentes, illique, ut Cathedrali, vel quasi subesse detrectantes, anno 1676. hæc, & alia dubia proponi curarunt in Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, quæ iisdem dubiis ad Rotam nostram Romanæ auditorium pro voto remissis, ibique diu accurate discussis, & ad favorem abbatialis Ecclesiæ resolutis, anno tandem 1681. Ecclesiam collegiatam S. Germani esse subjectam Ecclesiæ abbatiali Montis Casini, eidemque Ecclesiæ S. Germani, ac illius capitulo, & Canonicis super præmissis dubiis, & controversiis imponendum fore, & esse perpetuum silentium censuit, & declaravit. Decretum vero a prædicta Congregatione desuper editum subinde a piæ memoriæ Innocentio Papa XI. Prædecessore itidem nostro approbatum, confirmatumque fuit per suas Literas apostolicas in forma Brevis tenoris sequentis, videlicet.

Innocentius Papa XI. ad futuram rei memoriam. Alias in causa jurisdictionis, quæ inter dilectos Filios Abbatem, & Monachos Monasterii Montis Casini Ordinis S. Benedicti ex una, & dilectos etiam filios capitulum, & Canonicos collegiatæ Ecclesiæ S. Germani ex altera partibus pendebat indecisa, emanavit a congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet. In causa Montis Casini Jurisdictionis vertente inter R. Abbatem, & Monachos Montis Casini ex una, & capitulum, & Canonicos collegiatæ Ecclesiæ S. Germani partibus ex altera de, & super dubiis, & controversiis per hanc Sacram congregationem Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositum, partibus hinc inde in facto, & in jure informantibus, sub die 12. Martii 1676. referente Eminentissimo Castaldo, remissis ad Sacrum Auditorium Rotæ pro ejus Voto; eadem Sacra congregatio visis tribus Decisionibus per Sacram Rotam, utraque parte informante, coram R. P. D. Albergato editis sub diebus 30. Aprilis 1677. 24. Aprilis 1679. & 27. Januarii 1681.; visoque ejusdem Sacræ Rotæ Voto, registrato in calce ultimæ Decisionis emanata, omnibus Auditoribus votantibus, neque mature discussa, necnon pluries citato, & intimato Procuratore capituli, & Canonicorum S. Germani, referente Eminentissimo Casanata in locum Eminentissimi Castaldi absentis subrogato, censuit, & declaravit Ecclesiam collegiatam S. Germani esse subjectam Ecclesiæ Abbatiali Montis Casini, eidemque Ecclesiæ S. Germani; illiusque capitulo, & Canonicis super præmissis dubiis, & controversiis imponendum fore, & esse perpetuum silentium, prout præsenti Decreti vigore imponit. Romæ 14. Novembris 1681. G. Card. Carpineus. Loco † Sigilli. B. Pancioticus Secretarius. Cum autem, sicut dilectus Filius Procurator Generalis congregationis Cassinensis dicti Ordinis Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri plurimum desideret; Nos ipsius Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes; supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum authoritate apostolica, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis authoritate memoratæ congregationis Cardinalium: Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii apostolici auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 21. Martii 1687. Pontificatus Nostri anno XI.

Verum Decisionibus Rotalibus, Decreto congregationis, ejusque confirmationi apostolicæ hujusmodi minime acquiescentes prædicti capitulum, & Canonici, necnon quidam alii turbolenti Incolæ S. Germani, cleri, & populi nomine, rursus, & quidem acrius instaurandam susceperunt in diebus nostris rejectam petitionem; nam occasione concilii Romani, quod, benedicente Domino, proxime celebravimus, Nobis, & Venerabilibus Fratribus Nostris ejusdem S. R. E. Cardinalibus, necnon Venerabilibus itidem

Fra-

Fratribus Jo: Baptista Archiepiscopo Nisibeno, & Francisco Episcopo Elusino judicibus querelarum, & controversiarum ejusdem concilii, exhibuerunt, ac deinde etiam palam spargi curarunt nonnullos Libellos typis impressos, pluribus refertos contumeliis, quibus enixe, summaque cum impudentia flagitabant, ut jura quasi Episcopalia Abbati Montis Casini in diœcesi Casinensi competentia supprimerentur, iisque ab ipso in perpetuum avulsis, sedes Episcopalis, propriusque Episcopus in Oppido, seu Civitate, & Ecclesia S. Germani institueretur vel, ut ajebant, restitueretur. Eorumdem vero Libellorum examine jussu nostro memoratis Præsulibus judicibus deputatis diligenter peracto, rebusque expositis, quæ par erat, maturitate discussis, iidem judices suum desuper protulerunt Decretum, cujus tenor est, qui sequitur, videlicet.

Cum Sacrum Cassinense Monasterium auctoris sui, & Monachorum Sanctimonia, atque Romanorum Pontificum beneficiis celebre per quosdam Oppidi, civitatis nuncupati S. Germani Incolas, cleri, & Populi nomine, libellis pluribus contumeliis refertis ac palam sparsis, & exhibitis Sanctissimo Domino Nostro occasione sacri concilii Romani, ac nobis, uti judicibus querelarum, & controversiarum in eodem concilio, in eum finem impetitum fuerit, ut supprimerentur jura quasi Episcopalia Abbati Montis Casini in diœcesi Cassinensi competentia, iisque perpetuo ab eodem avulsis, sedes Episcopalis institueretur, sive ut prætendunt, restitueretur, ac proprius Episcopus in civitate, & Ecclesia S. Germani crearetur: Nos judices prædicti, maturo desuper pro rei gravitate habito examine, comperimus querelas expositas contra Abbatem Cassinensem, ejusque Monachos fuisse, & esse insubsistentes, & contumeliosas, & tamquam tales rejiciendas, & perscribendas, perpetuumque silentium quoad Episcopatus erectionem, sive, ut prætendunt, restitutionem, aliaque in eisdem libellis contenta clero, & Populo, ac Particularibus S. Germani præsenti nostro Decreto imponimus, ac impositum esse volumus, prout latius in Literis apostolicis in calce hujus concilii opponendis constabit. Romæ in Ecclesia Lateranensi 18. Maii 1725. Jo. Baptista Archiepiscopus Nisibenus judex querelarum, & controversiarum Sacri concilii Romani — Franciscus Episcopus Elusinus Judex querelarum, & controversiarum Sacri concilii Romani.

Post hujusmodi Decreti publicationem, etsi præfati S. Germani Incolæ ab injusta, ac plane audaci petitione destiterint, & nos in novissima Præsynodali Congregatione eorum impudentiam palam arguere, & improbare, simulque Ordinem maxime Venerabilem, & tanti nominis monasterium digna laude prosequi non omiserimus, contumelias tamen, quibus ejusdem Monasterii Abbatem, & monachos proscindere, eorumque existimationem, ac honorem lædere ausi fuerant, impunitas dimittendas non esse censuimus, cum res ad exemplum pertinere videretur, & oporteat, quemadmodum B. Gregorius admonet, canonica ultione, quando quid tale committitur, coerceri, ne facinus, cum aliorum peccato parcitur, vires ex dissimulatione percipiat. Jussimus itaque, & curavimus, ut ejusmodi criminis participes, & conscii merita plecterentur pœna ad emendationem: parati tamen congruo tempore apostolicam lenitatem, & mansuetudinem exhibere correctis, cum, ut idem B. Gregorius advertit, plus misericordia, quam districta Nos conveniat operam dare justitia.

Nunc autem considerantes præfatum Cassinense monasterium nullius diœcesis Provinciæ nostræ Romanæ, utpote diuturno Fundatoris sui usque ad obitum incolatu consecratum, & ab ipso promulgatione regulæ, miraculorum splendore, suique tandem Sacri Corporis deposito decoratum, & caput Ordinis constitutum, magno semper in honore, ac pretio apud omnes, præsertim vero apud Romanos Pontifices prædecessores nostros, qui non semel ad benedicendum Abbatem in proprio monasterio personaliter accesserunt, eorumque exemplo Nos ipsi nuper dilecto Filio Sebastiano Gadaleta electo ejusdem Monasterii Abbati stato ritu in Ecclesia S. Calixti de Urbe benedictionis munus solemniter impertivimus extitisse, atque meruisse, ut ab eis conspicuis augeretur beneficiis, & privilegiis, ac sub immediata Sedis Apostolicæ superioritate, & patrocinio susciperetur; Ac insuper compertum habentes a Monachis ibidem degentibus omnia, quæ ad eorum regularia instituta pertinent, laudabiliter observari, Sacrarum Literarum studia sedulo exerceri, divinumque in primis cultum summa cum religione peragi, quemadmodum propriis inspeximus oculis, dum in minoribus constituti illuc Sanctuarium adeo celebre devotionis gratia visitaturi perreximus; & propterea eorumdem Prædecessorum Nostrorum exemplo, antedicti Monasterii Cassinensis, ejusque Abbatialis Ecclesiæ, & Abbatis pro tempore existentis prærogativas, præeminentias, & jura quæcumque inconcussa, ac inviolata perpetuis futuris temporibus servari, atque custodiri cupientes, & Procuratoris Generalis ipsius Congregationis Cassinensis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine super hoc nobis humiliter porrectis inclinati, præinsertas Sixti, Urbani, ac Innocentii Prædecessorum Literas apostolicas, & in illis contenta quæcumque, necnon præinsertum Judicum querelarum, & controversiarum prædicti concilii Romani Decretum auctoritate apostolica tenore præsentium amplissime approbamus, & confirmamus, ac ipsis perpetuæ, & inviolabilis apostolicæ firmitatis vim, robur, atque munimen adjicimus, illasque, & illud iis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, ac ab omnibus aliis respective perpetuis futuris temporibus inconcusse, & inviolabiliter observari debere præcipimus, decernimus, & mandamus.

Præterea æquum justumque arbitrantes, ut antedictum Cassinense Monasterium, ejusque Abbas, & Monachi nunc, & pro tempore existentes ab ulterioribus in posterum litibus, molestiis, & vexationibus penitus eximantur, eorumque statui, paci, & tranquillitati plenius, atque uberius consultum sit, motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, ecclesiam Abbatialem præfati Monasterii fuisse, &

esse

esse quasi Cathedralem diœcesis Cassinensis, eique ceteras omnes tum Sancti Germani, tum etiam aliorum locorum Cassinensis diœcesis Ecclesias, tamquam membra capiti, subjectas fuisse, & esse; necnon antedicti Monasterii pro tempore Abbati competiisse, & competere jura quasi Episcopalia non modo in omnibus memoratis Ecclesiis, verum etiam in universo Clero, & Populo, & locis quibuscumque prædictæ diœcesis juxta memoratas Sixti, Urbani, ac Innocentii Prædecessorum Constitutiones, tenore præsentium statuimus, decernimus, & declaramus; & quatenus opus sit, & non alias præfatam Abbatialem Ecclesiam de novo quasi cathedralem constituimus, illique omnes, & singulas supradictas Ecclesias omnimode subjicimus, ac ipsius Abbati pro tempore existenti quasi Episcopalem in universas Ecclesias, Clerum, & Populum, & loca quæcumque universæ diœcesis Cassinensis Jurisdictionem etiam de novo in perpetuum concedimus, attribuimus, & assignamus, & pro concessa, attributa, & assignata ab omnibus haberi volumus, & mandamus. Quo vero ad solemnem benedictionem Abbatum futurorum ejusdem Cassinensis Monasterii Decretum antedicti nostri concilii Romani, & legem a nobis inibi præscriptam servari volumus.

Ad hæc ut omnis causa, atque fomentum quibuscumque ulterioribus dissidiis, & contentionibus præcidatur, capitulo, & Canonicis prædictæ collegiatæ Ecclesiæ, nec non reliquo clero, Universitati, Hominibus, & Populo præfati Oppidi, seu civitatis Sancti Germani, quoad petitam; ac, ut præfertur, rejectam Episcopatus, & Cathedralis erectionem, seu restitutionem in eadem collegiata Ecclesia Sancti Germani, perpetuum silentium apostolica auctoritate tenore præsentium imponimus, & impositum esse volumus: illis omnibus directe præcipientes, ac inhibentes, ne de cetero memoratos Abbatem, & Monachos super hujusmodi prætensa erectione, seu restitutione vexare, inquietare, perturbare, aliave amplius molestia afficere audeant, seu præsumant sub pœnis nostro, & Romani Pontificis pro tempore existentis arbitrio infligendis; ac ita perpetuis futuris temporibus observari debere sancimus, decernimus, & mandamus.

Decernentes pariter easdem præsentes Literas semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, ut fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, ac nullo umquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa, quantumvis legitima, & juridica, etiam ex eo quod aliqua ex præmissis, narratis, ac expositis non subsisterint, & capitulum, & Canonici d. Collegiatæ Ecclesiæ S. Germani, & quicumque alii cujuscumque gradus, & conditionis existant, in præmissis omnibus, & singulis, & circa ea quomodolibet, & ex quavis causa, ratione, titulo, & occasione jus, vel interesse habentes, seu habere prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, & causæ, propter quas eadem præsentes emanaverint, in consistorio nostro, vel alibi, vocatis vocandis, & præviis debitis tractatibus, ac servatis, & adhibitis solemnitatibus, & aliis de jure, vel consuetudine, vel juxta constitutiones, & Ordinationes Apostolicas, aut Ecclesiæ prædictæ statuta, privilegia, & indulta, etiam confirmatione apostolica, vel alia quavis firmitate roborata, aut alias quomodolibet requisitis, & in similibus necessariis examinata, verificata, ac justificata non fuerint, de subreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vitio, vel intentionis nostræ, aut jus, vel interesse habentium consensu, aut quolibet alio, quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, & inexcogitabili, ac specificam, & individuam mentionem, aut expressionem requirente defectu, sive etiam ex eo quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates, & quævis alia de jure servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite a jure, statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, totalisque læsionis, aut quocumque colore, prætextu, ratione, vel causa, etiam in corpore juris clausa, & quantumvis justa, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata, & tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate nostra, & aliis superius expressis nullibi appareat, nec alias probari possint, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet, etiam motu simili concesso, vel impetrato, aut emanato uti, seu se juvare in judicio, vel extra posse, neque ipsas præsentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum, & dispositionum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam per nos, & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, & Sedem Apostolicam prædictam, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam Consistorialiter ex quibuslibet causis, & sub quibuslibet verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiamsi in eis de eisdem præsentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fieret, pro tempore factis, & concessis, ac faciendis, & concedendis comprehendi, sed tamquam ad majus bonum, & Ecclesiasticarum personarum prædictarum quietem, ac pacem tendentes, semper, & omnino ab illis excepi, & quoties illa emanabunt, toties in pristinum, & validissimum, ac eum in quo antea quomodolibet erant, statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data quandocumque eligenda concessas esse, & fore; sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici auditores, ac prædictæ S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, aut V. Legatos, dictæque Sedis Nuncios, aut alios quoscumque quavis auctoritate, potestate, prærogativa, & privilegio fungentes, ac honore, & præeminentia fulgentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, in quocumque judicio, & quacumque instantia judicari, & definiri debere, & si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, ac inane decernimus, & declaramus.

Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque in contrarium præmissorum quomodo-

libet

libet editis, vel edendis, etiam in Synodalibus, Provincialibus, universalibusque conciliis specialibus, vel generalibus aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac prædictarum Ecclesiarum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, eorumque reformationibus, & novis additionibus, stylis, usibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, illis, earumque superioribus, & personis, ac locis quibuscumque, etiam specifica, & expressa, ac individua mentione dignis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, etiam motu pari, ac consistorialiter, aut alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus in contrarium præmissorum concessis, approbatis, confirmatis, & innovatis, etiamsi in eis caveatur expresse, quod illis per quascumque Literas Apostolicas, etiam motu simili, pro tempore concessas, & quascumque etiam derogatoriarum derogatorias in se continentes clausulas derogari non possit, neque censeatur eis derogatum; quibus omnibus, & singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut quacumque alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & clausulas, etiam quantumvis prægnantes, pias, & privilegiatas præsentibus pro plene, & sufficienter, ac de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, insertis, expressis, & specificatis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum omnium, & singulorum validissimum effectum hac vice dumtaxat latissime, & plenissime, ac sufficienter, necnon specialiter, & expresse, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo omnino hominum liceat nostram hanc paginam approbationis, confirmationis, declarationis, subjectionis, mandati, decreti, voluntatis, præcepti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo vigesimo quinto Pridie Nonas Augusti, Pontificatus nostri anno secundo.

P. M. Card. Prodatarius. F. Card. Oliverius

Visa de Curia I. Fontaninus.

Loco † Plumbi. L. Martinettus.

Registrata in Secretaria Brevium.

Illud hic serio adversarios nostros monitos volumus, quod Nicolaus I. in concilio Romano c. 3. decernit, ut referunt Annales Fuldenses, seu Bertiniani apud Duchesne To. 3. p. 217. *Si quis dogmata, mandata, interdicta, sanctiones, vel decreta pro catholica fide, pro ecclesiastica disciplina, pro correctione fidelium, pro emendatione sceleratorum, pro interdictione imminentium, aut futurorum malorum a sedis apostolicæ præsule salubriter promulgata contempserit, anathema sit.* Et Concil. Pontigonense cap. 1. *Qua secundum sacrum suum ministerium apostolica auctoritate spiritualis Pater noster, & universalis Papa decreverit eum summa veneratione ad omnibus suscipiantur, & debita illi obedientia in omnibus observentur.* Atque illud optamus ex animo, ut quemadmodum, quod habet S. Augustinus serm. 2. de verbis Apostoli, *A sede Apostolica rescripta venerunt, & causa finita est, ita utinam etiam error finiatur.* Ditionem Abbatiæ Cassinensis vocat S. Pontifex diœcesim, quod Casinum episcopalis urbs fuerit ab ecclesiæ incunabulis, ibique iterum episcopatum erexit Johannes XXII., atque post restitutos ab Urbano V. Abbates eodem titulo nuncopaverit Bonifacius IX. In narrativa, & dispositiva sæpe repetit Pontifex monasterium Cassinense intra fines provinciæ Romanæ contineri, idque jure, nam, ut demonstrant eruditissimi Carolus a S. Paulo in Geographia Sacra p. 36., & seqq. Franciscus de Vico episcopus Elusinus Dissert. super finibus diœcesis Romanæ, & super facultate eligendi Metropolitanum nu. 4., & seqq., & Jostus Fontaninus *De amplitudine peculiaris Provinciæ summi Pontificis, ut Romani Metropolitæ Commentatiuncula nu.* 3., omnes olim episcopi regni Neapolitani Romano Pontifici, utpote metropolitæ, subjecti erant, ac proinde, & diœcesis Cassinensis in Latio novo, seu Campania Neapolitana posita. Hinc Carolus a S. Paulo pag. 50., e seqq. Geographiæ, describens episcopos Provinciæ Romanæ, & p. 53. episcopos Campaniæ Neapolitanæ sub metropolita Romano recenset p. 55. Cassinum, de quo ait; *Ex ejus episcopis Caprarius subscripsit concilio Romano sub Hilaro, & Severus Romano sub Felice.* Institutis deinde sæculo X., & seqq. pluribus in regno Neapolitano archiepiscopis, quidam è provincia Romana episcopatus avulsi, qui eorum suffraganei evaderent. Anno circiter 968., aut 969. Johannes XIII. erecto archiepiscopatu Capuano, Episcopos Suessanum, Carinolen., Calven., Venafrarum, Iserniensem, & alios illi subjecit; haud tamen diœcesim Cassinensem, quæ proinde sub veteri metropolita Romano Pontifice remansit. Quod clarius ex privilegiis Romanorum Pontificum constat, quos inter Zacharias anno circiter 748., Nicolaus I. an. 863. Johannes octavus ao. 882. cujus diploma jam antea transcripsimus, Joannes IX. an. 902., Marinus II. an. 944., ut superius retulimus, statuerunt soli Romano Pontifici subjectam esse Cassinensem diœcesim. Benedictus etiam VII. idem statuit, cujus diploma, quod extat in antiquissimo regesto Petri Diaconi fol. 7., pro majori hujusce rei claritate integrum hic inserendum censemus. Est autem tenoris sequentis.

Benedictus episcopus servus servorum Dei carissimo nobis in domino Jesu Christo filio Aligerno ven., & religioso Abbati Sacratissimi monasterii beati Benedicti Confessoris Christi, siti in Montecasino, & per te in eodem ven. monasterio, vel cuncta ejus congregationi in perpetuum. Quoniam semper sunt concedenda, quæ rationabilibus congruunt desideriis, oportet, ut devotio in me petitoris humiliter acquisita in privilegiis concedendis minime denegetur a nostra clementia. Igitur quia petistis a nobis, quatenus monasterium B. Benedicti confessoris Christi situm in jamdicto Montecasino, atque monasterium

beata

beatæ Scholasticæ, seu, & monasterium domini Salvatoris sub præfato monte consecrati, nec non, & quatuor monasteria puellarum, unum S. Mariæ in loco, qui Plumbariola vocatur, aliud ejusdem S. Mariæ in loco, qui Cingla dicitur, & monasterium S. Sophiæ, constructum infra civitatem Beneventanam, item, & monasterium S. Mariæ in civitate Cosentia consecratum, & simul etiam monasterium S. Benedicti infra civitatem Capuanam, præterea, & Monasterium puellarum, quod vocatur S. Johannis in civitate jam dicta Capuana consecratum, & simul etiam ecclesia per singula loca constructa, prædictis monasteriis pertinentes, privilegiis apostolicæ sedis infulis decorentur, ut sub jurisdictione sanitæ, cui Deo auctore deservimus ecclesiæ constituta, nullius ecclesiæ cujuslibet episcoporum ditionibus commoveatur, vel submittatur, Pro qua re piis desideriis faventes, ac nostra auctoritate id, quod expostitur, petitioni mancipamus; Et ideo omnem cujuslibet ecclesiæ episcopum in præfata venerabilia loca, quamcumque ditionem habere omnino prohibemus, præter sedem nostram apostolicam habentes respectum, amodo, & deinceps omissa videlicet omni novitate, & violentia in eadem monasteria prohibemus, ita ut nisi, quis ab Abbate monasteriis fuerit invitatus, neque ad consecrandam ecclesiam, vel Sacerdotem de præfatis monasteriis, sive in omnibus cellis ibidem pertinentibus præsumat ingredi, nec missarum ibidem solemnitatem quispiam episcopus præsumat omnimodo inibi celebrare.

Ad consecrandas autem ecclesias in supradscriptis monasteriis, vel cellis, quemcumque episcoporum invitare voluerit ipse Abbas, sine cujuslibet impedimento concedimus potestatem, ut profecto juxta id, quod subjectis apostolicis privilegiis consistunt inconcussa denanda permaneant. Sed, & constituentes una cum sacerdotali nostro collegio per hoc nostrum apostolicum privilegium omnia loca, quæ aliquando possidere ipsa venerabilia monasteria, vel quæ nunc ais, aut postea a fidelibus hominibus fuerint concessa per diversa territoria, nulli castaldeo, aut episcopis, non magno, vel parvo homini per quodlibet ingenium, aut argumentum liceat, quomodocumque easdem invadere possessiones, vel censum tollere, aut affligere monachos vel servos, sed magis ad laudem Christi, & æternam memoriam largitorum perpetuo tempore maneant intacta ab omnibus, & deserviant solummodo Sanctæ Matri Romanæ ecclesiæ, & nullus præsul audeat amodo in ipsis Monachis subjectis sanctæ nostræ ecclesiæ quamcumque ingerere excommunicationem, sed liceat illis ita peragere Deifico cursus, sicut a beato Benedicto per illius regulam habent in mandatis, atque constituimus, ut quispiam præsul non præsumat segregare ab ecclesiis, & dictis monasteriis pertinentibus populum ibidem percurrentem ad audiendum verbum Dei, & confitentem delicta sua, tam in urbibus, quam extra urbes, sed canonice ingrediatur ibidem, & egrediatur devotus Populus, & ecclesia vestris dicionibus subditæ omnibus pateant. Sed quoniam pastoralis propterea nobis a Deo cura commissa est, ut vigiles in omnibus existere mereamur, ne quod absit dominicæ oves luporum morsibus lanientur. Qua de re omnibus Venerabilibus episcopis, presbyteris, Abbatibus, diaconibus, ducibus, tribunis, castaldis, actoribus, vel cunctis Deum timentibus nostra apostolica auctoritatis sub obtestatione beati Petri principis apostolorum præcipimus, atque jubemus, qui ligandi, solvendique peccata hominum in cælo, ac terra, & dño Deo nostro potestatem percepit, cujus nos gratia divina vices gerimus, statutum est, & per hujus decreti nostri paginam interdicimus omnibus omnino cujuslibet ecclesiæ præsulibus, vel cujuscumque dignitatis prælitis potestate sub anathematis interdictione, & æterni judicii obligatione, qui præsumpserit præsenti constitutioni a nobis præfato monasterio indultæ, quolibet modo existere temerator. Scriptum per manum Stephani notarii Regionarii, & Scrinarii S. R. E. in mense Majo, indictione 5. Benevalete. Datum 3. Kal. Junii per manum Stephani nomenclatoris Sanctæ Sedis apostolicæ anno Pontificatus domini nostri Benedicti SSmi VII. Papæ III. imperante domno nostro Ottone a Deo coronato Magno, & Pacifico Imperatore anno X. in mense, & indictione V.

Animadvertendum privilegium hoc datum esse anno 977., quapropter anno 3. Pontificatus Benedicti VII. Ipse enim electus fuit Pontifex anno 975. mense Martio; mense igitur Majo an. 977. tertius inceptus excurrebat sui pontificatus annus. Videatur Pagius anno 975. num. 3., & 4., ubi veritatem hanc luculentissime probat. Huic anno 977. indictionem quintam, uti extat in privilegio, corresponderc, & etiam anno X. Imperii Ottonis II. uti habet Pagius anno 967. num. 11., & anno 973. num. 5. quod cum ita sit nullus inficiabitur octo circiter annis concessum post Capuani Archiepiscopatus erectionem. His summis Pontificibus accensendi sunt etiam Johannes XV. an. 990., Benedictus VIII. duplici diplomate, alterum anno 1014., alterum vero 1023., Benedictus IX. anno 1038. de quorum omnium privilegiis agit in sua Chronica Leo Ostiensis: posteriorum vero, licet non omnes, summorum Pontificum hac de re concessiones, jam antea produximus.

Neque reponendum incessum concessa hujuscemodi privilegia, si ad provinciam Romanam pertinebat monasterium Cassinense. Nam hæc non ut Metropolitæ, sed ut capita ecclesiæ catholicæ largiebantur Romani Pontifices, qui nedum monasterium Cassinense, ejusque diœcesim, sed omnes illi subditas ecclesias, monasteria, bonaque, quæ tum, vel in futurum possiderent in quacumque Orbis terrarum plaga ab episcoporum jure exemerunt, pluraque illi concessere privilegia, quæ metropolitæ potestatem longe superant. Hinc Johannes XXII. in memorata bulla hæc habet, ex quibus satis evincitur nunquam monasterium Cassinense subjectum fuisse metropolitæ Capuano: *Eadem quoque auctoritate statuimus, ut cum, idem quondam monasterium tam in capite, quam in membris per specialia sedis apostolicæ privilegia sit exemptum, & ecclesiæ Romanæ immediate subjectum, diversisque aliis privilegiis, indulgentiis apostolicis, exemptionibus, libertatibus, & immunitatibus communitum dicta ecclesia, cathedralis, episcopus, capitulum, & personæ ibidem degentes, & omnia membra, officia, ecclesiæ, castra, & bona ipsius, ubicumque consistentia utantur, & gaudeant privilegiis, exemptionibus, indulgentiis, libertatibus, & immunitatibus hujusmodi, sicut prius.*

Atque Carolus a S. Paulo in Parergo ad Geogra-

phiam ex cod. Bibliothecæ Regiæ, & Toaneo p. 64., & 80. Archiepiscopatum Capuanum cum Suffraganeis suis recenset, neque ullum ibi verbum de Cassinensi, proinde supplicantiom qoorumdam, vulgo nunc *Spedizionieri* incuriæ tribuendum, qui diœcesim Cassinensem in Romana provincia sitam, ipsamque innumeris fere privilegiis summorum Pontificum jussu expeditis in Capuana ounquam enunciatam minime animadvertentes, anno 1586. supplicibus libellis Sixto V. Pontifici pro aliis monasterii negotiis exhibitis prædictam diœcesim in Capuana provincia ab re, & incaute asseruerunt, unde diplomate hoc anno, & sub eodem Pontifice emanato, in aliena provincia supplicantium errore primo collocatur, cæterum vero ipsemet Sixtus posterioribus privilegiis, quorum alterum anno 1589. alterum anno 1590. nunquam Capuanæ provinciæ meminit, ut legi potest in Bull. Casin. tom. I. const. 234., & tom. II. const. 452. Aliquibus etiam successorum Pontificum concessionibus, quamvis non semper id ipsum evenisse non inficiamur, at exarata obiter judicamus verba Capuanæ provinciæ; neque enim id negotii tunc agebatur, nec a Romanis pontificibus super hac re definitum, vel saltem constitutum quidquam fuit in aliqoo diplomate, quapropter cum supplicantium sint assertiones, infirmum satis præberent argumentum, ac eorumdem error nullum veritati præjudicium, nihilque damni Cassinensi monasterio inferret, quod semper restitutionis in integrum jure oteretur, ut confessionem falsc factam reiiceret, atque deleret.

Michael cognomento Monachus Canonicus presbyter ecclesiæ metropolitanæ Capuæ in *Sanctuaria Capuano* p. 594. ad verbom refert diploma Alexandri III. *datum Anagnia per manum Gratiani S. R. E. subdiaconi, & notarii Kal. Martii, indictione septima incarnationis Dominica anno millesimo centesimo septuagesimo tertio Pontificatus vera domini Alexandri PP. III. anno quinto decimo* ad Alphanum Archiepiscopum Capuanum, in quo hæc leguntur: *In quibus hac propriis duximus exprimenda vocabulis, episcopatum Aquinatem, episcopatum Venafranum, & Iserniensem, episcapatum Teanensem, Suessanum, Calinensem, episcopatum Calvensem, episcopatum Cajacensem, episcopatum Casertanum &c.* Et in notis p. 598. ait: *In hoc privilegio Alexander PP. confirmat Archiepiscopo Capuano jus metropoliticum. Novem ecclesia suffraganea recensentur, sed absque dubio Johannes XIII. plures adscripserat. Ecclesia Atinensis, olim episcopalis erat Capuana ecclesia suffraganea, & Adenulphus Capuanus Archiepiscopus Leonem Atinensem apiscopum consecravit, ut ex monumentis illius ecclesia &c.* atque contendit ecclesiam Soranam, & Thelesinam fuisse Atchiepiscopi Capuani suffraganeas. Ex bulla vero, atque notis aperte liquet, nunquam monasterium Cassinense fuisse Capuæ suffraganeum, quidquid contra obluctetur idem monachus, qui in recognitione operis sui p. 94. nom. 109. habet: *Abbatiam Cassinensem cum sua diœcesi fuisse Capuano Archiepiscopo subditam, sed privilegio Papa Alexandri II. exemptam patet ex Chron. lib. 3. cap. 26.* Quantum a vero longe abear monachus, ex ipsismet Leonis verbis liquet, quæ ita se habent, *Eodem tempore sollemne Desiderio privilegium idem Apostolicus, prater catera super omnimoda hujus cœnobii libertate concessis, ne videlicet aliquis alicujus ecclesia episcopus prater Romanum Pontificem non solum in nostra, ac principali ecclesia, verum etiam in omnibus ubique locorum nobis pertinentibus cellis quamlibet dicionem usurpare quolibet modo prasumeret, auctoritate apostolica, interdicens. Quo etiam tempore cum Hildebrandus Capuanus Archiepiscopus statione quadam turgidus contra hanc auctoritatem fuisset summurmurare conatus publice in Romana Synodo, Nobis super hoc proclamantibus privilegiis Apostolica Sedis convictus, se peccasse confessus est. Unde tam sibi, quam suis Successoribus universis sub districto, tunc anathemate interdictum est, ut nullam ulterius inde auderent assumere quæstionem, nullam prorsus contra hunc venerabilem locum promovere aliquando litem.*

Nunquam certe, vel somniavit Leo concessam primom immunitatem monasterio Cassinensi, ejusque diœcesi ab Alexandro II., nam. lib. 2. cap. 4. de Zacharia hæc scribit: *Ab hoc etiam SSmo Papa pradictus Abbas, privilegium primus accepit, ut hoc monasterium cum omnibus cellis sibi pertinentibus ubicumque terrarum constructis ob honorem, ac reverentiam Sanctissimi Patris Benedicti ab omnium episcoporum dicione sit liberum, ita ut nullius juri subjaceat, nisi solius Romani Pontificis. Adnotandum illud Primus &c.*

Nimium esset Leonis testimonia in medium proferre, in quibus sæpe eadem repetuntur. Hinc, ot conjecturam concessæ primum ab Alexaodro immunitatis exploderet Leo, verba illa apposuit, *privilegiis apostolica sedis convictus &c.* Ut jure Ildebrandum pœnituerit murmurasse contra Alexandrum ob concessom Cassinatibus privilegium, quod aliorom Pontificom diplomata, quæ eadem continerent legerit. Utendum quidem fuerat Monacho gestis ab Archiepiscopis Ildebrandi antecessoribus in diocesim Cassinensem, vel bullis Romanorum Pontificum, qui eam diœcesim Archiepiscopis Capuanis subjecissent. Cum potissimum pluribus eorumdem privilegiis, etiam antequam metropolis Capuana erigeretur, & ante Alexandrum II., atque adeo post erectionem Archiepiscopatus diplomate Victoris II., quod decennio tantum præcessit illud Alexandri II., & alio Stephani IX., & Nicolai II. nullo medio decessoris memorati Alexandri demonstraverimus exemptum prorsus monasterium Cassinense, ejusque diœcesim a cujuscumque episcopi jure, solique sedi apostolicæ subditum, semperque Victorem, aliosque Pontifices usurpasse illa verba, Sicut hactenos mansit, meminir diplomatum Victoris, & Stephani, Leo lib. 2. cap. 96., deqoe illo Nicolai II. habet lib. 3. cap. 13.

Privilegium ab ea satis honorificum juxta consuetudinem pradecessorum suorum recepit &c. Quare invecta quadam consuetudine Romani Pontifices Cassinatibus privilegia concedebant. Mirum certè plura a Monacho relata ab Archiepiscopis Capuanis acta in suos suffraganeos, nil in diœcesim Cassinensem, Soranam, & Thelesinam. Videantur tres decisiones Sac. Rotæ, Capuana, seu Montiscassinen. Parochialium, quæ jus nostrum valide contra monachom asserunt.

Hinc neque debet, neque potest Abbas Casinensis

nensis metropolitanum ad mentem Sac. conc. Tridentini eligere, nam, & habet de Vieo in memorata dissertatione Dub. 2. *An Episcopi existentes inter utramque provinciam Capuanam. & Pisanam, quibus a S. Sede non fuit datus Metropolita, debeant alium sibi eligere prater Papam nn. 28. Resolutio hujus dubii videtur obvia, & facilis, quia Episcopi existentes inter utramque Provinciam sunt suffraganei Papa, & recognoscunt Papam in Metropolitam, & ideo non tenentur, nec possunt sine expresso consensu Papa alium metropolitanum eligere, & quoad istos episcopos non habere locum concilium Tridentinum cap. 2. sess. 24. de refor. decisum refert a Sac. Congregatione concilii Fagnan. in cap. Et si membra de his qua fiunt a Pralat. sine consens. Capituli num. 36., & Card. de Luca de Praem. disc. 1. num. 9. Quippe suffraganeus non potest, etiam si vellet, a proprio metropolita se eximere, quia ejus subjectio principaliter respicit favorem metropolitani, cui, sine ejus consensu, prajudicari non potest, neque tacite, neque expresse ad text. in cap. cum tempore de arbitr., & ibi Abbas num. 2. Lotter. de re Benefic. lib. 1. q. 24. n. 239. Kocchier de jurisdict. Ordin. in exemp. par. 2. quast. 7. n. 2., & 3. Barbos. de offic., & potest Episcop. par. 3. alleg. 123. a num. 40. usque ad 43., & Rota decision. 1604. num. 11., & num. 21., & seqq. cor. Coccin. Alias enim Metropolita posset remanere sine suffraganeis, quod non est permittendum, quia ejus interest Jurisdictionem propriam sartam tectam servare, & per multos habere subditos ad text. in Clem. Pastoralis de re Judic. Chockier de Jurisdict. Ordin. par. 1. q. 1. num. 17.*

Quibus de causis, aliisque validissimis, quæ suppeterent, si opus esset, nunquam Cassinensis Abbas concilio provinciali interfuit ab aliquo Archiepiscopo coacto.

Cum vero innumera sint, quibus SSmus Pontifex Benedictus XIII. mirifice Cassinates ornavit, obstrinxitque, grati animi ergo marmoream statuam inter benefactores, alios magnates perennitati ejus nomini iidem erigendam curarunt, quandoquidem nil aptius, commodiusque visum est, ut grates, quas possent, si non quas deberent, beneficentissimo, munificentissimo principi rependerent.

Hoc eodem Sæculo ad gloriæ cumulum nostrates evexit Cassinensis templi dedicatio a Sanctissimo D. N. Benedicto XIII. solemni, illustrique pompa peracta. Scilicet Cassinensis ecclesia, quam a Desiderio Abbate a fundamentis erectam Alexander PP. II. anno 1071. magna celebritate maximaque procerum frequentia consecraverat, ingenti terræmotu postrata fuit anno 1349. Itaque jussu Urbani V. restitui cœptam perfecit Abbas Petrus de Tartaris, quam tamen, utpote male materiatam, & ruinosam Desiderius ejus nominis Abbas III. fere totam solo æquavit anno 1648. subsequenti vero, qui natalis fuit nostri beneficentissimi ac vere maximi Pontificis feliciter regnantis ab Abbate Dominico II. ad eam structuræ formam, qua hodie commendatur excitata, numeris demum omnibus absoluta fuit per ejus successores, varioque marmore magnificentissime exornata. Ut ne igitur ecclesia hæc recens extructa, quæ ex sacrorum canonum præscripto solemni ritu dedicari debuerat, insigni hac prærogativa destitueretur demississimis precibus Abbatis, & Cassinensium monachorum nomine sibi porrectis motus Pontifex Maximus ejus rei caussa dum Benevento Romam reverteretur Casinum venit. Jam vero in sui, Cæsareique erga summum Pontificem obsequii argumentum pridie ejus diei Sangermanum appulerat cum frequentissimo aulicorum procerum, Militum comitatu Michael Fridericus S.R.E. Cardinalis de Althan episcopus Vaccensis, & Neapolitani regni Prorex, qui cum ad hospitium nostrum Abbatiale cum omnibus suis per noctem divertisset, equitavit ad monasterium, illumque sacrorum Antistites, Abbates, aliique, qui, ut summo Pontifici in ea celebritate famularentur eo loci confluxerant summo studio, atque observantia exceperunt. Interea temporis ad aram templi maximam litante ipso urbem repetiit Cassinensis Abbas, undè cum Seraphino Tansio congregationis nostræ Procuratore generali, Josepho Accoramboni, ac Lendro de Porzia, qui duo non ita pridiem amplissimo Cardinalium Senatui adscripti fuerunt per aliquot ab Urbe milliaria obviam ivit Sanctissimo Domino. Vix autem ventum erat ad portam urbis, quum Hic rheda prosiliens, qua vehebatur, ascendit equum, atque iter arripuit ad monasterium præeuntibus duobus velitibus, & duobus pariter pontificiæ aulæ præsulibus, quorum alter Crucem de more erectam ferebat, alter inter ministros cum luminaribus Sanctissimam eucharistiam in argentea theca, atq; hanc phrygiatæ crumenæ ante pectus è collo suspensæ impositam sequentibus vero aulicis omnibus, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque quotquot aderant. Hoc igitur ordine quum ad primum, seu exterius cœnobii limen pervenisset, descendit equo, & postquam Sacramentum, quod ab aulico Præsule in limine interiori Monachus presbyter vestibus sacris indutus acceperat ad sacellum conceptionis ubi consueto ritu collocatum fuit venerabundus associasset, recta ivit ad ecclesiam, inspecturus, si forte pro solemni dedicatione deesset aliquid, atque inde ad suum cubiculum proximum illud quidem aulæ Abbatiali miram vero speciem exhibens religiosæ paupertatis, ut ipse imperaverat. Postridie ad aram loci in quo nocte psallitur sacrum obivit; ad cubiculum reversus populo, qui tanto studio convenerat, ut multitudinem, platea ipsa, quæ amplissima est ante cœnobium vix caperet, Pontificiam uti vocant benedictionem peramanter ex fenestra impertivit; in communi refectorio, quod rei ab S. Leone IX., qui non semel Casinum venit itidem factum cum Cardinali Prorege, omnique Præsulum, Monachorumque cœtu, & de vulgaribus horum eduliis prandit; ad se aditum Cardinali permisit, ac demum ecclesiam adiit S. Martini, in cujus ara apparatissime ornata imposita ad spectaculum erant lectissimæ, plurimæque Sanctorum corporum reliquiæ, quarum frustula, ut fieri consuevit pro majoris aræ consecratione in capsula condidit ex argento concinne elaborata cum hac Schedula; *Anno Domini 1727. Die decima nona Maii, feria secunda in Rogationibus, festo S. Petri Calestini Papa, & confessoris. Ego Benedictus XIII. catholica ecclesia Episcopus, jam Frater Vincentius Maria Cardinalis Ursinus Ordinis Pradicatorum Archiepiscopus Beneventanus ecclesiam istam, quam mei olim pradecessores Zacharias*

Papa anno 748. primum, Alexander vero II. anno Domini 1071. magna cum celebritate secundo dedicavit, pluries deinde ruinis obrutam, & pluries restitutam demum sub anno 1649. a fundamentis iterum excitatam, & in splendidiorem formam redactam una cum hac principe ara tertio consecravi in honorem gloriosæ virginis Mariæ ac S. Benedicti Abbatis, & reliquias Sanctorum Martyrum Magni, & Severini in ea inclusi, & singulis Christi fidelibus hodie indulgentiam plenariam, & in die anniversaria consecrationis hujusmodi, quam ex nunc in diem primum mensis Octobris perpetuo transtuli, sicut præfatus laudatus prædecessor Alexander in solemni secundo dicta dedicatione statuerat ipsam visitantibus annos quinquaginta, & totidem quadragenas de vera pariter indulgentia in forma ecclesiæ consueta concessi. Hæc est ecclesia 367., & altare fixum 1545. a me, licet indigno, consecratum, præter alia portatilia altaria 621., quæ sacris eisdem ritibus initiavi &c.

Atque hoc idem fecerant Cardinalis Prorex, Nicolaus Maria Tedeschi Archiepiscopus Apameæ, & Sacrorum rituum congregationis a secretis, Angelus Maria Quirini Archiepiscopus Corcyrensis, nunc vero Brixiensis episcopus, & S. R. E. Cardinalis amplissimus, ac tandem Aifonsus Mariconda episcopus Triventinus, hi tres congregationis Cassinensis, quibus Pontifex imperaverat, ut parva quatuor altaria consecrarent. Itaque XIV. Kal. Junias, qui dies sacer est D. Petro Cœlestino ex Benedictina familia, & monasterii Cassinensis alumno peracta res est ritu, qui a Pontificali præscribitur, & ante fores templi concio de more habita ab summo Pontifice, cujus apographum sua pontificis manu subscriptum, quod humillimis precibus meis clementer indulsit, in hoc nostro tabulario religiose servatur. In illa vero quum præclara multa haberentur in laudem Benedictinæ familiæ, & monasterii hujus, tum illud in primis non ex esse, quia male feriatis quibusdam traducuntur reconditæ avaritiæ homines, privatisque commodis opiparo consulentes. Jam enim ex templi structura, atque ornatu apparere, quos in usus, si quod in nobis est pecuniæ studium conferamus, & quanto antiquior nobis sit cura publicæ, quam privatæ utilitatis, & quam parce in communi Refectorio vires nostras cibo, potuque reficiamus, quod idem Pontifex in præclara concione innuit. Licet vero in ea Templi dedicatione per octo, & amplius horas laboraverit Pontifex, choro tamen interfuit ad vesperas, in quibus voluit, ut Cassinensis Abbas ad latus assistens solum eadem faceret omnia, quæ fecisset absente ipso, illisque completis se contulit ad novitiatum, ubi tyronum in moribus instituendorum, socium ejus, ac tyrones ipsos ad pedum oscula, benigne admisit, elegantique facta parænesi concessit illis largissimam peccatorum veniam, seu plenariam, uti vocant, indulgentiam, & postquam ibi cellulam invisisset in qua anno 1721. dormiverat, inde egressus, iter indixit ad diem posterum, ne in causa esset, ut monasterium, cujus expensis ex regii Collateralis consilii indulto, quod regulis omnibus Neapolitani regni vetitum fuerat, quæ ingenti hominum multitudini opportuna erant per dies illos suppeditabantur, maximum detrimentum pateretur. Abbate nihilominus, aliisque enixe comprecantibus, ut alio die subsisteret, cessit, licet ægre, summus Pontifex, ejusque diei summo mane solus ipse archivium petiit, ibique sermonem serens cum custode, quam magnifice de Ordine divi Benedicti de Cassinensibus præsertim Monachis sentiret clementissime aperuit. Inde autem ad ecclesiam subterraneam, quum perrexisset ad Sacellum habitavit Sanctissimorum Benedicti, & Scholasticæ, atque postea missæ interfuit, quam in ecclesia superiori Hippolytus Carmignani Abbas S. Michaelis Archangeli urbis Cajetæ celebrabat, qui licet in observantiæ suæ testimonium Pontificalibus quibusdam insignibus non uteretur, Papæ tamen imperio in fine missæ solemniter benedixit. In communi refectorio, & de consueto ascetarum victu prandit rursus, post prandium vero quum aliis multis ad se accessum præbuit, tunc imprimis Cassinensi Abbati a quo pro ingenti beneficio unicas gratias agente monachorum omnium nomine dono gratanter accepit Sancti Victoris PP. III. ex principibus Beneventi, & monasterii hujus Abbatis maxillæ partem cum quatuor dentibus pyramidi octangulari ex crystallo montana argento deaurato mire alligata impositam, in cujus fastigio parva crux erat ex stellato lapide. Insigni tamen huic reliquiæ, quam Beneventum misit ad ecclesiam suam Metropolitanam jussit, ut literis suis authenticum testimonium faceret Cassinensis Abbas, utpote Ordinarius, quod voluit etiam Cardinalis Prorex donatus, & ipse alia ejusdem S. Victoris maxillæ parte cum quatuor itidem dentibus in argentea capsula montana chrystallo circumdata quum a Castro vulgo dicto l' Isoletta, redux, quo Romano Pontifici præiverat, in hospitio nostro Abbatiali per diem integrum, qui servatori nostro in cœlum ascendenti sacer erat cum suo Procerum, aulicorumque comitatu subsistisset. Quarto demum postquam venerat die ad monasterii limen gestatoriæ insidens sellæ, qua ad planitiam usque vectus fuit palam professus Casini Abbatem, et Procuratorem Generalem congregationis Cassinensis in urbe sibi omnibus acceptissimos esse, præsertim vero, quod sibi authores fuissent consecrandi templi hujus, quod singulari semper animi veneratione suspexerat, discessit Pontifex maximus, post aliquot vero menses has Romæ literas novis Pontificiæ benevolentiæ, ac liberalitatis argumentis plenas dedit Abbati nostro.

Dilecto Filio Sebastiano Gadaleta Abbati Montis Casini Ordinis S. Benedicti, Benedictus Papa XIII. Dilecte Fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

Qui Prosperum fecit Nobis iter Deus Salutarium Nostrorum, cum ad visitandam Beneventanam nostram Metropolim, Deoque dicandam Ecclesiam in B. Philippi Nerii honorem a Nobis ibi extructam accessimus; Gaudio nostro cumulum adjecit, cum ad hanc Almam Urbem regredientibus dedit, ut instante tua filiali pietate, solemni ritu consecraremus Templum illud religione, & sanctitate celeberrimum. Quod enim Sanctissimus Patriarcha Benedictus, Ethnicæ superstitioni ereptum, christianis fanis expiaverat, tum Zacharias anno 748. post Longobar-

gobardicam vastitatem, post Saracenicum incendium anno 1071. Alexander II. Pradecessores nostri, clarissima vestri Ordinis lumina, renovatis caremoniis inauguraverant, vehementer angebamur, novis quidem temporum injuriis labefactum, terraq; motu dejectum, sed magnificentius nostra atate instauratum, ac restitutum, cum externam vetusta molis majestatem vinceret, mystica amissa consecrationis dignitate carere. Voti tamen jam compotes, illud studiis nostris superesse intelligebamus, ut eorundem Pradecessorum nostrorum exempla prosequentes, susceptam lætitiam perenni Pontificia liberalitatis monumento consignaremus, novisque benevolentia argumentis testatum faceremus amorem nostrum erga Cassinense Monasterium totius inclyti Ordinis caput, quod iterum, & tertio invisimus, jucunda veteris Sanctimonia recordatione, & suavissimo florentis inter vos disciplina odore illecti, pracipuaque Religionis stimulis excitati. Libenti proinde latoque animo complexi sumus opportunitatem oblatam per demissas preces, quas tuo nomine nobis exposuit dilectus filius Seraphinus Tansius istius congregationis Procurator Generalis, prudentia laude, & virtutis meritis charitati nostra, in primis acceptus. Postulationibus igitur tuis annuentes, cupientesque, ut celebritas Dedicationis tum Ecclesia, tum Ara maxima, a Nobis perpetuo privilegio pro animabus defunctorum locupletata, quam die 19. mensis Maii peregimus, atque in diem primam mensis Octobris quotannis recolendam transtulimus, sollemniori memoria renovetur, proprias in Officio lectiones Secundi Nocturni jam rite probatas, ab universo Clero Saculari, & Regulari totius diacesis Cassinensis, eadem illa die prima Octobris recitandas esse decernimus, qua nimirum diacesani Clerici de more conveniunt ad prastandam Abbati seu Monasterii Prafecto obedientiam in Ecclesia Cathedrali, seu quasi Cathedrali Montis Casini. Officium praterea Sancti Victoris III. Pradecessoris nostri, qui generis origine civitatem, & Metropolim nostram Beneventanam, Abbatiali dignitate, ac regimine Monasterium, & Congregationem istam, hanc denique Sanctam Sedem vita sanctitate, rebusque gestis illustravit, libenter concedimus, ut die 16. mensis Septembris a Monachis istic degentibus celebretur. Ad hac, omnes jurisdicendi facultates, & jurisdictionis actus a Pradecessoribus nostris concessos Abbatibus, & ex antiqua, & immemorabili consuetudine exerceri solitos, ut sunt, congregare Synodum, concursum ad conferenda beneficia Ecclesiastica cunata, etiam in mensibus Apostolicis, instituere, Oeconomos deputare, commissiones Apostolicas, etiam quoad dispensationes matrimoniales exequi; Sacrum Chrisma a catholice Episcopo consecratum, confirmando ministrare, suos subditos ad primam Tonsuram, & ad minores Ordines promovere, illisque etiam per suos Vicarios ad eosdem, & ad majores Ordines suscipiendos literas dimissorias concedere, Altaria tam fixa, quam portatilia, calices, & Sacra Vasa consecrare, & alia peragere, qua jurisdictionis quasi Episcopalis a nostris Pradecessoribus concessa sunt, ut pradiximus, & ab immemorabili per Abbates pro tempore exercentur, confirmamus, & quatenus opus sit, de integro concedimus. Quemadmodum etiam singula privilegia a Romanis Pontificibus, Imperatoribus, Regibus, & a quibusvis aliis,

sive Ecclesiastica, sive Seculari dignitate praditis tuo Monasterio collata, firma esse volumus; & si aliqua subsit nova concessionis necessitas, iterum concedimus, & elargimur. Enumeratos autem jurisdictionis actus exercere licebit Abbati pro tempore, in omnibus locis, & territoriis memorata diacesis Cassinensis, qua sunt, usi asseris Loca — Civitatis Sancti Germani, Casalis Sancti Basilii de Caira, Sancti Elia, Cerbarii, Sancti Victoris, Sancti Petri in fine, Roccha Evandri, Sancti Salvatoris de Cucurrutio, Sancti Angeli in Theodice, Pignatarii, Sancti Apollinaris, Sancti Andrea, Sancti Ambrosii, S. Georgii, Vallis Frigida, Castrinovi, S. Petri in Curulis, Bellimontis, Vallis rotunda, Saracenischi, S. Secundini, Sorbelli, S. Vincentii, Castelloni, Roccheтta, Scapuli; Collis, alterius Castrinovi, Aquaviva, Fornellii, Pizzonis, Sancta Maria de Olivete, & Carri cum suis Casalibus. In Sannio — Cellini, Vallis regia, seu Barrea, Civitella, Villetta, Sancti Petri de Avellana, Pescali Constantii, Serrę Monacescħę, Fara filiorum Petri, Ripa Corbaria, & Villa Oliveti. In Calabria — Cetrarii, & Casalis Sancti Angeli: Et Castra Incolis destituta, videlicet Sanctus Petrus in Monasterio, seu Casinus, Plambariela, Sanctus Stephanus, Mortula, Bantra, Junctura, Sanctus Gregorius, Teroculus, Cardetum, Teramus, Cerasolus, Vallis Porcina, Collis Stephani, Tensennsius, Licinosus, Pantanus, Spina, Sanctus Vitus, Quercus Cupa, Roccha Sicca, & S. Blasius de Capite fluminis: In Sannio Rocca Tramontis, Sanctus Martinus, Cansalupus, Pomarium, Sanctus Angelus, Sanctus Petrus Monialium, Polegra, & carceres; In Calabria -- Fella. Facultates etiam, quas Antecessor noster fel. rec. Gregorius XIII. Episcopis tribuerat in rebus ad Ecclesiasticam immunitatem spectantibus, ita Abbatibus Cassinensibus confirmamus, aut concedimus, ut easdem ad casus etiam expressos, & comprehensos in Apostolicis literis nostris nuper editis, & in Appendice concilii Romani adiectis, liberaliter extendamus. Denique Christifidelium ad sacram Ædem istam confluentium pietati, ac Religioni salubriter obsecundare, & prospicere volentes, duobus Sacerdotibus ad audiendas confessiones a Cassinensi Abbate pro tempore existenti eligendis, quos etiam removere possit, facultates omnes elargimur, qua Panitentiariis Sacra Ædis Lauretana concessa sunt. Futurum autem certo confidimus, ut Studia nostra ad augendam vestri nominis dignitatem, claritatemque Monasterii tam insignis intenta, redundare sentiamus ad Monastica disciplina incrementum, atque ad luculentius testimonium paterna benignitatis, qua praclare animati sumus erga Cassinensem Sancti Patris Benedicti familiam de Christi Ecclesia egregie meritam, & universum Benedictinum Ordinem, unde tot illustrix extiterunt per omnes atates documenta virtutum. Dum vero cælorum Dominum obsecramus, ut rata sint vota nostra, Tibi, Dilecte Fili, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Roma apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVII. Augusti MDCCXXVII. Pontificatus nostro anno quarto.

Carolus Archiepiscopus Emissenus.

Anno 1700. quo jubilæum indixerat Innocentius XII. sexdecim vix hominum millia hospitio

apud nos excepta, raro exemplo, si præcedentia tempora consulas; effusissimæ Veris tempore pluviæ hujusce rei causa fuere, atque annonæ caritas, necnon, & auctus plus nimio monetæ Romanæ collybus, nam centum quadraginta quinque ducata pro centum scutis solvebantur; quodve Innocentius XII. valetudine laborans portam sanctam non aperuerit, eique mortuo mense Septembris nonnisi die 23. Novembris suffectus sit Clemens XI. Peregrinantium numerus, qui apud nos elapso jubilæi anno concessere, fuit viginti millium tercentum triginta duorum, parvus sane, si cum præcedentibus annis sanctis comparetur, quod uberrimæ vere, & autumno pluviæ, atque annonæ caritas effecerunt. Eadem tamen semper erga peregrinos exhibita a Cassinensibus hospitalitas. Nam iis pedes pro more sollemni ritu abluti ab Abbate Monachis, & Commissis, suppeditata abunde annona, administrata Sacramenta, aliaque præstita Christianæ charitatis officia. Et sodalitates pulsante campano ære ab omnibus Monachis ad ostium monasterii exceptæ.

Kal. Novembris tertia circiter post meridiem hora sanctè obierat Hispaniarum rex Carolus II., qui Parenti Philippo IV. successerat die 17. Septembris 1665. adhuc infans, nam die sexta Novembris 1661. natus erat, ex Maria Anna Austria, filia Ferdinandi tertii, & Sorore Leopoldi I. Imperatorum. Quænam inde mala, direptionesve in Europa evenerint, notiora sunt, quam, ut hic a nobis recenseri debeant. Pro nostro tamen munere ea tantum hic narrabimus, quæ hisce in partibus sunt gesta. Statim a Caroli morte obtinuerat regnum Neapolitanum Philippus V. Borbonius Hispaniarum rex publica populorum acclamatione exceptus cum recuperare hoc regnum, atque Carolo tertio, fratri, qui Viennæ proclamatus fuerat Hispaniarum rex, vindicare, ut jure illi debitum, aggressus est Joseph Austrius Imperator; jamque Cæsariani milites per Pontificiam ditionem nostris finibus appropinquabant, dum ut iis obsisterent duo equitum millia, ducibus D. Nicolao Pignatello Bisacciæ principe, & Generali exercitus Hispani præfato; D. Thomas de Aquino Principe Castilionis magnate Hispaniæ ductore equitatus, D. Mercurio Marchione S. Stephani Gormaz filio Marchionis Villenæ Proregis Neapolitani, peditum Legato, D. Dominico Francisco Bellevalerio Belga Tribuno legionis draconum Marescallo aciei, D. Joanne de Toar Duce S. Marcellini Tribuno, aliisque ad S. Germanum missa die 9. Junii 1707. atque in area dicta Rapidi castrametata, primores hospitio a nobis excepti sunt, quemadmodum qui paulopost huc concesserat ex Aprutio D. Joannes Hieronymus II. Aquaviva Dux Adriæ XV., & utriusque Aprutii Vicarius generalis, ad XXV. diem Junii permansere incredibili ditionis nostræ detrimento, atque in rei præmio octo, aut decem ducatorum millia a cœnobio nostro petita. Nulla tamen vis adhibita reluctanti, constantissime Abbati nostro, quod Prorex vetasset. Verum cum adventare jamjam Cæsarianos milites relatum esset, Neapolim versus iter arripuere, paulloque post feria secunda mane 27. Junii octuaginta velites Hunghari visi, qui relictam ab Hispanis aream occupavere, atque mox Cæsarianus equitatus acie instructus Duce Virrico Comite de Daun, & qui illi parebant, Marchione Joseph Vaubonio equitatus Præfecto, Joanne Carrafa ex comitibus Policastri pugnæ structore generali, Vezel Præfecto, Georgio Adamo Comite de Martiniz Plenipotentiario imperiali, & Prorege Neapolitano nomine Caroli III., Comite Carecti, Hieronymo Caprcio Marchione Loffrani, quorum pars præcipua hospitio apud nos excepti, concedentibus aliis, nempe Vaubonio, Vezel, Carrafa, apud præcipuos Sangermanenses. Die 29. peditatus advenit, quo cum magna mulierum copia cum filiis, bellica instrumenta, & commeatus, atque impedimenta, & tormenta bellica ductore Domino Pate, quo die post meridiem Comites de Martinia, & Daun Carrecti, Marchio Vaubon, Vezel, primoresque exercitus ad cœnobium Cassinense, Sacrum Corpus B. Benedicti veneraturi, advenere, atque in ipsis monasterii Januis, enses, & cujusque generis arma, devotionis ergo, pro vetustissimo, servatoque hactenus a quibuslibet, etiam magnatibus more, deposuere. Illud vero mirandum id ab iis præstitum in ipsis finibus regni, quod sibi armata manu vindicarent undequaque, editione nostra cujusque generis commeatus allati, qui multorum militum manui sufficerent; nam relatum est, peditum sex millia, equitum quatuor, velitum quatuor centum, præter volones, fuisse, quam quam rei militaris periti, exercitum omnem octo hominum millibus coalescere asserebant, cujus pars maxima Kal. Julii hinc abscessit, paulloque post reliqui, ea disciplina, ut pacatis in locis versari crederes.

Hispani tamen milites, qui Cajetæ consistebant, non levia cœnobio nostro damna intulere, demersis potissimum scafis in flumine S. Apollinaris, S. Georgii, Mireulæ, S. Ambrosii, aliisque, ne Cæsarianis usui essent, a quibus dum Cajeta obsidebatur, haud levia incommoda perpessi sunt Cassinatium Vassalli, quibus cura inerat illuc annonam pro exercitu convehendi.

Infinita propemodum muscarum copia, ubi castrametati fuerant milites, orta, ita ut via ab agricolis contundi frumenta possent, aliaque præstari, animantiaque furore percita in aquam sese projicerent, atque Sangermanenses vix domi sese continere possent. Hinc factum, ut magna fide obtenta ab Abbate nostro facultate Archidiaconus collegiatæ ecclesiæ S. Germani D. Livius Ranaldus eas, adhibitis quibusdam a S. Romana ecclesia præscriptis orationibus, maledixerit, ab eoque tempore omnes paulatim mortuæ sint incredibili copia. Fabulas me referre aliquis crederet, nisi quotquot modo extant homines in Ditione nostra, potissimum apud S. Germanum, testes compellare possem.

Die 19. Decembris 1708. iterum ad S. Germanum concessit Cæsarianus exercitus, cum quo Marchio Joseph Vaubonus, aliique magnates; atque altero die Princeps Philippus Lantgravius Hassiæ de Harmstat Dux, qui cum primoribus hospitio apud nos est exceptus. Nec longe postea aciei Præfectus Comes Vallis cum legione sua aliaque militum manu venit. Die XXV. decantatus in ecclesia collegiata S. Germani hymnus, Te Deum, coram memorato Principe, aliisque primoribus,

ob liberatas a Bavarii Ducis obsidione Bruxellas, iterumque die septima Januarii ob expugnatam Lilloam arcem. Cum ob plura patrata, a militibus potissimum, in cœnobii nostri prædiis furta, eorum quidam morti addici deberent, impetrata centies precibus Abbatis, & Monachorum Cassinensium eorum vita a principe Harrastatio, qui lacrymabundus id concessit, quod genuflexos ante se Monachos vidisset, magni id sibi præmii loco futurum testantes, si Cæsari Milites servarentur, longeque unius hominis vitam fortunis suis omnibus præferre. Dum & hic Princeps Cassinum adiisset, ensem pro more, deposuit, receptaque sacra Eucharistia, omnia cœnobii nostri loca diligentissime invisit.

Præter alia, quibus Cassinatium ditio distinebatur, incommoda, ingens quoque nix e cœlo lapsa quæ magno damno belluis, hominibusque fuit, atque militibus ansam præbuit, ad frigus abigendum, succidendi frugiferas arbores, evertendique pastorum Casas. Ad triginta seu & amplius dies apud nos stetere milites, quamquam in irritum cessit expeditio, quæ ditionem Pontificiam spectabat. Nam inita inter Clementem XI., & Imperatorem, Regemque nostrum pace, milites, qui paulo ante Ceperanum invaserant, inde recessere, restituto quoque Pontecurvo. Anno 1719. quædam Theuthonum legiones per ditionem nostram a die 23. Februarii advigesimam Martii Neapolim pervenere, nempe pedicum Tribuno, Principe Virtembergio, & Federico Guilielmo, Principe Holsatiæ, locumtenente Marescallo generali, sub quo Turmæ ductor erat Princeps Philippus, ejus Frater, & Massimiliano Principe Hassiæ Kassel pugnæ Præfecto. Princeps Holsatiæ cum conjuge, & filiabus, aliique Principes primoresque hospitio apud nos excepti, ex quibus Princeps Hassiæ Kassel, cum cœnobium Cassinense adiisset, ensem pro more deposuit, reluctante incassum ejus educatore, aliisque militiæ ductoribus, quod contrarius nostris sacris esset, cujus exemplum demum, & ipsi sunt imitati. Hinc Princeps iste atque Holsatiæ magno honore Abbatem nostrum, & Monachos sunt prosecuti, atque, quoad fieri potuit, ipsi, atque conquisitor Matthæus Antonius Brandiner milites in officio continuere, a quibus non levia tamen damna, subjectis nobis, oppidis obvenere.

Non levia etiam incommoda cœnobio nostro post Caroli regis mortem illata a regio Fisco, quod contenderet ad jus suum iterum recidisse potestatem quæstionum capitalium, quam Hippolythæ Pelaganæ Principissæ Cellamaris, ejusque successorum nomine, sæculo præcedenti emerant Cassinates. Sed hac de re agendum Diss. I.

Die 2., & 3. Augusti 1707. erumpentes e Vesuvio igneos globos hinc conspeximus, omnesque cœnobii hujus partes, & impluvia ejus cineribus cooperta, quantum imperialis chartæ fert altitudo, a quibus non modica a me quantitas hactenus servata in rei memoriam.

Pene coactum emerat monasterium Cassinense Fisci regii redditus in civitate S. Germani, & oppido Cirraris. Verum, novo adveniente domino Carolo tertio, sibique redditus vindicante, clementia tandem ejusdem obtinuimus, ut rata empio haberetur, ea tamen lege, quod reliquis etiam emptoribus evenit, ut pro redditibus Terræ laboris, qui septuaginta ducatis pro quolibet centenario empti fuerant, viginti alia ducata pro quolibet etiam centenario tribuerentur, proque aliis provinciis eadem ratio est habita, quamquam sexaginta pro quolibet centenario ducata persoluta essent.

Anno 1711. in Patavino, aliisque ditionis Venetæ finibus morbus epidemicus boves invasit, de quo plures doctorum virorum lucubrationes memorantur To. X. art. 3. a p. 46. ad 55. Ephemeridum Eruditorum Italiæ. Inde Liciensem regni Neapolitani provinciam pervasit, nostrosque fines occasione nundinarum, quæ die 13. Junii apud Theanum habentur. Hinc diu grassata epidemia est in Sinvessano, atque in latifundio nostro S. Castrensis, donec pedetentim Julio mense 1712. in ditione Cassinensi grassari cœpit, quamquam Gregorii Abbatis nostri vigilantia civitas S. Germani, Vallis rotundæ, Aquafundata, Vitecusium, & Cardeti Feudum, ubique magna cœnobii nostri boum pars consistebat, servata sunt. In conterminis tamen oppidis castelli fortis ad mille boum capita desiderata, apud Sujum quatuorcentum, apud castellum novum totidem, & in Rocca Evandri tercentum. Vetaverat scilicet Abbas noster, ne ex uno in aliud quoque ditionis nostræ oppidum boves veherentur pluribus exploratoribus usus, qui diligentissime excubarent. Haud minor Proregis Neapolitani Comitis Caroli Boromæi pro servando universo regno cura missis quoque undequaque monitis, quibus morbo remedia præscribebantur.

Plura in prædio nostro sancti Castrensis secta boum corpora, aliisque conterminis locis, in quibus varia morbi genera visa. In quibusdam enim cerebrum prorsus aqueum, in aliis humido destitutum, vel sanguinolentum, seu fel a jecore avulsum, & quadruplo abundantius, vel ita imminutum jecur, ut vix appareret, vel contaminatum, & putridum, quemadmodum & major, viscerum pars. Ex insepultis cadaveribus brevi innumeræ muscæ ortæ, quæ vesparum formam referebant, horrendam tamen colore cæruleo obscuriori. Pedes in iis similes muscis, sed elatiores, caput duplo majus, sed absque aculeo. Vix natæ boves ita invadebant acute, ut furore acti in aquam sese projicerent; eæque muscæ e rostro mortale virus evomebant; quo absque plaga pili conciderent, sique ex iis aliqua contunderetur, intolerabilem fœtorem edebat. Similis epidemia olim visa an. 1654. Nostra tanta fuit, ut Comes Boromæus an. 1713. Triremium pœna vetaverit, ne amplius boves, vaccæ, aut vituli mactarentur.

Nimii essemus, si omnes, qui hoc sæculo terræmotus obvenere in diœcesi nostra, numeraremus. Celebriores itaque dumtaxat recensebimus, e quibus unus fuit die 14. Januarii 1703. atque horribilior die 2. Februarii. Qua de causa supplicabundi S. Benedicti corpus adiere plures e S. Germano, S. Elia &c. Hic ille fuit Aquilæ excidium, pluriumque oppidorum in Aprutio, quique Romam ita concussit, ut Clemens XI. jusserit, deinceps in ea urbe vigilia festi Purificationis Deiparæ jejunio præcepto coleretur. Die etiam 29. Octobris 1705. horribilis Terræmotus auditus, ac omnium horribilior

bilior die 3. Novembris 1706. hora circiter vigesimaprima, cujus certe similis nunquam ætate nostra evenit, atque iterum tertia noctis hora, & nona, aliisque sequentibus diebus. Quare Abbatis nostri jussu statis horis ad campanæ pulsum preces ad Deum fusæ, atque quolibet mane supplicationes habitæ, & post vesperas decantatæ Sanctorum Litaniæ. Pesculi Constantii ædificia magna ex parte concussa, & quidam sub ruderibus obruti. Excidio pene fuit diœcesis nostræ oppidis, atque Monasterio nostro S. Liberatoris, S. Petri de Avellana, serræ Monachescha, in quibus plures desiderati, atque Sulmona, Manupellum, & alia Aprutii loca pessumdata. Plures hac occasione diœcesis nostræ incolæ supplicabundi corpus S. Benedicti adiere. Die 13. ejusdem mensis iterum terræmotus, quemadmodum & 3. Novembris 1707. atque anno insequenti die 29. & 30. Martii, & mensibus Aprilis, Maji, Julii, Septembris, & Octobris, & Augusti 1712. atque Januarii, & Februarii, Martii, & Maji 1713. Martii 1714. Februarii, & Decembris 1715. Julii 1718. Aprilis, & Decembris 1719. Julii, & Decembris 1720. Novembris 1721. Januarii, & Decembris 1720. & 1722. Januarii, Julii, Augusti, Septembris, & Octobris 1723. Maii 1724. & anno 1725. identidem.

Neque fulminum flagello hoc sæculo immunes Cassinates, quorum monasterium, & ut plurimum ecclesia icta, nempe die 18. Decemb. 1702. 2. Decembris 1704. 3. Junii 1707. 12. Junii 1710. quo die tria SS. Patris nostri Benedicti cubicula, positæque in iis tabulæ non leviter lesæ, 5. Septembris ejusdem anni, & 24. Aprilis 1711. At horribile prorsus fuit, quod die 20. Februarii 1712. Sabbato, ante secundam dominicam quadragesimæ, evenit. Nam, cum Monachi in choro hymnum Angelicum decantarent fulmen tholum templi icit, atque decidente inde lapide leviter vulneratus Presbyter, alioque lapide in brachio Diaconus. Quare omnes ad subterraneum noctis chorum confugere, statimque aliud fulmen tholum iterum tetigit, paoloque post tertium cecidit, deinde quartum, quod Antonium Gatta a Veralli ditionis Mediolanensis optimis moribus præditum, ante eucharistiam orantem, interemit. Quintum inde Xistum percussit ante bibliothecam, Sextum turrim campanariam, atque septimum frontem ecclesiæ. Incredibile dicto est, quantus omnium membra animosque horror invaserit. Monachi sollemnem missam decantabant hactenus, quamquam magna hominum, qui in cœnobio erant, frequentia circumdati, e quibus aliqui in terram procumbentes faciem percutiebant, alii cæteris humeros, alii confessarios inclamabant. Excipiebantur aliorum sacramentales Confessiones, atque verbo judicii diem adventasse ab omnibus creditum, nec tota die ab ullo refectio sumta, aut cibus. Immensum hinc ortum, potissimum in ecclesia nostra, damnum, atque in turri campanaria, aliisque in locis. Divina tamen ope servata bibliotheca, prope quam quintum fulmen deciderat. Nulli ibi certe legimus, unius vix horæ spatio tot fulmina e cœlo jacta. Secretiora ipsa cœnobii loca tacta, pluresque Monachi, atque commissi, licet variis in locis positi vulnerati; potissimum Fabrisertarii facies ita percussa, ut nigger io ea color, ad instar camini fuliginis oleaginosus, atque nitrosus remanserit. Plumbeus aquæductus, laminæque plumbeæ supra tholum variis in locis perforatæ sunt, rotunde tamen semper, unumque foramen factum, ac si magnus e tormento bellico globus ferreus decidisset, ac plumbum innumeris prope parvis foraminibus perforatum erat, ad instar globulorum, quæ e sclopo emitti solent. Insusitata alia plura hac occasione visa phœnomena, quæ longum esset referre. Ea inter Bernardino Papa e Villa Pedismontis pileos combustus nullo ejus damno, alius in aere elatus, galla absque collo, & intestinis relicta. Expositum in ecclesia nostra Sanctissimum eucharistiæ Sacramentum, supplicationesque factæ potissimum die 28. ejusdem mensis, qua quingenti Sangermanenses presbyteri, ac laici utriusque sexus huc convenere, eosque inter sodalitas S. Isidori, atque mulieres spineas coronas gestantes.

Anno insequenti anniversaria die pro gratiarum actione expositum Sanctissimum eucharistiæ Sacramentum, ac decantata a nobis est missa votiva deiparæ.

Iterum sagittæ e cœlo lapsæ die 15. Novembris 1713. 16. Januar. 30. Novembris, & 5. Decembris 1715. quæque eo anno die 6. Novembris decidit, plora intulit damna ecclesiæ nostræ sacrario &c. Deique ope factum, ut in choro subsellirorum tabulæ non accenderentur, quas non leviter læserat fulmen.

Die 19. Augusti 1716. In Pheudo Cerasoli ad evitandam pluviam angustissimam casam paleaiam adierant Vincentius Brunus, Catharina ejus soror, Benedictus Todiscus, aliaque mulier ex oppido Vallisrotundæ, fulmine ictus, atque occisus tantum est Vincentius, reliquis incolumibus, atque non longe inde distans alia mulier eodem fato interiit. Die 26. Septembris, & 5. Octobris 1718. iterum fulmina in cœnobio nostro, atque 12. Martii 1720. tacta, avolsaque cum basi a loco suo crux, supra tholum posita, aliaque illata damna ecclesiæ nostræ, neque deinceps defuere quamquam nullo damno.

In ecclesia S. Thomæ Apostoli, oppidi Barreæ, diœcesis Cassinensis, die 13. Novembris 1706. turris Campanaria, alta centum viginti palmos, cujus peripheria erat palmorum sexaginta quatuor, tribus consequenter fulminibus tacta ad pavimentum, e quo campanæ pendebant ita concidit, ut & eædem prorsus confractæ sint, domusque contiguæ dirutæ, atque sub ruderibus sepultus presbyter Marius Vecchione cum sorore Nobilia, aliique oppidani hac, illac discurrerent pœne mente capti, quod lapides, ut in prærupto situ in aere volitare conspicerent. Ingens id damnum fuit ad duo millia quingentum ducatorum.

Turris etiam campanaria ecclesiæ S. Victoris hora circiter quarta noctis undecima Decemb. 1709. duobus fulminibus icta ad medietatem concidit ingenti ejus oppidi damno.

Leni in clivo in territorio S. Angeli in Theodice diœcesis Cassinensis vetus ecclesia S. Leonardi diruta ac quercubus circumdata erat, in qua imago adhuc conspiciebatur Deiparæ, quæ in sinu suo mortuum Reparatorem nostrum gereret. Eo anno

no 1716. multoque magis 1717. a quibusdam mulieribus e S. Germano ita venerari cœpta, ut percrebescente in dies fama magna ibi homines frequentia e longinquis etiam locis concurrerent, quod potissimum vulgatum esset, mutos locutos esse, claudos, aliisque infirmitatibus detentos sanitati restitutos. Hinc brevi piorum virorum eleemosynis D. Philippus de Fatio Archipresbyter S. Angeli, ad quem diruta ecclesia, & collis pertinebant, permittente Abbate Cassinensi, ecclesiam, Sacrarium, atque ædes pro hæremitis excitavit, sacramque supellectilem emit. Magna ibi devotione omnibus administrata Confessionis, & eucharistiæ Sacramenta, quæ avide ab adventantibus expetebantur. Non adeo modo frequens illuc populus pergit, quamquam non infrequens sit die, quo deiparæ sub titulo Pietatis, quo nomine appellata nova ecclesia, festum celebratur.

Plures hoc sæculo ad mensem Junii 1725. magnates cœnobium nostrum invisere. Eos inter primas obtinet Fr. Vincentius Maria Ursinus Cardinalis Archiepiscopus Beneventanus, quem modo summum ecclesiæ Pontificem Benedictum XIII. veneramur, quique pro indita a primæva juventute pietate sua antequam ad cœnobii nostri ostium pervenisset, ex equo desiliens, ac genuflexus terram exosculans, preces ad Deum effudit, quod idem præstitit in prima cœnobii Janua, atque tertium in parvo S. Benedicti Sacello, ex quo cum sociis psalmum *Magnificat* recitans ad secundam januam pervenit, vetavitque, ne Monachi, qui observantiæ & obsequii ergo cucullati aderant eum comitarentur; atque monachi ibi præsentis exosculato scapulari ex sacris illis lanis asseruit alios regulares Ordines propagatos. Ubi ad ecclesiam pervenit, una fere noctis hora candelas cereas extingui voluit, atque ante corpus S. Benedicti genuflexus cum socio, nunc eminentissimo Cardinali Nicolao Coscia Beneventano matutinas horas, laudesque persolvere cœpit solo lampadarum illic consistentium lumine usus, cum antea memoriter hymnum S. Benedicti *Inter æternas superum coronas &c.* cum orationibus recitasset. Persoluto officio incœnatus ad Novitiatum se recepit, atque genuflexus a D. Anastasio Perrone tyronum magistro, nequicquam reluctante, benedictionem obtinuit, ac demum dormitum ivit in Novitiatus cubiculo in culcitra stramentitia adhibitis linteis laneis. Tum circa sextam noctis horam matutinis laudibus interfuit, ac mox circa decimam orationi mentali, Primæ, atque Capitulo. Postea plures ad Deum preces solus fudit, missaque in altare S. Patris Benedicti celebrata incredibili devotione, Tertiæ ac Missæ sollemni nobiscum interfuit, sacrasque reliquias invisit, neque umquam, quamquam enixe ab Abbate nostro rogatus, benedictionem aliis impartiri, vel jurisdictionis actus exercere ullo modo voluit. In refectorio communibus Monachorum obsoniis usus, quas communi e tabula sumebat, bis tantum modicum aquæ bibit. Paulo post quietis ergo in Novitiatus cubiculum pergens, inde ad Abbatis nostri aulam, magna humilitate genuflexus benedictionem aperto capite ab Abbate nostro, incassum reluctante, sibi impertiri jussit. Demum summo omnium mœrore S. Germanum adiit ab uno tantum Vicario generali D. Cherubino Forgione sociatus ut ipse jusserat statimque iter arripuit, quamquam multum, diuque a monachis rogatus, ut in hospitio nostro ea in urbe sito, tantisper consisteret. Hæc mense Majo 1725. obvenere. Illud admirandum, confecta pæne ætatis fine longo peracto itinere, nam Roma e Conclavi, in quo Innocentius XIII. electus fuerat, redux erat, laborum patientissimum, quibus assuetus magno totius orbis Christiani, etiam Acatholicorum plausu ex Romanus jam Pontifex Benedictus XIII. a Deo electus perficit, quæ incredibilia pæne, atque humanas fere vires superare videntur.

CARDINALES.

Cassinense monasterium hoc etiam sæculo invisere, Bernardinus Scottus cum Auditor & ipse esset, atque iterum jam Cardinalis, quo tempore archivi nostri methodum magnis laudibus extulit, Franciscus Pignatellus Archiepiscopus Neapolitanus, Ioseph Pereyra dela Cerda Lusitanus episcopus Faraonensis in regno Algarbiæ, & Vincentius Cardinalis Petra non minus operibus in lucem editis, quam dignitate conspicuus, qui per biduum mansit, & post quam missam privatim ipse celebrasset solemni cum Monachis in Choro interfuit semel, & iterum, ea animi devotione, ut ascetis omnibus exemplo esset, & admirationi.

PATRIARCHÆ, & ARCHIEPISCOPI.

Hac etiam advenere D. Camillus Cybo Patriarcha Constantinopolitanus modo palatii apostolici Majordomus. Nicolaus Caracciolus Archiepiscopus Capuanus cum Fratre, & duabus fratris filiabus, nunc S. R. E. Cardinalis. D. Andreas Brancacius Archiepiscopus Consentinus, Prosper Lambertinus Theodosiæ a secretis Sac. Cong. Concil. Promotor fidei, Consultor S. Officii, modo S. R. E. Cardinalis, Nicolaus Maria Tedeschi Ordinis nostri monachus Apameæ a secretis Sac. Congreg. Rituum Consultor S. Officii antea episcopus Liparitanus, qui apud nos adolescens sacris literis operam egregie navaverat, Augustinus Zaccus Corcyrensis, modo episcopus Tarvisinus. Petrus Aloysius Caraffa Larissæ a secretis Sacr. Congreg. Episcoporum & Regularium Consultor S. Officii nunc S. R. E. cardinalis, Angelus Maria Quirinus ex ordine nostro Archiepiscopus Corcyrensis Qualificator S. Officii, Consultor Sacrarum congregationum indicis, & Rituum, & ad præsens S.R.E. cardinalis. Dominicus Passionei Ephesinus, modo apud Helvetios Apostolicus Nuntius, & Salvator Miraballus Nazarenus.

EPISCOPI.

Plures etiam episcopi corpus S. Benedicti visitarunt, quos inter Blasius Terzi Iserniensis, sæpe Angelus Maria Porphyrius Aliphanus, Antonius Tortorelli ex Ordine Minor. Observan. Friventinus, Joseph Schinosi Casertanus, Joseph Guerriero ex Ord. Heremit. S. Augustini Cajetanus, Joseph Crispinus Ameliæ, & antea Vigiliensis. . . . . . . della Marra Cariniolæ . . . . Coucci Fundanus, Carolus Maria Pianetti Larinensis, Antonius Sanfeli-

felicius Neritensis, antea piissimus Missionarius, dum canonicus Neapolitanus esset, atque S. Benedicti studiosissimus, cujus in episcopatu suo constructo nobili sacello festum instituit, cum potissimum ea ecclesia & dioecesis ante annum 1414. ditioni Abbatis ex Ordine nostro subderetur, ut refert Ughellius Tom. I. col. 1109. & Lucentius col. 1398. Philippus Michael Ellis Anglus Signinus Monachus ab anno 1670. monasterii Duacensis in Belgio Congregationis Anglicanæ Ordinis nostri, atque a sacello Jacobi secundi Britanniæ regis, & ab anno 1688. Walliæ episcopus, Vicarius apostolicus, & Magnus Cancellarius Ordinis regii Periscelidis ab Odoardo III. anno 1330. instituti; extorris & ipse cum rege suo inter fugiendum captus magna pecunia, atque consanguineorum opera liber in Galliam abiit, dehioc Romam, atqoe anno 1703. ad sacrum Sublacense specum, cujus, facultate capituli nostri generalis, filius est declaratus, ac demum anno 1708. inauguratus Signinus episcopus, Marcus Antonius Cheneli Taurinen. episcopus Minervini, Jacobus Maria de Rubeis Massælubrensis, Franciscus Nicolò Caputaquensis, modo Archiepiscopus Compsanus, Alphonsus Mariconda ex Ordine nostro Triventinus sæpe, antea sacræ Theologiæ in universitate Neapolitana Prælector, Concilii Romani Promotor, SS. D. nostri Benedicti XIII. Prælatus domesticus, & solii Pontificii Assistens, qui unus fuit ex judicibus a SS. D. nostro deputatis in ea congregatione, qua decretum est, Ferrariæ episcopum non esse Ravennatis Archiepiscopi suffraganeum. Dominicus Galisius episcopus Litterarum, & Graniani, Cono del Verme Fundanus, modo Ostunensis, Anselmus Pegna Hispanus ex Ordine nostro Cotronensis, modo Agrigentin. qui antea Generalis fuerat congregationis Vallisoletanæ, Mutius de Vecchiis Marsicanus. Aloysius Maria Macedonius Soessanus, Carolus Pignatellius ex Theatinorum ordine Cajetanus, Philippus Positanus Calvensis duobus vicibus Dominicus Antonius Manfredi Murensis in Calabria, Dominicus Antonius Cirillus Theanensis antea Carinulæ bis, Vincentius Ferreri ex ordine Prædicatorum Gravinæ, Joseph Maria Perimezzi ex ordine minimorum S. Francisci de Paula Oppidi, Bartholomæus Gambadoro Rovi, Nicolaus Rocchi Cassani, & Michael Angelus Gentile Belcastri.

GENERALES ORDINUM, ET PRÆLATI.

Non defuere quoque plures regularium Ordinum Generales, aliique Prælati, & viri conspicui, ac cum primis Aotoninus Cloche Generalis Ordinis Prædicatorum, Bernardinus Congregationis Deiparæ Lucensis, & Generalis Fuliensium Ordinis Cisterciensium, Franciscus del Giudice ministrantium infirmis, Magister Bernardinus Angelus Caruggi Conventualiom, Cajetanus Alexandri Bergomas Theatinorum Generalis item Clericorum Minorum, Bernardinus a S. Angelo io Vado apud Marchiam Capuccinorum, Jacobus Carolus Romilli Bergomas Conventualium, ac tandem Generalis Bernabitarum: his addendi Pater Pellegrini ex Ordine Missionariorum Papæ concionator, Ernestus e comitibus Schrattembach, ex Ordine nostro Abbas S. Pauli Carinthiæ, Frater Cardinalis Scrattembachii, & D. Bernardus Sorge Ragosæus Abbas, & Præsidens Congregationis Melitensis Ordinis nostri.

Inter curiæ Romanæ prælatos fuere Annibal, & Alexander Albanius nunc S. R. E. cardioales fratris filii Clementis XI, della Tremoille S. Rotæ Rom. Auditor, postea S. R. E. cardinalis . . . . Rota Campaniæ, & maritimæ modo Bellunensis episcopus Pilastri, Razzonico, & Leonini, deinde S. Severini episcopus, Gobernatores maritimæ, & Campaniæ, della Molara, exercitus Pontificiis Commissarius, Stampa modo apud Venetos Noncius Apostolicus, Philippus Monti Referendarius utriusq; Signaturæ SS. Domini nostri prælatus domesticus, & Canonicus S. Mariæ majoris Dominicus Riviera, Canonicus S. Petri, Præfectus archivi S. Angeli Secretorum notarum a Secretis, & SS. Domini nostri Prælatus Domesticus, Farsetti Venetus, Guidoni, Johannes Baptista Vicecomes, & Stoppani Mediolanenses, Valenti Manuanus, Furietti Bergomas, Ricci Canonicus S. Petri, Simonetti, Petrus Carolos Petronius, Decanus etiam cathedralis Vermiæ, Comes de Schien Procurator in Romana curia regis Poloniæ. Alonsus Toralba Procurator ibidem Hispaniæ regis voti solvendi caosa ob sanitatem precibus S. Benedicti impetratam, præpositus Tridentinus, Comes de kodron, Abbas Bartholomæus Piazza Mediolanensis, pietate, & eruditione satis notus, Philippus Receputi è Societate Jeso ob historiam Illyrici sacri celebris, Archidiaconus Rupellæ in Gallia J. Vignolius alter bibliothecæ Vaticanæ custos.

Perlongum nimis esset omnium fere principum utriosque sexus texere catalogum, atque regios ministros, sive militans, sive politicos recensere, aliosque pios magnares, qoi sacrum Benedicti corpos visitaverint, ipsosqoe etiam a nostro monasterio optime habitos.

Obierat ab intestato die 22. Augusti 1704. Neapoli inopina morte doctor Joannes Baptista Galasso ex oppido S. Andreæ, Ditionis nostræ, cui Thomas Galasso ejus patruelis, successerat. Hic die 27. Septembris ejusdem anni plora Nobis ex pingui hæreditate, quæ sibi etiam aliunde, utpote legitimo Gregorii parentis memorati Johannis Baptistæ hæredi, debebatur, dono dederat, quibusdam tamen oneribus addicta, eaque lege, uo si ex prædiis illis aliquod fuisset evictum, aliud ejus loco idem Thomas, ejusque hæredes, ac successores substituerent penes acta notarii Josephi Riccardi Sangermanensis, quæ, confirmata ab eodem Thoma, a monachis Cassinatibus recepta sunt die 4. Octobris ejus anni penes acta Joannis Baptistæ Carillo a Rocca sicca dioecesis Aquinatis. Hæreditatem adierat Thomas decreto M. C. V. die 6. Junii 1705. penes acta Francisci de Rogerio magistri actorum. Verum cum ex contracto deinde matrimonio filium nomine Gaspar procreasset, & hic gravi detentus fuisset infirmitate, ex ea convaluisset, ratam pater iterum eam donationem habuit, ex voto S. Benedicto, hac de caosa facto, penes acta notarii Bonaventuræ Giraldi a Castello novo dioecesis Cassinensis anno 1705. die 13. Mensis Julii. Quo etiam stipulante ex eodem voto am-

plam

plam cum cœnobio nostro sylvam permutavit in agro S. Ambrosii loco dicto *le Cerasera*, acceptis vicissim in emphyteusim duobus prædiis ad tres tantum vitas.

In Albeti territorio quinque prædia jamdiu possederat cœnobium nostrum ad veterem Præpositutam S. Martini ejusdem oppidi pertinentia, è quibus cum nonnisi quotannis ducatos vigintiquinque perciperet a sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium, cujus jussu rem cognoverat die 28. Septembris 1711. Matthæus Gaglianus Soranus episcupus obtentum est, ut plus offerenti venderentur. Ea emit eodem anno Valerius Sacconelli ab Albeto persolutis ducatis duobus millibus biscentum, ut constat Instrumento stipulato a notario Thoma de Marinis ejusdem oppidi. Plura alia a nobis diversis temporibus vendita latifundia ejusdem Sac. Congregationis facultate, quod non adeo frugifera cœnobio nostro esse conspiceremus.

Identidem ab hujus sæculi initio, plurium incuria eacitatum incendium in monte hoc Cassinensi. At nullum gravius an. 1715. die 12. Julii, nam totus pene mons igne circumdatus, atque magna hominum multitudine represso incendio, iterum die sequenti hora circiter XVI. magnu impetu exarsit, ac demum tertium die XIV. hora circiter XVI. cœnobium pene nostrum invasit. Cumque post sea horarum laborem repressum videretur, die XV. hora circiter XV. renatum maximo impetu, absortumque pene cœnobium fuisset, nam ignis viridarium invaserat, ni divinum præsidium affulsisset, nam desperata salute supplicabundi monachi advecto Sanctissimæ Crucis ligno, aliisque sacris reliquiis, ignis, e quo erumpente scintillæ monachorum ea Orientis parte vultus invadebant, opposito exortu vento validissimo refractus impetus, alioque delatus, tandem sævire desiit. Recisa interea plures viridarii nostri arbores, potissimumque subtus archivum erant, cujus fenestras madefactis culcitris communieramus, pluribus convectis aqua plenis vasi, quu pretiosum adeo thesaurum humana si licuisset industria servaremus. Incredibilis Monachorum, aliorumque hominum pro restinguendu igne labor, qua de causa plures Sangermanenses, & ipse quoque mulieres, convehendu aquam, opem ferebant, atque Capitulum collegiatæ ecclesiæ S. Germani magna hominum utriusque sexus frequentia instituta supplicatione ad Rapidi aream Sanctissimæ crucis lignum, digitum S. Germani Capuani episcopi, & caput S. Bertharii Abbatis, & martyris adveaerat, divinam opem implorans, ne sacrum, ac nobile cœnobium absumeretur. Supplicationes quoque Virginum institutæ in ecclesia S. Jacobi apud S. Germanum, atque a sodalitate S. Philippi Nerii, quod idem Sindicus, & electi S. Germani multis civibus comitantibus in ecclesia S. Francisci præstitere.

Plures quoque oppidani S. Eliæ, & Vallisrotundæ, upem laturi, advenerant, egregiamque præstitere operam, recisis magno spatiu arboribus, quæ monasterium circumdabant, ne iterum ignis succresceret. Eo restincto, cum præter spem incolume Sangermanenses monasterium conspexissent, Archipresbyter D. Emmanuel Galassus, aliique canonici gratulabundi huc concessere. Defuncto Bandino Cardinali Panciatico, congregationis Cassinensis protectore exactissimu, suis nos literis rei hujus certiores fecit procurator noster generalis, quare sulemnitate illi a nobis parentatum. Repressus vero quadantenus fuit animi nostri dolor aliis literis ab eodem procuratore paulo post ad Abbatem conscriptis, quibus Clementem XI. Pontificem maaimum sponte sua cungregationis nostræ protectionem sibi clementer sumsisse testatus est.

Anno 1717. jussu Clementis XI. de Ecclesiasticis utriusque sexus sexaginta scutorum Romanorum millia ad quinquennium persolvi quotannis debebantur regi nostro Carolo III., quod tamen quibusdam de causis anno dumtaxat 1720. fieri cœptum. Impositum cœnobio nostro onus fuerat a Hieronymo Vicentino Nuntiu Apostolico annui census ducatorum millevigiuti, & unius. At provocatum a Cassinatibus est, ustensumque, demenda è redditibus monasterii, quæ quotannis a nobis cameræ apostolicæ, aliisque solverentur. Quare redactus census quotannis ad ducatos quatuorcentum, & tarenos tres. Nostra universa diœcesis, dempto Cetrario, singulis annis persolvebat ducatos septingentos. Unicus tantum subcollector in diœcesi nostra institutus D. Emanuel Galasso Archipresbyter collegiatæ ecclesiæ S. Germani, quamquam apostolicus Nuntius alium in Abbatia S. Vincentii in Vulturno constituere decreverat, Demunstratum enim est, Abbatiam illam, jussu Innocentii XII., & Clementis XI., unum eum Cassinensi corpus efficere; Subcollectori, ejusque ministris, Depositario Fiscali, & magistro actuum quatuor pro quulibet centenariu ducati concessi. Hoc iterum anno 1725. Sanctissimi domini nostri Benedicti XIII. jussu, ecclesiastici hujus regni ad aliud quinquennium septuaginta quinque scutorum Romanorum millia, quotannis Carolo III. Regi nostro persulvere debent.

Quum XI. Kal. Novembris anni 1723. in Nosocomio civitatis S. Germani Basiliensis quædam mulier, nomine Anna Magdalena Nerblerin, in Calviniana hæresi educata, decumberet, & catholicæ Romanæ ecclesiæ reconciliari flagitasset, accitus, jussu D. Archangeli Brancatii Cassinensis Abbatis, D. Augustinus Olaus Worm a Christiania Norvergiæ Cassinensis monachus, qui hæreticus ulim Lutheranus fuerat, & ab eo quam diligentissime instructa in fidei mysteriis abjurataq; hæresi, ab Abbate solemni ritu sancto ecclesiæ gremio restituta est, ad methodum a Pontificali Romano præscriptam, præsentibus, præter monachos quosdam, & Capitulum insignis collegiatæ S. Germani, magnatibus nonnullis, qui tum forte aderant, uti fusius ea instrumento constat, stipulato a presbyteru D. Cajetano de Tarsia Sangermanensi notario apostolico die 23. Octobris anno 1723., nec multo post, ingravescente murbo, decessit.

Pluries hoc sæculo curia nostra ecclesiastica coacta est ex Gregorii XIV. bulla quosdam ob violatam immunitatem ecclesiasticam excommunicare. Duu hic tantum facta receusebimus:

Die 24. Augusti 1709. quatuor curiæ laicæ Cassinensis satellites ab ecclesia parochiali S. Petri apud S. Eliam eatraxere homicidii reum presbyrum

rum Angelum de Arpino, quem fracto etiam capite verberaverant, quod eos variis modis provocasset, atque carceribus ecclesiasticis mancipārunt. Id cum rescisset Gregorius Abbas, illico ad eandem ecclesiam deferri jussit presbyterum, ut instrumento constat die 25. Augusti 1709. stipulato a notario Carolo Arciero oppidi S. Eliæ, atque die 31. Augusti declarati excommunicati Satellites. Qui cum a Sacra immunitatis congregatione veniam postulassent, Cardinalis Marescotus die 18. Septembris 1709. ad Abbatem Cassinensem pro informatione scripsit, jussitque, ut reos ad reincidentiam pro duobus mensibus absolveret. Certiorem reddidit Sacram Congregationem Abbas noster die 30. Septembris, a qua demum die 9. Octobris 1709. rescriptum est, ut omnino absolverentur Satellites, quibus antea pepercerat memoratus presbyter; ut constat ex processu hac de re a curia nostra compilato, quod Abbas noster sollemni, statoque ecclesiæ ritu præstitit. Quæ diligenter memorasse haud prorsus inutile videri debet, postquam quidam quibusdam typis editis libellis apud SS. Pontificem Benedictum XIII. conquesti sunt nil hac in re actum olim a curia nostra ecclesiastica.

Die 5. Octobris 1721. sex apparitores temere, violenterque ab archipresbyterali ecclesia S. Salvatoris Faræ filiorum Petri extraxere D. Dominicum Rotellini a Lantiano ejusdem ecclesiæ archipresbyterum, pluribusque verberibus cum effusione sanguinis, contumeliisque affectum, ligatumque duxere ad regiæ audientiæ carceres, e quibus post aliquot dies ad illas Archiepiscopi Teatini transtulere. Vix id resciverat ecclesiastica Cassinensis curia, cum compilato processu monitorium contra Satellites edidit, qui cum in diœcesi Teatina extarent, ab ejus Archiepiscopo petitum, ut illud ibi affigi permitteret.

Renuit Archiepiscopus, caussatus hujuscemodi causam cognoscere juris sui esse. Provocarunt Cassinates ad sacram immunitatis congregationem, ostenderuntque ejusdem facultate immunitatis causas cognovisse semper Abbatem Cassinensem, ut ex literis anno 1604. a nobis relatis, quod verus Ordinarius esset, veraque diœcesi præditus, quodque plures alias annuentibus ipsis Teatinis Archiepiscopis hujuscemodi jurisdictionis actus in diœcesi Teatina exercuerit. Rescripsere sapientissimi Patres, ut Vicarius generalis Cassinensis censuras promulgasset, atque cedulones valvis ecclesiæ S. Salvatoris affigeret, & in finibus diœcesis Cassinensis, quæ Teatinæ adjacet. Præstitum id adamussim a D. Cherubino Vicario generali die 15. Novembris 1721. Scripsit deinde Sacra congregatio ad Archiepiscopum, atque Procuratorem suum in urbe jussit eundem commonefacere, ut statim ministris Abbatis Cassinensis consignaret Archipresbyterum hac epistola.

Illustrissimo, e Reverendissimo Monsignore come Fratello. Non senza ammirazione di questi Eminentissimi miei Signori della Sagra congregazione dell' immunità ecclesiastica si è sentito, che doppo avere il Padre Abbate di Monte Casino notificato a V.S. di essersi dalla sua curia proceduto alle censure contro alcuni soldati di cotesta regia udienza, ed altri che estrassero violentemente dalla chiesa parochiale della terra della Fara luogo della sua badia, ed insieme maltrattarono con offese personali il Sacerdote Domenico Rotellini con averlo successivamente tradotto a coteste carceri Arcivescovali, nelle quali viene tuttavia detenuto, abbia ella ricusato di consegnare il medesimo Sacerdote a i ministri della curia di detto Padre Abbate, che per lo dovuto zelo, che tiene per la diffesa dell' immunità ecclesiastica lo richiedeva, e richiede ad oggetto di farlo restituire alla chiesa violata, come meglio potrà ella riconoscere dalle accluse copie di documenti, che sono stati qui esibiti in forma autentica; Volendo per tanto l' EE. loro supplire in questa parte a quanto V.S. ha mancato si sono mosse ad ordinare, che subito che le giungerà la presente faccia dimettere dalle sue carceri il prenominato Sacerdote Rotellini, facendolo consegnare a quella persona, o persone, che verranno destinate dal predetto Padre Abbate di monte Casino, onde io glie lo significo su la fiducia, che cosi sia per eseguire con la dovuta prontezza, e me le offro. Roma 13. Febraro 1722. Di V.S. come Fratello Affmo. G. Cardinale di S. Agnese. Monsignor Arciv. di Chieti, con fogli. S. De Ricci Segr.

Id cum Procurator Abbatis nostri die 22. Februarii 1722. ab Archiepiscopo graviter in lecto decumbente petiisset, jussit Archiepiscopus, ut insequenti die, quo etiam ipse obiit, restitueretur. Id evenisse constat Instrumento rogato per acta notarii Apostolici, ac Regii Inficii Joseph a Theate die 24. Februarii 1722.

Restitutus est Archipresbyter in ecclesiam S. Salvatoris ab eodem D. Thoma, ut alio publico instrumento constat stipulato die 2. Martii ejusdem anni a Joanne Francisco Elia Lochiano a Pretora. Quatuor è satellitibus Romam concessere, aditaque sacra immunitatis congregatione, hanc ab ea ad Abbatem Cassinensem epistolam obtinuerunt.

Molto Reverendo Padre, essendosi conferiti in Roma Francesco di Jorio e gl' altri infrascritti soldati della regia Udienza di Chieti per impetrare, come col mezzo di loro memoriale hanno umilmente supplicato l' assoluzione dalle censure, nelle quali sono stati denuntiati incorsi da cotesta curia Abbaziale a causa di aver estratto violentemente dalla chiesa parrocchiale della Fara luogo di cotesta sua giurisdizzione, e maltrattato con offese personali il Sacerdote Domenico Rotellini con averlo successivamente condotto alle carceri arcivescovali di Chieti. Questi Emi miei Signori della Sag. congregazione dell' Immunità ecclesiastica, a quali se n' è fatta relazione, atteso l' accesso in Roma de supplicanti, e l' umile pentimento che dimostrano di avere del fallo commesso, sono benignamente condescesi, che costando a V. P. della reintegrazione della chiesa violata, mediante l' effettiva repposizione in essa del sacerdote estratto, e precedente la sodisfazione della parte offesa, e l' obbligo di astenersi in avvenire da simili attentati, possa ella assolvergli dalle dette censure nella forma consueta della chiesa con imporgli gravi penitenze salutari. Così dunque sarà contenta d' eseguire, giacche se le concede a tale effetto dall' EE. loro con la presente lettera la facultà necessaria, e Dio la guardi. Roma 3. Giugno 1722. Carlo Lognino, Domenico Battaglino, e Antonio Ancavano: Al piacer suo: G. Cardinale di S. Agnese: Gratis etiam quoad Secr.

S. de

S. de Ricci Segr. In calcem : Abbate, & Ordinario di Monte Casine.

Paruit Abbas noster ut fusius hæc omnia constant ex actis in archivo nostro asservatis.

Præterimus quosdam alios eventus, gravissimasque lites hoc Sæculo habitas, licet multas obtinuerimus, ne tædio benevolos afficeremus lectores.

MONACHI PII HOC SECULO.

D. Prosper.

De D. Prospero Pagano hæc scribit D. Cornelius: *D. Prosper Paganus a Regio apud Galliam Cisalpinam a suis parentibus in dei timore educatus S. Petri Monachis ejusdem civitatis Ordinis S. Benedicti traditur, in quo monasterio solemniter se deo consecravit die 1. Januarii 1651. Novitiatum nihilominus in cœnobio S. Justinæ Patavii egit. Post aliquot annos, majoris perfectionis gratia Camaldulensium Heremitarum exactam, & arctam vitam experiri cupiens, ad eos transitum fecit, & cum eis per octo circiter annos devote conversatus est. Cæterum infirma valetudine correptus ad pristinam observantiam Cassinensium regrediens cognatis, ac patria valedicens, filiationi hujus monasterii cunctorum Patrum gratulatione admissus fuit. Vir profectò ob vitæ exemplaritatem, & morum candorem omni laude dignus. Hujus viri gravitatem, ac maturitatem omnes admirantur. Decani titulo donatus est. Bonitas, atque charitas istius apud omnes, præcipue apud peregrinos, quorum agit curam nimis emicant; Istius equidem devotione erga S. Scholasticam readificatum fuit Sacellum cum habitatione in loco, quo semel in anno conveniebant Scholastica, ejusque Frater Benedictus Patriarcha. Obiit die 10. Decembris 1702. annos natus septuaginta sex circiter, pauloque ante obitum cœlum attentius respiciens magna lætitia ridere visus est.* Optimo hoc etiam monacho familiariter ad plures annos som osus, semperque in eo virtutes plurimas, ac potissimum mentis puritatem, humilitatem, disciplinæ monasticæ studiom, charitatem erga proximum sum admiratus. De eo hæc scribit D. Hieronymus Abbas in Relatione de statu œconomico politico, ac Spirituali cœnobii nostri: *Questo è quel Padre che porta in fronte bonitas, a cui le piccolissime ombre grandissimi monti pajono ad impedirli di sua conscientia quella limpidezza da più Santi Anacoreti desiderata &c.* magnam deinde ab eo exhibitam erga peregrinos charitatem commemorat.

D. Flavius.

D. Flavius a Derthona, ex nobili familia Ratta, monasticum habitum apud nos induit die 27. maii 1656. ac deinde bis tyronum magister electus, id munus magna charitate, ac vigilantia obiit. Cujus ego discipulus, cum primum id muneris obiret, fui. Vicarius deinde generalis diœcesis Cassinensis, atque an. 1680. Prior renunciatus, incredibili vigilantia, ac cura monasticam disciplinam integram servavit noctu, diuque rebus omnibus præsens sex integris annis in cœnobio Cassinensi, demum an. 1692. Abbas est inauguratus, præclare monasteriis Mutinensi, Andriæ, & bis Cajetano præfuit; ibique optimi semper Religiosi partes ita sibi vindicavit, ut communi vocabolo a Monachis, laicisve Abbas sanctus nuncuparetur. Nonnisi gravi urgente necessitate a monasteriis exibat, atqoe summa sinceritate promebat omnia, promissorumque observantissimus, atque monasticæ paupertatis habebatur. Pauperes, infirmosque cum primis magno amore solari, iisque in agone ultimo opem ferre studiose satagebat. Quotidie Sacrosanctum missæ sacrificiom diuturnis precibus ante, & post ad Deum fusis celebrabat, eximius Deiparæ coltor, ad cujus honorem quolibet Sabbato, atque in pervigiliis ejus festorum solo pane, & aqua vescebatur, totaque vita indusio laneo, quamquam corporis calor in eo fervebat maxime, est usus, sæpeque reconditos psalmorum sensus volvebat animo, qua de causa. S. Augustini, aliorumque illustrium commentarios adire solebat, atque assidue etiam confessionum S. Augustini lectioni assueverat. Obiit tandem Sanctissimis Ecclesiæ Sacramentis expiatus in monasterio Cajetano die 27. Maii 1715. annos natus septuaginta sex. Statura procera erat, macer ac subnigri coloris; vultuque austero, placidus tamen, comisque.

D. Franciscus.

D. Franciscus a Militello monasterii patriæ suæ Monachus tyrocinium egit in celebri monasterio Panormitano S. Martini a commilitonibus Angelus Siciliæ passim appellatus, atqoe admodum juvenis ad nos concessit, ubi viginti octo annis somma pietate vixit, nonquam e monasterio egressus, nisi cum Superiorum jussu ægros adolescentes recoperandæ valetudinis causa ad villas aliquas duceret. Rigidus paupertatis, & disciplinæ monasticæ custos, carnes nunquam, in gravissimis etiam infirmitatibus, nisi superiorum, Medicorumque jussu comedit, semper indusio laneo usus, licet calore maximo sæpe æstuaret. Scrupolis tota pene vita angebatur vir candidissimus, de quo D. Petrus a Maranula pius Monachus ejus Confessarius, testari solitus est, materiam sibi, ut plurimum ad proferendam Sacramentalem absolutionem deesse, sæpeque proinde eum adigebat, quamquam reluctantem ad Sacrosanctum missæ Sacrificium celebrandom, a qoa tamen infirmitate pluribus ante obitum diebus Dei ope liberatus est, quam patientissime semper tulerat, quemadmodum non leves corporis ægritudines potissimum dexteri pedis dilatatam venam, quæ in causa erat, ut in choro, cui noctu, diuque semper aderat unico sæpe tantum pede nulli parti adhærens corpus sustineret. Vi Decanus, ac Magister novitiorum, quæ muoera sancte obivit, electus, ne ad dignitates majores eveheretur plus ipse obstitit, quam alii quærunt, abdicata quoque ab id Decemia. Plures scientias optime calluit, at potissimum Scripturæ Sacræ, morumque regulis addiscendis operam dabat. Præter humilitatem, aliasque eximias virtutes, quæ omnibus innotescerent, mortis suæ præscium fuisse testatur Petrus Maria Justinianus ejus alumnus, cui bis tres antequam obiret menses serio dixit: longe se se itineri quantocius commissurum; sciscitantique, an terrenum id esset, respondit; longe aliud, atque viam universæ carnis se aggressum iri. Cumqoe pharmaca ægerrime, sed patientissime medicorum jussu sumeret, eidem dicebat; incassum hæc sibi præparari cui moriendum ea infirmitate absdubio erat. Diuturna itaque ægritudine confectus, magna sanctitatis opinione obiit annos natus 56. sepultusque est in ecclesia S. Annæ in eo sepulchro, quod medium est inter reliqua clauso capsæ cadavere, sub cujus capite

pite sesqui palmare, marmor positum hac inscriptione.

Franciscus a Militello obiit V. Id. Junii A. D. MDCCXI.

Breve sane, sed maximum ejus tantum inscripto nomine elogium apud Cassinates, quibus præclaræ ejus animi dotes, virtutesque, perspectissimæ erant, potissimum assiduum pene noctu, diuque orationis mentalis studium, incredibilis sensuum custodia, atque assidua corporis maceratio. Statura humili, gracilique corpore, sed vultu adeo hilari devotoque erat, ut ad sui admirationem, venerationemque omnes alliceret blandissimis præcipue moribus erga omnes, a quibus nihil unquam eo præsente vel minimum fieri ausum, quod monasticam disciplinam enervaret; immo cum forte alicubi pertransiret, statim ita adstantes componebant corpus, ac si sacerrimo in loco versarentur.

D. Thomas. D. Thomas Eusebii a Reate monasticum induit habitum die 24. Augusti 1663. in celebri ac vetustissimo Farfensi monasterio, atque ad nos concessit anno circiter 1676. pauloque post se se totum corporis mortificationi addixit, præterque alia pœnitentiæ genera parcissimo semper cibo utebatur, sæpe in hebdomada solo pane, & aqua contentus. Nunquam carnes, cum etiam reliquis monachis liceba, comedit, noctu, diuque choro præsens post matutinas vigilias præmissa diuturna oratione missam ut plurimum celebrabat, nisi cum Conventualis canenda ab eo erat, ac deinde privatis missarum Sacrificiis aderat, quod post Primam præstare etiam solebat. Eximia ejus erga Monachos, commissos, laicosve charitas effulgebat, potissimum cum infirmi decumberent. Hinc magna diligentia Præfecti nosocomii nostri munus ad plures annos obiit, quo tempore res memoria digna evenit. Rusticus ad nosocomium delatus medicorum jussu, qui e gravissima illum infirmitate haud convalescere posse dixerant, Sacramentis ecclesiæ expiatus octo assiduis diebus in ultimo agone versabatur summa omnium admiratione, quod id præter naturæ leges evenire crederent. Rem secum animo voluptabat Thomas noster, veritus quod re ipsa erat, ne peccatum aliquod Confessario infirmus data opera non explicasset, identidem itaque omnibus artibus compellare cœpit, sibi consuleret, cum tandem ex insperato infirmus magna animi contritione scelus teterrimum est fassus, receptaque Sacramentali absolutione statim obiit. Hinc apposite referre idem Thomas solebat, levi admodum febre detentum Abbatem D. Basilium a Mediolano, Thomam ad se se accersiri ex insperato jussisse, postque Sacramentalem Confessionem circa Vesperarum horam enixe rogasse, ut Sacrosancto viatico muniretur. Obstitit diu Thomas, causatus id sibi vetitum, quod nullum mortis periculum proximum immineret. Verum cum ferventissime instaret Basilius, medici jussu, qui ne summa infirmus anxietate periclitaretur concedi jussit. Eo sollemni ritu percepto, extremæ unctionis Sacramento muniri voluit, quod cum ægre obtinuisset, statim delirio correptus est, pauloque post animam Deo reddidit. Novi & ego memoratum Basilium qui mense Octobris anni 1676. obiit. Factum huic simile relatum memini a D. Joseph Astensi Monacho docto ac pio, qui cum anno 1697. die 27. Januarii Abbatem D. Maurum Spinulam noctu e cubiculo egressum magna voce: *confessionem* clamantem audisset, lecto desiliens, solaque tunica assumpta accurrit, atque reducto ad lectum Mauro, ejusque Sacramentali Confessione audita, post Sacrosanctam absolutionem statim ille obiit. Summam Dei misericordiam admirabatur Joseph, cum nudum se hyemis tempore accurrisse reflecterbat, si quippe vestes assumendæ fuissent, Maurus abs dubio mortuus inveniendus erat. Quæ quidem, aliaque plura meritis SS. Parentis nostri evenisse credimus, quodve Maurus quamquam esset annorum octoginta quatuor choro noctu, diuque aderat.

Cum a gravi infirmitate convaluisset Thomas Medicorum consilio subtilem, rigidumque cœnobii Cassinensis aerem in crassiorem, temperatioremque Farfensis monasterii commutavit. Decanus factus deinde est an. 1679. quod potissimum an. Jubilæi 1675. Pœnitentiarii munere in basilica S. Pauli magna cum laude functus esset. Verum, ut sibi ad dignitates præcluderet aditum, renunciata anno 1687. Decania ad nos rediit, summaque omnium confessione inter Cassinensis cœnobii filios die 16. Januarii anno 1689. adscriptus est, atque deinde magister Novitiorum renunciatus, Decanus regiminis iterum evasit, quam dignitatem, postquam Tyronum Magister esse desiit, quo in munere egregie præclareque se gesserat, iterum abdicavit, atque aeris intemperie adactus monasterium Mantuanum adiit, in quo biennio tyronum magister fuit, ac deinde in cœnobio Mutinensi parochus magni ab omnibus factus, tum etiam S. Petri Saviliani, & S. Mariæ Cesenæ ad aliquod tempus degit. Demum tertium nos adiit anno 1705. In audiendis sæcularium confessionibus assiduus erat, studiosissimus monasticæ paupertatis, atque, ut ista ferebat, admodum liberalis. Ne minimum quidem muneris ab ullo etiam monacho unquam accipiebat. Ita humilis, ut nunquam quamquam infirmus, caput tegeret ante Priorem claustralem, aliosque Superiores, nisi jussus. Jam senex nullius famuli opera utebatur, ad verrendas cubiculi sordes, hauriendam aquam, aliaque obeunda, imo ipse lubentissime infima quoque vasa, infirmorum potissimum abstergebat. Si quid aliquem dedecere videret, secreto amantissime admonebat. Ultimis vitæ suæ annis ischuria correptus, cibi horrore, aliisque doloribus, nonnisi præcepto obedientiæ adduci potuit, ne amplius nocturnis officiis interesset, utque in culcitra decumberet, carnesve comederet, atque se se in valetudinarii cubiculo reciperet, ignemque hyeme ad fovenda rigida jam pene membra adhiberet. Quoad tamen poterat Sacrosanctum missæ Sacrificium devotissime celebrabat, choro aliisque devotionibus navabat operam, ut mirum omnibus videretur, qui longo a deo tempore genuflexus stare posset vir, non nisi pelle, & ossibus constans. Cum primis magna charitate confessiones monachorum, commissorum, ac sæcularium ab eo exceptæ, atque incredibili patientia dolores acerbissimi ita tolerati, ut nonnisi leve admodum famulis incomodum ferret, atque etiam Medico, quem hac de causa hidropem, quæ sibi deinde obvenerat,

rat, latere voluit. Sacræ scripturæ lectioni, ejus expositoribus, historiæ ecclesiasticæ, atque Theologiæ morali operam potissimum dabat; statura procera erat, macer, devotoque aspectu, sed sermone amæno, comique: tandem sanctissimis ecclesiæ Sacramentis rite expiatus, sensibus ad ultimum vitæ integris animam Deo reddidit hora circiter XV. ipso Assumptionis Deiparæ die, quam ipse magna devotione prosequebatur anno 1719., annos natus septuaginta unum, relicto omnibus incredibili sui desiderio. Capsæ cadaver inclusum in ecclesia S. Annæ humatum est cum inscriptione.

Admiranda quædam, quæ de eo plures referunt studio omittimus, quod a nobis visa, aut audita non sint. Hæc inter alia de eo scribit Cornelius: *Proculdubio magni nominis viris comparandus est, quippe qui regularis observantiæ studiosissimus, prudentia, devotione, ac speciali charitate præditus &c. A Decanatus honore prius se ultro abdicavit, ne ad altiores gradus evocaretur. Hujus viri exemplaritas ad sui imitationem alios provocat, etenim post matutinas, & nocturnas laudes ad somnum capiendum, ut mos est, minime redit, sed orationi, ac missarum auditioni vacat. Quotidie omnipotenti Deo immolat: Solitudinis ac Cellæ secretum adamat. Ab esu carnium, quando ei permittitur, libentissime se abstinet. Novitiorum director ex obedientia factus labori minime parcit, ut munus suum bene adimplere valeat. Iterum ad Decanatus regiminis honorem invitus assumptus est, & iterum illi renunciavit.*

Fr. Maurus,

Frater Maurus Rainone a Lauro Commissus cœnobii nostri evasit, in quo etiam vota pro more emisit mense Aprilis an. 1675. annos natus 33. ab ipso conversionis suæ initio, veræ pietatis sectator, admirationi omnibus ita erat, ut nemo eo præsente quid perpetrare auderet, quod monachum vel minime dedeceat. Meditationi plurimum tribuebat, noctu potissimum cum ab eo ecclesiæ lampades accendendæ erant; quod ipse munus pluribus annis diligentissime obiit, quamquam non semel potissimum hyeme, ter quaterque e lecto surgendum erat, quod ventorum impetu, aliisque de causis lampades extinguerentur. Corpus jejuniis, assiduoque labore macerabat. Nunquam e monasterii januis egredi solitus erat, ne quidem ut viridarium adiret; gravissimo morbo in genibus correptus ipsi chirurgo admirationi erat, quod nullum doloris sensum ederet, illud tantum repetens: *Bisogna sopportarlo per amore del nostro Signor Giesù Christo*. Narrabat cœnobii nostri Medicus Cæsar Tideus, Maurum olim ischiade laborantem a D. Andrea Deodato Abbate Cassinensi invisum, qui ludicre in hæc verba illum compellavit: *Fra Mauro, questa tua infermità è di poltroniera, e però non servono questi medicamenti, & alzati da letto*; quod cum serio dictum vir simplex crederet, statim e lectulo lætus, saniisque prosiliit. Admiranda cum primis ejus erga peregrinos charitas erat, nam adventantes, ut Christum hilariter, amantissimeque excipiebat in ipsis monasterii januis, tum ad ecclesiam orationis causa advectos statim in xenodochio igne, si hyems esset, reficiebat, admotaque aqua tepida pedes lavabat, præterque annonam a cœnobio præstari illis solitam, aliam a monachis sedulo comparabat, qua de causa identidem mensæ servire habebat in deliciis. Antequam cubitum irent, piis quibusdam illos orationibus, hortationibusque ad sumendum mane sacrosanctum eucharistiæ Sacramentum disponebat. Si aliquando peregrini defecissent magna anxietate sæpe cœnobii januam adibat, dicere solitus: *Nostro Signore Giesù Christo in questo giorno non si è degnato di visitarci*; sique ex insperato advenissent, incredibilis ejus vultui lætitia effundebatur. Æqua semper in omnes ejus charitas, quamquam non semel temerarii, incongruentesque quidam eum probris afficerent. Rigidus cum primis paupertatis monasticæ custos erat. Asthma correptus biduo ante obitum D. Bernardum Mariam Piazzoni, a quo sæpe invisebatur, accersiri jussit, asseruitque duos sibi tantum vitæ dies superesse, contra ac omnes crederent; atque a superiore obtinuit, ut quadraginta missæ pro se celebrarentur, sassus, optasse jamdiu, commeatus antea pro longo itinere eumparare. Accepto SSmo viatico, cum D. Bernardus Maria quæsisset, an re aliqua indigeret, respondit: *Sto bene, perchè il Signor Iddio sta con me, & io con lui*. Paulo ante quam efflaret animam gravissimis verbis charitatem commissis potissimum erga pauperes commendavit, atque demum obiit die 11. Novembris 1718. sepultumque est capsæ inclusum ejus cadaver in ecclesia S. Annæ. Maximo in pretio Maurum nostrum ita habuit Cardinalis de Aguirre, ut & eum videre, illiusque se orationibus commendare voluerit.

Mense Septembris anni 1702. cœnobium nostrum invisit P. D. Jacobus Blair Scotus ex ordine nostro professus monasterii S. Jacobi apud Herbipolim, qui duodeviginti assiduis annis missionarius in Anglia fuerat, atque post longam in carceribus pro fide catholica custodiam exulavit supremi senatus decreto, ut hisce monumentis constat, quorum autographa in archivo nostro extant.

Nos F. Michael Briant Monasterii B. Mariæ Beccensis in Neustria Ordinis S. Benedicti Congregationis S. Mauri in Gallia humilis Prior omnibus Christifidelibus notum facimus, & testamur, præsentium latorem, & exhibitorem Reverendum Patrem, & religiosum dominum D. Jacobum Hebpurn Scoto-Benedictinum ex magna Britannia, in qua per plures annos non sine vita periculo apostolico, & Evangelicæ prædicationis munere fungebatur, post diutinam ibidem carceris custodiam, hæreticorum insidias quotidie lacessitum, ludibriisque oneratum, tandem Supremi Senatus decreto ob catholicæ fidei defensionem, ac propagationem, nec non Ordinis characterem in exilium pulsum, & ejectum esse. Quem & nos Serenissimi Britannorum regis litteris instructum, nobisque recommendatum benigne suscepimus, sanctæque conversionis, & religionis habitu cooperuimus, perque menses novem, quibus nobiscum in omni monastica, & regulari disciplina mature, religiose, & honeste conversatus est alia omnia humanitatis, & charitatis officia prompte, & fraterne ministravimus, non solum juxta Sanctissimi Patris Benedicti discretionis regulam, sed & Doctoris gentium consilium, evangelicum domesticis fidei maxime impendendum. Quapropter eumdem reverendum, & religiosum Patrem ac D. dominum Jacobum Hepburn ad proprium suæ professionis, & stabilitatis Monasterium (vulgo S. Jacobi Scotorum) Herbipoli in Franconia

revertentem, consilio, auxilio, & charitati omnium, apud quos divertere contigerit, enixe commendamus de æterna retributione certi, cum omnium largiter bonorum proprio, ac sacro ore dicat: Venite, percipite regnum: nam quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: rogantes, ut compassionis affectum exuli, & miserationis sinum extendatis Peregrino; & quicquid boni ei feceritis, nobis collatum agnoscemus, & reciprocas omnibus vestris (quotiescumque requisiti) applicabimus manus. Precantes insuper, ut vobis Omnipotens retribuat, qui recipientibus justum in nomine justi mercedem justi promisit. Datum & signatam ac communi nostro sigillo munitum in supradicto nostro monasterio Beccensi die vigesima Aprilis anno domini millesimo sexcentesimo nonagesimo quarto: Fr. Michael Briant Prior qui supra: locus ✠ Sigilli. De mandato Reverendi P. Prioris Fr. Josephus de Carpentia Secretarius Capituli.

Nos Placidus Dei, & Apostolica Sedis gratia exempti monasterii S. Jacobi Scotorum Ratisbonæ Ordinis D. Benedicti Abbas, &c. necnon perantiquæ Congregationis Scotobenedictinæ per Germaniam Præses generalis natus, omnibus has litteras visuris, vel audituris salutem in Domino precantes. Notum facimus, & attestamur, præsentium exhibitorem reverendum ac plurimum nobis in Christo dilectum religiosum Patrem Jacobum Blair Scotobenedictinum, hinc Romam negotiorum causa ex obedientia esse transmissum. Quem proinde tamquam pium, exemplarem, ac devotum religiosum, veraque obedientiæ filium, nulla plane censura irretitum omnibus, apud quos in itinere diverterit, summopere in Domino commendamus, idque eo magis, quod in magna Britannia per plures annos non sine vitæ periculo, apostolicæ, & evangelicæ prædicationis munere functus, hæreticorum insidiis quotidie lacessitus, ac tandem post diuturnam, & ærumnosam carceris custodiam Supremi Senatus decreto ob catholicæ Fidei defensionem, ac propagationem in exilium pulsus, & ejectus fuerit. Enixe igitur rogamus, ut non solum liberum ipsi transitum permittere, verum etiam per alia Christianæ hospitalitatis, & charitatis officia compassionis affectum exuli, ac miserationis sinum peregrino extendere non graventur. Quo suavem illam Salvatoris nostri vocem aliquando audire mereantur: Venite Benedicti Patris mei &c. nam hospes eram, & collegistis me, & quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Et nos etiam ad parem benevolentiam, & hospitalitatem data occasione paratissimos experientur. In cujus rei fidem has præsentes, sigillo nostro Abbatiali, & subscriptione manuali munitas, dedimus ex præfato nostro Monasterio die 13. Junii Anno Domini 1702. Placidus Abbas manu propria; locus ✠ Sigilli.

Gravi morbo brevi correptus, generalem peccatorum confessionem prodidit domno Amando Hielgr Salisburgensi, professo monasterii Mariæ Cellæ proprie Viennam, viro satis pio, qui tum apud nos versabatur. Acceptisque devotissime sanctissimis ecclesiæ Sacramentis, Kal. Octobris obiit, illique, quemadmodum Monachis nostris, parentatum. Defunctus quoque in nosocomio nostro est Kal. Maji 1710. Fr. Petrus a S. Maria de Capua Heremita S. Jacobi apud S. Germanum magnæ pietatis, ac pœnitentiæ vir, humatusque in ecclesia Sancti Martini.

Presbyter D. Joannes Franciscus Bacchinus a castello Fabocco diœcesis Aretinæ viginti septem annis circiter capellanus cœnobii nostri fuit, magnaque semper virtutum exempla edidit, potissimum corporis maceratione; qua de causa in nudis asseribus modico admodum tempore dormiebat, soloque pane, & aqua pluribus hebdomadæ diebus contentus erat, assiduę orationi, atque audiendis confessionibus occupatus. Cujus proinde opera sæpe Cajetanus episcopus, pro excipiendis monialium apud Fractas confessionibus, utebatur. Librorum lectioni incumbebat, omniumque indigentiis præsto erat, potissimum eleemosynis, dotandisque puellis, è quibus unam elegantis formæ sanctimonialem propriis sumptibus reddidit, aliamque conversam in monasterio S. Catherinæ Fractarum. Fuerat antea Congregationis nostræ commissus sub nomine Fr. Sancti in monasterio S. Scholasticæ Sublaci, atque precibus Cardinalis Pii, qui ejus probitatem compertam habuerat, cum Procuratoris generalis congregationis Cassinensis D. Andreæ Diodati famulus erat, a superioribus dimissus est, ab eoque Rector Seminarii apud Maglianum constitutus, unde ad nos concessit. Hæremitarum omnium hujusce regionis parens habebatur, blandusque admodum, & pius erat, dum cum aliis sermonem sereret. Sancte obiit die 10. Aprilis 1713.

Plures Dei ope in vivis modo etiam apud nos degunt Monachi pissimi, quorum modestiæ reticendo nomina consulimus.

VIRI DOCTI.

D. Oderisius Maria a Chio ex nobili Pieria gente in sæculo Georgius baptizatus est die 18. Septembris 1639., atque monasticum habitum apud nos sumsit die 21. Novembris, 1670., annos natus triginta unum, & amplius. Pius admodum Monachus erat, græce, & latine doctus, atque in utriusque ecclesiæ ritibus, versatus, potissimum in sacra Theologia Scholastica, dogmatica, & morali. Quare a Clemente X., & sacra congregatione de propaganda fide Visitator, electus est gentis Mainotarum ritus Græci, quæ Suanam, Bibbonam, aliaque Magno Hetruriæ duci subiecta loca incolebant, ut hisce literis constat.

D. Oderisius.

Reverendo Padre: Per assicurarsi la Sagr. Congregatione del vero stato dei Maiotti, & altri di rito Greco, habitanti in Seana, & Bibbona, o altra giurisdizzione del Gran Duca di Toscana, ha determinato di farli visitare da soggetto versato nell' uno, e l'altro rito: & essendo stata rappresentata a questi Eminentissimi miei Signori l'integrità, e zelo de V. R. da' Signori Cardinali Barberino, & Rasponi, hanno giudicato d'appoggiare alla sua persona questo carico, stimandosi, che per le condizioni, che in lei concorrono, nessun altro possa più diligentemente adempire queste parti, e mettere in buono stato le cose di quei Greci. Se le danno per tanto qui aggiunte col breve di Visitatore, l'istruttioni necessarie, con le quali dovrà intieramente conformarsi, siccome in essi se le prescrive. Resta solo, che V. R. riconosca da ciò la stima, che si fa di lei, e sodisfaccia con la sua applicazione all' espettazione, che se ne ha, & alle

sue

jue sante orazioni mi raccommando. Roma 27. Maggio 1675. Al piacere di V. R. S. Cardinale Altieri Proprefetto. V. Cerri Segr. Padre D. Oderisio Benedittino con Brevi, & Instruzzioni.

CLEMENS PP. X.

Dilecte fili salutem & Apostolicam benedictionem. Cupientes ad animarum salutem, divinumque cultum promovendum christifideles, quos Mainottos vocant, aliosque ritus Græci in civitate, seu diœcesi Suanensi, ac in oppido Bibbona, aliisque locis temporalis dominii dilecti filii nobilis viri Cosmi, Hetruriæ sibi subjectæ magni Ducis, commorantes, auctoritate nostra Apostolica visitari, ac de tua fide, prudentia, doctrina, pietate, charitate, integritate, & catholicæ religionis zelo plurimum in Domino confisi, teque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis propagandæ fidei præpositorum, consilio, Te eorumdem Christifidelium ritus Græci in dominio temporali dicti Cosmæ Magni Ducis commorantium visitatorem cum facultate quascumque eorum ecclesias, monasteria, tam virorum, quam mulierum, conventus, domos, hospitia, collegia, residentias, & alia pia, & religiosa loca quæcumque, illorumque prælatos, conventus, superiores, & alias personas tam laicas, quam ecclesiasticas, sæculares, & regulares, cujusvis status, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis existant, tam in capite, quam in membris, semel tantum auctoritate nostra visitandi, ac in illorum statum, vitam, mores, ritus, & disciplinam diligenter inquirendi, nec non evangelicæ, & apostolicæ doctrinæ, Sacrorumque Canonum, & generalium conciliorum decretis, & Sanctorum Patrum traditionibus, regularibusque eorum respective institutis inhærendo, quacumque mutatione, correctione, emendatione, revocatione, & renovatione indigere cognoveris, reformandi, mutandi, corrigendi, revocandi, renovandi, ac etiam de novo condendi, condita Sacris Canonibus, & concilii Tridentini decretis, & constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, regularibusque institutis præfatis non repugnantia confirmandi, abusus quoscumque tollendi, regulas, institutiones, ac ecclesiasticam, regularemque disciplinam, ubicumque exciderint, modis congruis restituendi, & reintegrandi, dicti concilii Tridentini decreta custodiri præcipiendi, ac personas præfatas ad debitum, & honestum vitæ modum revocandi, & quidquid statueris, & ordinaveris observari faciendi, inobedientes per censuras, & pœnas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia compescendi, aliaque omnia, & singula in præmissis, & circa ea, ac pro hujusmodi munere rite, & recte explendo necessaria quomodolibet, & opportuna faciendi, dicendi, gerendi, mandandi, & exequendi auctoritate Apostolica, tenore præsentium constituimus, & deputamus; salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium. Mandantes &c. Volumus autem, ut si quæ graviora in hujusmodi visitatione repereris, illa, nec non informationes omnes in eadem Visitatione sumendas sub tuo sigillo clausas ad nos, vel memoratam Cardinalium Congregationem quamprimum diligenter transmittas, ut quæ desuper statuenda fuerint, matura consultatione adhibita decernamus. Non obstantibus &c. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 5. Junii MDCLXXV. Pontificatus Nostri Anno sexto. J. S. Slusius: Foris: Dilecto Filio Oderisio Pierio Monacho expresse professo Ordinis Sancti Benedicti: locus ✠ Sigilli impressi in cera rubea cum annulo piscatorio.

Ut morem gererer, Cassino abscessit die 12. Julii 1675., atque Florentiam pervenit a magno Duce, a Cardinali Leopoldo Mediceo, & Nuntio Apostolico honorifice exceptus, quemadmodum a Suanæ episcopo, quem ad Pitilianum die 24. Julii adiit, ab eoque optimæ Mainotarum indolis, promptæque eorum voluntatis in excipiendis catholicæ fidei dogmatibus certior factus. Quod verum esse experimento didicit, cum Mainotas convenit in palatio Collislupi duobus, & sesqui milliaribus a Marsiliana, & decem a maritimis Senarum tractibus dissito. Pauperrimam esse gentem competit, atque ab unico Græci ritus presbytero, qui catholicus evaserat, domno Cyriaco a Cirigo instructam. Inter alia monita præcepit, ne Cyriacus matrimonia dissolveret, quod apud Græcos usuvenit, neve in gradu prohibito contrahi permitteret, aut diceret Sirianarion Xantapuli, aut mentionem faceret Photii, & Palamæ, vetavitque, ne orationes quædam Euchologii pro parturientibus dicerentur, aut pro animantibus, si in puteum, vel foveam cecidissent. Ipso Sanctorum Petri, & Pauli festo hortationibus Oderisii permota potior Mainotarum pars fidem catholicam amplexa est, sequentique die reliqua. Mainotas etiam invisit, qui Casalapim, & Bibonam incolebant, eorumque presbyteros, atque a Magno duce obtinuit, ut omnes Suanam convenirent, quod ægre præstitere. Fidei catholicæ rudimentis ita omnes instruxit potissimum quod ad Primatem Constantinopolitanum, ut & pueros octennes in hebdomada sancta peccata sua illi confessi sint, atque Kalendarium Gregorianum exceperint, quamquam antea in ritibus suis retinendis pertinaces admodum erant. Rudes maxime populi, eorumque presbyteri perfectionis Christianæ summam in jejuniis reponebant, ita ut etiam infirmi ad plures dies, imo ad triginta, quod incredibile pene est, unico aquæ haustu viverent. Mihi quoque a viris fide dignis relatum, ægras duas anus apud S. Germanum ad triginta dies aquæ tantum sorbitione vixisse. Venditabant Mainotæ, se ideo ita abstinere, quod medicis in patria sua carerent, ubi sine lege, & duce vivebant, puerosque nonnisi post quadraginta dies baptizabant. Sique ante illud tempus mors immineret, oleo tantum frontem, pectusque infantis liniebant, quod baptismi loco esse crederent, eorumque confessarii sibi peccata assumebant, si nummos illi solvissent pro tot quadragenis celebratis. Mainotæ, qui Bibonæ versabantur, avidi maxime nummorum erant, feri, indomiti, indolis servilis, Latinosque Antichristianos censebant. Acatholicos libros, qui penes eorum presbyteros erant, penitus eliminavit,

in quibus præter errores alios legebatur, Damnatos orationibus ab inferis liberari, decedentesque in læthali peccato non statim damnari, sed sejuncto loco a justis extremum Judicii diem expectare. Aliquot tamen annis pia Oderisii sedulitate ad fidem Catholicam conversa universa gens est. Anno deinde 1679. Innocentii XI. jussu, Mainotas, qui recens Corsicam loco dicto Paomia diœcesis Sagonensis adiverant, convenit, ut constat brevi sub. *Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 4. Januarii 1679. Pontificatus nostri anno tertio*, Quantum apud eos etiam profecerit Oderisius noster constat Cardinalis Alterii ad eum datis litteris die 2. Octobris 1679. quibus Oderisii studium, laboresque laudat, quod Mainotas sancti spiritus processionem a Patre, & filio docuisset, eodemq; sancto auxiliante spiritu eosdem ad S.R.E. gremium redocere elaborasset. Antonius Martinus Sagonensis Episcopus hæc inter cætera ad eum scripsit die 20. Julii 1679. *Padre Carissimo. Senza risalva ci rallegriamo del profitto fatto da V.P. in guadagnare li animi non ordinariamente ostinati di cotesto suo gregge, & si risalviamo farne maggieri espressioni, dove bisognarà, e quando verremo costì, nel resto mi rimetto alla lettera. Antonio Vescovo di Sagona*. Idem testatur Magistratus Corsicæ hisce literis,

Magistrato di Corsica della Serenissima Republica di Genova &c. Havendo il Padre Oderisio Pierio Monaco Cassinese servito per lo spazio di anni quattro, e più, alla coltura spirituale dell' anime de' Greci in Paomia con tutta quella assistenza, e carità, che comportava la carrica, e si conviene ad un Religioso, dotato di esemplari qualità, ed essempio; noi per tanto comendando il suo zelo, e la sua virtù accio appaja dalla verità gli ne abbiamo con tutti i voti favorevoli deliberato il presente attestato, quale sarà firmato dall' infrascritto nostro Cancelliere, & impresso col nostro solito sigillo. Dat. & c. in Genova nel Real Palazzo il di 17. Maggio 1683. Michele Gatto Cancelliere (Adest sigill. impressum) Atque Nicolaus Centurio director Paomiæ nedum magnam Oderisii nostri in Græcis instruendis diligentiam testatus est, sed in Latinis etiam. Post quatuor, & amplius annos ad cœnobium nostrum rediit, in quo vix uno anno erat moratus, cum iterum literis Cardinalis Alterii die 22. 1684. ad Mainotarum, qui Suanam incolebant, instructionem vocatus est nomine Sacræ congregationis de propaganda Fide. Quod tamen onus justis de causis renuit. Verum anno 1685. ineunte, mortuo prælato Partennio, qui Mainotarum Corsicæ instructioni præfuerat, jussu serenissimæ Genuensium Reipublicæ Abbas Jo: Baptista Bollo ejus procurator Romæ a sacra congregatione S. Officii petiit, ut Oderisio id munus committeretur. Hinc Prælatus Piazza assessor Cardinalium ejus Congregationis mandato Oderisium accersiri jussit, ut memoratus Bollo ad eum scripsit die 26. Februarii 1685., ac præ cæteris in Epistola sua hæc habet: *Io non pretendo di persuaderlo ad intraprendere opera così santa di perfezzionare quelle anime nella santa Fede, perchè dalla medesima serenissima republica ho notizia, e certezza della di lei carità, e zelo del servizio di Dio, che per questo il tralascio, tanto più in questa, che già ce n' hà tanta parte per il tempo, che è stato colà missionario, che con la sua predicazione, e dottrina ha coltivato quell' anime, che possine dirli, haver avuto da V. P. il primo pascolo della nostra Santa Fede*. Cum annuisset Oderisius, decretum sacra Officii Congregatio edidit, quo Vicarius apostolicus iis in locis creabatur, ut ex brevi constat Innocentii XI.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 12. Maii 1685. Pontificatus nostri anno nono Ca. J. Slusius. In Paomiæ Colonia præter Latinos quosdam, quos inter director Patritius quidam Genuensis, erant quatuor centum sexaginta Mainotæ, eosque inter tres presbyteri, quorum duo oxorem virginem duxerant, a cujus usu tribus saltem ante celebrandam missam diebus abstinebant; atque cœnobium, in quo duodecim Monachi tribus solemnibus votis obstricti sub regula S. Basilii, nempe tres presbyteri, novemque laici, qui agrorum cultura victum sibi, pauperibusque, atque Ecclesiæ ornamenta comparabant; septemque in die vicibus choro, recitandis canonicis horis, orationi mentali, aliisque piis operibus operam dabant, superioremque sibi constituebant post triennium. Cum iis habitabant tres memorati secolares presbyteri. Mainotæ pueros per immersionem baptizabant. Vetitum tamen illis ab Oderisio est, ne totum infantis corpus, sed frontem dumtaxat chrismate linirent, omissis etiam quibusdam Ritualis Græci verbis. Post quadragesimum a nativitate diem infantibus sacratissimam eucharistiam sub utraque specie ministrabant, ut patet literis Cardinalis Cybo die 30. Aprilis 1689. ad Oderisium datis. Comque Mainotæ sese Kalendario Gregoriano subjicere renuerent, scripsit iterum Cardinalis Cybo die 13. Junii 1694. ad Oderisium, ut blande eos ad id alliceret. Plurimum tamen ibi negocium facesserat Græcus episcopus hypocrita, & hæreticus, qui teste Athanasiu Cavalli Parocho Græcorum apud Liburnum in epistola ad Oderisium die 17. Januarii 1695. inter cætera venditabat, credendum a Christianis Deum Trinum, sed non processionem spiritus Sancti a Patre, & Filio, neque filii generationem a Patre, Purgatorium meram esse fabulam, ecclesiam Romanam novitatibus suis orbem universum pessum dedisse, aliaque hujuscemodi. Subodoraverat aliquid antea Oderisius, ad quem hæc inter alia scripserat Dominicus Maria Alerame e Societate Jesu Adjacio die 13. Octobris 1694. *Ella sola e per la dottrina, e per la prattica, che ha de scismatici, e delle loro fizzioni, e per il zelo a cui l' obliga oltre la sua religiosissima coscienza, il carico sublime, ch' esercita, saprà, potrà, e vorrà togliere la maschera a chi insidia i suoi poveri sudditi*. Eliminatus itaque superiorum jussu episcopus literas ad Mainotas quosdam dedit, quibus sub excommunicationis pœna vetabat, ne paternum schisma deponerent.

Oderisii nostri erga fidem catholicam studium plurimum commendavit Augustinus de Franchis Gubernator generalis Corsicæ literis Bastia datis die 14. Maji 1688. in quibus hæc præ cæteris leguntur: *Ricevo due sue &c. per le quali ci fa spiccare quel zelo, che abbiamo sempre ammirato in tutte le sue operazioni a fine di promovere in cotesta nazione il catholichismo &c.* (& inferius) *Non ha dubbio,*

che

che sono santi i suoi impulsi, e religiosissimo il suo fervore di prima morire, che abbandonare la promozione della Santa Fede Cattolica &c. Noi abbiamo scritto, e di bel nuovo scriviamo al Magnifico luogotenente di Vico, perchè si porti costì, e con i prudenti, e saggi raccordi, che lei le suggerirà impieghi ogni potere alla quiete de disordini della Colonia &c.

Tandem permissu congregationis S. Officii ad nos rediit, ut hisce literis Cardinalis Cybo constat.

Foris *Al Reverendo Padre D. Oderisio Pierio Vicario Apostolico de Greci; Paomia:* Intus vero.

Reverendo Padre. La Santità di Nostro Signore havendo ammessa la renunzia, ch' ella ha fatta di Vicario Apostolico di cotesta Colonia Greca di Paomia, da lei lodevolmente esercitata, con avere la Santità sua eletto in suo successore il Sacerdote D. Rafaelo Giustiniani da Scio: le ne do questo avviso per sua notizia; e nel venire, ch' egli farà costì all' esercizio della carica, ella lo informi dello stato delle cose per cooperare alla sua buona condotta, e Dio la conservi. Roma X. Novembre 1696. Al suo piacere. Il Cardinal Cybo: Paomia in Corsica. P. D. Oderisio Pierio Vicario Apostolico.

Bartholomæus de Franchis Director Paomiæ hæc de eo, pluribus, antequam munus Vicarii Apostolici deponeret, annis; prædicat.

Bartolomeo de Franchi direttore di Paomia per la Serenissima Republica di Genova. Avendo il Reverendissimo Padre D. Oderisio Pierio Vicario Apostolico continuata ad assistere in tutto il gia spirante mio governo con vera dimostrazione di carità, e spirito al culto dell' anime non solo di questi Greci con le continue prediche indirizzate all' onor di Dio, e della santa Romana Chiesa, con la quotidiana scuola, & insegnamento della dottrina christiana a figlioli, ma ancor all' amministrazione delli Santissimi Sacramenti a quelli del rito latino, & in somma mai havendo tralasciato con opere più esemplari o pio d' invigilare a quanto si richiede, tanto per la salute dell' anime, come per la quiete, & unione di tutti, ho perciò in segno della pura verità stimato ragionevole fargliene la presente fede, & attestato, che impresso col publico sigillo da me viene firmato in Paomia li 30. Marzo 1692. Bartolomeo de Franchi Direttore. Idem testatus est die 23. Martii 1696. Paulus Baptista Fliscus Director Paomiæ, qui inter cetera fatetur, nedum doctrinam Christianam, ab Oderisio edoctos pueros; sed etiam literas græcas, latinasque, atque diligentia sua omne prorsus schisma a Mainotarum mentibus eliminasse. Eadem fatetur Octavianus Giove ejusdem Paomiæ director die 28. Maji 1697. Vix Cassinum pervenerat, cum Magister Noviciorum est renunciatus, atque deinde ad Monasterium S. Liberatoris missus. Demum iterum ad nos quod summopere optaverat die 22. Octobris 1702. redux, statim febre correptus die 28. Decembris ejusdem anni pie obiit. Magna deiparam veneratione prosequebatur, suavissimisque moribus præfulgebat.

Plura elucubravit Oderisius, e quibus hæc dumtaxat nobis innotuere ex literis Angeli Nocei ad eundem datis die 19. Augusti 1684. in quibus hæc leguntur: *Mi è gratissima la Visita di V. P. M. R., e non men grata la sua composizione sopra la Vittoria di Vienna. Riconosco nell' officio la gentilezza dell' affetto suo verso di me, e nella composizione, i studiosi suoi trattenimenti, e come mi consolo dell' uno, e degli altri, così dell' uno, e degli altri, desidero ch' ella mi continui gli argomenti. Gradirò per tanto gli elogii della vita del Padre S. Benedetto, nel qual genere di lavoro convien principalmente aver mira, che le acutezze, e le figure non adombrino la chiarezza &c.* Ejusdem lucubrationis meminit D. Archiepiscopus Seleuciæ in epistola die 6. Novembris 1683. ad Oderisium.

Edidit etiam: *Elogia in S. Patris Benedicti miracula Jordani praestantissimi pictoris penicillo in basilica sacri Montis Casini expressa, quorum altera inter binas virtutes, alia in medio templi fornice sunt depicta exaravit calamo D. Oderisius Maria a Chio Casinas ejusdem monasterii professus.* Quæ in archivo nostro extant. *Hortulus Conciliorum, quorum flores seligebat D. Oderisius Maria a Chio Monachus Cassinensis anno a partu Virginis 1680.* Hoc opus, quod a Monacho quodam nostro asservatur, Cardinali nescio cui nuncupare in animo habuerat Oderisius, quem propterea exorabat, efficeret, ut typis Sacræ Congregationis de propaganda Fide ederetur. Constat id informi schedula ejusdem Oderisii manu conscripta. Græce quædam ejus nomine Cardinalis Carolus Barberinus Clementi XI. obtulit, ut ejusdem Cardinalis literis constat die 15. Januarii 1701. ad Oderisium datis. Orationes etiam quasdam græce, latineque de Deiparæ laudibus composuit, quæ in Archivo nostro extant, quemadmodum etiam Brevia, aliæque scripturæ quod ad Mainotas.

D. Cornelius Ceraso a Neapoli monachus cœnobii nostri evasit die 8. Decembris 1636. monasticæ disciplinæ, ac paupertatis cum primis observantissimus. Tyronum magister in celebri Padolyronensi monasterio renunciatus est, deinde sanctimonialium SS. Cosmæ & Damiani Taliacotii, quæ tum nobis suberant confessarius, atque Sanctimonialium S. Lucæ oppidi Quercini, seu Vacceni prope Alatrinam urbem, expetitus ab ejus urbis episcopo, jussuque Cardinalis Francisci Barberini Congregationis nostræ protectoris. Præclare semper se gessit, quemadmodum etiam dum monasteriolum SS. Trinitatis Cajetæ illi S. Angeli subiectum incoleret. Apud nos quamquam jam senex choro noctu, diuque aderat, a quo, cum identidem nocte potissimum deliquia pateretur, abstinere est jussus. Vitandi otii caussa plura scripsit. Cum primis historiam Caietanam sub nomine Petri Rossetti nepotis sui, ut honore eum aliquo prosequeretur, quod identidem mihi testatus est hoc titulo. *Breve descrizione delle cose più notabili di Gaeta città antichissima, e Fortezza principalissima del regno di Napoli secondo le notizie Istoriche raccolte dal Signor D. Pietro Rossetto, e divisa in dieci discorsi.* Ter editum hoc opus est apud Salvatorem Castaldum anno 1675. apud Carolum Porzile 1683., & apud Dominicum Antonium Parrinum, & Michaelem Aloysium Mutium 1689. Manuscriptum multo auctius ejus charactere conscriptum mihi ejus dono cessit.

D. Cornelius.

Neapolitanis etiam typis anno . . . . edidit Historiam monasterii S. Liberatoris ad Majellæ radices sub nomine D. Francisci Danese.

Plura alia lucubravit hisce titulis: *Di soda politica — Sagra nave Regolare — Gabbia de matti —*

Della

Della penitenza da farsi necessariamente in questa vita — Punti quattro sopra il vivere de Religiosi: Istruzzioni de novizii — Regolo per discernere i peccati mortali da veniali discorrendo sopra i dieci commandamenti, e 7. peccati mortali, e delli commandamenti della Chiesa. Istruzione per far bene la confessione.

Atque latine composuit: *Elogia Monachorum viventium, ac defunctorum Cassinensis cœnobii Alumnorum, nec non & Fratrum commissorum, & oblatorum ab an.* 1636. Ex hisce vero ejus præfationis verbis constat, scripta jam olim eorumdem Monachorum acta a D. Faustino Ruggio Salernitano: *Multis ab hinc annis Pater D. Faustinus a Salerno vir omni laude dignissimus non parum elaboravit in tradendis posteris hujus sacri cœnobii alumnorum viventium gestis. Opus revera non minus doctum quam utile. At nescio quonam casu fuerit deperditum, & quod pejus est, iterum non valet eumdem assumere laborem, cum in agendis monasterii negotiis etiam, atque etiam detineatur. Ne igitur cadat memoria tam curiosa, ac forsitan aliquando necessaria notitia, has ipse otiosus lucubrationes libenter sum aggressus, & si supra vires meas, meumque captum. Verum non tantum de viventibus Monachis erit sermo, verum etiam de defunctis, quos novi ab anno 1636. Reperies quoque monumenta Fratrum Commissorum insuper, & oblatorum in claustro Cassinensi commorantium. De hoc autem non miraberis, nam alius mihi scopus non fuit hæc pauca scribere, quam ad successores memoriam transmittere omnium, qui sub regulari obedientia in hoc sacro Asceterio vixere. O utinam & prædecessores nostri hoc idem fuissent meditati, non utique de gloriosis quorumdam eorum gestis quibus mundo diversis temporibus spectabiles fuere, modo essemus jejuni. Si namque licuit Abbatum elogia intexere, cur non licebit monachorum promere sermones, ac fratrum commissorum, oblatorumque facta pangere? Nonne istorum etiam exempla haud sufficient ad accendendum in nobis ignem divini amoris, sicut illa Prælatorum?* Apposite quidem hæc scribit Cornelius, si quippe majores nostri res in cœnobio Cassinensi diligenter adnotassent, plura suppeterent, quæ pro recto utriusque potestatis regimine maxime juvarent. At forte plura etiam temporis edacitate, bello, terræmotu, aliisque calamitatibus, quæ sæpe monasterio nostro obvenere, deperdita.

Latine quoque Theologiam moralem composuit duobus tomis in folio parvo, eodem idiomate tomos duos in 4. hisce titulis. *Notabiliora circa moralem Theologiam primi Tomi manuscripti: Difficultates quædam super varias doctrinas notatæ in duobus Tomis manuscriptis tractantibus de morali Theologia.* Extant hæ lucubrationes in bibliotheca nostra.

Plurium, qui supersunt doctorum apud nos virorum modestiæ parcimus.

VIRI HOC SÆCULO DIGNITATE Ecclesiastica illustres.

D. Henricus.

D. Henricus Vantuyne a Gandavo in Belgio Monachus cœnobii nostri evasit anno 1659., unusque ex primis monachis fuit, qui in Lithuania ad novum incolendum monasterium Castro Casini concessere ejusdemque cœnobii Decanus, & Procurator in curia Romana, atque in reditu Prior, deinde Abbas Quinquennalis monasterii Mogilnensis est renunciatus, quod Abbati Fiduciario subest; ejusdemque voluntate illi castri Casini fuit adnexum, ut fusius hisce literis D. Johannis Baptistæ a Brixia Abbatis Castri Casini constat.

Nos Joannes Baptista a Brixia divina dispensatione Abbas monasterii castro Cassinensis Ordinis S. Benedicti regularis observantiæ in magno ducatu Lithuaniæ. Cum ex debito muneris nobis, & prædecessoribus nostris a sancta apostolica sede commissi Benedictinam observantiam juxta normam nostræ congregationis Cassinensis in hisce regnis propagandi curaverimus duobus annis, ad instantiam etiam illustrissimi, & reverendissimi Joannis Malachowski supremi Referendarii coronæ, & venerabilis monasterii Mogilnensis Abbatis illam in prædicto cœnobio plantare, fovere, & augere, ut inceptum est fieri per reverendum Patrem Nicolaum a Catana a nobis eo directum ad munus Prioratus obeundum, putamus omnino tam pium opus prosequi debere, tum ut tanti prælati piissima vota suum sortiantur effectum, tum etiam ut prædicto muneri nostro satisfaciamus. Ideoque cum detinuerimus in hoc monasterio prædictum Patrem Nicolaum, ut juxta intentionem sanctæ apostolicæ sedis juventutem in literis instruat, meliorem ipsi successorem in ordine ad prædictum monasterium prudenter, & zelo divinæ gloriæ moderandum desiderare non possumus, quam reverendissimum Patrem Henricum a Gant expresse professum Cassini Montis, & hujus monasterii Priorem. Ideoque juxta authenticam concessionem prædicti illustrissimi, & reverendissimi Referendarii Coronæ authoritate nobis a sancta apostolica sede concessa expedimus prædictum reverendiss. Patrem Henricum a Gant professum Cassini Montis, & hujus monasterii Priorem (ideoq; juxta authenticam concessionem prædicti illustrissimi, & reverendissimi Referendarii Coronæ authoritate nobis a sancta apostolica sede concessa expedimus prædictum reverendissimum Patrem) ad præfatum monasterium Mogilnense, ut ibi munus claustralis Abbatis obire valeat cum ea authoritate in spiritualibus, & temporalibus bonis ad monasterium spectantibus, tum ex antiquis divisionibus, punctis, pactis, stipulationibus &c. inter ipsum Monasterium, & prædictum illustrissimum, & reverendissimum Referendarium Coronæ, & prædecessores ejus illius monasterii administratores, quam jura nostra prescribunt sine ullo penitus præjudicio bonorum, quæ in prædicti illustrissimi possessione existunt juxta eas omnes clausulas, & limitationes, quas ipsemet in præfata scriptura apposuit, in qua inter reliqua habetur eodem modo uniri debere prædictum monasterium Mogilnense cum congregatione castro Cassinensi, quo monasteria civitatis Sublacensis, & Farfæ, & Montis Regalis in Italia unita sunt cum congregatione Cassinensi, ex vi cujus unionis prædicta congregatio jus habet assignandi Abbates claustrales quinquennales prædicti Monasterii, aliosque superiores, qui rem spiritualem, & temporalem ad monasterium spectantem administrent, sine ullo præjudicio bonorum ad dominos administratores talium monasteriorum spectantium. In hac ergo forma prædictum reverendissimum Patrem expedimus, ut ibi per quinquennium dumtaxat munere Abbatis claustralis exequatur

tur cum omnibus privilegiis prærogativis, gratiis, favoribus & cæteris, quæ summorum Pontificum benevolentia huic gradui indulget. In cujus rei fidem hanc scripturam manu nostra, subscribimus, nostroque, quo in similibus utimur, sigillo muniri præcepimus. Datum in monasterio nostro castro Cassinensi die quinta mensis Januarii anno Domini millesimo sexcentesimo septuagesimo quarto. Joannes Baptista a Brixia Abbas Castro Cassini.

Tanta erat Henrici nostri in Lithuania, & Polonia fama, ut senator, & Castellanus Trocensis Joannes Carolus Kopech expensis suis illum ad culta ab hæreticis quædam loca mitteret, quo sacramenta superstitibus Catholicis ministraret; quodque magis est folia a se tantum subscripta Henrico permittebat, ut quæ sibi viderentur ad regem aliosque magnates scriberet, quorum quidem omnium aliorumque infra recensendorum autographa in Archivo nostro asservantur. Cum vero ad Capitulum nostrum generale, atque Abbatem Cassinensem pro quibusdam castri Casini negotiis an. 1670. pergere deberet, hisce eum literis comitari dignatus est Michael rex Poloniæ.

Michael Dei gratia rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ. Samogitiæ, Kiioviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Pollachiæ, Livoniæ, Smolenscia, Severia, Czernichoviaque.

Universis, & singulis principibus ecclesiasticis, & secularibus in quacumque dignitate existentibus, & quomodocumque publico munere, sive Magistratu fungentibus, eorumque locatenentibus, amicis, & vicinis nostris charissimis salutem, & benevolentia nostra testificationem. Subditis vero nostris gratiam nostram regiam. Suscepit iter ad capitulum generale, & Abbatem Cassinensem religiosus Henricus a Gandaro Monachus S. Benedicti congregationis Cassinensis monasterii castro Cassinensis Horodysczen. in magno ducatu Lithuaniæ certorum negotiorum sui monasterii conficiendorum causa. Qui pro commodius, celeriusque iter suum conficere possit, omnibus eum diligenter commendamus, ab eisque pro amicitia, & vicinitatis jure requirimus, ut illum una cum comitatu, rebusque omnibus secure, & libere per ditiones suas quacumque iter faciet, transire, quiescere, commorari, negotiisque sua peragere, ac pariter in regnum nostrum redire sinant. Quidquid autem humanitatis, & favoris nostri causa expertus fuerit id oportunis officiis per nos compensabitur. Subditis vero nostris ne secus fecerint serio mandamus. In cujus rei fidem præsentes manu nostra subscripsimus, & sigillo M. D. L. communiri jussimus. Data Varsaviæ die XX. mensis octobris anno Domini MDCLXX. regni vero nostri II. anno: Michael Rex. Adest sigillum impressum. Valerianus Stanislaus Judicki Archid. Viln. Præposit. Troceu. M. D. L. Nobi.

Jam Italiam repetebat anno 1678. Henricus noster nimio aeris Lithuani rigore pulsus, cum casu per Monasterium S. Michaelis Archangeli Bambergæ transiens, a Monachis postulatus est Abbas, ut hisce literis constat.

REVERENDISSIME, ET ILLUSTRISS. Princeps Domine Domine clementissime.

Quandoquidem videamus nos destitutos pastore, & Patre spirituali, qui nos juxta regulam SSmi patriarchæ nostri Benedicti, quam professi sumus, possit instruere, uti satis animi viribus desideramus, eo magis, quod aperte cognoscamus nos in dies magis ac magis instituto nostro deficere, & sciamus monasterium hoc taliter non posse subsistere nisi cum maximo religionis detrimento, rogamus illius ut veltram celsitudinem dignetur nobis concedere, ut præsentem nostrum hospitem reverendissimum Henricum, quem speramus a deo nobis missum, apud nos detinere, & secundum regulam nostram in pastorem eligere possimus, monasterium hoc ad statum spiritualem reducere, disciplinam monasticam restaurare, quod eo magis speramus, eo quod sit ex ipso fonte Ordinis montis Cassini, & constet eum in Polonia multa pro ordine sacro bona præstitisse, duoque monasteria ibidem in spiritualibus, & disciplinam monasticam jam plantasse, non dubitantes, quin & hoc ipsum apud nos, Deo adjuvante, præstiturus sit, quem omnes unanimi consensu nemine excepto desiderantes sub regula SSmi Patriarchæ nostri vivere præesse nobis optamus. Hanc tamen petitionem nostram humillimam arbitrio sua Celsissima Dominationis submissam volumus. In quorum fidem has propriis manibus subscriptas tradimus, responsumque gratiosum ante discessum prænominati domini hospitis, qui jam jam nobis valedixit, crastina die discessurus expectamus. Data in Monte S. Michaelis die 14. Novembris anno 1678. Illustrissimæ Celsitudinis vestræ submississimi. Adest sigillum P. Æmilianus Duffel ria. P. Beda Schutz. ppa. Sequitur subscriptio aliorum monachorum. Iterum die 16. Decembris 1678. idem postularunt Monachi novis literis in quibus hæc leguntur: *Ad nostram omnium nemine excepto præsentium conventualium supplicationem præfectus sit, insuper nos omnem charitatem, & ædificationem hucusque perspexerimus allecti adeoque, & tracti ejus zelo, & fervore erga disciplinam Monasticam præfatum dominum Præsidem charitatis fraternæ fidelissimum custodem, eo magis filiali amplectimur affectu.* Obstitit tamen postulationi episcopus Bambergensis, qua de causa incompertum. Illud constat scriptam pro Henrici jure hanc epistolam ad Innocentium XI. a Serenissimo Ferdinando Maria Bavariæ Duce.

Beatissime in Christo Pater &c. Quot quantisque gravaminibus, ac difficultatibus involvatur ab episcopo Bambergensi Henricus de Thujine monasterii Casinensis professus, cœnobii vero imperialis S. Michaelis extra Bambergam, uti proponitur, rite postulatus Abbas, ipse quidem sanctitati Vestræ plenius qua par est reverentia exprimet, & supremam Vestræ Sanctitatis authoritatem implorabit, attamen quia, & me in sui partes rogare illi visum est, quam a me petiit protectionem pro bono religionis eo magis obtinuit, cum notissimum sit, dictum monasterium S. Michaelis ab Imperatore Henrico S. Duce Bavariæ quondam prædecessore meo, & conjuge ejus S. Cunegunda fundatum esse, proindeque illum Sanctitati Vestræ hisce humillime, & vehementer commendatum cupio. Novi Sanctitatem Vestram oppresso-

oppressorum sublevamini ex se propensam ; nullus igitur ambigens, quin eadem antedicti Abbatis ac monasterii precibus favorabiliter annuendo illos a violentia, & attentatis episcopi Bambergensis ex justitia, & aequitate sit liberaturu, certam velim S. V. id & mihi foro gratissimum ; quibus meam ei filialem devotionem, & obsequium contestor ; & , repetito pedum osculo , felicitatum incrementa devoveo : Monachii die 25. mensis Ianuarii 1679. Summo Pontifici &c. Imo eadem de causa ad Cardinalem Pium protectorem Germaniæ , & Pompejum Scarlati Procuratorem suum in curia Romana pluries scripsit. Hac spe fretus Romam adierat Henricus, jamque jus sibi quæsitum vendicaverat , cum mortuo apoplexia die 26. Maji 1679. Serenissimo Duce Ferdinando Maria , Bambergam repetere haud sibi utile futurum existimavit infenso Principe episcopo. Quare quibusdam mensibus in celebri monasterio Campidonensi versatus hoc pietatis suæ testimonium ab ejus loci Abbate , & Principe obtinuit.

Rupertus Dei gratia S. R. J. Princeps , D. ecclesia Campidonensis Abbas , Augustissima Imperatricis Archimareschallus singulis hasce litteras visuris , & inspecturis salutem.

Discessurus istinc præsentium exhibitor admodum reverendus religiosus P. Henricus de Thuine Gandavensis Ord. S. P. N. Benedicti in Monte Casino professus antehac monasterii Mogilnensis in Polonia Abbas , & nuper monasterii S. Michaelis Bamberga ibidem postulatus Abbas , hactenus vero per semestre ad petitionem Serenissima domina regina Polonia in principali residentia nostra commoratus , & modo propter certa negotia familia sua in Flandriam revocatus , religiose a nobis petiit quatenus reccommendatiis nostris comitari dignaremur. Quapropter cum nos prefati D. Henrici morum probitatem , integritatem vita , caterasque preclaras animi dotes , quibus præpollet , & prefata ipsius præsentia optime perspectas habeamus , dignum illum omnino censemus , quem multa animi propensione ulterius prosequentes , quocumque locorum , & ad quoscumque prosequentes , quocumque locorum , & ad quoscumque pervenerit officiose , & respective gratiose commendemus , prout hisce ipsum omnium benevolentia , & benignitati de meliori recommendamus. Campidona 24. Maji 1680. Rupertus.

Inde ad celebre atque disciplinæ monasticæ observantissimum Affligeniense Monasterium concessit, ubi ad duos, & amplius annos pie vixit , ut testatur ejus Monasterii Præpositus hisce literis.

Nos Rupertus Bejidacls Præpositus Monasterii Affligeniensis a Sede apostolica immediate pendentis in Ducatu Brabantia. Notum testatumque facimus omnibus , quorum interest , & præsertim Reverendissimis Patribus Congregationis Casinensis R. Adm. D. Henricum Van Thijne natione Gandavensem monasterii Casinensis expresse Professum &c. in supradicta nostra Abbatia per biennium , & ultra commoratum , nunquam non religiosa vita specimen dedisse, Ita ut aperte cognoverimus non aliunde illum , quam ab ipso fonte Ordinis Monte Casino , vitæ normam ac monastica disciplina primordia suscepisse. Quare uti nobis semper gratissimus fuit , ita hac eidem ad Monasterium professionis sua reverti cupienti libentissime , jureque merito manu propria subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus anno domini M D C L X X X I I I. die 8. Mensis Maji: Fr. Rupertus Bejidacls Præpositus Affligeniensis: Adest sigillum impressum. Anno tandem 1683. ad monasterium Cassinense rediit , ubi annos natus 74. circiter die 19. Decembris 1708. piè obiit. Callebat optimè linguas Italam , Belgicam , Gallicam , Theutonicam , Polonam , & Latinam , atque lubenter peregrinantium confessiones excipiebat . Statura procera , hilari pulchroque aspectu , ac suavissimis moribus præditus erat.

Domnus Petrus Maria Januensis ex nobilissima Justinianorum familia religiosas vestes induit die 22. Martii anno 1705. a Benedicto XIII. pontifice optimo maximo feliciter regnante episcopus Sagonensis in Corsica creatus , consecratusque est anno 1726. Hujus in præfatione meminimus , ac etiam occasione Romanæ Synodi , cui uti Procurator Abbatis Archangeli Brancacii primo , dein post ejus obitum , Cassinensis monasterii interfuit.

D. Jacobus Perez Naverretta Marchionis Tertiæ Hispaniæ Magnatis germanus frater inter Cassinenses alumnos adscriptus est die 11. Augusti anno 1665. deinde Abbas electus plura diversis temporibus rexit monasteria , inter quæ celeberrimum Sanctissimæ Trinitatis Cavæ , ac illud S. Laurentii Aversæ , ubi sacramentis munitus decessit die 16. Augusti 1717. D. Archangelus Ragosa Cajetanus cum Abbas fuisset, monasteria S. Scholasticæ Sublaci , SS. Trinitatis Cavæ , S. Michaelis Archangeli Cajetæ , ac alia separatim gubernavit , at frequenti correptus apoplexia dignitate se abdicavit , ac Casini receptis Sacramentis mortuus est die 19. Junii , anno 1713.

D. Stephanus de Stephano Neapolitanus nunc monasterii S. Mariæ Miraculorum Andriæ Abbas monasticam vitam amplexus est die 22. Februarii anno 1684.

D. Maximus Albritius Neapolitanus sex modo annis monasterii Cavensis Abbas , cœnobii nostri monachus evasit die 25. Novembris anno 1686.

Dominicus Maria Cedronius a S. Germano filius Benedicti Marchionis Roccæ Evandri , & Victoriæ Burboniæ de monte Ordinem Prædicatorum in conventu S. Dominici Majoris Neapoli professus est , in quo præter Magistri S. Theologiæ lauream , Prior ejusdem Conventus evasit , deinde Provincialis provinciæ Neapolitanæ , ac demum an. 1720. die 20. Martii episcopus Bituntinus,quam ecclesiam , duobus annis , totidemque mensibus sanctè rexit , atque summo omnium mœrore obiit . . . . . . 1722. annos natus 53.

Percelebris S. Vincentii Abbatia Cassinensibus concessa. Conventus erecti , atque sodalitates in diœcesi Cassinensi institutæ.

Cœnobii S. Vincentii ad fontes Vulturni

Cum S. Vincentii celebre Vulturnense monasterium Cassinatibus unitum , subjectumque hoc sæculo fuerit, hic aliqua de eo prælibasse, neque injucundum , neque inutile prorsus erit pro usurpata a nobis hactenus methodo. Illud itaque an. circiter 703. nobilissimi, ditissimique Beneventani cives Sanctus Paldo , & germani fratres, atque Paldonis patrueles S. Tato , & Taso construxere , constituto ibi primo Abbate Paldone, cui successit Taso, ac demum Tato. Eorum vitam scripsit S. Ambrosius Authpertus septimus

Vul-

Vulturnensis Abbas an. 778. mortuus, quæ in chronico ejusdem cœnobii extat, & Sæc. 3. Par. I. Act. SS. Ordinis S. Benedicti p. 423. & seqq. Mabillonii, & apud Ughell. Ital. Sac. To. VI. col. 369. & seqq., Paulus Diaconus, coævus author, lib. 3. de Gest. Langob. cap. 40. hæc de iis Sanctis habet: *Monasterium vero B. Vincentii martyris, quod juxta Vulturnis fluminis fontem situm est, & nunc magna congregatione refulget, a tribus nobilibus Fratribus, hoc est Tato, Taso, & Paldo jam tunc edificatum, sicut viri eruditissimi Autberti ejusdem monasterii Abbatis in volumine quod de hac re composuit, scripta significans &c.* Et Leo Ostien. lib. I. Chron. Cass. cap. 4. *Quem videlicet tres quidam nobiles viri Beneventani Paldo, & Taso, atque Tato germani Fratres, qui ante quindecim circiter annos monasterium S. Martyris Christi Vincentii, juxta ortum Vulturni fluminis de propriis sumptibus construere cœperant, cum essent potentes, ac divites, in ipso opere tam per semetipsos, quam per suos usque ad restaurationem loci hujus plerimum adjuverunt &c.* Vid. Mabillonius Annal. To. II. p. 56. 57. 81. & 110.

Percrebescente hujus cœnobii sanctitatis fama, Carolus Magnus Imperator, quo certius aliquid resciret, Apocrysarium suum illic misit, ut hisce verbis testatur Joannes Diaconus lib. I. Chron. S. Vincentii ad fontes Vulturni apud Cl. vir. Ludovicum Antonium Muratorium To. I. Par. 2. Rer. Italicar. scriptorum fol. 348., & Du-chesne Tom. 3. Histor. Francorum Scriptor. p. 672. *In tantum autem omnipotens Deus illos magnificavit, ut undique fama illorum sanctitatis excrescens perveniret ad aures piissimi Imperatoris Caroli, scilicet qualiter patriam, parentes, & mundi gloriam relinquentes, locum hunc pro Dei omnipotentis amore petierunt, & quomodo pro multarum salute animarum hoc cœnobium ædificare cœperunt. Sed Imperator scire certius cupiens, utrum hæc illorum fama vera esset, ut pote qui bellorum triumphis gloriosus, & divina religionis exequutor ferventissimus, Christi quoque servis his temporibus amicissimus erat adjutor, Apocrysarium suum sibi admodum charissimum illuc dirigere curavit, quem cuncta sagacitor præscrutari præcepit, & sibi ocius veritatem assertionis deferre. Veniens autem præfatus Apocrysarius in Monasterio, a suis Patribus cum omni solatio humanitatis studiose susceptus est. Dicensque se tantum gratia orationis venisse, se, suique adventus causam Dei servis omnino celabat. Per continuos ergo septem dies cum eis in monasterio demoratus diligenti studio diu, noctuque illorum conversationem contemplabatur, admirans, eos quotidie usque ad vesperum jejunantes nihilque in alimento quotidiani victus præter panem, & legumina, & parum aquæ sumentes,* (nota.) *multos quoque ex eis biduanas, & triduanas agentes, ac toto diei spatio operi manuum insistentes, noctes vero in vigiliis, & orationibus perpetes agentes, & Deo in orationibus centies genua flectentes. Si vero parum obsonii jure naturæ solvere cogerentur humi quiescentes, ciliciis tantum pro indumento utentes. Hæc omnia cum videret prædictus Apocrysarius, nimis illorum conversationem admiratus, tandem illorum pedibus prostratus, & multum se omnium commendans orationibus, gaudens, & exultans ad Dominum suum Augustum reversus est. Quem, ut vidit Imperator, gaudio gestiens magno, diligenter eum sciscitatus est, an vera essent, quæ de Dei servis ad se fama detulerat. Cui ille. Noverit Domine meus vestra certissime imperialis sublimitas non solum, quæ vobis olim delata sunt in Dei servis, sed Monasterio altiora religionis exercitia eminere. Nec unquam meminisse scias, vel in Francorum provinciis, vel Italici regni ambitu clariores hujus Ordinis reperiri posse viros. Cumque omnia hæc piissimus Imperator audisset, omnipotenti Domino gratias referens, pios omnes exhortari cœpit, ut pro Dei amore, & Dei martyris Vincentii obsequii devotione Christi famulos visitare, & locum hunc conspicere deberent, quod factum est &c.* Atque deinde per semet Imperator cœnobium illud invisit eodem Joanne teste hisce verbis: *Quibus recedentibus* (scilicet Monachis) *cœpit Imperator illorum nimis laudabilem attollere conversationem, aspiciens habitus, gloriæ secularis contemptum, ciborum parsimoniam, & divinis laudibus jugem perseverantiam & iterum de solio suo erigens se. Asserebat enim se, neque in Francorum provinciam, neque in aliis terrarum partibus constitutis monasteriis aut audisse, aut vidisse tunc temporis tanta religionis viros. Idcirco se obnixe petere, ut ab ipsius imperiali munificentia aliquid accipere dignarentur pro sua, suorumque incolumitate, pro regni stabilitate, & futuræ vitæ mercedis augmento. Idipsum autem universi Comites cum Magnatibus, Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Marchionibus, & universis illorum vestigiis prostrati, ajebant Principibus, & inquit Imperator:* Justum est, ut a nostra Excellentia tam religiosi, & probabilis vitæ Patres ditiora, & ampliora dona accipiant, & locus iste ab Imperiali potentia sublimetur, quatenus nos, & nostri hæredes cunctique nostri fideles, suffragante beatissimo levita, & martyre Vincentio, & intercedentibus istis præsentibus atque futuris Dei servis mereamur accipere a piissimo domino veniam, & indulgentiam omnium peccatorum nostrorum. *Tantis precibus sancti Dei famuli compulsi, non tam suæ commoditati, quam futuræ aliorum necessitati consulentes, hoc sibi solum sufficere tunc posse dixerunt, si ea, quæ jam sibi ab aliquibus fidelibus collata, vel clarissimi Ducis Gisulfi, vel aliorum Ducum præceptis erant firmata, sua etiam Imperiali dextera fierent roborata, atque sub ipsius tuitionis munburdum omni tempore pacata, & quieta valerent persistere. Tunc Clementissimus Imperator horum petitionibus libentissime annuit, & convocato ad se Archicancellario suo præcepit imperiale scribi præceptum secundum quod Dei famuli voluissent. Et hoc est præceptum, quod ab imperiali manu acceperunt &c.* Refert deinde Joannes privilegium a Carolo Magno cœnobio suo concessum.

Abbas hujus cœnobii fuit memoratus Ambrosius Authpertus an. 777., ad annum menses duos, & vigintiquinque dies, qui & præceptor Caroli M., antequam Monachus evasisset, fuit, cujus vitam hic idem Joannes, Chronici Vulturnensis author, scripsit, editaque est apud Muratorium fol. 359., & seqq., & Du-chesne p. 675., & seqq., & Mabillonium Sæc. III. Par. II. p. 259. & seqq. Plura Ambrosius elucubravit, quæ enumerat Joannes, & Mabillonius, Labbe de Scriptoribus Ecclesiasticis To. I. p. 43., Casimirus Oudin in supplement.

dc

de sceiptoribus Ecclesiasticis pmæ editionis Parisien. an. 1686. p. 102., & seqq., aliique. Quædam tamen homiliæ sub ejus nomine sunt Authperti Abbatis Cassinen., ut suo loco diximus. Ejus commentaeius in Apocalypsim, doctrina, ac pietate eefertissimus, editus est Coloniæ an. 1536., atque an. 1677. iu Tom. IX. Biblioth. Patrum a p. 403. ad 639.

Initio Libri VIII. Operibus se dumtaxat Sac. Scripturæ, & SS. Patrum usueum fatetur hisce veebis: *Nihil mihi Plato, nihil Cicero, nihil Homerus, nihil Virgilius, nihil Donatus, nihil Pompejus, nihil Servius, nihil Sergius, nihil Priscianus contulit, sed si quid fortasse habere videor, hoc de horreo dominicæ prædicationis a Christo accepisse me fateor, non quò mihi & eorum scientia fuerit denegata, sed quo plus delectatus sim verbis humillimi piscatoris, quam superbissimi oratoris, plus divinis intenderim, quam humanis eloquiis &c.* atque clarius initio libri IX. asserit, se verbi divini prædicationi, etiam quod ad laicos, opeeam dedisse. Atque in fine libri X. sceibit, optaveeimus, in mente sempee nostra, alioeumque monachorum obveesaeeutur: *Nihil inquam prodest bene docere, & male vivere. O quam multi recta, & vera docuerunt, & tamen secundum ea, quæ docuerunt, noluerunt vivere. Sed obsecro mi domine doctor Angelorum, & hominum, ne in talium numero computes eum, qui emendatiorem vitam cum salubri doctrina arripere quærit. Et quia hoc ipsum, nisi a te acceperit, facere non potest: qui tribuisti scientiæ donum, quæso, ut tribuas etiam voluntatem; studium, atque virtutem operandi bonum, quod si voluntas, studium, virtusque operandi bonum non prosequitur scientiæ donum, satis mihi est Domine stultum, hebetemque esse, neque enim ideo patriam, parentesque reliqui, ut mihi scientiæ dona largireris, sed ut perfectione virtutum ad vitam æternam perduceres. Nolo certe hanc commutationem, quod si utraque non mereor, doctrinam scilicet, atque operationem, aufer quæso doctrinam, tantum ut tribuas operationem virtutum. Quid enim mihi prodest aliis iter perfectum ostendere, & me imperfecte ambulare? &c.* In expositionis suæ coronide scribit, appellatum se Ambrosium Authpertum natione Gallum, atque in cœnobio S. Vincentii provinciæ Samnitium faceis se studiis dedisse, evasisseque peesbyterum, & tempore Pauli Romani Pontificis, Desiderii Langobardorum regis, atque Arichis Ducis Samnii Commeutarium suum, quem parvulorum speculum appellat concinnasse. Illum Stephano III., Pauli successoei, nuncupavit, atque in epistola hæc præ cœteris adnotanda. *Insulgente gratia Redemptoris nostri, qua nullis præcedentibus meritis, cœlestibus indigne perfruimur donis, nuper in Apocalypsim Joannis decem edidi libros, & quamquam sufficeret mihi, quia sanctarum scripturarum testimoniis vera fidei congruentibus roborati erant, quia præcedentium tractatorum sensu vigebant, humilitati tamen meæ prospiciens, peto, ut vestro etiam decreto profuturi firmi maneans, quod videlicet nullum, præter me, alium tractatorem fecisse reperio. Sed non ideo libertas succubuit, quia humilitas semetipsam libere prostravit. In quibus profecto libris nec ipsi, qui obtrectatores mei esse videbantur, aliquid se invenisse, quod recta fidei adversaretur, coram vobis testati sunt. Quod certissime vellent, si (quod absit) ullo modo possent, qui utique voluerunt, ne ultra in hoc opere desudarem. Deo autem gratias, quia ut discipulum crucis, ac magistrum verisatis decuit, nulli horum in hac parte beatitudo vestra consensit. Non enim illorum vesania assensum præbuisti, sed potius ut id agerem, divinis credo nutibus incitatus, admonere studuisti, sic namque illis furentibus mihi dixisti: labora sicut cœpisti &c.* Ex illis Authperti verbis, *ut vestro etiam decreto profuturi firmi maneant &c.* deducimus primum fuisse, qui a Romano Pontifice deceetum, quo ejus libei confirmarentur, expeticrit, ut adnotatum a Mabillonio in vita hujus Sancti. V. idem Mabillonius To. 2. Annal. p. 236. nu. 71. & 249. nu. 93.

Advertit etiam Mabillonius p. 261. nu. 52. eodem Autperti tempore floeuisse in cœnobio Vulturnensi Magnum, Monachum pium, ac doctum, ut legitur in actis S. Walfeidi Abbatis Palatioli sec. 3. Par. 2. p. 196., ubi num. 5. author S. Viei discipulus hæc de Magno scribit: *Factus est prædictus Walfridus Abbas habens secum sanctam regulam, seu & Magnum peregrinum Monachum ex monasterio S. Vincentii doctum, & miræ conversationis virum, qui ei, & fratribus disciplinæ magnum præbuit exemplum.*

Narrat deinde Joannes Chronici lib. 2. pag. 369. apud Muratorium, & pag. 680. & seqq. apud Du-chesne, constructam ab Abbate Josue, magnæ sanctitatis viro, atque cognato Imperatoris Ludovici Pii, novam S. Vincentii ecclesiam, quam Paschalis primus magna episcoporum, Cardinalium, & populi frequentia solemni ritu conseceaverit, tum subdit apud Mueatorium pag. 372. & apud Du-chesne p. 685. *Pater autem egregius Josue, post ædificationem sui monasterii, Sanctæ Congregationis, velut optimus pastor, sedule invigilabat, & in animabus colligendis, ac salvandis tam perfectissimus erat, ut divina se protegente gratia tam præclara Congregationis numero, quam præcipue religionis cultu maximis etiam tunc Italiæ monasteriis excellentior haberetur. Ferebatur quoque ubique fama sanctitatis illorum, adeo ut Francorum provinciis plurimi patriam, & parentes, opesque relinquentes eorum se subderent magisterio, etiam ex aula regia illorum religionem sequi cupientes. Confluebant præterea ex cunctis Italiæ finibus nobiles quoque Duces, Principes, & comites, ac potentes, beatos se fore æstimantes, si aliquid Deo in eodem monasterio pro suæ mercedis emolumento ex suis facultatibus, & possessionibus afferre potuissent. &c.* Veeum magnis divitiis allecti, Saraceui, ductu crudelissimi coeum regis Saudan, cœnobium proesus vastarunt, inteeemptis non gentis Monachis, eodem Joanne, qui tempore Paschalis II. vivebat, teste lib. 3. p. 692. & seqq. apud Duchesne pag. 401. apud Mueatorium, & Ughellio Tom. cit. col. 378., & seqq. atq. Mabillonio To. II. par. I. Sec. III. p. 433. & seqq. Tum subdit Joannes p. 697 [a] *Moris tunc erat Monachorum utriusque cœnobii beatissimi Vincentii, & SS. Benedicti, charitatis gratia, se invicem sedulo visitare. Cum igitur die quadam ad prædictum cœnobium fratres quidam monasterii Cassinensis de more adiissent, & de suo ad invicem ordine loquerentur, repente illuc Saugdan sævis-*

nota.

[a] Apud Duchesne & apud Muratorium pag. 404.

sævissimus cum suis satellitibus supervenit; cujus monachi rumore comperto qui advenerant ad castellum ipsius monasteris proximum maturato cursu, nimis licet pavidi, incolumes tamen aufugerunt. Quod ubi a Dei servis auditum est in monasterio, illico omnem ecclesiæ thesaurum absconderunt, ipsi vero non timore territi, sed constantes, atque intrepidi invicem se cohortantes paucis tantum relictis senioribus, ætate, & vita venerabilibus ad ecclesiæ munimina, reliqui omnes cum subjectis sibi famulis obviam procedunt venientibus ethnicis. In locum igitur juxta pontem, qui marmoreus dicitur, pariter convenerunt, captantes iter, quo ad Monasterium pervenirent.

Illis ergo ex una parte, & istis ex altera consistentibus validior pugna inter utrosque cepit, dum adversi hostes invalidi redderentur: etenim non erat illis leve transitum habere per istos, lapidibus quippe, vel quibuslibet armis, ad manus inventis, pellebant procul tyrannos. &c.

Quid diu moror referre crimina dira? plebeja manus, quæ gessit fronte iniqua? Quidam enim ex servis sacri monasterii videntes, se immenso certamine fatigari, & quia Divina gratia protegente nulla dabatur hostibus facultas transeundi, magisque tyrannorum acies acrius prosternebatur, dominos suos deserentes, clam se subduxerunt, illisque in acie derelictis, Saracenorum regem adierunt, & libertatem cum vita ab eo postulantes majoris lucri, victoriæque potioris eventum se ferre posse dixerunt. Mox ille gavisus servorum animos donis aureis, & morsiferis suasionibus oblectans incitat explere promissa. Sponsione ergo accepta, & inito fœdore, mali malorum duces effecti, Dominis illorum nescientibus, verso itinere pars maxima pugnatorum subito ex adverso super Sacrum monasterium irruerunt, quod undique circumdantes ignibus combusserunt, sanctos etiam seniores, quos itidem invenerunt, gladiis necaverunt. Extat igitur Sanctorum sanguis Monachorum, pro Christo effusus, evidentia indicia hodieque demonstrans illisis, vel aspersis ejusdem ecclesiæ parietum, ac pavimentorum saxis, ac lapidibus. Nec mora. Post hæc flammarum globis alia astrorum sydera rutilantibus, qui bello affusi prolixo diei spatio legitimo certamine desudaverant, ut conspexerunt, agnoscunt se proditos fore, moxque istorum acie hinc redeuntium a tergo operiunt, quibus versa facie dum resistere vellent, inter medias acies fuerunt simul admixti, gravisque contra istos pugna jactura decurrit. At ubi conciso grudu illis insequentibus, & istis contraire nitentibus telluris locum aliquanto spatio planitiem obtendunt, quam ex detruncatis ibi corporibus hactenus incolæ vocant, omnium tela contra ipsos vertuntur, & concurrentibus cunctis jam fessis artubus non amplius resistere possunt; ruunt inter carnificum ictus, & quamvis ex eis ethnici plurimi sint prostrati tamen ex istis pauci superstites remanserunt, sed melius multis fuit occisis gladio, quam in captivitate ductis. Denique peracta cede cum in unum convenissent, servorum indicio fodientes hinc, atque illinc universum ecclesiæ thesaurum repererunt, quem illorum pavore servi Dei jam pridem absconderant, & illud sibi in prædam dividentes, cuncta vastaverunt, plurima fregerunt, frumenta, & legumina in fluvium, qui secus effluit, disperserunt, & cum jam post laborem, & triumphum exultantes discumberent, bibebat ille nefandissimus Saugdan in sacris calicibus, & cum thuribulis aureis sibi thurificari jubebat. Facta est hæc cedes beatorum pro christo Monachorum decimo die mensis Octobris, feria tertia, qua secunda lux lucina rotum ducebat. Ab ædificatione vero ipsius Monasterii jam ruerat annus centesimus sexagesimus quintus &c. Omnibus ergo consumptis prædictos aliquantos Fratres, qui remanserant, vinculorum nexibus adstrictos nudos totius corporis indumentis ad sui itineris sub custodia, prævenire loca fecerunt. Oh quam crudele spectaculum dies illa præstiterat istis: cum extremo agmine inter confertissimos milites obvium quemque detruncat, cum nobilis sellus felici cruore resudat, quos uno in loco sic constat esse necatos, nempe non dissimiles fuere ab illa beata Thebæorum legione, cum pro testamento dei, & institutis sanctæ legis divina gratia sorte illis annumerati, in supernis additi sunt; Quorum sacra turba monachorum, ut in veteribus libris invenimus, & sæpe a nostris audivimus senioribus, nongentorum extitit numerus Deo devotorum, quos nimirum ex diversis sibi subjectis monasteriis, vel cellis in eodem loco congregatos fuisse non ambigimus. Sed quoniam rursus in aliquibus libris scriptum reperi quingentorum tantum fuisse numerum decollatorum, illis solum, & numerum committimus, & nomina, qui illis dedit cum triumpho martyrii capere victoriam. Horum beatorum corpora post a quibusdam collecta, aliisque conjuncta, qui in eadem ecclesia occubuerant, dignissime ibidem recondita venerantur. Simul quoque cum eis passus venerandus Abbas recubat Majo &c. Prope finem vitæ horum sanctorum habet Joannes: Hoc tamen prætereundum non æstimo, quod nostris diebus factum recens memoria intulit. Cum enim locus ille in quo beatorum corpora Monachorum in ecclesia B. Petri posita fuerant, frequenter venerarentur a multis, maxime, quia divina ibi semper micuerint luminaria, essetque patulus ibidem introeundi aditus. Siquidem per totius ecclesiæ corpus magni ædificii camera ita constructa habebatur, ut horum infra ejusdem cameræ spatio corporibus repositis, desuper vero multorum Abbatum, ac utrinsque pia devotionis exhiberentur officia, quidam insipienses rustici de vicinis castellis cujusdam defunctæ fœminæ ibidem corpus intulerunt, atque ex tunc ita loci ipsius aditus clauditur, ut ulterius, vel quo ipsi introire, vel alios inferre possent, minime reperirent, multis enim post locum requirentibus, & ob hoc adhibitis fossoribus, casso labore, frustrati sunt, cum enim prolixo diei spatio in hoc anxie perdurarent necessario refectionis hora recedentes, cum rursus ad opus redirent omnem terræ molem, quam procul ejecerant validius congestam invenerunt: Reversi quæ invenerant retulerunt, atque ex tunc fodere desierunt. Horum itaque beatorum memoriam Monachorum nobis recolendam Patrum tradiderunt documenta antiquorum. Benedictus Deus in sæcula sæculorum. Amen. Destructionis cœnobii S. Vincentii meminit Baronius ad annum 882. hisce verbis: *Hoc eodem anno incensum a Sarracenis fuisse insigne monasterium S. Vincentii ad fontes Vulturni, atque nongentos Monachos ab eisdem decollatos scribit Joannes Monachus ejusdem monasterii, qui vixit tempore Paschalis Papæ secundi, deque his pluribus agit.* Mabillonius Annal. To. III. p. 235. ad an. 881. habet:

bet: *Quos nongentos tum fuisse tradunt partim e cellis monasterii congregatos, ex quibus tantum quingentis cœsi videntur, &c.* Et Ciarlante p. 229. *Restarono de Monaci solo cinquecento uccisi, e quattrocento presi, che poi furono portati cattivi &c.* Ughellius T. VI. Ital. Sacræ in descriptione episcoporum Æserniæ plura de eodem cœnobio refert a Joannis Chronico depromta. Tum col. 369. scribit: *Floruit Abbatia hac sanctitate, divitiis, privilegiis speciosissimis, a Regibus, Imperatoribus, Pontificibus, principibusque Viris liberaliter eidem elargitis, ubi aliquando quingenti Monachi a Carolo M. Imperatore sunt recensiti &c.* Atque Ciarlante in Memor. Histor. Samnii p. 206. descripto Caroli M. in hoc cœnobium adventu, subdit: *Del che egli,* (cioè Carlo Magno) *con tutti di sua compagnia restò di modo edificato, & ammirato vedendo, che quella santa moltitudine, la quale per ispazio di anni 70. in circa, era cresciuta in numero di cinquecento, fosse tutta dedita alla vera osservanza, & all' acquisto delle virtù per arrivare al desiato porto della perfezione. Doppo aver bene contemplato il tutto, fece al Monasterio larghissimi doni, e li fe un' ampiissimo privilegio, nel quale li conferma tutti i beni, che possedeva, e fra l' altre cose vi asserisce, che vi trovò Monaci in numero di cinquecento, come si ha in detto privilegio spedito alli 20. d' Aprile dell' anno 775. Indizione 13. Registrato nella Cronica di esso monasterio.* At vero privilegium Caroli M. in quo quingentorum monachorum fit mentio, spurium censetur ab eruditis; lege censuram Eruditiss. Muratorii ad præfatum diploma fol. 361. Quod si eo Imperatore quingenti ibi erant Monachi, nil mirum nongentos a Saracenis mactatos, cum, Joanne teste, conterminorum etiam cœnobiorum Monachi illuc, ut pote tutum asylum eo tempore confugerint. Haud tamen potuere, ut tentaverant, Saraceni monasterium etiam S. Martini in monte Marsico Vulturnensi subiectum evertere, eodem Joanne teste hisce verbis. *Ea tempestate multitudo Saracenorum in Gariliano juxta Trajectum habitantes, Christianorum, & præcipue Capuanorum maximas strages dederunt. Tunc etiam monasterium Confessoris Christi Martini in Marsice monte adeuntes delere nitebantur, quorum metu exterriti ibidem habitantes Monachi ad ejusdem confessoris præsidia se contulerunt. Nec mora, divina miseratio adfuit deprecationibus, illis quippe montem ascendentibus adstitit quidam venerandi habitus, qui se Abbatem esse dicebat, cum multitudine Monachorum, quos omnes præparatos equos ascendere jubet, & se comitari. Mox ipse præcedens, & splendifica crucis signa sua dextera ferens, Saracenorum cuneos irrupit, multosque ex eis fortuita cæde prostravit, plurimos vulneravit, aliquos cæcitate percussit, omnes porro perniciter in fugam coegit. Mons ipse densis tenebris pressus, concussa tellus videbatur absorbere cruentos: ex tunc Saracenorum exercitus ita attritus, & afflictus extitit, ut non solum bellum Christianis inferre non valeret, sed semper fugam agentes mortis discrimini subiacerent &c.*

Majo fratris Majonis Abbatis filius cum aliquibus, qui diras Saracenorum manus evaserunt, monachis, Capuam confugit ab Athenulpho Capuæ, & Beneventi Principe, atque Landulpho benigne exceptis, ibique monasterium sub nomine S. Vincentii construxit, donec instaurato post triginta tres annos Vulturnensi, illuc Monachi rediere teste Joanne hisce verbis apud Ughellium loc. cit., & Muratorium fol. 418. *Raimbaldus Abbas S. Vincentii sedit annis viginti sex. Iste Divina favente misericordia, ecclesiam, quam Godelpertus Abbas cœperat, perfecit, & coloribus decoravit. Ante portam quoque monasterii ecclesiam ædificavit in honorem S. Dei genitricis, & virginis Mariæ, & perfectis monasterii ædificiis, multisque substantiis acquisitis, deficiente persecutione impiorum, multis secum adunatis fratribus, quæ olim sorduerant, cœperunt florere micantia, & quoniam his temporibus pene omnis hæc regio vacabat habitatoribus, rarusque viator, aut agricola videbatur, prudenti consilio, ut posset iterum dissipatas Monasterii colligere hæreditates, de Valvensi Comitatu homines perducere studuit, qui & ipsi ex famulis S. Vincentii erant, & constituit illos habitare, laborare, & colere terram hujus monasterii, quæ vocabatur in actu Venafrano &c. Requievit prædictus jam Rambaldus venerabilis Abbas 10. Id. Junii anno Dominicæ incarnat. 944. Indict. 2.* Vid. Mabillonius Tom. 3. Annalium p. 347. Florere deinceps iterum cœpit hæc Abbatia sanctitate, doctrina, jurisdictione ecclesiastica, ac temporali, atque divitiis, ut idem Joannes refert, & Mabillonius Tomo 3., & 4. Annalium, amplissimisque privilegiis ditata est Romanorum Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum, quæ leguntur apud Baronium an. 892., 941., 942.. 944., 950. &c. Du-chesnium loc. cit., Ughellium col. 390. & seqq. & Muratorium a fol. 408. usq; ad 521.

Plures Sac. Cassinensis cœnobii Monachi in eo cœnobio Abbates instituti. Primus, quod sciamus, fuit Amicus, cujus meminit Petrus Diaconus ejus coævus Lib. 4. Chronici Cassinensis cap. 42. qui cap. 55. subdit: *Sequenti anno mense madio jamdictus Papa Paschalis Romam egrediens venit ad hoc monasterium, nostrumque Abbatem secum ducens Synodum celebraturus Trojam perrexit, indeque regrediens ecclesiam S. Vincentii, quam Girardus hujus cœnobii Monachus juxta ortum Vulturni fluminis a fundamentis construxerat, solempniter dedicavit, in qua etiam noster Abbas duo pallia optulit &c.* Hujus rei meminit etiam Falco Beneventanus in Chronico ad ann. 1115., & Baronius ibidem. Et Anonymus apud Muratorium pag. 517.

Anno Dominicæ incarnationis millesimo centesimo quinto decimo. Venerandæ memoriæ domnus Paschalis Papa secundus hanc ecclesiam consecravit, ad honorem summi Dei, & vocabulo ejus pretiosi martyris Vincentii, in qua honorifice suis manibus ipsius beatissimi Vincentii martyris. & aliorum sanctorum fere quinquaginta sacras reliquias collocavit. Quo die cum eodem beatissimo Papa affuerunt Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates ducenti viginti, quorum consilio pro honore prædictorum Sanctorum statuit, ut quicumque per quadraginta dies ad ipsius dedicationis solemnia devote advenisset centum trium annorum remedio veniam suorum acciperet peccatorum. Futuris quoque temporibus per singulos annos advenientibus quadraginta dierum indulgentiam concessit. Cui S. ecclesiæ perpetuam pacem habere donavit, & suo decreto, cunctorumque præsentium Cardinalium, & Episcoporum firmavit, ut in-

fra-

fra terminos constitutos ab ipsis, idest usque ad pontem, qui dicitur marmoreus, & usq; ad pontem qui dicitur Cisterna, & usque ad rivum, qui dicitur causa, & usque ad ipsum fluvium Vulturnum, loco ubi dicitur Castanea quicumque prædam de rebus ipsius monasterii facere præsumpsisset, seu hominem comprehenderet, amicum, sive inimicum, dei, & omnium sanctorum sua, & episcoporum sententia se maledictum, & excommunicatum esse sciret usque ad dignam emendationem, & satisfactionem.

Abbates etiam Vulturnenses è nostris fuere Petrus, Joannes a S. Liberatore, Oderisius ab Aversa, Nicolaus de Fractura, & Gregorius de Musellero, de quibus suo loco actum. Nicolaus Synodum habuit, quam hic ex Codice bibliothecæ nostræ signato num. 159. dabimus, quo ejus temporis ecclesiastica disciplina liqueat.

Die vicesimo quarta mensis Septembris prima indictionis Pontificatus domini Johannis Papæ vicesimi secundi anno secundo, apud monasterium S. Vincentii de Vulturno Ordinis S. Benedicti ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis. Infrascripta capitula, & constitutiones editæ, & publicatæ sunt per dominum Nicolaum Abbatem monasterii supradicti decretorum doctorem super moribus, vita, conversatione, & actibus clericorum & laicorum Abbatiæ, & diœcesis ejusdem monasterii, & aliorum subditorum suorum omnium in melius reformandis. Ut clericorum mores, & actus, vita, & conversatio laycorum omnium subditorum nostrorum in melius reformentur, cautineuter, & caste vivere studeant universi, præsertim clerici, & maxime in sacris ordinibus constituti, & ne facilitas veniæ incentivum tribuat delinquendi: Nos qui supradictus Nicolaus Abbas monasterii S. Vincentii sæpe fati statuimus. In primis quod si quis clericus repertus fuerit fornicator, vel incontinentiæ vitio laborare fornicariam, vel focariam, seu concubinam habens seu retinens eam dimittere, & a se abicere compellatur, & pro peccato commisso cum ea, solvat, seu componat Curiæ S. Vincentii augustales auri duos. Item quod si quis clericus arma portaverit, componat prædicta curia augustale auri unum: Item quod si quis Clericus percussor fuerit, vel rixam fecerit, dummodo percussio ad mortem non fuerit, vel ad mutilationem membrorum, componat prædictæ curiæ augustale auri unum, si vero percussio ad mutilationem membrorum fuerit, vel ad mortem puniatur secundum canonicas sanctiones, & componat prædicta curia uncias auri duas. Item quod si quis clericus ad taxillos luserit, vel ad alium ludum prohibitum, solvat, seu componat prædicta curia augustale auri unum. Item quod si quis clericus tabernam, vel cauponem tenuerit, vel ex consuetudine ipsam intraverit, componat prædicta curia augustale auri unum. Item quod si quis Clericus ambulator nocturnus fuerit, componat prædicta curia Augustale auri unum. Item quod si quis clericus blasphemator dei, beatæ Mariæ Virginis, vel Sanctorum ejus fuerit, puniatur secundum canonicas sanctiones, & componat prædicta curia augustale auri unum. Item quod si quis clericus in tabulis, vel codicibus, aut aliis forte furta quæsiverint, vel divinationes aliquas in quibuscumque rebus, servaverit, vel in inspectione australabii, vel alterius cujuscumq; instrumenti dæmonium invocaverit, pœna canonica puniatur, & nihilominus prædicta curia componat augustale auri unum. Item quod annotationes eadem pœna per omnia puniantur. Item quod si quis clericus furtum commiserit, usuras exercuerit, vel raptum, incendium, & violationem ecclesiarum, & aliorum piorum locorum, seu crimen falsi cum effectu præsumpserit, pœna canonica puniatur, & nihilominus pro quolibet prædictorum excessuum componat prædictæ curia unciam auri unam. Item quod si quis clericus contra statum, honorem, salutem, & jurisdictionem, seu consuetudinem laudabilem, & præscriptam domini Abbatis, Conventus, & monasterii S. Vincentii, vel archipresbyteri, seu rectoris sua ecclesia jurasse, seu conspirasse repertus extiterit, secundum canones puniatur, & nihilominus excommunicationi majori sit suppositus ipso facto, & curia prædicta componat uncias auri duas. Item quod si quis clericus perjurii, vel falsi testimonii crimen incurrerit, sit ipso facto excommunicatus, & nihilominus prædicta curia componat unciam auri unam. Item quod si quis Clericus clandestinis desponsationibus seu Matrimoniis ab ecclesia interdictis interesse præsumpserit componat prædicta curia augustale auri unum, & nihilominus puniatur secundum canonicas sanctiones. Item quod si quis clericus comam nutriverit, sive barbam, & ab auribus supra non incesserit tonsuratus, componat prædicta curia augustale auri unum. Item quod si quis Clericus, nuncius, scriptor, vel executor in causa sanguinis, vel rerum criminalium in curiis secularium judicum fecerit, sit ipso facto excommunicatus, & prædicta curia componat augustale auri unum. Item quod si quis Clericus aliquem, ab electione sepulturæ monasterii S. Vincentii, vel eleemosynis, seu relictis faciendis ibidem pro anima sua directe, vel indirecte, publice, vel occulte, per se, alium, seu alios revocaverit, seu revocari curaverit, sit ipso facto excommunicatus, & prædicto Monasterio tantum solvat quantum testator eidem Monasterio pro sua anima reliquisset. Item quod si quis presbyter, vel confessor absolverit filium suum spiritualem, vel filiam a peccatis illis, quorum absolutio sedi apostolicæ, vel locorum Ordinariis specialiter reservatur, sit ipso facto excommunicatus, & prædicta Curia componat augustale auri unum. Item quod si quis rector, vel beneficiatus alicujus ecclesiæ infra sex menses a die præsentis constitutionis, continua, & in antea numerandos ecclesiam ipsam in tectis, & parietibus, portis, serraturis, & aliis, si forsitan indiguerit, non reparaverit, componat prædictæ Curia augustale auri unum, eandem pœnam incursurus singulis futuris sex mensibus, si eam non duxerit reparandam. Item quod si quis clericus, vel laycus tempore noctis, & de nocte præter licentiam domini Abbatis, vel, eo absente de monasterio, Decani Sancti Vincentii, intraverit monasterium Sancti Vincentii, sit ipso facto excommunicatus, & componat prædicta curia unciam auri unam, & quicumque ipsum introduxerit præter licentiam prædictorum, sit similiter ipso facto excommunicatus: Item si quis clericus, vel laycus arma portaverit ad dictum monasterium S. Vincentii ea intentione videlicet, ut Monachum, clericum, vel laycum infra monasterium, & cancellos ipsius offendat, vel lædat, sit ipso facto excommunicatus, & componat Sancta curia unciam auri unam. Item statuimus quod nulla fœmina, consanguinea, vel extranea seu remota vadat post funus ad ecclesiam, ne propter earum plora-

tum, vel ululatum in divinis officiis, & exequiis mortuorum suorum divina possint officia impediri, quod si qua mulier, seu fœmina facere contra præsumpserit, sit ipso facto excommunicata.

Capitula edita per dictum dominum Abbatem S. Vincentii super vita, & conversatione laycorum Abbatiæ, & Diœcesis Sancti Vincentii, & aliorum subditorum ejusdem moribus, & actibus in melius reformandis. In primis statuimus, quod si quis laycus raptor rerum ecclesiasticarum vel invasor extiterit, excommunicatus sit ipso facto, & nihilominus ecclesiæ, quam taliter læserit, post satisfactionem condignam, componat unciam auri unam. Item si quis laycus clericum percusserit, ante absolutionem ab excommunicatione pro satisfactione injuriæ solvat clerico, quem taliter læserit, si ad mortem, vel sanguinis effusionem, seu membri detruncationem deventum non fuerit, augustale auri unum, alias secundum canones puniendus, & curia S. Vincentii componat augustale auri unum. Item si quis laycus usurarius, incendiarius, effractor, vel violator ecclesiarum extiterit, ecclesiæ, quam taliter læserit, post condignam satisfactionem, componat unciam auri unam, & curia S. Vincentii componat Augustale auri unum. Item si quis laycus uxorem habens concubinam in domo propria, vel aliena tenuerit, sit ipso facto excommunicatus. Item si quis clericus, vel laycus executor, seu testamentarius alicujus fuerit infra mensem a die obitus testatoris continuo in antea numerandum testamentum ipsius, vel ultimam voluntatem non fuerit executus, sit ipso facto excommunicatus, dummodo eum juris, vel facti impotentia non excuset, & curia S. Vincentii componat augustale auri unum, eamdem pœnam per lapsum uniuscujusque mensis sequentis, si non satisfecerit juxta votum testatoris nihilominus incursurus. Item si quis laycus diebus Dominicis præcipuis, & festivis ab illicitis operibus non abstinuerit, componat prædicta curia tarenum auri unum. Item, si quis laycus blasphemator dei, & beatæ Mariæ virginis, vel Sanctorum ejus fuerit, componat prædictæ Curiæ augustale auri unum. Item si quis laycus aliquem ab electione sepulturæ in monasterio S. Vincentii, vel eleemosynis, seu relictis faciendis ibidem pro anima sua, directe, vel indirecte publice, vel occulte per se, alium, seu alios revocaverit, seu revocari fecerit, sit ipso facto excommunicatus, & prædicto monasterio tantum solvat, quantum testator eidem monasterio pro sua anima reliquisset. Item quod omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia solum sua peccata, saltem semel in anno, confiteatur proprio sacerdoti, & injunctam sibi pœnitentiam pro viribus studeat adimplere, suscipiens reverenter ad minus in Pascha eucharistiæ Sacramentum, nisi forsan de proprii sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab ejus perceptione duxerit abstinendum; alioquin sit ipso facto excommunicatus, & nihilominus moriens christiana careat sepultura. Item si quis clericus, vel Confessor præsumpserit absolvere aliquem de prædictis clericis, vel laycis a præfatis excommunicationibus, vel altera earumdem, nisi in casibus a jure permissis, cum per eum ejusdem anima dampnabiliter sit decepta, sit ipso facto excommunicatus, & Curia S. Vincentii componat August. auri unum.

Constitutiones editæ per dictum Dominum Abbatem & pro Monasterio supradicto.

Nos qui supra Nicolaus Abbas monasterii S. Vincentii statuimus, & ordinamus, quod si quis Monachorum, conversorum, vel Ydiotarum ipsius monasterii furatus fuerit, vel furtum fieri fecerit de bonis ejusdem monasterii, excommunicatus sit ipso facto. Item si quis Monachorum, conversorum, vel Ydiotarum prædicti monasterii arma portaverit infra portas ejusdem, præterquam in exeundo de ipso monasterio, vel redeundo ad ipsum, excommunicatus sit ipso facto.

Constitutiones, & Capitula inscripta edita per nos dictum Dominum Abbatem.

In primis statuimus quod quilibet Clericus infra octo dierum spatium a die data præsentium continue in antea numerandum teneatur in scriptis recipere, & habere, & receptos, & habitos discere, credere, & tenere principales articulos fidei catholicæ, qui sunt septem, scilicet incarnatio, sive nativitas, baptismus, passio Christi, sive mors ejus, descensus ad inferos, resurrectio, ascensus in cælum, adventus ejus ad judicium, pro quibus Joannem in Apocalypsi flevisse legitur, ubi dicitur, vidi librum sigillatum septem sigillis formam imprimentibus in Cœlo, & in terra, & nemo fuit dignus aperire librum nisi Leo de Tribu Juda. De iis enim septem articulis traditur per inde in concilio generali extra de summa Trinitate in decretali firmiter. §. hæc sancta vers. & tandem, usque ad §. una vero &c.

Item statuimus, quod quilibet clericus eodem modo, & forma in scriptis recipiat, habeat, teneat, & credat Sacramenta Ecclesiæ, quæ sunt septem vid. Baptismus, confirmatio in fronte, scilicet chrisma, Pœnitentia, ultima unctio, Corpus Christi, Matrimonium, & Sacer Ordo, quorum quinque sunt necessaria, reliqua duo ultima voluntaria ut. I. qu. pma. in. §. sed notandum & extra de transactionibus veniens in prima glosa. Quinque vero prius Sacramenta ideo dicuntur necessaria, quia sine ipsis homo salvari non potest, dummodo haberi possint, & ex contemptu omittantur, nam Sacramentum Baptismi in necessitate a quocumque recipitur dummodo in forma Ecclesiæ conferatur extra de summa Trinitate cap. 1. in fin. & de consecr. dist. quarta a quodam Judæo. Idem in pœnitentia, nam in extrema necessitate possum cuilibet etiam layco confiteri, juxta illud; Confitemini alterutrum peccata vestra. & nō ext. de officio ordi. pastoralis in glos. quo casu, in fine. Laycus tamen confitentem non potest absolvere vel ligare pro eo videlicet, quia non habet claves, ut ibi dicitur, apud deum tamen absolutus dicitur, & habetur ut ext. de sent. excommunicationis a nobis 2. circa medium decretalis. Rectissime ad glossam hic laudatam addita est hæc nota in margine lib. 1. decretal. Gregorii IX. tit. 21. cap. 11. Cave ne decipiaris ex opinionibus relatis in hac glossa, quatenus agit de absolutione etiam per laicos injungenda, & vide in hoc articulo Dominicum Sotum lib. 4. sent. dist. 18. q. 4. art. 1. ubi plene. Laicus enim nullo casu potest absolvere sacramentaliter. Vide, & notam marginalem lib. v. tit. 39. cap. 27. ad glos. cap. a nobis 2. de sentent.

Excom-

Excommunic. Duo vero ultima Sacramenta dicuntur ideo voluntaria, quia ea omittere non est peccatum, quia sine hujusmodi Sacramentis bene salvamur XXII. q. 4. §. ultimo ad fin. & 1. qu. 1. §. Sed notandum, & dicuntur Sacramenta dignitatis, vel quia nonnisi a dignis, hoc est episcopis, conferuntur, vel quia non nisi digni ad ipsa, maxime ad Ordines, assumuntur, ut ex ext. de Fil. presbyt. de servis ordin. vel non, de obligat. ad Ratioci. de corpore vitiatis, & de bigam. per totum. Item statuimus quod quilibet Clericus, & maxime Sacerdos, sciat, hae esse verba per quæ baptismus rite, & secundum morem ecclesiæ celebratur: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen: quæ, si sic ordinate cum trina immersione in aqua a presbytero prolata extiterint, legitimus erit baptismus, ext. de baptismo, & ejus effectu cap. I. Ad esse vero baptismi duo necessario requiruntur, scilicet Verbum, & elementum. De verbo in Evangelio veritas ait: euntes in mundum universum baptizate omnes gentes In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. De elemento eadem Veritas dicit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non intrabit in regno cælorum. Sic ext. de baptismo in decretali, Non ut apponeres. Item statuimus, quod quilibet Clericus sciat, credat, & teneat, tres esse symbolos, scilicet Credo in Deum parvum, Credo in unum Deum majus, qui cantatur in Missa, factum in Nicæna Synodo propter Græcos, qui non credebant, Spiritum Sanctum procedere ab utroque. De consecr. dist. 5. cap. penult. & ult. ubi additum est: qui ex Patre filioque procedit. Est tertius Symbolus Athanasii scilicet. Quicumque vult salvus esse, quod cantatur in Prima omni die dominica juxta consuetudinem quarumdam ecclesiarum. Item statuimus, qd. quilibet clericus sciat credat, & teneat, quod in transubstantiatione panis in corpus, & vini in Sanguinem, quod fit potestate divina, cedit natura miraculo, & virtus super consuetudinem operatur, ut ext. de celebrat. missar. Cum marthæ in §. Præterea in: contingit igitur accidentia mutare subiectum, sicut & subiectum contingit accidentia permutare. Item statuimus, quod quilibet sciat, credat, & teneat, quod pœna non credentium est gehenna perpetua, juxta illud: hæc est fides catholica, quam nisi quisque fideliter, firmiterque crediderit, salvus esse non poterit, & qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit. Sic ext. de summ. Trinit. firmiter in §. Sacramentum. Proficit ad salutem. Item statuimus, quod quilibet Clericus sciat, credat, & teneat, quod una est fidelium universalis Ecclesia, extra quam nullus omnino salvatur, in qua idem ipse Sacerdos est sacrificium Jesus Christus, cujus corpus, & sanguis in Sacramento Altaris sub speciebus panis, & vini veraciter continetur ext. de summa Trin. in §. una. Item statuimus. quod quilibet clericus sciat, credat, & teneat, quod Sacramentum missæ, per quod corpus Christi conficitur, nemo potest conficere nisi Sacerdos, qui rite fuerit ordinatus secundum claves ecclesiæ, quas ipse concessit apostolis, eorumque successoribus Jesus Christus, extra de summa Trin. fimiter in §. una. Item statuimus, quod quilibet clericus sciat, credat, & teneat, quod post susceptionem baptismi quicumque lapsus fuerit in peccatum per veram potest semper pœnitentiam reparari ut in prædicta Decretali firmiter in §. Sacramentum. Item quilibet Clericus sciat, credat, & teneat, quod tres sunt Ordines in ecclesia militanti, S. Virgines, continentes, & conjugati, & non solum virgines, & continentes, verum etiam conjugati per fidem rectam, & operationem bonam placentes Deo ad æternam merentur beatitudinem pervenire, ut in prædic. Decretali firmiter §. non solum. Item, quod quilibet clericus sciat, credat, & teneat, quatuor esse evangelia scil. Lucæ, Joannis, Marci, & Matthæi, & eodem modo quatuor esse Concilia universalia, quæ sicut quatuor evangelia Sancta Romana ecclesia veneratur, S. Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum, & Chalcedonense XV. dist. Canones. Item statuimus, & mandamus sub pœna excommunicationis, quam in iis scriptis in contrarium facientes proferimus, quod nullus Sacerdos absolvat filium suum spiritualem, vel filiam nobis in Abbatia nostra præsentibus absque nostro consilio, saltem suppressis nominibus confitentium a peccatis inferius annotatis, quæ sunt hæc, sc. absolvere excommunicatos majori excommunicatione, nisi in mortis articulo constitutos, quibus in forma Sacramenti ab eis præstandi nihilominus exigatur; ut resumptis viribus, & oportunitate captata, Romanam ecclesiam in propria persona debeant visitare, vel ad nos, seu successores nostros recurrere confidenter, mandatum apostolicum suscepturi, vel nostrum, seu successorum nostrorum, si talis fuerit excommunicatio, a qua ipsum absolvere nos possumus. Hæc forma traditur ext. de sententia excommunicationis, de cætero &c. quod de his &c. Quamvis. Imponere pœnitentias blasphematoribus Dei, B. M. Virginis, & Sanctorum ejus, ut ext. de Clerico maledico, Statuimus. Absolvere sortilegos ext. de Sortilegis per totum. Commutare votum, quod est propriè Episcoporum ext. de voto 9. per totum. Depositum male ablatorum incertorum quando non supersunt, vel nesciuntur ii, quibus esset restitutio facienda, ext. do homicidio sicut dignum in §. eos. Pœnitentia matrimoniorum clandestine, vel contra interdictum ecclesiæ contractorum, extra de clandestin. desponsat. & de Matrimonio contracto contra interdictum ecclesiæ per totum: Pœnitentia omnium enormium criminum, videlicet oppressionis filiorum ex proposito, vel quolibet casu ext. de infantibus, vel languidis expositis cap. 1. in glo. & in tex. Homicidii L. dist. miror. Falsi testimonii ext. de crimine falsi c. 1. perjurii XXII. qu. 2. c. 1. Falsi Instrumenti, incestus XXXII. q. 7. adulta & c. concubin. Conjunctionis monialium XXXVI. qu. I. §. cum &c. Coeuntium cum brutis, & hiis similium XV. qu. prima multoties, unde versus.

Qui facit incestum, deflorat, vel sodomitat,
Sacrilegus, patrum percussor, vel homicida,
Et voti fractor, perjurus, sortilegusque
Membrum, sollempne munium mox religioque,
Pontificem quærat, nec non qui miserit ignem
Per propriam clericum feriens florius urens
solvitur.
Solvitur & quisquis audet celebrare ligatus,
Symon si fuerit nec fallit regula talis.

Quamquam Nicolai V. Romani pontificis tempore Fiduciario Abbati cœnobium S. Vincentii subjacerat, Monachi tamen illud incolebant, ut ejus bulla constat anno 5. Pontificatus sui prid. Kal. Junii 1451. data, qua Francisco Pandone, ejusque

hæredibus in emphyteusim concedit temporalem jurisdictionem in plura huic monasterio subiecta oppida, ea lege ut quotannis pro censu octuaginta florenos solveret. Verum, ut habet Ughell. To. VI. Ital. Sac. col. 369. *Post commendata deinde secularibus clericis Abbatia hac suum decorem veterem amisit, ut vix vestigia appareant, solaque sedeat, nec habeat consolatorem, qui saltem divinum opus possit urgere*. Et Nuceus in notis ad lib. 1. Chron. Cassinensis cap. 4. de cenobio Vulturnensi scribit: *Crevitque ad amplissimam opulentiam, & Sanctitatem.. Nunc undique solitudinem spirat, & horrorem omni Monachorum cultu destitutum, Abbati tantum, ut vocant, Commendatario commissum, omnia quippe orta occidunt, & aucta senescunt, donec in nihilum, unde sunt, relabantur, &c.*

Mortuo Antonio Sfortia Abbate S. Vincentii ad Footes Vulturni Fiduciario, eam dignitatem Innocentius XII. concessit Innico Caracciolo ex Martinæ ducibus, & sanguine, & dignitate, ac pietate celebri. Ejus ditionem cum diligentissime inviseret innumere propemodum invenit, quæ aboleri mererentur, ut ipsemet hisce literis scribit ad Cardinalem Panciaticum Sanctissimi Domini nostri Prodatarium, & Protectorem congregationis Cassinensis. *Eñio, e Rñio Signore, e Padrone Colñio, Il Padre Ippolito Penna Abbate del monasterio di S. Lorenzo d' Aversa oggi Abbate di monte Casino nel tempo della sua dimora in questa Città, mi palesò il desiderio non meno suo, che di tutta la Communità dell' insigne monasterio di monte Casino di riunire al medesimo l' antica badia di S. Vincenzo in Volturno, e ristabilire nella dovuta venerazione quell' insigne Santuario della religione Benedettina, al di cui fine averebbero portate le loro umilissime suppliche a piedi di nostro Signore per impetrarne la grazia, essendone per altro tutti disposti di offerire un canone perpetuo alla dataria in luogo delle rendite, ch' oggi gode la badia suddetta, ma che prima di far questo passo desiderava come odierno Abbate il mio consenso, mi ha parso per la venerazione, che io professo all' E. S. ragguagliarla del tutto, soggiongendo, che coll' occasione della mia partenza da Roma per questa Chiesa, nel camino visitai personalmente tutta la badia, & ogni luogo di essa, la quale trovai nel materiale la Chiesa badiale in pezzi, nel spirituale la gente ignorante nelle cose della fede, & inselvatichita, & il clero senza disciplina ecclesiastica. Per riparare al primo disordine, diedi prontamente il ricapito necessario per la riedificazione da fondamenti della nuova chiesa, al di cui effetto condussi meco sin da Roma un Architetto, e per grazia di Dio benedetto sarà terminata tutta la volta, e sarà ancora coverta intieramente a Settembre, e se saria finito prima, quando in quel paese le nevi, e le gran gelate non impedissero di fabricare nel core dell' Inverno. Per riparare poi al miglior modo, che potei al secondo inconveniente maggiore del primo vi collocai con la residenza fissa, un Vicario forastiere di capacità sufficiente, e di buoni costumi da me provisionato a fine d' amministrarvi la giustizia, ed andare a poco a poco togliendo gli abusi, che quantunque sarà cosa difficile, non però voglio disperarla, mediante il divino ajuto. Tuttavolta per parlare a V. E. con sincerità, e senza lusinga, avendo io visto ocularmente, caminato, e pratticato con ogni esatta informazione, per il spazio di 15. giorni, tutta la Badia, mi pare secondo il mio debole intendimento, che non dovendoci probabilmente mai farci la sua residenza fissa l' Abbate, e dovere per necessità cadere il governo dell' Abbadia in mano d' un ministro, e questo non trovarsi alle volte, o per affrancare la provisione, o per raccommandazione persona così aggiustata, che possa sodisfare rettamente alla buona amministracione della giustizia, o far vivere ancora quel popolo di più migliara d' anime col santo timor di Dio, e gli ecclesiastici con la dovuta modestia, e buona disciplina, rifiettendo io a tutto ciò, che ha il suo tratto successivo col spogliarmi del proprio interesse particolare, mi pare che il governo tanto della giustizia come spirituale staria meglio appoggiato al vicino monasterio, o Padri di Monte Casino, ch' ad un semplice Vicario mercenario, l' isperienza de' quali ha reso sin ora troppo lagrimevole la condizione di quel venerabilissimo Santuario, onde facendomi forza la raggione, & il maggior bene, che sia per risultare a tutto quel popolo tanto nel spirituale, che nell' amministrazione della giustizia temporale (quante volte però voglia sua Santità per un' atto della sua solita, & infinita clemenza concedere al monasterio di monte Casino la grazia pretesa) allora io ancora darò il mio consenso cedendo a beneficio de Padri tutta la giurisdizzione; ch' è quanto stimo essere obbligato portare alla notizia di V. E. per la riverente & obbligata servitù, che le professo come Prodatario di nostro Signore, e come Protettore della religione, quante volte fosse necessario, per la grazia, che vogliono supplicare a sua Beatitudine i Padri di Monte Casino mentre io col maggior rispetto, che posso, e devo, mi umilio a V. E. confirmanuomeli per sempre D. V. E. Aversa 27. Gennaro 1698. Umilissimo Divotissimo, & Obbligatissimo servitore vero. J. Vescovo d' Aversa.*

Ex originali in Archivo.

Eñio Signor Cardinale Panciatici. Impulerat potissimum Hippolythum Penna monasterii Cassinensis Monachum, atque tum S. Laurentii Aversæ Abbatem ad Abbatiam S. Vincentii repetendam desiderium, ut nobilissimum Ordinis nostri sanctuarium quadantenus iterum reviviseeret, cujus Monachi arctissima olim necessitudine Cassinatibus obstricti erant, teste Ignoto Cassinensi num. 30. apud Peregrin. p. 112., Leone Ost. cap. 35., & Joanne Diac. lib. I. Chron. Vulturnensis. Quare enixis id precibus, & Innicus Aversanus Episcopus, & Abbas atque Monachi Cassinates ab Innocentio XII. postularunt, obtinueruntque, ea lege, ut justum quotannis censum Datariæ apostolicæ persolveremus. Eam ob rem hæc bulla ab Innocentio XII. vulgata.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ex debito pastoralis officii nobis commissi ad ea libenter intendimus, per qua Monasteriorum quorumlibet utilitatibus oportuno consulitur, ac iis favorabiliter adjutrices porrigimus manus, per qua dictorum monasteriorum majora incrementa procurantur, ac damnis, & detrimentis, qua in dies pati possunt, obviantur, & cum a nobis petitur, justis, & honestis petentium votis libenter annuimus, eaque gratiis prosequimur oportunis, prout in domino conspicimus salubriter expedire. Cum itaque nuper nos monasterium S. Vincentii in Vulturno Ordinis S. Benedicti nullius diæcesis provincia Capuana illius commenda, in qua dictum mo-

Ex originali in Archivo.

naste-

nasterium ex concessione apostolica ad vitam obtiaeri consuevit, certo tunc expresso modo cessante adhuc eo, quo ante Commendam ipsam vacabat, tunc vacans venerabili Fratri nostro Innico Caracciolo nunc moderno episcopo Aversano, per eum quoad vixerit sub certis modo & forma tunc expressis tenendum Apstolica authoritate commendaverimus, sea qaod commendaretur mandaverimus, & sicat pro parto dicti Innici episcopi, & infrascriptorum moderni Abbatis, & moaachorum iafrascripti monasterii nobis nuper exhibita petitio continebat, dictus Innicus episcopus ex retentione sibi de dicto monasterio in promotione de ejas persona ad ecclesiam Aversanam certo tunc expresso modo pastoris solatio destitutam apostolica authoritate facta concessa dictum monasterium in Commendam praedictam ad sui vitam obtinet dictus Innicus episcopus provide considerans, quod propter absentiam Abbatam Commendatariorum pro tempore existentium dicti monasterii non solum illias bona, sed etiam anima subditorum illi concredita quamplurima passa sant, & ia dies patiuntar, & pati possant detrimenta tam in spiritaalibus, quam in temporalibus, plurimam cupiat idem monasteriam, quod cura, conventuque caret, ac cujas fructas, in libris camera apostolica ad florenos ducentos taxati reperiuntur, illiusqae Conventum ecclesias, bona mobilia sacra, & profana immobilia, se moventia, res, proprietates, domos, vineas, pradia, possessiones, canones, census, responsiones, actiones, necnon loca, castra, villas, & Jurisdictiones qaascumque, tam spiritualos, quam temporales, & mixtas, & jura quacumqae temporalia, & spiritualia ubique locorum existentia ad dictum Monasterium spectantia, & pertinentia, necnon omnimodas jurisdictiones spiritales, & temporales, ac civiles, & criminales, ac mixtas, & qaacamque privilegia, indulta, prahemineutias, prarogativas, & aatelationes, ac jus conferendi tam simplicia, quam curata beneficia, ac parochiales ecclesias, cessantibus tamen, reservationibus, & affectioaibas apostolicis locoram jurisdictionis dicti monasterii eodem modo, qao Abbates dicti monasterii gavisi sunt, & gaudere potuerant, & possent ia fataram monasterio ac Abbati, & Monachis monasterii Montis Cassinensis dicti Ordinis nullius diœcesis provincia praedicta cam onere solvendi eidem Innico episcopo moderno, & pro tempore existenti Abbati perpetuo Commendatario primo dicti monasterii hic Roma libere absqae ulla diminutione anais singulis, duabus solutionibus aqualibus inter Innicum episcopum, & modernum Abbatem, & Monachos secundo dicti monasterii statutis, seu statuendis scuta quatringenta, & quinquaginta moneta Romana sub obbligatione in ampliori forma Camera apostolica, tam secundo dicti monasterii, qnam totius Congregationis Cassinensis, ac capsa generalis dicta Congregationis ac primo dictum monasterium, illiusque ecclesiam manateaendi, & quatenus opus sit, readificandi ac faciendi eam aliis pactis, & conditionibus utrique monasterio hajusmodi utilibus, & proficuis, ac sacris caaonibas, & concilii Tridentini decretis minime contrariis perpetuo, libere, & irrevocabiliter concedere, ac ia Abbatem pro tempore existentem, & Monachos secundo dicti monasterii respectivi transferre, si sibi ad id nostra, & apostolica sedis licentia suffragetur, & facultas. Qaare pro parte tam dicti Innici episcopi, quam dilectorum filiorum moderni Abbatis, & Monachorum secundo dicti monasterii quatenus eoram desiderio benigne annaere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur Innicam episcopum, ac modernum Abbatem, & Monachos secundo dicti moaasterii hujusmodi specialis gratia favore prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, alisque censuris ecclesiasticis, si qaibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum prasentiam tantam conseqaendam harum serie absolventes, & absolatos fore ceasentus, hujusmodi supplicationibus inclinati, eidem Innico episcopo licentiam, & facultatem, super libera, perpetua, & irrevocabili concessione, & respective translatione faciendis hujasmodi sine alicujus prajudicio Apostolica authoritate praedicta earumdem tenore prasentium concedimas, & impartimur, nec non monasterium primo dictum illiusq; conventam, ecclesias, bona jura, castra, loca, villas, jurisdictiones, subditos, & incolas, tum ecclesiasticos, quam laicos aliaqae pramissa secundo dicto monasterio, ac illius Abbati, & Monachis concedenda, & in illis, ut pradicitur transferenda respective ab omni, & quacumque jurisdictione, superioritate, visitatione, & correctione tam dicti Innici episcopi moderni, quam pro tempore existentis Abbatis primo dicti monasterii, quam aliorum quorumcumqae prout antea penitus, ex omnino etiam perpetuo eximimus, & liberamus, necnon bona, jura, jurisdictiones, loca, castra, Villas, subditos, & incolas, aliaque pramissa, superioritati visitationi, correctioni, & omnimoda jurisdictioni pro tempore existentis Abbatis, & Monachorum secundo dicti monasterii, cum omnibus indultis, privilegiis, gratiis, prahemineutiis, exemptioaibas, & indulgentiis secundo dicto monasterio concessis, & in futurum concedendis eidem primo dicto monasterio titulo Abbatiali cam facultate capiendi possessionem ejusdem tituli in ecclesia primo dicti monasterii pro dicto Abbate Commendatario pro tempore existente, absqae ullo alio jure, jurisdictione, praeminentia, prarogativa, antelatione, superioritate, dumtaxat remanente Abbate, & Monachis secundo dicti monasteri semper, & perpetuo subjicimus, & sapponimas, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac dicti Ordinis, & monasteriorum praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel qaavis firmitate, alia roboratis, statutis, & consaetudinibas, privilegiis qaoqae, & indultis, & litteris Apostolicis eisdem monasteriis dictoque Ordini quomodolibet concessis, quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individaa non autem per clausulas generales, idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores ac sive verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma ia illis tradita observata, & inserta forens prasentibus pro expressis habeates, illis alias in suo roborre permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expresse harum serie derogamus, caterisque contrariis quibascumqae. Volumus autem qaod primo dictum monasterium semper commendatitium remaneat, illiusqae Abbas Commendatarius possessionem primo dicti monasterii in ecclesia primo dicti monasterii dumtaxat capere possit ut supra. Volumus praterea, qaod per prasentem concessionem reductio taxa in libris Camera apostolica ullo unquam

tem-

tempore pratendi non possit. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostra absolutionis, concessionis, impartitionis, exemptionis, liberationis, subiectionis, suppositionis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare prasumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Roma apud S. Mariam majorem anno incarnationis Dominica millesimo sexcentesimo nonagesimo octavo, nonis Januarii, Pontificatus nostri anno octavo -- loco † plumbi. G. Moriconus &c.

Hac obtenta facultate Innicus Caracciolus Aversæ episcopus, atque Abbas S. Vincentii in Vulturno fiduciarius Monachis Cassinatibus eam Abbatiam cum jurisdictionibus omnibus, bonisque mobilibus, & immobilibus renuntiavit, ut fusius constat instrumento stipulato a Laurentio Belli notario Auditoris R. C. apostolicæ die 21. Octobris 1700., quod ratum habuere Cassinates die 7. Decembris ejusdem anni penes Acta D. Benedicti Lanno a S. Germano notarii apostolici.

Magnæ olim lites inter Abbatem Commendatarium S. Vincentii in Vulturno Antonium Sforziam, & Episcopum Æserniensem D. Hieronymum Passarello obortæ, quod hic contenderet, sitam in diœcesi sua Abbatiam S. Vincentii, ac proinde jura omnia sibi in eam competere, quæ vicinioribus episcopis concedit Tridentina Synodus. Id ut amoliretur cœnobium Cassinense concordiam iniit cum D. Blasio Terzi Æserniensi episcopo, cui hac de causa, ejusque successoribus jurisdictionem omnem in Pescularum prope Æserniam oppidum concessit, pluribus vicissim initis pactis, quæ fuse legere est in instrumento stipulato a D. Benedicto Lanno Sangermanensi die 30. Martii 1699., quod ex voto Sac. Congregationis Concilii ratum habuit Clemens XI. die 28. Aprilis 1702. Pontificatus sui anno secundo hoc brevi.

Clemens PP. XI.

Ex originali in Archivo.

Ad futuram rei memoriam. Ex injuncto nobis cælitus apostolica servitutis munere, ea qua inter personas ecclesiasticas pacis, atque, amabilis concordia dirimendarumque litium studio provide conventa, & concordata esse noscuntur, ut firma, atque illibata persistant Apostolici muniminis prasidio, cum id a nobis quaritur libenter corroboramus. Exponi siquidem nobis nuper fecerunt venerabilis Fr. Blasius episcopus Iserniensis, ac dilectus Filius Hippolytus a Neapoli Abbas monasterii Montis Cassinensis Ordinis S. Benedicti nullius diœcesis, provincia Capuana, quod cum aliat venerabilis etiam Frater Innicus episcopus Aversanus, qui Monasterium S. Vincentii in Volturno Congregationis Cassinensis nullius diœcesis provincia pradicta in commendam ad sui vitam ex concessione, & dipensatione apostolica obtinebat, vigore quarumdam litterarum felicis rec. Innocentii PP. XII. pradecessoris nostri sub plumbo expeditarum, omnia bona, & castra, seu loca monasterii secundo dicti, ac quamcumque jurisdictionem illi competentem Abbati, & Monachis primodicti Monasterii pro tempore existentibus perpetuo concesserit, & in eos transtulerit, a multo vero tempore plures lites, & dubia, seu controversia inter nuperum episcopum Iserniensem ex una, & memoratum episcopum Aversanum, dum dictum monasterium, sicut pramittitur, obtinebat, ex altera partibus super jurisdictione spirituali in castra, & terras, & loca ejusdem monasterii versarentur, & in congregatione infrascriptorum Cardinalium, seu alio tribunali penderent indecisa, diuque inter eorum respective pradecessores agitata fuissent ipsi exponentes, ut dictas lites, & controversias componerent, seque a continuis vexationibus, & dispendiis eximerent, ac pro bono pacis, & communis quietis ad concordiam, seu transactionem, reservato tamen desuper nostro, & apostolica sedis beneplacito, inter se devenerunt, per quam dictus Blasius episcopus tam suo, quam successorum suorum episcoporum Iserniẽ. nomine omnem, & quamcumque pratensionem & jurisdictionem, qua in terras, seu loca secundo dicto monasterio subiecta, & illius clerum compesebat, vel competere poterat, prafato Hippolytho, & pro tempore existenti Abbati monasterii primodicti cessit, & renunciavit, & vice versa ipse Hippolythus Abbas, tam suo pariter, quam ejusdem monasterii primodicti illiusque Monachorum nomine, jurisdictionem spiritualem, & temporalem, qua ei in terram, seu locum de Pesco prope Iserniam, a monasterio hujusmodi dependentem, similiter competebat Blasio episcopo, ejusque successoribus pradictis concessit, & in eos transtulit cum nonnullis pactis, & conditionibus, & alias, prout uberius continetur in publico desuper confecto Instrumento tenoris qui sequitur videlicet: In nomine domini Amen. Prasenti publico instrumento cunctis ubique pateat evidenter, & notum sit, quod anno ab ejusdem Dñi nostri Jesu Christi nativitate millesimo sexcentesimo nonagesimo nono indictione septima, die vero trigesima mensis Martii, Pontificatus autem SS.mi in Christo Patris, & domini nostri domini Innocentii divina providentia Papa XII. anno octavo. Avendo la Santità di Nostro Signore Papa Innocenzo XII. conceduto facoltà a monsignor Illustriss., & Rño Innico Caracciolo, Vescovo d' Aversa, perpetuo commendatario dell' Abbazia di S. Vincenzo in Volturno nullius diœcesis provincia Capuana di concedere, & transferire perpetuamente all' illustriss. & remo Padre Abbate, Monaci, e monasterio di Monte Casino della diocesi Cassinense, provincia Capuana dell' Ordine di S. Benedetto la Chiesa, e monasterio sudetto di S. Vincenzo, e tutti, e singoli beni, luoghi, adiacenze, e pertinenze, & qualsivoglia giurisdizzione, tanto spirituale, come temporale, e mista, e deritto di conferire parocchie, e beneficii spettanti a detto monasterio di S. Vincenzo, & all' Abbate di esso pro tempore, come più amplamente si conterrà nella bolla sopra di ciò spedita, o da spedirsi, alla quale &c. ma perchè sopra molti capi di giurisdizzione spirituale nelli Castelli, e luoghi di detta Abbatia di S. Vincenzo vi sono state, e vi sono varie liti, e pendono nella sagra congregazione del concilio, o in altro Tribunale tra il passato Vescovo d' Isernia, e suoi antecessori, e l' Abbate commendatario di detto monasterio di S. Vincenzo. Quindi è che per togliere dette liti, e liberarsi da continue vessationi, e dispendii, che portano seco, per godere fra di loro la quiete, e pace. Personalmente esistente avanti di me notario, e testimonii infrascritti monsignor illmo, e reverend. Biagio Terzi moderno Vescovo d' Isernia a me ben noto, riserbando il beneplacito apostolico di sua libera,

e spon-

e spontanea volontà nel miglior modo, che puole, e vale, rinunciando a qualsivoglia lite mossa, & da moversi, tanto per essere la sua chiesa d' Isernia viciniore all' castelli, e luoghi, o Chiesa di dette monasterio di S. Vincenzo, come che gli suddetti luoghi, e chiese sono situati intra fines della sua diocesi d' Isernia, quanto sotto qualsivoglia altro pretesto, contro i passati, e moderno Abbate commendatario del medesimo, cede, e rinunzia, e trasferisce, anche colla piena clausola del constituto da stendersi in amplissima forma ogni volta sarà di bisogno a favore del sudetto illustris. e reverendiss. Padre Abbate di Monte Casino, e suoi successori, Monaci, e monasterio, e per essi all' illustriss. e reverendiss. Padre D. Ippolito da Napoli Abbate di detto monastero di Monte Casino, qui presente, & accettante, e legitimamente assieme con me notaro stipolante tutte, e singole sue raggioni, & attioni, tanto per quello riguarda di fare il concorso delle parrochie, che vacaranno nelli castelli, e luoghi soggetti a detto monastero di S. Vincenzio, deputare, economi delle medesime, essequire le lettere apostoliche concernenti tanto grazia, che giustitia, dispense matrimoniali, ordinare secondo la facoltà competente a detto Padre Abbate, e suo successore, il fare dimissorie, dare il Sagramento della cresima, conoscere tutte le cause, tanto civili, quanto criminali, e miste fra le persone ecclesiastiche, & ogni altra qualsisia raggione, & azzione, e jus, & esercitio di giurisdizzione, che le potesse competere, che de facto le compete in clerum, & populum a tenore delli decreti, o risolutioni, della congregazione del concilio, o di altro tribunale in qualsivoglia modo, o per qualsivoglia causa nelli castelli, chiese luoghi, e Territorio di detti castelli, e luoghi soggetti a detta Abbadia di S. Vincenzo, dando, e prestando ogni consenso necessario, & oppurtuno, acciò detta Chiese, castelli, luoghi, e persone ecclesiastiche, e laiche di essi, restino da oggi in avvenire pienamente soggette, alla superiorità, gurisdizione, visita, correzzione, riforma di dette Padre Abbate, e suoi successori, Monaci, e monastero, tanto nelle cose spirituali come temporali, e miste, e costitutioni sinodali, e Sinodo Cassinense, non riserbandosi detto illustrissimo monsignore Terzi veruna giurisdizzione benche minima sopra dette chiose, castelli, e luoghi, renunciando all' effetto sudetto a qualsivoglia ragione, possesso, azzioni, e pretensioni, pensate, e non pensate, e da esprimersi necessariamente, e dedotte fin ora in detta Sag. congregazione, e altro tribunale, e da potersi dedurre in futurum, che compete, o potesse competere tanto ad esso Monsignor illustris. Terzi, quanto a Vescovi d' Isernia suoi successori in ogni miglior modo &c. Con tal condizione, e non altramente, che per uniformarsi alla disposizione del Sagro Concilio di Trente, che tutti gl' Ordinandi, e promovendi agli Ordini maggiori è minori delli sudetti luoghi, e castelli giurisdizzionali dell' Abbazia di S. Vincenzo sia tenuto, e debba in ogni futuro tempo il detto Padre Abbate, e suoi successori, Monaci, e monasterio mandarglieli con le solite lettere dimissoriali ad esso monsignor Terzi, e suoi Vescovi successori, da quali dovranno esser promossi respettivamente agli Ordini, come viciniore, senza però, che esso Monsignor Terzi o suoi successori debba ingerirsi nell' esame, approvazioni, e reprovazioni, patrimonii, e beneficii di medemi ordinandi, quante volte però nelle lettere dimissoriali attesterà il detto Padre Abbate, e suoi successori &c. di esser stati essaminati, approvati, e di aver sufficiente beneficio, o patrimonio, e non altrimente, & in caso contrario per quella volta, & toties quoties si contraverà da esso monsignore, e suoi successori sia lecito ad esso Padre Abbate, e suoi successori di mandare, e diriggere le lettere dimissorali ad' altro Vescovo, & intorno agli ordinandi di Ordini minori si intende quante volte il Padre Abbate, e suoi successori si trovassero impediti, e non gli potessero conferire da se. E più nel tempo che occorrerà toties quoties la sede vacante di detta Chiesa d' Isernia, in tal caso sia lecito ad esso Padre Abbate, e suoi successori, durante però la sudetta vacanza di potere diriggere le lettere dimissoriali ad' altro Vescovo; & vice versa per ricompensa della cessione delle sudette raggioni, & atti giurisdizzionali, detto illustrissimo, e reverendissimo Padre Abbate D. Ippolito da Napoli a me parimente ben noto in nome suo, e per parte delli suoi Monaci, e monastero di Monte Casino, riservando il detto beneplacito apostolico, di sua spontanea volontà, e nel miglior modo, che puole, e vale, dà concede, e trasferisce à favore di detto monsignor illustrissimo Biagio Terzi moderno Vescovo d' Isernia presente, & accettante per se, e suoi successori in infinitum, & in perpetuum in detto Vescovado, e detta sua Chiesa d' Isernia con la piena clausola del constituto da stendersi in amplissima forma, ogni qualunque giurisdizzione, che compete a detto Padre Abbate di Monte Casino così nel clero come nel popolo, e suo monastero sopra la terra del Pesco in vicinanza di detta città d' Isernia, la quale independentemente da qualsivoglia altro superiore ecclesiastico depende dal detto Padre Abbate, e suo monastero, & ogni portione di decime, e Catedratico, o dritto di conferire beneficii, o a quelli nominare e presentare, & altro che se li deve da detto luogo del Pesco, e suo territorio in ogni miglior modo &c. Promettendo detto monsignor illustrissimo Terzi per se, e suoi successori e detto Padre Abbate le cose come sopra concordate, renunciate, e stabilite sempre, & in perpetuum vicendevolmente osservare &c. & avere rate &c. valide, e ferme, nè a quelle contradire sotto qualsivoglia pretesto, o quesito colore, benche sopravenisse qualunque motivo ragionevole di nuovo, altrimenti di tutti i danni &c. de quali &c. alias &c. de quibus &c. quod &c. pro quibus &c. dictas Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus Blasius Terzi episcopus Isernia seipsum, ejusque successores in eadem episcopatu, ejusque bona, & jura quacumque, & dictus illustrissimus, & reverendissimus Pater D. Hippolytus supradictum monasterium Montis Casini, ejusque bona, & jura in ampliori forma reverenda camera apostolica cum solitis clausulis &c. citra &c. obligarunt &c. renunciaverunt &c. & signanter: cuicumque anteriori concordia quomodolibet inita inter ipsas &c. consenserunt &c. unica &c. & sic tactis pectoribus more &c. juratum &c. super quibus omnibus & singulis præmissis petitum fuit a me notario publico infrascripto, ut unum, seu plura publicum, seu publica Instrumentum, & Instrumenta conficerem, atque traderem prout opus fuerit, & requisitus ero. Actum in civitate S. Germani in hospitio supradicti illustriss. Principis Abbatis posito in dicta civitate juxta suos fines &c.

pre-

præsentibus U. J. D. Emanuele Falasso archipresbytero civitatis S. Germani, D. Joanne Dominica Lia ejusdem Civitatis, & notario Silvestro Pierantoni terra Galli diœcesis Iserniensis testibus ad supradicta omnia specialiter vocatis adhibitis, atque rogatis &c. licet alienu, tamen mihi fida manu extracta est præsens copia ab actis Curiæ reverend. Benedicti Lanno a S. Germano authoritate Apostolica notarii in archivio Romana curia descripti, qui in fidem veritatis pravisque signavi rogatus &c. loca † Signi. Idem qui supra notarius manu propria B. L. Quare dicti exponentes nobis humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providera, & ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, ipsos exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Con. Trid. Interpretum, qui votum dilecti filii nostri Thomæ Ferrarii tituli S. Clementis ejusdem S. R. E. Presbyt. Cardinalis S. Clementis nuncupati, super præmissis ab eo revisis factum attenderunt, consilio præfatam concordiam, confectumque desuper instrumentum præinsertum cum pactis, & conditionibus in eo expressis, auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus; salva tamen semper in præmissis authoritate memoratæ Congregationis Cardinalium. Decernentes, easdem præsentes litteras semper firmas validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, & delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus fel. rec. Pauli II., & aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum de rebus ecclesiæ non alienandis, aliisque constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, ecclesiæ Iserniensis monasteriorum Congregationis Cassinensis, & Ordinis prædictorum, aliisve quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris Die XXVIII. Aprilis MDCCII. Pontificatus nostri Anno secundo: F. Oliverius.

Quæ modo spirituali hujus Abbatiæ jurisdictioni subsunt, oppida sunt S. Vincentii, Pizzone, Castellone, Castelli novi, Scapulorum, Collium, S. Mariæ de Oliveto, Rochettæ, Cerri, Aquævivæ, Furnellorum, Cellini, Phœudi Valisporcinæ, aliaque loca diruta.

Die 20. Novembris 1700. inita Cassinatium nomine hujus Abbatiæ possessio est a D. Severino Penna Vicario generali diœcesis Cassinensis, ut instrumentis constat stipulatis a notario apostolico D. Benedicto Laono Sangermanensi, & notario Regio Vincentio Grandi ab oppido Castellone ejusdem Abbatiæ.

Ne quidem reliquiæ supersunt celeberrimi monasterii S. Vincentii, sed columnæ dumtaxat fractæ quædam, atque capitella ordinis Corinthii ex optimo marmore sparsa in prædiis visebantur. Nullus celebris bibliothecæ codex, nullum archivii diploma, sed aliquas dumtaxat scripturas, ut plurimum recentissimas, hinc inde diligentia nostra recuperavimus.

Ecclesia veteris majorum nostrorum magnificentiæ argumentum, pronavo, duabusque alis constabat, quarum unaquæque quinque arcubus, atque quadratis columnis sustentabatur, ducentum palmis Neapolitanis longa, & octuaginta tribus lata erat, ex quibus quadraginta absumebat pronaum. Pavimentum tessellati operis majus ostium albo marmore cum epistylio, & arcu superiori duobus ex marmore leonibus fulcito. Totum ædificium ex quadrato topho. Uno excepto Sanctuario ecclesia omnis absque tecto erat, pronaiq; muri diruti, collabentesque reliqui, quemadmodum & propilæum ante ecclesiam longum palmos trecentum triginta sex, latum sexagintatres, columnis ex Ægyptio marmore olim suffultum: verbo, misera amplissimi cadaveris membra vix conspexisses. Quare Innicus Caracciolus, tum fiduciarius Abbas, ut Dei cultum utcumq; restitueret, servato Sanctuario, & frunte ecclesiæ, reliquum sterni jussit, atque ex fundamentis parallelos parietes longos sexaginta circiter palmos & latos triginta duos excitavit. Ad sexdecim palmos altum erat ædificium cum hujus Abbatiæ jurisdictio nobis concessa est; statimque quam diligentissime admota operi manu ecclesia omnis perfecta integre erat, cum casu ex insperato corruit: quare iterum cœmenta ac ligna coempta, quæ Cassinatæ militiæ inter transeundum ad ignem excitandum adhibuere. Tertium itaque gravissimis impendiis hæc ecclesia Cassinatium opera cooperta; excitatæque duæ ad latera campanariæ turres, quæ robur fessis quassatisque ob tecti ruinam parietibus afferant, & qualecumque ornamentum. Refectæ campanæ, sartum tectumque jamjam collabescens palatium Abbatiale, excavatæ in agris fossæ, quodque magis est excitatus Divinus in ecclesiasticis, & laicis cultus, clerici in seminario Cassinensi educati; atque Abbatiæ jura intrepide hactenus vindicata, ut multa recuperata

jam

jam sint, quæ amissa dolebant Fiduciarii Abbatiæ Vulturnensis superiores. De hujus Abbatiæ temporali jure, deque piscatione, pascuis &c. agendum in Dissertationibus.

Non longe a memorata ecclesia in clivo dicto *Colle della Torre* plura hactenus visuntur rudera columnaque e marmore Ægyptio, e quibus quædam integræ.

Hospitiū Capuccinorum.

Capuccinorum apud S. Germanum conventus aeris gravitate laborare creditum, quod identidem plures ibi ægrotassent. Quare Gregorius Gallisius Cassinensis Abbas precibus Fr. Basilii a Surrento Guardiani annuens spatium trium tumulorum non longe a conventu concessit consensu suorum monachorum, in quo hospitium constituerent obtenta prius a sacra Congregatione Capuccinis concessus, ea lege, ut quotannis Capuccini nobis semel parum acetariorum exhiberent, sique quavis de causa hospitium ab eis desereretur, nobis cederet, ut constat instrumento stipulato a memorato Notario Joseph Riccardi die 30. Junii 1706. Tres ibi magnæ aulæ veteris Cassini urbis magnificentiæ indicium inventæ, cum ineunte Aprili anni 1707. memoratus Guardianus Hospitii fundamenta jecit, ad quæ benedicenda magna totius Cleri Sangermanensis supplicatione, atque populi utriusque sexus frequentia perrexerat D. Antonius Carrafa Vicarius generalis Cassinensis. Aderat quoque Cataphractariorum militum turma, quæ apud S. Germanum degere tunc temporis solebat, eaque occasione concionem ad populum habuit Guardianus Capuccinorum Pontiscurvi, unde & ab Arpino, atque Albero plures huc Capuccini convenerant. Altum jam evaserat ædificium, cum die 29. Novembris 1709. magna ex parte corruit ob male compactos a cæmentariis lapides, cujus rei non semel commonefacti fuerant ab iis, qui apud nos Nosocomio construendo operam dabant. Verum instaurati iterum parietes, perfectumque hospitium, quod modo magna salutis suæ utilitate incolunt æstivo tempore Capuccini. Non levia operi adjumenta concessere Cassinates, aliique pii viri.

Novū Cōventus PP. Prædicatorū.

Longe graviori, atque paludoso in loco situm est cœnobium Ordinis Prædicatorum, cujus parietes, atque potissimum ecclesia pene collabascunt. Quare plurium medicorum suasu electus locus prope Rocham Janulæ, concessusque a Cassinatibus, quo ibi nova ecclesia, cœnobium, & viridarium statueretur, ut nempe aliquam veteris erga insignem Prædicatorum Ordinem amoris sui significationem exhiberent, cum rescirent potissimum precibus S. Thomæ Aquinatis concessam olim anno 1270. ab Abbate suo Bernardo facultatem, ut apud S. Germanum excitaretur ejus Ordinis cœnobium, ut supra diximus. Cœptum itaque diligentia Fr. Januarii Turris Neapolitani Congregationis S. Marci Cavotorum, & Vicarii Conventus Sangermanensis ædificium, quod ne perficeretur, in causa fuit importuna mors ejusdem pii viri die 8. Novembris 1720.

Meis certe precibus vir nunquam satis laudandus Fr. Antoninus Cloche Magister Generalis Ordinis Prædicatorum concesserat, ut Fr. Januarius in munere suo confirmaretur, perfectumque fuisset opus, ni & ipse A. 1720. mense .... obiisset annos natus nonaginta tres, ex quibus triginta tres in Generalatu consumpserat. Sæpe magnas hic vir gratias Abbati Cassinensi, mihique pro re hac reddiderat hisce potissimum literis: *Reverendissimo Padre Patrone Colendissimo. Con mia grandissima consolazione ho lette nel gentilissimo foglio di V. P. Reverendiss. in data delli 23. scaduto ed a me pervenuto il dì 31. detto per la posta del Papa la grazia, benignamente concessa da cotesto Illustriss. Padre Abbate, del sito in una parte del sagro monasterio per la fabrica del nuovo convento per la mia religione ad istanza, e contemplazione della di lei somma bontà, che così eccedentemente si è degnata interessarsi per il conseguimento, onde ne rendo alla di lei gentilezza i più distinti, e vivissimi ringraziamenti, accertandola, che da me, e dalla mia religione se ne professeranno perpetuamente al suo gran merito le dovute obbligazioni. In esecuzione poi de' suoi cenni le acchiudo le mie due sì per il Padre Vicario generale della Congregazione della Sanità, che per il Converso Fra Domenico Antonio Laudati per la sua sollecita venuta, chiamandomi ancho obbligato a V. P. Reverendiss. per l'esibizione cortese di tener il sudetto in cotesto sagro monasterio per fuggire ogni timore di cattiv'aria. Li PP. Maestri Minorelli, e Zoannelli le presentano i loro ossequiosi rispetti, ed io mi dò l'onore di riprotestarmi divotamente. Roma 4. Settembre 1717. D. V. P. Reverendiss. Devotiss. & Obbligatiss. Serv. Fr. Antonino Cloche Maestro Generale de Predicatori. Padre Abbate D. Erasmo da Gaeta. Frosinone per S. Germano.*

Plures certe eleemosynas dederat cœnobium Casinense: atque Abbas noster, utpote Ordinarius, redditus, qui oneribus superessent, sacellorum Assumptionis Deiparæ, & Rosarii attribuerat.

Sæculo XIV. testamenti A. 1357. facti a Gemma Sangermanensi relicta nobilis judicis Tancredi de Posis meminimus, in quo inter alia hæc leguntur.

Item voluit, mandavit dicta D. Gemma, &c. quod quandocumque aliquis, vel aliqua se disponeret fieri, & construi facere in dictis domibus, & Casalenis monasterium Monialium, quod ipsa bona pradistincta sint, & esse debeant dicti monasterii Monialium. Quare presbyter Franciscus Spalieri, canonicus nunc ecclesiæ collegiatæ S. Germani, aliique pii Sangermanenses secum deliberarunt in eadem domo, quæ hactenus nosocomium fuerat, conventum Capuccinarum sub regula S. Francisci Assisinatis excitare ad præscriptum bullæ Urbani VIII. hincque inito civium consilio, decretum, ut septuaginta duo quotannis ducatis ex nosocomii redditibus novo conventui attribuerentur, atque nosocomium alibi transferretur, nempe, quod falso sibi persuaderent, ut Sæculo XIV. ostendimus, nosocomium juris regii esse. Impetratus hanc ob rem assensus regius die 7. Februarii 1722.

Conventus Capucinarum.

Quod hic monitum volumus pro rei gestæ memoria, novique conventus comodo absque ullo prorsus Ordinarii Casinensis præjudicio, qui sibi nullo medio nosocomium illud subjectum esse certo scit, quemadmodum sciunt etiam regii ministri, imo ex supplici civitatis S. Germani ad Proregem

regem

regem libello constat constructum nosocomium in Gemmæ domo, dotatumque latifundiis ab ea relictis.

Quare regii juris nulla ratione dici potest.

Cum tamen haud tot essent redditus, quibus parthenon constitui rite posset, ne spirituale illud bonum, quod sibi animo proposuerant viri pii, præpediretur, decreto Ordinarii Cassinensis die 3. Octobris 1722. statutum est, ut conclave, quod conservatorium vocant, erigeretur, quibusdam additis conditionibus, quas mulieres observare deberent. Hinc solemni ritu a Rituali Romano præscripto die 9. Novembris 1722. novem illic virgines clausæ a Vicario generali Cassinensi D. Cherubino Forgione, adstantibus canonicis collegiatæ ecclesiæ, aliisque Urbis civibus. Promisere virgines obedientiam Abbatissæ, & Ordinario Cassinensi, cui nullo medio subduntur, declararumque nil umquam Capuccinis Patribus dominii, aut juris in conservatorium futurum, cum etiam verum cœnobium erit. Haud tamen paupertatis omnimodæ sese obstrinxere voto, sed illi, quod Capuccinis Urbanistis competeret. Regula S. Francisci electa est, & ab Ordinario probata, cujus ductu piæ hæ virgines communi vita vivunt, & Regulari, ut vocant observantiæ sedulam narant operam, rudiori panno a se facto, atque laneo indusio usæ obducto grosispeo albo velo capite, renibusque fune cinctis. Quo habitu vestitæ dormiunt in culcitra straminea, atque ætate sexta noctis hora, hyeme decima matutinas laudes, eademque servata proportione autumno &c vere recitant, post quas orationi mentali dant operam.

Post Primam unum ex regula capitulum legitur, atque inde ab Abbatissa brevis sermo habetur. Recitata Tertia, Sexta, & Nona, auditaque missa labore manuum sese exercent, atque prandium lectione spirituali condiunt. Dictis Vesperis, & completorio statis horis Rosarium Deiparæ recitant, frequenterque Sacramentis pœnitentiæ, & eucharistiæ sese expiant. Silentium maxime colunt, atque identidem in hebdomada congregatæ reparatoris nostri passionem animo revolvunt, & quasdam vocales orationes recitant, mortificatione sensuum pro viribus ad Abbatissæ præscriptum intentæ. De concla vi hoc agitur decreto nono Synodi Cassinensis anni 1725.

Die 11. Januarii 1723. instrumento stipulato a Joanne Baptista Barberio Sangermanensi notario apostolico, & regio, Syndicus & Electi civitatis S. Germani possessionem hujus domus virginibus Capuccinis dedere, vi alterius instrumenti penes ejusdem notarii acta die 23. Augusti 1722. illisque septuaginta duos ducatos, ut diximus concessere ex nosocomii redditibus vigore testamenti D. Gemmæ, & assensus regii, quæ propria authoritate, & absque figura Judicii etiam via executiva Virgines illæ consequi possent. Aliæ additæ conditiones, quas legere est in memorato instrumento. Pio huic operi plurimum contulit cœnobium Cassinense privatis eleemosynis, assignataque panis, & piscium annona qualibet hebdomada, atque quolibet mense quadam nummorum quantitate, potissimum qui tum illud regebat Abbas Brancaccius.

Die 4. Augusti 1722. emptæ domus prope ecclesiam Spiritus sancti, in quas nosocomium translatum, ut instrumento constat stipulato a memorato notario Joanne Baptista.

Sodalitas Sanctissimi Sacramenti, & immaculatæ Deiparæ Conceptionis.

Sodales Societatis oratorii Ss. Sacramenti sub eodem titulo, & immaculatæ Deiparæ Conceptionis societatem instituerunt, quæ sub regulis celeberrimi Patris Pavonis Jesuitæ militaret, obtenta ab Abbate Cassinensi Ordinario facultate, a quo concessum illis est, ut in ecclesia S. Rocchi, ad eum usum tantum, & ad suum, suorumque successorum beneplacitum congregarentur, ut fusius decreto constat Kal. Aprilis 1703. facto a P. Antonio Carrafa Vicario generali.

Hactenus sibi festis diebus præcipui Sancti Germani Cives ad quædam obeunda exercitia spiritualia congregantur sub presbytero ab Abbate Cassinensi approbato, eamque ecclesiam propriis expensis pulchriorem reddidere.

Eodem an. 1703. erecta Ordinarii Cassinensis facultate sodalitas sub mortis titulo in parochia S. Joannis apud S. Germanum a presbytero D. Rosato Pelliccetiaro, cui inter alia pietatis opera sepeliendorum mortuorum cura est.

Sodalitas Clericorum Citrarii.


Hoc Jubilæi anno 1725. parochi, & procuratores cleri oppidi Citrarii sodalitatem clericorum, approbante Abbate Cassinensi, sub titulo SS. Conceptionis, instituere, quæ iisdem a Patre Pavone præscriptis regulis uteretur, ut fusius legere est in decreto die 23. Februarii ejus anni facto, in quo statuitur, ut pater Spiritualis ab Abbate Cassinensi eligeretur, eaque sodalitas citrà ullum parochialium jurium præjudicium dispositioni, correctioni, & visitationi ejusdem Abbatis in futurum semper subderetur.

Nova ecclesia S. Mariæ.

In agro S. Eliæ magna devotione frequentes populi statis diebus Deiparæ imaginem loco dicto *Okvella* invisebant. Quare cum ecclesia satis angusta videretur, nova magnificentior, ampliorque erecta est, ut Deiparæ, a qua plures perciperentur a fidelibus gratiæ, cultus augeretur.


APOLO-

SIGILLA DIPLOMATUM RELATORUM ADHUC PENDENTIA




Tabula. II. p. 876.

Fol. 125. *Col. 2.*



Fol. 158. *Col. 2.*



Fol. 159. *Col. 1.*




Fol. 282.




Fol. 159.





Tabula. III. p. 876.

Fol. 308. Col. 1.



Fol. 313. Col. 1.



Fol. 413. Col. 1.



Fol. 415. Col. 1.



Fol. 431.



APOLOGIA

PRO LEONE OSTIENSI, ET PETRO DIACONO

Chronici Cassinensis Authoribus.

§. I.

Leonis Ostiensis atas ejusque chronici Editiones.

Quanta diligentia Leo Ostiens. historiam suam conscripserit.

CUm præcipuæ Dissertationum nostrarum partes Leonis Cardinalis, & Episcopi Ostiensis, atque Petri Diaconi, qui Chronicon Cassinense conscripserunt, auctoritati innitantur, quippe qui omnia privilegia a nobis integra adducenda compendio retulerint, assertioneque sua demonstrarint, a vetustissimis iam temporibus ea in archivo nostro asservara; haud in irritum cessuram operam nostram credidi, mus si in antecessum earum authoritatem, fidemque a quorumdam dicteriis, calumniisque vindicaverimus; ostenderimusque in rerum gestarum memoria litteris consignanda veridicos semper, integerrimosque fuisse scriptores: Hinc enim constabit, quibus assertiones nostræ rutis inhæreant fundamentis. De illis ipse Leo præfatus est in Prologo lib. 1. Chron. Cassin. historiam suam conscripsisse: *Diligenter indagatis privilegiis, atque praceptis, nec non & concessionibus, diversorumque nominum scriptis, tam scilicet Pontificum Romanorum, quamque diversorum Imperatorum, Regum, Principum, Ducum, seu comitum, cæterorumque virorum illustrium, ac fidelium, qua dumtaxat nobis ex duobus cœnobii hujus incendiis residua esse videntur, quamvis nec ad eadem ipsa omnia potuerim pervenire.*

Leonis ortus, Professio, & Dignitas.

Ortus est Leo in civitate Marsicana, ex qua provinciæ nomen, atque Leoni cognomen Marsicani obvenit, usitata tunc temporis, receptaque apud Monachos consuetudine, ut ex Chron. Cass. lib. 2. cap. 92., & lib. 4. cap. 101. liquet, quæ modo etiam apud nos usuvenit. Eam certe Urbem extitisse, tum ex ipso Leone lib. 1. cap. 37. lib. 2. cap. 7., alibique constat, tum ex privilegiis in nostra Dissertatione prima referendis, potissimum vero ex diplomate ab Otthone magno Morino Abbati S. Archangeli Vallis Regiæ an. 964. concesso, in quo inter alia confirmat: *Cellam, qua est posita supra ipsam civitatem de Marsi.* Atque in Otthonis II. privilegio Cassinatibus an. 981. concesso hæc leguntur: *Omnes res jam dicti monasterii S. Michaelis in Marsicano Comitatu. Cella S. Maria in Fundo magno &c. S. Pauli supra Marsicanam civitatem.* Quanam gente Leo sit ortus, incompertum; nobilem tamen crediderim, cum Johannem Soranum episcupum Avunculum suum fuisse dicat lib. 2. cap. 16. Vix ephebus in cœnobio Cassinensi monachum induit, Abbate Desiderio, ut ipsemet in Prologo lib. III. hisce verbis narrat: *Ego tamen, quamvis omnium imperitissimus, & tanto sim operi S.S.mi Patris Oderisii minime contempdo, tum pro maxima, quam idem Pater Desiderius in me ab ipsa fere infantia habere dignatus est dilectione, cum me vix dum quatuor, & decem annos egressum in hoc sancto loco quam libenter suscepit, instruxit, enutriit, ac provexit &c.* Disciplina Monastica imbutus est, præceptore Aldemario; ait enim lib. III. cap. 26. *Aldemarium quoque felicis memoria Capuana civitatis prudentissimum, ac nobilem Clericum, & Richardi Principis olim notarium, qui meus in conversione magister extiterat, quique in Abbatem, Fratribus in Sardiniam missis, dudum fuerat ordinatus, postquam reversus ad monasterium est, in ecclesia S. Laurentii, qua appellatur foris muros, Cardinalem simul, & Abbatem sacravit.* Egregiis artibus informatus ita excelluit, ut brevi admodum post conscriptum Cassinense Chronicon, S. R. ecclesiæ Cardinalis, & Episcopus Ostiensis sit inauguratus a Paschali II. an. 1101., non autem ab Urbano II. ut contendunt Arnoldus Wion, Petrus Ricordati, Matthæus Lauretus, aliique, cum hic an. 1099. die 29. Julii è vivis excesserit, quo tempore episcopus Ostiensis erat Odo Urbani nepos, qui an. 1101. obiit, testibus Ughellio, & Lucentio Italiæ Sac. To. I., in Episcopis Ostiæ. Neque quidem Leo ab Urbano Cardinalis inaugurari potuit, cum adhuc monachus an. 1098. in concilio Barensi pro repetendo Cassinatibus cœnobio S. Sophiæ, supplicem libellum exposuerit, quem veteres proclamationem appellabant, a nobis in historia relatum. Jam Cardinalis concilio Lateranensi, jussu Paschalis II. an. 1112. celebrato, interfuit, cui tertius subscripsit; eodemque anno aram maximam ecclesiæ S. Laurentii in Lucina dedicavit, non S. Laurentii extra muros, ut hallucinatur eruditissimus, nobisque dum viveret familiaritate conjunctissimus P. Mabillonius; dum To. V. Annal. p. 570. nu. 25. de craticula S. Laurentii martyris, cum duabus ampullis ejusdem sanguinis a Paschali II. sub ara veteri inventa loquens ait: *Per manus Leonis Ostiensis episcopi sub novo altari recondita est, nimirum in S. Laurentii Basilyca extra muros Urbis, ubi hactenus asservatur. Hoc autem altare ab eodem Leone Ostiensi episcopo dedicatum est &c.*, ut *Baronius ad hunc annum fusius refert.* Eam inventionem sic narrat Baronius; *Sed qua insuper ad hunc annum spectant memoria de rebus gestis sub Paschali, ha habentur in titulo S. Laurentii in Lucina. Tempore Domni Paschalis II. Papa anno ejus XIII. millesimo centesimo* duo-

duodecimo, indictione quinta, sexte Kal. Februarii, per manus ejusdem Pontificis craticula, super quam procul dubio beatus Laurentius emisit spiritum, de quodam altari veteri educta est, cum duabus ampullis vitreis, mediis sanguine ejusdem Martyris, qua cum nonnullis diebus videretur a Romano populo, coram ejus multitudine per manus Leonis Ostiensis episcopi sub hoc novo altari IX. Kal. Februarii recondita est. Ex sede vero marmorea S. Laurentii in Lucina, retro Altare primarium, ac rursum in tabula marmorea ejusdem ecclesia (qua item ad presentem annum spectant) hac habentur, qua sequuntur. Anno Domini millesimo centesimo duodecimo, indictione 5., *in Kalend. Februarii dedicatum est hoc Altare per manus Leonis Ostiensis episcopi, Reliquia Sanctorum martirum in hoc venerabili loco ha recondita sunt, Sancti Cornelii Papa, S. Dionysii Papa &c.* Vixit certe Leo ad an. 1115. cum bullæ a Paschali II. eo anno ecclesiæ Marsicanæ concessæ, quam Ughellius in Episcopis Marsicanis To. I. Ital. Sac. col. 964. refert, subscripserit hisce verbis; *Ego Fr. Leo Episcopus Ostiensis &c.* Quandonam obierit incompertum, nam in Emortuali Cassinensi cod. ms. sign. nu. 47. hæc tantum leguntur; *Undecimo Kal. Junii obiit ven. mem. Dominus Leo Ostiensis Episcopus.* Inter alias Leonis lucubrationes eminet Chronicon Cassinense Oderisii Abbatis jussu, qui ab anno 1087. ad 1105. cœnobio Cassinensi præfuit, a lib. 1. ad cap. 34. inclusive lib. III. conscriptum, ut ipsemet testatur in Prologo hisce verbis. *Domino, & Patri SS^mo Venerabilis cœnobii Cassinensis Abbati Oderisio. Fr. Leo cognomine Marsicanus debita obedientia famulatum. Injunxeras mihi jam dudum vestra Beatitudo, Pater venerandissimo, ut gloriosi pradecessoris tui sancta mem. Abbatis Desiderii singularis plane, & unici hoc tempore sui ordinis viri, magnifica gesta ad posterorum memoriam scribendi operam daremus. Nuper itaque, cum a Capuana redeuntem te pro meo comitarer officio, inter ambulandum reminiscens tua ipsius egregia jussionis, percontatus es, utrum desiderium tuum super scribendis Desiderii gestis explessem. Ego vero subita hac sciscitatione conventus, id, quod in re erat, respondere coactus sum: Nihil omnino me inde fecisse, moxque aliquantulum resumpta constantia; Et quando (inquam) ego huic tuo parere imperio potui, quando toto fere hoc anno, cum in servitio domni Apostolici, ex jussione tua, tum quoque in tuimet ipsius diversis negotiis occupatus, vix per octo dies continuos in monasterio constiti. Cum videlicet opus istud non parvo indigeat otio: neque sit occupati alicujus tantam materiam aggredi, sed potius curis omnibus expediti. Hac igitur patienter ratione suscepta, & negligentia me modestu admodum invectione coarguens, & nunc (inquis) otium, quod desideras arripe, & in scribendo Desiderio ne velis amplius moras innectere, immo etiam volo, atque precipio, quandoquidem usque ad hunc diem res ipsa procrastinata est, ut ab ipso Patre Benedicto ejusdem tua inscriptionis initium sumens, universorum usque ad eundem Desiderium nostri loci Abbatum series, tempora, seu gesta undecumque studiosissimus indagator exquiras, & qua, vel a quibus, seu qualiter sub singulis Abbatibus possessiones, seu ecclesias, quas possidere videmur, nostro Monasterio accesserint; Imperatorum, ac Ducum, Principumque pracepta, nec non aliorum quorumque fidelium monimina scrupulose disquirens, instar Chronica historiam, non parum nobis succedentibus utilem, condas. Super hac praterea tam destructionem, quam & restaurationem cœnobii hujus bis diversis temporibus factam, nec non, & si qua interim occurrunt de operibus, seu gestis clarorum virorum harum dumtaxat partium, digna memoria suis in locis, vel breviter annectere non graveris. Cujus ergo imperii pondus postquam cœpi sollicitius in memet considerare, cœperunt mihi hinc inde plurima cogitationum spineta succrescere, & unde, vel quomodo id perficere graviter possem, pro paupertate sensus mei non facile pervidens, an recusare, an suscipere tantum opus, utrum eligerem ignorabam. Si quidem in suscipiendo temeritas, inobedientia me in recusando pungebat. Ad hac memineram, prafatum dominum meum Desiderium, hoc ipsum opus olim Alfano Archiepiscopo Salernitano, viro nostrorum temporum sapientissime injunxisse, sed eum laboriosam valde materiam pervidentem, periculo se hujusmodi subduxisse, quod si ille, qui & scientia, & eloquentia incomparabiliter tunc pollebat, huic se oneri caput summittere, quid mihi esset agendum, cui nec scientia aliqua, & eloquentia nulla prorsus inesset? Angebat iterum conscientiam meam, cur opus istud non alicui alii confratrum nostrorum, qui longe utique me scientiores, & dictandi usu peritiores, existerent, a te committeretur. Quos videlicet, vel ex diversis partibus Orbis, ejusdem Sancti Pradecessores tui diligentia in hunc locum agregaverat, vel in hoc eodem cœnobio doceri studiosissime fecerat. His, & hujuscemodi cogitationibus fluctuans astuabam, quoniam, & res hac altior erat, quam, ut a me posset attingi, & abstrusior certe, quam ut valeret a me perscrutari: Verum, quoniam pro devotione, quam ab olim in tua paternitate singularem gerebam, nil unquam tibi refutare jamdudum decreveram: stabilivi tandem animum, & qui sola prius Desiderii gesta pusillanimis attemptare timueram, universorum postmodum pradecessorum ejus, confidens de adjutorio Dei, & ita mihi prorsus judicans expedire, quoquomodo scribenda suscepi. Mox itaque, repertis illis ipsis scriptiunculis, qua de hac eadem materia, laciniose licet stylo videbatur, vel breviter exarata, & pracipue Chronica Johannis Abbatis, qui primus in Capua nova Monasterium nostrum construxit, adhibitis nihilominus libris huic operi necessariis Historia videlicet Langobardorum, Chronica quoque Romanorum Imperatorum, atque Pontificum, nec non & diligenter indagatis privilegiis, atque praceptis, nec non & concessionibus, diversorumque nominum scriptis, tam scilicet Pontificum Romanorum, quamque diversorum Imperatorum, Regum, Principum, Ducum, seu comitum, cæterorumque Virorum illustrium, ac fidelium, qua dumtaxat nobis ex duobus cœnobii hujus incendiis residua esse videntur, quamvis, nec ad eadem ipsa omnia potuerim pervenire; postremo & scrupulose interrogatis his, quos modernorum temporum, seu Abbatum gesta, vel audire in proximo contigerat, vel videre, prout tenuitas ingenioli mei suppetit, peragere quod pracepisti aggressus (auxiliante Domino) sum; magis certe de obedientia, quam tibi ut Patri, ac Domino debeo, quam de aliqua prasumens scientia &c. In tres porro decisiones, quasi pro legentium levami-*

Leonis lucubrationes.

Leo occupatus in servitiis Romani Pontificis.

Alfanus Archiepiscopus vir doctissimus.

Quibus auctoribus usus est Leo in scribendo Chro. Cas.

namine, statui libellum istum dividere. Quoniam tribus precipue cœnobii hujus Abbatibus concessum est, post beatum Benedictum, in hujus loci restauratione supra cateros studuisse, atque ideo forsitan divinitus illis prastitum est, amplius reliquis in hac pralatione vixisse, & beato quidem Patri Benedicto, cum quatuor subsequentibus, quasi in prafatione pramissa à Petronace, qui post centum, & decem circiter annos a Langobardorum destructione locum hunc restaurare cœpit, prima sortis initium faciam, qua usque ad secundam destructionem, qua a Saracenis sub Berthario facta est, ordine suo perducta, eique insuper illis adjunctis qua per annos septem, & sexaginta, destitute hoc loco, a septem Abbatibus apud Teanum, & Capuam commorantibus gesta sunt. Secunda pars ab Aligerno mihi incipiet, qui non tantum in istius Monasterii restauratione, verum etiam in reconciliatione totius hujus terrę, qua Saracenorum infestatione destituta cultoribus fuerat, studiosissime studuit; & hac ergo ad Desiderium usque nostrum particula protelata, & gestis illorum, qui per ipsius temporis spatium huic monasterio prafuerunt consequenter annexis: ipse Desiderius initium erit, & terminus totius tertia partis, qui nec Petronace, nec Aligerno, imo longe (meo judicio) potior, magnificum, ac speciosissimum ex integro monasterium novum, atque pretiosissimum, ac si alter Salomon nostris temporibus construxit Domino Templum. Jam vero, si juvat tribus his portionibus addere quartam, a vobis (auxiliante Domino) illius erit principium, & infra: licet enim minus eleganter simpliciter tamen, atq; veraciter, quantum ad me, ea, qua dicenda sunt, pro mea scientia modulo exequar, &c. Egregia omnia Desiderii, & Oderisii gesta literis mandare haud potuit Leo, vel morte præpeditus, vel cura Pastorali; ejusque vota est executus Petrus Diaconus, ut dicemus a cap. 35. lib. III. ad tot. lib. Quartum.

Editiones Chronici Cassinens.

In editione Chronici Cassinensis, communis cum aliis veteribus Scriptoribus sors Leoni obvenit, cum & ipse hiulcus, mancus, sibique repugnantia asserens apparuerit. Fit enim vel editorum imperitia, ut quæ primum edita sunt, minus sint exacta, vel oscitantia, vel certe quod in depravatum codicem inciderint. Quæ omnia profecto Laurentio Vincentino monacho evenere, qui primus Chronicon Leonis, & Petri typis Lazari de Suardis an. 1513. Venetiis edidit, nuncupavitque Johanni Cornelio Abbati S. Justinæ, cui portentosa hæc planeque admiranda venditat. *Cassinense Chronicum supplex ac devotus obtuli. Antea enim mihi P. T. ut impressoria arti &c. traderem pracepit: cui ego pro posse parere desiderans, litterariis typis imprimendum exhibui. Quam profecto provinciam vires nostras excedentem subire non dubitavi, cum tui causa, cujus imperio non morem gerere nephas esse duxi: tum rei ipsius ratione, ut scilicet eam a situ, & carie vindicarem. In bibliothecis si quidem nostris propemodum vetustate confecta latitabat: brevi (ni fallor) curriculo peritura &c.* Ex quibus postremis Laurentii verbis constat haud codice Cassinensi in editione sua usum, qui integer, & incorruptus modo etiam post tot sęcula apud nos asservatur.

Quæ manca Leonis editio Veneta.

Cum die quadam editionem hanc Laurentianam pervolverem, comperi latiniora quædam in ea esse, quam ferret Leonis unus, quædam contractiora, alia mutila, & hiulca; quare suspicio ingessit animum, eam a codice celeberrimi Ambrosii Camaldulensis, qui Chronicon Leonis perpoliendum assumserat, esse deductam. Neque mea me fefellit opinio, nam Petri Mariæ Justiniani Ascetæ nostri usus opera, a Francisco ipsi Camaldulensi in cœnobio S. Michaelis Muriani Prælectore (ubi codicem Ambrosii asservatum jam pridem a Seraphino Tausio tunc in S. Georgio majori Prælectore, modoque Procuratore generali Congregationis Cassinensis, & Abbate cœnobii S. Mariæ fontis vivi meritissimo resciveram) hac epistola ad Justinianum data rei serie edoctus sum: *Ho procurato di servire con la maggior diligenza possibile V. P. M. R., e per l' obbligo, che me ne corre, e per proprio genio. Ho per tanto confrontato il nostro codice con l' editione di Parigi 1603.,* (Quæ eadem est cum Laurentiana) *la quale s' attrova nella nostra libraria, ed ambidue in tutto, e per tutto sono coerenti. Bisogna per tanto, che detta editione di Parigi sia stata fatta juxta la correzione del nostro Ambrogio. Il nostro codice però incomincia immediatamente dal Proemio: Incipit Proemium in Historia Cassinensis Monasterii, e poi Domino, & Patri Sanctissimo venerabilis cœnobii Cassinensis Abbati Oderisio Fr. Leo cognomine Marsicanus debite obedientia famulatum, e poi finito il Proemio dice: Explicit Prafatio, e da poi dice: Incipiunt Capitula primi libri, e fa la Tavola de capitoli del primo libro, e poi dice: Expliciunt capitula, e sotto: Incipit liber primus Historia Monasterii Cassinensis, finendo: Explicit liber primus Historia monasterii Cassinensis. Il secondo libro parimente incomincia, dal catalogo de capitoli: Incipiunt capitula secunda libri, e doppo fatto il catalogo; Expliciunt Capitula secundi libri, e poi: Incipit Liber secundus Historia Cassinensis Monasterii, e finisce; Explicit Liber secundus Historia Cassinensis Monasterii. Et in questo secondo libro il nostro codice non fa mentione veruna dell' Abbate Mansone, ma ne tace egualmente, che l' editione Parisiense del 1603., e la Veneta, essendovi bensì detto capitolo duodecimo, che parla dell' Abbate Mansone nell' editione Parisiense 1668., nel qual duodecimo capitolo le annotationi dell' Abbate Angelo de Nuce ce fanno conoscere il mancamento di detto Capitolo nelle due predette editioni: il Terzo Libro poi incomincia dal Prologo: Incipit Prologus de Vita, & Actibus Reverendissimi Abbatis Desiderii, qui & Victor Papa tertius; Desiderius Abbas hujus Monasterii XXXVII., & quartus ipsius Instaurator; e finito il Prologo dice: Explicit Prologus: subito doppo v' è la Tavola de Capitoli: Incipiunt Capitula tertii libri, e doppo; Expliciunt Capitula; e immediatamente dapoi: Incipit Historia Monasterii Cassinensis liber III. feliciter: E finite il libro 3. Explicit liber tertius, e poi immediatamente vi è l' Epitaffio dell' Abbate Desiderio con il titolo versus Epitaphii Desiderii, li quali pure vi sono nell' Editione del 1603., mancandovi in quella del 1668. Il capitolo poi 67. del 3. libro tralascio di trascriverglielo tutto, perche' è affatto simile all' edizione del 1603. di Parigi, differiscono solamente in queste, che nell' ultimo del capitolo il nostro codice dice; Quo etiam die corpus Sancti Confessoris Christi Nicolai ex Civitate Myrensi, ubi septingentis ferme annis quieverat, Barinum translatum est: Prædictus autem Pon-*

tifex Roma diebus octo remoratus, una cum memoratis Principibus ad hoc monasterium rediit: la dove l'edizion di Parigi 1603. dice: Quo etiam die Corpus S. Confessoris Christi Nicolai ex Civitate Myrensi, ubi septingentis ferme annis quieverat, Venetias translatum est, in cujus honorem edificata est Ecclesia musivo tabulato, per quam decenter ornata a Patritiis Venetis, & Monachis ibidem morantibus, maximo cum honore veneratur, & colitur, quamquam nonnulli Barium translatum esse contendant. Praedictus autem Pontifex Roma diebus octo remoratus una cum memoratis Principibus ad hoc monasterium rediit: Questa è la sola differenza, che hò potuto distinguere dal nostro Codice all'edizione sudetta di Parigi, per altro in tutto il restante convengono. El quarto libro poi scritto da Pietro Diacono ad istanza del Cardinal Rainaldo Abbate di monte Cassino in proseguimento dell'Istoria di Leone, è parimente nel nostro manuscritto, incominciando: Incipit Prologus Petri Diaconi in Lib. 4. Historia cœnobii Cassinensis ad Rmum Rainaldum Sedis Apostolica Cardinalem, & cœnobii Cassinensis Abbatem pium, atque Venerabilem. E poi: Domino Dilectissimo &c. E finito il Prologo: Explicit Prologus, e subito, senza Indice di Capitoli: Incipit Liber quartus Historia Cassinensis Monasterii: Oderisius &c. E finito il libro dice: Explicit liber quartus, & ultimus Historia Monasterii Cassinensis feliciter. Subito dapoi siegue il Dialogo, il cui titolo è: Desiderii Reverendissimi Abbatis monasterii Cassinensis Dialogus de Miraculis Beati Benedicti Abbatis liber primus incipit feliciter. E poi: Desiderius. Quia, donante Deo, miracula, qua ipse ad laudem sui nominis in hoc Cassinensi cœnobio fieri voluit, quave nostra memoria facta sunt, vel a senioribus nostris relata cognovi, scribere disposui, licet omnia nequeam stilo comprehendere, tum quia plura exciderunt memoria, tum quia occupatus regimine, vel ea, qua scribo discutere, ipse non possum, pauca tamen de pluribus ad edificationem audientium mandare curabo memoria; nam si omnia, qua vel ipse vidi, vel qua mihi relata fuere, per ordinem referre velim, dies me, ut estimo, antequam sermo, deficiet; & hac non tam fretus ingenio, quam quia res omissa videbatur scribere sum aggressus, metuens, ne sicut hactenus, ita, & amodo scriptorum neghgentia derelicta a memoria elapsa oblivioni traderentur. Insuper etiam rogatus a Fratribus, & pracipue a te Frater Teophile levita carissime, ut cuncta, vel audita, vel visa memoratu digna sunt, eorumque auribus studiose, fideliterque referre deberem, rustico licet stilo, tam devote, tamque sedule studui parere petitioni, omnipotentem Dominum deprecans, ut qui servis suis gratiam tribuit, ad virtutem, & mirabilia facienda, mihi quoque sermonem non deneget, quatenus ea digne, ac fideliter ad multorum profectum valeam enarrare. Theophilus. Ego quidem non solum ea, qua in hoc Cassinensi cœnobio miracula, Domino largiente, patrata sunt nosse desidero, verum etiam ea, qua in aliis partibus his vicinis temporibus Christus Dominus per servos suos dignatus est operari, si qua nosti mihi hac audire sitienti te quaeso narrare non pigeat, & hac idcirco te maxime scribere rogo, quia plerosque magis virtutum exemplis, quam exhortationum verbis ad exercitium boni operis, ac ad amorem Patria Cœlestis accendendos esse non dubito. Il primo libro poi de Dialogi finisce: Quis enim cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit, aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quia ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ipsi gloria, & imperium in sacula saculorum Amen. Desiderii venerabilis Abbatis liber primus explicit. Incipit secundus: Pramisso itcumque primo, quemadmodum promiseramus, libello, nunc secundum, Deo auxiliante, aggrediar, in quo catera qua supersunt in hoc Monasterio, vel a Monachis hujus Sacri cœnobii, ubicumque, largiente clementia, his temporibus facta miracula, qua nostra occurrunt memoria, curabo concludere. Termina poi: Hic finem faciat huic dici oratio, quatenus in honore tantorum Martyrum liber iste conclusus, recreato per hujus notis spatium animo ad cetera, qua restant sanctorum Acta ipsorum, omniumque sanctorum precibus adjuti enarranda fideliter veniamus, Explicit liber secundus Dialogi Desiderii Abbatis. Incipit liber tertius: Expletis duobus, Christi gratia comitante, libellis, quos de mirabilibus Dei, vel in hoc cœnobio, vel in sibi subditis cellis, ipso largiente, patratis, descripsimus, ad narrationem tertii, concedente Domino, veniamus, & quia catera, qua extra hujus Monasterii claustra facta sunt, quaque visu, vel auditu percepimus, in aliis duobus libellis adhuc exaranda permanent, opere pretium mihi videtur, ab ipso capite ecclesia exordium sumere, sicque postea seriatim stilo prosequente, ad singula membra. E finisce. Ego denique in eodem Monasterio positus, unum ex illis, qui affuerant testibus, Sicenolfum nomine, superstitem vidi, qui cuncta hac, ut dicta sunt, se vidisse, & audisse profitebatur. Explicit feliciter, e poi fa la nota de Abbati Cassinensi così. Abbates Cassinensis Monasterii: S. Benedictus primus Abbas fuit in monte Casino, & fundator ejusdem loci prafuit annis XIIII. Mensi . . . . Diebus. . . .

Constantinus. Annis . . . . . Mensibus .... Diebus....
Simplicius. Annis . . . . . Mensibus .... Diebus. .
Vitalis. Annis . . . . . Mensibus .... Diebus.
Bonitus. Annis . . . . . Mensibus .... Diebus. .
Petronax. Annis XXXII. Mensibus IIII. Diebus XII.

Di questi non dice gl'anni, principiando solo da Petronace, e ne annovera settantasette, e terminando con un Angelo successore d'altri due dello stesso nome.

Angelus Annis II. Mensibus IIII. Diebus XIII.

E poi sotto: Anno Domini CCCCXCIIII. venit ad conversionem Beatus Benedictus, &c.

Anno Domini D. XXIII. Beati Maurus, & Placidus Beato Benedicto in specu apud Sublacum ab Equitio, & Tertullo.

Anno Domini D. XXVIII. fundatum fuit Cassinense monasterium a Sancto Benedicto. Vixit S. martyr Christi Placidus annis XXVI. martirioq; &c.

Anno Domini D. XLII. obiit beatissimus Pater Benedictus apud Cassinum Montem.

Anno Domini D. LXXXII. obiit beatus Maurus apud Gallias in Andegavensi Monasterio, quod ipse construxerat.

Anno Domini MCLXXXIX. Abbate Monasterii Cassinensis Roffrido, cum istud monasterium variis quateretur turbinibus, Joannes quidam claudus, & pœne contractus ejusdem monasterii famulus, cum die quadam ante ecclesia atrium, quod

Para-

Paradisus dicitur. E racconta, come a questo apparve S. Benedetto, e li disse, che andasse alla Chiesa della Croce, dove era una sua cappella, e sarebbe sanato come successe, E poi racconta d' un altro miracolo, che successe a S. Benedetto, che mentre saliva al monte Casino sopra una mula, precipitò con la mula sopra un sasso scoscia, il quale cedette, come fosse una cera, acciò il Santo Padre, e la mula non si facessero male, e che v' è ancora l' effigie del Santo sopra quel sasso, e che con la polvere d' esso si guariscono molti mali, e che questo luogo è vicino alla Chiesa della Croce, dapoi dice.

Anno vero Domini MCCXCIII. Nicolaus Beneventanus adolescens a Damone correptus est: di cui racconta, che essendo andato per la Chiese a dimandar il suffragio de Santi, e non essendo perciò liberato, stabilì salire à Monte Casino à visitare il corpo di S. Benedetto, e che nel salirlo si senti liberato, e poi racconta un miracolo eguale d' una Giovane Teranense, e raccontato questo miracolo, termina: pristinaque integritati restituta est meritis Beatissimi Patris nostri Benedicti, cujus ipsi quoque suffragiis adjuti, æterna vita gaudiis frui mereamur, præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen. E poi subito sotto racconta cosa debba fare ciascun' officiale.

Decanus debet reparandum curare Refectorium; pulsatorium, Dormitorium, Domum, in qua pedet &c.

Sacrista reparandas curare debet omnes ecclesias &c.

Vesterarius reparare debet curare Cimiteria, balnea, vestiarium &c.

Camerarius reparare Palatium debet, quod Granarium dicitur, quod est juxta citasterium prope Paradisum, & omnes alias Cameras &c.

Infermarius reparare debet Palatium Infirmarii &c.

Cellerarius major pistrinum reparare debet &c.

Hospitalarius reparare debet Hospitale, cum Capella, & omnibus sibi adjacentibus: e poi.

Anno Domini MCXXXVIII. Mons Vesuvius per XL. ferme dies eructavit incendium.

MCXL. Terremotus factus est valde magnus.

MCXLI. Fulgur senem Fratrem ante crucem Chori stantem percussit, & occidit, & plura monasterii loca tetigit.

MCXLII. luna XIIII. tota obscurata est à prima hora noctis usque ad quartam.

MCXLIV. Ordinato Eugenio, Cometes apparuit.

MCXLVII. Sol obscuratus est IIII. Kalend. Novembris. Imperator Conradus, & Ludovicus Rex Hierosolymam proficiscentes, exercitum, partim famo, partim bello amittunt.

MCL. luna obscuratur. Sanguis pluit. In festo S. Johannis Baptista.

MCLII. Terramotus multi, magnique fuerunt.

MCLXVI. Pestilentia maxima fuit.

MCLXVIII. Terramotu facto, multarum urbium mœnia ciciderunt.

MCLXXI. Infra Octavam Epiphania magna vi venti homines, Jumenta, arbores, herbaque periere, tantaque invaluit fames, ut plurimi fame per totam Italiam morirentur.

MCLXXXIII. Terramotus terribilis per totam Calabriam multas Ecclesias solotenus diruit, multosque obruit homines.

MCLXXXV. Petrus Abbas Cassinensis in sancta confessione obiit VIII. Id. Julii.

MCLXXXVI. Saladinus bis Christianis superatis Hierosolimam capit.

E così finisce il nostro Codice: quanto poi a quello lei desidera sapere, come sappiamo ch' il detto Codice sia del nostro Ambrogio, le rispondo, che lo sappiamo e dalla traditione de' Padri del monastero, e dall' iscrittione affissa alle tavole del libro, la quale dice. Iste liber est Monasterii Sancti Michaelis de Muriano Camaldulensis ordinis, Torcelana Diœcesis, quem librum Ambrosius Generalis Noster Camaldulensis ex rudi, & ferme vernaculo, quo fuerat scriptus, stilo, in hunc elegantissimum, quo in presentia extat diligentissime vertit, la quale Iscrittione si ricava, che sia del nostro Gadolo, da altri suoi manuscritti, che abbiamo, li quali sono affatto simili à detto carattere dell' Iscrittione, e questo Gadolo viveva al tempo del Generale Ambrogio, per altro il codice non è di mano del Generale Ambrogio, è in carta pecora, e di carattere di quei tempi con abbreviature, e lo sappiamo dalle nostre Istorie. Ubi hæc legissem, mirum in modum exhilaratus, dignovi, haud Leoni errata tribuenda, quæ in editione Laurentiana, qua Baronius, aliique scriptores celebres sunt usi, irrepsere, sed potius ejus interpolatori Ambrosio, de quo hæc scribit Augustinus Fortunius in ejus vita cap. II., quæ post lib. tertium Historiæ Camaldulensis extat. *Hunc item gratificandi gratia (idest Ludovico Barbaro Abbati S. Justina) emendavit Ambrosius Chronica Cassinensis cœnobii ex rudi lingua constantia, una cum Dialogo Desiderii, qua quidem Cosmi studio ex cœnobio Cassinati, uti prediximus, summa instantia obtinere curaverat, & de qua item sic ait ad Nic. I. Desiderii Dialogoa, quem extremum in Indice posuisti, ipse in primis est, quem cupimus: prater hunc, & prolixa Historia Cassinatis cœnobii: & subinde dicit: vix potest, quanto illius Patris nostri studio, quanta admiratione afficiar, &c.. Habetur eorum originale apographum in membranis in cœnobio Sancti Michaeli Muriani Venetiis, cum elogio manu ipsius Ambrosii de causa ejus castigationis.* Et Silvanus Razzi in Vitis Sanctorum, Beatorumque sui Ordinis Camaldulensis, de Ambrosio inquit: *Fa anche da lui corretta, e quasi datale un' altra forma, l' Istoria Cassinense, in gratia di Lodovico Abbate di Santa Justina suo amicissimo, del quale in più lettere fa onorata mentione.*

Eruditissimus Abbas Petrus Canneti in epistola ad me Perusio an. 1717. die 4. Maji data hæc scribit.

La Storia del Sagro monastorio Cassinense non fu propriamente composta dal nostro Ambrogio, ma da lui riveduta, e ripulita nella latinità per far cosa grata à Paolo Veniero Abbate di S. Michele di Murano amicissimo del Ven. Lodovico Barbo. Io ho avuto li anni addietro quel codice in pergamena nelle mani. Ma dalle distrattioni del reggimento del monistero di Classe, e da certe indispositioni, che allora m' incommodavano fui impedito in modo, che non ne feci diligente esame. In quel poco però, che ne collationai con la Cronica di Leone Ostiense del Laureto,

e con l' altra insigne Edizione di Monsignor della Nace riconobbi la manoscritta notabilmente ritoccata, mutata, e migliorata per quel, che appartiene non all' Istoria, ma allo stile. I due Itinerarii degl' insigni PP. Mabillon, e Montefaucon sono spesso nelle mie mani, e ne ricavo le notitie con cui arricchir le mie annotationi alle lettere di Ambrogio. Quod olim etiam asseruerat Johannes Albertus Fabritius in additionibus ad lib. 3. de Historicis Latinis Gherardi Johannis Vossii. Erravit itaque Laurentius, qui editionem suam adornasse jactitat ex apographo Cassinensi, veniam quidem ejus imperitiæ lubentissime concederemus, nisi ampullosa illa scripsisset de Chronica: *Ut scilicet eam (1. Chronicam) a situ, & carie vindicarem. In Bibliothecis siquidem nostris propemodum vetustate confecta latitabat: Brevi (ni fallor) curriculo peritura &c.* Codex enim, quo est usus, non nisi septuaginta annos vetustus esse poterat. Qui vero factum, ut Ambrosius vir cætera Græce, latineque doctissimus, ut Græcarum potissimum litterarum instaurator, jure a Papebrochio prædicetur in libro, cui titulus: *Responsio Danielis Papebrochii ex societate*

Jesu

Jesu Theologi ad exhibitionem errorum per A. R. P. Sebastianum a S. Paulo Ordinis Carmelitani &c. evulgatam anno Domini 1693. Colonia Pars prima ad XII. priores articulos Editio 2. Antuerpia &c. Anno 1696. Fol. 64. nu. 184. ad artic. 13. Primus, quod sciam, Ambrosius Camaldulensis in Etruria lingua (graca) istius gustum pridem extinctum Italis reparavit &c. mortuus an. 1470. Qui inquam factum, ut Ambrosius Leonis Chronicon ita deturpaverit, quædam invertendo, mutando, mutilando, omittendo, omnino divinare non possumus, nisi eam fuisse vivi doctissimi indolem cum Pinio suspicari velimus. Certe quamlonge genuinum Leonis, & Petri opus a recensione Ambrosii differat, patebit conferenti editionem Laurentii Vincentini, ex qua illa Brolii an. 1603. Parisiis est adornata, cum illa Angeli de Nuce studio edita ex codicibus Bibliothecæ Cassinensis.

Nimius essem, si omnia, quæ in correctione, ut honestiori vocabulo utar, Ambrosii irrepsere, errorum catalogum texerem. Veniam tamen tribuent lectores, si aliquos saltem hic attulero longe a Leonis nostri mente alienos.

Editio Laurentii Vincentini ex Codice Ambrosii Camaldulensis.

Procemium Historia Monasterii Cassinensis editum praclarissimo, & consummatissimo Historico Leone Hostiense Episcopo, feliciter incipit.

LIBER I. Cap. I.

Post hac idem vir sanctus expleto sui temporis cursu laudabili, ea die, qua Sacrosancti Pascha sabbatum illucescebat XII. videlicet Kal. Aprilis: in Oratorium S. Baptista Johannis a discipulis se ferri jussit, atque inter ipsorum manus orans migravit ad Dominum.

Anno ipsius Incarnationis quingentesimo quadragesimo secundo. Indictione II.

Cap. V.

Deficit descriptio finium Cassinatis Ditionis designatorum a Gisulfo Duce.

Templum Idolorum, quod in Casino Monte antiquitus fuerat.

Cap. VIII.

Archis quoque,

Cap. IX.

De quo videlicet Archis.

Cap. X.

Deficit descriptio, seu nomina Curtium, & numerus & nomina servorum.

Cap. XI.

Fundum vero suum, qui Pantanum dicitur, prope Beneventum, cuidam amica sua concessit: quoad viveret cum servis ad ipsum pertinentibus.

Cap. XIII.

Archis.

Cap. XVI.

Per idem tempus Hildebrandus quoque Spoleti Dux obtulit Monasterio Curtem unam in Comitatu Pinnensi, & olivetum in Tronto, aliamque in Comitatu Marsorum utramq; optimam, & alia plurima.

Editio Angeli de Nuce ex Codice Leonis, & Petri Diaconi.

Incipit Prologus in Chronica Cassinensi.

LIBER I. Cap. I.

Post hac idem Sanctus vir expleto sui temporis cursu laudabili, ea die, qua Sacrosancti Pascha sabbatum illucescebat, XII. videlicet Kalend. Aprilis, in Oratorium Sancti Baptista Johannis a discipulis se ferri pracipiens inter ipsorum manus orans migravit ad Dominum.

Anno ejusdem Incarnationis quingentesimo quadragesimo tertio. Indictione II.

Templum Idolorum, quod antiquitus in Casino Castro constructum fuerat.

Cap. VIII.

Arichis.

Cap. IX.

De quo videlicet Arichis.

Cap. X.

Adsunt nomina Curtium, & Servorum, numerusque eorum.

Prater hac autem unum Casale suum, qui dicitur Pantanum, prope Beneventum, concessit cuidam Amita sua in usus proprios, diebus vita ipsius, cum servis de Abellino, & de Transmonte ad ipsum Casale pertinentibus.

Cap. XII.

Arichis.

Cap. XIV.

Per idem tempus Hildebrandus quoque Spoletii Dux optulit in hoc Monasterio Curtem, qua dicitur Castrimianum cum omnibus pertinentiis ejus, in Comitatu Pinnensi, & Olivetum in Tronto, loco qui

dicitur

Editio Nucci.

dicitur Turri. In Comitatu vero Marsorum, loco qui Paternus vocatur, Curtem quingentorum simul modiorum, & Familias multas, cum omnibus substantiis earum, nec non, & aliquot Piscatores in lacu Fucino, cum portu ipsius lacus vocabulo ad Restina, sed & Gualdum suum nomine Cusanum.

Ibidem

. *Quidam etiam vir dives Wacco nomine Beneventanus Gastaldeus in expeditione constitutus obtulit in hoc Sancto Cœnobio filium suum nomine Wachipertum cum rebus inferius designatis; Casale in Trane ubi dicitur Cimilianum, Casale in Trepurio Casale in Ariano, Casale in Virgilie, Casale in Terranea: aliud in Vicarium, aliud in Crosta cum Oliveto, aliud in Culmo, aliud in Genne, aliud Monte nigro, & in Massa, & ad Ripam, & in Noceto, & in Corneto, in Tamaro, in latimano, in Marsico, in Trelicio, in Finibus Potentia, & Casale in Sancta Agnete Casam verò suam intra Civitatem judicavit Tasia uxori sua, in vita dumtaxat ipsius.*

Cap. XVIII.

Eodem tempore supradictus Guacco Beneventanus obtulit in Ecclesia S. Benedicti, quam ipsemet in jure proprio intra Civitatem Beneventanam ad Portam Rufini construxerat: omnia sua idest casam propriam eidem Ecclesia conjunctam cum omnibus pertinentiis suis Casale in septimo: Casale in S. Angelo ad Pecte: Hereditatem in Salerno: Casale in Caudis: Casale in Forcle: Casale ad S. Januarium cum servis, & ancillis: Olivetum in Ariano. Molendina sua in fluvio Sabbato: Quinque pueros clericos, cum servis quam plurimis, prater multos alios, quos liberos dimisit. Eo tamen tenore, ut semper sub dicione pradicti monasterii manerent. Iterum aliam casam intra Beneventum, ubi ipse manebat simul cum Curte sua, & coquina, & aliam casam novam juxta Plateam ubi est S. Archellais cum curte, & pertinentia sua. Casale sub Apice, & Toroniano erga fluvium Arbi: Casale in Auriano, & Ceppaluni: Campum Nepetarum: Casale in Crosta cum Oliveto. Optulit etiam idem Guacco in Ecclesia S. Benedicti, qua sita est in Liburia, loco Casa Gentiana, Campum de Porcari: Pratum quoque quod dicitur Porcile, & duodecim Familias servorum, cum omnibus ex integro illorum pertinentiis, commanentes in vico, qui vocatur Balusanu. Alios etiam servos, & ancillas suas in pradicta Casa Gentiana habitantes cum universis omnino rebus illorum.

Cap. XIX.

Trasemundus quidam nobilis de Benevento optulit in hoc Monasterio Casas suas intra Beneventum: Casalem quoque quem possidebat in loco ad Pantanum, rebus monasterii nostri conjunctum: alium Casalem in Valle de caudis ubi dicitur Laudecene, Casalem in Forinum: Casalem in finibus Aliphanis ubi dicitur Vulcanum, cum omnibus pertinentiis eorundem Casalium.

Cap. XLV.

Describuntur fines multorum Castrorum, aliorumque bonorum.

Cap. XLV.

Fuit autem temporibus Ajonis Principis Beneventani, & Stephani V. Papa, & successoris ejus Formosi, quem videlicet Formosum, Stephanus

Editio Laurentii.

Ibidem

. *Quidam etiam vir dives Waco nomine Beneventanus in expeditione constitutus, obtulit Monasterio Filium suum nomine wachipertum cum XX. possessionibus suis variis in locis constitutis.*

Cap. XX.

Eodem tempore pradictus Guacco Beneventanus obtulit in Ecclesia Sancti Benedicti, quam ipse in jure proprio intra Beneventanam urbem ad Portam Rufini construxerat omnia sua: idest domum suam eidem Ecclesia conjunctam, cum omnibus pertinentiis suis fundos IX., & domos alias, & molendina, & curtes, & Oliveta cum servis plurimis.

Cap. XXI.

Per idem tempus Transemundus quidam Beneventanus nobilis obtulit in hoc Monasterio domos suas intra Beneventum: Fundos item variis in locis quattuor.

Cap. XLVII.

Deficiunt fines multorum Castrorum & aliorum bonorum.

Cap. XLVIII.

Temporibus Ajonis Beneventani Principis, & Stephani Papa V., ejusque Pradecessoris Formosi: Quem videlicet Formosum, Stephanus Papa, qui

ei

Editio Laurentii.

ei successerat, pro eo, quod cum esset Hostiensis Episcopus, contra Sanctorum canonum Decreta Apostolicam invaserat Sedem, de sepulchro extrahi, abjicique mandavit, cunctasque ipsius ordinationes irritas esse constituit.

Cap. L X.

Balduinus Abbas &c. Deficit. & Fratris ejus Landulfi.

L I B E R. II.

Cap. VI.

Item de Ecclesia S. Fœlicis in Pulverio modiorum mille centum: dato libello, tulit centum solidos: & annuum censum solidos quinque. His diebus annitente illo adiecta est ei Fucini ripa cum Piscaria sua ab ipsa Ecclesia Sancta Maria de Montorone, usque in Sanctam Mariam de palude, ubi tunc Altoranum dicebatur. Dua item Servorum familia cum suis omnibus. Audiente item Andrea Marchione Othonis Imperatoris misso, requisivit ab Oderisio comite Balvense, duas Monasterii Ecclesias: quas in agro suo sitas retinebat: Sancti scilicet Stephani, & S. Eleutherii: & recuperavit eas. Hic iniit fœdus cum Termulensis civitatis hominibus: ut adificantes castrum in jure Monasterii juxta Termium fluvium: ipsa nostra prædia colerent, tertiamque tantum fructuum partem conferrent Monasterio: ipsi duas reliquas sibi haberent. Eodem tempore Sadelfris Diaconus civitatis Lesinensis obtulit Monasterio Ecclesiam Sancti Martini juris sui juxta eandem civitatem, cum omnibus ornamentis, ac juribus suis. Deficiunt fines Curtis Theodosii, & alia.

Cap. VII.

S. Mariæ -- deficit *in luce*. Deficiunt & alia verba.

Post cap. X. desideratur integrum caput XII. quod habetur in utroque nostro codice, & in editione Angeli de Nuce.

Cap. XXXI.

Specialiter autem, & nominatim res comitatus Thermulensis cum finibus suis: castra, Ecclesias, Curtes, cum omnibus pertinentiis suis. Duo etiam Castella Cominensis Territorii.

Editio Nucei.

Papa Sextus, qui ei successerat, de sepulchro suo extrahi, abjicique mandavit, cunctasque ipsius ordinationes irritas esse statuit, pro eo scilicet, quod, cum Ostiensis Episcopus esset, contra sacrorum canonum Decreta Apostolicam sedem invaserat.

Cap. LVI.

Balduinus Abbas &c. Fuit temporibus &c. & Fratris ejus Landulfi. Iste recepit Privilegium a Domno Marino.

L I B E R. II.

Cap. VI.

Item de Ecclesia S. Felicis in Pulverio quod est modiorum Terra mille centum, tulit solidos centum, pro censu vero annuali solidos quinque. Per hos dies in placito Marsorum comitum, proclamante illo, refutata est ei ripa Fucini cum Piscaria sua, ab ipsa videlicet Ecclesia S. Maria de Montorone, usque in Sanctam Mariam de Palude, qui locus tunc Altoranum nuncupabatur. Necnon & dua servorum familia cum omnibus suis. Proclamavit etiam in placito Andrea Marchionis missi Domni Ottonis Imperatoris, & Oderisi comitis de Balva apud Sulmonam super prædicto Comite Oderisio, qui retinebat duas Ecclesias nostras de Balva in Valle de Pectorano, idest Sancti Stephani, & Sancti Eleutherii; & facta inde manifestatione recollegit eas. Hic convocatis aliquot hominibus de civitate Termulensi, fecit cum eis convenientiam, ut adificarent ibi in pertinentia hujus Monasterii in loco qui Riga Orsa vocatur juxta Fluvium Trinium unum Castellum ubi ipsi habitarent, & laborarent ipsas terras nobis pertinentes, ita ut tertiam tantum partem huic Monasterio de omnibus qua operarentur, & de ipso Castello tribuerent, duas vero sibi haberent. Per idem tempus Sadelfris Diaconus Civitatis Lesinensis optulit in hoc Monasterio unam Ecclesiam Juris sui, vocabulo Sanctus Martinus, constructa juxta eandem civitatem, in loco, qui dicitur Alchin, cum omnibus ornatibus, & pertinentiis ejus.

Cap. XXXI.

Specialiter autem, ac nominatim res de comitatu Thermulensi, quarum videlicet fines sunt. A capite Rivus planus, a pede mare, ab uno latere flumen Trinium cum aqua, & portu suo, ab altero Rivus, qui dicitur Ticcle cum castellis, Petra fracida, Ripa mala, & cum monasterio S. Benedicti ibidem constructo. Item Fara, Ripa ursa, mons Bellus, Pescloli, cum universis omnino finibus, ac pertinentiis eorum. Item alibi in eodem comitatu juxta Bifernum habens fines a capite pertinentia Sancti Gregorii, a pede mare, ab uno latere Bifernum cum aqua, & medietate portus, ab altero Rivus vivus, cum omnibus adjacentiis sibi pertinentibus, nec non & Ecclesiam Sancta Trinitatis, & Sancti Georgii in eadem civitate Thermulensi cum universis possessionibus, ac pertinentiis earum. Insuper etiam duo castella Cominensis Territorii.

Hic

Editio Nucei.

Hic etiam Pontius una cum Bernardo Filio manifestaverunt, & renuntiaverunt nobis in placito Marsorum Comitum totam pertinentiam de Opi, & Peracele in Territorio Marsicano, qua olim S. Angelo de Barregio pertinuerat.

Cap. L I.

Cum Monasterio S. Benedicti, & Sancti Nicolai & cum aliis Ecclesiis intra eorumdem Castellorum pertinentias positis intra hos fines. A capite Rivus planus, a pede vero mare cum ipso litore suo, & portibus, atque piscationibus, ab uno latere Flumen Trinium, ab altero Rivum Teclum, qua omnia in presentia pradicti Imperatoris, & Magnatum ipsius prafati comites refutaverunt in manus ejusdem Imperatoris, ad partem hujus nostri Monasterii,

Cap. L X I X.

Interea cum & Aquinenses Comites, & Comites de sexto Pandulfi partes pro posse faverent,

Cap. L X X X V I I.

Post hac adjunctis sibi fere cunctis partium istarum militibus; Apuliam cum Normannis dimicaturus perrexit anno Domini millesimo quinquagesimo tertio, & ex parte quidem Apostolici Rodulfus in Beneventanum Principem jam electus, & Guarnerius Suevus signa sustollunt &c,

Cap. L X X X I X.

Nam eo tempore Frater ejus Duci Gotfrido inimicissimus erat, Quapropter scripserat Apostolico, ut illum caperet, sibique festinanter studeret transmittere. Quo per necessarios cognito, Fridericus Abbatem nostrum, qui per eos dies a Lucca, ubi ad eundem Imperatorem profectus fuerat, revertebatur, latenter apud Romam alloquitur, & ut se Casinum perduceret, ibique se Monachum facere studeat instantissime deprecatur &c.

Cap. X C V.

Quod cum Humberto quoque Episcopo satis laudabile videretur, mox ab eo Fratribus traditus, ingenti gaudio, & exultatione cunctorum, de more Monasterii, Abbas electus est anno Domini millesimo quinquagesimo septimo.

L I B E R III.

Cap. X I X.

Per idem tempus oblata sunt in hoc loco Monasteria, & Ecclesia per diversa loca, qua suo ordine compendiose subter annectimus, ab anno videlicet primo ordinationis ipsius usque ad dedicationem majoris Ecclesia, deinceps reliqua descripturi. Ecclesia S. Maria in Aurola Territorio Larinensi. Ecclesia S. Benedicti intra civitatem Albanensem. Monasterium S. Maria de Cellis in Teritorio Carseolano. Monasterium S. Benedicti de Orbeto loco Pascusano. Ecclesia Sancti Valentini intra Ferentinam, Monasterium S. Marci de Garpenone loco Aquasanula, Monasterium Sancti Dimitrii intra civitatem Neapolim in Regione Albinense. Ecclesia S. Petri in Orbeto loco Morino, & Ecclesia S. Lucia prope castellum, qui dicitur Rendenaria, Monasterium S. Eufimia in Marchia Territorio Teatino, cum trecentis modiis terra. Ecclesia Sancti Angeli, & S. Maria in Comino, loco Peschu Masculinu, Ecclesia Sancta Trinitatis, & Sancti Felicis in Sancto Urbano, Ecclesia S. Johannis de Conca loco Pilano. Ecclesia S. Nicolai intra Aquinum juxta

Editio Laurentii.

Hic etiam Pontius una cum Bernardo Filio coram Marsorum comitibus renunciaverunt omnibus qua dudum ex jure S. Angeli de Barregio possederant in territorio Marsicano,

Cap. L I I.

Cum Monasterie S. Benedicti, & S. Nicolai, *& aliis Ecclesiis intra eorundem castrorum fines constitutis. Eaque omnia astantibus cum Imperatore Magnatibus prafati Comites reddiderunt, renunciantes eis in manibus Augusti in parte Monasterii: cum omnibus omnino rebus, ac pertinentiis eorum intra prascriptos terminos.*

Cap. L X X.

Interea cum & Aquinenses Comites & alii Pandulfi partes pro viribus tuerentur.

Cap. L X X X V I I I.

Post hac adjunctis sibi cunctis fere militibus Apuliam cum Normannis dimicaturus ingreditur anno Domini M. quinquagesimo quarto.

Cap. X C.

Eo enim tempore Frater ejus Duci Gaufrido inimicissimus erat. Quocirca Apostolico scripserat, ut illum caperet, & ad se caute transmitteret. Hoc pro necessario Fridericus agnito; Abbatem nostrum, qui per eos dies fuerat, ab Imperatore reversus; Roma clam convenit & se, ut secum ducat, & Monachus faciat studiose precatur:

Cap. X C V I I.

Id cum Humbertus quoque approbasset, ab eo mox Fratribus traditus ingenti gaudio, & exultatione omnium (de more Monasterii) Abbas electus est.

L I B E R III.

Cap. X V I I I.

Per idem tempus Gregorius Romanorum consul obtulit Beato Benedicto Ecclesias, & Monasteria plurima. Sunt autem ista. Ecclesia Sancta Maria in Auriola S. Benedicti: intra Albanam civitatem, Monasterium S. Maria de Cellis, Monasterium S. Benedicti de Urbe veteri, Ecclesia Sancti Valentini Ferentis. Monasteria S. Marci de Metrii intra Neapolim. Ecclesia S. Petri, & S. Lucia. Monasterium S. Euphemia cum trecentum terra modiis. Ecclesia S. Angeli, & S. Maria in Cominio, Sancta Trinitatis: Sancti Fœlicis in Sancto Urbano, S. Johannis de Conca: S. Nicolai intra Aquinum juxta plateam S. Blasii, S. Benedicti in territorio Aretino, Monasterium S. Angeli de Algido. Ecclesia S. Petri, Sancta Pelicitatis, S. Lucia, S. Antonini, Monasterium S. Agata subtus Tusculanam Urbem: Sancti Salvatoris in ipsa urbe. Ecclesia S. Maria ad Vineas, Monasterium Sancta Hierusalem in Tusculano. Monasterium Sancti Angeli in Pesclo. Item Ecclesia S. Maria de Uppa.

Desi-

Editio Laurentii,

Deficiunt & alia.

Cap. XLVIII.

Anno autem Incarnationis Dominicæ MLXXIX. Matilda Comitissa Henrici Imperatoris exercitum timens, Liguriam, & Tusciam Provincias Gregorio Papa, & Sancta Romana Ecclesia devotissime obtulit.

Cap. LXVII.

Quo etiam die corpus S. confessoris christi Nicolai ex civitate Myrensi ubi septingentis ferme annis quieverat, Venetias translatum est, in cujus honorem ædificata est Ecclesia musivo tabulatu per quam decenter ornata a Patriciis Venetis, & monachis ibidem morantibus maximo cum honore veneratur, & colitur, quamquam nonnulli Bar. translatum esse contendant.

Idem Laurentius Cap. LXXII. hæc habet.

His ita dispositis, atque Decretis, Sepulchrum sibi in ipsa capituli absyda parari jussit, atque post diem tertium fœliciter migravit ad Dominum decimo sexto Kal. Octobris anno Dominicæ Incarnationis millesimo octogesimo nono. Cum præfuisset in hujus Monasterii regimine annis viginti novem, mensibus quatuor, diebus sexdecim; in sede vero Apostolica ab ipso sua electionis exordio, anno uno, a consecratione vere mensibus quatuor, diebus septem.

Post ultimum caput lib. III. adest Epitaphium Desiderii mausoleo ascriptum.

Prologus Petri Diaconi in librum IV. est fere totus diversus ab illo, qui est in nostro MS. charactere Langobardico, & ab editione Nucei, & quamplurima verba deficiunt in hac Laurentii editione,

LIBEB IV.

Cap. XIX.

Quo etiam tempore idem Georgius coram Imperatoribus Patre, & Filio, de quodam Tyramno conquestus est, possessiones nostri Monasterii apud Liguriam constitutas, quas Sancto Patri Benedicto Aystulfus, & Desyderius Longobardorum Reges Carolusque, & Pipinus, ac Lotarius Imperatores, ac Principes, plerique fidelesque viri devoti obtulerant, injuste detineri. Imperator autem explorata diligenter causa veritate, ipso Tyramno præcepit, ut omnia ipsi Fratri Vicemonasterii reconsignaret, apposita centum librarum auri pœna. Per idem tempus monasterium S. Mariæ de Anglis quod Abbatissa Sancta Maria in Capua violenter arripuerat, & possidebat judicio summi Pontificis nobis restitutum.

Editio Nucei.

plateam, Ecclesia S. Blassii de Santo Johanne in Baniarola, Ecclesia S. Benedicti in Territorio Aretino loco Ficarola. Monasterium S. Angeli de Algido Territorio Tusculano. Ecclesia S. Petri in Plegi, S. Felicitatis, S. Luciæ, S. Antonini in monte Porculo Territorio Tusculano. Monasterium S. Agathæ subtus civitatem Tusculanam, Ecclesia Sancti Salvatoris in eadem civitate Tusculana, Ecclesia S. Mariæ cognomento ad vineas Territorio Tusculanensi. Monasterium, quod dicitur Sancta Jerusalem, Territorio Tusculano, Monasterium S. Angeli in Pesclo Territorio Valiternensi. Has omnes Gregorius Consul Romanorum Beato Benedicto obtulit juxta tenorem, quæ in oblationis cartula continetur. Item Ecclesia S. Mariæ de Uppa Territorio Carseolano. &c.

Cap. XLIX.

Anno autem Dominicæ Incarnationis millesimo septuagesimo septimo Mattilda Comitissa Liguriæ, & Tusciæ iram Imperatoris Henrici sibi infesti metuens, Liguriam, & Tusciam Provincias Gregorio Papæ, & S. Romanæ Ecclesiæ devotissime obtulit.

Cap. LXVIII.

Quo etiam die corpus Sancti confessoris christi Nicolai a civitate Mirensi, in qua per annos septingentos septuaginta quinque quieverat, Barim delatum est.

Petrus vero in MS. Cap. LXXIII. fol. 160. sic habet.

His ita dispositis, atque decretis, sepulchrum sibi construi in absyda ipsius capituli jussit, atque post diem tertium feliciter migravit ad Dominum sextodecimo Kal. Octobris anno Dominicæ Incarnationis millesimo, octogesimo septimo: a Patris autem Benedicti transitu anno quingentesimo septuagesimo nono. Cum præfuisset in hujus Monasterii regimine annis viginti novem, mensibus quatuor diebus sexdecim: in sede vero Apostolica ab ipso sua electionis exordio anno uno, sacrationis mensibus quatuor diebus septem.

Deficit.

LIBER IV.

Cap. XVIII.

Per hos dies idem Abbas Oderisius per Georgium Monasterii sui Monachum Henrico IV. Imperatori literas destinavit, per quas se Desiderio in Monasterii regimine, & in Imperatoris fidelitate, & servitiis successisse monstravit. Quo etiam tempore jam dictus Frater Georgius in præsentia prædicti Imperatoris Henrici, & Henrici V. Filii ejus, & Mathilda comitissa proclamationem fecit de possessionibus cœnobii Cassinensis apud Liguriam constitutis, quæ Patri Benedicto Aystulfus, & Desiderius Reges Langobardorum necnon Hcarolus Pipinus, & Lotharius Imperatores ac cæteri Deum timentes concesserant. De Monasterio Sancti Benedicti in Persiceta Torriterio Mutinensi intra fines Fluvii Fusculi,

& si-

Editio Nucei.

& limitis Malmeniliaci quod videlicet Petrus Dux civitatis Ravenna Beato Benedicto sub Abbate Angelario optulerat, cum tota curte Persiceta, & curte de Greniano, & curte de Monterione cum molendinis duarum Fluviorum, idest Fusculi, & Gallici. Deinde Monasterium S. Maria in Laurentiatice ultra fluvium Gallicum, inde non longe est Monasterium Sancti Dompnini in curte Argella una cum Silva alta, & Silva majore, & tota Piscaria, qua dicitur Cancenna usque in fluvium Gambacane, & usque in Rosaleso, & usque in curte Ragogusola. Deinde subtus viam publicam, monasterium S. Vitalis cum tota Curte Calderaria prope castrum Sala. Monasterium S. Johannis in Frassenetula cum tota curte ipsa usque ad stratam Petrosam sitam prope castrum ecdula. Monasterium Sancti Martini juxta stratam Petrosam in Casali Marciano cum tota ipsa curte prope castrum Unciola, & omnia Dompnicalia. Monasterium S. Salvatoris in Pontelongu cum tota eadem curte per comitatum Musinensem. Mansos terra, XXX. & jugera sexaginta unum. In pertinentia de Montirone ex superiori, & inferiori parte ipsius castri, quamplurima petia de terra, & Molendinum in loco, qui dicitur Campaldus in Fluvio Fusculo, & curtes, qua sunt in Benselio, qua Berta Filia Compalatii Ticinensis obtulit beato Benedicto intra hos fines. Ab Oriente limes Bisentula a meridie via, qua appellatur major, & limites de Maleandroni Ab Occidente flumen Riolum subtus Castellione, in Postumiano sex, in Laino jugera II. Hac inquam omnia cum universis pertinentiis, & appendiciis suis in circuitu, cum Casalibus, Fundis, & cum Dompnicalibus, cum villis rusticis, colonis utriusque sexus, cultum, incultum, divisum, indivisum, subter, & super ad jus pertinuerant antiquitus monasterii Cassinensis, de his omnibus Imperator veritate cognita Mathilda Comitissa pracepit, & cuncta jam dicta eidem Fratri reconsignaret pro parte, & vice Monasterii Cassinensis, centum librarum auri pœna apposita. Per idem tempus monasterium S. Maria de Cinglis, de quo etiam tempore Abbatis Desiderii, & hujus Abbatis diu proclamatum fuerat contra Abbatissam S. Maria in Capua, qua ibidem violenter ingressa fuerat, visis utriusque partis Juribus, pradictus Pontifex nobis restituit, & per Privilegium sub dominio hujus cœnobii, & ordinatione manere constituit.

Cap. LIV.

Sub eisdem fere diebus, cum jam ab Incarnatione Domini annus millesimus centesimus ac quintusdecimus elaberetur, XI. Kal. Martii, castrum hujus nostri Monasterii, quod Sujum dicitur, quodque a Patris Desiderii tempore ab hoc Monasterio subtractum fuerat, post decessum Richardi de Aquila, qui eundem castrum tenuerat, captoque Alexandro, qui uxorem ejusdem Riccardi acceperat, Sujenses non ferentes insolentiam exactorum ejusdem Alexandri, eundem castrum in manus praphati Abbatis reddiderunt. Rangarda igitur uxor praphati Richardi hoc agnito. Turrem, qua ad mare dicitur proditione custodum in sua accipiens, villam Laurianam, casam majorem, S. Benedictum in Suessa, & omnia, qua in sua dicione ad Cassinense cœnobium pertinebant, ab hujus loci potestate subtraxit &c.

Editio Laurentii.

Cap. XXI.

In hoc capite multa desunt, quæ sunt in ms. & in editione Nucei.

Cap. LVI.

Per idem tempus cum jam Incarnatione Domini millesimus centesimus, & decimus sextus verteretur annus XI. Kal. Martii castrum nostri Monasterii, (quod Suum dicitur) a Patris Desyderii tempore Monasterio subductum post decessum Richardi Aquilani, qui ipsum tenuerat, captoque Alexandro, qui conjugem ipsius acceperat Castri ipsius incola non ferentes exactorum insolentiam, Abbati nostro reddiderunt. Quo agnito Richardi uxor, Turrem, qua ad mare dicitur, proditione custodum in suam accipiens potestatem, Lauranam, & cetera qua ad Cassinense monasterium in sua Ditione pertinebant, a nostra potestate subtraxit.

Cap.

Editio Laurentii.

Cap. LXXX.

Oderisius Abbas a Beato Benedicto XL. qui præfuit annis tribus, mensibus quattuor diebus, XV.

Cap. CV.

Jam fere sex dies in tali fluctuatione transierant: cum ad festum Virginis Christi Scolastica Fratres undique confluentes ad monasterium dum de electione Abbatis tractare cœpissent, duas dividuntur in partes: pars enim Rainaldum Calamentanum, qui post Abbas fuit, pars vero Rainaldum Etruriensem præferebant, sed cum plurima inter se conferrent, visum senioribus est electionem usque differri; quoad Rogerium Regem, Romanumq; Pontificem tunc Pisis remorantem: Cassinensis cœnobii fortunas significarent, peterentque consilium, ac præstolarentur auxilium, sed cum ad id alii flecti non possent: Rainaldum Calamentanum fautores sui raptum in Patris Benedicti sede constituunt. Reliqui graviter hac & indigne ferentes, Bertulfum mansionarium, & Adenulfum, quos supra retulimus, ad Imperatorem legatos fuisse directos, datis clam literis, admonet, Abbatem ex hac luce migrasse, Rainaldumque illi seditiose, non canonice fuisse substitutum. Rogarent Imperatorem atque Pontificem, ut ex suis aliquem Cassinensi monasterio Abbatem constituerent, Raynaldique electioni assensum minime accommodarent, prius se aggressuros Monasterium, quam hunc sibi praesse passuros.

Cap. CIX.

Multa desunt in hoc capite, quæ sunt in ms., & in editione Nucei.

Cap. CX.

In nomine Domini, & Salvatoris nostri Jesu Christi. Anno ab Incarnatione ejus MCXXXVIII. *indictione prima septimo idus Julii anno Imperii Domni Lotharii Cæsaris VII. residente eodem invictissimo Principe ad aquas pensiles: consedente etiam Peregrino Patriarcha Aquilegiense cum Archiepiscopis, Episcopis Abbatibus quam pluribus: causidicus pro Romana Ecclesia directus est. Girardus Cardinalis tituli S. Crucis, & Guido Cardinalis, qui ambo postea Romani fuere Pontifices? Aimericus cancellarius, & Diaconus Cardinalis Presbyter Balduinus Cardinalis, qui post Pisanus Archiepiscopus fuit, & Robertus Clarevallensis Abbas, & alii plurimi Romana Urbis nobiles.*

Editio Nucei.

Cap. LXXVII.

Oderisius Abbas B. Benedicto quadragesimus secundus sedit annis tribus, mensibus quatuor, diebus XV.

Cap. CIV.

Jam fere sex dies in tali fluctuatione transierant, cum ad festum Virginis christi Scholastica Fratres undique ad monasterium convenientes, & de electione Abbatis inter se tractarent, dividuntur in partes, & una quidem Raynaldum Colementanum, qui post Abbas extitit, alia Raynaldum Hetruriensem eligere disponebant, sed cum inter se plurima conferrent, visum demum Prioribus est, ut electio differretur usque quo ad Regem Rogerium, Romanumque Pontificem tunc Pisis remorantem, Nuntios destinarent, per quos Cassinensis cœnobii fortunam notificare, & super tali negotio illorum consilium præstolari valerent. Set cum ad hoc alteram partem flectere nullo modo valerent, contradicentibus, & renuentibus aliis, qui supradictum Raynaldum Colmentanum eligere disposuerant; eundem Raynaldum apprehendentes in Patris Benedicti cathedra illum locantes, sibi in Abbatem constituunt. Reliqui vero nimis hac indigne ferentes, clam ad Bertulfum mansionarium, & ad Adenulphum Cassinensis cœnobii Fratres, quos Abbas Senioretus legatos direxerat ad Imperatorem Lotharium, nuncium cum litteris destinant, per quas & Senioretum jam de hoc mundo migrasse, & eundem Raynaldum contra voluntatem suam seditiose, & non canonice electum esse notificabant; postulantes, ut Imperatorem, atque Pontificem ex parte totius Congregationis rogarent, ut ex suis aliquem in Cassinensi cœnobio Abbatem constituerent, & in Raynaldi electione nullatenus praberent assensum: prius se monasterium destruere, prius inde egredi, quam illum sibi Abbatem constitui, proclamantes, &c.

Cap. CIX.

In nomine Domini, & Salvatoris nostri Jesu Christi anno Incarnationis ejus millesimo centesimo tricesimo octavo Indictione prima, VII. Idus Julii, anno autem Imperii Domni Lotharii Cæsaris invictissimi Imperatoris Augusti sexto, residente eodem invictissimo Imperatore ad aquas pensiles consedente etiam Peregrino Patriarcha Aquilegensi, cum Archiepiscopis, & Episcopis, Abbatibusque quampluribus, causidicus pro Romana Ecclesia directus est Gerardus Cardinalis Tituli S. Crucis, nec non & Guido Cardinalis, qui ambo postea Romanam rexerunt ecclesiam, Aymericus Cancellarius, & Diaconus Cardinalis, Balduynus Presbyter Cardinalis, qui post Pisanorum Archiepiscopus factus est, & Norbertus Clarevallensis Abbas, ac alii quamplures civitatis Romana nobiles.

Mira Vicentini ab illa Nucei discrepantia.

Totus nobis pœne exscribendus esset Nuceus, & Vicentinus, si ea, in quibus duæ eorum editiones invicem dissentiunt recensere oporteret. Nuceus enim ad veterem nostrorum codicum fidem editionem suam exegit, e contrario Vicentinus nihil fere habet, quod iis consentiat etiam in capitum titulis, nam e. g. Vincentinus habet: *Liber Primus Historia Monasterii Cassinensis editus a præclarissimo consummatissimo Historico Leone ex monacho Ostiensi Episcopo Feliciter incipit* — Nuceus — *Incipit Liber primus historia hujus cœnobii Cassinensis.*

Vicen-

Vicentinus.

De reditu Fausti a Gallis, & descriptione Vitæ S. Mauri.

Cap. III.

Quomodo propter incursiones Aistulphi Regis Longobardorum Stephanus Papa Pipinum Regem Francorum duxit in Italiam.

De Nucë:

De reversione Fausti a Galliis.

Cap. III.

Deficit hic titulus in Manuscriptis, & editione Nucei.

Idque de aliis. Identidem caput unum in duos dividit Vicentiuus, ut in memorato nono capite præstitit, quod ab octavo Leonis avulsit, & capiti primo libri II. ea adnectit, quæ Leo in præfatione dixerat, plura in Epitomen redegit, ut cap. 5. lib. I., ubi fines ditionis Cassinensis proscripsit, atque identidem ea mutilat, quæ ad loca concessionum, eorumque nomina pertinent. Constat itaque Vicentini editionem ab Ambrosii Camaldulensis recensione deductam, non a codicibus Cassinensibus sumtam, e quibus mirum quantum discrepet, & quæ hactenus diximus, multoque magis comparatio, si cui id oneris sumere sibi libeat demonstrant luculentissime.

Editio Leonis Parisina 1. & Neapolitana.

Alteram post Laurentium Vincentinum editionem Chronici Leonis adornavit Jacobus de Bruol monachus S. Germani de Pratis an. 1603., quæ nihil a prima differt. Tertiam nihilo felicius molitus est Matthæus Lauretus, qui illam Laurentii improbaverat in libello: *de Existentia corporis S. Benedicti in Cassinensi ecclesia.* p. 201. De tribus hisce editionibus hoc fert judicium Joannes Baptista Marus in adnotationibus ad c. 30. de viris illustr. Cass. Petri Diaconi p. 75. & 76. de Leone differens: *Scripsit jubente Oderisio Cassin. Abbate, Chronicon sui Monasterii Cassinensis libris tribus &c. qui dati sunt prælo Venetiis anno 1513., & Parisiis, postremo Neapoli an. 1616. opera, & notis Matthæi Laureti Hispani Monachi Cassinensis, quas quidem editiones, collatas cum antiquissimo exemplari ms. in Cassin. Biblioth. servato, quod Chronicon Cassinense appellatur, fuisse ab integritatis suæ deturbatas gradu, mendisque obsitas, facile cognoscere per se sedulus lector valebit. Accidere enim sæpe videmus, & magno reipublicæ litterariæ incommodo experimur, ut inter imprimendum, quædam vel omittantur, vel addantur, vel in pejus mutentur, librariorum, vel incuria; vel audacia; vel malitia, & animi perversitate. Extat penes V. Cl. Lucam Olstenium Chronicon Leonis, in quo variantes lectiones ad fidem plurium mss. exemplarium sua manu ad oram editi libri adnotatas vidimus, &c.* Eidem sententiæ subscripserat Camillus Peregrinius in serie Abbatum Cassinensium, potissimum in Gisulfo, Apollinari, Seniorecto, Raynaldo Hetrusco, Guibaldo, &c.

Editio altera Parisina.

Quartam Chronici Cassinensis editionem eruditissimis notis adornavit ex codicibus Cassinensibus Angelus de Nuce Abbas Cassinensis, deinde Archiepiscopus Rossanensis, illique cœnobii Cassinensis descriptionem, & Vitam S. Benedicti ex Gregorio M. notis illustratam præmisit typis Parisiensibus an. 1668. Mentem suam Nuceus in epistola ad Rectorem sic explicat: *Est ergo hæc ratio instituti mei, ut velim Chronicon Sacri monasterii Cassinensis de integro typis edi, fidem in eo edendo sequutus diligentissime duorum codicum, quos in pergameno habemus manuscriptos in nostra bibliotheca, quorum alter charactere descriptus Romano, Commentarios habet Leonis Cardinalis Ostiensis, qui rem orsus a condito Monasterio, eam ad usque illud tempus perduxit, quo dedicatum, inauguratumque ab Alexandro II. Templum fuit. Alter characteribus exaratus Langobardicis, præter Leonis historiam continet auctarium Petri Diaconi Cassinensis, qui res nostras ad annum usque MCXXXVIII. literis consignavit. Hic a nobis vocatur codex A., ille codex B. Hujus Chronici nescio, quod nactus exemplum Laurentius Vincentinus Monachus, Venetiis illud edendum curavit anno quingentesimo tertio decimo supra millesimum. Cui editioni, quamquam multis locis refragetur Baronius, ea tamen persæpe utiliter, & cum laude se usum fuisse non diffitetur. Venetam nihilo melior consecuta fuit editio Parisiensis, anno Servati Orbis MDCIII. opera Jacobi du Breul Monachi Sancti Germani a Pratis.* Nuceo quemadmodum Laurentio, & Brolio notum non erat, ex Ambrosii correctione primas editiones fuisse desumtas: *Matthæus Lauretus Abbas S. Salvatoris de Castellis, qui prodierat e disciplina celebris monasterii Montis Serrati in Catalaunia hospes olim Sacri cœnobii Cassinensis rogatu neCassinensium, an sua sponte obscurum, hanc ipsam historiam Neapoli edendam curavit an. MDCXVI. sed ita, ut omnia se fidelissime ex Archetypis expresso testaretur, illudque jactaret vindicatam ab sese a probris, & repurgatam fuisse ad fidem originalis venetam editionem. Est hic sane lector quod plus satis mireris. Nemo suam fidem plus venditat, quam qui fide sublesta est, & infirma. Qua fronte scilicet homo iste fuit, ut de sua fide editionis tam impudenter ementiretur? quam sæpe ab eo, quam multarum rerum ordo perturbatus! Annorum, ac temporum quam depravata ratio, quam temere infarta, & inculcata multa e suo! Quid quod Matthæi somniis nomen prætexit, & auctoritatem Leonis, ac Petri, eaque his tribuit, quæ ipsis dicere nunquam venit in mentem? Alicubi securim, spongiam alicubi, ubique scilicet temere, ac ineptissime adhibet. Multis narrationem periodis multisque capitibus diminutam, ac decurtatum, & mancam exhibet, & in extremo integram Historiam proscribit. Verba multa, quæ minus intelligit non putat, Religiosum esse immutare, multarumque proinde rerum, & eruditionum notitiam lectoribus invidet, subducit, ac subtrahit. Quid verbis opus est? vix unum sine flagitio, mendoque versum deprehendas, ut non tam Leonis Historiam, quam errorum Odysseum edidisse videatur, & tamen quasi fidei, & veritati thura quotidie adoleret, nihil magnificentius, quam illarum lucem, ac vibrantes radios loquitur. Ita plane falsitas non deciperet, nisi sub larva Fidei, & veracitatis delitesceret. Ego vero in hac adornanda nova editione, quibus jam vocibus utar, cum veritatis verba, formulasque usurpare occupaverit mendacium, idemque jam fidem, jam candorem, jam sinceritatem, jam Religio-*

ligionem prolixe polliceatur? Vix superest de mea, quod dicam, cum splendide de sua editione magnificeque dixerat ante Lauretus universa; Me tamen duo ad rem naviter gerendam confirmant; Alterum quod Archetypus blattis invitis, adhuc incolumis est, temporumque tot periculis defunctus Dei munere servatur incorruptus. Ex eo me hanc historiam fide optima descripturum confirmo, nec vereor, quin ex utriusque collatione quisque mea sinceritatis documentum capiat quam certissimum. Alterum illud est, quod veritati impressa divinitus nota quadam est, ac veluti cifera, ut ajunt, quam nemo, qui sane non dormitet, potest intueri, quin continuo vera a falsis dijudicet. Cui enim oculus est tam hebes, ut nativam, germanamque formam ab adulterina discernere nequeat? Tenuis est mendacii larva, & transparens, si diligenter inspexeris; propterea in spem magnam ducor, quemlibet, qui modo vigilet in rebus expendendis, ne consulto quidem Architypo dubitaturum esse, egone, an Lauretus, cujus Chronici verum exemplum proferat in medium. Historiam igitur exhibeo expressam adamussim, cum lineamentis suis, quacumque demum ea sint: multoque malui nimiam meam religionem accusari, quam desiderari fidem. Propterea non ad mei dumtaxat nominis, sed etiam ad rei instituta existimationem magnopere censui pertinere, ut non modo ipsius auctoris barbarismi, sed librarii etiam oscitationes tradantur a nobis, ut afferantur. Imago non illa continuo prastantissima est, qua pulchritudine vincat originale, sed qua iconice nevos quoque, cicatricesque exprimat quantumvis putridas, ac deformes. An vero mendum aliquod sustulerim, planum fiet ex notis, quod si non sum consecutus, defuitque meo conatui eventus, alii certe qui musis magis propitiis litteras tractant, hujusmodi laudem non invidi, quibus ad locos obscuros, & ancipites, velut digitum intendi, auctoris verbis ne minimum immutatis; Usuvenit hoc persape (sapissime autem ipsi Laureto) ut nimio emendandi studio sincerum vas incrustetur. Cum non raro ulcus, aut morbus, quem sanare non potuit Menecrates, sanet Hippocrates, si ab ejus cura non subducatur.

§. I I.

Scriptores, qui Leonis Ostiensis meminere.

Leonem laudant Petrus Diaconus.

AGmèn ducit Petrus Diaconus Cassinensis, qui monachum in cœnobio Cassinensi induit an. 1115., ut ipse testatur in Chron. Cass. lib. 4. cap. 66., quo tempore Leo in vivis erat. Hic itaque in lib. de Viris Illustr. Cassinensibus a Joanne Baptista Mari Romæ edito an. 1665. hæc de Leone scribit cap. 30. *Leo Ostiensis Episcopus, & Bibliothecarius a pueritia in Casino oblatus, sanctitate, & Monasticis Disciplinis ad plenum imbutus, & in Divinis scripturis apprime eruditus. Fecit sermones de Pascha. De nativitate. Historiam Peregrinorum. Historiam Cassinensis Archisterii divisam in libros quatuor. Vitam Sancti Mennatis, & alia quam plurima, que in nostram non venere notitiam. Fuit autem temporibus supradictorum Imperatorum.* Quibus Marus addit: *Leo Marsicanus Campanus, a puero in monte Casino monachum induit, ubi tum ob vita sanctimoniam, tum ob eximiam sapientia litteraturam celebris evasit: cumque ejusdem Monasterii Bibliothecarius, ac Decanus esset, cooptatus est dein in Episcopum, & Cardinalem Ostiensem a Paschali Papa secundo an. Domini MCI. &c.*

Bellarminus.

Cardinalis Bellarminus de Scriptotibus Ecclesiasticis hæc ait: *Leo Marsicanus Episcopus Ostiensis factus a Pascali II., sub eodem obiit, ad initium an.* 1110. *Scripsit Chronicum Monasterii Cassinensis a Sancto Benedicto, usque ad Desiderium Abbatem, qui postea Victor Papa tertius. In quo Chronico non pauca attinguntur ad Historiam Ecclesiasticam illorum temporum valde utilia.*

Baronius.

Cardinalis Baronius passim in Annalibus Ecclesiasticis & potissimum To. VI., & VII., multoque magis To. IX., X., & XI. Leonis nostri authoritate utitur, de quo an. 983. sic scribit: *Qua vero hic sunt recitata ex Auctore, qui, (ut intellexisti) tunc vivebat, confirmantur etiam Antiqui Chronici Cassinensis &c.* an. 1038. *Sed & ad hoc tempus spectare noscuntur, qua nos secuti Petrum Damiani ad tempora Othonis II. Imperatoris ea referentem, de ejusdem Pandulphi damnatione ad inferos superiori Tom. posuimus, qua hic fuerant collocanda, ex sententia Leonis Ostiensis, exactiori censura res gestas suis quasque temporibus tribuentis, & quod tunc accidit ita narrantis.* An. 1059. To. XI. *Hac autem quomodo se habuerint, ex Leone Ostiensi ejus temporis scriptore integerrimo sunt petenda. Atque anno* 1077. *Sed ejusdem temporis scriptor sincera fidei Leo Ostiensis Episcopus de eadem donatione hac habet.*

Ughellius.

Ferdinandus Ughellius T. I. Italiæ Sacræ in Episcopis Ostiensibus num. 34. ait: *Leo Marsicanus Campanus a puero in Montem Casinum monachus induit, ubi tum ob vita sanctimoniam, tum ob eximiam cum sapientia litteraturam, celebris evasit, cumque ejusdem Monasterii Bibliothecarius, ac Decanus esset, cooptatus est in Episcopum, ac Cardinalem Ostiensem a Pascali secundo an.* 1101. *Hic ingentis animi fuit, vidensque, Imperatorem Henricum ex odio retinere Pascalem, populum contra illum in seditionem vertit. Concilio Vastallensi interfuit, majusque Altare S. Laurentii in Lucina consecravit anno* 1112. 15. *die Octobris, ut ex antiquissima inscriptione ejusdem Ecclesia colligitur, quam in suos Annales retulit Cardinalis Baronius, inveniturque subscripsisse Acta Concilii Laterani sub Pascali II., quinto Kal. Aprilis. Chronicon Cassinense intexuit in tres libros digestum, cujus exordium a sancto Benedicto Patriarcha desumpsit, ac usque ad Abbatem Desiderium sua narrationis deduxit exordium, qui S. Throno postea nobilitatus, Victor III. appellatus est. Decessit* 2. *Kal. Aprilis, post annum* 1115., *ut plane percipi potest ex illo tempore, quo in vivis agebat. Invenitur enim subscriptus Bulla Paschalis II. Ecclesia Marsorum concessa an.* 1115. *Ego Frater Leo Episcopus Ostiensis &c. Hujus successorem an.* 1105. *Alphonsus Ciaccon. Lambertum fuisse, manifeste ex incogitantia fassus affirmat; Bellarminus autem in lib. de scriptoribus Ecclesiast. vult, eum fato cessisse in exordio ineuntis anni* 1110. *manifestissimi & ipse erroris deprehensus. Meminit autem Leonis Petrus Diaconus de Viris illustr. Monasterii Cassinensis.*

Eadem omnino habet Ciacconius cum notis Augustini Oldoini To. I. col. 908.

Anto-

Pagius. Antonius Pagi Baronii Censor sæpe sepius utitur Leonis nostri authoritate, & To. IV. Criticæ ad an. 1088. nu. 3. hæc habet: Baronius num. 1. ait, *Petrum Diaconum Cassinensem continuasse Historiam Leonis Ostiensis, & nu. IV. asserit, Leonem Ostiensem composuisse Registrum Epistolarum Urbani II. Verum, ut jam viris doctis observatum, Leo Ostiensis Episcopus, & Cardinalis, qui Historiam Cassinensis Monasterii libris tribus composuit; & ad mortem usque Victoris III. Papa perduxit, diversus est a Leone Ostiensi Cardinali, qui illud Registrum edidit. Id manifeste demonstrat Petrus Diaconus in lib. de Vir. Illustr., ubi cap. 30. de Leone Marsicano dicto Auctore Historia Cassinensis, dicit eum sanctitate, & Monasticis disciplinis ad plenum imbutum, & in Divinis scripturis apprime eruditum; cap. vero insequenti de alio Leone Ostiensi Cardinali affirmat, eum fecisse registrum Epistolarum Urbani secundi. Prior vivebat adhuc A. MC. XV., quo subscripsit rescripto Pascalis II. Ecclesia Marsorum concesso; Secundus, vero, quem insignem studio, ac eloquentia Petrus Diaconus cap. 31. dicit, a Pascali secundo Diaconus Cardinalis creatus est, sicuti prior Monachus etiam Cassinensis fuit.*

Mabillonius. Johannes Mabillonius & ipse Leone nostro identidem utitur in Actis SS. Ordinis S. Benedicti potissimum Sæculo III. To. I. p. 693., & seqq. ubi de S. Petronace Abbate agit; sæculo IV. To. II. p. 463., & seqq. ubi de S. Apollinari. S. Deusdedit, Bassatio, & S. Berthario, sæculo V. p. 645., & seqq. ubi di Aligerno, & Mansone, sæculo VI. T. I. p. 96. & seqq. cum de Johanne I., & III. deque *aliis Abbatibus Cassinensibus, & viris piis, qui ab anno 1000. ad annos quinquaginta in sacro Monte floruerunt. Eodemque To. secundo p. 583. & seqq. ubi agit de aliis Abbatibus monasterii, Cassinensis incipiendo a Richerio, usque ad Oderisium primum, & de viris piis Cassinensibus.* Laudatis in locis totum fere Leonis Chronicon exscribitur, quo constat, quam magno in pretio ejus authoritas sit habita a criticis eruditissimis Achetio, Mabillonio, & Ruinarto, qui hæc acta concinnarunt. In quinque etiam Annalium Benedictinorum Tomis Leone Mabillonius utitur, atque To. V. p. 238. num. 27. presse Leonis vitam contexens subdit: *Attamen Desiderii acta omnia non absolvit, sed Petrus Diaconus Leone longe gravitate, & auctoritate inferior, qui librum 3. a cap. 35., ut modo dicebam, prosecutus est, & totum quartum adjecit. Hunc quidem Leo pollicitus erat, sed promissum non adimplevit, sive morte praventus, sive aliis distentus negotiis, postquam scilicet creatus est Episcopus Ostiensis a Pascali secundo, &c.*

Bollandiani. Bollandus, ejusque continuatores in immenso Opere de Actis Sanctorum Leonem sæpe laudant, & To. II. die 10. Februarii in Commentario prævio ad vitam S. Scholasticæ p. 397. num. 25. de Leone Bollandus ait: *Tum quia Leo Ostiensis, qui diligentissime Cassinensis cœnobii antiquitates collegis &c.*

Aliique eruditi. Leonem quoque laudat Antonius Caracciolus in Nomenclatore propriorum nominum, & Propilæo ad antiquos chronologos quatuor. Camillus Peregrinius in Historia Principum Langobardorum, atque serie Abbatum Cassinensium. Arnoldus Wion lib. II. ligni Vitæ p. 187. Petrus Ricordatus in Hist. Monastica, die 4. p. 423. a t. Gherardus Johannes Vossius de Historicis latinis, cap. 48. p. 392. Editionis Francofurti an. 1677. Ludovicus Du-Pin To. IX. sæc. XII. Bibliothecæ ecclesiasticæ cap. 13. p. 194. Phillppus Labbe de scriptoribus Ecclesiast. Tom. II. p. 18., & p. 757. in addendis, & corrigendis Petrus Antonius Corsignani de Viris Illustribus Marsorum, ubi hæc ait: *Pro maxima sui ingenii fœcunditate, virtute, scientia, & probitate, purpura decoratus est: &c. Rota Romana in Sorana Beneficii 8. Martii 1627. coram Merlino & Cassinen. Præeminentiarum 14. Aprilis 1679. coram Albergate Decano; & in alia coram Albergato, in qua omnes Sacra Rota Auditores sententiam dixere 27. Januarii 1681.* Carolus Sigonius de Regno Italiæ, ut ipsemet in catalogo Scriptorum, quibus est usus, testatur, Antonius Yepesius in Chron. Ord. Sancti Benedicti, Hugo Menardus, qui in observationibus ad Martyrologium Benedictinum lib. I. p. III. de Leone ait: *Est enim diligentissimus rerum Cassinensium investigator: &c.* Claudius Bouffiers in Historia de Origine Regnorum Siciliæ, Gallice scripta, quam Italice reddidit Franciscus de Rosa, Typis Neapolitanis an. 1707. in admonitione ad lectorem hæc habet: *Leone Vescovo d' Ostia era Religioso di Monte Casino quando egli scrisse la cronica di quel Monastero, poco doppo il tempo, di cui ragionamo, e questa cronaca è riguardata da Savii, come quella, che meglio, e più sicuramente possa all' Istoria presente recar fede maggiore.* Alios mittimus innumeros, qui Leonem per transennam laudant, unaque Angeli de Nuce sententia; Leonis Elogia concludemus, In Notis ad Chron. p. 85. num. 455. *Quo in opere ejus pro sæculi ratione elucet eloquentia, maxime vero judicium, prudentia, fides, integritas, gravitas commendantur, ut jure merito a Baronio an. 1059., & 1077. to. XI. scriptor sui temporis sinceræ fidei, & integerrimus appelletur, & a Ciacon. vir sanctitate, & doctrina clarus. Demum ab Urbano secundo vel a Paschali secundo Cardinalis Episcopus Ostiensis creatus anno 1101. ex Ughello, anno sane undecimo Urbani secundi non erat Cardinalis, nam citat eo anno Episcopum Ostiensem I. Reg. Petri nu. 37. Roma in Monasterio S. Sebastiani in Palladio, quod Cassinensis juris erat, domicilium sibi statuit: eidemque Paschali in discriminibus, & ærumnis constantissime adfuit lib. 4. cap. 38. Concilio Vastallensi interfuit. Obitus ejus dies in Emortuali Cassinate Cod. 47. signatur his verbis.* XI. Kal. Junii obiit venerandæ memoriæ Dominus Leo Hostiensis Episcopus: &c. *Et fol. 316. nu. 1230. Heroici plane, sanctissimique viri Desiderii gestorum memoriam ad posteros transmittere, cum præcipuum in votis haberet Ostiensis, postquam præcedentia parce, strictim, atque compendio tradidisset, floridius deinceps, & uberius, tamquam in proprio campo ejus videtur calamus exsultare. Est autem scriptura, ut & sermo, animi vultus. Ex hujus ergo tantum Prologi lectione* religiosam modestiam, *Judicii maturitatem, ac sapientiam undique redolentis qualis, quantusque Desiderii fuerit Encomiastes Leo, facile est æstimare.*

§. III.

Accurata Leonis scribendi ratio propugnata.

Leo diligens, & accuratus Historiographus.

Quidquid contra dicat Baronius.

QUo Leonis in conscribendo Chronico Cassinensi integritas, fides, judicium a male feriatorum quorumdam Nebulonum dicteriis vindicetur, quædam diluenda sunt, de quibus Leo a magnis viris accusatur; & quidem primus, quod sciam, criminationes in Leonem congerit Polyhistor Baronius, qui cum jam sæpissime in historia sua Ecclesiastica ipsissimis Leonis verbis utatur, cumque an. 1059. insigni scriptoris integerrimi elogio exornet, parum sibi constans, eodem anno post relata, quæ de Disputatione Alberici monachi Cassinensis cum Berengario referuntur a Leone, subdit: *Hæc Leo, sed glorianter nimis, ac valde mendaciter, nam, ut audisti, Berengarius, absque ulla pravia habita in Synodo de haresi altercatione, statim sponte damnavit errorem*. Hanc tamen Baronii assertionem diluit Matthæus Lauretus: *de existentia Corporis S. Benedicti*, &c. p. 203., & seqq., & Angelus de Nuce in notis ad cap. 35. lib. tertii, ubi advertit, caput illud Leonis non esse, sed Petri Diaconi Leonis continuatoris: quare sive vera ea sint, quæ de Alberico, sive falsa, nil Leonis famæ, sinceritatique detrahitur. Lubet tamen responsiones hic Pagii, & Mabillonii pro hac Historia afferre; quorum primus ad an. 1059. num. 3. ait: *Baronius nu. 18. ait, Berengarium absque ulla previa habita in Synodo de haresi altercatione, statim sponte damnasse errorem, & deceptum Leonem Ostiensem lib. 3. cap. 33., qui scribit, Albericum Diaconum Cassinensem adversus eum disputasse. Verum Leoni Ostiensi fidem adstruit Anonymus Chiffletianus mox laudatus, qui, si Baronii tempore lucem vidisset, eum ab ea sententia advertisset*. Et Mabillonius p. 37. in Præfatione Sæc. VI. P. II. Act. SS. Ordinis S. Benedicti sic invicte respondet: *De Alberico Monacho, ac Diacono Cassinate agit Petrus Diaconus in continuatione Chronici Cassinensis, ubi eum virum disertissimum vocat, variaque ejus scripta recenset; in his librum de corpore Domini adversus Berengarium, quem in Synodo Romana, cui interfuit, cum nullus Berengario resistere valeret, idem Albericus, hebdomada unius accepta licentia adversus eumdem Diaconem (scilicet Berengarium) scriptum edidit, Sanctorum Patrum testimoniis roboratum, in quo omnes assertiones ejus destruxisse, æternaque oblivioni tradidisse dicitur. Hoc nimis glorianter, ac mendaciter scriptum ait Baronius, id interpretans de Concilio Romano anni MLIX., in quo Berengarius errorem suum sponte damnaverit. Et quidem Petrus nonnunquam res ... effert, ut forte hoc loco accidit: at Synodus illa, cui Albericus vocatus interfuit, non illa ... sub Nicolao secundo, sed alia posterior anni MLXXIX. intelligenda est Romæ itidem habita sub Gregorio VII., in qua Albericus ... professioni Berengario proposita vox Substantialiter adderetur. Hujus rei auctorem habemus Berengarium ipsum, qui in quodam scripto, quod pra manibus habemus, Albericum in primis hac de re acriter reprehendit. Si erravit, ait ille, qui dixit: Panis Sacratus in altari est panis Christi, pro eo quod non addidit substantialiter, erravit ipsa veritas, qua dixit. Hic panis est meum corpus. Et post multa, ubi Apostolum, Ambrosium, Augustinum, aliosque Patres pro se testes adducit, hæc subdit. Non Realiter eorum quisquam, non Substantialiter, quia nec ipsa veritas addendum esse putavit. Erravit potius, facilius plane erravit Cassinus ille, non monachus, sed Damoniacus Albericus, (hæ sunt haretici hominis amœnitates) qui mentis acies*

nota.

perspicuam mecum intuens veritatem . . . . . in veritate tamen non persistit . . . . . . mentitusque est errare me de mensa Dominica, nisi cum dicerem: Panis Sacratus in altari est Corpus Christi, adderem Substantialiter, ut in eo sibi conciliares, & quasi victores constitueret errantes de sacrificio Ecclesia, si effectum daret, ut ego enuntiationi de Christi Sacrificio mea demerem aliquid furto, vel adderem. Sic desinit scriptum illud Berengarii, ex quo intelligimus, Albericum contra eum disputasse in Romana Synodo anni MLXXIX. in qua hæc vox substantialiter Professioni Fidei inserta est. An Albericus scriptum illud, quod unius hebdomada spatio composuisse dicitur, vulgaverit, an viva tantum voce protulerit, incompertum. Neque enim illud quisquam nostro tempore aut audisse, aut citasse invenitur. Hactenus de Auctoribus, qui contra Berengarium, ejusque Heresim scripsere, quos omnes, aut fere omnes nostri Ordinis fuisse constat. His adde Gofridum Vindocinensem Abbatem, cujus primum opusculum est, Tractatus de corpore, & Sanguine Domini omnibus Christianis inscriptus, in quo quid de hoc Divino Sacramento credendum sit, paucis recto explicat. Eadem fere repetit Annal. Bened. To. V. p. 139. an. 1079. De Concilio contra Berengarium coacto, deque ejus abjuratione agit Baronius an. 1079., & Pagius ibid. nu. 1., & 2. atque nu. 3. ait, inter alios, qui adversus Berengarium disputarunt, fuisse S. Brunonem Episcopum Signensem, & deinde Cassinarium Abbatem.

Gallonius.

Baronius Annal. To. VII. an. 581. scripserat, Gregorium M. Monachum ex ordine S. Benedicti non fuisse; portentosam novamque hanc opinionem primus Brixianis typis ao. 1603. impugnavit Constantinus Bellottus Monachus ex congregatione Cassinensi. Contra Constantinum Cardinalis Baronius sub Antonii Gallonii, e congregatione Oratorii S. Philippi Nerii nomine Apologiam scripsit, cui addidit responsiones ad librum Constantini Cajetani de Benedictino S. Gregorii Monachatu, quem hic an. 1600. scripserat. Spondanus in Epitome Annal. Baronii an. 581. hac de re ait: *Scias Lector, ea quæ Baronius habet de tempore Monachatus S. Gregorii, deque ejusdem professione sub instituto S. Equitii, non autem S. Benedicti, ac de aliis quæstionibus eo pertinentibus, acriter impugnata fuisse a nonnullis monachis Ordinis S. Benedicti. Sed eadem satis valide defensa ab Antonio Gallonio congregationis Oratorii Apologia Romæ edita an. 1604. adversus Constantium Bellotum ipso adhuc Illmo Cardinali superstite, & approbante; Post cujus obitum scripserunt & alii eamdem Serram reciprocantes &c.* In Responsionibus itaque Baronii, seu Gallonii ad Constantinum Cajetanum hæc contra Leonem nostrum verba leguntur ab eodem Cajetano relata in libro Pro Johanne Diacono S. R. E. Cardinali, de

S. Gre-

S. Gregorii M. ejusque Discipulorum Monachatu Benedictino Typis Salisburgensibus an. 1620. *Sed mittamus, ait, in Append. mſ. ad respons., ista, quæ comparatione eorum, quæ proxima sunt dicenda, levia existimamus. Sanctus Gregorius vindex veritatis accedat, testis fidelis quia Sanctus; testis occulatus, quia præsens aderat, ipsa conspiciens; testis veridicus, quia veritatis amantissimus, ejus semper custos, & cultor studiosissimus fuit, qua quomodo eam Epistolam manifeste redarguat falsitatis, attende. Habetur in ea, Abbatem quemdam Monasterii S. Honorati misisse duos nominatos Discipulos ad Simplicium ibidem Abbatem, ut ab eo acciperent Sancti Benedicti Regulas, quæ in Cassinensi observaretur monasterio, quibus iidem ibidem imbuerentur. Ita quidem impostor existimans Simplicium Abbatem tunc præfuisse monasterio Cassinensi: sed longe diversum accidit. Si quidem ante ejusdem Simplicii Præfecturam jam Cassinense cœnobium a Langobardis solotenus excisum erat; ipsa vero monachorum Sancta colonia jam diu ante ejus Præfecturam Romam migrans Lateranense cœnobium habitabat post Valentinianum, cui tunc praeerat ipse Simplicius, jam Abbas Monasterii Lateranensis secundus. Ita quidem sic se habuisse, idem S. Gregorius in præfatione secundi Dialogorum libri fidem haud ambiguam facit his verbis: pauca, quæ narro, quatuor Discipulis ejus, Benedicti videlicet, referentibus, agnovi, Constantino scilicet reverendissimo valde viro, qui ei in Monasterii regimine successit; Valentiniano quoque, qui annis multis Lateranensi monasterio præfuit; Simplicio, qui congregationem illius post eum tertius rexit &c. Hæc Gregorius de his, quæ videbat, & audiebat, certo sciebat, vera sentiebat. Si ergo tempore Simplicii Abbatis, imo & prædecessoris ejus Valentiniani jam migrarant Casinates Monachi in Lateranum (quod non antea factum constat, nisi cum nullum extaret, sed dirutum esset Cassinense cœnobium translatis tunc iisdem monachis Romam in Lateranum) quomodo potuit Abbas Monasterii S. Honorati scripsisse, & misisse ad Simplicium ipsum ad Monasterium Cassinense, in quo nec unica cella aliqua esset a tanto Langobardorum exilio? Cur non misit eos Romam ad Lateranense cœnobium, quod jam multos ante annos scire poterat a sancta illa S. Benedicti Familia habitari? Jam vides aperta luce Constantine abs te allata Epistola falsitatem, ut non possis ejus Auctorem, non mecum jure asserere impostorem, qui eam falsa pro veris exponere non erubuit. Credidit ipse quisquis fuerit incautus erranti Leoni Ostiensi, qui inconsulte nimis ad tantam Sancti Gregorii non respiciens auctoritatem, dixit sub Bonito quinto Cassinensi Abbate contigisse illud excidium Cassinen. &c.*

Leo Ostien. lib. 1. cap. 2.

Itemque Baronius Annal. To. VII. an. 581. confirmat, Simplicium fuisse secundum Lateranensem Abbatem hisce verbis p. 586. *Sed neque est, ut quis Valentinianum hunc, quem sibi præfuisse Abbatem fatetur, iterum ipse Gregorius illum existimet fuisse Valentinianum secundum, numeratum post S. Benedictum Abbatem, Primum vero Lateranensis cœnobii: nam constat, diversum fuisse Monasterium S. Andreæ ab illo Lateranensi, ut ex diversa etiam Abbatum Serie intelligere potest; Lateranensi enim primum Valentinianus Abbas, inde Simplicius, & post eum præfuit Honoratus, ut idem ipse Gregorius docet**. Integra Gregorii verba in Præfatione ad librum II. Dialogorum hæc sunt: *Pauca, quæ narro, quatuor illius discipulis referentibus, agnovi, Constantino scilicet reverentissimo valde viro, qui ei in Monasterii regimine successit: Valentiniano quoque, qui annis multis Lateranensi Monasterio præfuit: Simplicio, qui congregationem illius post eum tertius rexit, Honorato etiam, qui nunc usque adhuc cellæ ejus, in qua prius conversatus fuerat, præest.*

Dialogorum lib. 2. in princip.

Ex quibus luculentissime patet, Constantinum fuisse alterum post Sanctum Benedictum Abbatem Cassinensem, atque Simplicium tertium, & Honoratum alterius a Lateranensi cœnobio fuisse Abbatem. Certe de Simplicio ait Gregorius M. *Qui Congregationem illius* (S. Benedicti) adeoque Cassinensem (*post eum* Benedictum) *tertius rexit*, Et Honoratus ejus Cellæ Abbas dicitur, *in qua prius conversatus fuerat* S. Benedictus, idest Sublacensis. Quod quidem evincit optime in versione sua Zacharias Pontifex, qui prænomina ejus, illius, & ei pro Constantino, Simplicio, & Honorato a Gregorio dicta ubique vertit αὐτοῦ, quo Sanctum Benedictum in tribus illis Abbatibus scilicet Simplicio, Constantino, & Honorato plane indicat, neque Simplicius Lateranensis Abbas tertius esse potuit, cum tertium fuisse Theodorum testetur Faustus in Prologo Vitæ S. Mauri; nostræ certe sententiæ favet disertissime Paulus Diaconus: cum de gestis Langobardorum lib. 1. cap. 18. ait, *Cæterum post beatum Benedictum Constantinus, post hunc Simplicius, post quem Vitalis ad extremum Bonitus Congregationem istam rexit, sub quo hæc destructio facta est*. Nempe cœnobium Cassinense sub Bonito a Langobardis destructum, Paulo suffragantur. & veteres Indices Cassinenses, & Aimonius in Hist. lib. 3. cap. 80. Anonymus Benedictinus M. S., qui tempore Ludovici Pii vivebat apud Constantinum, Cajetanus Abbas Urspergensis Chr. pag. 137. Editionis Basiliensis an. 1569., aliique plures. Jure itaque, nimisque considerate scripserat Leo lib. 1. cap. 2. . *Huic Sanctissimo Patri Benedicto successit in Monasterii regimine vir reverentissimus Constantinus ejusdem S. Patris Discipulus: tertius autem a B. Benedicto præfuit ejusdem congregationi Simplicius. Quartus Vitalis: Quintus vero Bonitus*. &c. Hincque perperam Gallonius Gregorii verba interpretatur pro Valentiniano, cum alioquin, postquam Gregorius de Sancto Benedicto disseruisset: *Congregatio ejus*, non poterat pro Valentiniano sumi.

Fausti tamen Authoritati hæc reponit Baronius vel Gallonius p. 35. cit. Apologiæ: *Redargueris rursum a Fausto, cujus & auctoritate convinceris, quod male sis interpretatus verba Sancti Gregorii de Simplicio, a quo de vita S. Benedicti pleraque acceperat conscribenda, sic loquentis: Simplicio, inquit, qui congregationem illius post eum tertius rexit. Interpretatus, inquam, Simplicium post Beatum Benedictum fuisse tertium Abbatem Monasterii Cassinensis. Cum tamen ex his, quæ dicta sunt ex Fausto, res oculis spectante appareat manifeste id quod dicit S. Gregorius, post eum tertius rexit, relationem habere non ad Sanctum Benedictum, sed ad Valentinianum Lateranensem Abbatem. Ac licet post Valentinianum ponatur ab eodem Fausto in præfatione Theodorus tertius Abbas, id accidit ex diversa ratio-*

ratione, & ordine numerandi, nimirum, quod ab ipso Valentiniano inceperit Gregorius numerare, Faustus ab eo qui post Valentinianum primo loco successit, alias inter Faustum, & Gregorium magna esset discrepantia. Plura vero incommoda ex hisce Baronii, vel Gallonii assertionibus dimanant; paulo enim ante Simplicium dixerat secundum Lateranensem Abbatem, quem modo tertium nuncupat. Deinde tres extitissent tertii Lateranenses Abbates, nempe Honoratus ex allatis Baronii verbis ad an. 581. Simplicius ex hisce Apologiæ verbis, & Theodorus ex Fausto; Ut Gallonius incommodum evitet hæc argutatur. *Ac licet post Valentinianum ponatur ab eodem Fausto in Præfatione Theodorus tertius Abbas, id accidit ex diversa ratione, & ordine numerandi &c.* Idest Theodorus fuit tertius, numerando a Valentiniani successore, & Simplicius ducto calculo ab ipso Valentiniano, præclare excogitatum. Hoc plane modo Pontifices omnes, Imperatores, Reges tertii erunt, nempe Innocentius XIII. tertius erit, si ab Innocentio XI. numeres. Ridicule. At quomodo constat Gregorium, & Faustum ea ratione numerasse. Alias, inquit Gallonius, *inter Faustum, & Gregorium magna esset discrepantia.* Imo plane nulla, cum Gregorius Abbatum Cassinensium seriem contexat. Nostræ huic sententiæ subscribit Pagi an. 581. To. II. Mabillonius To. I. Annal. an. 560., & in Appendice, atque Act. SS. Ordinis S. Benedicti Sæc. I. p. 4. in notis ad vitam S. Benedicti; Constantinus Cajetanus cit. lib. p. 255. & seqq., aliique plures.

Johannes a Bosco. Longe tamen intemperantius, ne dicam aliud, Leonem, & Cassinenses impetit Johannes a Bosco Cœlestinus, cum in bibliotheca Floriacensi an. 1605. edita de prætensa translatione corporis SS. Benedicti. & Scholasticæ in Gallias agens, solidissima Cassinatium argumenta revellere dicteriis, & obtrectationibus conatur. Hinc in notis ad eam Bibliothecam p. 155. de Leone, ac Monachis Cassinatibus hæc scribit: *Extant, & litteræ Cassinensium ad Floriacenses, quas legere erit jucundum, in quibus maxime intueri licet, confictа esse, quæ de corpore S. Benedicti proferunt ex Leone Ostiensi Cassinenses, Apostolica rescripta &c.* Et fol. 364. *Ex Adonis Trevirensis Martyrologio, quod ipse tempore Gregorii septimi Papæ scripsit circa annum Domini 1081.* & fol. 365. *Hic præclarus Pontifex post Leonem Cassinensem scripsit, & licet assiduus esset Romanorum Pontificum aulæ, ut Aloysius Lyppomanus indicat, Bullas tamen, quas Leo ipse confingit, ne pote nunquam datas in recensenda translatione S. Benedicti, haud pertimuit. Ceterum, si, quod verisimiles conjecturæ mihi suadent, exprimere liceret, dicerem: Neothericos quosdam Cassinates, Leoni Ostiensi (ut ab ejus & antiquitate, & dignitate sibi compararent fidem, atque authoritatem) partum supposuisse, cujus si redivivus esset, se minime patrem instriberet; nam quod rem urget vehementer, illud est, quod S. R. E. Cardinalis multa de Pontificibus summis sui sæculi dicat, quæ veritati nulla ratione quadrare convincuntur.* Et fol. 381. *Diu multumque dubitavi tot testimoniorum monimentis, tot Pontificiis bullis consignatam a Leone Cassinensi, & aliis ipsius sequacibus, corporis sanctissimi Patris Benedicti in Cassinensi cœnobio præsentiam impugnare: Verebar etenim, ne a tantis desciscendo testificationibus, quæ jam authoritatem apud plures usu obtinuerant, vel stultus, vel nimium audax, ac temerarius existimarer. Verum cum in Leonis narrationibus multa, ac pœne omnia me haud leviter admonerent, de earum veritatis, atque integritatis certa fide dubitanti, immo & pœne compellerent, meus animus graviter admodum angebatur.* Et fol. 388. *Nec vera esse diplomata quæ Leo Cassinensis adfert, quæque Cardinalis Baronius * frequenter sugillat, ac pœne respuit ipsorum ex stile confectionem deprehendens.* Quis vero æquus rerum æstimator Joannis a Bosco non admiretur, dum haud jure asseverat bullas a Cassinatibus pro vindicanda sibi veteri corporis S. Benedicti possessione allatas a Leone Ostiensi, fuisse confictas? Quis hæc Boscium in Leonis Chronico legisse non crederet? Cum tamen nullibi in toto Leonis opere illarum Bullarum mentio, neque Cassinates, aut alius quilibet scriptor unquam dixerint eas Bullas a Leone laudatas. Hæc planæ hominis sunt, qui lectorum fide abutatur. Boscius profecto Bullas in Appendice Chronici a Laurentio Vincentino editi viderat, illasque temere a Leone allatas, confictasque pronunciavit. Quod argumento est evidentissimo, Boscium ne legisse quidem unquam Leonis Chronicon. Ita ne in re litteraria licet scriptorum integerrimorum famam traducere? Poterat certe facile Boscius ex allatis in ea Appendice pluribus Leone posterioribus monumentis facile cognoscere, an Leo Ostiensis illa laudaverit confinxeritve, potissimum vero ab illo, quod incipit: *Johannes Papa XXII. fecit extrahi canonizatos de Ordine, & Regula Sanctissimi Benedicti, &c.* Ex Bulla Clementis IV., in qua Urbani II. diploma continetur, atque ex illa Julii II. Accedit quod idem Boscius asserit, scripsisse Leonem ante Adonem Trevirensem, scribitque, Adonem an. 1081. martyrologium concinnasse tempore Gregorii VII. Constat vero Leonem Oderisii Abbatis, qui ab an. 1087. præesse cepit, jussu, Chronicon edidisse, tempore Urbani II., quod ex Leonis Prologo constat. Neque tamen Ado Trevirensis Author est Martyrologii, ut falso credidere Lipomanus, Bellarminus, aliique, ex quibus Boscius errorem desumpsit. Sed Ado Viennensis sæculo nono, ut advertunt Labbe de scriptoribus Ecclesiasticis p. 10., verbo *Ado Trevirensis Archiepiscopus, & Ado Viennensis*, Baronius an. 878., Mabillonius Annal To. II. p. 630. nu. 49., & in Præfatione sæculi quarti P. II., & ibidem in Elogio Adonis. Pagi an. 878. nu. 9., & 10. Henricus Valesius in Diatriba, *de Martyrologio Romano*, edidit Rosuveydus, aliique.

* Baron. to. 9. Annal. ad ann. 795. in fin.

aeta 5

Vera sunt quæ Leo scribit de Sergio IV. Pontifice Romano. Quo vero Boscius diligenter a se lectum Leonis Chronicon venditet imperitis, illa scribit verba: *Nam quod rem urget vehementer, illud est, quod S. R. E. Cardinalis multa de Pontificibus summis sui sæculi dicat, quæ veritati nulla ratione quadrare convincuntur:* Leo annos quatuordecim natus Monasticum habitum sub Desiderio, qui an. 1058. Abbas est inauguratus, in Cassinensi cœnobio accepit. Vivebat itaque Leo sæculo undecimo, quo primus Romanus Pontifex fuit Silvester secundus, cui successit Johannes XVII., & XVIII., de quibus ne mussitat quidem Leo. De Sergio vero IV., Johannis XVIII. successore hæc Leo scribit lib. 11.

cap.

cap. 27. *Hoc praterea tempore, Sergio Papa quarto defuncto, Benedictus Octavus natione Tusculanus ex Patre Gregorio, Romanus Pontifex ordinatur &c.* Benedictum Octavum Sergio suffectum asserunt apud Baronium Marianus Scotus, Hermannus, Sigebertus, aliique apud Pagium, & Ciacconium, qui ait, etiam Gregorii filium fuisse. Scribit deinde Leo cap. 31. *Hujus anno ordinationis tertio, anno videlicet Domini millesimo quartodecimo, quo tempore Paschalis festivitas ipso die S. Marci, juxta calculi ordinem extitit, Heinricus Rex, de quo supradiximus, venit Romam, & coronam Romani Imperii de manibus Benedicti octavi Papa recepit, a quo etiam Papa idem Abbas privilegium sumpsit &c.* Narrationem hanc scriptorum illius temporis authoritate probat Baronius hisce verbis: *Leo Ostiensis agens de eadem Henrici coronatione Roma facta, ista adjicit: Ipse quoque Henricus Imperator ab eodem Abbate Atenulpho, & omni congregatione rogatus, per praceptum aureo sigillo munitum universas Monasterii provincias legendum pertinentias confirmavit, &c.* Eadem habent Pagius, & Mabillonius ad eum annum p. 234.

De S. Henrico Imperatore,

Scribit Leo cap. 42. *Imperator autem post dies paucos, ordinatis suis negotiis omnibus, venit ad monasterium una cum Romano Pontifice Benedicto. Interea Fratres in unum collecti coeperunt, ad invicem juxta tenorem Regula de eligendo sibi Abbate tractare &c. tandem communi omnium voluntate Domnus Theobaldus dignus decretus a Fratribus Abbas eligitur, ipso etiam Imperatore, quem tunc prasentem esse contigerat, una cum pradicto Papa eandem electionem valde laudantibus, sicque die altera Nativitatis Apostolorum Petri, & Pauli ab eodem beatissimo Papa honorabiliter consecratur*; Et cap. 43. post narrata munera a S. Henrico Imperatore ob perceptam sanitatem Sancto Benedicto oblata subdit: *Qua omnia pariter in Fratrum prasentia super Altare Beati Benedicti ponens obtulit &c.* Quæ duo capitula ad verbum exscribit Baronius an. 1022. Et etiam capp. 39., 40., 41., 44., 45., & 53. lib. II. at compendio refert cap. 47. eademque asserit Mabillonius ad eum annum. Vid. Pagius an. 1022.

Aliisque de rebus publicis,

Habet Leo cap. 46. *Hic idem Augustus ex proprii Patrimonii sumptibus construxit ecclesiam ad honorem S. Georgii in Babembergense, & advocans Benedictum Papam, ab ipso illam consecrari fecit, atque Episcopalem in ea sedem constituens, Beato Petro ex integro obtulit, statuto censu per singulos annos equo uno optimo, albo, cum omnibus ornamentis, & faleris suis, & centum marchis argenti. Postmodum vero Leo Nonus Papa Vicariationis gratia Beneventum ab Heinrico Corradi filio recipiens pradictum Episcopium Babembergense sub ejus dicione remisit equo tantum, quem pradiximus sibi retento &c.* Baronius an. 1019. ex Hermanno, Mariano Scoto Lamberto Abbate Urspergensi, authore vitæ S. Cunegundæ, & Glabri eadem refert, imo subdit: *Hac quidem ita omnino se habuisse, Cassinatis Monasterii monumenta prodidere, ex quibus Leo Ostiensis ista descripsit: Hic idem Augustus, ex proprii Patrimonii, &c.* Vid. Pagi ad eum annum num. 1., & 2., ubi inter alios laudat Vippum coævum authorem Vitæ Conradi Salici Imperatoris, qui loquens de S. Henrico Conradi successore, deque Episcopatu Bambergensi ab eo fundato, ait: *Ad cujus dedicationem Domnum Apostolicum nomine Benedictum adscivit &c.*

Cap. 52. ait Leo. *Hic itaque a prafato Papa Benedicto, qui eum sacraverat, consuetudinarium Privilegium sumeas, per biennium, quo supervixit Imperator Heinricus, in omni prosperitate sui honoris degens &c.* Eadem verba refert Baronius an. 1022. Videndus Ciacconius in Vita Benedicti VIII.

Lib. III. cap. 30. Chronici Cassinensis habet Leo: *In Altare itaque beati Benedicti habentur Reliquia Sanctorum Apostolorum Philippi, & Jacobi &c. Prater has etiam duo argentea scrinia plurima diversorum Sanctorum pignera continentia intra ipsam Altare honorifice sunt in marmore superiori suspensa, qua Reverendissimus Benedictus Papa ob amorem, & reverentiam SS.mi Patris nostri Benedicti de Archivo Lateranensis Palatii abstrahens in hac Ecclesia Cassinensi direxit primo anno Abbatis nostri Theobaldi, anno Dominica Incarnationis millesimo vicesimo tertio, & hoc omnino interdixit idem sanctissimus Papa, ut nullus prasumat hinc aliquid auferre, &c.* Eadem refert Baronius an. 1023.

Cap. 57. habet: *His diebus Roma Benedictus Octavus Papa defunctus, Johannes frater ejus nationis Tusculana ex Patre G. G..illi in Pontificatu succedit*: Et Baronius an. 1024. inquit: *Hac autem, ut cunctis pateant, ex antiquioribus auctoribus sunt promenda, atque primum omnium horum dicendum de genere; Fuerunt nempe Benedictus, de quo diximus, & Joannes Fratres Germani ambo filii Gregorii Comitis Tusculani, ut Leo Ostien. affirmat, patria Tusculani &c.* Eadem asserit S. Petrus Damianus in Vita S. Odilonis, & Glaber lib. 4. cap. I. Vid. Pagi. Ciacconius in vita Johannis XIX., Mabillonius To. IV. Annal. p. 301. nu. 43., aliique.

Cap. 61. habet Leo: *Per idem tempus, defuncto Roma supranominato Johanne, Benedictus Nepos illius natione Tusculanus ex Patre Alberico Patricio in Apostolicam sedem Pontifex ordinatur.* Eadem refert S. Petrus Damiani Epist. 5. ad Dominicum, Glaber. lib. 4. cap. 5., Baronius an. 1033., & Pagi ibidem nu. 4. & 5. Ciacconius in Vita Benedicti IX., aliique. Cap. 66. habet: *Sed & Benedictus Papa nonus privilegium nihilominus illi secundum Romanorum Pontificum consuetudinem scripsit &c.* Eadem verba refert Baronius an. 1038. Vid. Mabillonius To. IV. p. 420.

Cap. 79. asserit Leo: *Apud Romam praterea Papa Benedictus per annos duodecim Romanam Cathedram sedisset, a Romanis expulsus est, & Johannes Savinensis Episcopus, cui impositum est nomen Silvester, non tamen gratis in Romanum Pontificium subrogatus. Qui cum trium ibi mensium prafuisset, expulsus Benedictus, propinquis suis Tusculanis proceribus annitentibus, Silvestro repulso, Romanam sedem iterum occupavit; nec multo post invisum se cunctis aspiciens, cuidam Archipresbytero Johanni nomine, qui quasi religiosior habebatur, Papatum tradidit, ipse libere deinceps cupiditates suas exerciturus in paternam domum recessit. Jam duobus annis, & mensibus octo pradictus Archipresbyter, cui Gregorii nomen in Papatu est inditum, Apostolica sedi prafederat, cum Henricus Imperator Chuonradi filius tot de Romana, & Apostolica sede nefandis*

dis

dis auditis, cœlitus inspiratus, anno Domini millesimo quadragesimo septimo, Italiam ingrediens Romam accelerat. Qui de tanta heresi sedem Apostolicam desiderans expurgare, Sutri restitit, & super tanto negotio deliberaturus, universale ibi Episcoporum Concilium fieri statuit. Misit ergo, & magna inibi Episcoporum, seu Abbatum, ac Religiosorum virorum multitudine congregata, Romanum quoque Pontificem, qui eidem concilio præsideret decenter invitat; Quid multa? Concilio habito, & Synodicis, Canonicisque sententiis convictus Gregorius Simoniacus, sponte sua, sedo desiliens, Pontificalibus se infulis exuit, & Terra prostratus, invasi honoris indulgentiam sibi concedi humiliter petiit. Quo facto, Imperator valde letificatus, cum omnibus ejusdem Concilii Episcopis Romam venit, & in Ecclesia Beati Petri Apostoli, congregato clero, populoque Romano, primo quid Sutri actum fuisset exposuit, dehinc tractare cœpit de ordinatione ipsius Romanæ Ecclesiæ. Facta itaque discussione, quisnam in eadem Ecclesia dignus inveniretur tanto Sacerdotio fungi, cum nullus, heu, proh dolor! reperiretur, demum electionem cunctorum Episcopus Bambergensis de gente Saxonum Papa Romanus levatur, eique Clemens nomen imponitur. Tunc temporis ob hujusmodi res tam prospere, tamque canonice gestas, eidem Henrico IV. Patriciatus honorem Romani contribuunt, eumque preter Imperialem coronam, aureo circulo uti decernunt. Universam hanc narrationem desumsit Leo lib. III. Dialogorum Victoris III. p. 116., & seqq. editionis Romanæ an. 1651. Fuit autem Victor Leonis noni an. 1049. inaugurati familiaris, ut Victor idem hisce verbis testatur p. 120. *Leo, de quo nobis est sermo præ manibus &c. Quemque etiam vidi, ejusque familiaritatem habere merui: Sæpe etiam eo in Ecclesia missas celebrante, cum illo ad Divinum Altare sacris indutus vestibus steti, eique Evangelium legi &c.* Victor a Nicolao II. Cardinalis creatus, atque Gregorio VII. suffectus optime publica hæc gesta scire poterat, Baronius an. 1044., & 1046. eadem Leonis verba refert, confirmatque authoritate scriptorum illius temporis, potissimum Hermanni Contracti, & Pagius an. 1044. nu. 5. graviter hallucinatum Ottonem Frisingensem demonstrat, cum Gregorium VI. a tribus aliis Simoniacis Pontificibus distinguit, ac proinde quatuor fuisse eo tempore Pontifices, ex quibus Gregorius Ecclesiam in libertatem vindicaverit. Quem in errorem authoritate sua Baronium quoque abduxit. Vera tamen fassos Victorem, Hermannum Contractum, & Leonem, evincit idem Pagius authoritate Clementis II., qui in Epistola ad Bambergenses suos ait: *Ecce enim cum illud caput mundi, illa Romana sedes hæretico morbo laboraret, & charissimi filii nostri Domni Henrici Imperatoris Augusti præsentia ad hoc vigilaret; explosis tribus illis, quibus idem nomen Papatus rapina dederat inter tot agmina Sanctorum, qui aderant Patrum dignatio cœlestis Gratia nostram indignissimam mediocritatem cunctis nisibus refragantem, voluit eligi, & Altissimi Apostolorum Principis vice fungi.* Chronographus S. Benigni de ordinatione Halinardi Archiepiscopi Lugdunensis an. 1046. facta loquens, ait de Henrico tertio Imperatore: *Eodem anno perrexit memoratus Princeps Romam, ibique tunc suscepit coronam Imperii die Natalis Domini per manus Clementis Papæ, quem ipse Imperator ordinari jussit, & fecit deponi Johannem, (qui postea Gregorius VI. est dictus) qui tunc cathedra præsidebat, Benedictum, atque Silvestrum, qui in concilio tunc habito, examinata eorum culpa inventi sunt non solum Simoniaci, sed etiam pervasores Ecclesiæ Christi. Huic concilio interfuit ipse Domnus Lugdunensium Archipræsul &c.*, ac tandem Pagius assertum Victoris III. confirmat authoritate Bonizi primi Sutrensis, Episcopi, ac postmodum Placentini, quem rerum Romanarum peritissimum fuisse demonstrat num. 9., & 13. ait: *Hinc certum & indubitatum videtur, quod idem Leo de duratione Pontificatus Gregorii VI. scribit, &c.* Vid. idem Pagius an. 1046. Mabillonius Annal. T. IV. p. 457., & 471. Sigonius Hist. de Regn. Ital. lib. 8. p. 370., & seqq. & Nuceus in notis ad Chr. Cass.

Emendantur Otto, et Baronius.

Cap. 80. prope finem de Henrico Imperatore ait Leo: *Inde Beneventum contendens, cum noluissent eum cives recipere, tam ob suam, quam & ob Patris injuriam, totam civitatem a Romano Pontifice, qui cum illo tunc erat, excommunicari fecit, cunctamque Beneventanam Terram Normannis authoritate sua confirmans, ultra montes exinde est reversus, Gregorium secum asportans.* Integrum hoc Leonis caput refert, veterumque scriptorum authoritate probat Baronius an. 1047. Ubi tamen in genuino Leonis codice legitur: *Gregorium secum asportavit*, & in alio vetustiori, ut advertit Nuceus, additur: *Expontificem*: Baronius editionem Laurentii Vincentini secutus, legit: *secum Clementem adducens*, Subdit exinde Baronius: *certum est etiam eundem Imperatorem ab Italia recedentem duxisse secum in Germaniã Gregorium Papam sextum &c.* Quod authoritate Gregorii septimi demonstrat. Vid. Pagi an. 1047. num. 2., qui tamen fallitur, dum ait, scripsisse Leonem Ostiensem asportatum in Germaniam ab Henrico Clementem II. Vid. Sigonius p. 372. loc. cit. De Clemente hæc subdit Leo cap. 81. *Clemente vero post novem menses ultra montes defuncto, præfatus Benedictus iterum in Pontificatum reversus per octo circiter menses illum retinuit, donec ab Imperatore transmissus ex Germania Damasus Brexenorum Episcopus illi in Papatu successit. Quo etiam post viginti, & tres dies apud Preneste, vita decedente, Brunonem Tullensem Episcopum Teutonicum natione, & stirpe Regali progenitum, Romani ab Ultramontanis partibus expetentes in suum Pontificem eligunt, eumque Leonem Papam vocari decernunt. Qui Sanctus Pontifex eodem anno, quo ordinatus est, orationis gratia Montem Garganum adiit &c.* Integrum hoc caput per partes refert Baronius an. 1047., 1048., & 1049. Vid. Pagi ad eos annos, qui an. 1047. nu. 8. ait. *Hoc autem anno post Clementis II. mortem Pontificatum iterum invasit* (idest Benedictus nonus) Leonis verba refert, & postea subdit: *Signantius antiquum manuscriptum, cujus hæc verba Papebrochius recitat: Benedictus tertio reversus in Pontificatum, tenuit eum menses octo, dies decem &c. Illud vero MS. antiquissimum esse refert Papebrochius.* Et anno 1049. nu. XI. verba refert Wiberti Archidiaconi Tullensis testis ocularis, qui in vita S. Leonis IX. lib. 2. cap. 1. post relatam Clementis coram Henrico Imperatore

Corrigitur Pagius.

inau-

inaugurationem in Romanum Pontificem subdit: *Videns ergo nullo modo se posse fugere Imperiale preceptum, & commune omnium desiderium, coactus suscepit injunctum officium, presentibus legatis Romanorum, ea conditione, si audiret totius Cleri, ac Romani Populi communem esse sine dissidio consensum &c.* & clarius cap. II. S. Leonis quoque vitam scripsit S. Bruno Signensis Episcopus, qui ait: *Se sub hac conditione facturum esse promisit: Romam vado, ibique, si clero, & Populo sua sponte me sibi in Pontificem elegerit, faciam quod rogatis. Aliter autem electionem nullam suscipit: at illi* (loquitur de Imperatore, deque conventu Wormatiensi) *gavisi confirmant sententiam, & laudant conditionem, &c. secundum consuetudinem Romanam, cum magnis laudibus a clero, & populo in Pontificem electus est; dein vero in B. Petri Apostoli Cathedram elevatus.* Omittimus Anselmi verba in Itinerario, quæ apud Pagium nu. 4. legi possunt, qui nu. 5. demonstrat, quam prave, falsoque Ottho Frisingensis Iter S. Leonis Romam describat, quod antea adnotaverant Bollandiani in Commentario prævio ad vitam S. Leonis die 19. Aprilis p. 643., qui p. 645. verba Leonis Ostiensis referunt, probantque. Tandem n. 8. Pagius refert hæc Chronographi S. Benigni verba: *Rursus sequenti anno Romam pergens* (Halinardus, S. Lugdunensis Archiepiscopus) *cum ipse Domno Apostolico properavit Beneventum, & Capuam, Montem Cassinum, atque Montem Garganum ad S. Michaelem Archangelum, &c.* Quæ ideo attulimus, ut quam veridice omnia referat Leo noster, constet. Vid. Sigonius cit. loc. p. 373., & seqq. Ciacconius in vita Clementis II., Damasi secundi, & Leonis IX. Mabillonius p. 482., & 501. Subdit vero Leo Ostiensis cap. 84. *Sequenti anno prædictus Pontifex iterum ad Monasterium venit in vigiliis Sancti Petri; & die sequenti, & altero Apostolorum Petri, & Pauli, missas solemniter celebravit; cumque die illo Sabbatum esset, ad Fratrum mandatum ingressus, duodecim Monachis pedes lavit, & ipse etiam ab eis lotus, in Refectorium quoque cum illis ad bibendum nimis devotus perrexit, Beneventum deinde profectus, ab excommunicatione illam Prædecessoris sui Clementis tandem absolvit. Anno iterum altero Capuam veniens rursus Beneventum, & inde Salernum perrexit, dehinc expellendorum Normannorum gratia, ultra montes ad Imperatorem abiit, milites abinde conducturus. Gedeardus tunc Episcopus Aistetensis, gente Noricus, vir prudentissimus, & rerum secularium peritissimus, Regis Consiliarius erat. Sed cum Imperatoris imperio magnus valde Apostolico traditus fuisset exercitus, jamque itineris partem non modicam confecissent, idem Episcopus ad Imperatorem accedens, vehementerque super hoc illum redarguens, ut totus exercitus ejus reverteretur, dolosus effecit, de propinquis tantum amicis Apostolici quingentis circiter illum in partes has comitantibus. Tunc temporis facta est commutatio inter eumdem Apostolicum, & Imperatorem de Benevento, & Episcopio Bambergense, sicut jam supra retulimus.* Inseruit hæc ad verbum Annalibus suis Baronius an. 1050., 1052., 1053., eamque narrationem auctoritate Hermanni Contracti, Lamberti Scafnaburgensis, aliorumque scriptorum ejus ævi confirmat. Vid. Mabillonius p. 510., 524., 525., 533., & Pagi ad an. 1050., 1051., 1052., & 1053. Sigonius de Regn. Italiæ p. 177. Henschenius, & Papebrochius loc. cit. p. 646. qui postrema Leonis verba referunt: Prosequitur Leo Ostiensis ejusdem Pontificis gesta hisce verbis describere cap. 87. *Reversus itaque ab Ultramonte Romanus Pontifex, ascendensque iterum ad hoc Monasterium valde suppliciter se Fratribus commendavit &c. Post hæc adjunctis sibi fere cunctis partium istarum militibus Apuliam cum Normannis dimicaturus perrexit anno Domini millesimo quinquagesimo tertio, & ex parte quidem Apostolici Rodulphus in Beneventanum Principem jam electus, & Guarnerius Suevus signa sustollunt. Normanni vero tres de suis statuunt turmas, quarum unam Comes Humfridus, aliam comes Richardus, tertiam Robbertus agebat Viscardus. Inito autem certamine in planitie maxima, quæ juxta Civitatem est, paulatim se subtrahentibus, fugientibusque nostratibus, & solis, qui ultra montes venerant remanentibus, cum diu ab his, fortiterque pugnatum fuisset, omnibus tandem in ipso certamine trucidatis, Normanni Dei judicio extitere victores. Dehinc Humfridus ad Papam venit, & in sua illum fide suscipiens, cum omnibus suis Beneventum perduxit, promittens, ut quandocumque Romam ire disponeret, ipse illum Capuam usque perduceret. Intravit autem idem Papa Beneventum in Vigilia Sancti Johannis Baptistæ, & stetit ibi usque ad festivitatem Sancti Gregorii Papæ, ibique infirmatus, vocato prædicto Comite, Capuam ab illo deductus est, ubi per dies duodecim remoratus, accersito tandem nostro Abbate sui itineris Comite, Romam rediit, ac post non multos dies sancte fine quievit. Ad cujus tumulum plurima tunc temporis signa Christus effecit. Hic sanctus Pontifex inter innumera bonitatum suarum insignia, quamdiu Romæ moratus est, omni tempore, tribus per hebdomadam diebus a Lateranis, usque ad Sanctum Petrum privato habitu, nudis pedibus, cum duobus, aut tribus clericis, noctu, psallendo, & orando pergebat.* Prælia an. 1053. contra Nortmannos a Leone IX. inita illorum temporum Authores describunt, potissimum Lupus Protospata, Anonymus Cassinensis, Marianus Scotus, Lambertus Scafnarburgensis, Hermannus Contractus, & Vibertus lib. 2. cap. 6. vitæ S. Leonis, ubi hæc ait de Nortmannis: *Mutatis animis, in ejus (Leonis) conversi sunt obsequelam, cujus osculantes vestigia, sibi immeritam deposcebant indulgentiam. Quibus vir Sanctus pauca locutus, pro tempore ipsis deservientibus, studuit funera cæsorum honorifice procurare &c.* & inferius: *Ferocissima vero Gens Normannorum his exterrita gestis, crudelitate deposita, populos, quibus cohabitabat ex tunc, ut compatriotas amicabiliter tractavit, ac Venerabili Papæ, quoad vixit, in omni subjectione fideliter deservivit. Eximius autem Pastor Beneventum veniens, ipsis Normannis, etiam injussis, per totum iter obsequialiter illum comitantibus &c.* Guilelmus Apulus lib. 2. Guadefridus Malaterra, Sigonius de Regn. Ital. lib. 8. p. 378., qui omnes scriptorer etiam asserunt, Sanctum Pontificem ab Humfrido Beneventum fuisse deductum, imo hæc addit Vibertus loc. cit. de itinere S. Leonis Benevento Romam loquens: *In quo itinere sic eum conciliavit Divinitas non solum suis, verum etiam his, qui nuper fuerant inimici, ut copiosa manus*

Nor-

Normannorum, quos supra retulimus, diu cum hoc viro habuisse dissidium totius animi sincerissima devotione se invicem prævenirent ad ejus obsequium. Quædam ex miraculis a S. Leone post mortem patrata refert Victor III. in Dialogis p. 128., & seqq. Vibertus, Anonymus apud Ughellium To. VIII. Ital. Sac. col. 126., & seqq Hermannus Contractus, aliique. Refert hoc Leonis caput ad verbum Baronius an. 1053., & 1054. Vid. Pagius an. 1053., & 1054. quamquam an. 1053. nu. 5. hæc ait: *Quare errat Leo Ostiensis a Baronio nu. 8. citatus, & emendatus; qui lib. 2. cap. 88. prælium hoc anno XIV. Kalend. Julii, seu die 18. mensis Junii Pontificios inter, & Normannos habitum in annum sequentem differt, qui error librariis non attribuendus, ut constabit ex dicendis anno sequenti num. 1. &c.* Et an. 1054. nu. 1. Leo Ostiensis lib. 2. cap. 89., narrato bello adversus Normannos gesto, quod perperam conjungit cum anno currenti, subdit: *Eodem anno Pontificem legatos illos ad Constantinum Monachum misisse, sed cum bellum illud anno superiori confectum sit, & legatio illa pertineat ad præsentis initium; (literæ enim ad eumdem Constantinum Monomachum missæ dicuntur data mense Januario Indictione septima) apparet non librariorum, sed ipsius met Leonis Ostiensis errore bellum Normannicum anno MLIV. gestum dici; cum eo Christi legationem Constantinopolitanam recte conjungat, quam male collocat eo quo bellum Normannicum contigit anno &c.* Genuinum tamen Leonis Chronicon ex Codicibus Cassinensibus a Nuceo editum habet annum 1053., non 1054., atque adeo ex ipso contextu annum 1053. Leonem scripsisse paret. Narrat enim, Sanctum Pontificem, post initum cum Nortmannis prælium, adiisse Beneventum in pervigilia S. Johannis Baptistæ, ibique ad Festum S. Gregorii degisse, quod die 12. Martii an. 1054. contigit. Vid. Mabillonius an. 1053. p. 537., & 1054., pag. 545., & Ciacconius in Vit. Leonis IX.

Emendatus Pagius.

Cap. 88. ait Leo Marsicanus: *Eodem anno gratia concordandi ecclesiam Romanam, & Constantinopolitanam prudentissimos valdo viros ad Imperatorem Constantinum cognomento Monomachum Apocrisarios transmiserat, Fridericum scilicet cancellarium suum, & Humbertum episcopum Silvæ Candidæ, & Petrum Archiepiscopum Amalfitanum. Qui ad hoc Monasterium primitus venientes, seque Fratribus devotissime commendantes, ita demum viam profecti sunt, quos Imperator nimis honorabiliter suscepit, & in Palatio per aliquot dies retinuit. Intra quod spatium nonnullas Græcorum hæreses corrigere decertantes, tandem Patriarcham Michaelem, & Leonem Acridanum Episcopum cum universis eorum sequacibus authoritate Apostolica anathematizaverunt. Sed cum jam intra hos dies defuncto Papa redire disponerent, Imperialibus illos donis Constantinus Monomachus honorifice munerans, Beato quoque Petro per eosdem dona non parva transmisit. Insuper etiam ut omni anno binas auri libras de Palatio ejus hoc Monasterium reciperet, illorum rogatu concessis, &c.* Baronius ad verbum hæc refert an. 1054., confirmatque illorum temporum authoritate, quod præstat etiam Pagius. Vid. Sigonius loc. cit. pag. 579., & seqq. Wibertus in Vita Sancti Leonis lib. 2. cap. 5., ubi trium legatorum, qui a Sancto Pontifice ad Constantinum sunt missi, meminit; Hanc vero legationem an. 1053. accidisse innuit Leo Ostiensis, qua in re contrasentiunt Baronius, & Pagius, verum Mabillonius post relatam ex Leone an. 1053. p. 545. eam legationem, subdit: *Hanc legationem an. 1054. reponit Baronius: At rectius Lambertus, aliiq; veteres anno præcedente. Legati quippe, Teste Humberto, Constantinopolim pervenerunt ipso die nativitatis S. Johannis Baptistæ, ac proinde vix ante mensis Junii initium, ex Italia profecti sunt jussu Leonis Pontificis, qui mense Aprili anni insequentis decessit.*

Cap. 89. ait idem Leo: *Defuncto præterea S. memoria Papa Leone, Hildebrandus tunc Romano Ecclesia subdiaconus ad Imperatorem a Romanis transmissus est; at, quoniam in Romana Ecclesia persona ad tantum officium idonea reperiri non poterat, de partibus illis, quem ipse tamen vice cleri populique Romani in Pontificem elegisset adduceret: Quod cum Imperator offensus fuisset, & Gebeardum Aistettensem Episcopum, cujus supra meminimus, Hildebrandus ex industria, & consilio Romanorum expetivisset, tristis super hoc valde Imperator effectus est, nimis enim illum carum habebat, & cum eumdem sibi omnimodis necessarium Imperator assereret, & alium, atque alium huic officio magis idoneum judicaret, Hildebrando tamen, ut alterum reciperet, persuaderi nullatenus potuit. Erat enim idem Episcopus super id, quod prudentia multa callebat, post Imperatorem potentior, ac ditior cunctis in Regno. Hunc ergo Hildebrandus, invito licet Imperatore; invito etiam eodem ipso Episcopo, propter quod utique postmodum dictus est Monachos non amasse, Romam secum adduxit, eique Victoris nomen imponens Romanam Papam cunctorum assensu constituit, cum jam ferme a transitu Papa Leonis annus elaberetur &c.* Hoc Leonis caput ad verbum refert Baronius an. 1054., confirmatque veterum scriptorum testimonio, ut præstat etiam Pagius an. 1055. num. 1. Vid. Mabill. an. 1054. p. 146. Ciacconius in vita Victoris II., Sigonius loc. cit. p. 581. Papebrochius in Conat. Chronico-Histor. ad Cathalog. Pontific. P. 1. p. 195. Subdit exinde Leo cap. 94. *Audiens præterea Apostolicus, & insperatam obitum Richerii, & Petri electionem, valde graviter tulit &c.*

Interea Apostolicus ultra Montes profectus; ibique jam Imperatorem languentem reperiens, usque ad ejus obitum cum illo est remoratus, filioque parvulo quinque circiter annorum, quem in manu ejus Pater reliquerat, Regni totius optimates jurare faciens, eamque in Regno confirmans, reversus tandem in Tusciam est &c. Ad verbum hæc refert Baronius an. 1055., & 1057. p. 225., 231., & 232. litt. A., & E. Vid. Mabill. an. 1056., & 1057. p. 556., & 570. Pagius an. 1056., & 1057. num. 1., & 2., & Sig. loc. cit. p. 384.

Cap. 96. ait Leo: *Fridericus natione Lotheringus tricesimus sextus Abbas cœnobii hujus sedit mensibus decem &c. Ac demum ordine quo supra relatum est, loci hujus Abbatiam recepit; Post decem igitur dies paratis omnibus itineris necessariis, assumptis octo Fratribus, una cum Episcopo Humberto, gratia consecrationis suæ ad Papam profectus in Tusciam est, super quo postquam Apostolicus nimis exhilaratus est, universa ei per ordinem, quæ vel qualiter*

gesta

gesta fuerant retulerunt, Religionem, & conversationem nostrorum, ac loci istius dignitatem Humberto plurimum collaudante, Sabbato itaque in jejuniis Mensis Junii Cardinalis Presbyter de titulo S. Chrisogoni ordinatus, in nativitate vero S. Johannis Abbatia est consecrationem adeptus, atque usque ad festivitatem S. Apollinaris cum eodem est Apostolico remoratus &c.

Eadem refert ad verbum Baronius an. 1057. Vid. Pagius, eo anno num. 2., & Mabillonius p. 571. ibidem Ciaconius in Vita Stephani IX. Sigonius loc. cit.

Cap. 97. Leo de eodem Pontifice hæc scribit. *Cumq; petita remeandi licentia Romam venisset, Dominica sequenti apud S. Petrum Missam sollemniter celebrans, ingenti Romanorum multitudine comitatus, ad titulum suum de more Cardinalium cum laude perductus est dehinc ad Pallariam ubi hospitabatur, non dissimili prosecutione profectus. Ubi cum usque ad quintam Feriam ornamentorum adquirendorum gratia substitisset, & omnibus jam ad recedendum paratis, urbem protinus exire pararet, subito Bonifatius Albanensis Episcopus festinus a Tuscia rediens, obitum urbi Romani Pontificis nuntiavit. Tali mox nuntio consternatus restitit, & ita demum paulatim, ac pedetemptim frequentari a Romanis, tam clericis, quam civibus cœpit. Residuum itaque diei illius, & nox integra cum die sequenti ab his in consiliis hujuscemodi rei peracta consultus tandem ab eis quid facto opus esset, vel quem eligere ad tantum Pontificatum deberent quinque illis personas, quæ digniores in istis partibus essent, ad quem vellent, eligendum proposuit. Humbertum scilicet episcopum S. Rufinæ, episcopum Veliternensem, episcopum Perusinum, episcopum Tusculanensem, & Ildeprandum Romanæ ecclesiæ Subdiaconum. Sed cum Romani neminem sibi de his ydoneum ad hoc videri censerent, eique demum tantum se honorem largiri velle assererent, de me, inquit ille, nil poteritis agere, nisi quod permiserit Deus, & absque illius nutu, neque concedere, neque tollere mihi istud potestis. Fuere tamen, qui Hildeprandum adhuc apud Tusciam, ubi cum Apostolico fuerat remorantem oportune dicerent expectandum. Ceteri vero moras aliquas nequaquam esse congruas judicantes, uno omnes consilio, ac voluntate concordi summo mane Abbati simul conveniunt, eundemque Fredericum violenter a Pallaria extrahentes, ad electionem faciendam ad B. Petri, qui ad vincula nuncupatur Basilicam illum perducunt; ubi ejus vocationem de consuetudine facientes, Stephanum, tum quoniam Festum S. Stephani Papæ eo die celebrabatur, appellari decernunt. Sicque universa urbe cum laudibus prosequente, ad Lateranense Patriarchium illum deducunt. Die vero altera illucescente, Cardinalibus universis simul cum Clero Populoque Romano ad eum convenientibus, apud B. Petri Basilicam ingenti cunctorum lætitia, Summus, & universalis Pontifex consecratur &c. Per quatuor igitur continuos mense Romæ moratus, atque frequentibus Synodis Clerum Urbis, Populumque conveniens, maximeque pro conjugiis Clericorum, ac Sacerdotum, nec non, & consanguinearum copulationibus destruendis nimio zelo decertans, ad hoc tandem Monasterium in Festivitate S. Andreæ, cum non parva Romanorum manu reversus est, & usque ad festivitatem sanctæ Scholasticæ commoratus &c.* Baronius an. 1057. ad verbum ista refert, confirmatque scriptorum illius temporibus authoritate. Vid. Pagi eo anno num. 2. Mabill. 16. p. 571., ubi inter alia hæc ait. *Nec quisquam sane multis retro annis, inquit Lambertus, lætioribus suffragiis majori omnium expectatione ad regimen processerat Romana ecclesia: Sed tantam spem, heu frustrata est mors immatura.* Sigonius loc. cit. p. 384. Papebrochius in loco cit. fol. 191., e 193. De Conciliis creberrime a Stephano Nono celebratis agit etiam S. Petrus Damiani illis præsens in epistola ad Gislerium Episcopum Auximanum, & in epistola ad Taurinensem episcopum.

Cap. 98. ait Leo: *Per hos dies Pandulfus Marsorum Episcopus vir nobilis, & ecclesiasticus ad hoc monasterium venit, atque ab eo nimis honorifice, amanterque receptus est. Qui etiam, & privilegium episcopale fecit, & in hoc monasterium locum illi primum post se in omni conventu concessit &c. Sed cum prædictus Apostolicus Romana febre jam dudum langueret, circa ipsam Natalis Domini festivitatem adeo graviter infirmatus est, ut pro certo se mori putaret. Electo itaque Desiderio cum priorum consilio in Abbatem, quemadmodum loco congruo, juvante Domino ostendemus, & Apostolicæ legationis ad Constantinopolitanum Imperatorem illi commisso viatico, ipse Romam reversus, Alfanum olim Desiderii socium Salernitanæ tunc Sedis electum secum duxit, eumque in jejuniis Martii primo Presbyterum, dehinc sequenti Dominica Archiepiscopum consecrans, cum honore Salernum remisit:* Baronius an. 1158. eadem refert, probatque, & Pagius an. 1057. nu. 4., Mabill. ibid. p. 571., & an. 1058. p. 577. Sigonius loc. cit. p. 385. Subdit exinde Leo cap. 99. *Post paucos dies mandavit Præposito nostro, ut omnem ecclesiæ hujus loci thesaurum in auro dumtaxat, atque argento festinanter sibi, & quam posset latenter per se ipsum deferret, multo potiora his in brevi se huc retrasmissurum promittens &c.* Totum hoc caput ad verbum refert Baronius an. 1058., probatque, & Mabill. pag. 576. Prosequitur exinde Leo cap. 100. *Post hæc congregatis intra ecclesiam episcopis, & clero, Populoque Romano, sub districta nimis interdictione constituit, ut si antequam Hildebrandus Romanæ tunc ecclesiæ Subdiaconus ab Imperatrice, ad quam pro quibusdam reipublicæ negotiis communi consilio mittebatur, rediret, se obire contingeret, nullus omnino eligere Papam præsumeret, sed usque ad illius reditum apostolica Sedes intacta vacaret, ejus demum consilio ordinanda. De hinc ipse in Tusciam prosperans, non multo post subito languore depressus, Dei judicio, apud urbem Florentiam obiit, quarto Kal. Aprilis, ibique digno satis est honore sepultus. Ad cujus sacratissimum corpus, meritis ejus intervenientibus plurima Christus signa ostendit &c.* Scribit hæc Baronius an. 1058. confirmatque veterum scriptorum authoritate. Eadem refert S. Petrus Damiani, Lambertus Scafnaburgensis, Sigonius loc. cit. p. 386. Pagi 1058. num. 1., & 2. Mabil. ibidem p. 576. Ciaconius in vita Stephani IX.

Quæ postmodum evenerint, hisce verbis narrat Leo noster cap. 101. *Interea Gregorius de Alberico Lateranensis, & Tusculanensis Comes, comperta Romani Pontificis obitu, sociato sibi Girardo de Galera,*

lera, & Romanarum Potentium aliquot nocturno tempore, cum armatorum turbis ecclesia jura pervadunt, & Johannem Veliternensem episcopum, Mincium postea cognominatum, Papam constituunt, Benedicti nomine illi imposito. Quod cum Petrus Damiani vir valde religiosus, quem eo tempore Stephanus Papa distractum ab heremo, in Hostiensi ecclesia episcopum fecerat comperisset, una cum Cardinalibus cœpit obsistere, reclamare, ac anathematizare; Sed omnes hi tandem fautorum ejus terrore compulsi per diversa coacti sunt latibula fugere. Ita a Satellitibus Satana Ostiensis ecclesia Archipresbyter, ut praedictum Mincium ad Apostolatus culmen proveheret, raptus, ac violenter attractus est. Humbertus interea episcopus tunc a Florentia revertens una cum Petro Tusculanensi episcopo nequaquam Roma remorandum ratus, clamiter aggressus apud Beneventum Pascha celebraturus accelerabat. Qui cum feria IV. ante Cœnam Domini ad S. Germanum applicuisset simul cum socio invitatus a Fratribus, atque retentus festivitatis gratia est. An. 1058. ad verbum hæc refert Baronius, confirmatque authoritate potissimum S. Petri Damiani in epistola ad Willelmum Malesburiensem. Vid. Mabillonius ibidem p. 576., & 577. Pagi eodem anno nu. 6. ubi verba refert Lamberti Scafnaburgensis, & Continuatoris Hermanni Contracti, Sigonius loc. cit., Ciaconius in Vita Benedicti X. Antipapæ, Papebrochius loc. cit. p. 194. & 195.

Cap. 9. hæc Leo scribit; *Cum autem idem apostolicus* (Stephanus) *ad monasterium hoc post quatuor circiter menses venisset, nonmulto post gravi languore detentus, atq; ad extrema fere perductus est. Accersitis itaque cœnobii hujus Prioribus, dat optionem illis in Abbatem eligendi, quem vellent. Qui cum habito adinvicem consilio nunc illum, nunc alium, ut in talibus consuetudo est, eligendum conferent, communis tandem universorum consensus in Desiderium expetendum aspirat, & ut ipse illis in Patrem concederetur, communibus votis Papam exorant. Cumque satis sibi placere eandem electionem Apostolicus asseruisset, nam, & olim a tempore Leonis Papa optime illi apud Beneventum notus extiterat, & ex quo Petrus Abbas eundem Desiderium ante non plenum biennium receperat, multa se illi familiaritate devinxerat, ita quidem ut in camera erat, Fratrum electionem confirmavit dicens, quod quamvis plures eo tempore religiosos, ac spirituales viros, multaque honestate, & prudentia praeditos monasterium hoc haberet neminem tamen magis idoneum eligere ad id officium de suo collegio potuissent. Et quoniam dum ipse adiret nulli se mortalium eamdem Abbatiam traditurum decreverat; Desiderium vero ad Constantinopolitanum Imperatorem jam dudum Romana Sedis Apocrisarium facere disposuerat, constituit, ut si idem Desiderius se superstite reverteretur; ipse illi vellet Abbatiam contradere; si vero ante illius reversionem defunctus fuisset, redeuntem illum absque aliq; contradictione in Abbatem congregatio universa reciperet. Stephanum itaque Cardinalem, & Mainardum postmodum Silva Candida episcopum illi socios itineris donans, & in epistolis, quas Imperatori mandabat, Cassinensis Abbatia illum electum commemorans emisit a se, praecipiens, ut expleta legatione, reverti, quam posset citius festinaret &c.*

Baronius post relatam an. 1057. hujusce capituli partem subdit. *At ita electionem successoris Abbatis Pontifex voluit celebrari, non quidem, ut tunc ipsi viventi Pontifici Abbas electus succederet, sed post obitum suum: voluit enim vivens esse sicut Pontifex. Ita Cassinensis Abbas exemplum predecessoris secutus, qui cum esset episcopus Eistetensis, ipso vivente, neminem voluit ordinari ejus ecclesia episcopum successorem &c.* Aliam ejusdem capitis partem, totumque Decimum refert anno 1058. Vid. Mabill. an. 1057. p. 572., & 573. in fin. Ciaconius in Vita Victoris III., Sigon. loc. cit. p. 385. aliique. Papebrochius loc. cit. p. 194.

Cap. 13. ait Leo: *Sed cum post obitum pia memoria Stephani Papa supradictus Hildebrandus reversus ob Imperatrice contra ejusdem Apostolici interdictum invasam a pessimis hominibus ecclesiam comperisset, Florentia substitit, suisque litteris super hoc Romanorum meliores conveniens, eorumque ad omnia consensum recipiens, mox annitente Gotfrido Duce, Girardum Florentinum episcopum in Romanum Papam elegit, simulque cum ipso, & duce Romam mense jam Januario venit, ubi praefatus Electus a Romano clero, & populo apostolica sede inthronizatus, & Nicolai nomen indeptus est. Qui mox supradictum invasorem, cum omnibus suis fautoribus excommunicans, tandem quorumdam suorum interventum illum in communionem recepit, atque apud ecclesiam Sancta Maria, qua a Romanis major vocatur Sacerdotali privatum officio manere constituit. Mandat deinde ad hoc monasterium, quatenus domnus Abbas sibi in Marchiam proficiscenti quam citius potest occurrat, vid., ut proximo Martii mensis jejunio, & presbyteri gradum, & Cardinalatus pariter officium recipere debeat. Dominica igitur prima quadragesima, paratis omnibus necessariis, iter arripiens apud Farfense Monasterium Apostolico se conjunxit, ubi nimis ab eo amicabiliter honorificeque receptus Auximum simul cum ipso profectus est. Ibidem itaque secundo quadragesima Sabato, quod tunc pridie nonis Martii evenit Cardinalis presbyter ab eodem Apostolico ordinatus, & sequenti Dominica Abbatia consecrationem adeptus &c. Et quoniam ab eodem Pontifice Paschalis festivitatis gratia invitatus fuerat, Romam reversus, post festum urbem egrediens, Melphiam Apulia urbem perrexit, ubi tunc idem Apostolicus concilium celebrare disposuerat, in qua etiam Synodo dum Richardus Capuanus Princeps cum aliis quampluribus interfuisset a supradicto Papa Nicolao ammonitus praeceptum fecit beato Benedicto de monasteria S. Maria in Calena cum pertinentiis suis.* Papebrochius loc. cit. p. 195., & 196. *In Codice B. Leonis hac praeterea leguntur, Romam reversus est, ibique usque ad peractam de more Synodum remoratus, in qua videlicet Synodo idem Apostolicus inter catera, qua solemniter statuit, decretum de ordinatione Romani Pontificis, qualiter scilicet, vel a quibus personis, seu pacis, seu belli tempore debeat ordinari antiquas praedecessorum suorum secutus sententias discretissime scripsit, idque sub districto anathemate tam sua, quam omnium, qui eidem Synodo interfuerant Sacerdotum auctoritate roboravit &c.* Baronius an. 1059. ad verbum hæc refert, confirmatque illorum temporum scriptorum authoritate. Vid. Pagi an. 1058. nu. 7., & seqq. an. 1059. a num.

a num. 2. ad 15. inclusive. Mabill. 1059. p. 585., Sigonius de Regno Italiæ loc. cit. p. 386. cap. 15. ait Leo: *Sequenti tempore supradictus Pontifex iterum ad has partes deveniens domnū Oderisium Oderisii Marsorum Comitis filium, & loci hujus a puero Monachum Diaconum in Lateranensi ecclesia apud Acerras positus ordinavit &c.* Baronius an. 1060. ad verbum hæc refert. Vid. Ciaconius in vita Nicolai II. & Oderisii. Ughell. in Episcopis Aquini, & Iserniæ.

Cap. 16. habet Leo: *Hisdem quoque diebus, & Richardo Principatum Capuanum, & Rothberto Ducatum Apulia, & Calabria, atque Sicilia confirmavit eum sacramento, fidelitate Romana ecclesia ab eis primo recepta nec non in investione census per singulos annos per singula boum paria denarios duodecim &c.* Baronius an. 1059. eadem ad verbum refert, & Pagius eodem anno num. 14., & an. 1061. nu. 8. Sigonius de Regn. Italiæ lib. 9. p. 389.. & Guillelmus Apulus lib. 2.

Cap. 21. hæc scribit Leo: *Interea, ut superius redeam, defuncto apud Florentiam Apostolico, post duos annos, & dimidium, quibus ecclesia præfuit cum maxima seditio inter Romanos cœpisset de ordinando Pontifice exoriri, Hildebrandus Archidiaconus cum Cardinalibus, nobilibusque Romanis consilio habito, ne dissentio convalesceret, Anselmum sandem Lucensem episcopum post tres circiter menses in Romanum Pontificem eligunt, eumque Alexandrum vocari decernunt, nostro Desiderio simul cum Principe Romam proficiscente, eique in omnibus suffragante, quod cum ad aures Imperatricis, ejusque filii pervenisset, indignatione nimia ducti, quod hec sine illorum consensu, & auctoritate gesta fuissent, & ipsi nihilominus Cadalorum Parmensem Episcopum ultra montes a Placensino dumtaxat, & Vercellino Episcopis, ipsa die festivitatis Apostolorum Simonis, & Juda in Papam eligi faciunt, eumque Romam e vestigio ad impugnandam, siva exordinandam Ecclesiam cum valida manu militum, & pecunia multa transmitunt; Sed favente Deo, licet plurimi Romanorum, nec non, & plurimum Capitaneorum illi gratia Regis ad haserint, licet etiam castellum S. Angeli ad Urbis oppugnationem illi tradiderint, cum semel, & bis magis instructus copiis adventasset, & immensam valde pecuniam profligasset, multamque stragem, non minus suorum, quam cæterorum fecisset, ad ultimum clam de præfato castello egressus turpiter cum paucis aufugit, nec ultra venire ad has partes apposuit. Quippe qui eodem anno idest in prædictorum Apostolorum Simonis & Juda vigiliis, ab omnibus Teutonicis, & Italicis episcopis, qui cum Rege tunc aderant, justo Dei judicio dampnatus est, ac depositus.* Majorem hujusce capitis partem refert Baronius an. 1061. labitur tamen, cum Robertum appellat Principem, qui non nisi Dux est dictus, ac meminisse debuerat, quæ an. 1059. retulerat ex Leone Ostiensi, nempe Nicolaum II. Ricardo Capuæ Principatum confirmasse, & Roberto Ducatum Apuliæ, Calabriæ, & Siciliæ. Pagius an. 1061. nu. 1. & 3. Leonis narrationem, quam ad verbum an. 1062. nu. 1. refert confirmat veterum scriptorum testimoniis. Vid. Mabillonius ao. 1061. p. 611. Ciacconius in Vita Alexaodri II.. Sigonius loc. cit. p. 393. Papebrochius loc. cit. pag. 195., & 196.

Cap. 25. ait Leo: *Gotfridus itaque Apostolico, & Cardinalibus comitatus, mediante jam Majo, Aquinum cum universo exercitu venit, ibique per octo, & decem dies, cum obsistentibus Normannis pari ferme eventu confligens, tandem satagente strenuissimo internuntio Guilielmo, cui Testardita fuit cognomen, ad id ventum est, ut ad Pontem S. Angeli, qui dicitur Todici, Dux, & Princeps altrinsecus, nam interruptus erat, se ad colloquium jungerent, sicque non parva, ut dicitur a Normannis donatus pecunia, Dux ad propria repedaret, &c.* Hæc ad verbum refert Baronius an. 1066. Vid. Pagi ibid. nu. 1. Sigonius loc. cit. p. 396. Subdit inde Leo cap. 26. *Sed cum prædictus Apostolicus magna admodum circa hoc monasterium devotionis existeret, suggerente pariter, & instigante Hildebrando Archidiacono, si quos ex hac domo Fratres a domno Abbate adquirere poterat, vel suo lateri ad ecclesiasticum ministerium sociabat, vel certe in episcopos, sive Abbates honorifice promovebat. &c.* Hoc caput ad verbum pro more refert Baronius an. 1066. p. 375. litt. E. licet per errorem Milonem Messanensem episcopum appellet, cum Suessanum dicat Leo. Vid. Mabillonius eo anno p. 682., & Sigonius loc. cit. p. 396. Pro Cardinalibus hoc in capite a Leone recensitis, legendus Ciaconius; Pro Episcopis Ughellius.

Cap. 30. ait Leo: *His igitur omnibus intra quinquennii spatium, Deo prosperante, & auxiliante peractis, dedicare basilicam solemnitate maxima, & ingenti tripudio ad sempiternam memoriam Desiderius statuit, adiensque summa Sedis Pontificem Alexandrum, ad eandem illum dedicationem venire, devotissime invitavit. Quo libentius annuente, Ildebrandum quoque Archidiaconum ejus, cæterosque Cardinales, ac Romanos Episcopos, deque Urbanis clericis, ac nobilibus, plurimos affectu familiarissimo convocavit. Die santa solemnitatis ex consultu Apostolici, & Cardinalium in ipsis Kalendis Octobris constituta, ac litteris invitatoriis ejusdem Apostolici ad universos episcopos Campania, Principatus Apulia, atque Calabria datis. Fama itaque hujus rei longe, lateque vulgata, tanta totius fere Italia Episcoporum, Abbatum, Clericorum, Monachorum, Magnatium, Nobilium, mediocrium, diversæque conditionis virorum pariter, ac mulierum ad diem condictam, multitudo confluit, ut Stellarum fere Cœli, quam illorum omnium numerositatem cuilibet fuerit æstimare facilius, &c. Horum igitur omnium summa devotione, & ingenti letitia, maximo, honore, ac pracipua gloria dedicata est eadem beati Benedicti basilica, cum quinque Altaribus suis, ipsa die Kalendarum Octobrium, Anno Incarnationis divina millesimo, septuagesimo primo, indictione nona, die Sabbati: & Altaria quidem mediana beati videlicet Benedicti, & Sancti Johannis vocabulis insignita, manu propria prædictus Apostolicus benedixit &c.*

Et cap. 31. hæc habet: *Peracta igitur solemniter celebritate missarum, & Apostolica potestatis auctoritate tam iis, quos tunc præsentes esse contigerat, quam omnium, qui per octo continuos dies, ob devotionem tanta sollemnitatis ibidem accurrere possent, confessorum peccatorum absolutione concessa, cum maxima, & ingenti letitia singuli redierunt in sua &c.* Vid. Anonymus Cassinensis, Sigonius loc. cit. p. 399., & Baronius an. 1071. confirmat Leonis nar-

rationem authoritate Scriptorum ejus ævi Vid. Pagiou. 20., & 21, Mabillonius To. V. Annal. p. 34. Ciaconius in Vita Alexandri II.

Cur Leonis Textus tam fuse a nobis laudatus.

Hæc ideo fuse laudavimus, quo evidentissime constaret, omnia a Leone Marsicano in Chronico Cassinensi de Pontificibus sui temporis narrata, verissima esse, confirmataque Scriptorum illius ævi authoritate. Imo Leonem unicum tanti a Sigonio, Baronio, Pagio, & Mabillonio doctissimis scriptoribus factum, ut illius semper narrationi in Historiis suis concinnandis insistant. Plures alii sequioris ævi scriptores Leonis narratione sunt usi, quos nos hic non recensuimus, quatuor illorum, qui diligeotissimi, exactissimique Critici sunt, & habentur, cootenti, quibus coævi Scriptores laudantur, eadem atque Leo noster enarrantes. Definit vero Leonis Chronicon lib. 3. cap. 34. inclusive, a quo Petrus Diaconus ad cap. ultimum lib. IV. Historiam cœnobii nostri est prosecutus, ut constat ex duabus a Leone MSS. codicibus a Nucco exacte editis Parisiis an. 1668., atque a Petro ipso Diacono, qui lib. IV. cap. 66., & cap. 37. de Viris Illustr. Cassinens. inter opera a se elucubrata recenset: *Chronicam cœnobii Cassinen. a renovatione ecclesiæ B. Martini a Desiderio facta, usque ad hunc diem*. Et clarius in Prologo lib. IV. ait: *Et quia Abbatum series a Patris Benedicti temporibus, usque ad renovationem ecclesiæ B. Martini a prædicto Leone fuerat exarata, nos ab ejusdem ecclesiæ renovatione, scribendi sumentes initium, ea, quæ de Sanctissimi Desiderii vita descripta non erant, eidem historiæ adjungere curavimus, ne ex maxima parte tertius liber detruncatus videtur*. Integer tamen liber tertius Chronici Cassinensis a Baronio, aliisque, inter quos Boscius sub Leonis nomine laudatur, quare hic ostendere adigimur, Petrum etiam Diaconum vera de Pontificibus sui temporis narrasse, ne Boscii fautor aliquis caussetur: de hisce dumtaxat Leoni tributis, posterioribus tertii libri capitibus Boscium locutum.

Vera quoque de Pontificibus sui temporis narrat Petrus Diaconus.

Cap. itaque 36. hæc Petrus ait: *Sequenti tempore supradictus Papa Alexander Urbem egrediens venit ad hoc monasterium. Qui a Desiderio honorifico susceptus, dum Abbatis cameram, quæ juxta ecclesiam S. Nicolai constructa est, ingressus fuisset, Dæmoniacus quidam, qui tunc illo advenerat, ei factus est obvius, quem Sanctus Pontifex ut vidit, orationem fundens ad Dominum, dixit ad Dæmonem. Præcipio tibi immunde spiritus in virtute Domini, ut exeas ab hoc homine, & vadas in illum locum, ubi nec avis volat, nec vox hominum resonat, sis ibi usque ad diem judicii. Mirabilis Deus in Sanctis suis, qui invocantes se, & de sua misericordia præsumentes velociter exaudire dignatur! Nam Dæmon ad ejusdem Pontificis præceptum hominem relinquens, cuncti, qui aderant laudare cœperunt, & benedicere Deum. Nec hoc tacendum videtur, quod omnipotens Deus, per eumdem suum famulum operare dignatus est. Nam cum civitatem Aquinum pertransiret, claudam quamdam in itinere jacentem invenit, cujus infirmitati idem compatiens Pontifex, aquam, de qua post Missarum sollemnia suas manus abluerat, ei ad bibendum tradidit, quam mox ut in potum accepit, sanitati reddita, gratias Deo referre permaximas cœpit &c. Defuncto autem eodem Pontifice, clerus, populusque Romanus in unum conveniunt, Ildebrandumque sedis apostolicæ Archidiaconum eligentes, Gregorium appellari decernunt; qui eodem ordinationis suæ anno, ad hoc Monasterium veniens, sociato sibi Desiderio, Beneventum perrexit, indeque egrediens Romam reversus est. Quo tempore dum in Nativitatis dominicæ solemnitate in ecclesia S. Mariæ cognomento Majoris prædictus Papa Missarum sollemnia agere captus est supra Sanctum Altare a quibusdam Romanis infidelibus, sed vi, ac constantia omnium Romanorum eadem die receptus est*. Baronius an. 1073. ad verbum hoc Petri caput refert, & Sigonius p. 400. prædicta duo miracula ab Alexandro II. Casini, & Aquini facta recenset. De Gregorii VII. canonica electione agunt Lambertus, Marianus Scotus, Sigebertus, aliique, eamdemque electionem secundum canones factam ostendit Pagius an. 1073. nn. 4. & seqq. Vid. Sigonius, Mabillonius, & potissimum Paulus Benriedensis in Vita Gregorii VII. paulo post ejus obitum scripta, quam Mabillonius sæculo VI. P. II. p. 413. Act. SS. Ord. S. Benedicti edidit. Idem Baronius ad verbum refert constitutionem a Gregorio Beneventi factam, cui inter alios Cardinales subscribit Desiderius. Vid. Sigonius p. 402. an. 1075. Baronius authoritate Lamberti, & Guillelmi Bibliothecarii refert, Gregorio violentas injectas fuisse manus eumdemque liberatum eo modo, quo scribit Petrus Diaconus. Vid. Sigonius p. 406.

Cap. 42. hæc Petrus asserit. *In eadem etiam Synodo constituit: ut si quis a laico Ecclesiæ investituram acciperet, dans, & accipiens anathemate plecterentur. &c.* Pagius anno 1075. authoritate concilii II. Romani sub Gregorio VII. demonstrat, hoc anno inhibitas fuisse Investituras, & num. 2. 3. 4. 5., & 6. authoritate Hugonis Flaviniacensis, Anselmi Luceosis, & Arnulfi probat, eas Investituras in concilio memorato prohibitas. Vid. Sigonius loc. cit. pag. 403., & doctissimus Cardinalis de Aguirre, qui Tract. 2. De auctoritate infallibili Romani Pontificis Disp. 2. fuse de Investituris a Gregorio VII. prohibitis agit, pluraque dubia solvit. Integrum hoc Petri caput 42. ad verbum exscribit Baronius an. 1078. p. 524.

Cap. 45. ait Petrus Diaconus. *Inde autem Dux cum exercitu, sociato sibi Principe ad hoc Monasterium venit, atque a Desiderio, & Fratribus honorifice susceptus, illorum se orationibus commendans, attentius Campaniam expugnaturus ingreditur. Talia Papa Gregorio dum pervenissent ad aures, Ducem, & Principem a liminibus separavit, collectoque exercitu, super eos ire disponit. Quod ubi Duci nunciatum est, concite una cum Principe Capuam remeant, Dux supra Beneventum, Princeps vero, supra Neapolim obsidionem firmavit &c. Desiderius præterea ægre ferens, Ducem a matris ecclesiæ gremio diu extorrem manere, Romam adiit, & Papam Gregorium rogare cœpit, ut Ducem ab anathematis vinculo, quo eum ligaverat, solveret. Quo impetrato pacis amator, & conservator Desiderius cum Cardinalibus ad Ducem profectus eum ab excommunicationis vinculo solvit*. Baronius an. 1074. hoc Petri caput ad verbum refert, licet quibusdam cum sphalmatibus ab editione Laurentii Vincentini desumtis: Idemque Baronius authoritate scriptorum illius ævi, atque Sy-

Synodi Romæ eo anno celebratæ, & an. 1080. demonstrat, vera omnino a Petro narrata. Verum Pagi an. 1074. nu. 8., & 9. ostendit, absolutum fuisse Robertum an. 1077. Aquini, non Ceperani, ut contendit Baronius ad eamque rem comprobandam quædam ex hoc capite verba, aliaque monumenta refert. Vid. Sigonius p. 420., & 505.

Cap. 46. hæc scribit Petrus Diaconus: *Eodem quoque tempore Rosellanensis ecclesiæ Pontifex ad hoc cœnobium veniens, non parva pecuniæ summam in hoc loco deposuit. Quod ubi Jordano Principi relatum est, missis militibus, eamdem pecuniam de ecclesiæ secretario abstractam, ad se deferri mandavit. Fratres autem ad hæc pecunia, quæ patri Benedicto credita est, nos alicui viventium minime damus, sed illam in secretario ponentes, exinde, qui præsumpserit, auferat. Milites vero hæc audientes, & diabolico stimulo debriati, pecuniam de secretario ecclesiæ abstrahentes, ad Principem deferunt. Tantum vero, & tam immane, & inauditum flagitium Gregorii Papæ dum pervenisset ad aures, hujus temeritatis noxam inultam esse non ferens, & verens, ne exemplo hujus facinoris iterum nostra ecclesia violaretur, divinum officium in patris Benedicti ecclesia interdixit, altariaque omnia denudari fecit, asserens, quod in tanto scelere nimia negligentia, & acriter ulciscenda timiditatis, & Desiderium, ac Fratres arguere posset, & gravius adversus congregationem nostram commoveri debere, nisi ea, qua semper locum istum dilexerat caritate, detineretur. Siquidem tolerabilius sibi videretur villas, & castella nobis pertinentia in prædam, & direptionem dari, quam ut sanctus locus, & per totam christianitatem famosus, & venerabilis tanta ignominia periculo subiaceret. Sed non in longum, postquam officium de ecclesia nostra interdictum est, vindictam distulit dextera Dei. Nam Princeps tanti auctor sceleris, postquam pecuniam accepit, lumen amisit. Idem vero Papa Gregorius in concilio residens, constituit, ut si quis Normannorum, vel quorumlibet hominum prædia, monasteria, villas, seu possessiones hujus cœnobii Cassinensis invaserit, & bis, vel ter admonitus non emendaverit, excommunicationi subjaceat, donec resipiscat, & ecclesiæ satisfaciat.* Baronius an. 1078. refert hoc capur ad verbum, atque epistolam a Gregorio septimo Jordano Principi scriptam, in qua inter alia ejus scelera hoc reprehendit: *Novissimo ecclesiam B. Benedicti sacrilego ausu intrare, deprædari, & violare non timuisti.* Refert etiam excommunicationis sententiam in concilio Romano quinto sub Gregorio VII. contra Nortmannos bona cœnobii Cassinensis deprædantes latam; quam refert etiam Pagius an. 1074. nu. 8., & Mabillonius To. 5. Annal p. 125.

Cap. 49. hæc ait Petrus Diaconus. *Anno autem dominicæ incarnationis millesimo septuagesimo septimo Mattilda Comitissa Liguriæ, & Tusciæ iram Imperatoris Henrici sibi infesti metuens, Liguriam, & Tusciam Provincias Gregorio Papæ, & Sanctæ Romanæ ecclesiæ devotissime obtulit. Hæc ergo causa inter Pontificem, & Romanum imperium dissensionis, & odii fomitem ministravit. Quapropter Pontifex opportunitate reperta, eumdem Imperatorem, ob investituram ecclesiarum a liminibus ecclesiæ separavit. Cæsar autem cum optimatibus imperii consilio habito, transcensis Alpibus, ut cum Pontifice pacisceretur, intravit Italiam. Triduo namque ante Pontificis curiam, qui eo tempore in unam munitissimam Mattildæ arcem se contulerat, idem Augustus discalceatus permanens, pacem exposcebat, & hoc per se, hoc per Principes Imperii, hoc per familiares Apostolici postulabat. Pacis autem tenor istiusmodi fuit, ut si quid commissi ab utraque parte factum esset, solveretur. Demum vero Cæsar, more antecessorum suorum, Romano Pontifici fidelitatem faceret. Postmodum vero, cum Imperator Papam, & Mattildam dolo capere vellet, detecta fraude, Pontifex a Mattilda monitus, & adjutus, Romam reversus est. Cumque Henricus in pristina relapsus esset, a Gregorio rursum excommunicatus fuit, coronamque imperii Rodulphum Ducem insignire curavit. Quod ubi Cæsari in Italia nuntiatum est, e vestigio in Gallias transiens, anno Dominicæ incarnationis millesimo, octogesimo primo contra eumdem Ducem bellum iniens, in quo primo publico marte superatus, deinde victor effectus, eundem Ducem gladio trucidavit. Victor igitur Imperator effectus, suæ injuriæ ulciscendæ memor, congregato exercitu, Romam advenit, sed obsistentibus Romanis cum eodem Pontifice, sine effectu reversus est &c.* Plura hoc capite congerit Petrus, quæ diversis annis evenere, quare sigillatim omnia sunt explicanda. Baronius an. 1077. hoc Petri caput ad verbum refert quoad ea, quæ ad Mathildæ donationem, & Henrici pœnitentiam pertinent; errore tamen Laurentius Vincentinus in editione sua, donationem illam anno 1079. posuit, cum in nostris Codicibus, atque Nucei editione legatur genuinus an. 1077. Vid. Baronius, qui authoritate Lamberti, & Domnizonis Scriptorum ejus Ævi, atque epistola Gregorii septimi ad Archiepiscopos, & Magnates Germaniæ Petri Diaconi narrationem confirmat; idemque præstant Signnius loc. cit. p. 412. Mabillonius loc. cit. p. 12., & Pagius, qui an. 1077. testimonio Pauli Bernriedensis utitur. Demonstrar insuper Baronius authoritate Donnizonis, molitum Henricum carceri Gregorium septimum mancipare, atque Mathildam, verum comperta machinatione, scelus evanuit. Iterum ob scelera sua diris devotum Henricum a Gregorio narrat Baronius an. 1080. testimonio Donnizonis, & Concilii Romani septimi sub Gregorio celebrati; atque Pagius authoritate Pauli in Vita Gregorii, ubi eodem modo, atque a Petro nostro hæc referuntur; Sigonius pag. 423., & Mabillonius p. 112. In conventu an. 1077. apud Forecheim celebrato ab Archiepiscopis, Episcopis, Ducibus, aliisque Magnatibus Henrico exauctorato, Rodulfus Sveviæ Dux electus in regem Germaniæ est. Inscius tamen hujusce electionis Gregorius fuit, ut in sententia excommunicationis contra Henricum deinde lata testatur idem Pontifex hisce verbis: *Prædicti autem Episcopi, & Principes ultramontani audientes illum non servare mihi quod promiserat, quasi desperati de eo sine meo consilio, vobis testibus, elegerunt sibi Rodolfum Ducem in regem &c.* Rodolfo deinde confirmato coronam dono misit, cui carmen hoc insculptum erat: *Petra dedit Petro, Petrus Diadema Rodolfo.* Vid. Paulus Bernriedensis in vita Gregorii VII. Cardinalis de Aguirre lib. cit. Disp. 31. num. 36., & seqq. & Disp. 36. nu. 68., & seqq. Pagius an. 1077. nu. 9., &

Emendatur editio Veneta.

9., & 10., & an. 1080. Sigon. loc. cit. p. 418., & seqq. De Præliis inter Henricum, & Rodulfum initis, deque hujus morte, agit Baronius an. 1080. authoritate Mariani Scoti, aliorumqoe ejus ævi scriptorum, & Pagius an. 1078., obi testimonio Chronographi Magdeburgensis demonstrat duo prælia hoc anno inita inter Henricum, & Rodolfum non unum, ut Baronius existimavit, & anno etiam 1080. duo alia, in quorum altero Rodolfus obiit. Vid. Sigonius p. 424., & Mabillonius p. 154. anoo deinde 1081. Henricus Romæ Gregorium obsedit, ut Pagius ostendit testimonio Lupi Protospatæ Bertoldi, & Pœniteotiarii scriptoris Vitæ S. Anselmi Lucensis; verum ea obsidione repulsum, ut narrat Petrus noster, evincit Baronius eo anno aothoritate Alberti Stadiensis, Deosdedit Cardinalis, Donnizzonis, aliorumque ejus ævi scriptorum. Vid. Mabillonius p. 171. & Sigonius p. 471.

Petros Diaconus cap. 50. hæc scribit: *Henricus interea Imperater alio anno exercitum congregans Romam advenit, & Porticum Sancti Petri per vim cepit, & ex magna parte destruxit, atque Archiepiscopum Ravennatem invasorem apostolicæ sedis absque consilio, & voluntate totius Romanæ ecclesiæ constituit &c. Hoc ubi Gregorio Papæ nuntiatum est, supradictum Imperaterem cum omnibus suis sequacibus a liminibus ecclesiæ separavit. Hoc ubi Normanni persenserunt, omnes qui prædictum Pontificem antea sinceriter, ac fideliter diligebant, ex tunc ab eo, corpore, & animo recesserunt &c.* Hoc Petri cap. ad verb. refert Baronius an. 1083., confirmatque narrationem Petri nuthoritate Bertoldi, Urspergensis, Domnizonis, aliorumque, quamquam anno sequenti hæc evenisse ostendit Pagius ad eum annum nu. 2. ex Actis factis a Cencio Camerario, atque an. 1084. num. 12. testimonio Concilii Romani X. sub Gregorio VII., & Pœnitentiarii Henricum diris iterum devotum evincit. Idem asserit Baronius, Sigonius loc. cit. p. 419. & Mabillonius p. 190., & 211.

Cap. 53. Petrus hæc inquit: *Alio præterea anno Eynricus Imperator Romam cum exercitu venit, & supradictum Papam Gregorium, qui in Arce Sancti Angeli se contra eum munierat cum diversis bellorum machinis oppugnare modis omnibus cœpit, Hoc ubi Robberto duci, qui ea tempestate Constantinopolitanum Imperatorem expugnabat relatum est, Boamundum filium suũ in ipsa expeditione relinquens, Italiam citissime rediit, ac immensum valde exercitum congregans ob Papæ liberationem contra Imperatorem ire disponit. Quod ubi Desiderio nuntiatum est, Nuntium Romæ illico destinavit, qui & Papæ liberationem, & Imperatori adventum Ducis nuntiaret: Tunc Imperator Urbe egrediens ob id scilicet, quia sine militum præsidio erat, civitatem Castellanam ingressus est, Robertus autem Dux Romæ cum exercitu ad Ecclesiam Sanctorum Quatuor Coronatorum intempestæ noctis silentio cum advenisset ex Consilii Cencii Romanorum Consulis ignem in urbem immisit. Romani igitur re inopinata perculsi ac in igne extinguendo dum essent intenti, Dux confestim cum exercitu ad Arcem Sancti Angeli properans, Pontificemque inde abstrahens Romam sine mora egressus, Papam Gregorium ad hoc Monasterium usque deduxit, quem Apostolicum noster Abbas usque ad ipsius exitum cum Episcopis, & Cardinalibus qui eum secuti fuerant sustentavit,* Baronius an. 1083. integrum hoc Petri caput refert, confirmatque authoritate Domnizonis, Bertholdi, aliorumque, atque idem præstat Pagius authoritate Guillelmi Apuli, Cencii Camerarii, Lupi Protospatæ, Epistolæ Heorici ad Theodoricum Episcopum Wirduneosem. Idem tamen Pagius eodem anno num. 5., & seqq., atque anno 1082. num. 10. ostendit regressum ab expeditione CPna. Robertum, relicto ibi Boemundo filio an. 1082. annoque 1084. obsedisse Cannas in Apulia prælio Annibalis contra Romanos celebre, qua capta, Romam ad liberandum Gregorium perrexisse, ut narrat Guillelmus Apulus, Sigonius p. 429., & seqq. & Mabillonius p. 200. præter coævos Auctores ab eodem Pagio laudatos. Et Suggerius in Vita Ludovici Grossi Regis p. 287. To. IV. Duchesnii ait: *Id circa temporis illustrem Antiochenum Principem Boamundum, cui specialiter illa potenti obsidione ipsa ejusdem urbis ob sui strenuitatem reddita est munitio, contigit ad partes Gallorum descendisse: virum inter Orientales egregium, & famosum, cujus quoddam generosum, & quod nunquam sine dira manu fieri posset, factum etiam inter ipsos prædicabatur Sarracenus. Cum enim cum patre suo Roberto Guischardo forte transmarinum obsedisset castrum Durachium, nec Thessalonicenses Gaza, nec thesauri Constantinopolitani, nec ipsa Græcia tota eos arcere valeret, subito post eos transfretantes, domi Papæ Alexandri Gregorii Legati, qui eos & charitate Dei, & obligatione hominii adjurando submoneant, assistunt, ut ecclesiæ Romanæ, & domino Papæ in turre Crescentiani incluso ab Imperatore eripiant, devotissime supplicant. Naufragari Urbem, & Ecclesiam, imo ipsum dominum Papam, si non cito subvenerint, jurejurando prenuntiant. Hærent Principes, & quid eligant, an expeditionem tantam, & tam sumptuosam irrecuperabiliter omittant, an Dominum Papam Urbem, & Ecclesiam ancillari, imo naufragari sustineant. Cumque hac anxiarentur deliberatione, hoc excellentissimum istud facere, & illud non emittere deliberant. Relicto siquidem obsidioni Boamundo pater in Apuliam transferendo regressus, undecumque potuit, de Sicilia, Apuliæ, & Calabria, atque Campania vires, & arma collegit, & tam promptissime, quam audacissime Romam acceleravit, Unde divina voluntate, & quasi portentum mirabile contigit, ut cum iste Romam, & Imperator Constantinopolitanus audita Roberti absentia, adunate Græcorum exercitu ad expugnandum Boamundum, Durachium tam terra, quam mari, applicuisset, una, & eadem die pater Guischardus Romæ cum Imperatore congrediens, ille cum Græcorum Imperatore strenue confligens, uterque Princeps de utroque Imperatore, mirabile dictu! triumphavit.*

Cap. 54. Petrus Diaconus ait: *Factum est autem dum idem Papa Gregorius missam celebraret, vir quidam Johannes nomine juxta altaris crepidinem pedem in remoto astitit, cumque ad Altare oculos devertisset, subito in extasin raptus nivei coloris columbam, cujus guttur videbatur esse aureum, super eandem aram stare conspexit, qua mox inde advolans, atque super dextrum humerum Papæ Gregorii recubans, alis protinus expansis, utrasque protexit*

texit

texit, & tandiu sic perstitit, quo usque commixtio corporis, & sanguinis Christi in calice facta fuit, iterumque sicut prius in humero se colligens, inde ad altare descendit, caput blande super hostiam flectens, viro illo, nec quid hoc esset sentiente, cum celeri volatu, pleno rostro, remeavit ad cælum. Post hæc rursus homo ille ad cor, & ad memoriam rediit, adeo ut penitus in ejus animo nulla visionis hujus manerent vestigia. Nocte vero subsecuta, cum se sopori dedisset, vir ut sol irradians minaci vultu in medio sua domus ostio eidem apparuit, quo viso, quo jacebat de stratu prosiliens, terrore cogente nimio, fugam tentavit arripere, quem vir supereminens, extensa manu, compescuit, brachium ejus tenens suaviter. Fugax autem ille cernens, quod nullo modo manus ejus evadere posset, ac si ligatus invitus stetit, cujus ad auxilium quidam nivea canitie aspersus, stola candida indutus, subito advenit, illius mærorem manu consolationis abstergens, de captione, qua tenebatur, eum eripuit, quem libera voce, quis hic tanta potestatis, vel claritatis esset intrepidus inquisivit. Cui, Hic est sol Justitia, respondit, & ille: Nomen suum simili modo quarenti mihi edisce. Nequaquam te, inquit, meum scire nomen oportet, sed ad interrogata sapienter mihi responde. Reminisceris forsitan quod hesterna die in ecclesia dum astares vidisti? Ille forsitan, cui oblivio animum impedierit, cœpit infra se volvere, & cogitare, quid ab eo senior quæreret, & subito memor sui factus per ordinem sibi retulit rei eventum. Vade, inquam, quantocius auribus Papa hoc ipsum intimato, ut constanter vigore sancti Spiritus captum opus peragat, & confestim ab oculis ejus ablatus est. Baronius integrum hoc Petri caput an. 1084. inscrit, illudque laudat, Aguirre loc. cit. p. 139., & 432. Papebrochius To. VI. Maji in Adnotationibus ad Vitam Gregorii VII. p. 119., & Paulus ejus Vitæ Author similem a Rustico habitam visionem narrat, cum Gregorius missam in basilica Lateranensi celebraret.

Quatuor Petri capita 65. 66. 67., & 68., in quibus Petrus de Gregorii VII. morte, deque Victoris III. electione agit, quæ in Historia referemus, ad verbum exscribit. Baronius an. 1085., 1086., & 1087. Mabillonius Sæc. VI. P. II. Actuum SS. Ordinis S. Benedicti, p. 600., & seqq. Paulus vero Bernriedensis de Gregorii morte, ejusque successore differens, hæc scribit cap. 12. apud Papebrochium loc. cit. p. 139. *Præterea rogatus, ut in tanta fidelium perturbatione sibi successorem, & Ecclesia contra prænominatum adulterum designaret ultorem trium dedit optionem: vid. Desiderii Cardinalis, & Abbatis cœnobii Cassinensis, atque Reverendissimorum Episcoporum Ottonis Ostiensis, & Hugonis Lugdunensis. Verum, quia Otto nondum a Germania, & Gallia partibus redierat, ubi Apostolica legatione functus, venerabilem Gebehardum Constantiensis ecclesia Presulem, se presente, & favente, consecraverat, & alia nonnulla ad stabilimentum ecclesia pertinentia prudenter ordinaverat: Hugo quoque sua lustrans gubernacula procul aberat. Interim suasit eligi vicinum Desiderium, licet brevissime victurum, non tamen absque typo victoria Victorem esse appellandum. Nam in diebus ejus, qui quatuor aptati sunt mensibus famosam victoriam dedit dominus Apostolica sedis propugnatoribus de adversariis ipsius, per quam etiam cathedram suam diu ab invasoribus detentam recepit Wirzeburgensis Episcopus nomine Adalbere vir spectabilis natu, honorabilis cultu, & actu reduces habens venerandos coepiscopos prædictum Gebehardum Constantiensem, & Heremannum Mettensem, qui & ipsi pro fidelitate Gregorii nostri sedes suas amiserant &c.*

Interea Pontifex beatus Gregorius super his, quos excommunicarat requisitus si quam dispensationem facere vellet respondit: præter Henricum Regem dictum, & Guibertum apostolica sedis Invasorem, & omnes illas principales personas, qua aut consilio, aut auxilio favent nequitia, vel impietati illorum omnes absolvo, & benedico, quicumque me hanc habere specialem potestatem in vice Apostolorum Petri, & Pauli credunt indubitanter. Præter hæc admonens eos de multis, & hoc dedit illis præceptum: Ex parte Dei omnipotentis, atque authoritate Beatorum Petri, & Pauli apostolorum, præcipio vobis, ut neminem habeatis Romanum Pontificem, nisi canonice electum, & Sanctorum Patrum auctoritate electum, & ordinatum. Ubi vero in extremo positus erat, ultima verba ejus hæc fuerunt. Dilexi justitiam, & odivi iniquitatem, propterea morior in exilio. Quo contra quidam venerabilis Episcopus respondisse narratur: Non potes Domine mori in exilio, qui in vice Christi, & apostolorum ejus divinitus accepisti gentes, hereditatem, & possessionem terminos terra. Itaque septiformi gratia plenus septimi Gregorii spiritus, qui Mundum, & Principes ejus arguerat de peccato, & de injustitia, & de judicio in fortitudine cælestis cibi nuper accepit, cælestem vitam arripiens, meritoque Divini Zeli, velut igneo curru, instar Helia subvectus; Urbani prædecessoris sui, cujus ea die festivitas extitit, omniumque Beatorum lætitiam in cælesti gloria cum Christo laudantium excellenter ampliavit; in Terris vero peregrinantem ecclesiam discessu suo non parvo mærore consternavit. Corpus ejus sepultura traditum est apud Beatum Matthæum Evangelistam, de cujus nova inventione letabundam scripserat ante paucos annos Epistolam lib. 8. cap. 8. De Desiderii electione in Romanum Pontificem hæc ait Abbas Uspergensis apud Aguirre lib. cit. Disp. 31. num. 18. *Desiderius Cardinalis Romanus, & Abbas Cassinensis verus Christi famulus, licet multum corde simul, & corpore renitens substituitur. Sed cum infirmitate gravi laborans, ad summum hunc apicem proveheretur, precibus obtinuit, ut infra non multos dies ex hac vita tolleretur.* Vid. Sigonius cap. 430., & Mabillonius p. 313. & seqq.

Cap. 69. ait Petrus Diaconus: *Post exiguum vero temporis spatium Comitissa Mattildis Urbem adjens, magnis eundem Pontificem supplicationibus per legatos interpellavit, quatinus ejus frui aspectibus, ejus potiri colloquiis mereretur. Eam quippe causam sibi Romam veniendi fuisse permaximam suggerebat. Cogebat corporis languor loco non abscedere, sed quia pro sancta utilitate ecclesia omnibus se disposuerat vel extremis periculis objectare, iter per mare aggressus est. Cumque ad urbem pervenisset, a Comitissa, & ejus exercitu, ac cæteris B. Petri fidelibus devotissime officiosissimeque susceptus est, atque apud ecclesiam beati Petri octo diebus permansit. Deinde in festivitate S. Barnaba super altare S. Petri Missam solemniter celebrans, eadem die,*

auxilio, & ope præfatæ Comitissæ per Transtiberim Romam intravit. Transtiberim tunc, totam Romanorumque permaximam partem, & nobilium pæne omnium populum. Castellum S. Angeli, basilicam beati Petri, civitatem Hostiensem, ac Portuensem in sui jurisdictione tenebat, morabatur vero apud insulam Romæ, quæ & ipsa sui juris extabat. Die igitur, qui Apostolorum Natalia præcedebat, Nuntiat quidam quasi ex Imperatoris parte adveniens omnes consules, Senatores, ac Populum Romanum de certa summovit imperio cum subito Romani supervenientes, præter B. Petri ecclesiam universa cœperunt, ecclesiam vero ipsam, quam supradicti Pontificis homines desuper tenebantur, ingredi nullo modo poterant, sed quia Ghiberti Æresiarchæ multitudo permaxima erat, hi, qui ex parte Papæ Victoris erant contra tantam hostium manum obsistere non valentes in Transtiberim, sive in castellum S. Angeli discesserant. Jam die mediante in ecclesia S. Mariæ in Turribus Ravennas Æresiarcha Missam cantavit, nam utrumque campanile igne, & fumo supposito, cœperat: sole autem jam ad occasum vergente ii, qui in ecclesia steterant, palam cum armis suis descendentes, reversi sunt; Ita, heu! proh dolor! Apostolica, & universalis B. Petri ecclesia eo die, quo ejus præcipue festivitas extitit omni tam nocturno, quam diurno officio caruit. Sic Guiberti Æresiarchæ spes frustrata est, qui in Apostolorum solemnitate Missas illic celebrare affectabat. Altera die ab Hereticis Apostolicum altare lotum, & Missa est ibi peracta. Die vero sequenti omnes ad propria sunt reversi, & eadem ecclesia in dicione Papæ Victoris rediit. Integrum hoc Petri caput ad verbum referunt Baronius an. 1087., & Mabillonius Sæculo VI. P. II. p. 614. Vid. Sigonius loc. cit. p. 432. Pagius an. 1087. num. 1. De Visione ab illo habita, qui ecclesiam S. Benedicti inviserat, sermo occurret, cum sæculo XI. de monastica disciplina agemus.

In capite 71., quem in historia referemus, narrat Petrus Diaconus victoriam de Saracenis reportatam, illudque ad verbum exscribit Baronius an. 1087., & Mabillonius loc. cit. p. 615. Vid. Pagi n. 3., Sigonius p. 433., & Anonymus Casinensis an. 1087.

In cap. 72. ait Petrus Diaconus. *Præfatus autem Victor Papa Tertius urbem egrediens, venit ad hoc monasterium, sociatisque sibi episcopis, & Cardinalibus, ecclesiam S. Nicolai in Pica sollempniter dedicavit: mense autem Augusto Sinodum celebrare cum episcopis Apuliæ, & Calabriæ, nec non Principatum statuens, Beneventum perrexit; in qua videlicet idem Apostolicus præsideat ait. Novit dilectio vestra carissimi Fratres, & coepiscopi, omni etiam orbi non latuit, Sancta Romana, & apostolica sedes, cui, Deo auctore deservio, quot adversa pertulerit, quot denique per Simoniacæ hæreseos trapezitas malleos, crebrisque tuasionibus subjacuerit, adeo ut columpna Dei viventis videretur jam pene concussa nutare, & Sagena summi piscatoris procellis intumescentibus cogeretur in naufragii profunda submergi. Guibertus enim hæresiarca, qui vivente Sanctæ memoriæ prædecessore meo Papa Gregorio, Romanam invasit ecclesiam, præcursor Antichristi, & signifer Satanæ effectus, non cessat oves Christi conculcare, occidere, & dilaniare &c. cum jam unanimi concordia episcoporum, & Cardinalium, & comprovincialium episcoporum, & cleri, ac Populi Romani, nostram parvitatem omnibus modis contradicentem, & renitentem apostolicæ sedi præfecissent, non timens æterni imperatoris judicium, usque nunc Christum, & oves, pro quibus suum sanguinem fudit, persequi non omisit. Idcirco authoritate Dei, & beatorum apostolorum Petri, & Pauli, & omnium sanctorum, omni sacerdotali officio, honore privamus, & a liminibus illum ecclesiæ separantes, anathematis vinculo innodamus &c. Constituimus etiam, ut si quis deinceps episcopatum, vel Abbatiam de manu alicujus laicæ personæ susceperit, nullatenus inter episcopos, vel Abbates habeatur, nec ulla ei episcopo, seu Abbati audientia concedatur. Insuper ei gratiam B. Petri, & introitum ecclesiæ interdicimus, quousque locum, quem sub crimine tam ambitionis, quam inobedientiæ, quod est scelus idololatriæ, cepit, resipiscendo non deserit. Similiter etiam de inferioribus ecclesiasticis dignitatibus constituimus. Item si quis Imperatorum, Regum, Ducum, Marchionum, Comitum, vel quilibet Secularium potestatum, aut personarum, investituram, episcopatum, vel alicujus ecclesiasticæ dignitatis dare præsumpserit, ejusdem sententiæ vinculo se astrictum esse sciat, nec mirum, cum omnes vendentes, & ementes trecenti, decem, & octo Patres in Niceno concilio congregati excommunicaverunt dicentes: Qui dat, & qui recipit anathema sit &c. Hæc igitur, dum cunctorum Episcoporum in eodem concilio residentium auctoritate confirmata fuissent, facientes exemplaria per Orientem, & Occidentem disseminaverunt.*

Hoc caput ad verbum refert Baronius an. 1087. Sigonius p. 433., & Mabillonius loc. cit. p. 615. Vid. Pagi num. 7., & Notæ Angeli de Nuce.

Cap. 73. Petri Diaconi in Vita Victoris III. exscribimus. Illud integrum ad verbum refert Baronius an. 1087., ubi errore ab ipso adnotatus anni 1089. in codicibus nostris mss. editioneque Nucei haud repetitur, sed in illa Laurentii Vincentini, qua usus est Baronius, ut sæpe diximus. Ad verbum etiam refert Mabillonius loc. cit. p. 615., & seqq. Vid. Pagius, & Sigonius loc. citatis.

Emendatur editio Veneta.

Longior nos pugna manet cum Francisco Dinio Lucinianensi, qui nisibus omnibus Leonem, ac Casinates impetit, motus Dissertatione latina, quam Italico Idiomate vertit celebris Juris consultus Basilius Jannellus, doctissimi, sanctissimique Cardinalis F. VINCENTII MARIÆ URSINI Archiepiscopi Beneventani, quem modo Romanum Pontificem veneramur, qua solidis, eruditissimisque rationum momentis ostenderat, corpus S. Bartholomæi Apostoli nunquam Romam translatum, sed a quo tempore a Liparitana insula Beneventum pervenerit, ibi perstitisse. Lucubrationem itaque Venetiis an. 1701. apud Dominicum Luisam edidit Dinius hoc titulo: *Francisci Dini Advocati Dissertatio historico-critica de translatione, & collatione corporis S. Bartholomæi Apostoli Romæ in insula Lycaonia &c.* in qua plura in Leonis Cardinalis episcopi Ostiensis historiam cœnobii Cassinensis congerit, ac in universos Casinates easque vix æquo animo feras, jacere non dubitat. Id ut luce clarius ostendamus, ejus hic ipsissima verba in medium proferenda ne quid ejus eloquentiæ, elegan-

Dini in Leonem, & Casinates objecta.

tiæque

siæque defraudasse videamur, neve causetur detortos animi sui sensus a nobis studio fuisse, quam notam inurere non veretur Accademicus Intronatus ejus defensor Cl. Jannello Dinii impugnatori dissertatione ab illa Cardinalis diversa. Leonis textum exscripsimus ex Cod. membranaceo ms. archivi nostri literis Langobardicis, in quo & tres Leonis libri, & quartus Petri Diaconi continentur, ubi p. 55. hæc legere est, nempe Chron. Cass. lib. II. cap. 24. *Hujus Abbatis anno tertio, qui est millesimus ab incarnatione Domini, supradictus Imperator Beneventum venit, & causa pœnitentiæ, quam illi beatus Romualdus injunxerat, abiit ad montem Garganum. Reversusque consequenter Beneventum petiit ab eis corpus S. Bartholomæi Apostoli. Qui nihil tunc illi negare audentes, callide illi pro corpore Apostoli, corpus B. Paulini Nolani episcopi, quod satis decenter apud episcopium ipsius civitatis erat reconditum ostenderunt, & eo sublato recessit tali fraude deceptus. Quod postquam rescivit nimium indignatus, corpus quidem confessoris quod detulerat honorifice satis apud insulam Romæ recondidit; sequenti vero tempore perrexit iterum super Beneventum, & obsodit eam undique per dies multos: sed nihil adversus eam prævalens Romam reversus est. Unde vix ad sua reverti incipiens, mortuus est apud oppidum, quod nuncupatur Paternum, non longe a civitate, quæ dicitur Castellana, ab uxore, ut fertur, Crescentii senatoris, quem superius ab illo retulimus decollatum; qua impudice abutebatur potionatur. Sed antequam mors ejus a circummanentibus dinosci posset, corpus ipsius aromatibus conditum a suis ultra montes delatum est, & Heinricus Dux Consobrinus ipsius constitutus est Rex.* Eadem leguntur p. 46. in alio membranaceo MS. Archivi nostri codice Romanis literis exarato, qui nonnisi tres Chronici Leoniani libros habet. Hinc Petra scandali sumta a Dinio, qua & Leonis, & Cassinatium fidem elevaret, sique Deus velit, omnino pessumdaret. Nostrum hic non est ad trutinam iterum redigere, an Leo vera quod ad Otthonis II. seu III. molimina de transferendo S. Bartholomæi corpore narraverit, cum id validissimis argumentis sint executi viri doctissimi, sed Dinii tantum oppositionibus contra Leonem, & Cassinates respondere in animum induximus. Huber itaque Dinius Diss. cit. p. 27. *Quod insuper asserit idem Baronius Leonem ex antiquis monumentis eruisse translationem factam per Othonem III. non valuerunt, Adversarii verificare, imo ex probabilibus fundamentis exploraverunt ejusdem Ordinis Patres Floriacenses codicem Leonis depravatum, & mendis iniquis scatere, ut merito in his quæ accedunt in laudem, & decorem provinciæ, vel ecclesiæ nullam penitus fidem promereatur.* Ubinam quæso Dine eruditissime hæc asserunt Floriacenses? refelluntur, ejus ostensis sphalmatibus in interpretanda mente Baronii, Boscii? Debueras sane ipse datæ fidei memor. p. 1. §. *Ut dicendorum veritas exactiori ventilatione elucescat uberius, delibetur jucunditas, mos ab antiquis effluxit, rerum factorumque originem quam diligenter criticis elucubrationibus explorare, quod Cicerone teste in primis hominis est propria veri inquisitio, ac investigatio &c.* & id adnotare, sique verum Floriacenses asseruerant, perspicere an vera dixissent. Itane celebris Rotæ Genuensis, ac Lucensis Auditor gravatus pondere tanto, oblitus statim est naturæ ne dum Jurisconsultorum effato, asserentis est probare. Prosequitur p. 31.

(B) BARON. *Leonis Fides exigna est inter Historicos, nec Baronio passim probatam, & in bibliotheca Floriacensi passim legimus: Neothericos quosdam Cassinates Leoni partum supposuisse, cujus si vivus esset se minime patrem agnosceret; cum quod rem auget vehementer, illud est, quod Cardinalis multa de Pontificibus sui temporis dicat, quæ veritati nulla ratione quadrare convincuntur, & ex Benedictinis Johannes a Boscho vir doctissimus teste Carolo in Annalibus Francorum, inquit — Cum in Leonis narrationibus multa, ac pæne omnia haud leviter admonerent de earum veritate, & integritate certa fide dubitandi imo, & pæne compellerent. Bullas quas ipse Leo confingit, cæterum dicerem Monachos Cassinates Leoni, ut ab ejus antiquitate, & dignitate sibi compararent fidem, & auctoritatem partum supposuisse, eosdem Monachos pluribus arguit, & Bullas Leonis attextas agnovit clarissimus Mabillonius & ex eadem bibliotheca Floriacensi, hactenus Brenlius, qui tamen annotavit in Chron. Cassini editione Baronium nominare mendaciorum effutitorem eum qui literas Cassinensi Chronico adjunctas scripsit, idemque Baronius, eoque relato Boschus: Leonem, ait: glorianter, & mendaciter esse locutum, nihil Baronium facere Leonis assertionem consensu totius Orbis explosam, plurimos Leonis errores patefacit eadem bibliotheca Floriacensis, alios reperiunt Arnoldus, Marius, Peregrinus, & ridiculas & temerarias ejusdem enarrationes vocat, exprobratque Carolus, suspectasque ex Menardo in Martyrologio Benedictino, ait sapientissimus Mabillonius, & Sausseus: Historiam Chronici Cass. non esse tanta authoritatis, quandoquidem domesticum, & privatum Monasterii Instrumentum est, nullius, nisi solius scribenti auctoritate suffultum, cujus auctor alius glorianter, & mendaciter scripsisse historiam Berengarii convincitur a Baronio: Insuper Eruditissimus Gallonius post eundem Baronium comprobans Gregorium non fuisse ex Monacis Benedictinis certo testimonio ipsius Gregorii, & cum ad ea tempora, quibus asseritur Monachatum egisse in Præfectura degeret Urbana, convincit errores plures Codicis Cassinensis: Siccine, inquiens, Patres Cassinenses librum haud diligentius cognitum in omnium vestrum dedecus prodire sinistis? hos Codices falsi vitio notatos, dicitque, Spurios stomachum ad nauseam promoventes, & scripta commentitia igne comburenda, & inferius, unum Bibliotheca Cassinensis est arca fidei, ut Sacrosanctum affirmare necesse sit quidquid in ea reperitur? Denique plura Diplomata apocripha pronunciat ad gloriam conquirendam conficta, plurima ut imposturam proscribens.*

Bibliot. Floriac. pag. 165. Venetiis 1605. Bosch. de Translat. S. Benedicti, & p. 365. 383. Annal Franc. p. 686. num. 46.

Tom. 2. p. 338. de transl. S. Bened. Bibliot. Floriac. p. 370. & 374. Baron. an. 1099.

Arn. Vvio. ligno Vitæ lib. 2. Annal. Eccl. an. 673. Mabill. To. 2. p. 345. Sausseji Annal. Aurel. p. 213. lib. 4.

Gallon. p. 9. 32. 42. 55. 57. usq. ad 110.

(C) JOANNES. *Concivis auctoritas parum prodesset ad patefaciendam historia veritatem, imo Leonem deceptum fuisse a vulgo Beneventanorum credere videtur Nuceus ut dicemus, & idem Leo loquens de barbaris illis temporibus arguit Paulum Diaconum, dicens: noverint consuetudinem hanc esse rerum gestarum scriptoribus, ut in narratione sua opinionem vulgi sequantur, quē locum expendens Mabillonius ostendens incorruptis documentis translationem*

Leo lib. 2. c. 44.

Mabillon. To. 2. p. 349.

nem Corporis S. Benedicti, inquit: *Leonem in componenda sua historia hanc regulam secutum credere fas est*, & pag. 34.

(D) LAURETUS. *Quantum deferre possimus codici Cassinensi tum Laurentii Monaci, tum Laureti, tum Angeli studio expurgati, editique ex eorundem verbis conjicere quisque valebit: a situ inquit: Laurentius, & carie vindicavi historiam Ostiensis in bibliothecis nostris propemodum vetustate confectam, brevi, ni fallor periculo perituram, perge igitur in hujusmodi libelli nostri emendatione laboranti ab omni erroris nevo nitidum reddere conanti, ut a detractorum latratibus opem feras.*

Laurent. Epist. Dedic.

De hoc Codice Laurentii sale profert judicium infensissimus Lauretus. A viris doctis male audis hoc Cassinense Chronicon, & merito, cum adeo pluribus scateat erroribus, ut plane dicere possimus, tot in eo esse mendacia quot sententia; Cœpi diligenter Chronicon illud 1513. *impressum perlegere, atque cum antiquissima ejusdem MS. quod in archivio Cassinensi servatur conferri, quo facto deprehendi, Chronicon illud multis scatere erroribus, valde a MS. dissidere; hoc igitur Chronicon optime Lector tibi exhibent Cassinates, quod ego additionibus seu pluribus annotationibus locupletari curavi: ut non inepte credere quis possit ab eodem Laurentio in gratiam Cassinatum, amicorumque attexta, vel corrupta plurima, qua a Leone dici asseruntur.*

De hoc Lauretano codice ita sensit Angelus Nucens. Lauretus temere & impudenter multa de suo addidit; Annorum, & temporum rationem depravavit, eaque denique Leoni, ac Petro tribuit, qua ipsis dicere nunquam venit in mentem, denique diminuit, devastat, integram historiam proscribit, quia verbis opus est vix unum sine flagitio, mendoque versum deprahendas, ut non Leonis Historiam, sed errorum Odisseam edidisse videatur, proponens plurios Cassini codices asservari, nimirum litteris Romanis, & Longobardis exscriptos, & archetypum Leonis.

Peregrin. hist. Longobard.

Verum Peregrinius, qui primus bibliothecam Cassinensem excussit, tot exemplaria non reperit, nec hoc archetypum a Nuceo recens vulgatum, inscribens: quisquis alter ad Petri mentem talem de suo Ostiensi affixerit sententiam, nec sane prasens Cassinense exemplar reputandum videtur ipsius esse Ostiensis authographum, quod Petri simul Actuarium haud nuper quidem sed varia mente descriptum continet, quodque indicia complura tum alibi servat commixta aliena dictionis inferius opportunius denotanda. Quin nec Petri esse authographum apparet &c. Ostiensem igitur exposita modo inconstantis sententia minime reputa auctorem, in universis Ostiensis editionibus, ipsoque in MS. exemplari non temere dixerim Cassinensem instaurationem haud ex auctoris mente perhiberi peractam, ex recentiori exemplari solius Chronici Ostiensis in bibliotheca Cassinensis monasterii adservato signatoque nu. 202. *Igitur solummodo exemplar Codicis Leoniani reperiri liquet testimonio Peregrini; an autem hoc sit illud Laurentii, vel Laureti tot mendaciis utique scatens, per se quisque judicare potest. Angeli aque fidem enervat Marus, asserens ipsum exemplar Cassini reperiri. Chronica Ostiensis data sunt prælo Venetiis, deinde Neapoli, aliisque locis, quas quidem editiones collatas cum antiquissimo exemplari MS. in Bibliotheca Cassinen. servato, quod Chronicon Cassinense appellatur, fuisse ab integritatis sua gradu deturpatas, mendisque obsitas facile cognoscere ipse sedulus lector valebit. Extat penes Olsthenium Chronicon Leonis, in quo variantes lectiones ad fidem plurium MSS. sua manu ad oram editi libri annotatas vidimus, quibus congruit sententia ejusdem Mari, si depravatis utimur codicibus nihil aliud superest nisi, ut Ixioni similes umbram pro re, errorem pro scientia amplectamur.*

Jo. Baptista Marus in not. ad Pet. Diac. de Vir. Ill. Cass. in Leone.

In Præfat.

Patet igitur nos ignorare qualis sit Leonis codex, qua lectiones ejusdem manu exarata sint, cum quisque addiderit, & detraxerit, & a quo, quove tempore fuerit attexta, vel corrupta lectio, deceptionem Othonis adeo improbabiliter proferens pro qua nullum alium ex antiquis tum Beneventanis scriptoribus, tum Regni, tum exteris invenere potuerunt adversarii, neminem, qui hanc vere esse Leonis opinionem in aliis seculis asseruerit, neminem, qui illam in ejus codice antiquo perlegerit, ex quo datur intelligi adjuncta esse omnia, qua de S. Bartholomae asseruntur ad gloria materiam conquirendam, cum laudem cœnobii, regni, ac finitimorum Beneventanorum singula præseferre videantur.

Antiquitatem characterum Langobardorum non semel obiicient adversarii, hoc autem est inane perfugium, siquidem Gallonius scriptor in urbe probatissimus postquam retulit fundamenta potentissima, quibus convincebatur, D. Gregorium nunquam fuisse ex Cassinatibus, & silentium Beda Trevirensis, ac Diaconi, qui de eodem agentes rem adeo insignem prænotare non omisissent, inquit PP. Cassinates ex bullis Langobardico more concinnatis Monachatum comprobare adortos fuisse, hoc autem esse refugium miserorum, quasi deessent hisce diebus scriptores, qui cōmode formam elementorum valeant imitari, plus apud se probet forma characteris, quam veritas manifestis rationibus confirmata.

P. Gallon. p. 54.

(E) DE NUCE. *Vidimus satis Nucenum post sex secula modicam promereri fidem, & quamvis non explodat tamquam attextum hunc Leonis locum, ne omnino Cassinatium gloria, regnique detrahere videretur, agnovit ipsius improbabilem lectionem, & vulgarem & certis testimoniis adversantem Beneventanorum famam scribens. Frisingensis, Gothifredus, aliique verum corpus Apostoli Benevento Romam delatum asserunt, sed ab Othone II. anno* 983. *Martinus Polonus lib.* 4. *Othonem III. a Monte Gargano redeuntem corpus S. Paulini Nolani a Beneventanis nullo deceptum dolo accepisse tradit. Author noster vulgarem forte Beneventanorum famam sequutus est, & in hujusmodi quidem mirum, quam discordes obtineant traditiones apud hanc, vel illam gentem, vel civitatem. Vid. Baronium anno mille, ad quem lectorem remisit, errores adversariorum apertissime convincentem.* Et pag. 39. *Ex præmissis liquet, exiguam fidem deferendam esse Chronico Leonis, fere nullam in his, qua in laudem ecclesia Cassini regnique dici asseruntur, eadem enim facilitate, qua superadditas putant lectiones de existentia corporis S. Benedicti, & de monachatu S. Gregorii, & alia plura, que reperta sunt ex eodem errorum fonte deducta, eadem prorsus sub præsulatu Abbatum Beneventanorum, sive sequioribus seculis Othonis II. vastatio, Beneventi direptio, vel confusa, vel expuncta sunt, ob fugam Beneventanorum ad gloriam suis conquirendam, & ad instictum fuga*

Angel. de Nuce not. ad Ostiens.

dede-

dedecus specioso facinore diluendum, &c.

Quanti Leonis Chronicon fecerit Baronius paulo ante fuse ostendimus, quove id Dinio nostro verum esse constet alia hic adnectimus Baronii loca, quibus Leonem exscribit pene totum ad adstruendam eorum quæ a se narrarentur fidem To. VI. an. 494. & To. XI. an. 1066. p. 375. Imo in hac eadem narratione translationis S. Bartholomæi Leonem non rejicit Baronius, sed modeste tantum hæc scribit: *Quamvis in eo, quod ait, a Beneventanis Paulini corpus loco Sancti Bartholomæi tunc fuisse suppositum, plures habeat contradictores*. Litem statim non dirimit Baronius. quod assuetus foro Dinius facere non veretur, neque Leonem & Cassinates infidelitatis insimulat Baronius, immo subdit: *i enim hoc ipso anno factum esse Ostiensis ex antiquis monumentis affirmat*. Sed quid hæc? noster criticus bibliothecam Floriacensem a Johanne Bosco ejus authore distinguit, imo verius bibliothecæ Floriacensi tribuit, quæ ejus compilator Johannes a Bosco commentatur. Ait enim Dinius: *Et in bibliotheca Floriacensi legimus Neotericos quosdam Cassinates &c.* Statimque subdit, *& ex Benedictinis Joannis a Bosco &c.* nempe hæc verba Johannis Boscii sunt, quemadmodum illa: Hactenus Brelius &c. quibus nos supra respondimus, & Dinii objectionibos quod ad disputationem a Cardinali Alberico initam contra Berengarium. Hinc obiter, advertas modum, quo Dinius authorum verba refert; Habet enim: *Idemque Baronius, eoque relato Boschus Leonem, ait, glorianter, & mendaciter esse locutum, nihil Baronium facere Leonis assertionem consensu totius Orbis explosam*: En Boscii verba p. 384. Bibliothecæ Floriacensis: *Unico dumtaxat Leone excepto Cassinate Historico, cujus authoritas utrum debeat totius orbis consensum evertere, atque proculcare, quivis cordatus apud se reputet, Certo Polyhistor ille Cardinalis cordatius multo oculato pœne testi Paulo Diacono adhæsit quam Leonis narrationi, qui longo admodum post tempore vixit, quemq; merito ille To. XI. Annalium ad annum 1059. dicit, glorianter, ac mendaciter esse locutum*, Quo certe in loco Baronios Alberici cum Berengario disputationem dumtaxat impugnat, non omnes Leonis narrationes. Neque etiam Dinius loca recenset, in quibus Arnoldus, Marius, Peregrinius errores non modicos tribuunt Leoni nostro, sed unius tantum Arnoldi Wionis librum II., qui a p. 133. ad 471. excurrit. Nempe criticum nostrum ad severiora vocatum paginas adnotare puduit, aut certe lynceum ejus oculum laudes fugerunt a memoratis scriptoribus Leoni nostro jure meritoque tributæ. Eum quippe vocabat Cointius magnæ vir doctrinæ, & authoritatis, a quo contendit appellatum Leonem ridicolum, ac temerarium To. III. Annal. Eccles. Galliæ ad an. 663. p. 685. num. 47. Quo lector per semet quid rei sit, determinet. En Cointii verba: *Ridiculum est de scriptoribus historiarum adeo male sentire, ut omnem iis fidem ademtam prorsus velis, quasi verum veritati minime studeant, & plebis imperita vanos dumtaxat rumores aucupentur &c.* Quæ ut aptius intelligantor, proferenda in medium Leonis verba lib. II. cap. 44. *Sane quoniam de corpore B. Benedicti, quod in hoc loco veraciter requiescere tum revelatione quam viderat, tum sospitate quam senserat, fuerat certissimus redditus, ubicumque postmodum scripturam translationis ejusdem B. Patris repperire potuit, flammis exussit, narrans omnibus, quæ sibi Dominus hoc in loco ostenderit, quave præstiterit ex ipsius falsa translationis serie, rationabiliter ostendens, hac frivola esse ac confictitia, dum sicut ibi refertur unus idemque Angelus, & illos hortabatur ad surripiendum, & Romanum Pontificem instigabat ad persequendum, rursumque illis insistebat ad fugiendum. Qui vero Pauli Diaconi veracis utique, & insignis Historiographi testimonie super hoc se fulciri existimant, noverint consuetudinem hanc esse rerum gestarum scriptoribus, ut in narratione sua opinionem vulgi sequantur*: &c. Illud certius crediderimus illis Leonis verbis, *ut in narratione sua*, subintelligi adverbium, *aliquando*, vel quid simile, quod Amanuensium vitio a codicibus exciderit, nam Leo ipse veracem insignemque Historiographum appellat Paulum, quæ certe laudes homini vulgi opinionibus obrepto male congruunt. Leonis itaque interpretationem, ut ipse intellexerat, ridiculam appellat Cointius, non ejus universam historiam, ut noster venditat Aristarchus. Minoris longe momenti est, quod ex Menardo affert, nam hic in observationibus ad Martyrologium Benedictinum die 1. Martii lib. 1. p. 211. hæc de Leone scribit: *Est enim diligentissimus rerum Cassinensium investigator*, &c. deindeque subdit p. seq. *Neque etiam sibi constat Leo, nam lib. 1. cap. 1. scribit S. Benedictum sepultum fuisse in oratorio S. Johannis Baptistæ ante ejus altare, at lib. 3. cap. 20. Tumulum S. Benedicti repertum in aditu ecclesiæ nova, qui maxime distabat ab ipso altare Divi Johannis*, &c. Lapsus tamen omnis Menardo ipsi tribuendus, non Leoni, cum pro adyto nempe presbyterio, sanctuario, absida, aditum, idest ecclesiæ ingressum intellexit, ut advertit Nuceus in excursu Historico: *Quod SS.mi Patriarcha Benedicti exuvia Cassini quiescant*.

Verum supina Dini diligentia in interpretanda Antonii Gallonii mente mirum quantum elucet. Scripserat Constantinus Bellotus Monachus Congregationis Cassinensis cœnobii Parmensis alumnus adversus Baronium pro asserendo monachatu Benedictino S. Gregorii M. apologiam, at pro Baronio edidit Gallonius, in qua p. 9. exclamat: *Siccine Patres Cassinenses &c.* nempe Dinius doctissimus de Leonis codice intelligit quod ad Bellotum refert Gallonios, neve quis caussetur haud eam fuisse Dinii mentem, quod asserit Accademicus Intronatus ejus defensor p. 26. & 27. hisce verbis: *Rursus D. Jannellus p. 15. antumat, Dynum temere supponere Patrem Gallonium in proposito Ostiensi male dicere, cum nullibi ejus assertio verificetur. Sique eculo irretorto ejus verba subcenseantur, statim liquebit egisse in proposito satisfaciendi obiecto de Bibliotheca Cassinatis authoritate, ad quam explodendam Gallonius Monachatum Gregorii impugnaturus, diplomata Cassinatum dicit vitio falsitatis convicta, & scripta commentitia igne comburenda, inde Dynus captavit argumentum ad probandum sollicitos esse quosdam Monachos addere, & devastare, ad gloriam exquirendam; numquid, ait Gallonius, bibliotheca Cassinensis est arca fidei, cum habeat codices spurios ad nauseam stomachum provocantes?*

Gallonii.

Dinii

Dinii ipsius verba adducenda sunt ex p. 39. Dissert. suæ, ubi ita a se intellectum Gallonium fatetur ingenue: *Ex præmissis liquet exiguam fidem deferendam esse Chronico Leonis, fere nullam in his, quæ in laudem ecclesiæ Casini, regnique dici asseruntur. Eadem enim facilitate qua superadditas putant lectiones de existentia corporis sancti Benedicti, & de Monachatu sancti Gregorii, & alia plura, quæ reperta sunt ex eodem errorum fonte deducta &c.* Portenta! laudat insuper ad conservandam Leonis authoritatem Dinius Gallonium p. 32., & 42. ubi Fundani Abbatis ad Simplicium Cassinatem scriptam epistolam, quam viri doctissimi Yepesius, Suarez, Constantinus Cajetanus, Lauretus, & Mabillonius defendunt, impugnat. Sed quid hæc cum Leone, qui ejus ne meminit quidem, Gallonius Leonem vituperat, quod censet Dinius, cum p. 55. interpolatum dicit Zachariæ diploma, imo vero quæ ab eo narrantur probat. Neque a p. 57. ad 100. ullatenus Leonem impugnat, sed diplomata dumtaxat a Vicentino in calce editionis suæ addita, quæ ut reprobet Leonis authoritate utitur, & p. 97. subdit: *De qua cæteris antiquior rerum Cassinensium scriptor ejusdem monasterii alumnus, atque Bibliothecarius Leo Ost. episcopus hæc habet &c.* & infra: *Quorum quoque diplomatum falsitas, vel ex eo in suspicionem saltem adducenda erat, quod Leo Ostien. qui monimenta quæque Cassinensis cœnobii, & aliorum scrutatus, nihil, ut profitetur, omisit de his, quæ spectant ad donationes eidem monasterio a diversis exhibitas, nihil reliquit non pervestigatum. De his tamen diplomatibus ne verbum quidem habeat, &c.* & p. 99. donationem a Proavo, parentibus, ac ipso Gregorio M. factam refutans, subdit: *Id ut magna fiducia affirmemus, suadet in primis rerum antiquarum cœnobii Cassinensis collector vester Leo Ostien. episcopus ejusdem monasterii antiquus Monachus, ac munere bibliothecarius, qui industria incomparabili, atque scrupulosa (ut ipse ait) sollicitudine fuit in perquirendis undique donationibus ad idem monasterium spectantibus, ut sua nuncupatoria epistola ad Oderisium Cassinensem Abbatem ipsemet ingenue profitetur. Unde non immerito in falsi suspicionem adducantur quæcumque ab ipso non cognita, nec reperta post eum in lucem prodierunt.* Ex quibus certe quanti Leonem fecerit Gallonius satis liquet, quantive ab eruditis faciendus sit Dinius, qui Latina hominis verba affabre adeo sit interpretatus. Æque felix est Dinius in interpretanda Mabillonii mente, nam hic Act. SS. sæcul. II. p. 339. scribit. *Mirum si Leo ipse hanc regulam in componenda historia sua secutus est, (sequendi vulgi opinionem) quod quidem credere fas sit ex ea parte, qua corporis Sancti Benedicti translationem negat.* Dinius rem altius rimatus asserit a Mabillonio scriptum omnes Leonis narrationes a vulgi rumoribus repetitas. Id an verum sit pronuncient, qui sciunt universum pene Leonis Chronicon transcriptum a Mabillonio in Actis Sanctorum Ordinis nostri, ejusque narrationes universas Annalibus suis ab eo intextas.

Neque majoris momenti sunt quæ affert Dinius, ut fidem codici Leonis adimat, nempe Laurentium Vincentinum, Matthæum Lauretum, Jo. Baptistam Marum, Camillum Peregrinum, Angelum Nuceum in assignando autographo Leonis codice inter sese dissidere. Nullibi quippe Vincentinus cœnobii SS. Felicis, & Fortunati Vincentiæ a die 13. Decembris an. 1501. Monachus, qui Chronicon an. 1513. edidit, asserit se illud ab autographo Cassinensi sumsisse, cum hujusmodi cœnobium nunquam inviserit, quamquam interpolatum, ut diximus, & Ambrosii Camaldulensis codicem nactus ediderit velut genuinum Leonis fœtus ejusque rei ignarus Lauretus in verba a Dinio laudata proruperit. Quo vero jure hæc de Laurentio scribat Dinius, plane non perspicimus: *Ut non inepte credere quis possit ab eodem Laurentio in gratiam Cassinatum amicorumque attexta, vel corrupta plurima, quæ a Leone dici asseruntur.* Quod ad Lauretum attinet, fatemur adornatam ab eo infeliciter editionem, vel quod ipse quæ sibi viderentur spalmata corrigere decrevisset, vel quod non satis Langobardicos characteres intelligeret. Hæc divinando dicimus. Illud constat, commentum, addita Petri Diaconi lib. IV. ea omnia Capitula, quibus ejusdem Petri cum Cardinalibus aliquot coram Lothario III. continetur Disputatio, forte quod Baronii oppositionibus satisfacere haud sciret. Id evincitur apertissime, nam cap. 107. a Laureto editum msf. congruit ad illa verba: *Alio vero die Pontifex per Aymericum Cancellarium, & Gerardum, ac Guidonem Cardinales direxit, ut a Monachis Cassinensibus, Filium Petri Leonis anathematizare faceret, aut ab illis sicut ab excommunicatis abstineret. Clementissimus autem Imperator, & religiosissimus &c.* Cœtera ab ipso Laureto de cerebro addita, quamquam capitulum illud genuinum existimabat. Merito itaque allata a Dinio verba de Laureto scripsit Nuceus. De hac Laureti editione conqueritur Peregrinius in serie Abbatum Cassinen. an. 1643. post Historiam Principum Langobard. ubi p. 69. in Raynaldo Etrusco habet: *Nec his contraria habet editio Neapolitana (nempe Laureti) licet in multis extremo hoc loco contra fidem scripti exemplaris manca, quæ plene exhibent priores editiones, sc. Veneta, & Parisiensis, illaque si cum Baronio apocrypha judicabis, non Petro, sed ejusce universi Chronici sapedicto censori adscribas, par est, nam continenti textu, eademque manu qua superiora, nec non posteriora, & quidem antiqua exarata fuisse apparet; sed in præfata etiam Neapolitana editione multa alia post hac desunt, nulla censura a Baronio notata, nullumque in scripto exemplari asserta novitatis indicium præseferentium.* Vigintiquinque annis antequam suam editionem adornaret Parisiis an. 1668. Nuceus, hæc protulit Peregrinius. De Lauretana etiam conqueritur Mari in lib. de Vir. Ill. Cass. Petri Diaconi edito Romæ an. 1655., cum p. 75. ait. *Scripsit (Leo) jubente Oderisio Casinensi Abbate Chronicon sui monasterii Cassinensis libris tribus a temporibus S. Benedicti usque ad Desiderium Abbatem, qui postea Victor Papa Tertius fuit, qui dati sunt prælo Venetiis anno M D X I I I. & Parisiis: postremo Neapoli anno M D C X V I. opera, & notis Matthæi Laureti Hispani Monachi Cassinensis, quas quidem editiones collatis cum antiquissimo exemplari MS. in Cassinen. biblioth. servato, quod Chronicon Cassinense appellatur, fuisse ab integritatis sua deturbatas gradu, mendisque obsitas facile cognoscere per se sedulus lector

lector valebit. Accidere enim sæpe videmus, & magno Reip. Literariæ incommodo experimur, ut inter imprimendum quædam vel omittantur, vel addantur, vel in pejus mutentur librariorum vel incuria, vel audacia, vel malitia, & animi perversitate. At vide solitam Dinii indolem: Ait asserere Nuceum: *Plures Casini codices asservari nimirum litteris Romanis, & Langobardis exscriptos, & archetypam Leonis.* Verba Nucci in Epistola ad Lectorem hæc sunt: *Est ergo hæc ratio instituti mei, ut velim Chronicon Sac. monasterii Cassinen. de integro typis edi, fidem in eo edendo secuti diligentissime duorum codicum, quos in bergameno habemus manuscriptos in nostra Bibliotheca, quorum alter charactere descriptus Romano commentarios habet Leonis Cardinalis Ostien. qui rem orsus a condito monasterio, eam adusque illud tempus perduxit, quo dedicatum, inauguratumque ab Alexandro 2. Templum fuit. Alter characteribus exaratus Langobardicis, præter Leonis Historiam continet Actuarium Petri Diaconi Cassinensis, qui res nostras ad ann. usque 1138. literis consignavit. Hic a nobis vocatur Codex A, ille Codex B.* Duos itaque non tres codices numerat Nuceus, nullumque ex iis vocat Leonis autographum. Præclare etiam more suo utitur Dinius authoritate Peregrinii cum ait: *Igitur solummodo exemplar Codicis Leoniani reperiri liquet testimonio Peregrinii,* qui certe duos asservari Codices in cœnobio nostro testatur hisce verbis loc. cit. p. 8. ab eodem Dinio laudatis: *Nec sane præsens Cassinense exemplar reputandum videtur ipsum esse Hostiensis autographum, quod Petri simul actuarium, aut nuper quidem, sed unica manu descriptum continet &c. Quin nec Petri esse autographum adparet.* Et p. 10. *Indexque Abbatum Cassinensium præfixus, qui adest alteri scripto, sed recentiori exemplari solius Chronici Hostiensis, in Bibliotheca Cassinensis Monasterii adservato, signatoque nu. 202.* scripserat vero p. 6. *Quæ annorum summa & si ex fide sit Cassinensis manu exarati exemplaris, illius nempe quod simul continet Ostiensis, & Petri utramque Chronicon, exque eo, quoniam processerunt ejusce Operis variæ editiones erit mihi præ altero ibidem asservato magis attendendam, & frequentius laudandam.* Neque aliquid contra Nuceum evincunt adducta a Dinio Mari verba, nam hic codicis vetustioris meminit, ad cujus fidem editiones hactenus factæ non concordarent, cæterum persuasum sibi plura extare apographa apud Cassinates hæc ipsa a Dinio memorata ejus verba demonstrant: *Extat penes V. Cl. Lucam Olstheniam Chronicon Leonis, in quo variantes Lectiones ad fidem plurium MS. exemplarium sua manu ad oram editi libri adnotatas vidimus.* Meliora sunt quæ habet Dinius p. 73. *Cæterum P. Mabillonius irridet Leonis bullas in gratiam Cassinatium editas adjecto alicujus Pontificis nomine &c.* Mabillonii verba in p. 337. a Dinio citata hæc sunt. *Post iteratum Chronici Cassinensis editionem nonnullarumque litterarum, quæ summorum Pontificum quorumdam nomen in gratiam Cassinatium proferunt. &c.* Utinam Leonis nomen, quod Mabillonius irridet? Leonis Bulla Mabillonius? Bone Deus! Risum teneatis amici? Aliis quibusdam obiectionibus responderat jamdiu egregie Januellus p. 17., & seqq.

Magna Leonis diligentia in adornando Cassinensi Chronico.

Quanta vero cura, fide, diligentia in concinnanda historia sua, omnia rimatus sit Leo Marsicanus satis constat ex ejus Prologo. Id vero confirmat in Vita S. Mennæ. Cujus sancti meminit S. Gregorius M. Lib. 3. Dialog. cap. 26., hisce verbis: *Hæc tantisper de vita, & conversatione beatissimi confessoris Christi Mennatis materiam luculentissimi doctoris, & SSmi PP. Gregorii magistram, & cooperatricem habentes imperito licet sermone descripsimus satagentes, & vestrum (Oderisium primum Abbatem alloquitur) imperium, in quantum possibile fuit implere, & voluntati, ac devotioni prædicti Magnifici (Roberti) Comitis (Calatiani) satisfacere. Ortum sane ipsius, & obitum juxta morem, qui in plerisque sanctorum gestis invenitur: iccirco præsentibus litteris non inserimus, quia qui, vel qualis, quove tempore extiterit nusquam reperientes, & mendacium, quod & Deus odit, & occidit animam, omnimodis præcaventes incerta pro certis astruere nolumus &c.* Et initio Translationis hujus Sancti subdit. *Sed libet jam Translationis ejus Historiam secundum certissimam fidem gestorum ad fidelium populorum notitiam literis tradere, ut nulli deinceps de tanta hujus sollemnitatis origine prorsus expediat dubitare &c.* Prodiit pro Dinio lucubratio alia hoc titulo: *Vindiciæ Vindiciarum dissertationis Historico-Criticæ olim editæ ab Advocato Francisco Dinio de translatione, & collocatione corporis S. Bartholomæi Apostoli Romæ in insula Lycaonia, Auctore Academico Intronato. Massæ. Typis Pellegrini Frediani Typog. Duc. 1616.* Cujus authorem ipsum fuisse Dinium veritates luce meridiana clariores quas litigator optimus venditat ostendunt. Repetit Vindiciarum author p. 22., & seqq. quæ dixerat in Diss. sua. At nauseam, risum, horroremque cordato cuilibet moveant quæ habet p. 23. Accademicus Intronatus: *Sed omnia ingeniose digesta sunt, & quisque arbitrio suo in eo manuscripto addidit, detraxit, & ad id quid nisi ad conquirendam gloriam authori, monasterio, provinciæque, ut exaggerant Mabillonius, & Johannes a Bosco infra citandi, &c.* Felices clientulos, si ea se ratione in processibus examinandis gesserit Dinius. Cita quæso Academice loca? At fidei hiatu tanto datæ statim oblitus, ne quidem deinceps vanus promissor hisce de rebus mussitat. Videris quæso obfirmatam in Accademico Dinii indolem. Ait p. 24. hæc esse Laureti verba, quæ nunquam somniaverit: *Hoc igitur Chronicon tibi exhibent Cassinates, quod ego additionibus, seu pluribus emendationibus locupletari curavi;* cum Lauretus in Præfatione ad Lectorem habeat: *Hoc igitur Chronicon optime lector, tibi modo exhibent Patres Cassinenses, quod ego in gratiam tui vita SSmi Patriarchæ nostri Benedicti, plurimisque additionibus, seu adnotationibus locupletavi, & illustrare curavi adiecto insuper Tractatu de Monachatu S. Gregorii M. super Regula S. Benedicti, quem in fine pro coronide apposui. Fruere igitur veris, ac sinceris Leonis Ostiensis narrationibus, & nostras qualescumque adnotationes æqui, bonique consule.*

Dini vindiciæ editæ Cassinates convicii lacerant.

Incredibile est, quot conviciis in Cassinates grassetur Accademicus, cui ut nos charitate christiana libentissime parcimus, ita ejus scribendi modum probare non possumus. Miseros Cassinates tanto jactatos hoste! jam lucem publicam, fidemque amiserint Diplomatum Apocriphorum præ

curso-

cursores! Audi quæ habet p.25. *Unde ex post eruit Nucens hunc autographum post lapsum plurium seculorum? ut facile colligas codices Casini, ut ait etiam Gallonius, & Boschus ab otiosis monachis depravatos antequam typis committerentur, &c.* pauloque post: *Et credendum plane est, ne mendacia, & imputationes illico manu tangerentur antiquum illud autographum super additionibus spurium perdidisse. In idem coincidit Lauretus lib. 2. cap. 108., ne dum in Leone, sed in Petro multa conficta esse, & mendaciis plena, & ibidem nu. 2005. Baronium sequitur, inquiens, ab indocto, & otioso fuisse attexta, alia rasa, superaddita, arguens etiam ex diversitate atramenti, papyri &c.* Gallonius corruptum codicem? Lauretus: ne dum in Leone, sed in Petro multa conficta? in lib. 2. cap. 108. quod nonnisi ad cap. 101. protenditur. Si vero contendat Academicus Lauretum post cap. 122. lib. 4. p. 605. & 606. in Admonitione ad Lectorem quid simile de quarto Petri libro scribere, nunquam tantum certe de Leone hæc venditaverit. En ejus verba: *In chronicis Cassinensibus hactenus impressis adjecta reperiuntur huic 4. libro acta quædam per modum Disputationis inter S. R. E. Cardinales, & Petrum Diaconum Cassinensem coram Lothario Imperatore habita: &c. judicavique a quoquam prorsus indocto, & penitus otioso pro animi arbitrio fuisse conficta, & concinnata &c.* De iis ergo lib. IV. capitibus loquitur Lauretus, quæ adjecta crederet; marginalis numerus 2005., ut minimum etiam hoc adnotemus non ad Laureti editionem, quod Accademicus facit, sed ad illam Nucei referendus, quo patet contorta in Lauretum arma è Nuceo repetiisse feracem Academici minervam.

Duo apud nos asservati Leonis Codices incorrupti.

Verum satis ac forte præter dignitatem nostram cum homine haud diligenti pugnatam, qui nos dum veritate non potest, lacerat conviciis. Illud ingenue sancteque fatemur, duos apud nos memoratos Leonis codices asservari integros, incorruptosque eodem charactere, ac membrana constantissime scriptos, in quorum uno Langobardico charactere brevia aliquot dumtaxat in margine capitum compendia recentiori manu scripta. Post capitulum 130. Lib. IV. Petri Diaconi p. 254. exarata sunt latinis literis, quæ Jacobus de Plumbarola miles cœnobio nostro dono dedit. Id hisce verbis incipit: *Opera pratinm a me fore dignoscitur bona, quæ a modernis Christifidelibus Cassinensi conventui delegantur solo devotionis fideique instinctu compendioso scripturæ titulo lucidare, &c.* Eadem in pag. legitur Epistola latinis etiam literis Roffridi Abbatis Cassinensis ad Cardinalem Tit. SS. Marcellini, & Petri Johannem de Salerno, quam edidit Angelus Nuceus in notis ad cap. 18. Vit. S. Benedicti. Post hanc Epist. a p. 255. ad 262. extat Chronicon Anonym. Cassinensium ab an. 1128. ad 1212. scriptum characteribus Langobardicis. Ejus meminit Peregrinius in castigationibus ad Anonym. Cassinensem p. 98. cum ait. *Postrema tandem pars scripto codici adsuta est Chronicorum Leonis Ostien., & Petri Diac. quæ non ab an. 1195. ad quem subsistit modo dictus cod. 199. sed ab anno exorditur 1153.* (legendum est 1128.) *ita ut auctarium sive continuatio haud putanda illa sit Chronici descripti in cod. 199., sed Chronici in cod. 47. &c.* Hæc facti quæstio est, ac proinde si quis fidem nobis adhibere nolit, per nos quidem licet codices ipsos consulat, cum quibus adamussim congruere Nucei editionem, facta pluries diligenti comparatione didicimus.

§. IV.

De Petro Diacono Cassinensi.

De Petro Diacono.

Petrus Monachus, & Diaconus S. Cassinensis ecclesiæ alter est Chronici nostri parens, quippe qui & illud suppleverit a cap. 35. Libri III. ad cap. septuagesimum tertium, & librum quartum addiderit. Quanam è gente ortus, & quibus vicissitudinibus fortunæ sit quassatus, ipsemet describit cap. 47. de Vir. Illustr. Cass. hisce verbis: *Petrus Diaconus Cassinensis Chartularius, & Bibliothecarius quinquennis sub Girardo Abbate B. Benedicto oblatus a patre Ægidio natione Romano, atque sub eodem Abbate per octo ferme annos eruditus est. Anno vero incarnationis dominicæ millesimo centesimo vigesimo octavo, ætatis autem ejus vigesimo primo, cum Oderisius Girardi Abbatis successor Abbatiam reliquisset, ad exilium æmulorum suorum faciente invidia directus est. In ipso autem dum esset exilio rogatus ab Adenulpho ejusdem urbis Comite descripsit ad Oderisium Abbatem Passionem B. Marci, & sociorum ejus, &c.* Et cap. 113. Lib. IV. Chron. Cass. ait: *Pater ipsius* (Petri) *filius fuit Gregorii filii Gregorii de Alberico Romanorum Ducis, & Consulis.* Archiepiscopus Rossanensis in not. ad Prologum Lib. IV. Chron. Cass. tres edidit epistolas Ptolomæi Consulis Romani ad Petrum Diaconum nepotem suum Gregorii filii Gregorii Romani Consulis ad Ægidium fratrem parentem Petri, & tertiam ad Abbatem Cassinensem scriptam a Landolpho de S. Johanne, in qua Abbatem Landolphus rogat, ut Petrum Diaconum uxoris suæ fratrem ecclesiæ S. Benedicti Collis Insulæ præficeret, subditque: *Quia est prudens, & sapiens, & volo consiliari ab eo.* Gregorii Romani Consulis, qui bona quædam cænobia, & ecclesias cœnobio Cassinensi dono dedit, mentio habetur cap. 19. Lib. III. cap. 60. memorantur Petrus filius Gregorii Consulis Romani, Gregorius ipse Ptolomæus; & cap. 61. Lib. IV. Ptolomæus, Gregorius, & alter Ptolomæus filius Ptolomæi primi. Vid. Baronius, qui anno 1044. hæc ait: *In primis sciendum, duas potentissimas viguisse tunc temporis factiones, alteram Tusculanorum Comitum, a quibus intrusum vidimus Benedictum, alteram Ptolomæi Romanis civis, qui fuit filius Gregorii, quem in Ottonem III. rebellasse suo loco superius vidimus. Fuisse familiam hanc potentissimam, quæ & magna jactantia vane gloriaretur esse Octavia gentis Petrus Diaconus tradit lib. 4. cap. 63. dum hujus filium Ptolomæum itidem nominatum in uxorem duxisse Filiam Henrici IV. Imperatoris enarrat, &c. Et Mabillonius To. V. Annal. p. 610.*

Petrus honoribus auctus.

Pluribus honorificentiæ titulis rogatu Richissæ Augustæ Henrici Bajoariorum Ducis, & Chonradi Ducis Svevorum auctus est Petrus noster a Lothario III. Imperatore, ut idem Petrus cap. 116. lib. IV. Chron. Cass. hisce verbis refert: *Imperator etiam de litigio quod Petrus Diaconus cum Græco habuerat ultra modum gavisus eundem Diaconum interventu Richizæ piissimæ Augustæ, & Henrici Ducis Bajoariorum, & Conradi Ducis Svevorum Logothe-*

gothetam, a secretis, exceptorem, Auditorem, cartularium, ac capellanum Romani imperii constituit. Iisdem titulis Petrum decorat Lothartus in epistola ad Raynaldum electum Abbatem Cassinensem, quæ extat in mſ. codice Bibliothecæ nostræ sign. nu.257. Liuguam etiam Græcam Petrum calluisse ex hisce verbis lib. IV. Chron. Cass. cap.66. cunstat: *Librum Heva regis Arabia de pretiosis lapidibus ad Neronem imperatorem, quem Constantinus Imperator ante annos fere octingentos ab urbe Roma Constantinopolim asportaverat de Graco in Romanam linguam transtulit.* Quot annos Petrus vixerit, incompertum. Illud constat deposítu sub Alexandro III. ab an. 1159. per viginti duos ferme annos Pontifice, Ægidio Venusino, Petrum ad regendum cœnobium Cassinense adlectum sub procuratoris titulo, quousque novus Abbas sufficeretur. Constat ergu Petrum ultra annum 114u. protendisse vitam, quidquid contra asserant Bollandiani mox laudandi.

Petri fides in Historia sua cōainanda.

Cardinalis Baronius de Petro Diacono ad an. 1100. hæc scribit: *Atque Petrus Diaconus in Chronico Cassinate, iidemque ipsi hujus quoque temporis Authores, & quidem integra fidei, &c.* Sæpe etiam Baronius ad narrationes suas confirmandas Tom. XI., & XII. Petri Diacuni authoritate utitur, imu quandoque integra ejus capita exscribit; semperque ostendit eadem a Petro relata, quæ coævi alii Historici scripserint. Petrum quoque laudat anno 1073. p.422. an. 1078. p.523., an. 108u. p.557., an. 1u81. p.565., & 563., an. 1u85. p.589., 59u., & 591. an. 1u87. p.597., & 60u., an. 1088. p.604.: & 605., an. 1089. p.614., an. 1u95. p.666., an. 1096. p.671., an. 1u97. p.687., & 709., & 716. Et Tom. XII. an. 11u2. p.22., an. 11u4. p.38., an. 11u7. p.60., an. 1108. p.65., an. 111u. p.71., & 72., an. 1111. p.73., 75., 76., 77., 78., 80., 82., 84., & 89., an. 1112. p.92., & 97., an. 1114. p.1u2., an. 1117. p.116., & 120. an., 1118. p. 131., an. 1119. p.138., an. 112u. p.144., & 145., an. 1121. p.146.; an. 1123. p.154., an. 1125. p.162., an. 1126. p.168., 169., & 170., an. 1135. p.238., an. 1136. p.24., 244., 245., 246., an. 1137. p.258., 261., 262., 263., 264., & 268. Vid. Pagius ad memoratos annos, atque an. 114u., ubi num. 13. hæc ait: *Imposterum rerum Sicularum, & Neapolitanarum tractatio jejunior erit, prasertim cum Petrus Diaconus, qui Historiam monasterii Cassinensis a Leona Marsicane editam continuavit hoc ipso anno, non vero superiori, ut quidam tradidere, continuationem suam absolvat, nam cap.128. refert, Rogerium regem pacem cum Monachis Cassinensibus inisse, quod ex Falcone, & ex Anonymo Cassinen. hoc anno contigisse mox narravimus. Prater illud opus, aliaque quadam, scripsit Petrus librum de Vir. Ill. cœnobii Cassinensis, qui extat To. XX. Bibliotheca Patrum, editionis Lugdunensis.* Gallonius in citata Apologia pag. 83. Petrum Diaconum sic laudat: *Petrus Diaconus Cassinensis magna apud omnes auctoritatis vir, ut pote qui Chartularius, & bibliothecarius cœnobii Cassinensis cum esset, quacumque extabant antiquitatis monimenta ex penetralibus vindicavit in lucem, dum pertexit catalogum virorum illustrium ejusdem Monasterii: hac de S. Benedicto in primis habet: Scripsit autem jam senex in eodem cœnobio Cassinensi Monachorum regulam discretione pracipuam, sermone luculentam &c.* Mabillonius Sæc. VI. Actuum SS. Ord. S. Benedicti parte II. p. 6u8., & seqq. Plura integra Petri capita ad verbum refert, & p. 625., & seqq. integram S. Aldemarii vitam ab eo descriptam. Tumu etiam Annal. V. identidem Petri authoritate utitur, tum p.239. hæc scribit. *Petrus Diaconus ejus Chronici* (Cassinensis) *continuator, ortu Romanus ab Ægidio patre quinquennis Beato Benedicto oblatus est, &c. Chronici continuationem inchoat, ut jam dixi, a libri III. cap. 35., quo agit de Alberico &c.* & p. 570. loquens de Leone Ostiensi subdit: *Scripsit inter alia Chronicon Cassinense tribus libris, sed tertius dumtaxat ad cap. 34. inclusive, quem Petrus Diaconus, & Monachus ab eo loco usque ad finem libri IV. continuavit merito, & authoritate longe inferior, tametsi multa scitu digna contineat ab aliis authoribus haud observata &c.* Eruditissimus Edmundus Martene in præfatione ad Commentarium in Regulam S. Benedicti hæc scribit. *Paulo fæcundius extitit Saculum XII., in quo quatuor tam pietate quam doctrina insignes Regula nostra expositores sese nobis objiciunt: Rupertus Abbas Tuitiensis cœnobii, juxta Coloniam Agrippinam, vir in divinis Scripturis a Spiritu S. per visum eruditus: Petrus Diaconus Monachus Cassinen. & Bibliothecarius. &c.* pauloque post: *Rupertus scilicet, & Petrus quatuor hac de re libros scripserunt, &c.* Cardinalis Bona de divina Psalmodia cap. 12. §. 2. authoriiate Petri utitur in expositiune ad cap. 44. regulæ S. Benedicti, ut fusius alibi. Gherardus Juhannes Vossius de Histuricis latinis p. 4u9. ait: *Petrus Diaconus Ægidii filius, Romanus, Monachus Cassinensis (cui Ordini quinquennis fuis consecratus anno CIƆCXV.) multa prodidit, qua historiam ecclesia illustrent, &c.* Labbe Tu. II. de scriptoribus ecclesiasticis in Addendis ait p. 757. *Quibus pralucere merito debet idem Petrus Diaconus cap. 3u. libelli De Vir. Ill. Cass. cœnobii &c.* & iufra: *Ab eo* (scilicet Leone Ostiensi) *diversus fuit Leo Card. Diac., ejusdem cœnobii Monachus, quem Petrus Diaconus cap. 31. asserit nomine Urbani II. Papa quamplures scripsisse epistolas, ejusque registrum fecisse, quod idem Marus observavit adversus Card. Baronium, & Possevinum unum ex duobus constantes, &c.* Eodem Petri testimunio utitur p. 778., aliisque iu locis. Bollandiani sæpius Petrum laudant, at potissimum Tu. III. Martii p. 489. hisce verbis: *Inter illustres scriptores Sacri Archisterii Cassinensis est Petrus Diaconus Cartularius, Scriniarius, ac Bibliothecarius Cassinensis, qui non diu post annum 1140. vivere desiit relictis quamplurimis ingenii sui monumentis.* Petrum etiam laudant Ferrarius in Adnotationibus ad vitam S. Brunonis Signensis die 18. Julii, ad vitam S. Severi die 20. Julii, & ad vitam S. Bertarii die 22. Octobris, Sigunius, Thomasinus To. I. de disciplina ecclesiastica lib. 3. cap. 28. Possevinus de scriptoribus ecclesiasticis, Camillus Peregrinius in serie Abbatum Cassinensium, & in Historia Principum Langobardorum, Michael cognomento Monachus in Sanctuariu Capuan., ubi de vita S. Adelmarii, & p. 287., Ciaconius pluribus in locis, potissimum in vita Victoris III., & Gelasii II., Ughellius, aliique, Sacra etiam Rumana Rota Pe-

tri narrationes approbat, potissimum Decis. 264. coram Merlino Sorana Beneficii 8. Martii 1627., & in Montis Cassinensis Præeminentiarum 30. Aprilis 1677., & coram Bourlemont Capuana, seu Montis Cassinen. Parochialium 10. Martii 1679. Morinus lib. X. cap. 19. de administratione Sacramenti Pœnitentiæ p. 766. num. 7. ait: *Sed nullus author mihi lectus est, qui expressius, & distinctius occasionem istius Decreti* (loquitur de Decreto in Concilio Claramontano pro iis facto, qui ad recuperanda sacra loca pergerent) *illius effectum, & Pontificis concilium in eo statnendo explicaverit, Leo* (legendum, *Petrus*) *Cassinensis illis temporibus proximus, quique ab iis, qui interfuerant didicisse poterat. Ita illius originem, & occasionem describit lib. IV. cap. XI. Chron. Cassinen. &c.* Affert ejus capitis verba, atque iterum cap. 10. Petri testimonio utitur. Bail. To. II. Conc. p. 402. integra capita 68., & 72. lib. 3. Chron. Cass. refert, & p. 403. Petri authoritate utitur. Arnoldus Wion To. I. lib. II. lign. Vit. p. 449. de Petro Diacono hæc scribit: *Petrus Diaconus Monachus Cassinensis, & Bibliothecarius, Ægidii filius, Romanus, Girardo Abbati anno 1115. quinquennis Deo, & S. Benedicto nutriendus oblatus sub regulari disciplina ita institutus est, & in sacris, & humanis litteris taliter eruditus, ut propter doctrinam, & morum integritatem, optimis scriptoribus comparari jure censeatur. Scripsit autem pœne infinita opera, &c.*

Petrus Diaconus defenditus,

Mabillonius Sæculo IV. P. II. Act. SS. Ord. S. Ben. p. 165. num. 6. gravi hac censura Petrum Diaconum percellit.

Petrus Diaconus Cassinensis ita scribit in Chronici Cassinensis lib. 4. cap. 18. Pontifex apostolicæ sedis Urbanus pro negotiis ecclesiasticis Galliam ingressus, in plenario Turonensi, ubi ipse præsidebat, concilio, Monasterium S. Mauri in Glannafolio a tyrannide Fossatensium Monachorum abstrahens, pristinæ libertati restituit sub Magisterio tantum, & tutela Monasterii Cassinensis perpetuo mansurum &c. Quamquam nulla ejusmodi subjectionis mentio est in epistola Ivonis episcopi Carnutensis Urbano Papæ scripta pro legitimo jure Fossatensium, immo contrarium ex ejus verbis colligitur conquerentis, subreptum fuisse Domno Papæ Urbano ad suggestionem comitis Andegavensis, ut monasterium S. Mauri situm in patria Andegavensi, quod sub jure Fossatensis monasterii antea per trecentos, & eo amplius annos extiterat, de ejusdem monasterii jure auferret, & ordinato ibi Abbate, liberum esse constitueret. Non dicturus liberum, si alteri denuo subjectum fuisset.

Et vero, quid intererat comitis Andegavensis sollicitare Pontificem, ut in extraneorum dominium transferretur cœnobium istud popularibus suis frustratis?

Quæ quidem dicta velim citra ullam invidentiam juris Cassinatium nostrorum, quibus libenter faverem, si causa ipsa esset faventior &c.

His Mabillonii verbis nihil est, quod reponamus, quum non semel eadem revocaverit in annalibus Benedictinis, & ingenue more suo fassus sit cum Petro Diacono, monasterium S. Mauri Grannafoliense a Fossatensi monasterio Urbani II. authoritate ereptum Cassinensi cœnobio subjectum fuisse, quod nos Sæculo XI. in descriptione ejusdem monasterii ipsissimet Mabillonii verbis in medium adductis latius ostendimus.

ADDENDA, ET CORRIGENDA.

FOl. 1. lin. penult. ergo - ego.

Fol. 3. col. 2. lin. 33. postque - postquam.

Fol. 4. lin. 13. Quod fieri &c. & dolemus, addatur. Non defuere, qui sæculo VI., sub Justiniano Romæ secreto Janum colerent, crederentve ejus Aræ ac valvis virtutem hærere inferendi belli, ut refert Procopius de Bello Goticho lib. 1. Neque in Galliis Idololatria penitus obsoleverat ævo S. Gregorii Magni, ut ex lib. IX. ejus Regesti Epist. XI. ad Brunechildem Reginam, & ex II. concilio Turonen. aliisque conciliis constat. Eadem tempestate in Italia Idololatriæ virus quibusdam in locis grassabatur. V. S. Greg. M Epist. XVIII. lib. VIII. Regesti, & Notæ San-Maurianorum. Nec prorsus extinctum erat in Sardinia sæculo VI., & VII., ut videre est in Epist. XXIII. ad Ospitonem Ducem Barbaricinorum in Sardinia ab eodem Pontifice scripta, qui illuc amandavit Felicem Episcopum, & Cyriacum Abbatem S. Andreæ ad Idololatras convertendos. leg. etiam Epist. XXV. ejusdem Pontificis ad Nobiles Sardiniæ, & XXVI. Epistola LXV. lib. IX. ad Januarium Episcopum Calaritanum Sardiniæ Primatem, & XXII. lib. IX. ad Spesindeum ejusdem Insulæ Præsidem. Neque in Corsica, ut constat ex Epistola 1. lib. VIII. ad Petrum Corsicæ Episcopum. Memoratæ duæ Insulæ aut in Italiam sunt, aut certe Italiæ adjacent.

Fol. 6. lin. 54. Post. illa verba Apologia &c. S. Placidi, addatur. Ut lux aliqua Actis S. Placidi afferatur, notando, quæ refert Mabillonius fol. 66., & 91. T. 1. Annal. Benedict. & fol. 125. Itin. Ital. *Hunc Sancti Martyris cultum, simul, & missionis ejus causam indicat vetus ejusdem Monasterii Kalendarium, in quo aureis litteris ipsius memoria consignata fuit ante annos sexcentos in hæc verba III. Nonas Octobris apud Siciliam Natalis Sancti Placidi Beatissimi Martyris cum sociis suis Eutychio, Victorino, & aliis triginta: pro quo Pater ejus Tertullus Patritius decem, & octo patrimonii sui curtes Beatissimo Patri Benedicto obtulit. De ista donatione totidem fere verbis agit Leo Marsicanus in Chronico Cassinensi, quæ quidem antiquiorum Martyrologiorum, Usuardi, Adonis aliorumque commemorationem, non satis explicatam illustrant &c.* Non Kalendarium, sed martyrologium est jussu Desiderii Abbatis conscriptum, in quo memorata verba adnotantur, ut constat ex Chronico Cassinen. lib. 3. cap. 63. Patet itaque ex citato Martyrologio aliisque vetustis documentis a Mabillonio, & Ruinartio allatis, cultum S. Placidum longe antequam ejus vita inventa esset, & e Græco in Latinum translata a Pietro Diacono, & Stephano Aniciensi. Rem lectori gratam facturos nos credimus, si Aniciensis Prologum hic addamus, ex nostro codice MS. literis Langobardicis exarato ætate, ut remur, Petri Diaconi, cui titulus *Regestum S. Placidi &c.* In eo a folio 1. ad 14. extat vita S. Placidi, & sociorum a Græco in latinum versa instantibus monachis Cassinatibus, ut idem Stephanus testatur in Epistola ad eos scripta, quæ sic exorditur: *Incipit Epistola Domni Stephani Aniciensis in passionem beatissimi martyris Placidi, & sociorum ejus. Sub sancti Spiritus disciplina degentibus sanctis viris, qui in ecclesia Castinensi cœnobialis exercent militia pietatem Stephanus Aniciensis indignus, & ultimus servus eorum, spiritum Heliæ duplicem promereri. Philosophos cœli vos esse, & cœlestem philosophiam professos spiritale Tirocinium vestrum docet &c., & infra, Placet vobis imitari, quos colitis, & ne fames verbi Dei, quæ opprimit terram Chanaam, & summos etiam Patriarchas aliquando peregrinari compellit, fines vestros violenter invadat, post scripturas canonicas Sanctorum passiones, & gesta humiliter recensetis, & in eis, vel ut in speculo vultus nativitatis vestræ refigurare gaudetis. Unde, & Placidi Martyris vestri triumphos pariter, & agones, qui latinorum incuria diu silentio sepulti erant, cum apud Græcos egregie vixerint, atque floruerint, de greco erutos produxistis in lucem, & ut eosdem stylo mediocri aditos ornatioribus, & magis propriis debeant colorare potestative precis instantia postulatis, auctoritatis vestræ mole depressus, munus quod tam sollemnis vox exigit negare non possum, sed timeo parti meæ ne phistula pauperascentis ingenii vestris usibus impar appareat, quia, & apud vos novi esse fontem aquæ vivæ salientis in vitam, & tanta est vestri hujus Martyris claritudo, ut eloquio meo infacundo satis, & tenui obnubiletur potius quam clarescat, subponam tanto oneri cervicem meam, & imperii vestri pondus subjectis humeris sustinebo, ut Placidi Monachi pridem, nunc martyris commilitonis olim vestri, nunc Tutoris pariter, & Patroni sincerissimam passionem ea qua possum sermonis integritate perstringam &c.* Prologus est hujusmodi: *Immortales Beatorum triumphos, & martyrum perennes victorias præconiis efferre cœlestibus, & divinis titulis honorare, sicut honestum Ecclesiæ, sic legentibus est jucundum. Præclaræ sunt actiones sanctorum, & ex radio virtutis Dei tantum capiunt splendoris, & luminis, ut totum mundum sufficienter valeant illustrare. Reus est Deitatis, & in ipsam majestatem Domini peccare videtur quisquis tam divinorum operum claritatem, aut voluerit obnubilare silentio, aut non studuerit, eo quo potest eloquentiæ genere colorare, quapropter etiam vos, quamvis simus ad hoc opus minus idonei, minusque digni, ne magnalia Dei nostri suppressisse silentio, velut ex invidia videamur, exactoria prece sanctorum, qui Deo in cœnobio militant Castinensi beati Placidi monachi simul, & martyris passionem Deo favente suscepimus describendam, quam a Gordiano Patris Benedicti Discipulo, & ejusdem martyris socio, in greco descriptam, & minus fere in latino translatam eo stylo genere prosequemur, ut & seriem actionis veritatis compendio perstringamus, & rebus Domino dedicatis debita proprietatis gratia non negetur: In quo tamen negotio describendi noverit necesse martyrium Sancti viri, vel flore rhetorico vel sermonum coloribus investire, quia tam pretiosa est in conspectu Domini mors sanctorum, ut*

etiam inculta; vel nuda piarum series actionum aliena suffragia non mendicet, nec verborum flosculis egeat coronari. In ea puritate veritatis actus beati Martyris exequemur, ut illud, quod invenimus apud Grecos sue integritati reddatur, & nostra relationis honestas, non fastidium ingerat, sed devocionem pariat audienti. Assistat veritatis spiritus cordi pariter, & ori meo, ut ita possim reverentie Martyris subservire quatenus idem sanctus meo labore posteris innotescat, & ego cum lectoribus meis, qui pie susceperint opus istud, mercedem in cœlo mereantur ampliorem. Minora certe menda extant in hac a Stephano Aniciensi translata S. Placidi vita, quam in ea edita ab Acherio, Mabillonio, aliisque, ut facta diligenti comparatione didicimus. In illa si quidem Stephani desunt verba, quæ habentur in edita num. 3. *Dives enim Justinianus triumphator, invictus Æneades dum agnovisset qualiter jam dictus Martyr Dom. Placidus triumphalem lauream suscepisset, illico nostram exiguitatem advocant, precepit ut passionem illius, atque miracula, pro ut oculis ipse prospexeram, exerens sancta Ecclesia filiis ad legendum morigerarer &c.* Desunt etiam verba, quæ in eadem quam diximus edita a num. V., ad XIV. usque reperiuntur, & sunt fere ipsissima, quæ Gregorius Magnus in II. Dialogorum Libro habet in vita S. Benedicti. Altum in hac Stephani silentium est de adventu Tertulli Patritii, una cum Boetio, Symmaco, Vitaliano, Gordiano, & Equitio ad Cassinom montem, ut S. Benedictum inviserent, coromque adventus Epocham fuisse an. 526. Imo desunt omnia quæ referuntur num. XV. XVI. XVII., & longiores erimus quam par est si quantum Stephani versio distet ab illa quæ typis edita est recenseamus. A fol. 22. ad 57. inclusive extat in eodem Regesto vita S. Placidi vulgata a Sorio, Acherio, Mabillonio aliisque, sed hæc manuscripta longe etiam amplior est præ editis. Post finem vitæ leguntur hæc verba: *Huc usque Gordianus Patris Benedicti discipulus, qui beatissimo Placido individuus comes adherens usque ad passionem ejus cum eo permansit, prout ipse oculis suis vidit fida relatione composuit. Ea vero qua a temporibus Vitaliani Papa usque ad Henrici, & Alexii Imperatorum tempora evenerunt, jussu Reverendissimi Casinensis Archimandrita Raynaldi Petrus Cassinensis Diaconus ex cosmographia Theofani, & ex corographia Romanorum Pontificum excerpsens jam dicta historia adjunxit. Incipit tempore illo quo Constans Imperator voluit nova Roma Imperium in seniorem Roma transferre, ab urbe Roma Siciliam veniens remoratus est ibi per annos sex, cum autem balneum Dapha, quod apud Syracusas est causa lavandi ingressus fuisset &c.* Fol. 64. extat Homilia Petri Diaconi in Evangeliom: *Videns Jesus, turbas, ascendit in montem, & cum sedisset, accesserunt ad eum Discipuli ejus, & aperiens os suum, docebat eos.* Circa finem hujus Homiliæ sont hæc verba notanda: *Hodie Sancta Casinensis ecclesia in Placidi fundatoris sui sanguine purpurata est, hodie immarcissibili corona ornata. Illuxit hodie Casinensi ecclesia dies sollemnissimus, qui magna fidelium frequentia celebratur,* In eodem codice videre est tredecim alios sermones ejusdem Petri in laudem S. Placidi, quive fol. 90. a tergo extat, incipit: *Festiva pretiosi Christi Martyris Placidi, & sociorum ejus solemnitas Christo Domino propitiante refulget &c.* Notanda illa verba: *Quippe, quem Sanctus spiritus carismate cum miraculorum signis tantis virtutum floribus adornavit, ut dignus in mundo appareret, per quem Cassinensem ecclesiam adornavit, Inde est quod tam devote, tam libenter ex tantis partibus in hoc die passionis ejus occurrunt, non solum quinque pagenses, verum etiam plebs urbana nobilibus viris conserta, clericorum etiam honestis, quasi insflorata personis latabunda confluit, & comune beatissimi Placidi, & sociorum ejus patrocinium plebs devota requirit. Nam quasi parum esse desiderium devotorum Deus prospiceret, si Casinensis ecclesia confessores tantum haberet, Placidum, & socios ejus martyres, & Flaviam, ac Scholasticam virginem prestitit, per quos Casinensi cœnobio decus augetur, per quos, & maxime per Placidum tanta miracula in scripturis referuntur gesta, & sub oculis patrata noscuntur, ut ipsorum fulgor etiam quosque remotos ad ejus reverentiam excitare potuerit &c.*, & infra; *Nec dum tamen eadem miracula penitus haud desunt, quoniam, & ad sacrosanctum Placidi martyris lypsanum, hac eadem miracula fieri non ignoramus &c.*, & infra: *Nec monachorum cohortes ubique terrarum diffusa tantum ejus celsitudinem ignorant &c.* Ex quibus aperte liquet, locum sepulturæ S. Placidi Petri ævo satis notum fuisse, & longe ante inventam ejus vitam celebratam in Monasterio Cassinensi Festivum ejusdem sancti diem. Item in eodem Petri sermone legere est: *Quapropter Placidi laudes non una vox, non una congregatio, neque una urbs, vel Provincia clamet, sed ubicumque sancta Ecclesia diffunditur per Tribus, per Nationes, per linguas Placidi martyris laudes frequentant. Quibus illud propheticum bene aptabatur. Erunt oculi tui videntes preceptorem tuum &c. Denique fidelis opinio est, quod unusquisque sanctorum cum illis surget in regeneratione, quos Domino acquisivit &c.*

Fol. 7. post illa verba: de Beneficiis parte prima lib. 3. cap. 25. addatur; merito hic recensenda, quæ scripsit Eruditissimus Christianus Lupus Tom. V. Par. V. Synodorum Generalium &c. Edit. Venetæ 1725. fol. 31. *Et cœptum ab ipso, scilicet S. Mauro opus insigniter adjuvit Sanctus Gregorius magnus scribens in libris Dialogorum. Benedictus vir Dei inter tot miracula quibus in mundo claruit, doctrina quoque verbo non mediocriter fulsit. Nam* [L.20.c.36.] *scripsit Monachorum Regulam discretione precipuam, sermone luculentam. Cujus si quis subtilius mores vitamque vult cognoscere, potest in eadem institutione Regule omnes Magisterii illius actus invenire: Quia sanctus vir nullo modo potuit aliter docere quam vivere. Quod sanctus Gregorius S. Benedicti* [L.4.c.80.] *Monachus fuerit, & juxta ejus Regulam in suo ad clivum Scauri Monasterio vixerit, Joannes Diaconus affirmat esse luce clarius, & prosequitur: Gregorius sui Monasterii Monachos Benedicti utique Regulis mancipatos in Saxoniam, idest Angliam, destinavit. Et infra: Quod Monachi, qui a Gregorio in Saxoniam missi Sancti Benedicti Regula fuerint mancipati, inter alia illud etiam ostendit, quod ex ipsius Discipulis vix potest in illis partibus Monachus* [Cap. 82.] *aliquis inveniri a quo non observetur tam in proposito quam in cultu Regula Benedicti. Omnem Anglicanum clerum esse Monasticum, & ipsas etiam Episcopales*

pales Ecclesias non a clericis, sed a cathedralibus Monachis regi jussit laudatus Gregorius; Jussis esse, uti est etiam num hodie Benedictinum. Ex hinc ad plonam Angliæ Synodum dixit Sanctus wilfridus Archiepiscopus Eboracensis, se primum fuisse, qui verum Pascha in Horthumbria, Scotis ejectis, docuerit, qui cantus Ecclesiasticos antiphonatim instituerit, qui SSmi Benedicti Regulam a Monachis observari jusserit. Sancti Benedicti Regulam quam S. Apostolus Augustinus Saxonibus dederat, Wilfridus traduxit ad Scotos. Extant hæc apud Guilliel-mum Malmesteriensem. Etiam a Jacobo Syro adversus Chalcedonensem Synodum circumscriptos Armenios ad rectam viam reduxit, & Romanos insuper ritus ipsis persuasit Gregorius, atque ita de eorumdem Patriarcha Nierse habet ipsorum Menologion: Nierses Lampronensis ex Græco vertit in Armenium Historiam S. Gregorii Papæ Romanorum, & Regulam Benedicti apud eosdem Romanos observatam. Relictis S. Basilii institutionibus, Nierses suis Monachis imposuit S. Benedicti Regulam, imitatus Gregorium, qui ipsam imposuerat Romanis. Hinc, & hujus historiam seu Dialogorum libros transtulit in Armenium. Quod nempe ista Regula cum suo auctore, & omnis Monastica vita ab hisce libris insigniter commendetur. Et hinc lucet primam horum librorum Græcam translationem non esse a Zacharia Pontifice, sed multo priorem. Quod interim laudatam Regulam omnibus Italiæ Monachis Gregorius imposuerit, non est ambigendum. Et ita omnino credidit secunda Synodus Duziacensis: Beati Benedicti Regula Sancto spiritu promulgata, & laudis auctoritate Beati Papæ Gregorii inter canonicas scripturas, & catholicorum Doctorum scripta est teneri decreta: Et fol. 34. Quin a S. Gregorii temporibus in Sicilia, Corsica, Sardinia, ac aliis Italiam respicientibus Insulis eadem Regula fuerit universalis, non est dubitandum. Isto enim tempore Corsica, & Sicilia respiciebant Urbem ac ejus Pontificem uti suam metropolim, atque metropolitam, ideoque non minus apud ipsas, quam in hac laudata Regula habuit plenum vigorem. Et varia S. Benedicti Monasteria Gregorius apud. Siculos extruxit, Sardinia semper habuit suam Ecclesiasticam Metropolim. Verum quomodo Gregorius dilectam Regulam, quam traduxit in alieni Patriarchatus Armeniam, in subditam suæ Diœcesi ac vicinissimam Provinciam non traduxisset? &c.

Fol. 366. (margin)

Jul. 17. (margin)

Fol. 7. col. 1. lin. 58. contigerat — contigeret.

Fol. 12. col. 1. lin. 16. Biaconus — Diaconus.

Fol. 14. col. 2. lin. 12. Deditibus, *adde* ejus.

Fol. 15. col. 2. lin. 27. Eo — *&*.

Fol. 18. col. 2. lin. 6. divitiis — vitiis.

Fol. 19. col. 2. lin. 5. Ethemperto — Erchemperto.

Fol. 22. col. 2. lin. 10. *post illa verba, & monachus efficitur, addatur*. In Annalibus Lambecianis secundum editis ab Eruditissimo Muratorio in Tom. 2. parte altera scriptorum Rerum Italicarum fol. 101. hęc leguntur: *XXVII. Anno DCCXLI. Incarnationis Dominicæ, post quem duo liberi ejus regnant, anno XXVII. Carlmannus cum Fratre Pippino regnavit annos VII. I. Carlmannus, & Pippinus Hunoldum res novas molientem opprimunt, & in ipso itinere Regnum inter se, quid quisque haberet dividunt. II. Per idem tempus rebellante Theotbaldo Carlmannus vastavit Alamanniam. III. Carlmannus, & Pippinus in Bajoariam exercitum ducunt adversus Huodilonem. IV. Carlmannus adversus Saxones dimicat, & castrum Onseburg cœpit &c. VII. Carlmannus Regnum temporale pro æterno Regno despiciens, fratri regnum derelinquit, & Romam ad limina Beatorum Apostolorum devotus pervenit, ibique tonsoratus, Religionis habitum suscepit, & in* * *Serapte monte Monasterium ædificavit, & non post multum in Monasterio S. Benedicti Monachus efficitur. Gripho Frater Pippini in Saxoniam aufugit. Pippinus, qui jam per annos VII. regnaverat, regnat postea annos XX. XIX. Stephanus PP. Romam revertitur. Carlomannus monachus in Franciam Fratrem visitare veniens, Vienna moritur.*

Folio 22. col. 2. lin. 32. post illa verba aliisque venit, addatur. Anonymus Salernitanus, qui centum, & amplius annis ante Leonem Ostiensem scripserat, idest anno 980., ut ostendit Camillus Peregrinius in Adnotationibus ad eumdem Anonymum fol. 165., & Muratorius infra citandus cap. 23. lib. 1. refert de Carolomanno eadem, quæ Leo, & in eodem capitulo subdit de eodem Carolo: *Dum venisset Monasterium quod prædiximus: quod est situm in Cassinum castrum, cum omni humilitate Abbati, qui tempore illo ipsi Ecclesiæ præerat, se subdidit, atque cum omni mansuetudine sepissime monachis exhibebat obsequium*. Tum cap. 1. eadem habet, quæ Anastasius Bibliothecarius in vita S. Zachariæ Pontificis pag. 190. Edit. Blanchini Typis Salvioni 1718.

Fol. 23. col. 1. lin. 28. post illa verba; Et Stephani III. addatur. Anonymus Salernitanus cap. 1., & 8.

Fol. 24. col. 1. lin. 22. post verba, Tomo 2., addatur. Anonymus Salernitanus cap. 27. scribit, Paulum Diaconum evasisse monachum Cassinatem post mortem Arichis Principis Beneventani, quem constat obiisse an. 787. En ejus verba: *Igitur Paulus, de quo superius mentionem fecimus, cum funus vidisset Principis Arichis, ejusque proles regnaret, præsentis vitæ relinquens gloriam, ad Beati Benedicti pergens nimirum cœnobium, ibidem Sanctæ Religionis indutus est habitum, atque spopondit usque ad suæ vitæ exitum omnimodo esse ibi mansurum. Dum vero per aliquot dies percurrentes illic moraretur, tantæ innocentiæ, tantæque humilitatis . . . . . . simulque silentium deferebat ultra humanum usum. Sed dum ab Abbate, simulque etiam a fratribus de tali re coerceretur, quod non esset bonum uti immoderato silentio, & secundum dicta Sanctorum Patrum valde nimirum videtur esse contrarium, ipse vero, ut erat sagax prorsus, atque strenuissimus deliquisse se respondebat, & simul ajebat. Inania verba multa quippe jam olim nimium locutus sum, juxtum est, ut nunc ab illicitis nimium me subtrahebam, dicente quippe Beato Papa Gregorio: qui non commisit*

* Soracte. Est autem Soracte mons Faliscorum in Hetruria apud Tiberim, de quo Horatius lib. 1. Carmin. Od. 9. canit. Vides ut alta stant nive candidum Soracte. In Adonis Viennensis Chron. corrupte nominatur Sarepta. Hæc Muratorius.

misit illicita, licitis utatur, & qui comisit illicita, ab illicitis subtrahat se. Proinde mi Pater, a licitis nimirum, qua mihi pracipis me subtrahere cupio. Ad hac ipse Abbas: sufficiant, qua Pater noster Benedictus in sua Regula edidit. Ipse vero talia audiens, a nexu, quo se districtius ligaverat, solvit, atque se nempe regulans, cum aliis fratribus quiescebat. Leo etiam Ostiensis lib. 1. cap. 15. habet: *Defuncto autem Arichis mox ad hoc monasterium ut supra diximus properavit, & factus monachus non parvo ibi tempore vixit.*

Fol. 24. *col.* 1. *lin.* 54. *post verba, Principum Langobardorum, addatur.* Defert id etiam Anonymus Salernitanus cap. 16. In quod clarissimus Muratorius pag. 185. plures non spernendas variantes lectiones affert pag. 185.

Fol. 24. *col.* 2. *lin.* 6. *post illa verba: Omnesq; deinceps eum secuti sint, addatur.* Doctissimus Mabillonius citato loco credit, memoratam Historiam compositam a Paulo fuisse jam monacho. Verum celebris Horatius Bianchi in notis ad cap. 3. lib. VI. ejusdem Historiæ habet: *nec satis constare puto, quod Mabillonius absolute asserit, Paulum nostrum postquam monachum induerat in Casino monte, hanc Langobardorum historiam scripsisse, quamquam vir doctissimus digna ingenio suo utatur conjectura &c. Accedit etiam vetustius aliorum ab Hilderico Abbate non obscurum argumentum in Epitaphio, quo magistri vitam, & memoriam celebravit: in eo legimus.*

Divino instinctu regalis protinus aula
Ob decus, & lumen Patriæ te sumpsit alendum:
Cum tua post Tiberidem populis, & Regibus altis
Tunc placida cunctis vita, studiumque maneret:
Omnia sophia cepisti culmina sacra
Rege monente pio Ratchis, penetrare decenter,
Plurima captasses digne cum dogmata: cujus
Resplendens cunctas, superis, ut Phœbus ab astris
Arctoas rutilo decorasti lumine gentes.

Quibus, ni mea me fallit sententia, Langobardorum historiam innuit. Hinc sequitur Pauli Monachatum describens. Hæc sint jam nimium fluvidi cum gloria sæcli &c. Resque in eo statu ab eodem gestas enumerat, ut in integra illius epitaphii lectione ante nostram editionem. Atque inde conjecerim ipso Rachisio Rege hortante scribenda historia primam manum admovisse, ut cum, in Casino monte fractis Langobard. rebus fortassis absolverit. Sed plura jam oneri essent.

Petrus M. Justinianus Episcopus Sagonæ in Apologia manuscripta, in qua ostendit nunquam e Cassino in Galliam translata fuisse corpora SS. Benedicti, & Scholasticæ, pluribus iisque validis argumentis probat, scriptam a Paulo Historiam de Gestis Langobardorum antequam monachum indueret, quam postea secundis curis examinaverit, correxeritve. Quare fatemur nos plus nimio præ concepta Mabillonio opinione abreptos ejus sententiæ adhæsisse fol. 18. §. 3., & forte aliis in locis.

Fol. 24. *col.* 1. *lin.* 4. *deleantur illa verba* — ut testatur Herchempertus.

Fol. 24. *col.* 1. *lin.* 15. *deleantur illa verba* Herchempertus, *& addatur* l. Anonymus Salernitanus cap. IX. lib. 1.

Folio 24. *col.* 1. *lin.* 28. calamo — ealamus.

Fol. 25. *col.* 2. *lin.* 51. *post illa verba.* Aliique non pauci, *addatur.* Memoratus Mabillonius citato Tomo 2. Annal. pag. 238., ut fabulosa traducit, quæ refert Leo Ostiensis lib. 1. Chron. cap. 15. de Pauli Diaconi manu mutilanda, eruendis oculis, atque exulatum misso in Insulam Diomedis, modo nuncupata Tremiti. Nihil tamen peccatum a Leone est, qui isthæc omnia, nostro quidem judicio haud prorsus fabulosa, ab Anonymo Salernitano sumpserit. En Anonymi verba. *Cap. IX. In prafati Desiderii temporibus floruit in Arte Grammatica Diaconus Paulus, qui fuit ortus ex Forojuliensis civitatis parentibus, secundum sæculi dignitatem non infimis; & ille precessus, atque carus ipsi Regi, & omnibus erat in tantum, ut ipse Rex in omni arcana verbo consiliarium eum haberet. Per idem tempus Pipini filius Carolus suam filiam sibi in matrimonio sociavit. Et aliam prafatus Rex habuit filiam, cui nomen* Adelperga, *fuit, quam nuctui tradidit* Arichi Beneventanorum Duci. *Sed de prædicto Paulo, unde fecimus mentionem, licet inculta sermone, aliquid de gestis ejus huic Historia intexere cupio. Et, ut prædictum est, ab omnibus erat dilectus, & merito proinde ei concessit gratia Christi, ut ab omnibus amaretur. Et quomodo homo eum exosum habere poterat, qui erat a Christo dilectus? Sed dum iniqua cupiditate Langobardi inter se consurgerent, quidam ex Proceribus Langobardis talem legationem mittunt* Carolo Francorum Regi, *quatenus veniret cum valida exercitu, & Regnum Italiæ sub sua ditione obtineret, asserentes, quia istum Desiderium tyrannum sub potestate ejus traderent vinctum, & opes multas cum variis indumentis, auro, argentoque intextis, in suum committerent dominium. Quod ille prædictus Rex Carolus cognoscens, cum Franciis, Alemannis, Burgundionibus, nec non, & Saxonibus, cum ingenti multitudine Italiam properavit. Postquam in Italiam* Rex Carolus *venit,* Rex Italiæ Desiderius, *a suis quippe, ut diximus fidelibus callide est ei traditus; quem ille vinctum suis militibus tradidit, & ferunt alii, ut lumine eum privasset. Atque ipse* Carolus Rex *firmatus est totus Italiæ. Solus* Dux Arichis *Benevento remansit, jussa ejus contemnens, pro eo quod capiti suo pretiosam deportaret coronam. Ut cognovit talia Rex Carolus, valde est iratus, atque nimirum per jusjurandum asseruit dicens:* Nisi sceptrum, quod in mea manu gesto Arichis percutiam pectus vivere nolo. *Ipse, de quo prediximus, Paulus bis denique Regi Carolo mortem molitus est pro sui Regis Desiderii fide. Cumque talia Regi Carolo relata a suis fidelibus fuissent, toleravit propter nimium amorem, quo eum diligebat. Sed dum tertio perpetrasset, talibus eum Rex alloquutus est verbis:* Dic mihi, *inquiens,* Diacone Paule, pro qua re bis terque nostræ reverentiæ mortem molitus es? *Ille, ut erat magna nimis audacia, ei responsum reddidit.* Fac quod facturus es, quia veritatem dico, & falsum ex ore meo nil profero. Fui quippe fidelis quondam Desiderii Regis, & ipsa fides apud nos hactenus manet. *Cumque in patulo, omnibus assistentibus Proceribus, talia protulisset verba cum jurgiis suis, præcepit militibus, qualiter eum sine mora privarent manibus. Sed dum ministri talia implere vellent, ipse piissimus Rex præ nimio amore, quo eum diligebat, & propter ejus sagacitatem alta trahens suspiria, hæc in voces erupit:* Heu proh dolor! *inquit,* quomodo manus ejus abscindimus, ubi tam elegantem scriptorem reperire valemus? *Assistentes denique, ut*

pra-

prædiximus, Proceres, nec non & Optimates, qui eum exosum habebant, propter quamdam, ut diximus, Desiderii Regis fidem, in hunc modum responsum dederunt: quia si hunc Diaconum, o Rex, illesum sinis abire, Regnum tuum stabilitum minime habebis. *At Rex talia depromit verba*: Mihi, *inquit*, dicite, quod exinde vobis comparet. *Et illi dolosa voce dixerunt*. Illico evellantur ejus oculi, ut nec cedulas, nec literas contra vestram Dignitatem, nec non contra vestrum Imperium hactenus peragat. *Cumque severitatem simul, & duritiam in suis militibus cerneret, sese valide perturbavit, cogitans, qualiter eum de dicta pœna liberaret, adjiciens*: Ubi tam industrissimum, atque præclarissimum Poetam, nec non & Historiographum invenire queamus? *Hiis dictis, optimates ejus siluerunt, & ipsius praeceptis missus est in exilium, ut illic cruciaretur: quod factum est: Dumque vinctus, ut diximus, in Insulam deveniret in exilium, dia illic nempe cruciatus est. Sed ipsum Paulum, veritatem, qua Christus est, amantem veritas ipsa per magnam suam potentiam mirabiliter liberavit. Nam quidam homo, qui sepissime ejus famulatui inerat, clam de dicta Insula eum expedivit, & eum eo Beneventum repedavit. Cumque nuntiatum esset Principi Arichiso, magno gaudio est repletus, eo quod a multis ante temporibus formam ejus cernere optaret. Atque ex ore ejus dulcia verba in arcano sui pectoris eum equitibus in ejus misit occursum. Cumque Beneventum introisset, super sellum ejus ipse piissimus Princeps ruens, flebat plane pra gaudio, & eum osculabatur. Ipse de quo jam diximus, Paulus ad quondam sui Domini filiam venit, atque uxorem prafati Principis* Adelpergam *nomine, de qua jam supradiximus, & humiliter subdidit adjicieas*: Sum fraudatus a genitore tuo piissimo, *non me fraudavit Dominus de suis natis: insuper, & ostendit mihi suam sublimissimam prolem. Ipsa Principissa piissima inter dicta verba dolenter flebat. Arichis de quo prædiximus, piissima inter dicta verba dolenter flebat. Arichis de quo prædiximus, piissimus Princeps.... & desinit ... ab ipso Arichis Principe acciperet*. Anonymus hic a Salerno erat, qua in urbe pluribus annis in Palatio Principis Arichis moratus fuerat Paulus Diaconus; quare optime, quæ Paulo acciderant, traditione accipere potuit. Nam ita comparati sumus, ut quæ magnorum virorum, quibuscum versati sumus, fors fuerit, diligenter percontari ac discere soleamus. Esto tamen fabulosa hæc sint, nulla tamen inde culpa accersenda Leoni, qui eo tempore scripserit, quo Anonymus sub Herchemperti nomine vulgabatur, ut ostendit Peregrinius pag. 149. & seqq. primæ partis Hist. Principum Langobardorum nu. 1., & 2. Cum præsertim uno eodemque codice continerentur Historiæ Pauli, Herchemperti, & hujus Anonymi, qui proinde codex aliquandiu sub Herchemperti nomine absolute veniret, ut demonstrat Nuceus nu. 461. 541. 550. 602. & alibi. Imo ipse doctissimus Mabillonius T. 2. Annal. pag. 238., quædam citati capitis IX. ex Anonymo verba laudat sub nomine Herchemperti in fusiori Historia Langobardorum; ac proinde subdit; *Non tamen parvipendenda Herkemperti hominis sub aqualis hoc in loco auctoritas*. Clarissimus etiam Muratorius in Præfatione ad Historiam de Gestis Langobardorum Pauli Diaconi, quædam ex memorato capite IX. citat sub nomine Herchemperti, & in Præfatione ad Anonymum Salernitanum habet: *Cardinalis Baronius in Annalibus ecclesiasticis, Gaspar Musca, & post eum Ferdinandus Ughellius in catalogo Salernitanorum Antistitum, immo, & ipse Leo Marsicanus Episcopus Ostiensis in Chronico Cassinensi, quibus historia hac non nota solum, sed in usu etiam fuit, eamdem sub nomine Herchemperti, sive Heremperti laudarunt. Non alia profecto ratione, nisi quia tam antiqui, tam recentes codices ipsius Herchemperti Historiam huic præfixam complectebantur, ibique nunc hic titulus occurrebat. Historia Heremperti viri illustris ex prosapia Principum Langobardorum: scilicet nulla subinde epigraphe addita subsequenti Historia Salernitani nostri, que tamen absque dubitatione alia est ab Herchempertina*. Tota hæc Muratori Præfatio dignissima lectu est. Unica Mabillonii ratio. qua fabulosa credit, quæ de Paulo diximus, ex præconcepta opinione oritur, qua Paulum Diaconum jam monachum Historiam suam scripsisse autumat. Sed hac in re vir eruditissimus fallitur, ut supradiximus.

Eadem quæ Anonymus, & Leo Ostiensis, refert de Paulo Diacono, Joannes monachus in Chronico S Vincentii in Vulturno, eumque vocat Notarium Regis Desiderii lib. 1. pag. 365. To. I. part. 2. scriptores Rerum Italicarum.

Fol. 26. lin. 15. post illa verba S. Mariæ apud Helvetios, *addatur*; at nunquam Leo Ostiensis somniavit commentarium in Regulam S. Benedicti ab Ildemaro vel alio scriptore editum, Paulo Diacono tribuere. En Leonis verba: *Rogatusque a prædicto Abbate vel Fratribus expositionem super Regulam S. Benedicti, valde utilissimam edidit. Ubi multa de veteri hujus loci consuetudine accessaria testatur*. In memorato commentario nihil prorsus de consuetudinibus cœnobii Cassinensis, ut idem testatur Nuceus in notis ad cap. 15. lib. 1. Chron. Cassinen. nom. 604. Neque vera credimus, quæ idem Nuceus Leoni tribuit, mentis præjudicia, quod ad idem commentarium; cum Leo rerum nostrarum scientissimus, ut ex toto ejus Chronico constat, præsertim lib. 1. cap. 12., adeo hac in re dormitasse censendum non est, nisi justa, ac gravia in medium proferantur rationum momenta. Videsis quæso, quæ citato loco Leo scribit, Theodemarum misisse in scriptis Carolo Magno: *Regulam, & Hymnos, qui tunc ex traditione Regale in hoc monasterio canebantur. Pondus quoque libra panis, & mensuram vini, nec non, & mensuram calicis, quod in mixto servitores debent accipere, & universam consuetudinem, qua in hoc loco tunc temporis habebatur*: legatur etiam cap. 32. ejusdem libri. Præterea fatetur Nuceus, in codice, de quo agitur a se integre, & attente lecto, nedum Cassinensis Monasterii municipales propriosque ritus nullos reperiri, sed ne Cassini quidem nomen uspiam memoratum. Non una certe, aut altera paginæ linea exarari poterant consuetudines Cassinenses. Qui ergo tanta mentis præcipitantia, aut præoccupatio in Leone confingi potest, ut ne lecto quidem codice, isthæc comminisceretur? Nec minus a vero abhorrent, quæ subdit Nuceus: *Et fortassis Leoni fucum fecit Joannes Abbas, vel alius*

alius quispiam, Leone anterior, qui commentarios illos Paulo inscripsit. Quod Ostiensis credere, quam examinare maluit. Certe perperam id factum. Cum vetustiori codici 353. nullus præfixus ab initio fuerit Auctoris titulus, ejusdem characteris: sed plane recentior. Indignum plane Leone est, codicem a se non lectum, solo titulo pendisse, cum præsertim Titulus in calce folii primi hujus codicis appositus, nempe: *Expositio Pauli Diaconi monachi Cassinensis, super regulam S. Benedicti*: vix a ducentis ab hinc annis sit exaratus. Quod cum non animadvertisset Marus in notis ad cap. 8. de viris illustribus Cassinensibus, commentarium illud Paulo Diacono tribuit. Fatemur tamen in alio manuscripto Bibliothecæ nostræ codice signato 352. qui idem commentarium continet extare fol. 1. colum. 2. hæc verba literis Langobardicis, quæ nostra quidem opinione coæva codici sunt: *Explicit Prologus, incipit expositio Pauli Diaconi, & Monachi S. Benedicti*. Quod tamen litem prorsus dirimit ac editum a Paulo Diacono in Regulam Sancti Benedicti commentarium forte tunc deperditum, aut in alicujus Bibliothecæ pluteis delitescens ostendit, est auctoritas Anonymi Salernitani, qui circa annum 980. vivebat, ut ostendit clarissimus Muratorius in Præfatione ad eumdem Anonymum To. 2. part. 2. Scriptores Rerum Italicarum. Habet itaque Anonymus cap. 28. fol. 194. *Sed dum valde fuisset oratus a Patre ipsius Monasterii, simulque, & a Fratribus in prædicta Regula, quidquid obscurius ibidem reperire potuit, mirabili relatione in patulo protulit, codicemque illum super Regulam appellare præcepit. Scripsit etenim, & nonnulla alia opuscula, sermone luculente, cumque diu illuc in S. conversatione moraretur, jam ætate maturus hujus vitæ cursum explevit, atque ibi in prædicta Monasterio, quod Aquinensium finibus situm est, ubi ipse Beatus Benedictus decubuit, digno tumulo est humatus, atque super ejus tumulum partim, quæ in hoc mundo gessit, partim de ejus prudentia, qua in tempore praduxisset de sacris literis exaratum invenimus. Fuit vir per omnia sagax, divinaque legis disertus, & apprime liberalibus disciplinis imbutus. Patriarcha Aquilegia civitatis fuit Diaconus. Ipsum Palatium, quod Princeps Arichis struxit in memorata Salernitana urbe, undique ipsum versibus illustravit.*

Fol. 27. *col.* 1. *lin.* 2. To, *lege*, Ter, *post verba nu. adde* 172.

Fol. 32. *colum.* 2. *lin.* 6. habeat, *adde*, & possideat.

Fol. 39. *col.* 2. *lin.* 61. *post verba*, poslete parte sanctæ Mariæ, *addatur*: *Hoc amote fecimus venire ante nos ipsum qui supra Benerosum Presbiterum, & de Domini timore diligenter eum monuimus, & interrogabimus eum, ut quod veraciter ille de prædictis Terris sciret hoc illud testificaret illud . . . . ipse vero extensa manu contra eodem Amatum, & testificando ei dixit Saocco Kelle Terre per Kelle fini que te bemostrai trenta anni le possette parte santa Maria.*

Fol. 40. *col.* 2. *lin.* 29. *post verba*, secundum legem, *addatur*; *Dimisistis, atque relaxastis mihi per compenientiam integra ipsa superius dicta pecia de messin ad possessionem meam, & de meis heredibus, unde tibi, nec ad successoribus tuis, nec ad pars suprascripti Monasterii, nec alii cuilibet nullam reserbasti nisi illud quod superius diximus herbam, & escam pabendum animalia de vestris hominibus, & de cortesanis vestris, & ligna inde incidendum, & me ad intrandum, & exiendum per eam omni tempore ad ipsum montem ipsis vestris hominibus, & cortesani vestri cum suis animalibus, ut superius legitur, pro quibus obligo me qui supra Atenolfus comes, & meos heredes tibi qui supra Joanni Presbyteri, & Præpositi, atque custodes, & ad successoribus tuis, & ad pars supradicti vestri Monasterii amodo, & semper defendere, & antestare vobis ipsum jam dictum montem per omnia, qua superius diximus &c.*

Fol. 40. *colum.* 2. *linea* 41. *ponatur in margine*. Ex autographo in Archivo.

Fol. 45. *colum.* 2. *lin.* 4. *post illa verba* Genealogia, *addatur*. Item eruimus Gisulphum fuisse comitem Theanensem.

Fol. 66. *colum.* 2. *lin.* 50., *dele* duorumque, & *lege* quatuorque. *In cit. fol. lis.* 53. 56., & 59. *dele* Radeschis, & *lege* Adelchis.

Fol. 65. *col.* 2. *lin.* 9. Tormianos, *lege* Formianos,

Fol. 70. *col.* 2. *lin.* 23. *post illa verba columna* 107. *addatur*. Fol. 1045. Tom. citat. asserit clarissimus Muratorius, scriptorem vitæ S. Athanasii Episcopi Neapolitani esse Petrum Diaconum, seu subdiaconum Neapolitanum, & non Petrum Diaconum Cassinensem, ac subdit: *Idoneum testem hac de re habemus Baronium, qui ejus vita frustula proferens, ubique scriptorem nominat Petrum Diaconum: Quod minime præstitisset vir a somniando alienus, nisi Vaticanus codex cui uni hanc vitam debemus, Authoris nomen pretulisset &c.* Quæ tamen eadem verba pro Petro Diacono Cassinensi faciunt. Nec enim Baronius ignorare poterat hujus vitæ scriptorem coævum fuisse. Certe sciebat Petrum Diaconum Auctorem fuisse libri IV. Chronici Cassinensis, quem ipse sæpe Tom. XII. Annal. citat., & vixisse sæculo XII. quemadmodum ejus Præceptor, qui Petrus etiam vocabatur. Quemadmodum itaque Petri nomen a codice Vaticano exscripsit, ita etiam an Petrus hic Cassinas Monachus fuerit, eruere debuit. Illud constat in codice nostro, in quo hæc vita reperitur, alia plura sanctorum Acta descripta esse, omnia a monachis Cassinatibus elucubrata. Fol. 1046. & seqq. refert commentarium prævium clariss. Viri Guillielmi Cuperi e societate Jesu, qui Acta Bollandiana prosequitur. Citat Cuperus doctissimum Antonium Caracciolum de sacris Ecclesiæ Neapolitanæ monumentis cap. 35. sect. 5. ubi habet: *Colitur hic sanctus Præsul, & alibi: Casini nempe, obiit, & unde brachio ibi relicto (quamvis id in actis translationis ejus non reperiatur) huc translatus est.* Fallitur tamen cum ait, S. Athanasium obiisse in Monasterio Cassinensi, ejusque brachium inter alias insignes Reliquias apud nos servari. Nam illud est Sancti Athanasii Alexandrini Ecclesiæ Doctoris. Ughellius in Appendice ad Tom. 2. Ital. Sacræ Edit. Romanæ an. 1647. col. 1025. & seqq., & Venetæ 1717. columna 538. exscribit vetus documentum ex codice cathedralis Cajetanæ a teste oculato exaratum, in quo refertur, quomodo in ea Cathedrali translatum fuerit caput S. Theodori militis. In eo autem documento hæc ad rem nostram leguntur:

Per

Per idem tempus prefatus magister Petrus Titnli S. Marcelli Venerabilis Presbyter Cardinalis in partibus Hierosolymitanis erat, qui vocatus ab Imperatore, qui Constantinopoli constitutus erat, ivit illuc, & ab eo, sicut decebat est reverenter susceptus, & quomodo civitas Constantinopolitana spoliata erat, & ecclesie violate, idem Imperator, sicut congruebat, de reliquiis, & rebus sacris eundem Cardinalem honoravit quas idem Cardinalis susceptas secum detulit in quadam navi, & Domino volente, a quo gressus hominum deriguntur, Cajetam pervenit. Qui siquidem, ut pote cautus, & circumspectus reliquias occultavit, & occulte illa ad civitatem nativitatis sue, Amalphiam videlicet, destinavit, & Romam ad summum Pontificem, sicut mos est Cardinalium properavit. Aliquanda vero transacto tempore Amalphiam venit, & qui erat tam genere, quam & morum nobilitate praclarus, statuit Amalphiam nobilitara, & civitatem sanctarum Reliquias decarare. Nam Surrentum de Reliquiis B. Jacobi Apostoli, Neapolim vero da aliorum sanctorum Reliquiis, ad Monasterium Cassinense Brachium sancti Athanasii, & Cajetam caput B. Theodori Martyris Christi in pixide argentea sicut hodie apparet, per Magistrum Clementem familiarem suum transmisit ab Incarnationa Domini MCCX. pridie Kal. Decembris, in Festa S. Andree Apostoli &c. Cum itaque Brachium istud ab Imperatore Constantinopolitano dono datum fuerit Petro Cardinali, haud probabile est fuisse illud S. Athanasii Neapolitani. Circa an. 1559. argenteæ thecæ inclusum fuit hoc Brachium a docto, & pio Abbate D. Angelo Sangrino, testibus Placido Petrucci in Annalibus ad eundem annum, & Honorato medico. In manu calamum apposuit, & in stipite brachii argentei in tribus angulis hasce Inscriptiones

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ.ΤΟΥ. ΜΕΓΑΛΟΥ. ΟΝ.ΩΣΠΕΡ. ΤΙΝΑ. ΣΤΗΛΗΝ.ΤΗΣ.ΤΕ. ΑΡΕΤΗΣ,ΑΛΗΘΕΙΑΣ.ΕΜΨΥΧΟΝ. ΚΑΙ.ΑΘΑΝΑΤΟΝ. ΚΑΤΕΣΤΗΣΕΝ. Ο.ΘΕΟΣ.ΕΝ. ΤΗ. ΑΥΤΟΥ. ΕΚΚΛΗΣΙΑ.

Nempe: Athanasii Magni, quem veluti columnam virtuti, & veritatis vivam, & immortalem constituit Deus in ipsius Ecclesia.

Athanasii Magni quo
Nihil doctins ad scribendum
Nihil constantins ad labores pro veritate ferendos
nihil prestantius ad hostes Ecclesie profligandos.
Qui veri vindex.
Superas qui cuncta ferendo
Quam vere Magnus
Diceris Athanasi.

Quæ quidem temere a docto, & pio Angelo apposita credi non debent. In Inventario Reliquiarum sacræve supellectilis sacrarii Cassinensis concinnato anno 1628. die 21. Decembris jussu Abbatis Simplicii Caffarelli a D. Archangelo Neapolitano ejusdem sacrarii Vicario, ejusque sociis sacerdotibus monachis Luca Senensi, & Isidoro Tranensi, ab iisdemque subscripto, hæc verba leguntur: *Un bracio destro antico di Argenta, can pie di rame triangolare indorato con tre cartelle di argento nelle facie, una con iscrizzione greca, ed in mano tiene una penna, dentro vi è un osso di un braccie di S. Atanasio Arcivescovo di Alessandria Greco, e Dottore, che compose il simbolo; Quicumque vult salvus esse &c. Pesa con la reliquia, e piede libre dieci, ed onze dieci fu pagato com' è detto di sopra. Fu portata in questa Monastera nel tempo di Papa Innocentio III.*

Optat etiam Cuperus scire quonam in loco obierit S. Athanasius Episcopus Neapolitanus. Nos certo credimus, id evenisse in territorio castelli Arcis duodecimo lapide a monasterio Casinensi, cujus ditionis tum erat ecclesia S. Quirici ibidem sita, ut videre est in privilegiis Desiderii Langobardorum, Caroli magni, & Ludovici Pii, exscriptis in Regesto Petri Diaconi fol. 43. 45., & 46. Hac transeundum est, cum a Verulis mons Casinas petitur; A Ceperano tribus milliariis distat ecclesia S. Quirici modo diruta, sed ejus rudera adhuc conspiciuntur, pluraque latifundia possidet, vulgo modo corrupte dicitur san Chirico. Credimus itaque, corpus S. Athanasii ad monasterium Casinense translatum fuisse, quod ibi vir sanctus obierit. Refert insuper Cuperus, se opera Dominici de Georgeo Neapolitani habuisse vitam hujus S. Athanasii exscriptam ex Regesto S. Placidi in archivo nostro asservato, ac subdit: *Sed cum Amanuensis non fuerit Langobardici characteris peritus ecgraphum hoc, alioqui nitidissime scriptum tot mendis refertum est, ut coactus fuerim &c.* Hoc apographum jussu meo exscriptum fuit a memorati codicis pag. 131., & seqq., quod attente diligenterque comparavi cum Autographo, in quo menda erant, de quibus Cuperus conqueritur, quæ ut codicem sincere exiberem, satius duxi, ut erant, intacta relinquere.

Pag. 46. col. 1. lin. 50. ut, *adde* hoc.

Fol. 50. col. 1. lin. 63. quibus, *lege* opibus.

Pag. 51. col. 2. lin. 14. Dei, de

Pag. 53. col. 1. lin. 26. nos, vos; col. 2. lin. 18. 8. S., & lin. ult. proclamationem, *adde* fecit.

Pag. 55. col. 2. lin. 16. *dele una vice* Robbertum.

Pag. 56. col. 1. lin. 10. dicitur, *adde* huic.

Lin. 11. utilitatis, humilitatis.

Col. 2. lin. 39. *dele omnia illa puncta*.

Linea 56. quare, quave.

Pag. 58. col. 1. lin. 12. & Cardenas, *adde*, quod est hujusmodi.

D. O. M.
Leonarda Vaira
Lateranensis ecclesie Rom. Vicario,
Episcopo Puteolano benemerentissima
Pastoralis muneris laudibus insigniter ornato,
Praclara. Sed senescente ad nos delato fama,
Ne immortalitate aliquis sua desit vita cineribus;
Hoc desine exempla posteris, pramia virenti,
Hunc ei.
Hunc Fratris episcopi tumulum
D. Franciscus Martinus da Leon, & Cardenas
Hispanus ex sacra Eremitarum Relig. D. Augustini
Episcopus Puteolanus, inter Papa Assistentes.
Ac regios consiliarios cooptatus.
Anno salutis humani generis
1634.

Pag. 59. col. 1. lin. 42. Bertherius, Bertharius.

Pag. 60. col. 2. lin. 55. Tom. II. *adde* pag. 144.

Pag. 61. col. 2. lin. 23. tacito, tacto.

Et lin. 48. S. Mariæ, *adde*, Sancti Martini. Natalis Domini, & Epiphaniæ. Oscitantia scriptoris desunt pag., & lin. cit. hæc alia verba præfati

codicis: *Octava Natalis Domini, octava epiphania, purificationis S. Maria, & sancta Scholastica, sanctorum Faustini, & Jovita, S. Germani, dedicatio S. Benedicti sursum, & dedicatio Dñi Salvatoris, & S. Maria deorsum. In istis omnibus festivitatibus, in vigilia non jejunatur, usque ad vesperum, nisi si evenerit sancta Scholastica, aut SS. Faustini, & Jovita, vel S. Matthia Apostoli in quinquagesima, aut in quadragesima. Quod si evenerit, sic agatur, sicut in aliis sacris jejunii diebus. Nam officia, & reliqua omnia de suprascriptis Festivitatibus, ita agantur quomodo diximus, sicut, & in dominico die. In sancti vero Gregorii, & S. Benedicti, & annunciacione S. Maria duodecim lectiones fiunt, & jenua in oracione Fratres non flectunt, sed jejunium usque ad vesperum observant, tamen post vesperas refectionem faciunt de cocto, & vino. In S. Stephani, & S. Johannis Evangelista, & in feria secunda, & in feria tertia post Pascha novem quidem lectiones faciunt, nam missa ita agitur, sicut in die Dominico. In istis omnibus suprascriptis festivitatibus semper ad matutinum,* Dominus regnavit *canitur, & genua non flectunt, & capitulum, & lectio ad feram non legunt. Nam in aliis omnibus sanctorum novem quidem lectiones faciunt, matutinum, & missa ita agitur, sicut in quotidianis diebus genua flectent, jejunium observent usque ad horam statutam;* Miserere mei Deus, *ad vesperas, & matutinum, & ad primam non canteut. Nam ceteris horis cantatur, prater si in Dominico die venerit, si contigerit, celebratur sicut Dominica. De divisione matutini, & nocturni, ita agitur. A Kalendis Novembris usque in vigiliam cœna Domini, sicut sanctus Benedictus pradictus pradestinavit. Prater in vigilia Natalis Domini, & in omnibus sanctorum, & dominicis diebus, quod minime licet dividere. A natali Domini usque Epiphaniam genua non flectunt.* Miserere mei Deus *in oracione publica ad nullum officium cantant, ut in octava Natalis Domini. Similiter a Pascha usque octavam Pentecostem; postea vero cantent. De refectorio autem omnia adimpleri debent, sicut sanctus Benedictus dicit sive astatis, sive hiemis, sive quatragesima, omnia secundum tempus suum. Prater quod consuetudo est, sive sursum, sive deorsum, ut non reficiant ad nonam usque dum vindemiaverint. Cum autem liberi a vindemia fuerint, incipiant statim ad nonam horam reficere, & post vesperas gustum manducant, & bibunt iterum, quod in regula non est scriptum, similiter, & in quinquagesima post refectionem secundum consuetudinem antequam lectio legatur tota hebdomada bibunt, quod nec istud in regula dicitur. Quando autem mandatum faciunt si Dominus abundantiam vini dederit semper bibunt; si autem exiguum fuerit, abstinebunt.*

Pag. 62. col. 2. lin. 36. Psalmis, Palmis.

Pag. 64. col. 1. lin. penult. locutus, locuturus

Pag. 66. col. 2. lin. 50. duorumque, quatuorque

Lin. 53. 56., & 59. Radelchis, Adelchis.

Pag. 67. col. 2. lin. 9. Tormianos, Formianos.

Lin. 24. IncarnationiDomini, Incarnationis Dominicæ.

Pag. 68. col. 2. lin. 33. S. Benedicti, *adde*: lib. III. cap. CCCXIII.

Pag. 69. col. 31 lin. 27. cap. pag.

Pag. 74. col. 1. lin. 28. a nos si, vos.

Lin. 63. continetur, *addo*, *qua terra has videtur habere fines &c.* (describuntur fines.)

Pag. 76. col. 1. lin. 2. Vossi, Rossi.

Col. 2. lin. 13. intcrfuistis, *adde*. *✠ Ego qui supra Roffo Judex*,

Et lin. 53. Gregori, Georgi.

Pag. 79. col. 2. lin. ult. XI. XIV.

Pag. 81. col. 2. lin. 27. firmavi, firmum.

Pag. 83. col. 2. lin. 59. dicationis, judicationis

Et lin. 61. Titmari, Tetmari

Pag. 84. col. 1. lin. 47. hæredibus, *adde*, vel.

Pag. 85. col. 2. lin. 52. proriis, propriis.

Pag. 86. col. 1, lin. 34. propelenta, propealenta.

Pag. 87. col. 1. lin. 49. 50. 51. grandiori charactere exarata esse debuerant, quæ ibi leguntur.

Pag. 88. col. 1. lin. 10. 11. 12. 13. 14. charectere italico edi debuerant, cum sint verba Leonis.

Lin. 43. X. XI.

Pag. 89. col. 2. lin. 43. Præcipimus, Præcepimus.

Pag. 90. col. 2. lin. 13. &, eo.

Pag. 91. col. 2. lin. 54. *dele* tum

Pag. 94. col. 2. lin. 28. matutinas laudes, *adde*, ad eum.

Et lin. 44. libello studui, *adde*, Quæ quidem de Joanne hic retulimus, ut Monachorum Cassinatium pium usum adnotaremus, quo si Divinum officium persemet recitare non valerent, saltem illud ab aliis recitatum audiebant.

Pag. 95. col. 2. lin. 21. Monasterium virorum, & cœnobium, Monasteria virorum, & cœnobia.

Pag. 97. col. 1. lin. 10. hæc scribit, *adde* lib. II. cap. XC.

Col. 2. lin. 24. coramque, *adde*, se.

Pag. 98. col. 1. lin. 24. Judic. Judice.

Lin. 29. facti, fati.

Lin. 40. quarumdamque, omniumque.

Et col. 2. lin. 10. cap. 11. cap. 16.

Pag. 99. col. 2. lin. 15. relicta, *adde*, in.

Pag. 101. col. 1. lin. 60. Gregorii, Georgi.

Pag. 102. col. 1. lin. 15. pag. 3. pag. 111.

Pag. 103. col. 2. lin. 31. provinciæ, provincias.

Et lin. 48. pereiderat, perdiderat.

Pag. 104. col. 2. lin. 34. receptrix, receptitia.

Pag. 107. col. 2. lin. 8. domno, domino.

Pag. 110. col. 2. lin. 36. culmiois, exculminis

Et lin. 44. furulum, Zurulum.

Pag. 112. col. 1. lin. 60. specula, *adde*, superna dispositione.

Et col. 2. linea 3. Monasterium, monasteriorum.

Pag. 113. col. 2. lin. 63. teoere, edere.

Pag. 114. col. 2. lin. 20. electionis, erectionis.

Et lin. 35. vetat, cavetur.

Pag. 119. col. 2. lin. 40. post verba illa, ipsius ecclesiæ &c. *adde*, Prior, & Casinates Monachi anno 1444. Præposituram S. Stephani commiserunt regendam Martino a Murone Monacho Casinati, atque in literis ex eorum Regesto pag. 55. at hæc leguntur. *Præfatam Præposituram S. Stephani cum ecclesiis, Cappellis, Membris, Granciis, Juribus &c. Inter dicta collatione insuper, quarumcumque ecclesiarum, cappellarum, & Granciarum dicta Præpositura subjectarum nobis &c. reservata &c. mandamus insuper omnibus, & singulis Monachis, conversis, oblatis, & subditis nostris, Parrocchianis, vassallis, laboratoribus, pensionariis, censuariis dicta Præpositura quatenus &c. pareant &c.*

Lin.

Lin. 62. christianæ, christiana.

Pag. 120. col. 1. lin. 14. beneditionis, benditionis.

Lin. 37. aut, aur.

Col. 2. lin. 27. filio, filio.

Post verba *complebi, & absolbi, adde*, Bonus Monasterii S. Stephani Abbas anno domini millesimo vigesimo secundo, Benedicti vero Papæ octavi anno undecimo, Indictione quinta suorum Monachorum consensu ecclesiam S. Agathæ cum ejus pertinentiis sitam intus civitatem Terracinæ loco dicto Pusterula concessit Damiano, & Petro Monachis Præsbyteris apposito censu ducentum anguillas persolvendi quolibet anno, nec non & onere quotidie in dicta ecclesia divina officia peragendi: quod totum sequens dat concessionis carta &c.

✠ *In nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi anno Deo propitio Pontificatus Domni Benedictus summo Pontifici, & universale Papa in sacratissima sede Beati Petri Apostoli, Indictione quinta. Mense Martie die vicesima octava. Quia incertum est me Domnus Bonus venerabilis Abbas de S. Stephano, qui cognominatur de Montanea, consentientem mihi cuncta congregatione de supradicto Monasterio, qui de S. Stephano Breve memoratorium facio Ego Domnus Bonus venerabilis Abbas ad vobis dom̃ Damiano venerabilis presbiter, & Monachus, & dom̃ Petrus venerabilis presbiter, & monachus vita nostra damus vobis una ecclesia, qua S. Agatha, cum casis, & cellis, & puteis, cum cripte, & parietineis suptus, & super cum inferiora, & superiora sua, & cum introitu, & exoita sua, & cum omnibus a se pertinentibus posita intus civitatem Terracina, in regione, quo pusterula. Nam ego, que sumus Bonus venerabilis Abbas, neque ego, neque meo subcessore, neque nulla magna, parvaque persona non aveat licentiam, & potestatem super ipsi ire, & de ipsa ecclesia ligetare valueri vita nostra, & nos Damianus, & Petrus contumus ipsa ecclesia, & ipse celle ad regendum, & gubernardum, & cotidiana Dei laudem ividem faibendum vita nostra, & damus nos pensionem omne quoquo anno ducentum anenguille ad ipse Monasterio, qui S. Stephano, & si nos de ipsa ecelesia, aut nostros subscessores corrubtione aut contraria facimus compositure simus auri obritio uncias tres adipsi Monachi, & nos suprascripti Damiano, & Petrus Presbyteri ad ovisum nostrum damus in ipsa ecclesia quatuor uncie, & post hobitum in suam remaneat potestatem hunc breve factum per manus Franco Ub., & Taveli. suprascripta civitate Tracinensi in mense, & indictione suprascripta quinta ✠ Ego bonus venerabilis Abbas confirmabit. ✠ Ego Dominico venerabiles presbiter confirmabit. ✠ Ego Benedictus venerabilis Presbiter, & Monachus confirmabit. ✠ Ego Johannes Monachus subscripsit. ✠ Tobaldo filio Boni de Gema um̃ testes. ✠ Gregori de Johannis Decusu umilis Testes. ✠ Petrus filio urso merolu o umilis testes. ✠ Marino de urso de Marino umilis testes. ✠ Johannes Fusce de Puzza um̃ testes. Ego Franco ub., & Tavellarius suprascripta civitate Terracinensi post intus subscribsit, complebit, & absolvit.*

Pag. 121. col. 1. lin. 8. concessum, *adde*, hoc.

Lin. 57. sacratissimo, sanctissimo.

col. 2. lin. 24. *dele*, sunt.

Lin. 25. Michaeli, Angeli.

Lin. 28. cum omnibus, *adde*, eorum,

Et lin. 36. possideat, disponatque, possideant, disponantque.

Pag. 124. col. 2. lin. 56. lib. 6. lib. 7.

Pag. 126. col. 2. lin. 11. Ludovico, *adde*. 11.

Pag. 127. col. 2. lin. 15. baccio, Bacco.

Lin. 41. Bosellus comes Petra, Borrellus comes de Petra.

Pag. 130. col. 2. lin. 17. superiora, *adde*, sua.

Pag. 131. col. 2. lin. 43. quæ, *adde*, est.

Lin. 44. deperit, de petra.

Pag. 132. col. 1. lin. 31. 60. me, *adde*, Domni.

Pag. 133. col. 1. lin. 21. ratione, *adde*, &

Col. 2. lin. 2. emptus, episcopus.

Lin 4. Tumaria, Tamarice.

Lin. 59. compell. componere.

Pag. 134. col. 1. lin. 6. 112. 212.

Et lin. 16. in gra, in gua.

Pag. 135. col. 1. lin. 56. est, *adde*, in.

Col. 2. lin. 12. placare, *adde*, suam.

Pag. 145. col. 1. lin. 18. Nerimanni, Herimanni.

Pag. 147. col. 2. lin. 32. invitatus, *adde*, nec.

Pag. 148. col. 1. lin. 16. Aimalfi, Amalfi.

Lin. 29. & 30. mucelam, Muccelam.

Pag. 150. col. 2. lin. 1. Gregorii, Georgii.

Lin. 25. potuit, poterit.

Pag. 152. col. 2. lin. 25. lumen, limen.

Lin. 51. vigorem, rigorem.

Pag. 156. col. 2. lin. 37. ecclesia, *adde*, &c.

Pag. 157. col. 2. lin. 9. anno, *adde*, 1146.

Pag. 158. col. 1. lin. 25. post verba illa injunxit &c. *adde*, sequentes epistolas Alexii Imperatoris Constantinopolitani ad Oderisium Abbatem ex Regesto Petri Diaconi fol. 67., & 67. a t. nu. 146. 147., & 148. vid.

Quanta Imperio nostro scripsistis venerabilissime, ac sapientissime serve Dei Abbas cœnobii Cassinensis didici. Declarabat autem vestra epistola honorem, atque laudem imperii mei, & omnipotentis quidem, atque misericordis Dei nostri est in me, & in subjectis nostris propiciacio maxima; & beneficia ejus innumerabilia, & ipse quidem per ejus misericordiam honoravit imperium meum, atque exaltavit gratis. Ego autem non solum qui nil boni habeo in me, sed maxime quia super omnes homines pecco ad eum quotidie ut longanimis, atque misericors miseretur, atque sustinet mea infirmitate. Vos autem ut boni, atque virtute pleni judicatis me peccatorem sicut bonum, & vos quidem habetis proficuum adeo imperium meum cum laudatur dignum laudis opus non habens in condempnacionem suam laudes possidet, ut autem adjutorium prabeatis ferte rogo exercitui francorum designabat vestre prudentissime apices sit inde certa vestra venerabilis sanctitas quoniam ita dispositum fuit super eos imperium meum, & ita omnibus modis adjuvabit atque consiliabit eos, & secundum posse suum cooperatum est in eis non ut amicus, vel cognitus, sed ut Pater, & tale expendium fecit in eis, quem non potest aliquis numerare. Et nisi imperium meum ita apertum fuisset in eis, & adjuvasset eos post dominum, quis alter adjutorium prebuisset eis, & neque iterum piget imperium meum auxilium dare eis, & gracia Dei bene prosperantur usque hodie in servicio quo inceperunt, & in antea prosperabuntur, quonsque bona intencio precedit eos multitude ex equitibus, atque pedestribus luit ad eterna

tabernacula horum alii interempti alii mortui sunt beati quidem sunt, ut in bona intencione finem mortis dantes, propterea minimo oportet nos illos habere, ut mortuos, sed ut vivos, & in vitam eternam, atque incorruptibilem transmigratos in exemplum vestre fidei, atque bona dispositionis circa vestrum Monasterium imperii mei misit unum epiloricum de dorso suo oxii deauratum. Missa est mense Junio indictione sexta a sanctissima urbe Constantinopoli.

Et ab omnibus qui de ipsis partibus veniunt nobilibus, ac virilissimis comitibus, atque ducibus, immo, & ab ipsis honorandis præsulibus certificatum est imperium meum serve Dei propinque prudentissime, ac sapientissimo Abbas de Monte Casino de vestris maximis virtutibus. Et qualiter semper indesinenter opus habes operari omnia qua Deo aceeptabilia sunt, & non solum vester labor talis est, sed disciplina, atque ammoniciones vestra circa omnes tales sunt acceptabiles Deo, & homines illuminantes, & quamvis minime te specialiter aspexit imperium meum, & satiatum est de vestris sanctis orationibus, sed ita dispositum est circa vestram venerabilitatem, quasi nos propriis oculis apexisses quotidie, & loqueretur vobiscum indifinite. Et volo quatenus ad memoriam ejus veniam cum vestras sanctas, atque venerabiles orationes funditis ad Deum, & per vestras honorabiles literas sapius scribite nobis declarantes de vestris actibus, & de his qui sub vobis sunt atque de ipsis partibus, De his autem qua de Peregrinis dicendum est qualiter Deus prospere se habuit circa nos, & circa illos usque ad presens, novit imperium meum, quod audistis a plurimis. Audiens autem apercius, & ab istis nunciis nostris. Missa est mense Augusto indictione quinta a sanctissima urbe Constantinopoli.

Quæ per præsentes nuncios vestros missa sunt litera vestra allata sunt imperio meo honorantissime Abbas cœnobii S. Benedicti de monte Casino, & perlecta sunt ei, & ea, qua continebant scripta intellexi, & dilexi circa eum vestram bonam dispositionem, quoniam dum non vidissetis imperium meum, summopere oratis pro eo viscera habentes circa eum, & in hoc aspicitur vestra virtus, qua extat in vobis, quoniam, & pacem pracepto Dei observatis, quum Imperium meum, quem nunquam vidistis, taliter ex intimo cordis diligitis, & oratis, quantomagis in illis, quos vidistis, atque cognoscitis, pacem proximi observatis. Imperium mecum debebat in hac præsenti æstate descendere apud Durachium ad videndum comites, qui in Langobardia sunt, & pactum ponere cum eis de his, qua scripserunt Imperio meo, atque mandavere, ipsi vero, atque Romani, sed accidit Imperio meo infirmitas maxima, idcirco prolungatum est actum tempus, & ad præsens dimisit descendere apud Durachium. Si dederit Deus incolumitatem imperio meo, ibit in alio tempore in principio æstatis Domino prosperante. Sed tamen vos orate imperio meo, & Deus dispensabit quod proficuum est imperio meo, ac vobis omnibus. Missa sunt vobis causa memoria ab imperio meo libra octo solidorum michalatorum, & pallium triacontasimum super altare vestra ecclesia. Missa est mense Junio Indictione quinta a Constantinopoli.

Pag. 161. col. 1. lin. 3. sæculum, secundum.

Lin. 10. post illa verba commendabant, *adde*, de aliis Indulgentiis plenariis concessis a Victore II. pugnantibus adversus Saracenos, & ab Urbano II. militibus ad Domini sepulchrum recuperandum pergentibus agemus infra.

Pag. 163. col. 1. lin. 26. quippe, quique.

Lin. 30. contra, castra.

Et col. 2. lin. 33. 35. & 42. Paldulfi, Pandulphi.

Pag. 164. col. 2. lin. 9. atque, verum.

Pag. 165. col. 2. lin. 9. *dele*, &c.

Pag. 166. col. 1. lin. 11. pag. cap.

Et col. 2. lin. penult. MCCCXXI. *lege*, MCDXXI.

Pag. 167. col. 2. lin. ult. ipsius, istius.

Pag. 168. col. 1. lin. 16. tum, cum.

Pag. 170. col. 1. lin. 45. oratione, ortatione.

Pag. 173. col. 1. lin. penult. Anagnini, Signini.

Et col. 2. lin. 39. & 40. domum, domum.

Pag. 175. col. 1. lin. 40. audire me, *adde*, Explicit Prologus.

Pag. 176. col. 1. lin. 52. affivit, affuit.

Pag. 178. col. 2. lin. 12. purum, piorum.

Pag. 181. col. 2. lin. 31. devenerunt, advenerunt.

Pag. 183. col. 2. lin. 1. 1616. 1716.

Pag. 184. col. 2. lin. 51. post verba illa, mihi plane incompertum, *adde*, Jo: Tritemium cap. LXXXVI. lib. II. de viris Illustribus ord. S. Benedicti adscribere nostro Alphano præfatos tres Tractatus hisce verbis; *Alphanus monachus Cassinen., & archiepiscopus Salernitanus, philosophus, & rhetor sui temporis celeberrimus, in sacris quoque scripturis magnifice doctus, scripsit ingenii sui nonnulla profunda opuscula, de quibus extant subjecta: de quatuor humoribus humani corporis lib. I. de unione corporis, & anima lib. I. de unione verbi, & carnis lib. I. Alia, qua scripsit, invenire non potui;*

Pag. 185. col. 2. lin. 7. pati, parti.

Pag. 186. col. 2. lin. 29. cass. *addatur*, cap.

Pag. 187. col. 1. lin. 4. post verba *Cassinensi habentur*, *adde*, laudatum Tritemium de vit. Ill. ord. S. Bened. lib. II. cap. LXX. hæc de præfato Constantino scribere: *Constantinus monachus Cassinensis vir in secularibus literis eruditissimus, medicus & Philosophus insignis, Graco, latino, & arabico ad plenum imbutus eloquio: cujus praclara opuscula, usque in hodiernum diem apud medicos magna auctoritatis sunt: multa scripsit, multa de Graco, & arabico in latinum transtulit &c. Ego enim de omnibus, qua scripsit, pauca vidi, scilicet de Dietis universalibus libros quinque, de dietis particularibus libros tres, de ponderibus librum unum &c. in Prafatione illius libri, quem de urinis ex arabico transtulit, se monachum Cassinensis cœnobii fuisse fatetur; & alibi plures.*

Pag. 187. col. 1. lin. 19. redditus, *adde*, est.

Pag. 188. col. 1. lin. 56. iade, inde.

Col. 2. lin. 50. ait Petrus, *addatur*, lib. cit. cap. 35.

Pag. 190. col. 2. lin. 42. utique, ubique.

Lin. 60. priucipum, principium.

Pag. 191. col. 1. lin. 60. *dele verbum*, suis.

Pag. 193. col. 2. lin. 55. versus, reversus.

Pag. 195. col. 1. lin. 12. in *adde*, ejus.

Pag. 196. col. 1. lin. 59. ab, ad.

Pag. 197. col. 1. lin. 41. comitatum, comiatum.

Lin. 59. amore, timore.

Col. 2. lin. 25. ad, aut;

Lin. 39. sancti, suprascriptæ.

Pag. 199. col. 2. lin. 36. Idem, Item.

Lin. ult. Giso, *adde*, Ecclesiæ.

Pag.

Pag. 201. col. 2, lin. 44. Decrevimus, decernimus.

Pag. 202. col. 2. in subscriptione Judicum & Testium desunt, locum ✠ Signi.

Pag. 204. col. 2. lin. 57. gloriamur, *adde*, quorum.

Lin. 58. Gregorium, Georgium.

Pag. 205. col. 2. lin. 6. quondam, quidam.

Lin. 52. dele illa punta.

Pag. 206. col. 2. lin. 42. monachus, *adde*, &c.

Lin. 54. Bochæ, Rocchaæ.

Pag. 207. col. 1. lin: penult. loco, laco.

Pag. 208. col. 1. lin. 12. Trini, *adde*, & per ipsum flumen Trinii.

Col. 2. lin. 33. fuæ, tuæ.

Et lin. 45. civitatis, eimiterii.

Pag. 210. col. 2. lin. 38. & 39. canonici Triventini, eanonicorum Triventinorum.

Pag. 211. col. 1. lin. 50. Alphanus, Alphonsus.

Pag. 212. col. 1. lin. 4. Investientes, *adde*, te.

Pag. 212. col. 2. lin. 11. Generalis, *addo*, Guiglielmi.

Lin. 34. *dele*. Marco Papa, *& repone lin.* 37. *apud verbum* Petro de Annessa.

Lin. 49. Loffredus, Luffus.

Et lin. 63. sibi, tibi.

Bag. 213. col. 1. lin. 41. civitate Venafer, *addo*, declaro.

Col. 2. lin. 15. ordine, *adde*, & ratione.

Pag. 215. col. 2. lin. 57. Adelferi, *adde*, comes filius qm. bonæ memoriæ Adelferi.

Pag. 216. col. 1. lin. 5. substancia, *adde*, sua.

Pag. 217. col. 2. lin. 36. Decembris, *adde*, 1695.

Pag. 219. col. 2. lin. 1. Resti, viesti.

Pag. 221. col. 2. lin. 8. scavioti, scaviosi.

Lin. 20. incerto, in certo.

Pag. 222. col. 1. lin. 38. centesimo, trecentesimo.

Lin. 64. & 65. &. &c.

Col. 2. lin. 9. omnium, *adde*, &c.

Pag. 223. col. 2. lin. 39. 42., & 44. &. &c.

Pag. 225. col. 2. lin. 44. vobis, nobis.

Pag. 226. col. 2. lin. penult. digneris, *adde*, in.

Pag. 229. col. 1. lin. 18. Corpenone, Carpenone.

Et col. 2. lin. 15. veza, vera.

Pag. 232. col. 2. *post illa verba*, quæ alibi recensuimus, *addatur*. In supra enarrata S. Aldemarii vita mentio fit Monasterii, quod sanctus idem ope comitis Tresidii in Bluccanico ædificavit. Hic autem comes prædicto monasterio Abbatem præfecit Aldemarium, & dotem constituit. Utque lector hujus Monasterii fundationem atque bona in dotem ipsi concessa melius possit noscere, operæ pretium nos facturos censemus, si quæ in nostro Archivo hujuscemodi rerum existunt monumenta, proferamus, quod quidem lectori ipsi non fore ingratum spes est. ✠ *In Dei nomine ab incarnatione Domini nostri Jhesu Christi anni sunt millen. . . . . quarte, & dies mense Madius per Ind. II. Ideoque Ego comes Trosidio declaro enim qualiter cum quadam die propter egritudinem tacitus jaceret in lectulo, cogitare cepit intra memetipsum qualiter in peccatis conceptus sum, & natus, & qualiter ab infunzia mea dies noctuque per horis, atque momentis innumerabilia peccata commisi, & qualiter in illo terribili juditio de omnia facta mea vel cogitatum Deo rationem redditurus sum, & recipiet unusquisque secundum operu sua, & quomodo justi, & electi Dei cum Dño gloriabuntur, & impii, & peccatores in illu pavonda perpetua pœna cum Diabolo damnubuntur, & subito respexit me Divina pietas, & compunctus est cor meum, cum tremore, & extuatione cerdis cepit antie consilium querere ab episcopis, & sacerdotes, & religiosi viri qualiter innumerabiliu peccata mea redimere potuissem, ut iru æterni juditii evadere potuissem, & accepi consilium ub eit excepto si soculo renuntiare potuissem nullus alius melius inter eleomosinarum virtutum qñ si de proprus rebus, & sustantis meis Monasterium construxisse, & ibidem cetum Monachorum famulantium Deo coadunassem, qui ibidem secundum regulam beati Bonedicti laudes Deo resultent, & vota persolvant, & pro animabus nostris incessanter exorent, & subito Deo concedente invenimus locum in comitatu Theatino in locus qui vocatur Bocchanico, & ibi eum construere Ecclesiam in honorem Dei, & beata Maria Virginis, & traddimus in eu in manus Aldemari, Presbiter, & Monachus, & inde Abbas constituimus, & concessimus ad locis ipsius necessaria supplementum, Christique servorum illuc undecumque advenientium, seu adventantium perenne subsidium, de propriis nostru hereditate que mihi ad nostrum est quesitum obb. ibidem in ipso tenimento bocchanico in loco qui dicitur selva Donica, que est terru in uno se tenentes pro mensuru modiorum octuagintu &c. describuntur finos cum aqua sua, & cum locis molendinis, & cum quantis iu antea potest edificare, & insuper cursum aqua, & cum omnia, & in omnibus ipsi propriis rebus infra se finis infra se vel super se habentes in integrum, & sic concedo ege comes Trisidio in ipsa jam dictu ecclesia, & ibidem Monasterio perenniter mansurus confirmamus, & tibi Presbytero Aldemarius Abbas do ipso Monasterio beatu Maria, & insuper do tibi unam petiam de terru mea in ipso vocabulo de ipso plano de post sancta Maria pedo &c. describuntur fines, & est ulie potie de terra moa in ipsa plaja da sole que vocatur coda pendola &c. describuntur fines, & est alia petia de terra meu in uno loco se tenentes in locum qui vocatur Fontecelle que est per mensuram modiorum triginta &c. describuntur finet, & inveoimus in comitatum nostrum in locum qui vocatur Fara, & est ecclesia S. Eufemiæ, & sancti Felicis cantime cum medietate Faru, & cum suis pertinentiis, & est in alio locum in comitutum nostrum, qui vocatur sanctum Angelum in trisinio cum duabus ecclesiis, & cum medietate castello in Trisinio, & est in alio locum, qui vocatur castello de Bairo, & est in pertinentiis suis tres ecclesiis, qua vocatur sancta maria, qua sita est in ipso castello, & sancto Laurentio, & sancto Angelo in Varulo cum totis pertinentiis suis, & sic trado, & concedo & in in castello Bucchanico est duabus ecclesiis, qua vocatur sancto Marcello, & S. Silvestro: sine jussione episcopit sic trado, & concedo Ego comes Tresidio id tibi Aldemarius Abbas meus cœnobii Ecclesia sancta Maria Virginis sic ordinavimus pro unima de Genitore meo, & do Genitrice mea, & pro anima Groffredi germano meo, & pro unima meu predicto Tresidio, ut nobis Dominus noster Jhesus Christus veniam retribuere dignetur, & ad suam sanctam gratiam revocetur, ut cum venerie die illa futuri Juditii mercede a Dño uccipere mereamur. In ea videlicet ratione ordinavimus quomodo Dominus Liuprandus res in suo capitulo affixit, ut si quilibet Longobardus*

dedi, & tradidi, tenendi, fruendi, & possidendi, & ad die obitu Dlecte uxori mea pradic. mea parte cum ipsum suum Morgincap resta, & ipso monasterio pro anima mea, & pro anima suprascripti Grimoaldi Presbiteri, & Monachi Thyomes, & de pradicta Delecta uxor mea. Et si jam dicta uxore mea hac omnia suprascripta non observaverit, & pradicto lectulo meo non custodierit, & alio viro sibi copulaverit vadu cum ipsum suum Morgincapli ubi voluerit, & inclita pradicta mea parte deveniat in potestate Domni Clinu Abb., & in suprascripto Monasterio, sancti Petri avendum, & possidendum, & quisquid voluerit faciendum per utilitate suprascripti Monasterio, quia sic placuit mihi, & in tali pratestu tradicio ipsa fecimus, & compenimus ante suprascripto Judex, & ec omnia suprascripta sana mente, & bona voluntate feci, quem tibi Marini Diaconi, & Not. scribere omnia per ordine locavimus in actu de suprascripta civitas. † Ego qui supra Donnello Judex.

Pag. 271. col. 1. lin. 45. cappandum, zappandum.

Lin. 64. loco ipsius, *adde*, spallæ.

Col. 2. lin. 41. Jure, Juve.

Lin. 43. S. Martini, S. Marini.

Pag. 272. col. 2. lin. 45. & 54. Galeso, Taleso.

Pag. 273. col. 1. lin. 3. erant, autem.

Et col. 2. lin. 15. tertio, septimo.

Pag. 274. col. 1. lin. penult. de Avellana, de Avenella.

Et col. 2. lin. 1. Mactrari, Mactrato.

Pag. 275. col. 1. lin. 18. Datum ex, *adde*, Sancto.

Lin. 21. Abbas, *adde*, Cassinensis.

Pag. 276. col. 1. lin. 51. Nimini, Dimini.

Pag. 277. col. 2. lin. 31. omnibus, *adde*, nostris.

Lin. penult. excerto, excepto.

Pag. 278. col. 1. lin. 14. Ego Alferi filio Ardoino, *adde*, Quia in Diplomatibus Ducum Robberti, ac Gullielmi ejus nepotis fit mentio de ecclesia S. Thomæ Trojanæ civitatis, ideo hic referimus donationem factam præfatæ ecclesiæ. ✠ *In nomine Domini anni millesimo sexagesimo octabo ab Incarnacione Domini nostri Jesu Christi, & undecimo anno Regni Domno Rubberto santissimo comes, Dux Italia Calabria, & Sicilia mense Aprilis, sexta Indictione. Ego Presbyter Ado, sed quodam Daniele Cleric. qui sum abitator in civitate Trojam, & compulsus sum Dei omnipotentis misericordia, & cogitavi die mortis mea, ut quid prodest homini; si totum mundum lucretur, anima ejus detrimentum patiatur, & propterea dicit, mensura qua mensi fueritis, remencietur vobis. Pro itaque res pro inspiracione Dei, & pro mercedis anima mea, & de parentum eorum, ut apud altissimo Domino requiem inveniamus. Congruum mihi est propria persona mea, & omnia, & in omnibus meis mobilibus, & immobilibus qualiter mihi pertinet, & habeo offerre, & tradere in Ecclesia sancti Thoma Apostoli, qua dedicata est intus sibi Troja, & qua esse videtur de Domno Fortunõ Abbas ex Monasterio sancti Nicandri, & Marciani. Quapropter ego qui supra Prasbyter Ado dum mihi congruum, & adtum esse videtur bona, & omni mea voluntase ante Johanne Judice filio Luponi Presbyteri, & subscriptos testes. Per hanc enim offercionis cartulam offero, & trado per consensu Johanne filio Gemati clerici advocatori meo propria persona mea, & omnia, & in omnibus meis mobilibus, & immobilibus quicquid modo habeo, & cunctis diebus vita mea pararo, seu conquirere potuero in jam dicta ecclesia sanctis Thoma Apostoli, & pro vice ejusdem ecclesia in manu me recepisti tu pradicto Domno Fortunato Abbas, ut cunctis diebus vita mea cum omnia, & in omnibus meis, quod modo habeo, seu aquirere potuero, sciamus in proprietatem, & possessionem jam dicta ecclesia absque contrarietate, meoque Presbyteri Adi, & de quacumque meos heredes, & sine omnibus cujusque requisicionibus, quod si aliquando tempore ego qui supra Presbyter Ado vel meos heredes ex propria persona, meoque Presbyteri Adi seu de omnibus meis offersionibus mobilibus, & immobilibus velut prelegitur tecum pradicto Domno Abbas, vel cum tuis posterioribus, & Rectoribus jam dicta ecclesia sancti Thoma causare, vel contendere quesierimus pro quocumque tempore per ingenio malo, seu humana stacia volendum exinde aliquid tollere, vel amminuare a jam dicta ecclesia, ejusque Rectoribus, aut propria persona mea excutere, vel exire voluero de pradicta ecclesia, ut alibi vadam ad permanendum absque vestra Domini Abbati voluntati, & de tuis successoribus obligo me quod Presbyter Ado per consensu supradicto meo Advocatori, & pro guadia, qua tibi Domno Abbas dedit mihi posui eodem pradicto Johanne advocatori meo filii Gemmati ad pignerandum illum, & suos heredes sicuti se facere obligavit, ut primis omnes questio, & causacio apue vos . . . & tacita fians, & quadraginta solidi ex auro boni vobis componere debeamus. Es hanc nostra offersionis, velut pralegitur omni tempore firmam, & stabilem. . . . pradicta Ecclesia, ejusque Rectoribus prater tantum usque dum vivus fuero, ego pradicto Ado Prasbyter de nostrum mobilem, quod habeo, & conquirere potuero diebus vita mea debeo exinde mergere, & vestire, & calciare, post meumque obbitum omnia fiat de jam dicta ecclesia ejusq; Rectoribus sicut pralegitur. Quam te Johanne Notarie Franconique fili taliter scribere rogavimus. In civitate Troja feliciter. † Ego qui supra Joanne Judex.*

Et col. 2. lin. 45. quam &, quam ei.

Pag. 279. col. 1. lin. 14. &, ex.

Col. 2. lin. 9. quæstio, questio.

Lin. 21. Anno Domini, In nomine Domini.

Lin. 34. orditinaone, ordinatione.

Et lin. 58. pertinet, pertinere.

Pag. 280. col. 2. lin. 31. Testibus, *adde*, Testes:

Pag. 283. col. 1. lin. 5. vidit, videlicet.

Lin. 59. sera dedeli, serra de li.

Col. 2. lin. 9. Desiderio Abbati, *adde*, atque successotibus tuis pro necessitate suprascriptæ Ecclesiæ S. Eustasii.

Lin. 17. supradictæ, sanctæ.

Pag. 284. col. 2. lin. 54. aire tam, airetam.

Pag. 285. col. 1. lin. 17. Rameri, Raineri.

Lin. 43. Episcopus, *adde*, subscripsi.

Pag. 286. col. 2. lin. 25. &, ac.

Et lin. 44. archiepiscopum, archiepiscopatum.

Pag. 287. col. 1. lin. 40. &, ut.

Col. 2. lin. 6. Episcopus, *adde*, subscripsi.

Et lin. 52. eos, eorum.

Pag. 288. col. 1. lin. 32. spritus, spiritus.

Lin. 39. capromanica, de caprognanica.

Lin. 50. & 55. Inñardis, Juvardis.

Lin. 61. Bonomus, Bonominus.

Col.

Col. 2. lin. 33. & 34. constitutum, institutum.
Pag. 289. col. 2. lin. 1. *dele illa verba*, *idem Petrus*.
Pag. 290. col. 2. lin. 27. induximus, indulsimus.
Pag. 293. col. 1. lin. 9. erat, *adde*, 999.
Lin. 33. fergilibus, fergili.
Col. 2. lin. 2. pergit, descendit.
Lin. 7. vitri, *adde*, & qualiter vadit per serra de jamdicto monte de vitri.
Lin. 44. exire, *adde*, & relinquere vestra voluntate ipsum locum volueritis, habeatis licenciam exinde exire.
Pag. 294. col. 1. lin. 51. sec, sed.
Pag. 295. col. 1. lin. 6. 1300, 1312.
Lin. 14. Monachorum, Monachum.
Lin. 63. distincte, districtius.
Pag. 296. col. 1. lin. 57. quovis, quavis.
Col. 2. lin. 22. Donatusm, Donatum.
Lin. 60. Monasterium, Monasteriorum.
Pag. 297. col. 1. lin. 13. nec; *adde*, non,
Lin. 14. ut, videlicet.
Col. 2. lin. 5. XXIV., XXIX.
Lin. 31. cardinalibus, *adde*, ad.
Pag. 298. col. 1. lin. 14. prodierat, *adde*, ipse,
Lin. 62. habentes, haberent.
Col. 2. lin. 59. Birasi, Dirasi.
Pag. 299. col. 1. lin. 13. vicacia, vicaria.
Pag. 301. lin. 40. Epis. *adde*, subscripsi.
Col. 1. lin. penult. sancti, tituli.
Col. 2. lin. 43. & 46. Sancti, tituli.
Pag. 302. col. 2. lin. 5. 37, 36.
Pag. 304. col. 1. lin. 34. cupit, capit.
Col. 2. lin. 55. reducceretur, traduceretur.
Pag. 307. col. 2. lin. 40. Gariliano, *adde*, &c.
Lin. 42. &c, ex.
Pag. 308. col. 1. lin. 44. offernimus, offeruimus.
Col. 2. lin. 3. tum, cum.
Lin. 47. Judice, Judicibus.
Pag. 309. col. 2. lin. 64. Gualfrid, *adde*, singuli ad singulos, & tangendo ipsa Evangelia dicendo.
Pag. 310. col. 1. lin. 29. illa verba *Notanda*, usque, *ad appellantur* debent poni pag. 311. col. 1. lin. 39.
Pag. 312. col. 1. lin. 51. regerit, fregerit.
Col. 2. lin. 50. succefforibus, *adde*, ob.
Pag. 313. col. 1. lin. 5. unitum, munitum.
Lin. 27. pag. 183. nu. 483., pag. 187. n. 433.
Col. 2. lin. 49. lib. 4. cap. 6., lib. 3. cap. 61.
Lin. 58. & 64. Johel, Joannes.
Lin. 62. Christi, *adde*, sunt.
Et lin. pen. filius, filias.
Pag. 314. col. 1. lin. 4. & S. Johel, Joanni,
Lin. 30. *dele in potestate*. E ad, at.
Lin. 38. ecclesiarum, *adde*, quam.
Lin. 41. & 43. Ecclesiarum, Ecclesiæ.
Lin. 61. & 62. dicti, vestri.
Col. 2. lin. 11. confessionis, concessionis.
Lin. 20. 30. & 36. Johel, Johannis.
Pag. 315. col. 2. lin. 2. exierint, *adde*, similiter.
Pag. 316. col. 2. lin. 38. Tarsemundi, Trasemundi.
Lin. 64. sanguitanum, sanguiranum.
Pag. 317. col. 1. lin. 5. Barungi, varungi.
Col. 2. lin. 22. delet, debet.
Lin. 64. hominibus, *adde*, Dominus,
Pag. 318. col. 1. lin. 30. altero, alto,
Col. 2. lin. 52. 1120., 1220.
Pag. 319. col. 2. lin. 16. per, pro.
Lin. 19. quæ, *adde*, est.
Pag. 320. col. 2. lin. 28. &, *adde*, in.
Pag. 321. col. 2. lin. 26. Ferramille, ferramile.
Pag. 322. col. 1. lin. 6. nothat, nothar.
Col. 2. lin. 61. anni, *adde*, mille.
Pag. 324. col. 1. lin. 21. Bocchæ, Rocchæ.
Lin. 42. quiest, *adde*, de.
Pag. 325. col. 2. lin. 10. reprosimus, repromisimus.
Pag. 326. col. 2. lin. 3. medietate, *adde*, de.
Et lin. 10. abentes, *adde*, in.
Pag. 327. col. 2. lin. 47. & 48. Tineas, Tincas.
Lin. 58. victualbum, vicualbum.
Pag. 328. col. 2. lin. 18. millesimus, duodecimus.
Lin. pen. 60., bonæ.
Pag. 331. col. 1. lin. 13. 1123. *adde*, ad.
Col. 2. lin. 8. XX., XVII.
Lin. 38. &, san.
Lin. 54. Barvetano, Barretano.
Pag. 332. col. 1. lin. 46. colia, Flia.
Lin. 52. Ascalano, Asculano.
Pag. 333. col. 1. verba linearum 19. & 20. ita disponenda erant ut circulum efformarent, & verbum Benevalete monogrammice ponendum erat.
Col. 2. lin. 16. quorumque, quocumque.
Pag. 334. col. 1. lin. 58. seu, sed.
Col. 2. lin. 25. judicium, judicem.
Lin. 28. & 29. harum linearum verba ita disponenda erant, ut circulum efformarent, & verbum Benevalete monogrammice erat ponendum.
Pag. 335. col. 1. lin. 38. mirabilis, *adde*, est,
Col. 2. lin. 9. Rarrejo, Barreo.
Lin. 26. Frunto, Trunto.
Lin. 39. coruli, curuli.
Lin. 42. Baruco, Bavuco.
Pag. 338. col. 2. lin. 13. Alariano, Alarino.
Et lin. 33. cannuca, cannuccio.
Pag. 339. col. 1. lin. 54. quam &, *adde*, in.
Pag. 340. col. 1. lin. 1. distructe, districte.
Lin. 58. jure, juste.
Col. 2. lin. 30. Eustasii, Eustachii.
Pag. 341. col. 1. lin. 4. S. Mariæ, *adde*, in sala.
Lin. 33. vitecasum, vitecosum.
Lin. 44. territorio, *adde*, Trojano.
Pag. 342. col. 1. lin. 28. & 29. harum linearum verba ita erant disponenda ut circulum exhiberent, & verbum Benevalete monogrammice erat ponendum.
Pag. 343. col. 1. lin. 15. virorum, vivorum.
Lin. 25. opportune, *adde*, importune.
Lin. 52. sanctorum, *adde*, prædecessorum.
Col. 2. lin. 41. post verba illa pag. 238. & 485. *adde*, Epistolam Alexii Imperatoris ad Gerardum Abbatem, ex Reg. Petri Diaconi fol. 69. nu. 154. tenoris &c. *Notum est sancto imperio nostro venerabili, & laudabili Domno Abbas Montis Casini ea quod sit repletus multa benignitate, & omnes fratres congregationis tuæ etiam omnes laici veniunt ad consilium tuum, & ad bonitatem tuam, & gratias Deo, qui in istis malis diebus invenitur tantam bonitatem in te, & laudabiles inveniuntur in te omnes, qui voluntatem Dei faciunt, & in vestris partibus inveniuntur homines intellectuales, qui sunt in adjutorio animæ, & corporis auditum est nostro Imperio,*

quod

misit illicita, licitis utatur, & qui commisit illicita, ab illicitis subtrahat se. Proinde mi Pater, a licitis nimirum, quæ mihi præcipis me subtrahere cupio. Ad hæc ipse Abbas: sufficiant, quæ Pater noster Benedictus in sua Regula edidit. Ipse vero talia audiens, a nexu, quo se districtius ligaverat, solvit, atque se nempe regulans, cum aliis fratribus quiescebat. Leo etiam Ostiensis lib. 1. cap. 15. habet: *Defuncto autem Arichis mox ad hoc monasterium ut supra diximus properavit, & factus monachus non pauco ibi tempore vixit.*

Fol. 24. *col.* 1. *lin.* 54. *post verba, Principum Langobardorum, addatur.* Desert id etiam Anonymus Salernitanus cap. 16. in quod clarissimus Muratorius pag. 185. plures non spernendas variantes lectiones affert pag. 185.

Fol. 24. *col.* 2. *lin.* 6. *post illa verba: Omnesq; deinceps eum sectati sint, addatur.* Doctissimus Mabillonius citato loco credit, memoratam Historiam compositam a Paulo fuisse jam monacho. Verum celebris Horatius Bianchi in notis ad cap. 3. lib. VI. ejusdem Historiæ habet: *nec satis constare puto, quod Mabillonius absolute asseruit, Paulum nostrum postquam monachum induerat in Casino monte, hanc Langobardorum historiam scripsisse, quamquam vir doctissimus digna ingenio suo utatur conjectura &c. Accedit etiam vetustius alterum ab Hilderico Abbate non obscurum argumentum in Epitaphio, quo magistri vitam, & memoriam celebravit: in eo legimus.*

Divino instinctu regalis protinus aula
Ob decus, & lumen Patriæ te sumpsit alendum:
Cum tua post Tibridem populis, & Regibus altis
Tunc placida cunctis vita, studiumque maneret:
Omnia sophiæ cepisti culmina sacra
Rege monente pio Ratchis, penetrare decenter,
Plurima captasset digne cum dogmata: cujus
Resplendens cunctas, superis, ut Phœbus ab astris
Arctoas rutilo decorasti lumine gentes.

Quibus, ni mea me fallit sententia, Langobardorum historiam innuit. Hinc sequitur Pauli Monachatum describens. Hæc sint jam nimium fluvidi cum gloria sæcli &c. Resque in eo statu ab eodem gestas enumerat, ut in integra illius epitaphii lectione ante nostram editionem. Atque inde conjecerim ipso Rachisio Rege hortante scribenda historiæ primam manu admovisse, ut cum, in Casino monte fractis Langobard. rebus fortassis absolverit. Sed plura jam oneri essent.

Petrus M. Justinianus Episcopus Sagonæ in Apologia manuscripta, in qua ostendit nunquam e Cassino in Galliam translata fuisse corpora SS. Benedicti, & Scholasticæ, pluribus iisque validis argumentis probat, scriptam a Paulo Historiam de Gestis Langobardorum antequam monachum indueret, quam postea secundis curis examinaverit, correxeritve. Quare fatemur nos plus nimio præconcepta Mabillonio opinione abreptos ejus sententiæ adhæsisse fol. 18. §. 3., & forte aliis in locis.

Fol. 24. *col.* 1. *lin.* 4. *deleantur illa verba* — ut testatur Herchempertus.

Fol. 24. *col.* 1. *lin.* 15. *deleantur illa verba* Herchempertus, *& addatur* l. Anonymus Salernitanus cap. IX. lib. 1.

Folio 24. *col.* 1. *lin.* 28. calamo — calamus.

Fol. 25. *col.* 2. *lin.* 51. *post illa verba.* Aliique non pauci, *addatur.* Memoratus Mabillonius citato Tomo 2. Annal. pag. 238., ut fabulosa traducit, quæ refert Leo Ostiensis lib. 1. Chron. cap. 15. de Pauli Diaconi manu mutilanda, eruendis oculis, atque exulatum misso in Insulam Diomedis, modo nuncupata Tremiti. Nihil tamen peccatum a Leone est, qui isthæc omnia, nostro quidem judicio haud prorsus fabulosa, ab Anonymo Salernitano sumpserit. En Anonymi verba. *Cap. IX. In præfati Desiderii temporibus floruit in Arte Grammatica Diaconus Paulus, qui fuit ortus ex Forojuliensis civitatis parentibus, secundum sæculi dignitatem non infimis; & illo præcelsus, atque carus ipsi Regi, & omnibus erat in tantum, ut ipse Rex in omni arcano verbo consiliarium eum haberet. Per idem tempus Pipini filius Carolus suam filiam sibi in matrimonio sociavit. Et aliam præfatus Rex habuit filiam, cui nomen* Adelperga, *fuit, quam nuctui tradidit* Arichi Beneventanorum Duci. *Sed de prædicto* Paulo, *unde fecimus mentionem, licet inculto sermone, aliquid de gestis ejus huic Historiæ intexere cupio. Et, ut prædictum est, ab omnibus erat dilectus, & merito proinde ei concessit gratia Christi, ut ab omnibus amaretur. Et quomodo homo eum exosum habere poterat, qui erat a Christo dilectus? Sed dum iniqua cupiditate Langobardi inter se consurgerent, quidam ex Proceribus Langobardis talem legationem mittunt* Carolo Francorum Regi, *quatenus veniret cum valido exercitu, & Regnum Italiæ sub sua ditione obtineret, asserentes, quia istum Desiderium tyrannum sub potestate ejus traderent vinctum, & opes multas cum variis indumentis, auro, argentoque intextis, in suum committerent dominium. Quod ille prædictus Rex Carolus cognoscens, cum Franciis, Alemannis, Burgundionibus, nec non, & Saxonibus, cum ingenti multitudine Italiam properavit. Postquam in Italiam* Rex Carolus *venit,* Rex Italiæ Desiderius, *a suis quippe, ut diximus fidelibus callide est ei traditus; quem ille vinctum suis militibus tradidit, & ferunt alii, ut lumine eum privasset. Atque ipse* Carolus Rex *firmatus est totus Italiæ. Solus* Dux Arichis *Benevento remansit, jussa ejus contemnens, pro eo quod capiti suo pretiosam deportaret coronam. Ut cognovit talia Rex Carolus, valde est iratus, atque nimirum per jusjurandum asseruit dicens:* Nisi sceptrum, quod in mea manu gesto Arichis percutiam pectus vivere nolo. *Ipse, de quo prediximus, Paulus bis denique Regi Carolo mortem molitus est pro sui Regis Desiderii fide. Cumque talia Regi Carolo relata a suis fidelibus fuissent, toleravit propter nimium amorem, quo eum diligebat. Sed dum tertio perpetrasset, talibus eum Rex allocutus est verbis:* Dic mihi, *inquiens,* Diacone Paule, pro qua rebis terque nostræ reverentiæ mortem molitus es? *Ille, ut erat magna nimis audacia, ei responsum reddidit.* Fac quod facturus es, quia veritatem dico, & falsum ex ore meo nil profero. Fui quippe fidelis quondam Desiderii Regis, & ipsa fides apud nos hactenus manet. *Cumque in patulo, omnibus assistentibus Proceribus, talia protulisset verba cum jurgiis suis, præcepit militibus, qualiter eum sine mora privarent manibus. Sed dum ministri talia implere vellent, ipse piissimus Rex præ nimio amore, quo eum diligebat, & propter ejus sagacitatem alta trahens suspiria, has in voces erupit:* Heu proh dolor! *inquit,* quomodo manus ejus abscindimus, ubi tam elegantem scriptorem reperire valemus? *Assistentes denique, ut*

præ-

prædiximus, Proceres, nec non & Optimates, qui eum exosam habebant, propter quamdam, ut diximus, Desiderii Regis fidem, in hunc modum responsum dederunt: quia si hunc Diaconum, o Rex, illesum finis abire, Regnum tuum stabilitum minime habebis. *At Rex salsa depromit verba:* Mihi, *inquit*, dicite, quod exinde vobis comparet. *Et illi dolosa voce dixerunt.* Illico evellantur ejus oculi, ut nec cedulas, nec literas contra vestram Dignitatem, nec non contra vestrum Imperium hactenus peragat. *Cumque severitatem simul, & duritiam in suis militibus cerneret, sese valde perturbavit, cogitans, qualiter eum de dicta pœna liberaret, adjiciens:* Ubi tam industrissimum, atque præclarissimum Poetam, nec non & Historiographum invenire queamus? *Hiis dictis, optimates ejus siluerunt, & ipsius præceptis missus est in exilium, ut illic cruciaretur: quod factum est: Dumque vinctus, ut diximus, in Insulam deveniret in exilium, diu illic nempe cruciatus est. Sed ipsum Paulum, veritatem, quæ Christus est, amantem veritas ipsa per magnam suam potentiam mirabiliter liberavit. Nam quidam homo, qui sepissime ejus famulatui inerat, clam de dicta Insula eum expediit, & cum eo Beneventum repedavit, Cumque nuntiatum esset Principi Arichiso, magno gaudio est repletus, eo quod a multis ante temporibus formam ejus cernere optaret. Atque ex ore ejus dulcia verba in arcano sui pectoris cum equitibus in ejus misit occursum. Cumque Beneventum introisset, super collum ejus ipse piissimus Princeps rueas, flebat plane præ gaudio, & eum osculabatur. Ipse de quo jam diximus, Paulus ad quondam sui Domini filiam venit, atque uxorem præfati Principis A*delpergam *nomine, de qua jam supradiximus, & humiliter subdidit adjiciens:* Sum *fraudatus a genitore tuo piissimo, non me fraudavit Dominus de suis natis: insuper, & ostendit mihi suam sublimissimam prolem. Ipsa Principissa piissima inter dicta verba dolenter flebat. Arichis de quo prædiximus, piissima inter dicta verba dolenter flebat. Arichis de quo prædiximus, piissimus Princeps . . . . & definit . . . ab ipso Arichis Principe acciperet.* Anonymus hic a Salerno erat, qua in urbe pluribus annis in Palatio Principis Arichis moratus fuerat Paulus Diaconus; quare optime, quæ Paulo acciderant, traditione accipere potuit. Nam ita comparati sumus, ut quæ magnorum virorum, quibuscum versati sumus, fors fuerit, diligenter percontari ac discere soleamus. Esto tamen fabulosa hæc sint, nulla tamen inde culpa accersenda Leoni, qui eo tempore scripserit, quo Anonymus sub Herchemperti nomine vulgabatur, ut ostendit Peregrinius pag. 149. & seqq. primæ partis Hist. Principum Langobardorum nu. 1., & 2. Cum præsertim uno eodemque codice continerentur Historiæ Pauli, Herchemperti, & hujus Anonymi, qui proinde codex aliquandiu sub Herchemperti nomine absolute veniret, ut demonstrat Nuceus nu. 461. 541. 550. 602. & alibi. Imo ipse doctissimus Mabillonius T. 2. Annal. pag. 238., quædam citati capitis IX. ex Anonymo verba laudat sub nomine Herchemperti in fusiori Historia Langobardorum; ac proinde subdit: *Non tamen parvipendenda Herkemperti hominis sub æqualis hoc in loco auctoritas.* Clarissimus etiam Muratorius in Præfatione ad Historiam de Gestis Langobardorum Pauli Diaconi, quædam ex memorato capite IX. citat sub nomine Herchemperti, & in Præfatione ad Anonymum Salernitanum habet: *Cardinalis Baronius in Annalibus ecclesiasticis, Gaspar Musca, & post eum Ferdinandus Ughellius in catalogo Salernitanorum Antistitum, immo, & ipse Leo Marsicanus Episcopus Ostiensis in Chronico Cassinensi, quibus historia hæc non nota solum, sed in usu etiam fuit, eamdem sub nomine Herchemperti, sive Heremperti laudarunt. Non alia profecto ratione, nisi quia tum antiqui, tum recentes codices ipsius Herchemperti Historiam huic præfixam complectebantur, ibique unus hic titulus occurrebat. Historia Heremperti viri illustris ex prosapia Principum Langobardorum: scilicet nulla subinde epigraphe addita subsequenti Historiæ Salernitani nostri, quæ tamen absque dubitatione alia est ab Herchempertina.* Tota hæc Muratori Præfatio dignissima lectu est. Unica Mabillonii ratio, qua fabulosa credit, quæ de Paulo diximus, ex præconcepta opinione oritur, qua Paulum Diaconum jam monachum Historiam suam scripsisse autumat. Sed hac in re vir eruditissimus fallitur, ut supradiximus.

Eadem quæ Anonymus, & Leo Ostiensis, refert de Paulo Diacono, Joannes monachus in Chronico S Vincentii in Vulturno, eumque vocat Notarium Regis Desiderii lib. 1. pag. 365. To. I. part. 2. scriptores Rerum Italicarum.

Fol. 26. lin. 15. post illa verba S. Mariæ apud Helvetios, *addatur;* at nunquam Leo Ostiensis somniavit commentarium in Regulam S. Benedicti ab Ildemaro vel alio scriptore editum, Paulo Diacono tribuere. En Leonis verba: *Rogatusque a prædicto Abbate vel Fratribus expositionem super Regulam S. Benedicti, valde utilissimam edidit. Ubi multa de veteri hujus loci consuetudine necessaria testatur.* In memorato commentario nihil prorsus de consuetudinibus cœnobii Cassinensis, ut idem testatur Nuceus in notis ad cap. 15. lib. 1. Chron. Cassinen. num. 604. Neque vera credimus, quæ idem Nuceus Leoni tribuit, mentis præjudicia, quod ad idem commentarium; cum Leo rerum nostrarum scientissimus, ut ex toto ejus Chronico constat, præsertim lib. 1. cap. 12., adeo hac in re dormitasse censendum non est, nisi justa, ac gravia in medium proferantur rationum momenta. Videsis quæso, quæ citato loco Leo scribit, Theodemarum misisse in scriptis Carolo Magno: *Regulam, & Hymnos, qui tunc ex traditione Regulæ in hoc monasterio canebantur. Pondus quoque libræ panis, & mensuram vini, nec non, & mensuram calicis, quod in mixto servitores debent accipere, & universam consuetudinem, quæ in hoc loco tunc temporis habebatur:* legatur etiam cap. 32. ejusdem libri. Præterea fatetur Nuceus, in codice, de quo agitur a se integre, & attente lecto, nedum Cassinensis Monasterii municipales propriosque ritus nullos reperiri, sed ne Cassini quidem nomen uspiam memoratum. Non una certe, aut altera paginæ linea exarari poterant consuetudines Cassinenses. Qui ergo tanta mentis præcipitantia, aut præoccupatio in Leone confingi potest, ut ne lecto quidem codice, isthæc comminisceretur? Nec minus a vero abhorrent, quæ subdit Nuceus: *Et fortassis Leoni fucum fecit Joannes Abbas, vel*

alius

alius quispiam, Leone anterior, qui commentarios illos Paulo inscripsis. Quod Ostiensis credere, quam examinare maluit. Certe perperam id factum. Cum vetustiori codici 353. nullus præfixus ab initio fuerit Auctoris titulus, ejusdem characteris: sed plane recentior. Indignum plane Leone est, codicem a se non lectum, solo titulo pendisse, cum præsertim Titulus in calce folii primi hujus codicis oppositus, nempe: *Expositio Pauli Diaconi monachi Cassinensis, super regulam S. Benedicti*: vix a ducentis ab hinc annis sit exaratus. Quod cum non animadvertisset Marus in notis ad cap. 8. de viris illustribus Cassinensibus, commentarium illud Paulo Diacono tribuit. Fatemur tamen in alio manuscriptu Bibliothecæ nostræ codice signato 352. qui idem commentarium continet extare fol. 2. colum. 2. hæc verba literis Langobardicis, quæ nostra quidem opinione coæva codici sunt: *Explicit Prologus, incipit expositio Pauli Diaconi, & Monachi S. Benedicti*. Quod tamen litem prorsus dirimit ac editum a Paulo Diacono in Regulam Sancti Benedicti commentarium forte tunc deperditum, aut in alicujus Bibliothecæ pluteis delitescens ostendit, est auctoritas Anonymi Salernitani, qui circa annum 980. vivebat, ut ostendit clarissimus Muratorius in Præfatione ad eumdem Anonymum To. 2. part. 2. Scriptores Rerum Italicarum. Habet itaque Anonymus cap. 28. fol. 194. *Sed dum valde fuisset oratus a Patre ipsius Monasterii, simulque, & a Fratribus in prædicta Regula, quidquid obscurius ibidem reperire potuis, mirabili relatione in patulo protulit, codicemque illum super Regulam appellare præcepit. Scripsit etenim, & nonnulla alia opuscula, sermone luculento, cumque diu illuc in S. conversatione moraretur, jam ætate maturus hujus vitæ cursum explevit, atque ibi in prædicto Monasterio, quod Aquinensium finibus situm est, ubi ipse Beatus Benedictus decubuit, digno tumulo est humatus, atque super ejus tumulum partim, quæ in hoc mundo gessit, partim de ejus prudentia, qua in tempore produxisset de sacris literis exaratum invenimus. Fuit vir per omnia sagax, divinaque legis disertus, & apprime liberalibus disciplinis imbutus. Patriarchæ Aquilegiæ civitatis fuit Diaconus. Ipsum Palatium, quod Princeps Ariehis struxit in memorata Salernitana urbe, undique ipsum versibus illustravit.*

Fol. 27. col. 1. lin. 2. To, *lege*, Ter, *post verba nu. adde 172.*

Fol. 32. colum. 2. lin. 6. habeat, *adde*, & possideat.

Fol. 39. col. 2. lin. 61. post verba, poslete parte sanctæ Mariæ, *addatur: Hoc amoto fecimus venire ante nos ipsum qui supra Benerosum Presbiterum, & de Domini timore diligenter eum monuimus, & interrogabimus eum, ut quod veraciter ille de prædictis Terris sciret hoc illud testificaret illud . . . . . . , ipse vero extensa manu contra eodem Amatum, & testificando ei dixit Sao cco Kelle Terre per Kelle fini que te bemostrai trenta anni le possette parte sancta Maria.*

Fol. 40. col. 2. lin. 29. post verba, secundum legem, *addatur; Dimisistis, atque relaxastis mihi per compenientiam integra ipsa superius dicta pecia de messin ad possessionem meam, & de meis heredibus, unde tibi, nec ad successoribus tuis, nec ad pars suprascripti Monasterii, nec alii cuilibet nullam reserbasti nisi illud quod superius diximus herbam, & escam pabendum animalia de vestris hominibus, & de corsesanis vestris; & ligna inde incidendum, & me ad intrandum, & exiendum per eam omni tempore ad ipsum montem ipsis vestris hominibus, & cortesani vestri cum suis animalibus, ut superius legitur, pro quibus obligo me qui supra Atenolfus comes, & meos heredes tibi qui supra Joanni Presbyteri, & Præpositi, atque custodes, & ad successoribus tuis, & ad pars supradicti vestri Monasterii amodo, & semper defendere, & antestare vobis ipsum jam dictum montem per omnia, quæ superius diximus &c.*

Fol. 40. colum. 2. linea 41. ponatur in margine, Ex autographo in Archivo.

Fol. 45. colum. 2. lin. 4. post illa verba Genealogia, *addatur*. Item eruimus Gisulphum fuisse comitem Theanensem.

Fol. 66. colum. 2. lin. 50., dele duorumque, & *lege* quatuorque. *In cit. fol. lin. 53. 56., & 59. dele* Radeschis, & *lege* Adelchis.

Fol. 65. col. 2. lin. 9. Tormianos, *lege* Formianos,

Fol. 70. col. 2. lin. 23. post illa verba columna 1071 *addatur*. Fol. 1045. Tom. citat. asserit clarissimus Muratorius, scriptorem vitæ S. Athanasii Episcopi Neapolitani esse Petrum Diaconum, seu subdiaconum Neapolitanum, & non Petrum Diaconum Cassinensem, ac subdit: *Idoneum testem hac de re habemus Baronium, qui ejus vitæ frustula proferens, ubique scriptorem nominat Petrum Diaconum; Quod minime præstitisset vir a somniando alienus, nisi Vaticanus codex cui uni hanc vitam debemus, Authoris nomen pretulisset &c.* Quæ tamen eadem verba pro Petro Diacono Cassinensi faciunt. Nec enim Baronius ignorare poterat hujus vitæ scriptorem coævum fuisse. Certe sciebat Petrum Diaconum Auctorem fuisse libri IV. Chronici Cassinensis, quem ipse sæpe Tom. XII. Annal. citat., & vixisse sæculo XII. quemadmodum ejus Præceptor, qui Petrus etiam vocabatur. Quemadmodum itaque Petri nomen a codice Vaticano exscripsit, ita etiam an Petrus hic Cassinas Monachus fuerit, eruere debuit. Illud constat in codice nostro, in quo hæc vita reperitur, alia plura sanctorum Acta descripta esse, omnia a monachis Cassinatibus elucubrata. Fol. 1046. & seqq. refert commentarium prævium claris. Viri Guillielmi Cuperi e societate Jesu, qui Acta Bollandiana prosequitur. Citat Cuperus doctissimum Antonium Caracciolum de sacris Ecclesiæ Neapolitanæ monumentis cap. 35. sect. 5. ubi habet: *Colitur hic sanctus Præsul, & alibi: Casini nempe, obiit, & unde brachio ibi relicto (quamvis id in actis translationis ejus non reperiatur) huc translatus est.* Fallitur tamen cum ait, S. Athanasium obiisse in Monasterio Cassinensi, ejusque brachium inter alias insignes Reliquias apud nos servari. Nam illud est Sancti Athanasii Alexandrini Ecclesiæ Doctoris. Ughellius in Appendice ad Tom. 2. Ital. Sacræ Edit. Romanæ an. 1647. col. 1025. & seqq., & Venetæ 1717. columna 538. exscribit vetus documentum ex codice cathedralis Cajetanæ a teste oculato exaratum, in quo refertur, quomodo in ea Cathedrali translatum fuerit caput S. Theodori militis. In eo autem ducumento hæc ad rem nostram leguntur:

Per

Per idem tempus prefatus magister Petrus Tituli S. Marcelli Venerabilis Presbyter Cardinalis in partibus Hierosolymitanis erat, qui vocatus ab Imperatore, qui Constantinopoli constitutus erat, ivit illuc, & ab eo, sicut decebat est reverenter susceptus, & quomodo civitas Constantinopolitana spoliata erat, & ecclesie violate, idem Imperator, sicut congruebat, de reliquiis, & rebus sacris eundem Cardinalem honoravit quas idem Cardinalis susceptas secum detulit in quadam navi, & Domino volente, a quo gressus hominum deriguntur, Cajetam pervenit. Qui siquidem, ut pote cautus, & circumspectus reliquias occultavit, & occulte illa ad civitatem nativitatis sue, Amalphiam videlicet, destinavit, & Romam ad summum Pontificem, sicut mos est Cardinalium properavit. Aliquando vero transacto tempore Amalphiam venit, & qui erat tam genere, quam & morum nobilitate praclarus, statuit Amalphiam nobilitare, & civitatem sanctorum Reliquias decorare. Nam Surrentum de Reliquiis B. Jacobi Apostoli, Neapolim vero de aliorum sanctorum Reliquiis, ad Monasterium Cassinense Brachium sancti Athanasii, & Cajetam caput B. Theodori Martyris Christi in pixide argentea sicut hodie apparet, per Magistrum Clementem familiarem suum transmisit ab Incarnatione Domini MCCX. pridie Kal. Decembris, in Feste S. Andree Apostoli &c. Cum itaque Brachium istud ab Imperatore Constantinopolitano dono datum fuerit Petro Cardinali, haud probabile est fuisse illud S. Athanasii Neapolitani. Circa an. 1559. argenteæ thecæ inclusum fuit hoc Brachium a docto, & pio Abbate D. Angelo Sangrino, testibus Placido Petrucci in Annalibus ad eundem annum, & Honorato medico. In manu calamum apposuit, & in stipite brachii argentei in tribus angulis hasce Inscriptiones

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ.ΤΟΥ. ΜΕΓΑΛΟΥ. ΟΝ.ΩΣΠΕΡ. ΤΙΝΑ. ΣΤΗΛΗΝ.ΤΗΣ.ΤΕ. ΑΡΕΤΗΣ,ΑΛΗΘΕΙΑΣ.ΕΜΨΥΧΟΝ. ΚΑΙ.ΑΘΑΝΑΤΟΝ. ΚΑΤΕΣΤΗΣΕΝ. Ο.ΘΕΟΣ.ΕΝ. ΤΗ. ΑΥΤΟΥ.ΕΚΚΛΗΣΙΑ.

Nempe: Athanasii Magni, quem veluti columnam virtuti, & veritatis vivam, & immortalem constituit Deus in ipsius Ecclesia.

Athanasii Magni quo
Nihil doctius ad scribendum
Nihil constantius ad labores pro veritate ferendos
nihil prestantius ad hostes Ecclesia profligandos.
Qui veri vindex.
Superas qui cuncta ferendo
Quam vere Magnus
Diceris Athanasi.

Quæ quidem temere a docto, & pio Angelo apposita credi non debent. In Inventario Reliquiarum sacræve supellectilis sacrarii Cassinensis concinnato anno 1628. die 21. Decembris jussu Abbatis Simplicii Caffarelli a D. Archangelo Neapolitano ejusdem sacrarii Vicario, ejusque sociis sacerdotibus monachis Luca Senensi, & Isidoro Tranensi, ab iisdemque subscripto, hæc verba leguntur: *Un bracio destre antico di Argento, con pie di rame triangolare indorato con tre cartelle di argento nelle facie, una con iscrizzione greca, ed in mano tiene una penna, dentro vi è un osso di un braccio di S. Atanasio Arcivescovo di Alessandria Greco, e Dottore, che compose il simbolo; Quicumque vult salvus esse &c. Pesa con la reliquia, e piede libre dieci, ed onze dieci fu pagato com' è detto di sopra. Fu portate in queste Monastere nel tempo di Papa Innocentio III.*

Optat etiam Cuperus scire quonam in loco obierit S. Athanasius Episcopus Neapolitanus. Nos certo credimus, id evenisse in territorio castelli Arcis duodecimo lapide a monasterio Cassinensi, cujus ditionis tum erat ecclesia S. Quirici ibidem sita, ut videre est in privilegiis Desiderii Langobardorum, Caroli magni, & Ludovici Pii, exscriptis in Regesto Petri Diaconi fol. 43. 45., & 46. hinc transeundum est, cum a Verulis mons Casinas petitur; A Ceperano tribus milliariis distat ecclesia S. Quirici modo diruta, sed ejus rudera adhuc conspiciuntur, pluraque latifundia possidet, vulgo modo corrupte dicitur san Chirico. Credimus itaque, corpus S. Athanasii ad monasterium Cassinense translatum fuisse, quod ibi vir sanctus obierit. Refert insuper Cuperus, se opera Dominici de Georgeo Neapolitani habuisse vitam hujus S. Athanasii exscriptam ex Regesto S. Placidi in archivo nostro asservato, ac subdit: *Sed cum Amanuensis non fuerit Langobardici characteris peritus apographum hoc, alioqui nitidissime scriptum tot mendis refertum est, ut coactus fuerim &c.* Hoc apographum jussu meo exscriptum fuit a memorati codicis pag. 131., & seqq., quod attente diligenterque comparavi cum Autographo, in quo menda erant, de quibus Cuperus conqueritur, quæ ut codicem sincere exiberem, satius duxi, ut erant, intacta relinquere.

Pag. 46. col. 1. lin. 50. ut, *adde* hoc.

Fol. 50. col. 5. lin. 63. quibus, *lege* opibus.

Pag. 51. col. 2. lin. 14. Dei, de

Pag. 53. col. 1. lin. 26. nos, vos; col. 2. lin. 18. 8. S., & lin. ult. proclamationem, *adde* fecit.

Pag. 55. col. 2. lin. 16. *dele una vice* Robbertum.

Pag. 56. col. 1. lin. 10. dicitur, *adde* huic.

Lin. 11. utilitatis, humilitatis.

Col. 2. lin. 39. *dele omnia illa puncta*.

Linea 56. quate, quave.

Pag. 58. col. 1. lin. 12. & Cardenas, *adde*, quod est hujusmodi.

D. O. M.
Leonardo Vairo
Lateranensis ecclesia Rom. Vicario,
Episcopo Puteolano benemerentissimo
Pastoralis muneris laudibus insigniter ornato,
Praclara. Sed senescente ad nos delato fama,
Ne immortalitate aliquis sua desit vita cineribus;
Hoc desine exempla posteris, pramia virtuti,
Hunc ei.
Hunc Fratris episcopi tumulum
D. Franciscus Martinus de Leon, & Cardenas
Hispanus ex sacra Eremitarum Relig. D. Augustini
Episcopus Puteolanus, inter Papa Assistentes.
Ac regios consiliarios cooptatus.
Anno salutis humani generis
1634.

Pag. 59. col. 1. lin. 42. Bertherius, Bertharius.

Pag. 60. col. 2. lin. 55. Tom. II. *adde* pag. 144.

Pag. 61. col. 2. lin. 23. tacito, tacto.

Et lin. 48. S. Mariæ, *adde*, Sancti Martini. Natalis Domini, & Epiphaniæ. Oscitantia scriptoris desunt pag., & lin. cit. hæc alia verba præfari codi-

codicis: *Octava Natalis Domini, octava epiphania, purificationis S. Mariæ, & sanctæ Scholasticæ, sanctorum Faustini, & Jovitæ, S. Germani, dedicatio S. Benedicti sursum, & dedicatio Dñi Salvatoris, & S. Mariæ deorsum. In istis omnibus festivitatibus, in vigilia non jejunatur, usque ad vesperum, nisi si evenerit sancta Scholastica, aut SS. Faustini, & Jovitæ, vel S. Matthiæ Apostoli in quinquagesima, aut in quadragesima, Quod si evenerit, sic agatur, sicut in aliis sacris jejunii diebus, Nam officia, & reliqua omnia de suprascriptis Festivitatibus, ita agantur quomodo diximus, sicut, & in dominico die. In sancti vero Gregorii, & S. Benedicti, & annunciacione S. Mariæ duodecim lectiones fiunt, & jenua in oracione Fratres non flectunt, sed jejunium usque ad vesperum observant, tamen post vesperas refectionem faciunt de cocto, & vino. In S. Stephani, & S. Johannis Evangelistæ, & in feria secunda, & in feria tertia post Pascha novem quidem lectiones faciunt, nam missa ita agitur, sicut in die Dominico. In istis omnibus suprascriptis festivitatibus semper ad matutinum,* Dominus regnavit *canitur, & genua non flectunt, & capitulum, & lectio ad seram non legunt. Nam in aliis omnibus sanctorum novem quidem lecciones faciunt, matutinum, & missa ita agitur, sicut in quotidianis diebus genua flectent, jejunium observent usque ad horam statutam;* Miserere mei Deus, *ad vesperas, & matutinum, & ad primam non cantent. Nam ceteris horis cantatur, præter si in Dominico die venerit, si contigerit, celebratur sicut Dominica. De divisione matutini, & nocturni, ita agitur. A Kalendis Novembris usque in vigiliam cœnæ Domini, sicut sanctus Benedictus prædictus prædestinavit. Præter in vigilia Natalis Domini, & in omnibus sanctorum, & dominicis diebus, quod minime licet dividere. A natali Domini usque Epiphaniam genua non flectunt.* Miserere mei Deus *in oracione publica ad nullum officium cantant, ut in octava Natalis Domini. Similiter a Pascha usque octavam Pentecostem; postea vero cantent. De refectorio autem omnia adimpleri debent, sicut sanctus Benedictus dicit sive æstatis, sive hiemis, sive quatragesima, omnia secundum tempus suum. Præter quod consuetudo est, sive sursum, sive deorsum, ut non reficiant ad nonam usque dum vindemiaverint. Cum autem liberi a vindemia fuerint, incipiant statim ad nonam horam reficere, & post vesperas gustum manducant, & bibunt iterum, quod in regula non est scriptum, similiter, & in quinquagesima post refectionem secundum consuetudinem antequam lectio legatur tota hebdomada bibunt, quod nec istud in regula dicitur. Quando autem mandatum faciunt si Dominus abundantiam vini dederit semper bibunt; si autem exiguum fuerit, abstinebunt.*

Pag. 62. col. 2. lin. 36. Psalmis, Palmis.

Pag. 64. col. 1. lin. penult. locutus, locuturus

Pag. 66. col. 2. lin. 50. duorumque, quatuorque

Lin. 53. 56., & 59. Radelchis, Adelchis.

Pag. 67. col. 2. lin. 9. Tormianos, Formianos.

Lin. 24. IncarnationiDomini, Incarnationis Dominicæ.

Pag. 68. col. 2. lin. 33. S. Benedicti, *adde*: lib. III. cap. CCCXIII.

Pag. 69. col. 31 lin. 27. cap. pag.

Pag. 74. col. 1. lin. 28. a nos si, vos.

Lin. 63. continetur, *adde*, *quæ terra hæc videtur habere fines &c.* (describuntur fines.)

Pag. 76. col. 1. lin. 2. Vossi, Rossi.

Col. 2. lin. 13. interfuistis, *adde*. ✠ *Ego qui supra Rosso Judex*,

Et lin. 53. Gregori, Georgi.

Pag. 79. col. 2. lin. ult. XI. XIV.

Pag. 81. col. 2. lin. 27. firmavi, firmum.

Pag. 83. col. 2. lin. 59. dicationis, judicationis

Et lin. 61. Titmari, Tetmari

Pag. 84. col. 1. lin. 47. hæredibus, *adde*, vel.

Pag. 85. col. 2. lin. 52. proriis, propriis.

Pag. 86. col. 1. lin. 34. propelenia, propealenta.

Pag. 87. col. 1. lin. 49. 50. 51. grandiori charactere exarata esse debuerant, quæ ibi leguntur.

Pag. 88. col. 1. lin. 10. 11. 12. 13. 14. charectere italico edi debuerant, cum sint verba Leonis.

Lin. 43. X. XI.

Pag. 89. col. 2. lin. 43. Præcipimus, Præcepimus.

Pag. 90. col. 2. lin. 13. &, eo.

Pag. 91. col. 2. lin. 54. *dele* tum

Pag. 94. col. 2. lin. 28. matutinas laudes, *adde*, ad eum.

Et lin. 44. libello studui, *adde*, Quæ quidem de Joanne hic retulimus, ut Monachorum Cassinatium pium usum adnotaremus, quo si Divinum officium persemet recitare non valerent, saltem illud ab aliis recitatum audiebant.

Pag. 95. col. 2. lin. 21. Monasterium virorum, & cœnobium, Monasteria virorum, & cœnobia.

Pag. 97. col. 1. lin. 10. hæc scribit, *adde* lib. II. cap. XC.

Col. 2. lin. 24. coramque, *adde*, se.

Pag. 98. col. 1. lin. 24. Judic. Judice.

Lin. 29. facti, fati.

Lin. 40. quarumdamque, omniumque.

Et col. 2. lin. 10. cap. 11. cap. 16.

Pag. 99. col. 2. lin. 15. relicta, *adde*, in.

Pag. 101. col. 1. lin. 60. Gregorii, Georgi.

Pag. 102. col. 1. lin. 15. pag. 3. pag. 111.

Pag. 103. col. 2. lin. 31. provinciæ, provincias.

Et lin. 48. pereiderat, perdiderat.

Pag. 104. col. 2. lin. 34. receptrix, receptitia.

Pag. 107. col. 2. lin. 8. domno, domino.

Pag. 110. col. 2. lin. 36. culminis, exculminis

Et lin. 44. surulum, Zurulum.

Pag. 112. col. 1. lin. 60. specula, *adde*, superna dispositione.

Et col. 2. linea 3. Monasterium, monasteriorum.

Pag. 113. col. 2. lin. 63. tenere, edere.

Pag. 114. col. 2. lin. 20. electionis, erectionis.

Et lin. 35. vetat, cavetur.

Pag. 119. col. 2. lin. 40. post verba illa, ipsius ecclesiæ &c. *adde*, Prior, & Casinates Monachi anno 1444. Præposituram S. Stephani commiserunt regendam Martino a Murone Monacho Cassinati, atque in literis ex eorum Regesto pag. 55. a t. hæc leguntur. *Præfatam Præposituram S. Stephani cum ecclesiis, Cappellis, Membris, Granciis, Juribus &c. Inter dicta collatione insuper, quarumcumque ecclesiarum, cappellarum, & Granciarum dictæ Præpositura subjectarum nobis &c. reservata &c. mandamus insuper omnibus, & singulis Monachis, conversis, oblatis, & subditis nostris, Parrocchianis, vassallis, laboratoribus, pensionariis, censuariis dictæ Præpositura quatenus &c. pareant &c.*

Lin.

Lin. 62. christianæ, christiana.
Pag. 120. col. 1. lin. 14. beneditionis, benditionis.
Lin. 37. ant, aut.
Col. 2. lin. 27. filio, filio.

Post verba *complebi*, *& absolbi*, *adde*, Bonus Monasterii S. Stephani Abbas anno domini millesimo vigesimo secundo, Benedicti vero Papæ octavi anno undecimo, Indictione quinta suorum Monachorum consensu ecclesiam S. Agathæ cum ejus pertinentiis sitam intus civitatem Terracinæ loco dicto Pusterula concessit Damiano, & Petro Monachis Præsbyteris apposito censu ducentum anguillas persolvendi quolibet anno, nec non & onere quotidie in dicta ecclesia divina officia peragendi: quod totum sequens dat concessionis carta &c.

✠ *In nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi anno Deo propitio Pontificatus Domni Benedictus summo Pontifici, & universali Papa in sacratissima sede Beati Petri Apostoli, Indictione quinta. Mense Martio die vicesima octava. Quia incertum est me Domnus Bonus venerabilis Abbas de S. Stephano, qui cognominatur de Montanea, consentientem mihi cuncta congregatione de supradicto Monasterio, qui de S. Stephano Breve memoratorium facio Ego Domnus Bonus venerabilis Abbas ad vobis dom̃ Damiano venerabilis presbiter, & Monachus, & dom̃ Petrus venerabilis presbiter, & monachus vita nostra damus vobis una ecclesia, qua S. Agatha, cum casis, & cellis, & puteis, cum cripte, & parietineis suptus, & super cum inferiora, & superiora sua, & cum introita, & exoita sua, & cum omnibus a se pertinentibus posita intus civitatem Terracina, in regione, que pusterula. Nam ego, que sumus Bonus venerabilis Abbas, neque ego, neque meo subcessore, neque nulla magna, parvaque persona non havea licentiam, & potestatem super ipsi ire, & de ipsa ecclesia ligettare volueri vita nostra, & nos Damianus, & Petrus contamus ipsa ecclesia, & ipse cello ad regendum, & gubernardum, & cotidiana Dei laudem ividem salbendum vita nostra, & damus nos pensionem omne quoque anno ducentum ananguille ad ipso Monasterio, qui S. Stephano, & si nos de ipsa ecclesia, aut nostros subcessores corrubtione aut contraria facimus compositure sumus auri obritio uncias tres adipsi Monahi, & nos suprascripti Damiano, & Petrus Presbyteri ad ovitum nostrum damus in ipsu ecclesia quatuor uncie, & post hobitum in suam remaneat potestatem hunc breve factum per manus Franco Ub., & Tavelr. suprascripta civitate Trancinensi in mense, & indictione suprascripta quinta ✠ Ego bonus venerabilis Abbas confirmabit. ✠ Ego Dominicc venerabilis presbiter confirmabit. ✠ Ego Benedictus venerabilis Presbiter, & Monachus confirmabit. ✠ Ego Johannes Monachus subscripsit. ✠ Tobaldo filio Boni de Gema um̃ testes. ✠ Gregori nc Johannis Deonsu umilis Testes. ✠ Petrus filio urso merolv o umilis testes. ✠ Marino de urso de Marine umilis testes. ✠ Johannes Fusco de Puzzo um̃ testes. Ego Franco ub., & Tavellarius suprascripta civitate Terracinensi post inno subscribsit, complebis, & absolvit.*

Pag. 121. col. 1. lin. 8. concessum, *adde*, hoc.
Lin. 57. sacratissimo, sanctissimo.
col. 2. lin. 24. *dele*, sunt.
Lin. 25. Michaeli, Angeli.
Lin. 28. cum omnibus, *adde*, eorum,

Et lin. 36. possideat, disponatque, possideant, disponantque.
Pag. 124. col. 2. lin. 56. lib. 6. lib. 7.
Pag. 126. col. 2. lin. 11. Ludovico, *adde*. 11.
Pag. 127. col. 2. lin. 15. Baccio, Bacco.
Lin. 41. Bosellus comes Petra, Borrellus comes de Petra.
Pag. 130. col. 2. lin. 17. superiora, *adde*, sua.
Pag. 131. col. 2. lin. 43. quæ, *adde*, est.
Lin. 44. deperit, de petra.
Pag. 132. col. 1. lin. 31. 60. me, *adde*, Domni.
Pag. 133. col. 1. lin. 21. ratione, *adde*, &
Col. 2. lin. 2. emptus, episcopus.
Lin 4. Tumaria, Tamarice.
Lin. 59. compell. componere.
Pag. 134. col. 1. lin. 6. 112. 212.
Et lin. 16. in gra, in gua.
Pag. 135. col. 1. lin. 56. est, *adde*, in.
Col. 2. lin. 12. placare, *adde*, suam.
Pag. 145. col. 1. lin. 18. Nerimanni, Herimanni.
Pag. 147. col. 2. lin. 32. invitatus, *adde*, nec.
Pag. 148. col. 1. lin. 16. Almalfi, Amalfi.
Lin. 29. & 30. mucclam, Mucclam.
Pag. 150. col. 2. lin. 1. Gregorii, Georgii.
Lin. 25. potuit, poterit.
Pag. 152. col. 2. lin. 25. lumen, limen.
Lin. 51. vigorem, rigorem.
Pag. 156. col. 2. lin. 37. ecclesia, *adde*, &c.
Pag. 157. col. 2. lin. 9. anno, *adde*, 1146.
Pag. 158. col. 1. lin. 25. post verba illa injunxit &c. *adde*, sequentes epistolas Alexii Imperatoris Constantinopolitani ad Oderisium Abbatem ex Regesto Petri Diaconi fol. 67., & 67. a t. nu. 146. 147., & 148. vid.

Quanta Imperio nostro scripsistis venerabilissime, ac sapientissime serve Dei Abbas cœnobii Cassinensis didici. Declarabat autem vestra epistola honorem, atque laudem imperii mei, & omnipotentis quidem, atque misericordis Dei nostri est in me, & in subiectis nostris propiciacio maxima; & beneficia ejus innumerabilia, & ipse quidem per ejus misericordiam honoravit imperium meum, atque exaltavit gratis. Ego autem non solum qui nil boni habeo in me, sed maxime quia super omnes homines pecco ad eum quotidie ut longanimis, atque misericors miseretur, atque sustinet mea infirmitate. Vos autem ut boni, atque virtute pleni judicatis me peccatorem sicut bonum, & vos quidem habetis proficuum adeo imperium meum cum laudatur dignum laudis opus non habens in condempnacionem suam laudes possidet, ut autem adjutorium prabeatis forte rogo exercitui francorum designabat vestre prudentissime apices sit inde certa vestra venerabilis sanctitas quoniam ita dispositum fuit super eos imperium meum, & ita omnibus modis adjuvabit atque consiliobit eos, & secundum posse suum cooperatum est in eis non ut amicus, vel cognitus, sed ut Pater, & tale expendium fecit in eis, quem non potest aliquis numerare. Et nisi imperium meum ita apertum fuisset in eis, & adjuvasset eos post dominum, quis alter adjutorium prebuisset eis, & neque iterum piget imperium meum auxilium dare eis, & gracia Dei bene prosperantur usque hodie in servicio quo inceperunt, & in antea prosperabuntur, quousque bona intencio precedit eos multitudo ex equitibus, atque pedestribus luit ad eterna

tabernacula horum alii interempti alii mortui sunt beati quidem sunt, ut in bona intencione finem mortis dantes, propterea minima oportet nos illos habere, ut mortuos, sed ut vivos, & in vitam eternam, atque incorruptibilem transmigratos in exemplum vestra fidei, atque bona dispositionis circa vestrum Monasterium imperii mei misit unum epiloricum de dorso suo oxii deauratum, Missa est mense Junio indictione sexta a sanctissima urbe Constantinopoli,

Et ab omnibus qui de ipsis partibus veniunt nobilibus, ac virilissimis comitibus, atque ducibus, immo, & ab ipsis honorandis prasulibus certificatum est imperium meum serve Dei propinque prudentissime, ac sapientissime Abbas de Monte Casino de vestris maximis virtutibus. Et qualiter semper indesinenter opus habes operari omnia qua Deo acceptabilia sunt, & non solum vester labor talis est, sed disciplina, atque ammoniciones vestra circa omnes tales sunt acceptabiles Deo, & homines illuminantes, & quamvis minime te specialiter aspexit imperium meum, & satiatum est de vestris sanctis orationibus, sed ita dispositum est circa vestram venerabilitatem, quasi nos propriis oculis apexisset quotidie, & loqueretur vobiscum indisfinito. Et vult quatenus ad memoriam ejus veniam cum vestras sanctas, atque venerabiles orationes funditis ad Deum, & per vestras honorabiles literas sapius scribite nobis declarantes de vestris actibus, & de his qui sub vobis sunt atque de ipsis partibus, De his autem qua de Peregrinis dicendum est qualiter Deus prospere se habuit circa nos, & circa illos usque ad presens, novit imperium meum, quod audistis a plurimis. Audiens autem apercius, & ab istis nunciis nostris. Missa est mense Augusto indictiono quinta a sanctissima urbe Constantinopoli,

Qua per prasentes nuncios vestros missa sunt litera vestra allata sunt imperio meo honorantissime Abbas cœnobii S, Benedicti de monte Casino, & perlecta sunt ei, & ea, qua continebant scripta intellexi, & dilexi circa eum vestram bonam dispositionem, quoniam dum non vidissetis imperium meum, summopere oratis pro eo viscera habentes circa eum, & in hoc aspicitur vestra virtus, qua extat in vobis, quoniam, & pacem pracepto Dei observatis, quum Imperium meum, quem nunquam vidistis, taliter ex intimo cordis diligitis, & oratis, quantomagis in illis, quos vidistis, atque cognoscitis, pacem proximi observatis. Imperium meum debebat in hac prasenti astate descendere apud Durachium ad videndum comites, qui in Laggobardia sunt, & pactum ponere cum eis de his, qua scripserunt Imperio meo, atque mandavere, ipsi vero, atque Romani, sed accidit Imperio meo infirmitas maxima, idcirco prolungatum est actum tempus, & ad prasens dimisis descendere apud Durachium. Si dederit Deus incolumitatem imperio meo, ibit in alio tempore in principio astatis Domino prosperante. Sed tamen vos orate imperio meo, & Deus dispensabit quod proficuum est imperio meo, ac vobis omnibus. Missa sunt vobis causa memoria ab imperio meo libra octo solidorum michalatorum, & pallium triacontasimum super altare vestra ecclesia. Missa est mense Junio Indictione quinta a Constantinopoli.

Pag. 161. col. 1. lin. 3. sæculum, secundum.

Lin. 10. post illa verba commendabant, *adde*, de aliis Indulgentiis plenariis concessis a Victore II. pugnantibus adversus Saracenos, & ab Utbano II. militibus ad Domini sepulchrum recuperandum pergentibus agemus infra.

Pag. 163. col. 1. lin. 26. quippe, quique.

Lin. 30. contra, castra.

Et col. 2. lin. 33. 35. & 42. Paldulfi, Pandulphi.

Pag. 164. col. 2. lin. 9. atque, verum,

Pag. 165. col. 2. lin. 9. *dele*, &c.

Pag. 166. col. 1. lin. 11. pag. cap.

Et col. 2. lin. penult. MCCCXXI. *lege*, MCDXXI.

Pag. 167. col. 2. lin. ult. ipsius, istius.

Pag. 168. col. 1. lin. 16. tum, cum,

Pag. 170. col. 1. lin. 45. oratione, ortatione.

Pag. 173. col. 1. lin. penult. Anagnini, Signini.

Et col. 2. lin. 39. & 40. demum, domum.

Pag. 175. col. 1. lin. 40. audire me, *adde*, Explicit Prologus,

Pag. 176. col. 1. lin. 52. affivit, affuit.

Pag. 178. col. 2. lin. 12. purum, piorum.

Pag. 181. col. 2. lin. 31. devenerunt, advenerunt,

Pag. 183. col. 2. lin. 1. 1616. 1716.

Pag. 184. col. 2. lin. 51. post verba illa, mihi plane incompertum, *adde*, Jo: Tritemium cap. LXXXVI. lib. II. de viris Illustribus ord. S. Benedicti adscribere nostro Alphano præfatos tres Tractatus hisce verbis; *Alphanus monachus Cassinen., & archiepiscopus Salernitanus, philosophus, & rhetor sui temporis celeberrimus, in sacris quoque scripturis magnifice doctus, scripsit ingenii sui nonnulla profunda opuscula, de quibus extant subjecta: de quatuor humoribus humani corporis lib. I. de unione corporis, & anima lib. I. de unione verbi, & carnis lib. I. Alia, qua scripsit, invenire non potui;*

Pag. 185. col. 2. lin. 7. pati, parti,

Pag. 186. col. 2. lin. 29. cass. *addatur*, cap.

Pag. 187. col. 1. lin. 4. post verba *Cassinensi habentur*, *adde*, laudatum Tritemium de vir. Ill. ord. S. Bened. lib. II. cap. LXX. hæc de præfato Constantino scribere: *Constantinus monachus Cassinensis vir in secularibus literis eruditissimus, medicus & Philosophus insignis, Graco, latino, & arabico ad plenum imbutus eloquio: cujus praclara opuscula, usque in hodiernum diem apud medicos magna auctoritatis sunt: multa scripsit, multa de Graco, & arabico in latinum transtulit &c. Ego enim de omnibus, qua scripsit, pauca vidi, scilicet de Dietis universalibus libros quinque, de dietis particularibus libros tres, de ponderibus librum unum &c. in Prafatione illius libri, quem de urinis ex arabico transtulit, se monachum Cassinensis cœnobii fuisse fatentur; & alibi plures.*

Pag. 187. col. 2. lin. 19. redditus, *adde*, est.

Pag. 188. col. 1. lin. 56. iade, inde.

Col. 2. lin. 50. ait Petrus, *addatur*, lib. cit. cap. 35.

Pag. 190. col. 2. lin. 42. utique, ubique.

Lin. 60. principum, principium.

Pag. 191. col. 1. lin. 60. *dele verbum*, suis.

Pag. 193. col. 2. lin. 55. versus, reversus,

Pag. 195. col. 1. lin. 12. in *adde*, ejus.

Pag. 196. col. 1. lin. 59. ab, ad.

Pag. 197. col. 1. lin. 41. comitatum, comiatum,

Lin. 59. amore, tinore.

Col. 2. lin. 25. ad, aut;

Lin. 39. sancti, suprascriptæ.

Pag. 199. col. 2. lin. 36. Idem, Item.

Lin. ult. Giso, *adde*, Ecclesiæ.

Pag.

Pag. 201. col. 2, lin. 44. Decrevimus, decernimus.

Pag. 202. col. 2. in subscriptione Judicum & Testium desunt, locum ✠ Signi.

Pag. 204. col. 2. lin. 57. gloriamur, *adde*, quorum.

Lin. 58. Gregorium, Georgium.

Pag. 205. col. 2. lin. 6. quondam, quidam.

Lin. 52. dele illa punta.

Pag. 206. col. 2. lin. 42. monachus, *adde*, &c.

Lin. 54. Bochæ, Rocchæ.

Pag. 207. col. 1. lin: penult. loco, laco.

Pag. 208. col. 1. lin. 12. Trinii, *adde*, & per ipsum flumen Trinii.

Col. 2. lin. 33. suæ, tuæ.

Et lin. 45. civitatis, cimiterii.

Pag. 210. col. 2. lin. 38. & 39. canoniei Triventini, canonicorum Triventinorum.

Pag. 211. col. 1. lin. 50. Alphanus, Alphonsus.

Pag. 212. col. 1. lin. 4. Investientes, *adde*, te.

Pag. 212. col. 2. lin. 11. Generalis, *adde*, Guiglielmi.

Lin. 34. *dele*. Marco Papa, *& repone lin.* 37. *apud verbum* Petro de Annessa.

Lin. 49. Loffredus, Luffus.

Et lin. 63. sibi, tibi.

Bag. 213. col. 1. lin. 41. civitate Venafer, *adde*, declaro.

Col. 2. lin. 15. ordine, *adde*, & ratione.

Pag. 215. col. 2. lin. 57. Adelferi, *adde*, comes filius qm. bonæ memoriæ Adelferi.

Pag. 216. col. 1. lin. 5. substancia, *adde*, sua.

Pag. 217. col. 2. lin. 36. Decembris, *adde*, 1695.

Pag. 219. col. 2. lin. 1. Resti, viesti.

Pag. 221. col. 2. lin. 8. scavioti, scaviosi.

Lin. 20. incerto, in certo.

Pag. 222. col. 1. lin. 38. centesimo, trecentesimo.

Lin. 64. & 65. &. &c.

Col. 2. lin. 9. omnium, *adde*, &c.

Pag. 223. col. 2. lin. 39. 42., & 44. &. &c.

Pag. 225. col. 2. lin. 44. vobis, nobis.

Pag. 226. col. 2. lin. penult. digneris, *adde*, in.

Pag. 229. col. 1. lin. 18. Corpenone, Carpenone.

Et col. 2. lin. 15. veza, vera.

Pag. 232. col. 2. *post illa verba*, quæ alibi recensuimus, *addatur*. In supra enarrata S. Aldemarii vita mentio fit Monasterii, quod sanctus idem ope comitis Tresidii in Bluccanico ædificavit. Hic autem comes prædicto monasterio Abbatem præfecit Aldemarium, & dotem constituit. Utque lector hujus Monasterii fundationem atque bona in dotem ipsi concessa melius possit noscere, operæ pretium nos facturos censemus, si quæ in nostro Archivo hujuscemodi rerum existunt monumenta, proferamus, quod quidem lectori ipsi non fore ingratum spes est. ✠ *In Dei nomine ab incarnatione Domini nostri Jhesu Christi anni sunt millen. . . . . quarto, & dies mense Madius per Ind. II. Ideoque Ego comes Tresidio declaro enim qualiter cum quadam die propter egritudinem tacitus jaceret in lectulo, cogitare cepit intra memetipsum qualiter in peccatis conceptus sum, & natus, & qualiter ab infantia meu dies noctuque per horis, atque momentis innumerabilia peccata commisi, & qualiter in illo terribili juditio de omnia facta mea vel cogitatum Deo rationem rediturus sum, & recipiet unusquisque secundum opera sua, & quomodo justi, & electi Dei cum Dño gloriabuntur, & impii, & peccatores in illa pavonda perpetua pœna cum Diabolo damnabuntur, & subito respexit me Divina pietas, & compunctus est cor meum, cum tremore, & extuatione cordis cepit antie consilium querere ab episcopis, & sacerdotes, & religiosi viri qualiter innumerabilia peccata mea redimere potuissem, ut ira æterni juditii evadere potuissem, & accepi consilium ab eis excepto si seculo renuntiare potuissem nullus alius melius inter eleemosinarum virtutum qm̃ si de propriis rebus, & sustantiis meis Monasterium construxisse, & ibidem cetum Monachorum famulantium Deo coadunassem, qui ibidem secundum regulam beati Benedicti laudes Deo resultent, & vota persolvant, & pro animabus nostris incessanter exorent, & subito Deo concedente invenimus locum in comitatu Theatino in locus qui vocatur Bocchanico, & ibi eam construere Ecclesiam in honorem Dei, & beata Maria Virginis, & traddimus in ea in manus Aldemari, Presbiter, & Monachus, & inde Abbas constituimus, & concessimus ad locis ipsius necessaria supplementum, Christique servorum illuc undecumque advenientium, seu adventantium perenne subsidium, de propriis nostra hereditate que mihi ad nostrum est quesitum obb. ibidem in ipso tenimento bocchanico in loco qui dicitur selva Domica, qua est terra in uno se tenentes pro mensura modiorum octuaginta &c. describuntur finos cum aqua sua, & cum locis molendinis, & cum quantis in antea potest edificare, & insuper cursum aqua, & cum omnia, & in omnibus ipsi propriis rebus infra se finis infra se vel super se habentes in integrum, & sic concedo ego comes Trisidio in ipsa jam dicta ecclesia, & ibidem Monasterio perenniter mansurus confirmamus, & tibi Presbytero Aldemarius Abbas de ipso Monasterio beata Maria, & insuper do tibi unam petiam de terra mea in ipso vocabulo de ipso plano de post sancta Maria pede &c. describuntur fines, & est alie petie de terra mea in ipsa plaja da sole que vocatur coda pendola &c. describuntur fines, & est alia petia de terra mea in uno loco se tenentes in locum qui vocatur Fontecelle que est per mensuram modiorum triginta &c. describuntur fines, & invenimus in comitatum nostrum in locum qui vocatur Fara, & est ecclesia S. Eufemiæ, & sancti Felicis cantime cum medietate Fara, & cum suis pertinentiis, & est in alio locum in comitatum nostrum, qui vocatur sanctum Angelum in trisinio cum duabus ecclesiis, & cum medietate castello in Trisinio, & est in alio locum, qui vocatur castello de Bairo, & est in pertinentiis suis tres ecclesiis, que vocatur sancta maria, qua sita est in ipso castello, & sancto Laurentio, & sancto Angelo in Varulo cum totis pertinentiis suis, & sic trado, & concedo & in in castello Bucchanico est duabus ecclesiis, qua vocatur sancto Marcello, & S. Silvestro: sine jussione episcopis sic trado, & concedo Ego comes Tresidio id tibi Aldemarius Abbas meus cœnobii Ecclesia sancta Maria Virginis sic ordinavimus pro anima de Genitore meo, & de Genitrice mea, & pro anima Groffredi germano meo, & pro anima mea predicto Tresidio, ut nobis Dominus noster Jhesus Christus veniam retribuere dignetur, & ad suam sanctam gratiam revocetur, ut cum venerit die illa futuri Juditii mercede a Dño accipere mereamur. In ea videlicet ratione ordinavimus quomodo Dominus Liuprandus res in suo capitulo affinxit, ut si quilibet Longobardus egro-*

egrotaverit, quamquam in lectulo jaceret, potest dum vivit, & recto loqui potest pro anima sua judicare, vel dispensare, & quod judicaverit pro anima sua stabilem debeat permanere, & in alio capitulo . . . . . . ut cum res suas pro anima sua in sanctis locis judicaverit stabilem debeat permanere in ea vid. ratione ut ipsum jam dictum Monasterium non sit subjectum, neque sub episcopis, neque sub aliis Monasteriis neque ulla persona, nisi solo Deo Patri, & filii, & spiritus sancti, cui omnia subjecta sunt, & ecclesia Romana, & quando Abbas de ipso jam dicto Monasterio de hoc seculo migraverit, nullis sit licentia in ipso jam dicto Monasterio Abbas eligere, aut ordinare, nisi qualem ipsa congregatione de ipso jam dicto Monasterio inter se elegerit, aut ordinaverit, & si forsitan aliquo tempore in ipso jam dicto Monasterio pp. Abbate ordinando altercationem venerit, ut una pars de ipsa congregatione contendat unum, & aliam pars contendat alium, ut quicumque in ipso tempore de nostra jete fuerit. Per Dei summi amorem, & eorum petitionem provideat . . . quale pars secundum regula beati Benedicti melius contenderetur ad eorum consensum eligantur Abbate facta autem ordinatione Abbatis vadat ad Dnūm Apostolico ad recipere benedictionem qr. in ipsius potestas est habere benedictionem, & corruptionem, & nullus de nostra jente in ipso jam dicto monasterio judicentur, vel dominentur nisi ipsi, qui pro Dei amore, & remedium anima nostra ibi regnum tenuerit & in ipsum jam dictum venerabile locum semper defensaverit, vel ordinaverit, & illi qui de nostra jente ipsum jam dictum Monasterium bene correxerit, seu ordinaverit benedictionem, accipiat ab omnipotenti Deo, & quicumque de nostra beneratione, seu qualecumque homine ausus, aut temerarius fuerit, qui ipsum jam dictum monasterium, quod ego construxi, seu ordinavit pro anima nostra, & de Parentibus nostris, & pro omnibus Christianis inquietare, seu molestare, aut disrupare presumpserit in primis in ira Dei incurrat, & non habeat parte in prima resurrectione, & non sit dignus audire vocem Domini dicentis: venite Benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi, sed cum Juda proditore, qui ab apostolico agmine segregatus est pars illius sit in stagnum ignis ardentis, & sulphuris, ipsi, & omnes, qui consentiunt, & hoc repromitto me Ego comes Tresidio, & obligo me vel meis heredibus in ipso jam dicto Monasterio, & tibi Dnūs Aldemarius Abbas, vel ad posteris, & successoribus tuis, ut ipsa nostra res, quam in ipso jam dicto Monasterio concedimus, atque ordinavimus ab omnes homines antestare, & defendere debeamus in ipso jam dicto Monasterio, & si ab omnes homines antistare, & defendere non potuerimus, & non voluerimus, aut si exinde aliquid retollere, vel minuare quasierimus, aut si Ego comes Tresidio, vel meis heredibus contra ipsum jam dictum Monasterium, & contra te Aldemarius Abbas vel contra posterisque successoribus tuis, aut contra hanc cartula vindicationis, & donationis aliqua causationem mittere presumpserimus, ut componat Ego comes Tresidio, vel meis heredibus in ipso jam dicto Monasterio, seo ad ipso Abbate, qui in ipso jam dicto Monasterio eo tempore fuerit . . . exinde causationis orta fuerit pena aureum libre centum, & argentum libre ducentum, & cartula ista indicationis, seu concessionis, atque ordinationis omniumque tempore semper firma, & stabile permaneat quem non hanc cartula concessionis seo ordinationis rogatus ab isto Tresidio, qui injungnitur scripsi ego Biso Notarius, & Judice diet istius mense, & indictione pradicta. Actum in . . . . . feliciter ✠ Tresidius comes ac cartula a me facta m. m. SS. ✠. Signum manus Transberti Teste rogatus a ppo., & signum crucis. ✠ Ego Quarneri Judice rogatus a pprō. m. m. ss. ✠ Ildezo rogatus a ptō m. m. &c.

Pag. 232. col. 2. lin. 61., 223., 235.

Pag. 235. col. 1. lin. 64. virorum, vivorum.

Col. 2. lin. 8. cimitilus, cimitibus.

Lin. 27. pluris, Juris.

Pag. 236. col. 1. lin. 18. *dele*, Judex.

Pag. 238. col. 1. lin. 42. samus, sumus.

Pag. 241. col. 1. lin. 14. beati, *adde*, sancti.

Col. 2. lin. 10. princip. *adde*, filio.

Lin. 34. audito, andito.

Lin. 43. fine, sine.

Lin. 47. bobis omnibus. *adde*. ab omnibus hominibus.

Pag. 244. col. 1. lin. 24. anno 1040., 1081.

Lin. 57. regulam, regulari.

Pag. 245. col. 1. lin. 5. inclitis, inlicitis.

Pag. 247. col. 2. post verba, illa: *dotationis, & donationis*, *adde*, erravit enim Lubin, & non Mabillonius.

Lin. 43. &, a.

Pag. 248. col. 1. lin. 57. *erga*, hanc.

Pag. 249. col. 1. lin. 23. judicio, tudicio.

Pag. 251. col. 2. lin. 44. & 45. Ferdinandi Regni II. hujus regis, Ferdinandi II. Regni hujus Regis.

Pag. 254. col. 1. lin. 41. sanæ, fanæ.

Et col. 2. omnibus testibus anteponenda parva crux ✠ incipiendo ab Ildebrando.

Pag. 256. col. 2. lin. 57. clibanum, olibanum.

Pag. 260. col. 1. lin. 8. fosum, Jusum.

Lin. 45. notum, natum.

Pag. 261. col. 2. lin. 52. Insula, Inula.

Pag. 262. col. 1. lin. 1. Bufus, Rufus.

Pag. 263. col. 1. lin. 7. consuetudine, *adde*, communiter.

Lin. 19. complementum, *adde*, &c.

Lin. 38. XXXX., MCDXL.

Pag. 264. col. 2. lin. 42. nemanere, remanere.

Pag. 267. col. 1. lin. 37. Petrus, *adde*, Judex.

Pag. 268. col. 1. lin. 47. maga, magna.

Et col. 2. post illa verba, *pluribus monumentis demonstrabimus*, *adde*, & nunc duo referemus ex originali in Archivo, cum aliqua contineant scitu digna: *In nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi. Anno primo Ducatus, atque consulatus Domno Danimbaldus Dei gratia gloriosus consul, & Dux. Mense November indictione quinta Gajeta, & ideo nos Gregorius fili quoddam Joanni da la fur divina inspirationem compulsus de Dei omnipotentis misericordia, quam, & pro redemptionem hanima supradicto meo genitori, & genitrice meam, quam, & redemptione anima mea, & omnium nostrorum defunctorum Parentum a presenti etenim diem, & omnem futurum tempus, ut inde indulgentiam inveniri mereamur apud altissimum, & verum Dominum placuit nobis concedere, tradere, atq; offerire in ecclesia tua Beate Erasme . . . . . Rectorem, & Guvernatorem esse videtur domno Marinus*

rinus in Dei nomine venerabilis Abbas de loco vero Furmiane civitatis destructa, idest concedimus, atque hofferimus in vestra Ecclesia una nostra Ecclesia beati Petri Apostoli de loco Palazzo, qui dicitur sancto Petrus in virga, hoc est cum omnem suum hortum, atque apparatum cum terris, & vinea, cum anditis, & pasculis, salepsis, atque pendicibus cum omnia, & in omnibus quodcumque eidem pertinet, vel pertinentes fuerit, pratis, pascuis, saleptis, da ipsa filicem antiquam usque in via . . . . . . una petia de terra quod in mea potestates detenuit ad frugiandum de mea propria causa usque dum ego . . . . . . accipiendum Monachilem habitum veniat, postea vero quam habitum Monachilem accepero ipsa supradicta petia de terra in supradicto vestro cœnobio revertatur sine omni contrarietatem habendum, & si quod absit, ut ego qui supra Gregorius migravero de hanc vitam sine Monachilem habitum, tunc ipsa supradicta petia de terra revertar in potastatem de supradicta ecclesia Beati Petri Apostoli. Itemque ega qui supra Gregorius una tecum insimul domno Marinus in Dei nomine Abbas commisimus in commendationem tres cartule de ipsa supradicta terra, quod hego frugiari debeo . . . . . habitum in manibus de Marino Presbytero Patri meo spiritalis, cui nomen fili Joanni presbiter de Theodomanda per hec talem . . . . . . defunctus fuero sine Monachilem habitum, deveniat ipse supradicte cale. in supradicto sacro vestro cœnobio in eo tenore, ut in ullo Monasterio non debeam introire per nullum arbitrium, nisi in supradicto monasterio beati Herasmi ad monachum faciendum . . . . supradicte cale. quod in potestatem commisimus ad comandationem de supradicto Marino Presbitero Patri meo spiritalie, ut si defunctus fuero, diximus, tunc ipso cale. revertar in potestatom ecclesia beati Herasmi, & de te qui supra domno Marinus Abbas . . . . ipsa supradicta ecclesia beati Petri Apostoli cum omnia sivi pertinentibus, quod ego qui supra Gregorius hodie concessimus, atque . . . . sacro cœnobio eum superius diximus, & ipsa supradicta petia de terra qualiter nominabimus in eo tenore quatenus a modo . . . . in supradicta ecclesia maneat potestatet, & de te qui supra Domno Marinus Abbas, & de tuis omnibus posteris successoribus, & de omnibus qui cotidie & . . . . . . in supradicta ecclesia cœnobio beati Herasmi a modo, & semper, quod est in sempiternum. Verum quod absit, & divinom avertat potentiam sive nos . . . . a portibus nostris seu quacumque persona magna, vel parva contra hanc nostra offertionem, ut superius . . . . quod agere voluerimus: Quicumque hac facere presumpserit non itaque valeat explicari, set . . . . . . incurrat, & habeat anathema, marathanam, & partem, cum Juda impio traditor Domini nostri . . . . . . supjaceat in supradicto sacro cœnobio pene nomine auri purissimi libras tres, & post solma pena . . . . . . offertio qualiter superius legitur firma permaneat in perpetuum. scripta per rogos nostros . . . . . . Notarius supradicte civitatis in mense, & indictione supradicta. † Me denique Marino immeritis . . . † Ego Kompulus Filio Domno Joannis. † Ego Leo Frmb. † Ego Leo Filio domini Mabaldu. †. Ego Marino Diacono Protonotarius supradicte civitatis complebi, & absolbi in mense, & indictione supradicta &c.

In nomine Domini Dei Salvatoris nostris Jesu Christi quinquagesimo septimo anno Comitatus Domni Marini, & vigesimo anno comitatus Domni Dauferi, & Domni Londoni Dei gratia Thio, & Nepotibus, atque comsibus, mense November, primo Indictione Triellu &c. & infra. Quapropter nos Andrea, cognomento Pica secundum pradicta legis tenorem una cum Orrita filia quondam Zoffo infra atate posita jure patronatus mihi commissa, cum permissione Domni Marini gloriosi Comiti, inspirati quidem de Dei omnipotentis misericordia pro redemptione animarum de pradicto Zoffo, & de Berta conjux ejus jam Defuncti, a prasenti die, & in omne futurum tempus placuit nobis cum Christi auxilio offerre, & tradere tibi quoque Beate Herasme Martyr Christi, & Ecclesia tua sancta, quod sita, & honorifice constructa esse videtur in civitate Furmiana jam diruta, & in ordine cœnobioli ordinata, in qua nunc Deo protegente, Rector est Domno Marino venerabilis Abbas, idest offerimus, & tradidimus in sanctissimo tuo cœnobio, a Beato Herasmo Martyr Christi, dua pezia de terra, qua sunt posita in altu, & Territorio de Flumicello frigido cum suis omnibus finibus ex omni latere habentibus &c. Ego Benignus immeritis Presbyter, & Notarius supradicta civitatis complebi, & absolbi in menso, & indictione supradicta prima.

Pag. 269. col. 1. lin. 14 Campulsus, campulus.

Pag. 270. col. 1. lin. 27. post illa verba, Ego Alferiu, *adde*, hoc Testamentum ex autographo in Archivo, quum contineat aliqua scitu digna. *In nomine Domini nostri Jesu Christi tricesimo primo anno Principatus Domni Pandolfi, & quarto anno Principatus Domni Landolfi ejus filii gloriosi Princ. mense madio tercia indictione. Ideoque Ego Johanne filius quoddam Petri Calvi, qui sum havitator in apud de civitas pontecurbo in loco ribo vetellati declaro me jacere in lectulo meo in validissima infirmitate, unde de oc seculo spero vitam finire, tamen sana, mente mea mecum habendo, & recte loquendo auto me feci venire Donello Judex, & alios plures viros divina inspiracione compulsus propter mercede, & salvacione animo meo, & anima Grimaldi Presbiteri, & Monachi ut apud aternum Dnũm. requiem, & misericordiam invenire baleamus. Dispono, & judico tota, & inclita mea parte de terris, & vineis, casis de intro vel fora civitatis, & vasali, qua amobilos, & inmoviles, & omnia, & in omnibus in Monasterio sancti Petri, qui situs est in pertinencia de pradicta civitas hau ipsa Furesta unde modo est Rector Domni Clinu Abb. veneravilis de genere Graecorum prater quad ego reserbavit mihi dua mod de terr. ad septo frati judicavi ad ipsi Prasbiteri de suprascripto ribo vetellati, & una jumenta, & capra, & pecora judicavi ad ipsi suprascripti Presbiteri, & tibi Dñi Clinu Abb. bona etenim mea boluntas dedi, & tradidis tibi ante suprascripta prosencia, idest tota, & inklita ipsa mea parte de ter., & vineis, atque casis intro, & foras civitati, & vasa lignea mobiles, & imobiles excepta ipso quod supra judicavimus in tali vero tenore dedit, & tradidit tibi Domni Clini Abb. pradicta mea parte de jam dictis rebus, ut si ipsa mulier nomine Dilecta uxor mea amodo, & omnibus diebus vita sua steterit, & ipso meo lectulo obserbaverit habeat in potestate vita sua omnia ipsa mea parte de jam dictis rebus, qua tibi Dñi Clinu Abb. dedi,*

dedi, & tradidi, tenendi, fruendi, & possidendi, & ad die obitu Dilecte uxori mea pradic. mea parte cum ipsum suum Morgincap resta, & ipso monasterio pro anima mea, & pro anima suprascripti Grimoaldi Presbiteri, & Monachi Thyomes, & de pradicta Delecta uxor mea. Et si jam dicta uxore mea hac omnia suprascripta non obserbaverit, & pradicto lectulo meo non custodierit, & alio viro sibi copulaverit vadu eum ipsum suum Morgincapli ubi voluerit, & inclita pradicta mea parte deveniat in potestate Domni Cliun Abb., & in suprascripto Monasteria, sancti Petri avendum, & possidendum, & quicquid voluerit faciendum per utilitate suprascripti Monasterio, quia sic placuit mihi, & in tali pratestu tradicio ipsa fecimus, & compenimus ante suprascripto Judex, & ec omnia suprascripta sana mente, & bona voluntate feci, quem tibi Marini Diaconi, & Not. scribere omnia per ordine locavimus in actu de suprascripta civitas. † Ego qui supra Donnello Judex.

Pag. 271. col. 1. lin. 45. cappandum, zappandum.

Lin. 64. loco ipsius, *adde*, spallæ.

Col. 2. lin. 41. Jure, Juve.

Lin. 43. S. Martini, S. Marini.

Pag. 272. col. 2. lin. 45. & 54. Galeso, Taleso.

Pag. 273. col. 1. lin. 3. erant, autem.

Et col. 2. lin. 15. tertio, septimo.

Pag. 274. col. 1. lin. penult. de Avellana, de Avenella.

Et col. 2. lin. 1. Mactrari, Mactraro.

Pag. 275. col. 1. lin. 18. Datum ex, *adde*, Sancto.

Lin. 21. Abbas, *adde*, Cassinensis.

Pag. 276. col. 1. lin. 51. Nimini, Dimini.

Pag. 277. col. 2. lin. 31. omnibus, *adde*, nostris.

Lin. penult. excerto, excepto.

Pag. 278. col. 1. lin. 14. Ego Alferi filio Ardoino, *adde*, Quia in Diplomatibus Ducum Robberti, ac Gullielmi ejus nepotis fit mentio de ecclesia S. Thomæ Trojanæ civitatis, ideo hic referimus donationem factam præfatæ ecclesiæ. ✠ *In nomine Domini anni millesimo sexagesimo octabo ab Incarnacione Domini nostri Jesu Christi, & undecimo anno Regni Domno Rubberto sanctissimo comes, Dux Italia Calabria, & Sicilia mense Aprilis, sexta Indictione. Ego Presbyter Ado, sed quodam Daniele Cleric. qui sum abitator in civitate Trojam, & compulsus sum Dei omnipotentis misericordia, & cogitavi die mortis mea, ut quid prodest homini, si totum mundum lucretur, anima ejus detrimentum paciatur, & propterea dicis, mensura qua mensi fueritis, remencietur vobis. Pra itaque res pro inspiracione Dei, & pro mercedis anima mea, & de parentum eorum, ut apud altissimo Domino requieto inveniamus. Congruum mibi est propria persona mea, & omnia, & in omnibus meis mobilibus, & immobilibus qualiter mibi pertines, & habeo offerre, & tradere in Ecclesia sancti Thoma Apostoli, qua dedicata est intus sibi Troja, & qua esse videtur de Domno Fortunō Abbas ex Monasterio sancti Nicandri, & Marciani. Quapropter ego qui supra Prasbyter Ado dum mibi congruum, & aduuu esse videtur bona, & omni mea voluntate ante Johanne Judice filio Luponi Presbyteri, & subscriptas testes. Per hanc enim offercionis cartulam offero, & trado per consensu Johanne filio Gemati clerici advocatori meo propria persona mea, & omnia, & in omnibus meis mobilibus, & immobilibus quicquid modo habeo, & cunctis diebus vita mea pararo, seu conquirero potuero in jam dicta ecclesia sancti Thoma Apostoli, & pro vice ejusdem ecclesia in manu me recepisti iu pradicto Domno Fortunato Abbas, ut cunctis diebus vita mea cum omnia, & in omnibus meis, quod modo habeo, seu aquirere potuero, sciamus in proprietatem, & possessionem jam dicta ecclesia absque contrarietate, meoque Presbyteri Adi, & de quacumque meos heredes, & sine omnibus cujusque requisicionibus, quod si aliquando tempore ego qui supra Presbyter Ado vel meos heredes ex propria persona, meoque Presbyteri Adi seu de omnibus meis offersionibus mobilibus, & immobilibus velut prelegitur tecum pradicto Domno Abbas, vel cum tuis posterioribus, & Rectoribus jam dicta ecclesia sancti Thoma causare, vel contendere quesierimus pro quocumque tempore per ingenio malo, seu humana stucia volendum exinde aliquid tollere, vel amminuare a jam dicta ecclesia, ejusque Rectoribus, aut propria persona mea excutere, vel exire voluero de pradicta ecclesia, ut alibi vadam ad permanendum absque vestra Domini Abbati voluntati, & de tuis successoribus obligo me quod Presbyter Ado per consensu supradicto meo Advocatori, & pro gnadia, qua tibi Domno Abbas dedit mibi posui eodem pradicto Johanne advocatori meo filii Gemmati ad pignerandum illum, & suos heredes sicuti se facere obligavit, ut primis omnes questio, & causacio apus vos . . . & tacita fiant, & quadraginta solidi ex aura boni vobis componere debeamus. Et hanc nostra offersionis, velut pralegitur omni tempore firmam, & stabilem . . . pradicta Ecclesia, ejusque Rectoribus preter tantum usque dum vivus fuero, ego pradicto Ado Prasbyter de nostrum mobilem, quod habeo, & conquirere potuero diebus vita mea debeo exinde mergere, & vestire, & calciare, post meumque obbitum omnia fiat de jam dicta ecclesia ejusq; Rectoribus sicut pralegitur. Quam te Johanne Notarie Franconique fili taliter scribere rogavimus. In civitate Troja feliciter. † Ego qui supra Joanne Judex.*

Et col. 2. lin. 45. quam &, quam ei.

Pag. 279. col. 1. lin. 14. &, ex.

Col. 2. lin. 9. quæsitio, questio.

Lin. 21. Anno Domini, In nomine Domini.

Lin. 34. orditinaone, ordinatione.

Et lin. 58. pertinet, pertinere.

Pag. 280. col. 2. lin. 31. Testibus, *adde*, Testes:

Pag. 283. col. 1. lin. 5. vidit, videlicet.

Lin. 59. sera dedeli, serra deli.

Col. 2. lin. 9. Desiderio Abbati, *adde*, atque successoribus tuis pro necessitate suprascriptæ Ecclesiæ S. Eustasii.

Lin. 17. supradictæ, sanctæ.

Pag. 284. col. 2. lin. 54. aire tam, airetam.

Pag. 285. col. 1. lin. 17. Rameri, Raineri.

Lin. 43. Episcopus, *adde*, subscripsi.

Pag. 286. col. 2. lin. 25. &, ac.

Et lin. 44. archiepiscopum, archiepiscopatum.

Pag. 287. col. 1. lin. 40. &, ut.

Col. 2. lin. 6. Episcopus, *adde*, subscripsi.

Et lin. 52. eos, eorum.

Pag. 288. col. 1. lin. 32. spritus, spiritus.

Lin. 39. capromanica, de caprognanica.

Lin. 50. & 55. Iuñardis, Juvardis.

Lin. 61. Bonomus, Bonominus.

Col.

Col. 2. lin. 33. & 34. constitutum, institutum.
Pag. 289. col. 2. lin. 3. *dele illa verba*, *idem Petrus*.
Pag. 290. col. 2. lin. 27. induximus, indulsimus.
Pag. 293. col. 1. lin. 9. erat, *adde*, *999*.
Lin. 33. fergilibus, fergili.
Col. 2. lin. 2. pergit, descendit.
Lin. 7. vitri, *adde*, & qualiter vadit per ferra de jamdicto monte de vitri.
Lin. 44. exire, *adde*, & relioquere vestra volontate ipsum locum volueritis, habeatis licenciam exinde exire.
Pag. 294. col. 1. lin. 51. sec, sed.
Pag. 295. col. 1. lin. 6. 1300, 1312.
Lin. 14. Monachorum, Monachum.
Lin. 63. distincte, districtius.
Pag. 296. col. 1. lin. 57. quovis, quavis.
Col. 2. lin. 22. Donatusm, Donatum.
Lin. 60. Monasterium, Monasteriorum.
Pag. 297. col. 1. lin. 13. nec; *adde*, non,
Lin. 14. ut, videlicet.
Col. 2. lin. 5. XXIV., XXIX.
Lin. 31. cardinalibus, *adde*, ad.
Pag. 298. col. 1. lin. 14. prodierat, *adde*, ipse.
Lin. 62. habentes, haberent.
Col. 2. lin. 59. Birasi, Dirasi.
Pag. 299. col. 1. lin. 13. vicacia, vicaria.
Pag. 301. lin. 40. Epis. *adde*, subscripsi.
Col. 1. lin. peoult. sancti, tituli.
Col. 2. lin. 43. & 46. Sancti, tituli.
Pag. 302. col. 2. lin. 5. 37, 36.
Pag. 304. col. 1. lin. 34. cupit, capit.
Col. 2. lin. 55. reduceretur, traduceretur.
Pag. 307. col. 2. lin. 40. Gariliaoo, *adde*, &,
Lin. 42. &, ex.
Pag. 308. col. 1. lin. 44. offernimus, offeruimus.
Col. 2. lin. 3. tum, cum.
Lin. 47. Judice, Judicibus.
Pag. 309. col. 2. lin. 64. Gualfrid, *adde*, singuli ad singulos, & tangendo ipsa Evangelia dicendo.
Pag. 310. col. 1. lin. 29. illa verba *Notanda*, usque, *ad appellantur* debent poni pag. 311. col. 1, lin. 39.
Pag. 312. col. 1. lin. 51. regerit, fregerit.
Col. 2. lin. 50. successoribus, *adde*, ob.
Pag. 313. col. 1. lin. 5. unitum, munitum.
Lin. 27. pag. 183. nu. 483., pag. 187. n. 433,
Col. 2. lin. 49. lib. 4. cap. 6., lib. 3. cap. 61.
Lin. 58. & 64. Johel, Joannes.
Lin. 62. Christi, *adde*, funt.
Et lin. pen. filius, filias.
Pag. 314. col. 1, lin. 4. & S. Johel, Joanni,
Lin. 30. *dele in potestate*. E ad, at.
Lin. 38. ecclesiarum, *adde*, quam.
Lin. 41. & 43. Ecclesiarum, Ecclesiæ.
Lin. 61. & 62. dicti, vestri.
Col. 2. lin. 11. confessionis, concessionis,
Lin. 20. 30. & 36. Johel, Johannis.
Pag. 315. col. 2. lin. 2. exierint, *adde*, similiter.
Pag. 316. col. 2. lin. 38. Tarsemundi, Trasemundi.
Lin. 64. sangnitanum, sanguiranum.
Pag. 317. col. 1. lin. 5. Barungi, varungi.
Col. 2. lin. 22. delet, debet.
Lin. 64. hominibus, *adde*, Dominus.
Pag. 318. col. 1. lin. 30. altero, alto,
Col. 2. lin. 52. 1120., 1220.
Pag. 319. col. 2. lin. 16. per, pro.
Lin. 19. quæ, *adde*, est.
Pag. 320. col. 2. lin. 28. &, *adde*, in.
Pag. 321. col. 2. lin. 26. Ferramille, ferramile.
Pag. 322. col. 1. lin. 6. nothat, nothar.
Col. 2. lin. 61. anni, *adde*, mille.
Pag. 324. col. 1. lin. 21. Bocchæ, Rocchæ.
Lin. 42. quiest, *adde*, de.
Pag. 325. col. 2. lin. 10. reprosimus, repromisimus.
Pag. 326. col. 2. lin. 3. medietate, *adde*, de.
Et lin. 10. abentes, *adde*, in.
Pag. 327. col. 2. lin. 47. & 48. Tineas, Tincas.
Lin. 58. victualbum, vicualbum.
Pag. 328. col. 2. lin. 18. millesimus, duodecimus.
Lin. pen. 60., bonæ.
Pag. 331. col. 1. lin. 13. 1123. *adde*, ad.
Col. 2. lin. 8. XX., XVII.
Lin. 38. &, fan.
Lin. 54. Barvetano, Barretano.
Pag. 332. col. 1. lin. 46. colia, Flia.
Lin. 52. Ascalano, Asculano.
Pag. 333. col. 1. verba linearum 19. & 20. ita disponenda erant ut circulum efformarent, & verbum Benevalete monogrammice ponendum erat.
Col. 2. lin. 16. quorumque, quocumque.
Pag. 334. col. 1. lin. 58. seu, sed.
Col. 2. lin. 25. judicium, judicem.
Lin. 28. & 29. harum linearum verba ita disponenda erant, ut circulum efformarent, & verbum Benevalete monogrammice erat ponendum.
Pag. 335. col. 1. lin. 38. mirabilis, *adde*, est.
Col. 2. lin. 9. Rarrejo, Barreo.
Lin. 26. Frunto, Trunto.
Lin. 39. coruli, curuli.
Lin. 42. Baruco, Bavuco.
Pag. 338. col. 2. lin. 13. Alariano, Alarino.
Et lin. 33. cannuca, camuccio.
Pag. 339. col. 1. lin. 54. quam &, *adde*, in.
Pag. 340. col. 1. lin. 3. distructe, districte.
Lin. 58. jure, juste.
Col. 2. lin. 30. Eustafii, Eustachii.
Pag. 341. col. 1. lin. 4. S. Mariæ, *adde*, in fala.
Lin. 33. vitecasum, vitecosum.
Lin. 44. territorio, *adde*, Trojano.
Pag. 342. col. 1. lin. 28. & 29. harum linearum verba ita erant disponenda ut circulum exhiberent, & verbum Benevalete monogrammice erat ponendum.
Pag. 343. col. 1. lin. 15. virorum, vivorum.
Lin. 25. opportune, *adde*, importune.
Lin. 52. fanctorum, *adde*, prædecessorum.
Col. 2. lin. 41. post verba illa pag. 238. & 485. *adde*, Epistolam Alexii Imperatoris ad Gerardum Abbatem, ex Reg. Petri Diaconi fol. 69. nu. 154. tenoris &c. *Notum est sancto imperio nostro venerabili, & laudabili Domno Abbas Montis Casini ea quod sit repletus multa benignitate, & omnes fratres congregationis tuæ etiam omnes laici veniunt ad consilium tuum, & ad bonitatem tuam, & gratias Deo, qui in istis malis diebus invenitur tantam bonitatem in te, & laudabiles inveniuntur in te omnes, qui voluntatem Dei faciunt, & in vestris partibus inveniuntur homines intellectuales, qui sunt in adjutorio anima, & corporis auditum est nostre Imperio,* quod

quod nobilissimus Rex fecit cum nobiles homines de Roma, & quod fecit ad sanctum Papa, & ad clero ejus, & cum hoc andisset factum angustiatus sum sed quod placuit Deo hoc factum est, ipse inde judicet sed credimus, quia de tam grandis causa Deus aliquod indicium debet ostendere ad salvacionem omnium animarum, & corporum, quia Deus intelligit omnia, & gubernat totum Mundum ipse faciat quod ei placet. Misi vobis causa memorie ab Imperio nostro pallia octo libras viginti quinque, & pallium super altare vestra Ecclesie. Missa a sanctissima civitate Constantinopoli.

Pag. 345. Monogrammum, quod hac pagina impressum est, inversam faciem exhibet.

Col. 2. lin. 1. ergo, *adde*, locis.

Lin. 41. 98. *adde*, Abbas.

Pag. 346. col. 1. lin. 19. 8., 6.

Lin. 49. Junii, *adde*, Indictione sexta, Incarnationis.

Col. 2. lin. 9. can., cas.

Pag. 347. col. 2. lin. 40. &, ut.

Lin. 56. 520., 820.

Pag. 348. col. 2. lin. 45. etiam, enim.

Pag. 349. col. 1. lin. 14. præsentando, præstando.

Pag. 352. col. 1. lin. 61. nimirum, *adde*, ut.

Pag. 353. col. 1. lin. 23. ecclesiæ, *adde*, sancti.

Lin. 48. Gregorii, Georgii.

Pag. 356. col. 2. lin. 3. fuit, fuerit.

Lin. 42. 45., 48.

Pag. 357. col. 1. lin. 62. a pueritia, *adde*, in.

Pag. 358. col. 1. in margine ubi dicitur. *Henricus* IV. Imperator, lege. Henricus VI. Imperator.

Col. 2. lin. 36. indolis, *adde*, pueris.

Pag. 361. col. 2. lin. 40. & non, & nota.

Pag. 362. col. 1. lin. 38. Monasterio, honorem.

Col. 2. lin. 1. Pontifex, Pontifices.

Pag. 363. col. 2. lin. 14. distinato, distincto.

Pag. 364. col. 2. lin. 7. via, vice.

Pag. 368. col. 1. lin. 7. & omnibus, in omnibus.

Pag. 370. col. 1. lin. 61. episcopus, *adde*, servus.

Pag. 371. col. 2. lin. 52. post verba illa, aliique plures coævis scriptoribus fulti, *adde*, Immediate post librum quintum ligni vitæ Donni Arnoldi Wion sequitur in folio 847. titulus, *Informatio ad stemmata illa dipingenda, qua in folio separato continentur &c.* Et fol. 852. adsunt infrascripta verba *S. Gelasius II. Papa. Scutum quadripartitum, partibus dextra, levaque argenteis; leva vero, & dextra rubeis, quod est in hodiernum civitatis Cajeta insigne, in qua olim nostri Gelasii antecessores dominationem habuisse noscuntur.*

ANNOTATIO.

Quamvis non me fugiat alia insignia a Panvino, nonnullisque aliis recentioribus, qui familiam Cajetanam Cajeta, a familia Caetana Anagnina non discreverunt, huic nostro Gelasio tribui, utpote undas duas cœruleas a dextra in sinistram transversim protensas, in campo aureo, quod est familia Caetana Anagnina symbolum: nequaquam tamen eorum opinioni standum censui. Familia namque Caetana Anagnina, multis seculis Cajetana. Cajeta recentior est, nec originem suam altius potest deducere, quam ab quodam Matthæo, Bonifacii VIII. Papa Avo, qui sub Manfredo Sicilia Rege (qui annis Gelasio nostro fuit posterior) anno Domini circiter 1160. ductor Equitum fuit, & probitatis sua clara trophaa reliquit; primusque omnium, vel certe, ut alii volunt Liutfridus Filius ejus, Bonifacii VIII. pater, hujusmodi undas cœruleas pro stemmate gentilitio sibi sumpsit. Deinde ipsimet Caetani, Romani, vel Anagnini, constanter asseverant traxisse se originem, non ex Cajeta, vel familia Cajetana, qua Cajeta dominabatur, sed ex Anagnia civitate in Hernicis: sive ut Panvinus habet in Chronico Pontificum Romanorum ex Hispania. Et hujus rei causa, ut se totos a Cajetana familia Cajeta alienos ostendant, non Cajetanos, per j, sed j. rejecto, Caetanos se nominant, idipsum observantes & in subscriptione vulgari, nam cum illi Gaetani per G. hi Caetani per C. semper se subscribunt. Antiquitatem vero, & Potentiam familia Cajetana Cajeta habemus, illam quidem in hoc Joanne Gelasio, qui anno 1088. centum septuaginta, & amplius ante Matthæum annis, ab Urbano Papa II. in cardinalium numerum relatus est: item & ex Gregorio Cajetano, qui eodem fere tempore, a Paschali Papa II. cardinalis sancta Lucia in septisolio est renunciatus: Petroque Cajetano cardinali, alii ingenii viro, & rerum gestarum gloria praclaro, qui a F. Thoma Fazello lib. 7. c. 5. poster. decad. & Hugone Falcando de Sicilia calamitatibus, centum item ante Matthæum annis, anno 1170. memoratur. Hanc vero cum in aliis tum maxime apud Flavium Blondum Foroliviensem, lib. 4. decad. 2. de inclinat. imperii, qui loquens de altercatione illa, qua fuit inter Gelasium II., & Henricum V. Imperatorem, sic de potentia Cajetana familia concludit. Paucis inde elapsis diebus Pontifex invitatus ad divina in S. Praxedis Ecclesia celebranda, etsi Frajepanos timebat vicinos, tamen Romanorum consensum, & Crescentii Cajetani Nepotis sui viribus, ac tutela fisus accessit. Et hac pro armis Gelasii nostri dicta sint breviter, essent namque alia argumenta fortiora hujus insignis, sed illa ad alia tempora reservamus.

Pag. 372. col. 1. lin. 47. 1702., 1672.

Pag. 374. col. 1. lin. 37. solicitudinem, solitudinem.

Pag. 375. col. 1. lin. 10. superius, Sugerius.

Pag. 376. col. 2. lin. 3. nominavit, *adde*, & simul cum suis authoribus damnavit, & excommunicavit.

Lin. 20. præhensione, proditione.

Pag. 378. col. 2. lin. 25. signia, signina.

Pag. 379. col. 2. lin. 19. &, ex.

Pag. 382. col. 1. lin. 20. dele illa verba *de Ravenna*.

Col. 2. lin. 2. 243., 343.

Pag. 385. col. 1. lin. 30. constituens, construens.

Pag. 387. col. 2. lin. 33. post illa verba. *In descriptione Episcopatus Cassinensis col. 786. & nos supra*, adde, In codice M.S. Bibliothecæ Cassinensis signato foris num. 143. intus vero 792., in quo habentur vitæ quorumdam sanctorum Patrum Anachoretarum, & alia pag. 1., & sequentibus continetur vita S. Honufrii, quæ incipit. *Paphnutius humilis servus vestra sanctitatis omnibus Dei famulis, atque universis fidelibus per universas terrarum*

rum Ecclesias in fide Christi constitutis, salutem. Pax vobis, & gratia Salvatoris nostri Jesu Christi permaneat. Volo sollicitus esse vestra magnitudini de magno quondam Patre Onufrio Anachoretarum socio, ejus vita merita auribus intimare: quadam vero die, dum essem in monasterio meo cum cæteris fratribus in cænobio, conspiratus sum in corde meo dicens, que est vita mea, vel que retributio nobis sit apud Dominum in die illo, quando pro universis nostris vita meritis rationem redderemus: numquid in hoc cænobio fratres pariter congregamur, & dum ex fratribus quispiam infirmatur, visitatur a cateris, & consolatio nostra ab omnibus efficitur. Sancti vero, qui in Eremo latitant, sine his omnibus permanent. Certe, quia ipsi magni sunt, vere, quia nobis meliores sunt sicut dictum est, quoniam hi sequuntur agnum quocumque jeris, cumque talia cogitassem per totum noctis spatium, mane surgens festinus exii de Monasterio, viamque pergens itineris, eremum petii &c. Et post finem vitæ fol. 4. a t. adest infrascripta narratio. Miraculum. Omnipotentis Dei misericordia quantum super Peccatores sit benigna, & in remuneratione bonorum operum justa, nemo mortalium dicere valet. Nam pius, & misericors Dominus, tam dictis, quam miraculis cotidie informat nos, & instruit, qualiter ad suam pervenire possimus misericordiam. Unde unum hoc magnum narramus miraculum, quod omnipotens Deus sua pietate nobis suis famulis ostendere voluit. Anno namq; ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo centesimo quadragesimo sexto fuit quidam juvenis a cunabulis monachus in Monasterio S. Michaelis Arcangeli in una Ecclesiarum Cassinensis Monasterii, in loco, qui Vallis luci dicitur. Hic autem Juvenis, Almundus nomine, cum Presbyter factus esset, cœpit festivitatem sancti confessoris Christi Onufrii devotissime celebrare. Cum autem viginti octo annorum esset ætatis nonis Octobris dominico die, cum fratres vesperarum officium celebrarent, defunctus est, sed ut Monachorum mos est, cum post cœnam, & collationem omnes in unum convenissent, ut funeris officium celebrarent, davidicos cœperunt canere psalmos, & cum Expectans expectavi Dominum dicerent, ipse frater supradictus, qui jam a vespertina, usque in tertiam noctis horam mortuus jacuerat, magnis cœpit vocibus clamare dicens: Tacete, tacete. Nos autem postquam illum clamantem audivimus magno turbati timore, existimabamus, eum instinctu malignorum spirituum talia agere, instantius pro eo Dominum cœpimus exorare. Ipse vero multo magis, ut taceremus, clamabat, & cum ista omnes admirati cerneremus, tandem silentio facto attoniti expectabamus, quid vellet dicere, at ille, sciatis, inquit, quod sanctus Onufrius optinuit, ut ego deinceps nihil mali patiar, & interrogavimus eum, si S. Onufrium vidisset, & dixit, vidi: & ubi, diximus, illum vidisti. In cœlo, ait ille. Et nos, quid ergo? nunc quid tu in cœlo fuisti? & ille, etiam, inquit, fui. Et interrogavimus eum, & quamobrem tam magnum tibi S. Onufrius largitus sit donum? Ideo, ait ille, quia festivitatem ejus studui, sicuti scitis, devotissime colere, & hæc dicens conticuit. Credo enim, quod recepto dono ex Dei permissione nobis nunciare divinitus est permissus, ut cunctis palam innotesceret, quod si quis parum quid pro Dei amore studuerit tribuere, continuo magnam a mitissimo Deo retributionem acciperet. Nos ergo quia misericordia Domini plurimum indigemus, læto corde, & humili prece sanctum rogemus Onufrium, ut pro nobis Peccatoribus creatorem nostrum cotidie imploret, ut suis meritis, & intercessionibus adjuti cum sanctis omnibus ad celestia gaudia pervenire mereamur. Amen.

Pag. 391. col. 1. lin. 27. Marius, Marus.

Pag. 392. col. 1. lin. 20. 47., 48.

Pag. 395. col. 1. lin. 19. & adde, in.

Col. 2. lin. 12. dignacionis, donacionis.


Pag. 396. col. 2. lin. 5. indicata, indicta.

Lin. 7. unicas, uncias.

Pag. 398. col. 2. post Petrum Ostiensem Episcopum addendus est Albertus Turritatus Archiepiscopus, qui Priores de Nurchi Cassinensi Monasterio subjectos absolvendo censu Ecclesiæ S. Gavini pro Ecclesiis S. Georgii, & S. Mariæ exemir, ut videre est in hoc ipsius privilegio, quod in archivo nostro servatur autographum, atque hic nobis, quod pleraque complectatur ad Sardiniæ insulam pertinentia, integrum exscribitur. Auxiliante Domino nostro Jesu Christo, & intercedente pro nobis Beata Virgine Dei Genitrice Maria, & Beato S. Petro Apostolo, & B. S. Gavino, Proto, & Januario Martyribus Christi, sub quorum protectione, & defensione gubernatos nos credimus esse salvatos anni Domini millesimo, centesimo, septuagesimo. Ego Albertu Monachu Archiepiscopo de Turres Ki la fatho custa carta pro ca mi pregait su Abbate de Monte casinu Donnu Raynaldu pro indulgereli sucensu Ki davan sos Priores de Nurki a S. Gaviniu pro S. Jorgi de Barage, & pro S. Maria de Gennor una libra de argentu, & viginti soldi de dinares Kādon Ke beniat su missu dessu Papa, & levarende dessu Ki aviat S. Benedictu in Sardinia. Et ego Pusco Torrajare Tramaña in Sardinia pettili boluntate assu Donnu meu a JudiKe Barrusone de Laccon, & a Donnu Joanne Sargu Episcopo de Sorra, & a Donnu Gosantine de Lella Episcopo de Plovake, & a Donnu comita de Martis Episcopo de Impuriu, & a Donnu Attu Episcopo de castra, & a Donnu Zaccharia episcopo de Othan, & a Donnu Johanne Thelle episcopo de Gisardu, & a Donnu Guffredu episcopo de Bosa, & a Donnu Agustine Arkiprete de S. Gajciniu, & a totu sos calonicos, ed adipsis Parvitilii bene suaverende restaurātu S. Gaviniu, & indulgere Ego custu censu, & issu Priore de Nurchi Donnu Raynaldu de Ficarola de itimin de quinque homines integros Adorgotori farresu de erisa, & abera sa sorre, & a Jorgia sanecta, & a justa nuri, & ad halena sa fiia, & de itimi su saltu de labros ki tramusait su Priore de soju Donnu Goffredu, cum Saccaria, eissas terras ki aveat S. Maria de Thergu in Abba salza, ki comporait a Petru de Gurgu, & issas terras ki aveat S. Nicola ivi in Abba salza tenende assu saltu de S. Gaviniu. Et ego cum boluntate de Deus, & dessu donnu meu Judicke Barusone de Laccon, & dessa mujere Donna Presiosa de Orrubu Regina, & dessu Fiiu Donnu Gosantine Rege, & cum boluntate dessos episcopos suprascriptos, & dessu archiprete ed essos colonicos indulgolu custu censu a S. Benedictu ki nousiat nullu Archiepiscopus me, neque nullu homine Kindeli fathat Kertu borthe Kinde appat pro Deusque in sempiternu. Et si quis istam cartam injuste destruere voluerit habeat maledictionem de Deo

pa-

Patre omnipotente, & de S. Maria, & de omnibus sanctis Dei amen. Et si quis eam audierit, & dixerit quia bene est, habeat benedictionem de Deo Patre omnipotente, & de S. Maria, & de omnibus sanctis Dei amen. Et sunt Testes primus Deus omnipotens, deinde su Donnu meu Judike Barusone de Laccon, & ipsa mujere Donna Pretiosa de Orrubu Regina, & issu fiiu Donnu Gosantine Rege Testes, & ipsos Episcopos suprascriptos, & issu arkiprete, & ipsos calonicos Testes de kita de majores de Rama comita fisticu, & Kita sua testes, & ego Panis calidus Domini mei Regis Parasanis scriptor scripsi, & complevi istam cartam. Adest sigillum plumbeum pendens ex chordula serica coloris Rubei, ex una parte faciem exhibet hominis, ex alia inscriptionem Barusone Rex.



Exemptio isthæc, quam petierat Rainaldus Abbas longe ante annum 1166. hoc enim anno mortuus jam erat, anno demum 1205. ad preces Ricci Calaritani Archiepiscopi cujus mentio habetur apud Machin in catalogo Calaritanorum Archiepiscoporum confirmata fuit a D. B. Turritano Archiepiscopo, quemadmodum ex ipsius Diplomate inferius adducendo constat. Memoratur Albertus hic in summario rationum Pisani Archiepiscopi pro primatu supra Sardiniam, apud eumdem Machin pag. 143. cap. 35., & apud Vivianum de Jurepatronatus par. 1. lib. 3. cap. 2. fol. 74. num. 61. ubi donationem refert ab eodem Alberto Monacho Casinensi Turritano Archiepiscopo factam Stamnensi Nosocomio.

Pag. 399. col. 2. lin. 12. Xl., X.

Pag. 400. col. 2. lin. 49. ad, apud.

Pag. 402. col. 2. lin. 14. sive, sine.

Pag. 403. col. 2. lin. 35. sive, sine.

Pag. 404. col. 2. lin. 33. Berardus, Bernardus.

Pag. 405. col. 1. lin. 44. sive, sine.

Col. 2. lin. 42. profutura, *adde*, salva.

Pag. 406. col. 1. lin. 14. *adde*, Ego Ottobonus S. Adriani Diaconus cardinalis SS.

Pag. 409. col. 2. lin. 29. omnibus, *adde*, jam.

Pag. 411. col. 1. lin. 23. 58., 528.

Pag. 412. col. 1. lin. 40. R., F.

Col. 2. lin. 38. Xenochii, Xenodochii.

Pag. 414. col. 2. lin. 59. eradictum, prædictum.

Pag. 415. col. 1. lin. 62. filius, filius.

Col. 2. lin. 26. *dele*, ac.

Pag. 417. col. 2. lin. 2. finum, uterum.

Lin. 42. trito, territorio.

Pag. 418. col. 1. lin. 16. nostræ, *adde*, personæ.

Pag. 420. col. 2. lin. 31. & 62. priorem, procuratorem.

Pag. 423. col. 2. lin. 22. tempore, *adde*, ibi.

Lin. penult. modis, bonis.

Pag. 424. col. 1. lin. 52. revocavit, revocabit.

Pag. 425. col. 2. lin. 46. ut, *adde*, de.

Pag. 426. col. 2. lin. 25. D., R.

Pag. 427. col. 1. lin. 6. defensione, *adde*, gubernatos,

Lin. 30. vita mea, *adde*, & uneffu dintra de domo, & cenessa causa ci appodare in vita mea.

Et eadem lin. 30. At, Ao.

Lin. 64. benedictionem, *adde*, de tres patriarcas Abraam, Isaac, & Jacob, & appat benedictionem.

Col. 2. lin. 1. patriarcharum, *adde*, prophetarum.

Pag. 428. col. 1. lin. 52. archiepiscopu, *adde*, Domnu.

Col. 2. lin. 38. dessalmas, de palmas.

Pag. 429. col. 1. lin. 49. primo, proximo.

Col. 2. lin. 34. a Festo, *adde*, Beati.

Pag. 430. col. 1. lin. 12. rogatis, *adde*, Dominicæ.

Lin. 14. de fassi, *adde*, filius.

Lin. 22. oblationem, collationem.

Pag. 431. col. 2. lin. 61. frater, *adde*, noster.

Pag. 432. col. 2. lin. 28. fangro, Sagro.

Pag. 436. col. 2. lin. 56. 1295., 1296.

Pag. 442. col. 2. lin. 27. temporibus, *adde*, suis.

Pag. 443. col. 1. lin. 55. regularum, regularium.

Col. 2. lin. 37. exhibitioni, inhibitioni.

Pag. 444. col. 1. lin. 30. postulasti, postulastis.

Pag. 446. col. 2. lin. 19. &, sed.

Pag. 449. col. 2. lin. 29. aliorum, *adde*, donec.

Pag. 450. col. 1. lin. 6. Ss. Trinitatis, *adde*, similiter.

Pag. 451. col. 2. lin. 33. lenticulas, *adde*, istud malum oleum.

Lin. 47. senatores, senatore.

Lin. 48. Tornodorum, Tornodori.

Pag. 452. col. 2. lin. 24. cujus, uuius.

Lin. 27. hæc igitur, hinc ergo.

Lin. 34. & nostri, unde.

Lin. 45. Cerbarium, Cervarii.

Pag. 453. col. 2. lin. 5. plura, pura.

Pag. 455. col. 1. lin. 12. vicarius Generalis, vicario Generali.

Col. 2. lin. 31. coaperitur, *adde*, coronis structo.

Pag. 456. col. 2. lin. 42. Thomas, Thomasius.

Pag. 458. col. 2. lin. 30. studeat, studeant.

Pag. 460. col. 1. lin. 28. debeat, debeant.

Pag. 463. col. 1. lin. 2. mandamus, mandavimus.

Lin. 14. Sacerdos, *adde*, &c.

Pag. 464. col. 1. lin. 4. habet, habent.

Pag. 468. col. 1. lin. 13. præsentatione, præstatione.

Pag. 470. col. 2. lin. 59. religionis, regionis.

Pag. 472. col. 1. lin. 15. mersura, mensura.

Pag. 476. col. 2. lin. 45. 285., 275.

Pag. 477. col. 1. lin. 3. comuniser, comuniter.

Pag. 478. col. 1. lin. 11. sacerdotes, *adde*, testes.

Col. 2. lin. 31. post verba, *laudata videram*, *adde*. Hanc historiam Ptolomæi referri in Tom. undecimo Rerum Italicarum scriptorum, & insuper prædicta verba *haberi fol.* 1151.

Pag. 481. col. 2. lin. 37. post verba, *Eruditissimi Archiepiscopi Angeli de Nuce*, *adde*, Quamvis autem usus non sim, nec sim usurus ad meam sententiam probandam iis verbis, quæ leguntur cap.

223.

223. Historiæ mſ. Jachetti, five Francifci Malefpini Nepotis Ricordani, five Ricardacii, & quibus ufus eft Angelus de Nuce fuæ Differtationis initio, quæ funt fequentia: *Del detto Charlo rimafe Charlo 2. Prenfe di Salerno, ed era bello del corpo, e graziofo, ed ebbe più Figliuoli dalla fua Donna figlinola, & Reda del Re d' Ungaria. Il primo fuo figlinolo fu Charlo Martello, che poii fu Re d' Ungaria. Il 2. fu Lodovicho, che fii fece Frate della povera vita, e mai non entrò, avvengnia chello habbino appropriato al loro. Sicome i Frati Predichatori Tommafo d' Aquino; il quale inanzi, che foffe Frate Predicatore fu Monaco, e quando venne a morte, che infermio a camino, rimordendolo la cofcienza fi fece portale alla Badia, d' onde era prima ftato Monacho, e Monacho mori, e monaci hanno il corpo fuo, e nota, che quando egli infermò in quefto camino andava per fare disfare i Frati del carmino, onde Idio ne moftrò quefto miracholo per la via infermò, & morì &c.* quæ leguntur etiam in Anonymi Differtatione de monachatu divi Thomæ Aquinatis apud Caffinen. fol. 62., operæ tamen pretium me facturum cenfeo, fi oftendam, prædictum Angelum de Nuce vera dixiffe, dum afferuit, apud Pettum Junium Ugolini filium Patritium Florentinum affervari Hiftoriam Jachetti, ex qua *integrum caput 223. defumtum, ubi præallegata de Divo Thoma narratio ab auctore fcripta fuerat, publici Tabellionis fide ftipulatum anno 1596.* apud feipfum teftatur cuftodiri, *authographum vero* confervari audit *in domo Marchionis Malefpinæ.* Et quidem cum anno 1710. rogaviffem Joannem Baptiftam Cafotti publicæ Academiæ Nobilium Florentiæ Rectorem, ac Lectorem, nec non, & cenforem Academiæ Florentinæ, Salvinum Salvini, & Jacobum de Meleto Patritios, ac Academicos Florentinos, ut dictum codicem, præfato anno 1710. exiftentem in Archivo Marchionis Nicolai Junii, recognofcere, & deferre mihi non dedignarentur, num revera ibi controverfum caput 223. reperiretur nec ne; precibus annuerunt prædicti Florentini Patritii, & ex his Joannes Baptifta Cafotti coram duobus aliis collegis omni, qua decebat, fidelitate ex codice præcitato, quod eft in folio, exfcriptum propria manu ex fol. 48. integrum caput 223., & a publico Notario Joanne Petro, quondam Francifci de Menchis, cum authographo collatum, & ftipulatum, ad me trafmifit. Hic autem codex continet hiftoriam Ricordani, & Jachetti, feu Francifci, quam excipit chronica Joannis Villani. Præter hunc codicem, alium pariter recognovere prædicti Florentini Patritii exiftentem in Bibliotheca Caroli Thomæ Strozzi Florentini Patritii; hic autem Codex, qui eft in folio, & fignatus num. 169. foris, & intus, exhibet fragmentum hiftoriæ Ricordani, cui fubnectitur a cap. X. Jachettus ejus Nepos, & in margine habentur lectiones variorum, & in fine codicis appofita leguntur hæc verba *Quefto libro è ftata copiato da un' antico fedelmente l' anno* 1554. *Dippiù in quefto codice vi fono nella margine le varie lezzioni;* & ex hoc itidem codice exfcripfit Joannes Baptifta Cafotti prædictus illud 223. caput, de quo agimus, & ftipulatum ab eodem, qui fupra Notario, ad me tranfmifit. In eadem Bibliotheca alius affervatur codex in folio paginarum 148. fignatus numero 271., & continet hiftoriam Ricordani Malefpini, in margine autem paginæ 82. leguntur hæc verba: *Qui finifce il Malafpini ftampato.* Hanc fequitur illa Jachetti, quam, quo definit loco Jachettus, excipit Joannes Villani, & pagina 90. hujus codicis exfcriptum fuit ab eodem Cafotti idem caput 223., ab eodemque Notario ftipulatum, mihi fuit tranfmiffum, quod fimul cum duobus prioribus in noftro hoc Caffinenfi Archivo cuftoditur. Afferuntur hæc eadem hujus capitis 223. verba in Tomo VIII. Rerum Italicar. fcriptores pagina 1042., quibus clariffimus auctor Mura[illegible]rius fubjungit: *Defunt hæc in editis, fed ea fupplevimus ex codice manufcripto penes Marchionem Giugni civem Florentinum, cujus copiam Philippus Argelatus nofter &c. ab amico fuo literis impetravit.* Et fol. 879. præfatione ad Hiftoriam Ricordani, & Jachetti ejus Nepotis oftendit, Jachetti verba nequaquam pietati, & doctrinæ Divi Thomæ officere. Subjungit Archiepifco[illegible] loquens de Jachetto: Ac primum confirmandum nobis eft, quid idem Auctor de Ludovico Caroli filio ante præmiferat. *Illum fcilicet F[illegible] [illegible] ris vita, hoc eft, Minorum Caftri [illegible] & fi nunquam cum illis militaverit, ut ex altero alterum comprobetur, & fane quotquot Ludovici res geftas literis confignarunt uno ore Jachetti teftimonio fuffragantur, & concinunt. Neque hic ego Teftium nubem nullo operæ pretio producam, fuperftitiofe, unum, vel alterum feligam in re minime controverfa. Anonymus ejufdem S. Ludovici individuus comes in vita edita Antuerpiæ anno 1602. poftea quam narravit Religiofi voti motivum in Filio, & Caroli Patris ad votum implendum repugnantiam, propterea quod Regio Puero indecorum videretur, humile adeo, abjectumque vitæ Inftitutum profiteri, venit, inquit, cum Patre Romam; ibi Bonifacius ejus nominis Papa octavus voluit eum capere Epifcopatum Tholefanum. Ille vero fecum ftatuit non prius affentiri, quam voto, quo tenebatur, fe liberaffet. Summo autem Pontifice devotioni ejus annuente profeffus eft inftitutum D. Francifci. Romæ in conventu Aracœli fufceptus a D. P. Joanne Amurco Gnli. Miniftro in ordine minorum, & ne Pater offendi poffet, indulget Pontifex, ut occultata monaftica vefte uteretur vulgari Clericorum &c.* quod aliorum firmat auctoritate. Ad rem noftram, & divi Thomæ honorem facere videtur hic afferre hæc ejus vitæ verba præfixa Tomo primo, & fecundo illius operum Romæ editarum anno MDLXX.

Adolefcentiæ magnam partem in eo Monafterio, quod Caffini celeberrimum habetur exegit; erat tum receptiffimum filios adolefcentes, nobilefque præfertim Monafteriis includere, ubi cum doctrinarum rudimenta, tum morum fanctitatem, vitæque elegantiam imbiberent, quæ res feliciffime quoque Thomæ fucceffit. Primum enim ita fanctam illam monachorum vitam imitari cœpit, ut non ad eam perdifcendam tranfiffe, verum fic per naturam ornatum, & compofitum matrem eum in mundum effudiffe videretur, & virtutes fecum tamquam annonam, compendiumque quo viveret illuc tuliffe. Erat animo paulo remiffus, quod modeftiam, verecundiam, obediendi facilitatem, gravitatemque dicendi naturæ fere conjuncta habet: augebat hæc ipfe de induftria, dataque opera quomodo modeftior fieret, &

temperatior, quibus modis turpes omnes notas evitare posset, quo majori honore summaque reverentia sanctos illos omnes viros prosequeretur, & quam caute, apte, sancte, proque loci, quo versabatur dignitate verba proferret, diligentissime querebat. Primo vero die, quo Divinas illas ædes ingressus est, in animum induxerat, nihil sibi cogitandum, agendum, vel tractandum esse, quod injuriam loco afferre posset, ita temporis omnia momenta insumenda, ut si de singulis ab eo ratio exigeretur, non esset unde rubore perfunderetur, quæ certe meditatio non adolescentis cujusdam, sed divinissimi viri animum requirit, modum autem, quo istud assequeretur talem ipse reperit, plures ibi, non ab eo genere, vel ætate dissimiles nutriebantur ab his so subtrahit, locoque pervestigato, quem tam insigni instituto commodum haberet, illic agebat, non versare studiosissime libros, non de suis rebus intente meditari prætermittens, juvabat hoc opus frequens, & pro ætatis ratione ardens satis orandi Deum consuetudo. Tale sane vitægenus, quasi cum cultissimis, perfectissimisque Monachis de sanctitate certaret, sequutus ibi semper est &c.

Pag. 483. col. 1. lin. 39. Maii, *adde*, electus.

Pag. 484. col. 1. lin. 8. injuria, incuria.

Pag. 486. col. 2. lin. 17. sed plures patria, *adde*, In Regesto Thomæ Abbatis confecto anno 1285., & 86. fol. 118. habentur hæc verba, quæ ad rem nostram faciunt: *Hæredes Nicolai Gualteris de Aquino pro terra, quæ fuit Domni Petri de Castrocæli Patris Archiepiscopi de Benevento, ex qua debetur de cera libra dua.*

Pag. 487. col. 2. lin. 39. III., VII.

Pag. 489. col. 2. lin. 58. Cassinentium, calinentium,

Pag. 490. col. 1. lin. 32. de Germano, de S. Germano.

Pag. 491. col. 1. lin. 56. Domanæ, Romaniæ.

Pag. 492. col. 1. lin. 42. prodncatur, perducatur.

Lin. 54. proinde, provide,

Col. 2. lin. 16. post verba illa *Differt. I. dicemus*, *adde*, Ex infrascripta Bulla Honorii III. infertur, Monasterium S. Gregorii de Spaczano pertinuisse ad monasterium Cassinen, eidemque ab Apostolicæ sedis Legato fuisse restitutum: *Honorius episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Abbati, & conventui Cassinensi salutem, & Apostolicam benedictionem. Ea que judicio, vel concordia terminantur, firma debent, & inlibata persistere, & ne in recidiva contentionis scrupulum relabantur Apostolico convenit præsidio communiri. Ex parte siquidem vestra fuit expositum coram nobis, quod cum venerabilis Frater noster , . . . Tusculanus episcopus tunc Apostolicæ sedis legatus causam, quæ inter L. Priorem Ecclesiæ sancti Gregorii de Spaczano ad Cassinense monasterium pertinentis, & . . . . Abbatem de Scusa vertebatur super eo, quod idem Prior se ab ipso eadem ecclesia contra justitiam spoliatum fuisse dicebat, Venerabili Fratri nostro . . . Episcopo Sancti Marci comisisset fine debito terminandam; idem Episcopus Sancti Marci cognitis causæ meritis pro dicto Priore monasterii Cassinensis contra præfatum Abbatem super eadem ecclesia quoad possessorium diffinitivam sententiam promulgavit. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, sententiam ipsam, sicut est justa, nec legitima provocatione suspensa, & in ipsius litteris plenius continetur auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus.* Nulli *ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Signiæ VII. Idus Junii Pontificatus nostri anno septimo.* Adest sigillum plumbeum. Opinor, Monasterium hoc illud idem fuisse, de quo loquitur Petrus Diaconus libro 4. cap. 27. hisce verbis: *Carbonellus vir nobilis optulit beato Benedicto ecclesiam S. Gregorii, & S. Nicolai, & S. Agathæ in Tarsia ad locum Pectianum cum omnibus rebus, ac pertinentiis suis, centum librarum auri pœna apposita.* Tarsia hæc sita est in Provincia Calabriæ citerioris, ejusque Cassinensi Monasterio donationem exhibet Regestum Petri Diaconi fol 239. num. 573. & est tenoris sequentis: *In nomine Domini nostri Jesu Christi Dei æterni anno Incarnationis ejus millesimo centesimo sexto, mense Martii quartadecima Indictione. Nos Carbonellus pro mercede animæ meæ, & Parentum meorum, & per rogum Saxonis monachi offerimus in monasterio S. Benedicti de monte Casino ubi sacratissimum corpus ejus humatum est, in quo domnus Otto Abbas regimen tenet, hoc est ecclesiam S. Gregorii, & S. Nicolai, & ecclesiam S. Agathæ, quæ sunt in finibus Tarsiæ inter nos, & homines de Cassano, & hominibus Strigulæ in loco, qui Pectiano dicitur cum omnibus pertinentiis earum per has fines, a prima parte incipit a via ubi conjungit vallone, qui descendit a S. Gregorio, juxta balneum antiquum &c. describuntur alii fines. Item concedimus in suprascripto monasterio S. Benedicti, ut si aliquis homo venerit ex aliis partibus ad habitandum in supradictis terris ut securi, & absq; contrarietate nostra, omniumq; nostrorum hominum serviant in prædictis monasteriis simul cum duobus nostris hominibus unum nomine Luciferum, & alterum nomine Michaelem consentivum, cum omnibus rebus, & familiis eorum. Hæc autem omnia qualiter superius per fines, & terminibus declarata sunt, & cum omnia inferiora, ac superiora suæ, & cum sepis, & limitibus, aquis, montibus, planis, silvis, pratis, pascuis, atque paludis, & cum viis suis ibidem intrandi, & exiendi, & cum omnia universis terris intra habentibus subtus, & super, & cum supradicta ecclesia, quæ tunc destructæ sunt omnia in integrum offerimus, damus, concedimus, & confirmamus in præfato monasterio S. Benedicti montis Casini, nec non donni Ottoni venerabili Abbati, simulque Fratri Saxoni Monacho, & Sacerdoti, suisque omnibus successoribus in perpetuum ad habendum, & possidendum, & dominandum, & faciendum de ea omnia qualiter ipsis placuerint ad utilitatem prædicti monasterii, suisque Rectoribus, atque cultoribus. Siquis autem hanc nostram offertionem, quam pro mercede, & redemptione animæ nostræ, omniumque parentum nostrorum fecimus, quod non optamus, nefario ausu dirumpere, vel removere, seu diminuere tentaverit, & quæ a nobis ad laudem Dei pro mercede animæ nostræ statuta sunt refragare, aut in quoquam trasgredi, sciat se nisi resipuerit, & ad satisfactionem prædictæ ecclesiæ, suisque Rectoribus, atque custo-*

custodibus venerit, anathematis vinculo iunodatum, & a Regno Dei alienum, & cum Diabolo, & ejus atrocissimis pompis, atque Juda traditore Domini nostri Jesu Christi, eterui supplicii incendio concremandum sit deputatus. Insuper si iat se compositurum prædicta ecclesia S. Benedicti montis Casini, & donni Ottoni venerabili Abbati, suisque omnibus suis successoribus, nec non Fratris Sassoni Monachi, & sacerdotis, auri purissimi libras eeasum, & hanc nostram offertionem, qualiter superius legitur firma, & stabilis maneat in perpetuum præfata ecclesia S. Benedicti montis Casini, & ad ejus Rectoribus, atque custodibus. Ego Carbouellus insuper testis sum. Ego Gniglielmmo Frater de Carbonellus testis sum. Ego Rogerius testis sum. Ego vo de Bosco. Ego Philippo. Ego Unfreda. Ego Noceto. Nec alibi de hoc Monasterio mentionem inveni. Ex hac Bulla Clementis IV. apparet Monasterium S. Erasmi gubernari solitum a Cassinensibus Monachis, *Clemens Episcopus servus servorum Dei dilecto filio G. Sancti Georgii ad velum aureum Diacono cardinali salutem, & Apostolicam benedictionem. Pro reverentia confessoris sanctissimi gratia, & nomine Renedicti cujus corpus gloriosum in Cassinensi monasterio est venerabiliter collocatum, ac pro dilecti filii B. Abbatis ejusdem monasterii devotionis meritis aure benigna ipsius Abbatis preces suscipimus, & pio favore complemus, sed in hiis præcipue, quæ profectum noscuntur ejusdem monasterii continere. Lecta siquidem nobis ipsius Abbatis petitio continebat, quod licet ecclesia sancti Erasmi de Cesis cum ecclesiis, & cappellis ab ea dependentibus Spoletan., & Tudertin. Diœcesis ad dictum monasterium pleno jure pertineat, & consueverit per ipsius monasterii monachos gubernari, ac prædecessores ejusdem Abbatis, qui fuerunt pro tempore hujusmodi Monachos sub eorum obedientia commorantes in ecclesia ipsa posuerint, & exinde amoverint pro sua libito voluntatis. Philippus tamen Monachus præfati monasterii, qui diu ecclesiam gubernavit, eandem pro eo contra eundem Abbatem spiritu rebellionis assumpto eidem Abbati obedire non curat, ac ipse Abbas de dictis ecclesiis, & cappellis, prout ad eum pertinet non potest illa, de causa disponere, quia felicis recordationis Urbanus Papa Prædecessor noster, ecclesias, & capellas easdem cum earum fructibus, & proventibus Rocca nostra de Cesis concessisse, diciturque, dictum Monachum ab ipsius Abbatis, & successorum suorum obedientiam etiam exemisse. Quare dictus Abbas humiliter petebat a nobis, ut cum hujusmodi concessio, & exemptio redundent in prædicti monasterii prajudicium, & ecclesiarum, ac cappellarum ipsarum evidens detrimentum, subvenire super hoc ess paterna diligentia curaremus. Nos itaque ipsius Abbatis supplicationibus inclinati dictas ecclesias, & cappellas cum Monachis, & clericis, ac omnibus Juribus, & pertinentiis earum ad eum statum in qao ante concessionem, & exemptionem easdem fuisse noscuntur auctoritate nostrarum literarum reduximus, ac dicto Abbati, & per ipsum suis successoribus, dictoque monasterio restituimus de gratia liberali, ac etiam eidem Abbati concessimus, quod præfatum Monachum ad claustrum ejusdem monasterii moraturum in eo, sub sua, & successorum suorum obedientia valeat revocare, alium quoque, vel alios sibi substituere in præfata ecclesia, prout ad ipsum dignoscitur pertinere non obstantibus concessione, & exemptione prædictis, seu quibuscumque privilegiis, vel Indulgentiis, aut litteris super his ab eodem prædecessore optentis. Nolumus autem, quod præfato Abbati, & monasterio, ac successoribus ipsis propter hoc de novo jus aliquod acquiratur, sed antiquum tantummodo cum integritate servetur. Quocirca discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatinus dictum Abbatem, vel Procuratorem suum ejus nomine in possessionem ecclesiarum, & cappellarum ipsarum cum juribus, & pertinentiis earum juxta restitutionis, & concessionis nostræ tenorem auctoritate nostra per te, vel alium, aut alios inducas, & defendas inductum, eique facias a dicto Monacho, quem ad requisitionem ejusdem Abbatis ad claustrum ipsum destinare non differas, obedientiam, & reverentiam debitam exhiberi. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstantibus supradictis, vel si aliquibus a sede Apostolica sit indultum, quod suspendi, vel interdici, aut excommunicari non possint, sine aliqua indulgentia sedis ejusdem, per quam executio mandati nostri super his impediri valeat, vel differri, & de qua in præsentibus specialem, & expressam oporteat fieri mentionem; invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Datum Perusii VIII. Idus Julii Pontificatus nostri anno I.V. Jac. Alex.* Adest sigillum plumbeum. Similes literæ eadem die missæ fuerunt Castellano arcis de Cesis, in quibus ad verbum inserta fuit prædicta Bulla, quæ hisce verbis desinit: *Quocirca discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus super hoc nullum apponas obstaculum, sed ad requisitionem ipsius cardinalis tribuas auxilium, & consilium opportunum &c.* De hoc pariter monasterio aliæ notitiæ desiderantur.

Pag. 494. col. 2. lin. 21. Ranecto, Radecto.

Pag. 495. col. 1. lin. 19. trigesimo, *adde*, primo.

Pag. 496. col. 2. lin. 51. mandamus, mandavimus.

Bag. 497. col. 2. lin. 15. Indictione, Indictio.

Pag. 498. col. 1. lin. 18. IX. XI.

Lin. 20. ut supra, ut sequitur.

Pag. 499. col. 1. lin. 30. ut, &

Lin. 48. meam, *adde*, &c.

Col. 2. lin. 4. anima, *adde*, mea.

Pag. 501. col. 2. lin. 61. sanctissimus, *adde*, Benedictus.

Pag. 502. col. 1. lin. 44. elia, clia.

Col. 2. lin. 48. ,& 65. dele punctum, & adde &c.

Pag. 504. col. 2. lin. 46. Abbatis, *adde*, in.

Pag. 506. col. 1. lin. 24. Tricastinæ, Tricasinæ.

Pag. 507. col. 2. lin. 3. ex, *adde*, ejus.

Pag. 510. col. 1. lin. 38. Hic, Nic.

Col. 2. lin. 26. laicorum, locorum.

Pag. 511. col. 2. lin. 23. ecclesiam, ecclesiarum.

Pag. 513. col. 1. lin. 11. fiducia, *adde*, qua.

Pag. 515. col. 2. lin. 52. qua, *adde*, erga.

Pag. 516. col. 1. lin. 9. peccatoris, pectoris.

Col. 2. lin. 17. vacabant, jacebant.

Pag. 521. col. 1. lin. 43. suarum, suorum.

Pag. 523. col. 2. lin. 43. necnon, *adde*, in.

Pag. 524. col. 1. lin. 5. vestrum, vestrarum.

Pag. 525. col. 2. lin. 21. cap. 3., cap. 63.

Pag. 526. col. 1. lin. 34. supervixerant, supervixerit.

Pag. 527. col. 1. lin. 57. speciles, speciales.

Pag. 528. col. 1. lin. 30. dicant, *adde*, versus.

Pag. 529. col. 1. lin. 34. accipiens, accipientes.

Col. 2. lin. 37. offert, affert.

Pag. 530. col. 1. lin. 56. Pentecostes, *adde*, &c.

Col. 2. lin. 3. &, *adde*, tunc.

Lin. 60. Breviario, Missali.

Pag. 531. col. 2. lin. 1. Nazareus, Nazarenus.

Pag. 533. col. 1. lin. 1. Nicolaus, *adde*, cap. 15. 1. Reg.

Col. 2. lin. 30. Abbas, *adde*, surgit, & omnes.

Pag. 535. col. 1. lin. 33. petitures, petituros.

Col. 2. lin. 44. venerit, venerint.

Pag. 537. col. 2. lin. 25. post verba anno septimu, *adde*, Stephanus Cisterciensis Monachus monasterii S. Mariæ, & S. Erasmi in insula Pontia, professionem in hoc Cassinensi monasterio in manibus Marini Abbatis emisit, unde videtur in eodem confecisse annum probationis. Infertur hinc, eo tempore maxime viguisse in sacro Cassinensi monasterio regularem disciplinam, aliter Cistercienses PP. eum ad monasterium non misissent factum tyrocinium, & professionem, sed ad propria, uti illud Casemari, & illud Fossænovæ (in quibus disciplina semper floruit Regularis) eoque magis, quod minus, quam hoc ab Insulam Pontia distabant, afferamus cartam, ut dicunt, Professionis, & quædam etiam reformationis capitula pro dicto monasterio S. Mariæ, & S. Erasmi confecta a PP. Visitatoribus eidem destinatis, hæc autem omnia ex propriis Originalibus desumsimus, quæ in nostro archivo asservantur. † *In nomine Summe & individua Trinitatis. Ego Frater Stephanus Monachus promitto stabilitatem, & conversionem morum meorum, & obedientiam secundum Regulam S. Patris nostri Benedicti in hoc sacro Monasterio Montis Casini, ubi sacratissimum corpus ejus humatum est in presentia Rmi . . . . Marini, & hujus sancta congregationis, ut post execssum vita præsentis . . . . . sanctorum percipere meraer in sede polorum. Et post hac vero promitto Deo, & S. Maria Pontiana Insula, & Beato Erasmo Christi Martyris, & tibi Done Marine Venerabilis Abbas, & tibi Dono Stephano Abbati meo, quia nunquam consentio, nec facio furtum, quod proditio hujus ecclesia S. Maria, & S. Erasmi fiat, sed adjuvo hic, & illuc, sic Deus me adjuvet per fidem, & veritatem, & ista sancta Reliquia. Nos Frater Stephanus, & Frater Hen. Visitatores Insularum de mandato Dñi Abbatis Fossen. cui earundem Insularum visitatio a Dño PP. est commissa. Hec a Fratribus Pontia pracepimus observari. Inprimis, ut supra numerum Fratrum, & Familiarium, qui modo sunt in Insula, alii non recipiantur sine speciali mandato Dñi Abbatis Fossen., Item de catero non recipiantur pueri minores quindecim annis. Omni tempore legatur ad mensam, & ad collationem. Hora vesperarum sic temperetur, ut cum luce fiant omnia. Expleta lectione collationum, tam Monachi, quam Conversi conveniant ad ecclesiam, & cantato completorio eant cubitum cum omni sylentio. Si quis autem nocturnis horis fregerit silentium, disciplinetur in capitulo, & uno die abstineat a vino, nisi forte propter supervenientes Hospites Prior aliquid imperaverit, vel alia inopinata necessitas supervenerit. Eadem pœna teneatur si quis fregerit silentium in mensa, vel in ecclesia. Item pracipimus, ut usque ad horam tertiam diei, & post cantatas vesperas Fratres ad invicem non confabulentur, sed tantum de rebus necessariis loquantur. Item cum Hospitibus sine licentia nullus loquatur. Item nullus secularis in Refectorio comedat cum Fratribus. Item Monachi certis horis exeant ad laborem manuum, & certis horis vacent lectioni, sicut constitutum est in Regula S. Benedicti. Si quis Frater inobediens fuerit Priori, vel cui ex mandato Prioris obedire tenetur, disciplinetur in capitulo, & uno die abstineat a vino. Item usque ad adventum Prioris de frugibus, vel alia substantia monasterii non detur alicui sine communi consilio, & conscientia fratrum. Item redigatur in scriptis mensura frugum hujus anni, ut adveniente Priore cellerarius reddat inde rationem. Item de catero nullus Monachus, vel conversus Cisterciensis Ordinis recipiatur sine litterit commendatitiis sui Abbatis. Item excommunicamus ex parte Dei omnipotentis conspiratores; & si quis per potentiam secularium auctoritatem, vel potestatem sibi in congregatione usurpare, aut injuriam, vel injuste sibi illatam per seculares vindicare conatus fuerit, sive per eosdem seculares Priori, vel alicui Fratrum scandalum fecerit; & nihilominus per visitatoram de congregatione expellatur, qui hac facere probatus fuerit. Fratres, qui sunt in Palmaria omni mense ad minus semel audiant missam, & septies in anno communicent. Hac autem carta visitationis quater ad minus legatur hoc anno coram omnibus Fratribus, ut nullus de ignorantia excusetur, & bene conservetur, ut in sequenti visitatione visitatori ostendatur. Item pracipimus, hoc anno, si fieri potest cooperiatur Dormitorium in quo dormiant cuncti Fratres.*

Notatu digna sunt illa verba *promitto stabilitatem, & conversionem morum meorum, & obedientiam secundum regulam S. P. nostri Benedicti in hoc S. Monasterio montis Casini*, quippe quo pacto, si Monachus Cisterciensis efficiebatur, stabilitatem in hoc poterat Monasterio promittere? Non minus curiositatis afferunt illa verba, quibus se obligatum spondens Deo, S. Mariæ, S. Erasmo, & Abbatibus Marino, & Stephano dicit: *nec facio furtum*. Observandum item Decretum a visitatoribus emanatum, quo Monachis in Insula Palmaria degentibus præcipiebatur, ut saltem semel in mense missæ sacrificio interessent, & septies in anno communicarentur, quo datur intelligi, neminem ex illis fuisse sacerdotem, nec alium repertum in Insula, unde fiebat, ut cogerentur sex milliaria conficere mari, pro missa audienda in Monasterio Insulæ Pontiæ, ad quod sæpe commeare nequibant ob maris, ac temporum inconstantiam. Ex relatione, quam habita prævia testium informatione, fecit Regia Camera Summariæ Neapolis Domino Cardinali Granvela Neapolitani Regni Viceregi non parum luminis affertur rebus Insularum Pontiæ, & Sonnonis, nec non rebus duorum Monasteriorum, quæ in prædictis Insulis extabant. In præsentia adhuc conspicitur hæc Ecclesia S. Mariæ Sonnonis, sed partim diruta, ejusque redditus percipit Beneficiarius a sede Apostolica institutus, siquidem modo est Beneficium simplex. In eadem Insula Sonnonis aliud item erat monasterium, ut con-

constat ex antiqua hujus Insulæ concessione, cum census appositione, facta anno 975. a monasterio S. Michaelis Archangeli Cajetæ. Anno deinde 1218. concessum fuit cum eodem onere cuidam fratri Petro, aliisque suis Religiosis, quam concessionem asserimus desumtam ex proprio originali asservato in ejusdem monasterii Cajetani Archivo, hinc clare elucescunt initia monasterii Sennonis insulæ, in quo videntur maxime austeritati ejus Monachi studuisse. *In nomine Domini amen. In præsentia D. Adenulphi Dei gratia venerabilis Cajetani episcopi ipso consentiente. Nos frater Petrus de Sennona, & omnes fratres, qui simul hodie in insula Sennona Domino famulamur pro nobis, & pro omnibus, qui heremiticam vitam quocumque tempore in eadem insula eligere Domino inspirante voluerint in perpetuum profitemur. Nos ante Domine Gregorium honesto Abbate, & universo conventu Monasterii S. Angeli de Cajeta recepisse ex concessione vestra insulam vestri monasterii supradictum Sennonara, ut ibi serviamus Deo omni tempore, tam nos, quam futuri heremita, qui in eadem insula quocumque tempore solitudinem heremi querere divina inspiratione voluerint, & tam nos, quam, & futuri heremita, qui in eadem insula heremum elegerint colamus insulam ipsam ad utilitatem nostram pro vita nostra, & pro necessitatibus nostris, & piscationem similiter exerceamus in ea pro nostra utilitate, salvo tamen jure vestro, quod de eadem insula habetis in piscatione acuum. Nos autem, & omnes, qui futuri sunt heremita in eadem insula vestri monasterii pro insula ipsa nomine censas dabimus vestro monasterio tres libras thuris singulis annis in dedicatione Beati Michaelis Archangeli, qua celebratur tertio Kalendas Octubris. Si vero aliquo tempore aliquis de Fratribus vestris desiderans profectum, vita artioris habere ad nos cum litteris vestris Dõne Abbas, vel successori. tuis necesserit, ipse receptus a nobis, quem caritative recipere debemus subjectus sit regula, quam tenemus, non tamen cogatur usque ad annum habitum vestimentorum, . . mutare. . . Si autem ibi voluerit perpetuo permanere in eodem abitu vestimentorum, quem nos tenemus, & in eodem victu, & laboribus sicut, & nos debeat Domino famulari. Ego autem frater Petrus, & nos omnes Fratres, qui hodie cum eo sumus, vel qui erunt ibi heremita quocumque tempore nunquam studebimus aliquo modo, vel per nos, vel per alios, quod eadem insula Sennona subtrahatur a præfato monasterio vestro S. Angeli, sed propietas ipsius semper de eodem monasterio vestro permaneat. Et nos ipsum colamus ad nostram utilitatem sicut superius dictum est. Ut autem hoc quod factum est firmiter perseveret, hoc scriptum propia manu subscribens in eo testibus etiam feci idoneis roborari. Scripta anno Dominica Incarnationis millesimo ducentesimo ottaudecimo, mense Februarii, sexta Ind. amen. † Signum propria manus Fr. Jacobus Monachus, & sacerdos † Signum propria manus fratris Bartholomei Monachi, & Sacerdotis. † Ego Fr. Joannes Cus. † ego Fr. Thomas Cus. † ego Fr. Deutesalve Cus. † Ego Fr. Joannes Cus. † Ego Fr. Petrus C. † Ego Fr. Petrus Cus. † Ego Fr. Philippus Con. † Ego Fr. Cesarius C. † Ego Fr. Nicolaus C. † Ego Fr. Gregorius C. † Ego Fr. Andreas C.*

Temporibus sequentibus monasterium hoc ad

PP. Cistercienses devenit, ut ex infrascripta relatione fit notum. *E quanto all'altre particolarità predette in effetto riferiscono, che detta Isola di Ponza è di circuito di miglia quattordeci all'incontro di Terracina, & di Montecercello, discosta da Gaeta circa miglia sessanta, & che ha bonissimo, e bello porto, & che ci è una Torre circondata dal mare alta canne vintidue, & tonda altretanta, & benche dimostra essernoci state quattro solari, nondimeno uno solamente ne sta in piede, & l'altri tre sono roinati, & ci sono anco edificii antiqui, però roinati, che dimostrano essere stata Terra abitata, & bella, & che ci sono molte grotte di capacità di dumilia persone, & più con aqua de cisterna, & un bellissimo puzzo surgente abondantissimo, che stà al porto, e con vestigii de belli Giardini, massarie, vigne, pascui, belli territorii, & campi da seminare, abondantissima di legnami belli, & grossi, pischere de pesci, & coralli, & che pur s'intende esserci saline, minere d'oro, & altri metalli, caccie de Caprii, conigli, & diverse altre commodità, & loco di bellissimo aere, & che dimostra esserci gran fortellezza, & che da molto tempo in qua è stata, & è dissabitata &c. Et che detta Isola di Ponza ha sotto di se tre Isole principali, l'una chiamata lo Sonnone di miglia quattro di circuito a fronte al porto, però distante da Ponza sette miglia, in la quale ci era uno monasterio de Frati, che oggi di è in essere, dove ci stavano Frati, & se ne uscirono, & ferno una ecclesia in Gaeta, chiamata lo Sonnone. L'altra Palmarola distante tre miglia, & gira altretante, & l'altra viento tene distante quaranta miglia ma dal medesimo circuito, & altro Isolette di poco momento &c.*

In Istrumento confecto consecrationis Ecclesiæ S. Michaelis Archangeli anno 1289. die 25. Aprilis peractæ a Cardinali Gerardo episcopo Sabinen. sanctæ sedis Apostolicæ Legato, & Bajulo in Regno Neapolitano deputato ab eadem S. Sede cui accessit etiam Comes Robbertus Atrebatensis vice Caroli secundi Regis, qui captivus in Aragonia tenebatur, inter cæteros testes subscripti leguntur F. Petrus Prior de Sonnone, ac multi alii SS. Trinitatis Monachi. Lubin in Italiæ Abbatiarum notitia fol. 305. loquens de Abbatia Insulæ Pontiæ hæc habet. *Abbatia S. Maria de Pontio, alias Poncio, sive Insula Pontiana, Ordinis Cisterciensis, Diœcesis Cajetana, in Regno Neapolitano, de ea Carolus de Visch in Indice Abbatiarum ejusdem Ordinis ejus Monachus, & Abbas fuit Antonius, anno 1392. factus Suessanus Episcopus. Vide Ughellum tom. 6. pag. 682. eam recenset Gaspar Jongelinus de Abbatiis Italia ejusdem Ordinis num. 13. vulgo Isola di Ponza, contra Tarracinam in mari Tyrrheno.*

Celebrem effecerunt hanc insulam plurimorum Martyrum exilia, ut dicit S. Hieronymus in vita S. Paulæ viduæ, in qua hæc habet. *Delata est Paula, cum Filia Eustochio ad insulam Pontiam, quam clarissima quondam feminarum sub Domitiano Principe, pro confessione nominis Christiani, Flavia Domitilla nobilitavit exilium: vidensque cellulas, in quibus illa longum martyrium duxerat, sumptis fidei alis Hierosolymam, & sancta loca videre cupiebat &c.* Exilium ibi peregit S. Silverius Papa. De prædictis insulis Pontio, & Palmaria agit Michael

Baudrand in suo Lexico Geographico. De monasterio autem Fossæ novæ, cui subjectum erat illud Pontiæ saltem eo tempore, quo capitula a Visitatoribus supra allata, edita fuerunt, agit Lubin fol. 147. Angelus Manrique in Annalibus Cisterciensibus, Ughellius in Episcoporum Piperni descriptione Tom. I. col. 1280. Lucentius Tom. I. col. 844. ubi dicit. *Fossa nova Monasterium Tarracinensis Diœcesis in Territorio Privernate celeberrimæ fundationis Cisterciensis memoratur in Annalibus ordinis anno 1135. sed eo anno Cisterciensium jura suscepisse fatendum est, cum ejus exordia antiquiora esse manifeste appareant. Anno siquidem octingentesimo octavo Gregorius ille IV. Joannis filius, Romanus ad summum Pontificatum assumptus fuit, qui antea a Paschali primo, vel, ut aliis placet, a Leone III. ex Monacho Fossæ novæ Ordinis S. Benedicti factus est S.R.E. Cardinalis. Et quippe antiquissima Casinensium Institutio in eo cœnobio facile viguit, quæ apud Tarracinenses ipso instituente sanctissimo Patriarcha Benedicto diffusa erat, ut supra ostendimus, cum de Monasterio Tarracinensi sub Titulo S. Stephani egimus, cujus etiam nuncupationem gerit hoc Fossanovense.*

Eadem pag. 537. col. 2. lin. 38. Monopolitanus, *adde*, Guglielmus Cupersanensis.

Pag. 538. col. 1. lin. 25. & 26. Biteliensis, Rubensis.

Lin. 40. salutem, *adde*, sempiternam.

Col. 2. lin. 46. festivitates ipsas, festivitatis ipsius.

Pag. 539. col. 1. lin. 32. Resurrectionis, *adde*, Ascensionis, & Pentecostes, in quatuor Festivitatibus Gloriosæ Virginis Mariæ, scilicet,

Lin. 41. quodcumqoe, quicumque.

Lin. 47. testimonium, *adde*, præsens scriptum sigillo nostro pendenti duximus roborandum adhæc,

Lin. 51. quolibet, *adde*, In perpetuom.

Pag. 541. col. 1. lin. 10. quandoque, *adde*, quinque, quandoqoe.

Pag. 542. col. 1. lin. 49. Guerram, Guerrarum.

Pag. 543. col. 1. lin. penult. Cucuratii, Cucurutii,

Pag. 544. col. 1. lin. 38., & 39. repræsentantis, repræsentati.

Pag. 545. col. 1. lin. 26. 112., 191., & Petro, Nicolao.

Pag. 547. col. 2. lin. 41. Gnavello, Ravello.

Pag. 548. col. 1. lin. 34. mandaverant, mandaverunt.

Col. 2. lin. 21. pater, patet.

Pag. 549. col. 1. lin. 15. carlenos, Florenos.

Lin. 54. 20., 26. Lin. penult. Bernardi, Bertrandi.

Col. 2. lin. 4. Minorem, armorum.

Pag. 550. col. 2. lin. 29. Aguæ, Annæ.

Pag. 552. col. 2. lin. 8. sole, soler.

Pag. 553. col. 1. lin. 12. perdictum, prædictam.

Pag. 554. col. 1. lin. 19. in, Jo.

Pag. 557. col. 2. lin. 3. propositionem, propositionum,

Pag. 563. col. 1. lin. 62. *dele* illa puocta, & *lege* patinatico.

Pag. 564. col. 2. lin. 25. quovis, quosvis.

Pag. 565. col. 1. lin. 25. colonis, *adde*, portionariis, agriculis, & censitis.

Col. 2. lin. 18. XXIII., XIII.

Pag. 568. col. 2. lin. 10. *dele*, sacellarium suum, *& lege*, Clericum cameræ Apostolicæ, & electum Mutinense.

Pag. 569. col. 1. lin. 7. post verba *tum mihi magno usui fuit*, *adde*, Eam enim concinnavit Nicolaus Rosseli de Majorica, a quibusdam dictus de Terracona, unde vulgo appellatus Cardinalis de Aragona; Hunc, qui Fratrum Prædicatorum ordinem professus erat, in cardinalem creatum ab Innocentio VI. anno 1356. multorum probat auctoritate Nicolaus Antonius in sua Bibliotheca Hispana vetus Tom. II. lib. IX. cap. VI. num. 286. cujus operis plura extabant io Romanis Bibliothecis exemplaria. Hoc idem præstat Baronius annis 1055. 1073. 1097., & alibi. Horum autem Pontificum vitæ editæ extant in 3. Tom. Rerum Italicarum scriptores pag. 277., & seq. sed legendus clariss. Ludovicus Antonius Muratorius in Prolegomenis ad Poutificum vitas collectas a prædicto Rosselli pag. 274., & io monito ad Lectorem quod reperies pag. 276. Legendus item Ciacconius cum additione Oldoini Tom. II. fol. 536.

Pag. 571. col. 2. lin. 14. superiori, superior ori.

Pag. 572. col. 1. lin. 45. aliquorumque, reliquorumque.

Pag. 576. col. 1. lin. 32. delectus, dilectus.

Pag. 578. col. 1. lin. 15. secutarum, secu torum.

Col. 2. lin. 30. Triancum, Triocum.

Lin. 33. in Luca, in Luco.

Pag. 579. col. 1. lin. 6. de Pescho, de Pesclo.

Lin. 11. in cella, in colle.

Lin. 13. Anarnia, Anagnia.

Lin. 14. S. Marci Cecano, S. Marci lo Ceccano.

Lin. 17. in Lucania, in Lucano.

Lin. 50. sigoum, sugi.

Col. 2. lin. 2. Castellum, Castellone.

Lin. 29. monasterii, *adde*, Jura &.

Lin. 37. juris, viris.

Lin. 38. censemus, sancimus.

Pag. 580. col. 1. lin. 14. qui, qui ab.

Pag. 583. col. 1. lin. 64. Aragouum, *adde*, & Siciliæ.

Pag. 585. col. 1. lin. 12. post verba *Monte Pannonia*, *adde*, Epistolæ missæ ab Abbate, & Monachis Casinensibus Abbati, & Monachis prædicti monasterii sunt tenoris infra ponendi. Prædictarum autem Epistolarum copiam nobis fecerunt Monachi illi S. Martini per quemdam Patrem Tertii ordinis S. Augustini, qui supplici item misso libello plura sciscitabantur, quæ inter sunt, quæ sequuntur. *Siquidem assoleret visitare Sanctissimum illud, & toto orbe terrarum Eminentissimum, sacrisque Reliquiis, ac corporibus SSmi. Legislatoris nostri Benedicti, ac sororis ejusdem Scholasticæ condecoratum Archicœnobium Casinense, eque nostrum quoque Archicœnobium S. Martini de Sac. Monte Pannonia initium duxit potissimum, ejusdemque esset congregationis, uti, & formula professionis nostra innuit: rogo vrãm Fraternitatem, velit rescire. Primo: utrum crux illa aurea, qua SSmus. Fundator noster Sanctissimus Rex Ungariæ Stephanus Archiabbati sacri Montis Cassinen. misit, adhuc extet, & si ita roget sibi ostendi, ut eandem possit mihi vel coram, vel scripto ad minimum describere. De qua facit mentionem Cæsar Baronius in*

An-

Annalibus ecclesiasticis Tom. XI. ad annum 1038. *num.*16. *Secundo: Quinam fuerint nomine, seu, quomodo vocabantur illi duo seniores monachi Cassinenses, quos in Ungariam, Abbas Cassinensis ad petitum S. Regis Stephani misit: circa annum praescriptum* 1038. *de quibus ibidem apud Baronium mentio fit &c.* 7*mo: Poterit dicere nos jam habuisse, una cum modo regnante Benedicto imo valdo pio, & docto* 57. *Archi-Abbate. Item, quod extent litera confraternitatis tenore, sicut habetur sub Litera A an etiam ibidem extent, & commemoratio an persiciatur? &c. Similia humiliter insinuando, si poterit rescire, & notificare gratanter habebo, maxime vero si in eodem loco Sacratiss. & aliis SS. Locis pro me eraverit &c. P. Bonifacius O. S. P. B. ad t. Martinum Professus.*

Charissimis in Christo Fratribus Abbati, & Conventui S. Martini de t. Monte Pannonia. Adenulphus Dei Gratia Cassinensis electus, & universus sacri cenobii Cassinensis Conventus: S. Martha ministerium exercere, ut pars optima non depereat Maria, Regina virtutum charitas, qua omnibus virtutibus velut quibusdam pretiosis coloribus veterem hominem renovat, omni nobilitate nobilior, miro modo, & disgregatos copulat, & conjungit. Et homines diversi generis, quasi dispersiones Israelis ad unum ineffabili unione reducit, ut idem sit Deus, & Pater omnium dives in omnibus, qui invocant illum. Qua licet varietate delectabili omnium electorum corda deauret, & ornet, in se tamen per amorem tanquam pia Mater colligit universos. In cujus aureis fimbriis nos qui sumus in fine saeculorum una vobiscum adscripti, qui dum quod Apostolica tradit authoritas, in ea fide, qua per dilectionem operatur, & monastica Religionis observantia, qua nos eximius Pater Benedictus instruxit idem cor, & animum gerimus, & pro vobis, tanquam pro nobis Regi Regum Domino supplicamus; in quo non melius tanta virtutis impleri constat preceptum, quam ut exhibeamus proximo, quod vobis secundum Deum volumus exhiberi. Proinde vestram fraternitatem propensius exoramus, quatenus post Martinum vestrum, nostrum in vestris pectoribus habeatis Benedictum, quia Benedictus noster, vestro Martino detulit, cum, cum ejus oratorium in nostro Monasterio fabricavit. Simul etiam in vestris orationibus, & beneficiis spiritualibus nostri memoriam habeatis, quia quantum nobis licet, vos participes fecimus orationis, & spiritualis benedictionis, ut quibus una est in terris Religionis Professio, eisdem sit in Caelestibus Divina laudis, jugis, & miranda confessio. Statuimus enim, ut annis singulis in festo Conversionis S. Pauli, vestri memoriam solemniter faciamus, quam pro nobis, & pro fratribus nostris a vobis fieri humiliter peroptamus. Datum octavo Kalendas Februarii anno a Domini Nativitate millesimo ducentesimo duodecimo.

Eadem pag., & col.lin.13. Februarii &c. *adde*, Commemoratio Fratrum S. Stephani in Monopoli.

Lin.28. XVIII., XVII.

Pag. 587. col.2. lin. 55. per, &.

Lin.62. Picche, Bicche.

Pag. 588. col.2. lin.10. &, ut.

Lin.29. scobello, scopello.

Pag. 589. col.1. lin.43. tuum, suum.

Pag. 591. col.2. lin.24. decimas, decinas.

Lin.34. componenda, comburenda.

Lin. 45. S. Germani, *adde*, in.

Pag. 593. col. 2. lin. 61. 559., 159.

Pag. 594. col.1. lin.20. turibus, juribus.

Lin.37. sollicite, solvere.

Pag.597. col.2. lin.36. Spondans, Spondanus.

Lin. 48. saeculi, saeculis.

Pag. 598. col.2. lin. 18. Jonae Prophetae, *adde*, Reliquiae de septem Dormientibus.

Pag. 599. col.2. lin.49. case, cose.

Pag. 600. col. 1. lin.8. &c. *adde*, & reperiuntur quinque planetae.

Lin. ult. ecclesiae, *adde*, deveniret.

Col.2. lin. 2. Abbatibus, Abbatialibus.

Pag.601. col. 2. lin.23. viris, ejus.

Lin.37. interdicti, incidit in.

Lin. 40. tenere, temere.

Lin.44. contundunt, contendunt.

Pag. 602. col.2. lin.25. primic., primum.

Pag. 605. col. 1. lin. 23. electus, *adde*, te patrem.

Pag.607. col. 1. lin.14. beatos, doctos.

Col.2. lin.33. *dele*, noster, & *lege*. Cavensis. Quippe per errorem, in quem lapsus est Ughellius ibi citatus, pro *Cavensis*, positum est noster, seu Cassinensis.

Pag. 611. col.1. lin.10. Ecclesiae, *adde*, totius.

Pag. 612. col.1. lin.3. subscriptoribus, subscriptionibus.

Lin.17. Jacobus, Johannes.

Col.2. lin.12. nomine, nemine.

Lin. 26. ob, ab.

Lin. 59. itemquod, *adde*, non.

Lin.56. in verba, in haec verba.

Pag. 616. col.1. lin.41. porcione, pecunia.

Pag. 617. col. 1. lin. 28. in praedictis, impendetis.

Lin.59. *dele*, illa puncta, & *lege*, & Reginae.

Lin. 62. origuali, reginali.

Lin. 63. Johannellus, *adde*, Seg.

Col.2. lin. 54. constat, *adde*, cui aliud insertum est Johannae II. An. 1415. datum.

Lin.56. Majoricam, Majoricarum.

Pag. 619. col.1. lin.58. geutium, degentium.

Col.2. lin.penult. Deum, eum.

Pag.620. col.1. lin. 53. elevare, relevare.

Col.2. lin. 19. excissione, exceptione.

Lin.63. concessione, ex concessione.

Pag.621. col.2. lin. 29. ac, *adde*, jura.

Lin. 39. monasterium, Monasteriorum.

Pag.622. col.2. lin.12. separatum, *adde*, sit.

Lin.43. domini, *adde*, nostri.

Lin.51. altera, *adde*, Etenim.

Pag.624. col.1. lin.6. Jesu Christi, *adde*, amen.

Pag.626. col.2. lin.51. &, *adde*, subscriptum.

Pag.627. col.2. lin.1. me, *adde*, & qui non est mecum contra me est.

Pag. 630. col. 1. lin.51. 1355., 1555.

Pag. 631. col.1. lin. 6. dedit, edidit.

Lin.ult. nu, pa.

Col.2. lin.43. iterum, bis iterum.

Pag. 632. col.1. lin.44. afuminum, aluminum.

Pag.634. col.2. lin. 52. post verba *de Angelo de Fagiis*, *dele*, de Fagiis, & substitue, *de Ricchis*.

Pag.635. col.1. lin. 22. post verba *auxitque aedificia*, *adde*. De ejus moribus, ac doctrina consulatur

tur secunda pars Bibliothecæ Benedictinæ Casinensis, sive Sciptor.Cassinen. Congregationis pag.97. confectæ ab erudito P. Abbate D. Mariano Armellino.

Eadem pag.col.2.lin.17. post verba, a Xisto V. *adde*, legatur prima pars Bibliothecæ Marianæ fol. 1., in qua fit mentio de nostri Abbatis Ægidii doctrina.

Eadem pag.c. 2. lin. penult. post verba. S.Severini gubernaverat, *adde*, de prædicto nostro Andrea agitur in cit. Bibliotheca fol. 16.

Pag.636. col.1. lin.56. post verba. 1596. 1600. *adde*, fuse de eo, ejusque doctrina, ac operibus agitur parte prima Bibliothecæ Marianæ fol. 220.& seqq. in qua fuisse dicitur de familia Ruscelli, & quidam volunt habuisse cognomen Bruggias.

Pag. eadem, col.2. lin. 17. post verba, *ejusque Jura, servanda curavit*, *adde*. De nostro Victorino, ejusque moribus, doctrina, ac eruditissimis operibus fuse agitur parte secunda prędictæ Bibliothecæ. fol. 9.

Lin. ult. exagitatum, excogitatum.

Pag. 637. col.1. lin.60. Dominica, Domnica.

Pag. 639. col. 1. lin. 20. presentare, præstare.

Col.2. lin.8. Dominica, Domnica.

Pag. 640.col.1. lin. 8. ubi, qui.

Pag.644. col.2. lin.10. cadentibus, cedentibus.

Lin. 41. unionibus, *adde*, annexionibus.

Pag. 645. col.2. lin.ult. mihi, inibi.

Pag.646. col.2. lin. 23. urgentibus prædicto, agentibus pro dicto.

Pag.648. col.1. lin. 58. Foris, *adde*. Dilecto filio Abbati Monasterii Montis Casini. Intus. Pius Papa V.

Col.2. lin. 53. existens, existentis.

Pag. 649. col.2. lin.15. quæ, *adde*, in.

Lin.18. videmus, vidimus.

Pag.650. col.1. lin. 51. inclitam, inolitam.

Col.2. lin.32. comendant, comedant.

Lin.37. forma, fama.

Pag.653. col.1. lin.29. adetetur, adoretur.

Lin.31. Lux, Lex.

Col.2. lin.4. Monasterium, *adde*, non.

Pag.654. col.1. lin. 5. mollitionem, mollitiem.

Pag.658. col.1. lin. 23. post verba illa *precipue*, reponi debeot verba illa, quæ sunt in margine.

Pag.661. col.2.lin.39. &, ut.

Pag.663. col.2. lin.20. qui, *adde*, nihil.

Pag.666. col.2. lin.20. *dele*, una.

Pag.667. col.1. lin. 58. post verba solemnis pœnitentia, *adde*. P.F. Lucas de Montoya in primo libro chronicæ Generalis S. Francisci de Paula, ejusque ordinis pag. 30. hæc dicit de prædicto S. Francisco de Paula. *Chi en dize, que resuelte el Santo en hazer vida solitaria, se fue al bosque de su Padre, donde oy esta nuestro Convento en Paola, y en el hizo una eremita pequeño. Mas poce tiempo estuvo en ella, porque yendo a visitar nuestra Señora de Loreto, se quedo en el deserto. A salir de la casa de sus Padres no quiso llevar el abito del Convente en trage de seglar, por irmar occulto entrese per a quellas Montoñas incultas del Monte Casine, con antiqua Religion consagrado &c.* & post multas recensitas Montis Casini laudes, concludit: *Y quando no fueran las glorias deste dichose monte tan sublimes por essa parte, quien pudiera poner enduda que mereciera toda estimacion por aver criado, y conservado en sus entranas un Diamante tan precioso, tan incontrastable sanctidad, como el glorioso Mansebo S. Francisco de Paola? De quien examen deziendo, que si ritiro Yembrene en las espesuras mas occultas deste s. Monte en etad tantierna, como de treze años.*

Pag. 669. col. 2. lin.8. balla, bulla.

Lin.45. persuadono, persuademo.

Pag. 671. col. 2. lin. 55. S. Marci, *adde*, uti fratri Domino.

Lin.56. Domine, *adde*, uti Frater.

Pag. 675. col.2. lin. 54. entrano, entrorono.

Pag. 676. col. 1. lin. 5. 22., 12.

Col. 2. lin. 49. 1546., 1596.

Pag. 677. col. 1. lin. 59. pioveva, piovena.

Pag. 678. col. 1. lin. 60. post verba, *pro utilitate illius cœnobii ab ea facta*, *adde*, Doctissimus Abbas D. Angelus Grillius in suis epistolis Venetiis editis anno 1612., epistola, quam e Casinò scripsit Angelo Pietra Romæ degenti de nostro Sangrino plura digna refert.

Mi trovo in monte Casino, alto di site, & alto di contemplazione, tra le pietose, ed antiche memorie del nostro SSmo Patriarca Benedetto. Non occerre dipingervi il luogo, nè la cortesia di questi Religiosissimi Padri. Ci siete stato, e l'avete provata, e dirovvi, che la seguente mattina doppo l'arrivo, aprendo la finestra all'aurora, che tentava d'entrarmi in cella per le fissure, mi vidi un ciel di sopra, ed un ciel di sotto, o piuttosto la pianura sotto posta mi parve un mare, e le cime de' Monti minori scogli, ed isolette. Voi sapete la grassezza di questo Paese, e la quantità de vapori, che genera, i quali poi a poco o poco son risoluti, e dileguati dal sole. Sembrai a me stesso li abitanti del monte Olimpo, il quale, come si legge, passa la mezza regioa dell'aria. Or mi trovo consolatissimo, ed accarezzato da tutti, molto più, ch'io non merito, ed in specie dal P. Caracciolo. Ma i favori del R. P. Sangrino passano tutti. Si è offerto questo divotissimo vecchio di pregar sempre per me in particolare, e dicemi spesso, siamo amendue Angioli. Si rispond'io, ma stella a stella differt. Passa ottanta anni, ed è robusto, pien di color vivo, che rappresenta ancora in lui l'età fresca; Legge, e scrive senza occhiali, va senza appoggio, e di giorno, e di notte previen tutte l'ore canoniche alla barba di noi altri Giovannaci negligenti. In somma direste, che quella canizie veneranda non gli sia venuta pèr farlo vecchio, ma per dimostrare a noi il colore di quell'anima colombina. Si ricorda di voi in particolare, comechè ancor voi abbiate nome Angelo, e si raccomanda alle vostre orazioni come fò io, pregandovi a porger i miei saluti, ed i miei baciamani al molto Reverendo P. D. Lattantio, e raccommandarmi agli amici &c.

Pag.679. col.1. lin. 8. fuerat, foveat.

Col. 2. lin. 28. administrabili, admirabili.

Lin. 51. usque adeo, usque adeo ut.

Pag. 680. col. 1. lin. 13. cum, cum.

Pag. 681. col. 2. lin. 58. mandò, mancò.

Pag. 681. col. 2. lin. 61. a S. Gemiliano, Gimilianeus.

Pag. 682. col. 1. lin. 46. conceptus, conseptus;

Lin. 54. telata, relatu.

Pag. 683. col. 1: lin. 52. inane, immane.

Pag. 684. col. 1. lin. 36. passano, guastano:

Lin.

Lin. 60. abstrinxerunt, adstrinxerunt.

Col. 2. lin. 19. calamitatis, calamitosis.

Pag. 685. col. 1. lin. 18. nella scrittura, Nella sacra scrittura.

Lin. 46. post verba, *cap. 20. pag. 487. lin. 5. addé*, de ejus moralibus virtutibus, & operibus in lucem editis fuse agitur prima parte fol. 23., & sequentibus prædictæ Bibliothecæ Benedictino Cassinensis, in qua auctor recollegit a plurimis scriptoribus pietatem, ac doctrinam nostri Angeli, & operibus a nobis relatis adjicit: *Scripsit, quidem Sangrinus aliam beatæ Mariæ Virginis Vitam elegiaco tantum carmine, quæ longo post tempore, anno scilicet 1649. impressa fuit Veronæ Typis Rubeanis in folio tertio tomo variorum opusculorum Aloysii Novarini clerici Regularis (ipsius nempe opera) diversam tamen ab illa, quæ secundum hujus christianæ Poeseos librum conficit, varioque carminum genere constat: hæc vero alia, quæ viginti, & duabus paginis continetur, sic incipit.* Si tellus regitur cœli moderamine, cœlo Gaudente &c. *Agit in ea Sangrinus satis prolixis elegiis de Nativitate, Præsentatione, Desponsatione, salutatione Angelica, cujus elegiæ subditur, explicatio paraphrastica cantici* Magnificat, *tot brevibus elegiis, quot sunt ejusdem versiculi. Item de Purificatione, ubi additur eodem modo explicatio cantici* Nunc dimittis; *denique de Assumptione. De hoc opere sic idem Novarinus, loco paulo ante citato pag. 83. in epistola ad Claudium de Benedictis Præsidem Generalem nostræ Congregationis.* Hic in Mariam cultus me jussit, ut publici juris carmina quædam facerem, quibus virginis exprimitur vita, quæ eo gratiora Lectori erunt, quo cultioris Poetæ sunt, & probatioris notæ, Sangrini tui sunt, qui ante annos fere centum in tuo ordine vivebat, editioni ea cum aliis paraverat, sed huc usque in tenebris delituere. Ad manus meas cum pervenissent, statim de illis edendis cogitavi hæc sibi tibi, si aliis grata fuerint, alia aliis locis dabo, ut omnia, quæ digna luce Sangrinus tuus edidit, lucem videant &c. Et ex verbis Novarini nempe: *alia aliis locis dabo, ut omnia, quæ digna luce Sangrinus edidit, lucem videant*, deducere mihi fas fit, alia ab ipso Angelo fuisse confecta opera haud nobis nota. Quod autem spectat ad opus carminibus exaratum, quo Beatæ Virginis vita describitur, opinor, idem esse opus quod est editum in Poesia sacra fol. 157., & seqq., hoc enim item opus iisdem carminibus, quæ in prædicta Bibliotheca referuntur fol. cit. incipit.

Si Tellus regitur cœli moderamine, cœlo,
Gaudente, ut Tellus gaudeant ordo jubet &c.

alludit autem ad Virginis Nativitatem &c. Folio autem 178., & sequentibus habetur explicatio cantici *Magnificat*, eodem modo, quo in dicta Bibliotheca refertur; & fol. 184. habetur explanatio cantici: *Nunc dimitis servum suum &c.* eodem quo refertur, ut supra, modo: quæ omnia conferre nequivi cum Novarino, quoniam penes me hunc auctorem non habeo.

Lin. penult. infulis, insulis.

Pag. 686. col. 1. lin. 15. post verba *honorifice meminere, adde*, de doctrina, & operibus nostri Honorati fuse agitur in prædicta prima parte Bibliotheca fol. 231. 232., 233. ex quo hæc exscribimus: *Petrus vero Aretinus in comœdia, cui titulus:* il mare scalco *actu 5. scen. 3. introducit Pædagogum, seriem virorum sua ætate illustrium exponentem, inter quos, il Fascitello (inquit Pædagogus) D. Honorato Luminare majus de magnanimo S. Benedetto da Norsia &c., Et quod notatu dignissimum est ipsemet Petrus Aretinus Jovio non parum infensus, & fere in omnes maledicus, raro admodum præconio Fascitellum celebravit*, & postea subdit: *Joannes Marius Crescimbenus comment. in suam Histor. Poesis Italicæ Vul. tom. 2. part. 2. pag. 211. & sequen. impress. Romæ anno 1710. ad annum 1530. plurimum Fascitellum commendat; humanis, divinisque literis Eruditum, Latina Poesi antiquis parem, vulgari vero pluribus etiam Magistris superiorem, præcipue in venustate, ac vivido vigore &c., volum. 3. eorumdem commentariorum, ubi Poetarum specimina exhibet pag. 239. affert ejus Italicum epigramma in laudem Joannæ Castriotæ, &c., ac præter a nobis allegatos Auctores asserit quoque ejus honorificam mentionem fieri in Indice Rhytmorum Cœlii Capilupi, quamvis nuncupetur ibidem Farsitellus pro Fascitello, & dicatur episcopus Aversanus, pro Insulanus.* Longe aberrant a vero auctores illi, qui nostrum Honoratum habuisse Neapolim pro patria scribunt, constat siquidem ex formula professionis ejusdem Honorati manu conscriptæ anno 1519., eum fuisse ab Hernia, quod idem videri potest in illius anni Monasticis Matriculis.

Lin. 32. post verba *ita Arnaldus, adde*, De hoc Gregorio de Viterbo, non de Urbeventana, vulgo Orvieto, agitur in præcitata 1. parte Bibliothecæ fol. 193., in qua refertur fuisse de familia de Pisonibus, & in Bibliotheca S. Georgii Majoris Venetiarum extare tomum M. S. in folio ab eodem confectum hunc præferentem titulum: *De suprema Theologia Homilia.*

Lin. ult. Benedicti, Bernardini.

Col. 2. lin. 56. perfiventem, profluentem.

Pag. 689 col. 1. lin. 32. post verba, *e di gran dottrina, adde*, In sæpe citata 1. parte Bibliothecæ fol. 91. agitur de nostro Benedicto, ejusque operibus. Notandum autem, hunc professionem emisisse anno 1523., ut ex ejusdem professionis formula constat, non autem anno 1525. Dicitur autem creatus eques Palatinus ob suam doctrinam ab Imperatore Maximiliano anno 1512.

Lin. 34. post verba cum de viris piis, *adde*, in citata prima parte Bibliothecæ fol. 117. describuntur pietas, & opera hujus nostri D. Chrysostomi Gemilianensis, dicitur autem Gemilianensis a castello Gemiliano in Calabria ulteriori sito; ita appellatur etiam apud Labbe Tom. XX. editionis Venetiarum 1733. col. 26. sess. V. Sacri Tridentini Concilii anni 1546., cui sessioni inter cæteros Abbates interfuisse dicitur *Reverend. D. Chrysostomus Gemilianensis Abbas Sanctissimæ Trinitatis de Cajeta Calaber.* Ipse tamen in formula professionis propria ejus manu conscripta, juxta morem apud nos positum dicit *Chrysostomus Gimilianeus Diœcesis Catacensis*, & eodem pacto se subscripsit sess. 6. 7. 8. 9. & 10. apud Labbe col. 48. 51. 62. 65., & 66. Nec ullibi reperitur hoc oppidum S. Gemiliani. Inter cætera opera, quæ ex Græca in Latinam linguam transtulit, sunt sermones vigintiunus S. Dorothæi impressi venetiis an. 1574. apud Bolognimum Zalterium, Prædicti oppidi Gemiliani mentionem

tionem facit P. Hieronymus Malafioti Ordinis Minorum Observantium in Chronicis, & antiquitatibus Calabriæ fol. 219., & meminit etiam nostri Chrysostomi, quem sanctæ vitæ virum, & lingua tum Græca tum Latina peritissimum vocat.

Lin. 63. post verba illa: *an alibi supersit incompertum, adde*, in prædicta Bibliotheca part. 1. fol. 100. agitur de hoc nostro Benedicto, cujus operum meminit Possovinus in Apparat. Sac. Tom. I. fol. 208. & sequent., & lingua latina, Græca, & Hebraica peritum dicit.

Pag. 690. col. 1. lin. 28. post verba *Kal. Octobris* 1572. *adde*, De hoc nostro Theophilo, ejusque doctrina, ac operibus summa cum laude agunt plures auctores relati in 2. parte prædictæ Bibliothecæ pag. 194., & sequent., & dicitur fol. 195. scripsisse consultationem super annua reformatione Kalendarii, (quod opus M.S. extat in Vaticana Bibliotheca) & censuras in libros quosdam suspectos de hæresi, quo in opere maximam ostendisse virtutem testatur Isidorus Ugurgerius nelle pompe Senesi part. 1. tit. 21. pag. 667.

Lin. 56. coloriti, colori.

Pag. 691. col. 1. lin. 55. post. verba *gentil Poeta &c. adde*, in prima parte citatæ Bibliothecæ pag. 101., & sequent. proferuntur cum operibus nostri Benedicti etiam auctores, qui de eo honorifice meminerunt. Inter ejus opera extat illud: *Trionfo de martiri in Terza Rima*, editum Regii Lepidi apud Flavium, & Flaminium Bartolum anno 1608. in 4. Inter auctores autem relatos in prædicta Bibliotheca, qui mentionem fecerunt hujus Benedicti, est celebris Angelus Grillus, qui in suis epistolis editis Venetiis 1612., hanc ei transmisit fol. 329. *Al Padre D. Benedetto dell' Uva Monte Casino. Non dispiace in V. P. a se stessa, nè stimi da meno il suo Poema, per quello di Torquato Tasso, che con tanto, e sì publico applauso è pure adesso uscito in luce, perche siccome de meriti, così sono i gradi di gloria. E se io dicessi, che le vostre cinque Vergini prudenti nel genere loro, non sono inferiori alla Gerusalemme, non crederei di meritar biasimo. Egli è ben vero, che avendo il Tasso tentato maggior impresa, e condottola a felice fine, come V. P. la sua, ne viene a restare in maggior considerazione. Ma che non state voi per fare u lato a tanto rivule? Gran cose spero; & il Dorotheo può far fede, che se aveste tentato quel genere, non avereste in darno aspirato al primo luogo, & non vi dorreste del secondo; state sano, & amatemi. Di Brescia &c.*

Io. Marius Crescim. lib. 2. *comment. in Historiam suam vulgaris Poeseos par.* 2. *pag.* 258. *summe laudat: Benedictum de Uva, tamquam vera, ac perfecta Poesices exemplar, adeo ut si Petrarcha Triumphi deperderentur, Benedicti de Uva Triumphus Martyrum jacturam compensare posset, subditque Benedictum liberalium artium, & solidiorum scientiarum penitiora attigisse arcana; antequam Monachum indueret, multa scripsisse poetica, rara felicitate, ac venustate, & ingenii vi inexplicabili; sed opera, quæ Deo jam consecratus, tum tertio, tum octavo rythmo composuit, adeo excellere, ut præstantioribus ejus generis carminibus adnumerari possint: atque floruisse vitæ sanctitate, ac doctrina præstantia, & res caducas reliquisse viridi adhuc ætate sub Gregorio XIII. Libro autem* 3. *eorumdem comment. pag.* 266. *specimen ejus carminum affert Italicum Epigramma, quod ibi legi potest. Ejus etiam meminit in ipsa historia vulg. poes. l.* 4. *pag.* 289. *secunda editionis ann.* 1714.

Pag. 692. col. 1. lin. 36. vita Honorati, vita S. Honorati.

Lin. 48. post verba *in Bibliotheca Classica fol.* 339. *adde*, de hoc Jo: Evangelista agitur etiam in 2. parte citatæ Bibliothecæ fol. 36.

Lin. ult. post verba: *Lib. 2. cap. 78. pag.* 477. *adde*, de nostro Thoma agitur in cit. parte 2. fol. 198.

Col. 2. lin. 2. post verba *de viris piis, adde*, de hoc Apollinari agitur 1. parte citatæ Bibliothecæ pag. 53.

Lin 23. post verba *ad seriem Abbatum Cassinen., adde*, De hoc Andrea agitur in 1. parte prædictæ Bibliothecæ fol. 18. Quæ tamen dixit auctor sumsisse ex Lucenti corrigenda sunt, juxta ea, quæ nos in ejusdem Andreæ vita diximus.

Pag. 693. col. 1. lin. 33. post verba: *Placidus Petrucius, adde*, de nostro Placido agitur in secunda parte citatæ Bibliothecæ pag. 151., & sequent. Corrigendum tamen est, quod dicit hic auctor, nempe: *Chronicon, seu historiam Cassinen. monasterii ab ejus fundatione, usque ad annum* 1587. *unico Tomo libris novem distincto in fol. comprehensum, quod postea aliis duobus Tomis prosequutus est Honoratus Medices a Neapoli, usque ad annum* 1610. Neque enim est unicus Tomus, sed duo in folio parvo, quorum primus complectitur, ut plurimum, historiam a Leone, & Petro Diacono conscriptam, ac nonnullas a se factas additiones veritatem historicam collabefactantes potius, quam illustrantes, & incipit a fundatione Monasterii, & prosequitur usque ad annum 1138. quo desinit historia Petri. Secundus autem Tomus incipit ab anno 1138., & desinit 1580.

Lin. 47. post verba: *In archivo nostro asservantur, adde*, Hujus nostri Honorati fit mentio in prima parte citatæ sæpius Bibliothecæ pag. 234. Quod autem dicit auctor Honoratum emisisse professionem anno 1574., & fuisse prosequutum annales Cassinenses a Placido Romano inchoatos, corrigendum est, nam annus professionis incidit in annum 1572., & suos annales incœpit ab anno 484. quos prosequutus est usque ad annum 1610.

Lin. 54. post verba: *In curia Neapolitana ejus Procurator, adde*, agitur de nostro Matthia in 2. parte citatæ Bibliothecæ pag. 97. Monachus autem hic effectus est anno 1571. non autem 1672.

Col. 2. lin. 37. avanzorono, avanzaranno.

Pag. 695. col. 1. lin. antepenult. a S. Gemiliano, Gemilianensis.

Pag. 695. col. 2. lin. 55. post. verba: *Hic Hercules, addo*, in formula professionis propria manu conscripta vocatur nomine Flavii.

Pag. 696. col. 1. lin. 15. post verba: *dicitur in Matriculis, adde*, Hic cum esset Abbas S. Mariæ Gratiarum interfuit concilio Tridentino, simul cum D. Marco a Brixia Abbate S. Vitalis Ravennæ, uti constat ex Labbe Tomo vigesimo Conciliorum Generalium citatæ editionis col. 91. in sess. 13. prædicti Tridentini Concilii celebrati anno 1551. De hoc agitur fol. 6. Appendicis ad Tomum secundum Bibliothecæ.

Col.

Col. 2. lin. 33. post verba: *S. Petri in fine Casinatibus subdito*, *adde*, uti constat ex pluribus publicis scripturis asservatis in nostro Archivo, & alibi.

Pag. 700. col. 1. lin. 11. post verba: *atque numero conspicuum hoc seminarium*, *adde*, hoc anno 1733. a quibusdam canonicis collegiatæ ecclesiæ S. Germani, nonnullisque aliis civibus supplex libellos sacræ congregationi concilii porrectus est contra quosdam PP. Vicarios Generales, qui pro tempore Seminarii administrationem gesserunt. Quoniam autem decretum a prædicta S. Congreg. emanatum quamvis breviter, lucolenter tamen continet, quæ ad hanc rem faciunt, hinc satis est, ilud tantum pro eadem re hic subnectere. *N. Montis Casini. Anno 1590. die 20. Martii S. M. Sixtus V. ad preces Abbatis Montis Casini per literas Apostolicas eidem Abbati concessit facultatem erigendi seminarium Ecclesiasticum, eique uniendi simplicia beneficia ad instar seminariorum, quæ juxta Tridentinas leges in aliis Diœcesibus eriguntur, excepto interventu, & consensu Deputatorum a S. Concilio præscriptis, & cum his verbis*: Tu, & pro tempore ejusdem monasterii Abbas existens soli per vos ipsos, vel per Vicarios vestros Generales, absque aliquo coadjutorum, & Procuratorum interventu, facere, & exequi valeatis &c. *Reclamantibus nonnullis subscriptis canonicis, & Ecclesiasticis collegiatæ ecclesiæ S. Germani adversus præsentem gubernium seminarii, cujus redditus administrantur simpliciter a Vicario Generali, absque interventu Deputatorum capituli cum maximo, ut asserebatur, totius Diœcesis, & alenda Juventutis præjudicio, licet pingues existant redditus, data fuerunt litera pro informatione, tam Nuncio Apostolico Neapolis, quam Ordinario Montis Casini. Nuncius itaque refert seminarium præfatum semper fuisse directum a Vicario Generali, absque Deputatis, hancque inobservantiam dispositionis S. Concilii Tridentini esse innixam præfato Indulto S. M. Sixti V., addito etiam, quod quum Abbatialis Ecclesia Montis Casini sit Cathedralis, & Ecclesia sancti Germani sit collegiata, nolunt PP. præjudicare cathedralitati admittendo deputatos collegiatæ S. Germani; cæterum subdent annuos redditus dicti seminarii ascendere ad ducatos sexcentum circiter, provenientes ex unione Beneficiorum, & capitalibus assignatis a monasterio Montis Casini, non autem a civibus sancti Germani, concludit præteritos, & præsentem Vicarium Generalem dicti seminarii indigentiis diligenter consulaisse, & administrationis rationem reddidisse P. Abbati Montis Casini. Idem confirmat P. Abbas Ordinarius in sua prolixa relatione, transmittens Inventarium 23. Beneficiorum seminario unitorum, ac notulam capitalium a seminario acquisitorum ab anno 1609., usque ad annum 1732.; ac Germanensium preces rejici exorat, attento more sic servato per centum triginta, & amplius annos, quibus seminarium ita fuit administratum. Die 2. Maii 1733. Sacra congregatio Emörum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, auditis relationibus Nuncii Apostolici Neapolitani, ac Abbatis ordinarii N. Montis Casini injungendum censuit, prout præsentis decreti tenore injungit eidem Abbati Montis Casini, ut invigilet rectæ gubernationi, & salubri regimini seminarii, illudque singulis annis per se ipsum visitet, & rationum redditionem exigat, nec non curet, ut quamplures fieri possit, in eo sustententur alumni. Ipse vero Abbas quicumque pro tempore in quinto anno sui Abbatialis regiminis instructam reddat sacram congregationem de omni statu ejusdem seminarii. C. Cardinalis Origus Præf. loco ✠. sigilli. Gratis &. quoad script. I. Amadorius ol. de Lanfrediniis Sec.*

Eadem pag., & col. lin. 14. XI., X.

Pag. 701. col. 1. lin. 63. ablatæ, oblatæ.

Pag. 705. col. 1. lin. 13. post verba: *integrum altare*, *adde*, quod putabatur idem fuisse, quod ab Alexandro II. fuerat consecratum.

Pag. 706. col. 1. lin. 23. alere, altare.

Pag. 709. col. 2. lin. 47. D. Dominicus, *adde*, a Neapoli.

Pag. 710. col. 2. lin. 32. Desiderii, *adde*, parietes Ecclesiæ laterales, neque in fronte positas, nec.

Pag. 712. col. 2. lin. 35. cœnobii, *adde*, S. Benedicti.

Pag. 716. col. 1. lin. 34. quot, quos.

Pag. 721. col. 2. lin. 21. carear, caret.

Pag. 724. col. 1. lin. 53. 1167., 1067.

Pag. 728. col. 2. lin. 7. 1979., 1679.

Pag. 734. col. 1. lin. 56. & 58. 886., 866.

Pag. 735. col. 1. lin. 12. Antonius, Antoninus.

Pag. 736. col. 1. lin. 8. & 59. Francis, Frances.

Pag. 737. col. 1. lin. 51. retrotractis, retroactis.

Col. 2. lin. 17. Ycpes, Yepes.

Lin. 28., 720., 866.

Lin. 35., & 41. Francis, Frances.

Pag. 739. col. 2. lin. 40. Franch., Francef.

Pag. 740. col. 1. lin. 64. cap. 2. num. 480., cap. 33. num. 703.

Pag. 741. col. 1. lin. 14. a castro, ad castrum.

Col. 2. lin. penult. *dele*, &.

Pag. 742. col. 1. lin. 2. collegiatæ, *adde*, ecclesiæ.

Col. 2. lin. 10. Piaretta, Giarretta.

Pag. 745. col. 1. lin. 4. cessata, *adde*, la.

Pag. 748. col. 2. lin. 18. 1622., 1628.

Pag. 749. col. 2. lin. 62. sapiens, *adde*, Cherubim.

Pag. 750. col. 1. lin. 12. activam, *adde*, vitam.

Pag. 754. col. 2. lin. 10. prosapia, *adde*, natus.

Pag. 756. col. 2. lin. 33. Architecturæ, *adde*, peritia.

Post lin. 36. *adde*, *D. Gregorius Ansalonus Neapolitanus onera monastica suscepit, & adimplere promisit die 7. Aprilis 1624. sub directore P. D. Desiderio a Fractis. Hujus patientiam omnes admirabantur, quando ipsum videbant animo lætissimo orbitatem oculorum tolerare. Eandem subiit infirmitatem ejus Germanus Frater P. D. Constantinus S. Severini de Neapoli alumnus. Uterque Frater in musicis, & in plurium Instrumentorum pulsatione illustris. Confecto Decanatus honore, ad regendum Novitiatus juvenes missus est. Tum demum cum religiose, ac integerrime vitam traduxisset, omnium mærore Prior titularis Casini terræ mandatus est: Hac noster Cornelius in sapa cit. elogiis.*

Pag. 761. col. 1. lin. 13. post verba: *ætatis suæ 38. adde*. Floruit hoc sæculo doctrina, sed majori pietate, & morum innocentia F. Joannes Baptista de Adeodatis ex oppido S. Petri in fine, cujus tum

tum spiritualis, tum temporalis jurisdictio penes monasterium Cassinense est; natus autem hic est anno 1588., ejus Pater Julius de Adeodatis, mater autem Joanna Giazatelli appellabantur, ambo ex satis honestis familiis ejus oppidi. Humanioribus literis ibi puer operam dedit, sed studiosius se gerebat in ecclesiæ servitiis præstandis, ut de eo, dum 14. annorum esset testatus est Vicario Generali Cassinensi ejus oppidi Archipresbyter D. Terentius Palli. Missus deinde Neapolim sorte sub cura sui consanguinei Nicolai Antonii Gizzarelli supremi concilii S. Claræ consiliarii, ibi philosophiæ incubuit, & jurisprudentiæ; annos deinde viginti unum natus celebre Dominicanorum Institutum amplexus est die 2. Februarii 1607. in conventu S. Mariæ Sanitatis, vocatusque est Joannes Baptista, quum prius Jo: Benedictus vocaretur. Plurimum profecit rum in Theologia scholastica, & morali, tum in sacræ scripturæ expositoribus, tum in Mathematicis studiis, tum denique in Itala, & latina poesi. Recusavit quoslibet honoris, & superioratus gradus, quibus Dominicana Religio doctos, ac pios suos alumnos consuevit decorare; at Vicariatus generalis suæ congregationis ex obedientia coactus est gradum subire, verum post paucos menses dimisit: bis magistratum novitiorum per plures annos gessit in conventu Sanitatis, & bis per plures item annos Superioris, & confessarii munus subiit in celebri monasterio S. Catharinæ Senensis magno novitiorum, & monialium progressu. Admirabilis ejus pœnitentiæ, orationis, erga Deum charitatis, & erga proximum dilectionis vita nec non plurimæ a Deo, vel ipsi, vel ejus meritorum intuitu concessæ aliis gratiæ fuse describuntur Tomo 4. sacri Dominicani Diarii editi Neapoli 1676., quod opus est celebris magistri F. Dominici Mariæ Marchese ejusdem Ordinis fol autem 75. usque ad 90. ejus vita concluditur, incipit: *D' un gran Figlio del Patriarca S. Domenico, ed in conseguenza d'un gran Alano custode fedelissimo se non di lanuta grego di candide agnelline, esposte elette di quell'agnello, che immacolato tolse i peccati del mondo &c.* Desinit autem, *comparve anche ad una suora di S. Catarina, ch' era stata sua diletta Figlia nel Signore, L'istesso giorno, che morì, prima che si fusse saputa la nuova della sua morte, e gli promise la sua protezzione dal Cielo, come speriamo ancor noi, come indignissimi suoi Fratelli.* Obiit hic Dei servus eximius annos natus 70. die 13. Julii anno 1656. peste correptus, qui morbus eo anno maxime grassabatur tum Neapoli, tum præsertim in ipso conventu. Ejus cadaver, quod communi Religiosorum sepulchro conditum erat, translatum fuit anno 1663. in peculiarem, ac decentiorem locum. In vivis adhuc extat magnificus Nicolaus Diodati pronepos ejusdem P. F. Jo: Baptistæ, probis moribus vir, ac plurima comitate.

Pag. 762. col. 1. lin. 60. persolvere, pervolvere.

Pag. 767. col. 1. lin. 16. materiali, *adde*, & etiam spirituali posse exponi, de pane tamen sacramentali.

Pag. 768. col. 1. lin. 47. 1607., 1602. ex Possevino App. sac. T. I. pag. 592.

Lin. 51. post verba: *de qua nos alibi*, *adde*, De pietate, ac operibus in lucem editis a nostro Gregorio honorifica fit mentio in prima parte citatæ Bibliothecæ fol. 190. Notandum autem est, non verè dici, quod *Benedictina congregationis Anglicanæ primum Alumnus, & inter præcipuos ejusdem sodales* fuerit, quippe monasterii montis Casini Monachus non ex Anglicana congregatione, sed e seculo effectus est, & peracto probationis anno professionem emisit, cujus formula ejus manu conscripta in nostro archivo asservatur; quod luculentius constat ex ejusdem epistola nuncupatoria ad Clementem VIII. præfixa operi de sacramentis in communi, in qua hæc habentur: *ac tandem aliquando Divina favente gratia, volente, ac vocante Deo, Divi Benedicti ordinem, licet ubique sanctissimum, ob regularem tamen Cassinen. congregationis, & præsertim sacri illius* Cassinen. *cœnobii observantiam toto terrarum orbe celeberrimum ingressus fuerim, omnem operam &c.* Præterea cum Anglicana congregatio redacta fuerit in unum, & quidem provectioris ætatis monachum, cujus auctoritate D. Thomas Prestone monachus Cassinensis ibi existens congregationem ipsam instauravit ad habitum Monasticum plures Anglos admittendo, qui fieri potuit, ut cum prædictus Thomas Monachum induerit in sacro monasterio Casini anno 1591., & instauratio habita fuerit per eumdem multos post annos, noster Gregorius alumnus fuerit, & sodalis Anglicanæ congregationis Benedictinæ? de fusius de hac re, cum de prædicta instauratione sermo redibit. A vero pariter abludit, quod dicitur, eum triginta duorum annorum mortuum fuisse, nam D. Maurus Anglus ordinis S. Benedicti monachus Casinas in nuncupatoria operis, cui titulus, *Clavis Regia D. Gregorii Sayri*, ad Cardinalem Alexandrum de Montealto §. *Ego tandem &c.* hæc habet: *Pater quidem ipse* (Sayrus) *priusquam finem dedit, finem accepit, & jam plenus fide; plenus operum, dierum plenus, ut manipulus tritici in tempore collectus in abundantia sepulchrum ingreditur &c.* Quibus ex verbis colligitur, Sayrum obiisse ætate provecta, quod si annorum 32., male diceretur, *dierum plenus, ut manipulus tritici in tempore collectus.*

Col. 2. lin. 24. sentem, sententiam.

Pag. 769. col. 1. lin. penult. post verba: *die 24. m. Januarii 1621. adde*, de nostro Laureto, ejusque operibus agitur parte secunda citatæ Bibliothecæ fol. 95.

Pag. 770. col. 1. lin. 40. post verba: *numerata sunt, adde*, De nostro Felice, ejusque dignis operibus agitur in prima parte citatæ Bibliothecæ fol. 168., quo folio dicitur inter cætera opera in lucem edita illud etiam extare *l' Eroe mendico, sive de' Gesti di S. Alesio Romano lib.* 5. Mediolani apud Philippum Ghisolphum anno 1645. in 8. Leo Allatius in Dramaturgia Romæ anno 1666. Indice 2. pag. 382. sequens opusculum recenset Felicis Passeri *David perseguitato.* Errat autem Bibliothecæ auctor, dum Felicem dicit monachum induisse anno 1570., nam hoc præstitit anno 1575.

De P. Abbate D. Simplicio Caffarelli fit honorifica mentio in 2. parte citatæ Bibliothecæ fol. 177. Scripsit autem de Angelis tractatum, qui M. S. asservatur in nostra Cassinensi Bibliotheca. D. Cæsar de Engenio in sua sacra Neapoli loquens de Monasterio Sancti Severini fol. 322. hæc habet: *E officiata questa Chiesa da ottanta P. P. della* con-

congregazione Cassinense, e l' Abbate di queste monastero è il Reverend. P. D. Simplicio Caffarelli Prelato di molta virtù, meriti, e valore, vero ornamento di sua Religione, non che di sua Famiglia. Caetera laudes nostri Simplicii eodem citato folio leguntur.

De Abbate D. Desiderio Petronio a Fractis, ejusque virtutibus, & gloriosis gestis agitur prima parte citatæ Bibliothecæ fol. 149. Scripsit autem hic Abbas compendium Theologiæ moralis, quod asservatur in nostra Bibliotheca signatum num. 591.

D. Joannes Evangelista . . . . . . a Neapoli Monachum induit Casini die 3. Octobris 1608. plurimum operam sacræ scripturæ navavit pro vero illius sensu eruendo; multum autem hoc in studio profecisse clarum fit ex ejus opere, quod conscripsit, nempe: *De voto Jephte Galaadita quæstio ex cap. XI. lib. Judicum desumta*; quo in opere, quod M. S. asservatur in Bibliotheca Monasterii S. Pauli de Urbe, prius illorum refert sententias, qui autumant, Jephte non vere, sed mistice suam filiam immolasse, eam nimirum Domino consecrasse civili morte ad perpetuam virginitatem servandum cogendo, ut olim Nazareni, & modo Monachi, ac majoribus initiati in ecclesia Latina. Regulas deinde traditas a SS. Patribus, quibus dignoscitur quænam sacræ scripturæ loca ad literam, quænam mistice debeant intelligi, proponit. Quibus suam subjungit sententiam, nempe Jephte non mistice, sed vere filiam immolasse, & eam plurium SSm. PPm. auctoritate probat, & præsertim Hieronymi, Augustini, Joannis Chrysostomi, & Thomæ. At simul probat, stulte Jephte se gessisse, dum votum emisit, & stultius, dum solvit, neque enim Spiritu sancto impellente id egit, & quamvis in citato Judicum capite XI. dicatur: *factus est super eum spiritus Domini, & circumjiens Galaad, & inde transiens ad filios Ammon, votum vovit Domino &c.* Monet tamen auctor, Spiritum sanctum non irruisse super Jephte, ut voveret, sed solum, ut compararet, & disponeret, quæ ad bellum, & prælium requirebantur, ut potuisset inimicos superare, votum autem fuisse emissum multo tempore post illapsum Spiritus sancti, adeoque propria impellente voluntate, sicque stulte, & erronee. Penituit deinde Jephte votum emisisse, multoque magis solvisse; quum igitur pœnitentiam egisset hujus facti, potuit inter sanctos enumerari ab Apostolo Paulo ad Hebræos cap. XI., ut asserit S. Thomas 2. 2. quest. 87. art. 2. ad 2. Notitiam hanc acceptam referimus celebri auctori citatæ Bibliothecæ part. 2. fol. 36.

Eadem pag. 770. col. 2. lin. 14. post verba: *De quesada egimus in serie Abbatum Cassinensium*, *adde*, De nostro Quesada, ejusque virtute, ac gestis fit mentio in 1. parte citatæ Bibliothecæ fol. 153., fol. autem 154. scripsisse dicitur commentarium super vitam S. P. Benedicti a S. Gregorio Magno exaratam, quod Marianus extare affirmat in præsentia, sed tacet locum.

Lin. 25. *felicitate*, *adde*, Casini.

Lin. 32. post verba. *Scipionis præposita*, *addo*, De nostro Campanari fit mentio in 1. parte citatæ Bibliothecæ fol. 104.

Lin. 47. post verba: *cum laude docuit*, *adde*, celebris Joannes Maria Crescimbeni in commentariis ad Historiam *della volgare Poesia* vol 3. parr. 2. pag. 321. loquens de nostro Angelo habet. *Nacque adunque Angelo l' anno 1600. in Massa di Sorrento; ed entrato ancor Giovanetto nella Religione Cassinense divonne sì eccellente nelle scienze, che ottenne le più nobili cattedre della Religione, ove insegnè da Maestro, e fece molti cospicui allievi, che illustrarono non poche Italiane Accademie: ma egli non fu altramente Lettore nella Sapienza Romana, come, quando scrivemmo la vita, trovammo nelle notizie, che allora furono mandate da Monte Casino, e fatte a noi capitare &c.* Abbas D. Severinus Pepe curavit anno 1678., ut D. Casimirus Vincentius Cranovius prosequeretur elogia Cassinensium Abbatum loco, quo suum opus clauserat D. Marcus Antonius Scipio, hic igitur in hac sua adjectione, quæ M.S. asservatur in nostro Archivo, de nostro Angelo loquens §. 7. hæc habet: *Angelus de Nuce Neapolitanus, & Familia imaginibus, & virtutum omnium, ac eruditionis splendore clarissimus, traditam sibi a Patribus Cassinatem præfecturam anno 1657. tertio nonas Maii auspicatus est. Is ingenio vivacissimo, animo cujusvis virtutis capaci, & ad artes ingenuas maxime accommodato, præter politiorem literaturam, ac humaniora studia, quibus usque adeo excelluit, ut sive soluta, sive adstricta numeris oratione insigni facilitate, atque ubertim quidquid libuisset enunciaret, cum severioribus etiam litteris Philosophicis, scilicet, & Theologicis optime eruditus fuisset, easdem tam in luco casinatis Licei, quam in Sapientia Archigymnasio Romano Lector publicus tres, & viginti annos tradidit aliis excolendas &c.* Quum igitur hæc de Angelo Nuceo jussu D. Severini Pepe ejus ex primis discipulis, & amicis apposita sint, quis non dicet, eum, & Neapolitanum fuisse, quod etiam constat ex Professionis formula, ejus manu conscripta die secunda Julii anni 1622., & in Romanæ Sapientiæ Archigymnasio Lectorem?

Pag. 772. col. 2. lin. 44. queste, quelle.

Lin. 64. io, *adde*, ho.

Pag. 773. col. 1. lin. 24. post verba: *Maggio 1691.* *adde*, De moralibus virtutibus, & operibus nostri Angeli, nec non existimatione, quam apud viros doctos obtinebat, satis longa descriptio legitur in 1. parte citatæ Bibliothecæ fol. 37. & sequentibus Tom. 4. script. Rerum Italicarum fol. 153. in præfatione ad Chronicon Leonis Marsicani Ludovicus Muratorius hæc habet de nostro P. D. Angelo: *Ceterum si libere, quod sentio proferendum est, eruditus homo complura quidem utilia adnotavit in Leonis Chronicon, & loca non pauca illustravit, verum inutilia etiam multa commentatus est, ut qui intemperanti prurigine scribendi premeretur, & librum vellet nobis opportune, ac importune prægrandem, suoque ex penu auctum dare. Eo usque divagatum videas, ut Historiam quærentibus veluti exquisitum ferculum porrigat, Dissertationes de caussis, cur surdi a nativitate sint etiam muti, & de pareliis, & dulcedine maris, quæ lucubrationes alioqui nihil rari ad eas ipsas quæstiones adferunt. Ad hæc Angelo Nuceo non erat ea recondita, minimeque vulgaris eruditionis copia, quam Leonis Marsicani egregius liber exposcebat, & qualem in tot aliis proxime præteriti sæculi scriptoribus deprehen-*

das, qui media, ac infima latinitatis auctores illustrandos suscepere. Attamen Lectoris honesti erit ejus bonam voluntatem benevole excipere, & qualem ipse potuit lucem afferre, ab ipso mutuari: &c. Numquam mihi persuasurus sum, ab doctissimo æque ac modestissimo Muratorii calamo potuisse, saltem illa verba exarari: *verum inutilia etiam multa commentatus est, ut qui intemperanti prurigine scribendi premeretur, & librum velles nobis opportune, ac importune pragrandem dare &c.* Quippe difficillime ipse de hominum cogitationibus inducitur, ad judicandum, quod Deo soli servatum tum operibus fatetur, tum verbis. Præterea naturaliter auctori insitum est, laudare ea, qua pollet benignitate, cujusque, etsi infimi subsellii scriptoris opus, quod egomet certa ex scientia testari possum. Quis igitur definire poterit, nostrum Angelum dissertationes illas, quæ in prædicta præfatione ut superfluæ notantur, scribendi prurigine edidisse? quod vitium profecto longe eliminandum a nostro Angelo nemo non diceret, qui eum cognovisset, ejusque usus fuisset consuetudine. Suspicor igitur, quemadmodum in aliquibus Muratorii præfationibus, præpositis cuilibet operi Rerum Italicarum scriptoribus inserto, quædam fuerunt adjuncta a Muratorii ipsius mente aliena, ac propterea non sine ejusdem auctoris dolore (ut a quodam ejus familiarissimo Amico, quocum hac de re auctor conquestus est, accepi) idem pariter accidisse in præfatione ad Leonem, ausum nempe aliquem fuisse talem injuriam intrudere in prædicta parum attendendo, perpaucos esse eos libros, qui nonnulla parum utilia, aut superflua non videantur continere, quæ tamen ad rem faciunt scriptoris. Quod si Interpolator hujus præfationis legisset, quā Chronicæ præmittit Angelus epistolam, & præcipue ab illis verbis: *Quod attinet ad notulas meas, hasi diu anceps, in multas præstaret missas fieri, expungique velut e manipulo*, & jam centuriatas exauctorari, sed Casinates *mei quibus præcipue hanc operam navo, auctores mihi fuerunt, aleam ut jacerem, eam afferentes causam, quod, quum non omnes musis litaverint, & Minervæ, ea ratio consultissima est, quæ prodesse possit universis?* perspectum sane habuisset finem, cujus gratia Angelus notas prædictas edidit. Et si præterea quæ, ut superflua in Angelo notantur, ad Leonis Historiam non spectant, attamen tamquam necessaria, & utilia potuerunt existimari a nostro Angelo, ut pote quæ rationibus philosophicis Leonis narrationes confirmabant. Quam longe abesset Angelus a scribendi prurigine ex ejusdem epistolis clare satis fuit ostensum, & ex eo etiam fit clarum, noluisse ipsum in lucem edere plura opera, quæ luce erant dignissima, & præsertim commentaria super Theologiam magno in pretio habita ab insignibus Theologis, quos inter erant Cardinales de Luca, & de Aguirre. Præcipuus Angeli finis fuit in lucem proferre sincerum, & integrum Textum Leonis, & Petri non leviter labefactatum ab Ambrosio Camaldulensi (ut fusius alibi dicetur) cujus traductionem sub Leonis, & Petri nomine, quorum genuinum fœtum existimabat, typis edi curavit Laurentius Vicentinus, labefactaverat eundem textum Matthæus Lauretus, at suæ integritati restituit Angelus diligentia summa, ac fidelitate, ut ostensum est a nobis in prædicti Leonis difensione. Ob hoc igitur caput, Angelus maximam meretur laudem, si aliud non attulisset utilitatis Literariæ Reipublicæ, & præsertim Regni Neapolitani historiæ, ab eo enim edita sincera Leonis chronica notitiam præbet tot comitum, & comitatuum, & Gastaldatuum temporibus obscurioribus, & difficilioribus, nempe Langobardorum, adventus Normannorum in Italiam, Apuliam, nimirum, Calabriam, aliasque Regni Neapolitani provincias: ex quibus omnibus, & aliis pro suis historiis non parum luminis mutuati sunt rerum regni Neapolitani scriptores. Hac insuper Leonis chronica ab Angelo edita in lucem produnt tot sedes Pontificum, tot Duces, tot Principes Beneventi, Capuæ, Salerni, tot acquisitionum tituli Casini montis, imo ipsius Romanæ Ecclesiæ, & præsertim acquisitionis Principatus Beneventi, de quo titulo altum apud cæteros auctores silentium. Tandem qui velit penitius inspicere, quod longe abfuerit a scribendi prurigine Angeli animus, adeat ejus epistolam ad Lectorem Leonis operi præfixam.

Lin. 26. 1645., 1648.

Col. 2. lin. 14. post verba: *haud pervenere, adde*, De nostro Gualterio agitur parte secunda citatæ Bibliothecæ fol. 159.

Lin. 45. resplendendis, respondendis.

Col. 1. Lin. 48. post verba: *Nuces Abbatis Cassinensis esset, adde*, De nostro D. Paulo Augustino agitur 2. parte citatæ Bibliothecæ fol. 159. Corrigendus autem locus, quo dicitur: *Monasterii S. Benigni in eadem urbe primum, deinde obtenta translatione Cassinensis Archisterii Alumnus evasit anno 1649. die 22. Octobris &c.* Quippe prædictus Paulus Augustinus e sæculo ad Casinum veniens Monachum induit anno a nobis assignato, & Professionem emisit anno 1649. die 22. Octobris coram P. D. Dominico Quesada Abbate, uti constat ex ejusdem Professionis formula, ejus manu conscripta. Et P. D. Cornelius in suis Elogiis de hoc verba faciens, inquit: *Casinum venit, ut regularibus virtutibus instrueretur inter Juvenes Novitios, & Professionem emitteret pro monasterio Cervaria, uti egit die 22. Octobris 1649. sub cura P. D. Zaccharia a Luca. Elapsis autem nonnullis annis hujus cœnobii alumnus communi omnium Professorum etiam alibi commorantium voto, & gratu latione fuit aggregatus &c.*

Pag. 774. col. 1. lin. 55. o, e.

Col. 2. lin. 19. più, pie.

Lin. 39. quinto, septimo.

Pag. 775. col. 1. lin. 50. post verba: *Bibliotheca nostra manuscripti, adde*, Floruit hoc sæculo Benedictus Virgilii de Villecta, vulgo dictus *Il poeta Bifolco*. Hic natus est &c. Hic natus est die 21. Martii 1600. in pago dicto Barrea Cassinensis Diœcesis in citeriori Aprutiorum Provincia, ex pauperibus eisdem, sed piis parentibus, Matthia nimirum, & Lætitia Virgilii, a quibus fuit pie, religioseque educatus, ac sub pii cujusdam Presbyteri cura humanioribus literis, & christianis virtutibus imbuendus traditus, verum a studiis literarum, in quibus non parum proficiebat, ad pecudum agendam curam retraxit Genitorum paupertas. At hoc ipso vitæ genere, quantum fas ei erat,

inte-

nitebatur componere versus, eos imitando Poetas, quos præ manibus habebat, idque non arte, quam numquam fuerat adeptus, sed natura duce, cui acceptam referebat nedum maximum intellectus acumen, sed admirabilem prorsus etiam memoriam, cujus vi semel audita, aut lecta mox repetere facillimum ei erat. Etsi autem etiam rerum domesticarum ei postea a Patre cora demandata esser, numquam tamen Poetas legere desiit, imo etiam eo temporis nonnulla Poemata composuit, nimirum in sanctum Brunonem, S. Antonium de Patavio, Domini Nativitatem, septem Fratres filios sanctæ Felicitatis, at vix istorum memoriæ extat, quoniam auctor ipse eo minus ea faciebat, quo pluris alii. Quum viginti quinque annorum esset, patri morem gerens, in matrimonium duxit Pretiosam Joannam, a qua plures habuit filios. Patris obitu totius familiæ onus soli remansit, non tamen omisit curam agrorum colendorum, æstatis quidem tempore paterna rura domi, hyemis vero in Apulia, nempe in Orta Patrum Jesuitarum exercebat, penes quos eo libentius versabatur, quod cum in pietate, tum in inceptis Poesis studiis magis, ac magis proficere sperabat, quod utrumque pro voto successit, unde, ut grati animi argumentum præberet Patribus societatis, Poema conscripsit in S. Ignatii laudem, & post aliquantum temporis aliud edidit in ejusdem sancti honorem, quod Romam profectus dedicavit Patri Vincentio Carrafa, tunc temporis societatis Generali, ab eoque gratias, ac privilegia exegit quamplurima. Tria alia præterea edidit poemata; in honorem videlicet sancti Francisci Xaverii unum dictum, *l' Apostolo Orientale*, & alterum sancti Aloysii Gonzagæ dictum: *l' Angelo del Secolo passato*, quæ duo Cardinali Ludovisio dedicavit, & tertium dum jam senex esset in honorem sancti Ignatii, quod Alexandro septimo Pontifici Maximo nuncupavit: Titulum præsefert hoc opus *Lo Ignazio Loyola* Trani editum in 8. anno 1647. per Laurentium Valerii, & Romæ in 4. typis Cameræ Apostolicæ anno 1660. Gratum plurimum fuit Pontifici maximo, quare beneficentissime erga auctorem se gessit, & quanti eum faceret, ostendit, dum ejus effigiem incidi, atque imaginem depingi jussit, hoc ejus effigiei supposito disticho:

Non impar ego Virgilio, si vel mihi civem,
Vel illi nasci fors dabat agricolam.

De Poemate hoc; nec non de alio ejusdem Poetæ opere, quamvis quale illud sit, non explicet, mentionem facit Joppius in sua Bibliotheca Neapolitana, in qua, etsi breviter, agit de hoc auctore. Laudibus quam maximis hunc extulerunt summi Pontifices Alexander septimus, & Clemens nonus, utpote quem suspexerint de SSmæ Trinitatis mysterio scripsisse, ut nemioem alium etsi egregium Poetam. At tot encomia, quibus undique, & Romæ præcipue, celebratur, non effecerunt, ut efferretur, sed magis, ac magis humilitati studebat, & ferventius pietatis incumbebat operibus, adeoque divino ardore flagrabat, ut aliquando correptus videretur aliquo gravissimo morbo, ac repentino. Nonnulla alia versibus exarata opera edidit, quibus Romanæ urbis Proceres laudabat, ex hiscelebriora sunt duo illa, quorum primum, occasione data ortus Delphini, nuncupavit Eminentissimo Cardinali Barberino alterum, quo Eminentiss. Nini laudes celebrabat, eidem Nino dedicavit, a quibus splendide, ac magnifice donatus fuit. Cum jam senex esset, & gravi afflictaretur morbo, quod inchoaverat opus, cui titulus: *Grazia trionfante*, supra Immaculatam Virginis conceptionem, perficere non potuit, absolvit tamen, quum talis morbus aliquandiu cessasset. Et tandem plenus dierum in Domino obdormivit die 14. Februarii, sepultusque est in oratorio Basilicæ sancti Petri jussu Cardinalis Nini, qui, cum lis orta esset inter canonicos S. Petri, & Parochum S. Marthæ de cadavere condendo, illud Canonicis adjudicavit.

Pag. 778. col. 1. lin. 36. diœcesis, *adde*, nostræ.

Lin. 43. est, &.

Lin. 49. post verba: *nu.* 31. *adde*, D. Jo: Stephanus Seoarga Januensis Patritius tyrocinium gessit in hoc monasterio, pro illo S. Benigni Januæ, itemque hic professionem emisit anno 1659. (ut ex professionis formula ejus manu conscripta constat) Hic cum virtutibus, & probis moribus præditus esset, Episcopus Conversanus creatus fuit a Clemente IX. die 23. Februarii 1671. Episcopale palatium ibi magnifice perfecit magnis expensis. Neapoli obiit anno 1679. quum sui muneris partibus rite, recteque perfunctus esset. Satis honorifica mentio ejus fit Tom. 7. Italiæ sacræ Venetæ edit. 1721. in descriptione Episcoporum Conversani col. 117. num. 42.

Pag. 779. col. 2. lin. 53. constitutis, constituentis.

Pag. 780. col. 1. lin. 32. post verba, *die* 8. *Maii* 1652. *penes eadem acta*, *adde*, Mirum videri non debet, constituisse eum generalem Gubernatorem Archiepiscopatus Monrealis etiam quoad temporalem jurisdictionem; Monrealis enim Archiepiscopus privilegio gaudet id præstandi, nimirum ecclesiasticum virum deputandi in Jurisdictionis Temporalis administratore in statu, & Archiepiscopatu Monrealis, pro qua re legi potest in 3. parte fol. 13., & 124., & sequent. descriptionis Regalis Templi, & monasterii S. Mariæ novæ &c. noster D. Michael del Giudice, P. Antoninus Diana in suis resolutionibus moralibus p. 7. tract. 10. resol. 4. Farinacius in suis consiliis criminalibus tom. 3. consil. 298. Joannes Kohier in vendic. libert. ecclesiast. part. 1. cap. 10. per tot. Mandellus lib. 1. consil. 62. nu. 15., & 16., & consil. 64. nu. 83. Guilelmus Perno Regius consiliarius, ac pluries Regiæ magnæ curiæ Judex consil. 5. Archiepiscopus D. Joannes Roano constituit Abbatem D. Franciscum Roano suum nepotem per plures annos, ut supra, generalem gubernatorem, qui item in spiritualibus erat Vicarius Generalis usque ad annum 1699. quo obiit dictus D. Franciscus. Illud etiam obtinet in præsentia Archiepiscopus, ut possit creare Notarios per totum statum, Archiepiscopatum, eosque, si ratio id poposcerit ab officio suspendere, vel in totum illud eis abrogare, nec non etiam per totum statum prothomedicum aliquem constituere.

Pag. 782. col. 2. lin. 4. quarta, sexta.

Lin. 57. montis regulis, Montisregalis.

Pag. 783. col. 2. lin. 36. MCCXI., MDCCXI.

Pag. 785. col. 1. lin. 50. in, *adde*, eodem.
Lin. ult. de, die.
Pag. 787. col. 2. in margine ubi dicitur cœnobium Caffinense erectum, castrum Caffinense erectum.
Lin. 26. latifundiis, *adde*, Pharmacopæa, Bibliotheca.
Pag. 788. col. 2. lin. 61. Kopee, Kopec.
Pag. 790. col. 1. lin. 19. Reverendissimo, Excellentissimo.
Pag. 796. col. 2. lin. 59., & 60. Hæc duo nomina aliis characteribus debent efformari.
Pag. 798. col. 2. lin. 57. ab Istro, ab Itro.
Pag. 802. col. 1. lin. 23. Clereto, Elereto.
Pag. 803. col. 1. lin. 21. ut, aut.
Lin. 30. clereto, elereto.
Pag. 804. col. 1. lin. 49. non, nos.
Col. 2. lin. 23. clereto, elereto.
Pag. 807. col. 2. lin. 41. & fructum, & hic fructus.
Post Pontificis nomen, *adde*, subscripsi.
Pag. 808. col. 1. lin. 36. S. Egidii, *adde*, S. Nicolai.
Lin. 62. 1273., 1237.
Pag. 810. col. 2. lin. 18. 1651. *adde*, n. 450. inter editas.
Pag. 812. col. 1. lin. 54. cap, *adde*, 5.
Col. 2. lin. 35. diœcesano, *adde*, idonei.
Lin. 51. informare, informante.
Pag. 815. col. 1. lin. 15. approbatione, *adde*, Parochorum pro exercitio curæ, & hoc ratione.
Col. 2. lin. 6. experientia, ex pertinentia.
Pag. 817. col. 1. lin. 11. ex, *adde*, certa.
Col. 2. lin. 7. Palazolis, *adde*, ecclesias.
Pag. 820. col. 1. lin. 22. Kege, Rege.
Pag. 821. col. 1. lin. 9. capaniam, Campaniæ.
Lin. 59. Bossettus, Rossettus.
Pag. 822. col. 1. lin. 54. sesqui, *adde*, noctis.
Col. 2. lin. 57. perfecitque, *adde*, Nosocomium ac.
Pag. 823. col. 2. lin. 39. 10., 3.
Pag. 824. col. 1. lin. 59. ut, &.
Lin. ult. Prorém, Protectorem.
Pag. 826. col. 1. lin. 48. versaris, versareris.
Pag. 829. col. 2. lin. 55. Stephanum, Seraphinum.
Pag. 831. col. 1. lin. 22. concessionis, constitutionis.
Lin. 47. PP., GG.
Pag. 832. col. 2. lin. 55. Bernardus, Berardus.
Pag. 834. col. 1. lin. 63. factum, fit cum.
Pag. 835. col. 1. lin. 17. & 18. prædicti, præpediti,
Pag. 836. col. 2. lin. 47. spectabat, spectat.
Lin. 61. Gregorii, Georgii.
Pag. 837. col. 1. lin. 30. oppidani, Oppidi.
Col. 2. lin. 55. 21., 22.
Pag. 839. col. 1. lin. 36. directe, districte.
Pag. 840. col. 2. lin. 40. Venafrarum, Venafranum,
Pag. 841. col. 2. lin. 3. &, a.
Pag. 843. col. 2. lin. 7. procerum, procerumque ac.
Pag. 844. col. 1. lin. 39. hajus, hujus.
Pag. 845. col. 2. lin. 36. XIII., XIV.
Pag. 846. col. 1. lin. 44. præfato, præfecto.
Lin. 54. 55. Julii, Junii.
Pag. 849. col. 2. lin. 61. Friventinus, Triventinus.
Pag. 850. col. 1. lin. 64. ac tandem Generalis, &c.
Col. 2. lin. 23. Petronius, adde, & Agapitus Mosca.
Lin. penult. 1705., 1708.
Pag. 851. col. 1. lin. 42. vasi, vasibus.
Pag. 852. col. 1. lin. 59. Illustrissimo, Illustre.
Pag. 853. col. 2. lin. 49. Decemia, Decania.
Pag. 854. col. 2. lin. 25. confessione, consensione.
Pag. 859. col. 2. lin. 31. post verba, *quoad Mainotas*, *adde*, De nostro Oderisio agitur in 2. parte citatæ Bibliothecæ, fol. 117. at corrigendus annus, quo dicitur mortuus, non enim fuit 1704., sed 1702. die 12. Octobris.
Pag. 860. col. 1. lin. 56. post verba: *in Bibliotheca nostra*, *adde*, de nostro Cornelio agitur in 1. parte citatæ Bibliothecæ fol. 145.
Lin. 36. dele a verbo *professum*, usque ad verbum *Patrem*.
Pag. 861. col. 1. lin. 40. pro, quo.
Pag. 865. col. 1. lin. 63. illud, illum.
Col. 2. lin. 38. semper, sæpe.
Lin. 42. repositus, repositis.
Pag. 866. col. 1. lin. 48. de precationibus, deprecantibus.
Col. 2. lin. 12. forduerant, ordinaverant.
Pag. 867. col. 2. lin. 63. sanctæ, prædictæ.
Pag. 869. col. 1. lin. 49. Sacramentom, *adde*, 2,
Pag. 871. col. 1. lin. 7. Astolica, Apostolica.
Col. 2. lin. 54. aliqua, *adde*, alia.
Pag. 873. col. 2. lin. penult. Principis, Patris.
Pag. 874. col. 1. lin. 1. Falasso, Galasso.
Pag. 875. col. 1. lin. 46. collabascun, collabescunt.
Pag. 877. col. 2. lin. 7. operi, *adde*, nequaquam sufficiens, tum pro imperio.
Lin. 878. col. 1. lin. 38. daremus, darem &c.
Lin. 39. capuana, capua.
Col. 2. lin. 3. nobis, nobisque.
Lin. 9. ergo, ego.
Lin. 12. graviter, gnaviter.
Lin. 23. caput, cavit.
Pag. 879. col. 1. lin. 25. Aligerno, *adde*, inferior.
Lin. ultima unus, usus.
Pag. 880. col. 2. lin. 30. membra, *adde*, venire.
Lin. 48. IIII., IX.
Pag. 881. col. 2. lin. 34. barbaro, barba.
Pag. 882. col. 2. lin. 16. Brolii, Breoli.
Pag. 884. col. 2. lin. 26. convotatis, convocatis,
Pag. 887. col. 1. lin. 38. &, ut.
Pag. 888. col. 1. lin. 22. admonet, admonent
Pag. 889. col. 1. lin. 23. Bruele, Breul.
Lin. 60. Rectorem, Lectorem.
Col. 2. lin. 49. multa, innumera.
Lin. 50. religiosum, inreligiosum.
Pag. 890. col. 1. lin. 18. ducor, adducor,
Lin. 29. ut, &,
Col. 2. lin. 54. percipi, perspici.
Pag. 892. col. 2. lin. 25. audisse, vidisse,
Pag. 893. col. 1. lin. 44. exilio, excidio.
Pag. 896. col. 1. lin. 57. vigilaret, *adde*, ad hoc

hoc instaret, ut hujusmodi ægritudinem propulsaret.

Pag. 897. col. 1. lin. 26. Somam, Romam.
Lin. 27. S., scilicet.
Pag. 899. col. 1. lin. 52. tum, cum.
Col. 2. lin. 4. 16., ibidem.
Lin. 52. prosperans, properans.
Pag. 900. col. 1. lin. 30. cap. 9., Lib. III. cap. 9.
Lin. 49. prædictos, præditos.
Lin. 52. adiret, adiviveret.

In Apologia pro Leone Ostiensi addendum est, clarissimum virum Philippum Labbe in appendice Tom. 2. de script. ecclesf. pag. 779. de Paulo Diacono loquentem erraffe, cum dixit, Leonem Ostiensem, vere non scripsisse capite XVII. Lib. I. chron. Cassinen., dum asseruit, ipsum Paulum in Italiam venisse, quum primum eam ingressi sunt Langobardi: fatemur siquidem & nos, erraffe Leonem Ostiensem, si de Paulo fuisset loquutus, at ex ejusdem Leonis verbis, quæ capite XV., non jam XVII., habentur, apparet manifeste, sermonem esse non de Paulo, sed de ejus abavo, cui Leupichis nomen erat. En præfati Leonis verba: *Quis autem, vel qualis, vel unde Dominus Paulus hic fuerit, non est ab re perstringere. Iste siquidem ex Langobardorum gente originem duxit, ejus namque abavus Leupichis nomine, eo tempore, quo primum in Italiam Langobardi ingressi sunt, cum eis venit.*

IN PRÆFATIONE.

Errata	Corrige
Pag. 8. lin. 51. Germani	Germonii.
Pag. 14. lin. 31. Majoris	Majonis.
Pag. eadem. lin. 40. IV.	VI.
Pag. 18. lin. 46. ullius	illius.

CATALOGUS ABBATUM CASSINENSIUM, ALPHABETICE DISPOSITUS.

CATALOGUS
MONACHORUM CASSINENSIUM
SANCTITATE ET PIETATE ILLUSTRIUM.

Quorum mentio fit in hoc Opere, alphabetice digestus.

S. Fau-

CATA-

CATALOGUS

MONACHORUM CASSINENSIUM

SCRIPTIS DOCTRINAQUE ILLUSTRIUM.

Qui in hoc Opere laudantur, alphabetice digestus.

Theo-

CATALOGUS
MONACHORUM CASSINENSIUM, DIGNITATE ILLUSRIUM,

De quibus in hoc opere, Ordine alphabetico digestus.

Jaco-

INDEX

INDEX CHRONOLOGICUS

Veterum monumentorum, quorum pleraque nunc in lucem primo producuntur in opere, reliqua cum authographis collata emendatiora exhibentur.

999.

1074.

1280.

1362.

Bla-

lan-

INDEX MONUMENTORUM,

QUORUM INCERTUS EST ANNUS.

Ta-

INDEX RERUM
MEMORABILIUM.

A

B

C

D

Diplo-

E

Eccle-

F

G

S. Gai-

Mona-

Mo-

N

Pau-

Q

R

Re-

S

Spo-

T

V

FINIS.